14
107

IVI R/5196

N YSII

15-107





14
107

IVI

N YSII

R/5136
15-107

R/5136

DIVI DIONYSII CARTHVSIANI

Del colegio de la Compa de JHS. de Granada.

In

SENTENTIARVM LIBRVM II.

Commentarij Locupletiſsimi.

IN QVIBVS DE RERVM CREATIONE, naturæ angelicæ & humanæ ſtatu, ac conditione, copioſiſſimè, & Chriſtianiſſimè diſſeritur.

Poſt omnes editiones accuratiſsimè recogniti.

Venetijs, Sub ſigno Angeli Raphaelis.
M D LXXXIIII.

BIBLIOTECA UNIVE

ECCLESIASTICI XVIII.

Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Quis sufficiet enarrare opera illius? Quis enim inuestigabit magnalia eius? Virtutem autem magnitudinis eius, quis enunciabit? aut quis adijciet enarrare misericordiam eius? Non est minuere, neque adijcere, nec est inuenire magnalia Dei.

Se vendis de orden del Consejo
R. Dr Villaviciano

Index distinctionum omnium Secundi libri Sententiarum.

Secundus liber Sententiarum diuiditur in

- Procemium
  - In quo aperit formam tractandi, premittens quædam generalia de creaturarum productione, dist. 1.
- Tractatũ, in quo determinat de productione creaturæ
  - Merè spiritualis. s. angelicæ
    - Creatione
      - Quando, ubi, distin. 2.
      - Quomodo, boni an mali, distin. 3.
      - Quales, perfecti an imperfecti, distin. 4.
    - Creatorum ad denm habitudine
      - In genere, quales effecti per conuersionem & aduersionem, dist. 5.
      - In specie
        - Auersione
          - Casu auersorum & prælatione, dist. 6.
          - Arbitrio & libertate, dist. 7.
          - An corporei uel incorporei, dist. 8.
        - Conuersione de dictione
          - Ordinum, dist. 9.
          - Nominum, dist. 10.
          - Officiorum ad homine, dist 11.
  - Merè corporalis
    - In communi, dins. 12.
    - In specie de productione
      - Inanimatorũ
        - Lucis & eius effectu, dist. 23.
        - Cæli & elementorum, dist. 14.
      - Aĩatorum
        - Anima irrationali. i. hominis, ut infra patebit.
        - Anima irrationali & requie septimæ diei, dist. 15.
  - Media inter corporalẽ et spiritualem hoĩs. s.
    - Cõstitutione ĩ esse quãtum ad
      - Principiũ
        - Effectiuum. s. deum, dist 16.
        - Constitutiuum
          - Virum, dist. 17.
          - Mulierem, dist. 18.
      - Conseruationem
        - In se, dist. 19.
        - In specie, per filiorum productionem, dist. 20.
    - Destitutione per peccatum
      - De peccato primorum parẽtum
        - In ordine ad se
          - De culpa,
            - De diaboli tentatione, dist. 21.
            - Hominis transgressione, dist. 22.
            - Dei permissione, dist. 23.
          - De potentia p quã stare potuit. quæ fuerit lib. arbi. de quo determinat
            - Quo ad se, dist. 24.
            - Comparatiue
              - Ad alias animæ potentias, dist. 25.
              - Ad gratiã q quã agit
                - Quo ad se, eius. s. quidditatem et effectum, dis. 26.
                - Cõparatiue ĩ ordine
                  - Ad habitũ gratuitũ, dist. 27.
                  - Ad liberum arbi.
                    - Post lapsũ distin. 28.
                    - Ante lapsũ dist. 29.
        - Ad posteros de peccati originalis
          - Quidditate, distin. 30.
          - Traductiõe, dis. 31.
          - Multiplicatione, dist. 32.
          - Deletione, dist. 33.
      - De peccatis actualibus posterorum
        - Secundum se et suas causas
          - Quæ sit origo peccati, dist. 34.
          - Quid sit peccatũ
            - In se, distin. 35.
            - Respectu alterius peccati, dist. 36.
          - De radice peccati secundum aliam opinionem, distin. 37.
          - De subiecto peccati
            - In uoluntate subiectiuè, distin. 38.
            - Quare in uoluntate, non in intellectu. dist. 39.
        - De actibus exterioribus p̃cti
          - In genere de actibus bonis et malis rõne
            - Finis uoluntatis, dist. 40.
            - Luminis fide intentionem dirigentis, dist. 41.
          - In specie
            - De peccati distinctionibus, distin. 42.
            - De peccatis in spiritumsanctum dist. 43.
            - De potentia peccandi, dist. 44.

Locatio in Secundum Sententiarum.

Liber Secundus Sententiarum est de rerum, creaturarumq; creatione. Et habet quadraginta quatuor distinct.

Compendiosum memoriale Libri Secundi Sententiarum.

Distinc. 1 ſ. Deus ĩ principio cęlũ & terram ex nihilo. *Creauit*	2 ſ. ſimul creauit cũ cęlo empyreo, & materia. *angelos*	3 ſ. ſunt angeli, & pſonaliter diſtincti in eſſentia, *diſformes*	4 ſ. creauit angelos, non miſeros, non beatos. *perfectos*	5 gratia data eſt bonis angelis cooperans. *reformans.*
6 ſ. inter oẽs angelos eeci dit, ſcilicet lucifer. *Maior*	7 ſ. diabolus voluntate obſtinata. *malefacit*	8 ſ. proprio non ſunt veſtiti angeli. *corpore*	9 ſ. ſunt chori angelorũ. *nouem*	10 ſ. omnes angeli Deo, & hominibus. *miniſtrant.*
11 ſ. angeli boni homines, *Cuſtodiunt*	12 i. materiam informẽ feci Deus in principio. *terram*	13 ſ. facta eſt prima die, *lux*	14 ſ. fecit Deus in medio aquarũ ſecunda die. *firmamentum*	15 ſ. factus eſt ſexta die poſt omnia. *& homo.*
16 ſ. & ſimilitudinem ſuam poſuit Deus in homine & angelo. *Imaginem*	17 ſ. Deus Adam in paradiſum terreſtrem. *locat*	18 formatio facta eſt de coſta Adę dormientis in paradiſo. *Euæ*	19 ſ. fuit factus primus homo quodammodo, & immortalis. *mortalis*	20 ſ. fuiſſet natus in ſtatu innocentię ſine corruptione, & pruritu. *puer.*
21 ſ. diabolus primũ hoĩẽ in ſpecie ſerpentis ex ſuperbia, & inuidia. *Tentat*	22 ſ. dicit Euam principali peccato innobedientię. *peccantem*	23 ſ. Adam plenum triplici cognitione. *ſcientem*	24 ſ. habens arbitrium. *liberum*	25 gaudet non ſolum hõ. ſed & Deus, & angelus. *libertate.*
26 ſ. duplex eſt, operans, & cooperans. *Gratiaque*	27 ſ. numeratur inter magna bona, & quid ſit. *virtus*	28 pelagij opinio hęretica de virtute liberi arbitrij. *monachi*	29 ſ. fuerunt vnĩ parẽtes gratia, & virtutibus. *ſpoliati*	30 ſ. peccatũ primi hoĩs in oẽs hoĩes pœnaliter, & culpabiliter. *tranſit.*
31 ſ. tenet fides animam a Deo, non ex traduce. *Infuſam*	32 ſ. baptiſmus aĩam à peccato originali. *purgat*	33 ſ. eſt ſtatus puerorũ decedentiũ in originali. *pœnalis*	34 ſ. mali eſt bonum, i. bona natura. *origo*	35 ſ. diffinitio eſt multiplex. *peccati.*
36 ſ. Deus vnum peccatum per aliud. *iuſtè punit*	37 ſ. omnium bonorum eſt Deus. *auctor*	38 i. ex fine eſt voluntas bona, vel mala. *finalem*	39 ſ. & volũtatis inordinatum malum, non aliarum potentiarum. *actum*	40 malo iudicatur omnis actus exterior malus: non ſic de bono. *ex fine.*
41 ſ. non in oĩ actu peccãt *Infideles*	42 hoĩes volũtate, & opatione tanq; vno peccato. *peccant*	43 blaſphemię eſt ſceleratiſimum genus peccati. *ſpiritus*	44 ſ. & potẽtia peccãdi vtiẽ homo, quam habet a ſe vel a diabolo. *poteſtate*	

EPITOMAE SINGVLARVM
DISTINCTIONVM LIBRI SECVNDI SENTENTIARVM,

CVM VERSIBVS MEMORIALIBVS clariſſimi viri Arnoldi Veſalienſis, theologiæ & trium linguarum peritiſſimi, canonici quondam metropolitanę eccleſiæ Coloniensis: paucis, quos ille morte præuentus non abſoluerat, à ſtudioſo quodam adiectis.

Liber Sententiarum ſecundus complectitur. Diſtinct. XLIIII.

DISTINCT. I. QVAE INCIPIT, Creationem rerum, &c. epitoma.

OMnium rerum, uiſibilium ſcilicet, & inuiſibilium, Deum eſſe creatorem, & eas in temporum principio creaſſe, ſcriptura ſacra in ſui oſtendit primordio, elidens per hoc errores Platonis, & Ariſtotelis: quorũ alter Deũ nõ creatorẽ, ſed quaſi opificẽ rerũ eſſe potuit, ſupponẽs ſ3 materiã in opere Dei, cum creatio ſit ex nihilo, quo etiam mõ aliquid facere ſoli Deo conuenit. Ariſtoteles aũt ponens duo principia, ſcilicet materiam, & formam, & tertium operatorium, mũdum æternum dixit. Dr aũt Deus aliquid facere, vel agere non quia operando mutetur, ſed æterna voluntate ſine ſui motione, cuius ſimile aliquod in calore ſolis eſt inuenire. Cauſa autem rerum creatarũ eſt bonitas creatoris. Qui etiam, vt creatura beatitudinis ipſius particeps fieret, rationalem fecit creaturam, eam ſcilicet, quæ ſummum bonum intelligeret amaret, poſſideret, & per hoc ea frueretur. Quæ quidem diſtincta eſt in corpoream ſeu angelum, & corpoream ſeu hominem. Non quaſi ipſe creator his indiguerit, ſed ut ei ſeruirent, ac eo fruerẽtur. Denique, & ipſe mundus ad ſeruiendum vltẽ eriùs hoĩ factus eſt, & hõ ad ſeruiendum Deo, non ad Dei, ſed totum ad hominis vtilitatem: ad Dei autem gloriã. Inſuper, & angeli, licet nobis ſuperiores ſint natura noſtri tamen ſunt, quia ad vſum nobis ſunt, & ſeruire nobis debent, vt in ſimili, res dominorum dicuntur famulorum propter vſum. Nec propter angelorum ruinam factus homo dicitur principaliter licet illa ſit una concauſa. Eſt autem anima corpori unita: primò, quia Deus ita uoluit: dehinc, ut unio hominis cum Deo per amorem poſſibilis oſtẽderetur, atque ut in corpore Deo deſeruiẽs homo, maiorem mereretur coronam. Inter angelum autẽ, & hominem alia eſt creatura quædam corporalis tantum, & de his tribus tractabitur in hoc libro ſecundo.

Prodijt ex vno rerum natura creata,
Id tamen ante ſophis non placuiſſe ferunt.

DISTINCT. II. QVAE INCIPIT, De angelica itaque natura, &c. epi.

¶ Angelica natura (q̃ & in ſcriptura ſapiẽtia quãdoq; dr) omnium prima creata eſt, non quidem quaſi tẽpore omnes præcedens, ſed dignitate. Ipſa enim, & cęlum empyreum, tempus, & quatuor elemẽtorũ materia, ſimul ſunt condita, Vñ, quod dr, in principio creauit Deus cęlum, & terram, per eęlum ſecundum Auguſtinum intelligitur ſpiritualis creatura, per terram autem corporalis. Quamuis autem angelum alias creaturas omnes duratione quadã p̃ceſſiſſe Hieronymus dicere uidetur: hoc tamen nõ ex ꝓpria, ſed ex aliorũ opinione locutus putari debet. Deniq;, ſicut ex ſcripturæ auctoritate colligit, in cælo empyreo creati ſunt angeli: Vñ, & mali p̃ peccatum inde corruerunt, & boni in eodẽ permanſerunt. Quod quidẽ cælum tale dr quaſi igneum, & eſt id, de quo dicitur, quòd in principio Deus cęlũ creauit, &c. Eſt aũt angelus primo creatus informis quo ad habitum gratiæ: poſtea aũt ſecundum eandem formatus, & ad Deum conuerſus. Notandum tamen extra textum, quòd ſecundum quoſdam creatus in gratia angelus tenetur.

Tam mens ſpiritum, quàm rerum cætera moles,
Mox à principio nuda creata fuit.

DISTINC. III. QVAE INCIPIT. Ecce oſtenſum eſt, &c. epi.

¶ Circa naturam angelicã quatuor in primis conſideranda occurrunt, eſſentiæ ſcilicet eorũ immaterialis ſimplicitas, diſtinctionis eorũ pſonalis diuerſitas, intelligẽdi pſpicacitas, & uolẽdi libertas. Quæ quidẽ oẽs angeli in eorũ acceperunt creatione, nõ tñ æqualiter. Verũ ſicut in naturæ gradu unus alterum excedit, ſic, & in cognitione, & etiã gratiæ collatione, in arbitrij quoq; libertate, prout ſcilicet uoluntatem ſequitur. Nã quo ad id, quod cogi nõ põt arbitrium, oẽs ſunt æquales. Neq; uerò angeli aliq; mali creati ſunt, ut nihil moræ interceſſerit inter creationẽ, & lapſum, ut aliqui opinati ſunt: ſed oẽs boni creati ſunt, quantum ad naturam attinet. Vñ. & mora aliqua interuenit inter creationem, & lapſum malorum. Nihil enim mali Deum producere põt. Inſuper, & mox creati angelici ſpiritus, oẽs naturalem cognitionem ſui, ac creatoris, ac cęterarũ creaturarũ habuerunt, intelligentes quid bonũ, aut malum Habebant, & natutalem quendam Dei, & ſui amorem, licet ſecundum Magiſtrum nondum meritorium, eo, quòd (ut dicit) gratiam tunc nondum acceperint.

Non eadem angelicas ornabant munera mentes,
Hæc minor ingenio, promptior illa fuit.

DISTINC. IIII. QVAE INCIPIT.
Post hæc videndum, &c. epi,

¶Nec in beatitudine, neq; in miseria angeli creati sunt, eo, quòd miseria non est, nisi sit Peccatũ in quo ipsi creati non sune. Neq; ẽt boni angeli status sui certitudinẽ habuerunt, sicut, nec alij post lapsi, illius sui lapsus præscii fuerunt. Quamuis aũt beatus Augustinus bonos pręscios suæ cõfirmationis fuisse dicere videatur hoc tamen (vt ex verbis suis patet) nõ assertiuè, sed inquirendo potius dicit. Possunt autem dici angeli creati perfecti, & imperfecti, perfecti quidem pro illo statu, & tempore, quia habebant quicquid ille requirebat status. Imperfecti autem respectu eius, cuius erant capaces, vt quod adhuc eis restabat conferendum. Quo tamen etiam accepto, à perfectione diuina in infinitum distant.

Non miser, aut felix primo fuit angelus æuo,
Conscius euentus, nec fuit ille sui.

DISTINCT. V. QVAE INCIPIT,
Post hæc consideratio aducit, &c. epi.

¶Post creationem suam angeli quidã creatori amore adhęrentes, per gratiã illuminati sunt: alij verò ab eo auersi, excæcati: non quasi obcæcationẽ Deus eis immiserit, sed quia gratiam ipsis nõ apposuit. Per dictam autem conuersionem hi facti sunt iusti, sicut p auersionem alij peccatores. In hac etiam sua conuersione boni gratiam cooperantẽ acceperunt, sine qua scilicet ad meritum vitæ nemo proficit. Nam gratia iustificante non indigebant, eo, quòd mali nunq̃ fuerint. Vnde, quòd boni conuersi sunt à bono, quod habebant, ad bonum, quod nõ habebant, ex gratia ipsis prouenit. Hęc aũt gratia licet malis collata non fuerit, non tñ per hoc excusari poterant: quia quousq; eis conferretur, stare nolebant. Alijs autem dicentibus, quòd boni per gratiam eis collatam beatitudinẽ tunc meruerint: alijs verò, ꝙ non, sed magis p ea, quæ mõ circa nos faciunt. Magister dicit sibi hoc vltimum magis placere. In hoc autem Magister non tenetur, sed primum amplectantur doctores.

Mox è spiritibus malesuada superbia quosdam,
Damnauit, reliquos constabiliuit amor.

DISTINCT. VI. QVAE INCIPIT,
Præterea fieri oportet, &c.

¶De omnibus angelorum ordinibus aliqui cecidерunt. Inter quos, & supremus omnium Lucifer, propria excellentia male conspecta, cecidit primus. Qui & in hunc aerem caliginosum usque ad iudicii diem detrusi sunt, quasi ad locum ob eorum tenebrositatem sibi debitum, & ob exercitium nostrum. Vltimo autem ad infernum detrudentur. At usq; ad iudicii diem tam inter bonos, q̃ malos officia prælationis, & subiectionis permanẽt. ubi, & mali à uitiis, in quibus tentant, quandoque denominantur. Est autem uerisimile, quotidie aliquos dæmonum ad infernum descendere, ad animas illic cruciandas deducendũ. Lucifer uerò ibi relegatus à quibusdam putatur ab eo tempore, quo à Christo uictus est, circa tempora Antichristi soluendus. Quidam tamen ab initio peccati sui illic eum fuisse dicunt. Sed & alii dæmones cum à nobis uincuntur, tentandi potestatem amittere uidentur, & hoc maximẽ in uitio, in cuius resistentia uicti sunt.

Obscurum quamuis habitet malus aera dęmon.
Attamen hunc poterit uincere castus homo.

DISTINCT. VII. QVAE INCIPIT,
Supra dictum est, &c. epit.

¶Perstantes angeli in bono per gratiam sunt confirmati, ita, ꝙ iam peccare nõ possunt: cãdẽtes uerò obstinati, qd iã etsi bonum aliqñ sit, quòd uolunt: bene tñ uelle non possunt. Neq; tñ per hoc, uel hi, uel illi liberum amiserunt arbitrium, nõ obstante, ꝙ hoc ad utrunq; se habet, cum boni adiuti gratia, sponta neè hoc faciant: mali ẽtiam à gratia deserti, & corrupti, surgere ad bonum nolunt. imò per hoc boni arbitrium habent liberiùs, quia peccato seruire nõ possunt, quod ante potuerãt, prout loquitur Hieronymus. Quamuis aũt mali angeli per malitiã obduraті sunt uiuaci tñ sensus non sunt penitus priuati, sed magno scientiæ acumine uigent, tã natura, q̃ experientia, q̃ ẽt bonorum spirituum reuelatione, quę eis qñq; fit Deo id uolente. Quorum, & malorum scientia magicæ artes Deo pmittente fiunt ad fallẽdum fallaces, & ad monendũ fideles, & ad probandum patientes. Neq; uerò p hoc uisibilis rerũ natura malis angelis ad nutũ deseruit. Nec ipsi ex hoc creatores dici possunt, cũ hoc sit solius Dei, sed p occulta quædã, & latentia in rebus semina eã pficiũt: sicut, nec parentes filiorum dicuntur creatores, sicut in ſmili homo exteriùs docere potest, licet difficiliùs: sed solus Deus intrinsecus iustificare. possunt tamen, & multa per naturæ subtilitatem dæmones, quæ à Deo facere non permittuntur, prohibentibus etiam quædam bonis angelis.

Non male conatur bonus angelus, aut bene prauus,
Sit licet arbitrio liber vterq; suo.

DISTINC. VIII. QVAE INCIPIT.
Solet etiam in quæstione uersari, &c. epi.

¶Corpora naturaliter sibi unita angeli siue boni, siue mali, non habent. Et licet Augustinus eos corpora aerea habere, dicere uideat: hoc tñ nõ assertiuè, sed magis recitatiuè ponit. Assumunt aũt corpora, ut uisibiliter nobis, p uoluntate, aut permissione Dei appareant, & circa nos operenẽt. Vñ, & iterũ illa corpora deponunt. In quibus ẽt corporibus assumptis locuti sunt qñq; ex parte totius trinitatis, quandoque autem in persona patris, quandoque filii, quandoque, & spiritussancti. Vtrum aũt Deus aliquando in formis corporalibus apparuerit, & utrũ angeli in corporibus apparentes, in suis tantum corporibus hoc faciãt ea ingrossando (dato, quòd corporei sunt) an grossiora quædã superinducant, sub dubio relinquit Magister. Sed extra textũ dr, quòd faciunt in corporibus assumptis. Ipsi enim corpora non habent. Essentia autem Dei, quia immutabilis est, nunquã in se uideri potuit ab aliquo. Neq; uerò diabolus, uel ẽt angelus bonus substantialiter mẽti humanæ illabi potest, sed solus Deus., licet dæmones corpora ingredi possint, & ea uexare.

Angelus interdum commissa negocia complens,
Aere de liquido sumere membra solet.

DISTINCT. IX. QVAE INCIPIT
Post prædicta supereſt, &c. epi.

¶Nouẽ angelorũ ordines esse scriptura tradit, q̃ in tres distincti sunt hierarchias, vt Seraphim, Cherubim, Throni, & Dñationes, virtutes, Potestates, & Principatus, Archangeli. Dr aũt ordo multitudo cęlestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiæ assimulantur, ut Seraphim in charitatis ardore, Cherubim in scientię plenitudine, & sic de aliis.

alijs. Hæc autem nomina ipsis conueniunt propter nos. Et ab his nominantur, quæ in ipsis præcellunt, non ꝙ alij ordines hoc non habeant, sed quia illi in hoc excellunt, scilicet respectu inferiorum. Et hi ordines in angelos ab initio creationis eorum secundum Magistrum nõ fuerunt, eo, quòd à gratuitis denominantur, quæ postea secundum eundem accepe runt. Vnde, nec dæmones cecidisse dicuntur, quia in ordinibus fuerint: sed quia postea fuissent, dũ perstitissent. Neq; verò omnes eiusdem ordinis angeli sunt æquales, sed sicut in ordine apostolorum, aut martyrum alius alio dignior est. Ad hos autem angelorũ ordines, homines saluandi assumentur, & per hoc decimum dicuntur efficere chorum. Saluabuntur etiam tot ex hominibus secũdum Gregorium, quot ex angelis perstiterunt. Quod nec Augustinus abnuit, licet ad minus tot, quot ceciderunt, saluandos putet.

Consecrata choris cæli nitet aula nouenis
Spiritum, summo, qui famulantur hero.

DISTINCT. X. QVAE INCIPIT,
Hoc etiam inuestigandum est, &c. epi.

¶De angelorum missione, & assistentia opiniones sunt. Nam quidã aliquos mitti putant, alios verò nũquã, sed semper assistere, iuxta Danielis, & Dionysij auctoritatẽ. Alij verò oẽs mitti dicunt, eo, ꝙ ad Isaiam de Seraphim (qui superemus ordo dicitur) aliqs missus legatur, & Apostolus oẽs eos administratorios spiritus esse commemorat. At his contrariũ est, ꝙ vnus tãtum ordo angelorum, id est, nunciorũ dr. Ad quod tñ dicunt omnes eos angelos dici quando mittuntur. Nam ab officijs angeli, & dæmones nominantur, vt de Michael, & Gabriel, ac similibus patet. Similiter, & de dæmonum nominibus, qualia sunt, diabolus, Sathan, Belial, & similia. Vnde hi auctoritates Danielis, & Dionysii exponere nituntur. Sed extra textum, notandum, ꝙ neoterici primam communiter affirmant opinionem. Vnde, & Magister alios esse dicit, qui omnes præter primos tres ordines mitti dicunt. Et hi Seraphim ad Isaiã missum, dicunt non de ordine supremo fuisse, sed sic dictum propter inflammandi officium. Angeli autem, & administratorii spiritus omnes dicuntur, quia superiores mediis, & hi infimis denunciant, quod ad homines perferant. Vel per ly, omnes, non nisi eos, qui de inferioribus sunt, intelligitur.

Angelus ad nostras quoties delabitur oras,
Officio proprium nomen habere solet.

DISTINC. XI. QVAE INCIPIT.
Illud quoq; sciendum est, &c. epit.

¶A natiuitate sua quiuis homo angelum habet bonum pro sui custodia, habet, & malum pro exercitio. Et cum omnes angeli boni nostram velint salutem specialiter tamen illi, qui alicui deputatus est, sic, & specialiter malus ille plus alijs eundem ad malum incitat. Quicquid autem sit de maiori numero angelorum, vel hominum bonorum, siue malorum, tamen singuli homines actualiter existentes, singulos habere possunt angelos pro sui exercitio, vel custodia. Quamuis, & pluribus hominibus vnus deputari posset, & eis sufficere, & vnum angelum posſibile sit plures homines successiuè custodire. Proficiũt autem secundum quosdam (quod & Magister magis approbat) omnes angeli vsque ad diem iudicii, tam in merito, q̃ in pręmio, hoc est, in Dei cognitione, & dilectione. Alii aũt oppositũ dicere volũt, ꝙ scilicet, quo ad præmiũ nõ proficiant, habentes pro se auctoritates Gregorij, & Isidori: quas tamen Magister soluit. Sed solutione illa non obstante, ꝙ in præmio saltem essentiali proficiant angeli, non tenetur.

Mox puerum, postquam liquido caput intulit orbi,
Custodes subeunt: hic bonus, ille malus.

DISTINC. XII. QVAE INCIPIT,
Hæc de angelicæ naturæ, &c. epi.

¶Elementorum materiam Deus in principio cum angelica natura produxit informem, & confusam seu indistinctam, quàm postea sex diebus distinxit, ac que formauit secundum quosdam sanctorum, licet secundum alios illa materia simul creata sit, & distincta. Ad primum magis consonum videtur literæ sacræ, quòd, & Magistro placet. Est aũt materia illa multis, & visitatis nominibus appellata, scilicet terræ, abyssi, & aquæ, ne vnius tantum forma receptiua putaretur, & vt rudes (quibus loquebat Moyses, facilius docerentur. Tenebræ autem illę, quę super faciem abyssi fuisse dicuntur, iam lucis significant absen iam, & nihil sunt: iam verò aerem obscurum, & tunc sunt aliqua creatura. Nec tñ dictã materiã informẽ fuisse hoc mõ acipiendum est, quasi oĩ forma caruerit: sed quia confusam habuit formã, postea distinguẽdã. Erat aũt illa materia vbi mõ mundus est, & extendebat vltra locũ firmamenti, inferius quidem grossior, supra aũt rarior. Vñ, & aquæ illæ factæ sunt, quæ supra firmamentum esse dicuntur. Sic ergo Deus sex diebus materiam creatã distinxit, & opere perfecto septima die quieuit, s. à facienda noua creatura. Nihilominus tñ, & vsq; modo operat. Non enim solum omnia in verbo disponendo, & temporaliter creando, ac distinguendo operatus, est, sed & alia ex alijs producendo, quòd vltimum vsque modo facit.

Primum materies sub inerti pondere rerum.
Condita, per senos est renouata dies.

DISTINCT. XIII. QVAE INCIPIT,
Prima autem distinctionis operatio, &c. epit.

¶In opere distinctionis Deus primo cõguenter fecit lucem, quæ alia habet manifestare. Quæ quidem lux. & spiritualis intelligi potest, scilicet angelica natura præcedenter per cælum significata. hic aũt per lucem, id est, per gratiam formata. potest, & intelligi corporalis, scilicet pro nubecula aliqua lucida de præiacenti materia producta, in ea scilicet parte, vbi mõ sol est seu mouetur, cuius, & vices habuit, noctem, & diem illo triduo distinguens. Quæ nec ab aquis impediebatur propter earundem tunc raritatem. Potest aũt dies tunc dicta, intelligi, aut lux prædicta, aut ipsius illuminatio, aut spacium viginti quatuor horarum. At prima dies naturalis à plena luce exordium sumens, aurora, & mane caruit, & per vesperam in mane sequentis diei tendens, excreuit in spacium supradictum. Postea aũt in mysterio dies à vespere incepit. Dicta verò lux, solum superiores illuminabat partes, nec ita clare, vt sol modo facit. Vnde nec frustra post quarta die sol formatus est. Et hoc, aut de eadem luce, uel saltem eam coniunctam habet. Porrò Deus pater mundum producens, nullum uocis sonitum edidit, sed uerbo suo (id est, filio) nõ, q̃ dem, ut instrumento, sed uno secũ opifice ex se æternaliter genito, cuncta creauit. Qd incidẽter dicit Magister

giſter contra hærecicos, qui in ſcripturum intellectu enormiter oberrabant.

Tempora, quo certis Deus intercideret horis,
Mox à luce ſuum nobile cœpit opus.

DISTINCT. XIIII. QVAE NCIPIT,
Dixit quoque Deus &c, epit.

¶Secunda die Deus fecit firmamentum, quod ꝓm Bedam dicitur cælum fidereum, quòd quidem ꝓm ſcripturas habet aquas ſupra, & ſubtus ſe, quòd qualitercũq; fiat, diuinæ tũ virtuti poſsibile non dubitatur. Eſt aũt firmamẽtũ à firmitate dictũ, ſiue moueat, ſiue non. Nã ẽt ſi moueatur ꝓm ſubſtãtiam, tũ eſt firmum, ꝙ ſi nõ moueatur, poſsibile tũ eſt ſidera in ipſo moueri. Extra textum tũ dicendum eſt ipſum vnà cũ ſideribus fixis moueri. planetas aũt ſingulos ſuos habere orbes cum quibus moueantur. Die verò tertia Deus aquas, quæ ſub cęlo ſunt, in vnum locum conhregauit, vbi tunc alia corpora clariora apparuerũt, herbæ, & ligna fructifera producta ſunt. Dicta aũt aquarum congregatio, facta eſt aut aquis inſpiſſatis, aut partim terræ cõcauitates intrantibus, quæ & occultis meatibus ſibi continuantur. Cum autem præcedentibus tribus diebus opus ſuum poſt creationem ipſius Deus diſtinxerit. ſequentibus tribus diebus ipſum orauit. Nam die quarta ornatũ eſt firmamentum ſole, luna, & ſtellis, vt per eas illuſtretur pars inferior mundi, per quorum & motum, tempora, dies, & anni deſignantur, &c. Quinta verò die aer volatilibus, & aqua piſcibus ornatum acceperunt, & ſexta demum die terra iumentis, reptilibus, & beſtijs ornata eſt, poſt quę vltimo factus eſt homo de terra quidem formatus, ſed ad cęlũ poſsidẽdũ ordinatus.

Sideros orbes lux admirata ſecunda eſt.
Tertius obſtupit facta elementa dies.
Hic firmamentum ſtatuit, mox diſpulit undas,
Protulit, & quarto lumina magna die.

DISTINC. XV. QVAE INCIPIT,
Dixit etiam Deus, &c. epit.

¶Die quinta Deus fecit opus ornatus aeris, & aquę, creans volatilia, & ea in aera ſurſum leuans, piſces verò in aquis relinquens. Sexto autem die terras ornauit iumentis, reptibilibus, & beſtijs de ea formatis. Animalia tamen nociua, & venenata, creata fuerunt innoxia: ſed homine peccante, facta ſunt noxia, vt per ea peccata puniantur, & bonorum probetur patientia. Ea verò, quæ ex putrefactione naſcuntur, tunc producta non fuerunt niſi materialiter. Nouiſſimè vero factus eſt homo tamqnam omnium dominator animalium. De creatione autem rerum quidam dicunt per interualla ſex dierunt res eſſe formatas, & diſtinctas, quod & ſcripturæ magis videtur conſonum, & ab eccleſia approbatum. Alij autem dicunt oſa ſimul facta eſſe, quædã quidem formaliter, quædam aũt materialiter tantum, & poſtea diſtincta. de quo & ſupra habitum eſt. Die autem ſeptimo Deus quieuiſſe dicitur, & opus ſuum compleſſe, per hoc, ꝙ vltra creaturam nouã non condidit, quæ ſcilicet materialiter, vel in ſuo ſimili non præfuerit. res tũ productas ſanctificauit, & benedixit Sic ergo die ſexto compleuit opus ſuum Deus operãdo. ſeptimo autem ipſum opus ſanctificando. Vnde dies ille myſtica quadam ratione dicitur ſanctificatus.

Æra quinta dies, tellurem ſexta repleuit,
Septima completum ſanctificauit opus.

DISTINCT. XVI. QVAE INCIPIT,
His excurſis, &c epit.

¶Quòd ſcriptura narrat Deũ dixiſſe, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, intelligendũ eſt, locutum patrem ad filium, & ſpiritũ ſanctum, non aũt ad ſpiritus quoſcũq; creatos. Nã aliorum ſpirituum, vt angelorum, non eſt eadẽ imago cum Deo. Neq; hõ factus eſt imaginem vnius perſonæ, ſed totius trinitatis. Vũ falſum eſt, ꝙ quidã dixerunt peſ imaginẽ filium intelligi debere, & nõ hominem. Neq; approbatur, ꝙ alij dicunt per imaginẽ intelligi filium, & per ſimilitudinem ſpiritumſanctũ. Eſt ergo homo factus ad trinitatis imaginem ꝓmnaturam, ſcilicet animam, & ad ſimilitudinem, quo ad ſuperadditа, vt ſunt virtus, & innocẽtia. Dicitur aũt filius imago patris, non ad imaginẽ, quia non creatus, ſed natus ęqualis eſt patri, & in nullo diſſimilis. Homo uerò imago Dei, & ad imaginem dicit, quia non æqualis, & creatus, & per hoc longè diſtans à modo exiſtendi imaginem, quomodo filius eſt.

Optimum ad exemplar preſtans homo factus, imago
Vnius, & trini dicitur eſſe Dei.

DISTINC. XVII. QVAE INCIPIT,
Hic de origine &c. epit.

¶Animam hominis Deus non de ſua ſubſtantia inſpirauit, nec faucibus, aut manibus corporis, ſed eam de nihilo creãdo, & corpori de terra facto ad modũ flatus indendo. Et quicquid ſit de primi hominis anima, de alijs tamen certum eſt, ꝙ in corpore creãtur, & ſic creando infunduntur, & infundendo creãtur. Eſt autem homo non virtute naturæ, ſed diuina in ætate virili, & extra paradiſum creatus, & ſic poſitus in paradiſum, vt ſic, quia inde pellendus erat, agnoſceret ex gratia, non ex natura illic ſe fuiſſe. Qui quidem locus licet ſecundum quoſdam ſit corporis præciſe, ſecundum alios autem ſpiritualis, poteſt tũ dici eſſe vtrumq; Corporalis enim eſt locus à terra habitabili longe diſtans, altitudine vſque ad globum lunarem pertingens, gerens ſpiritualiter typum eccleſiæ præſentis, vel futuræ. In quo erant ligna diuerſa, inter, quæ vnum fuerat dictum lignum vitæ, cuius fructus diuinitus acceperat virtutum conſeruandi à morte, & firmitate. Fuerat aũt, & ibi lignũ ſcientiæ boni, & mali, quod ſic ab euentu dictum eſt, dum homo de eo prohibito guſtans, boni, & mali diſtantiam experimento didicit.

Primum materies ſub incerti pondere rerum,
Condita, per ſenos eſt renouaia dies.

DIISTINCT. XVIII. QVAE INCIPIT,
In eodem quoq; paradiſo, &c. epit.

¶Intra paradiſum mulier formata eſt à Deo. Poſt quam enim Adam illic poſitus eſt, & animalibus ad eum adductis, nomina eis impoſuerat, immiſit Deus ſoporem in ipſum, & ex una de coſtis eius Euam formauit. Noluit autem Deus mulierem ſimul cum uiro creare, & ad confundandam diaboli ſuperbiam, qui principium aliud à Deo eſſe uoluit, & ut ſimilitudo Dei, qui eſt omnium rerum principium in homine per hoc fieret manifeſta. Eſt aut mulier facta non de capite, aut pedibus, ſed de coſta uiri, vt non domina, aut ancilla, ſed ſocia illius habetur. Et hoc ipſius dormientis, ne ſcilicet dolorem ſentiret, & Deus potentiam ſuam in non excitando eum per hoc oſtẽderet, vtque ſacramentorum proceſſus de latere Chriſti figuraretur. Nec ad coſtam illam aliqua fuit addita

addita materia, ſed (ut cum quinq; panibus factum eſt materia illa uirtute Dei fuit multiplicata. Licet autem angeli ad hoc miniſtrauerint, ſolus tũ Deus, quod creationis eſt effecit. Neque organizatio corporis illius fuit ex aliqua ratione ſeminali, ſicut in rebus à natura productis fieri ſolet, ſed uirtute diuina ſupernaturali. Anima uerò ipſius mulieris nõ (ut quidam ſentiebant) de anima. Adæ, cum indiuiſibilis ſit, ac incorruptibilis, formata eſt, nec præcedenter etiam eſt creata, ſed creando (ut cęteræ) infuſa, & infundendo creata.

Olim formoſi grauido de corporis oſſe
Scilicet enata eſt fęmina prima uiri.

DISTINC. XIX. QVAE INCIPIT.
Solent quæri plura &c.

¶In innocentiæ ſtatu homo mortalis erat quodammodo, & quodammõ immortalis. Poterat eũ mori poterat, & non mori. Habuit ergo tunc poſſe non mori, poſt peccatum habet neceſſe mori: poſt reſurrectionẽ autẽ non poterit mori. Erat ergo tũc corpus ipſius hominis animale, cibis indigẽs, unde & mortale, ſed poſtea factum eſt mortuũ, neceſſitatẽ moriendi habens, poſt reſurrectionem uerò erit ſpũale, nec cibis egẽs, nec mori potens. Quam tamẽ immortalitatẽ, non ex conditione naturæ, ſed dono gratiæ habuit homo, ex eſu ſcilicet ligni uitæ, de quo ſi non ediſſet, peccaſſet, eo quòd de hoc edere præceptum ſibi fuerat, unde & moreretur. De hoc aũt ligno quidã dicunt, ꝙ nõ fuit totalis cauſa immortalitatis, ſed coadiuuans. Alij autem, ꝙ immortalitatem omnino habuit homo ex uſu ligni uitæ. Sed & quibuſdam uĩ, quod à natura quandam habuiſſet immortalitatem, at perfectionẽ eiuſdem ex uſu dicti ligni aſſecutus fuiſſet. Magiſter autem ſentit, quòd ex eodem etiam primam immortalitatem habuerit.

Dum paradiſiacis diuerſaretur in hortis,
Nulla mortis erat lege reuinctus homo.

DISTINCT. XX. QVAE INCIPIT,
Poſt hæc uidendum &c. epi.

¶Etiam in innocentiæ ſtatu homines contra falſam quorundam opinionem filios generaſſent, abſque libidinoſa concupiſcentia genitalibus eũ mẽbris ad hoc opus, vt cæteris, pro uoluntate uſi fuiſſent. Quod autẽ nõ generauerint, inde euenit, quia Deus hoc nondum præceperat, & paulo poſt mulieris formationem peccauerunt. Poſteaquã autem in paradiſo generaſſent, an parentes illic relicta poſteritate, ſtatim tranſlati fuiſſent ad requiem beatitudinis, vel expectaſſent omnes quouſq; beatorũ numerus compleretur, ex ſcripturis ſacris certum non eſt, ut Magiſter dicit. Tamen extra textum cõiter primũ amplectunt doctores. Generaſſent aũt ẽt in hoc ſtatu paruulos filios pro ſtrictitudine uteri materni qui filij ſecundum magis probabilem opinionẽ in ſtatu corporis, loquela, alijsq; hmõi per temporis ſucceſsionẽ profeciſſent. Nam vt ſupra dictũ eſt cibis quoq; in eodẽ ſtatu indigebant. Sed & in pertinentibus ad animã cũ tpe profeciſſent, neq; tamẽ pœnoſa eis fuiſſet rerũ inſcitia, nec ob id ignorantia dici potuiſſet, eo ꝙ reſpectu eorũ, quæ nec ſcire tenebantur, fuiſſet, Parauerat ergo Deus homini ſicut bonũ tẽporale, & uiſibile pro natura corporis, ſic inuiſibile, & ſpirituale pro anima. Vnde ſi præceptum Dei ſeruando perſtitiſſet, ultimo ad requiem beatitudinis ſine mortis interuentu ipſa, & tota poſteritas ſua fuiſſet tranſlatus.

Spumat perpetuo caro fęda libidinis æſtu.
Quam nimium primus commaculauit homo.

DIST. XXI. QVAE INCIPIT,
Videns igitur diabolus &c. epito.

¶Inuidens diabolus homini, quem per obedientiam aſcenſurum ſciebat, vnde per ſuperbiã ipſe, corruerat, in debiliori eum parte, ſcilicet muliere, tentando aggreſſus eſt, dolo ſupplantare volens, quos uirtute ſuperare non poterat, apparẽs ſc3 eidem ſpecie non qua uoluit, ſed qua permiſſus eſt, in qua tamẽ fraus eius facile perpendi poſſet, per ſerpẽtẽ ſcilicet, quaſi per inſtrumentum eidem locutus, ut angelus bonus per aſinã Balaam, quem tũ mulier loquelam à Deo accepiſſe credebat. Hinc ergo interrogatione ſolicitauit, ut qua uia tentando incederet, ex ipſius diſceret reſponſione: Vnde & cum quaſi dubitando reſponderet mulier, ſtatim intulit, quod uoluit, metum ſcilicet mortis, ſi comederẽt, mendaciter excludens, & dignitatis excellentiã falſo promittens. Tẽtauit aũt eã de gula, de uana gloria, & auaritia per dictam promiſſionẽ. Eſt nẽpe duplex tentatio, exterior ſcilicet, & interior, quæ ultima qñq; ab hoſte tantũ ſit ſine peccato tentari, qñq; & à carne, & tunc non eſt ſine peccato, quæ & quia difficilior eſt, quàm exterior qua hõ cecidit, ideo grauiùs puniendus erat. Atq̃ uis leuem habuit ad peccandũ occaſionẽ, quia tũ ad alterius ſuaſionem peccauit, ideo remediabilis fuit, nõ autẽ diabolus, qui nullo ſuadente peccauit, præſertim etiã quia non tota angelica natura ceciderat ut humana, per quam & angelica ruina fuerat reparanda. Præceptorum autem domini de non comedendo utrique datum, ad mulierem per uirum conuenienter peruenerat, eo quòd ipſa uiro ſubdita eſſe debebat: quos & Deus fecerat. ut inuicem loqui poſſent, & ab alijs (ſi eſſent) dicere.

Callidus accedens muliebria pectora dęmon
Perſuaſit miſeræ ſumere poma necis.

DISTINCT. XXII. QVAE INCIPIT,
Hic uidetur diligenter inueſtigandum &c. Epi.

Protoparentum primi peccati origo fuit, q̃ dã p̃ſumptiõis elatio reprimẽda, ex qua primò mulier, poſt hoc uir in pctũ ꝓlenſit, nõ quaſi illa elatio diaboli ſuggeſtionẽ, ſed opus pctĩ præceſſerit. Quæ tũ aliter in animo mulieris fuit, q̃ ſerpẽti credębat nõ aũt uir vũ, & aliter, q̃ mulier intellectus fuit. Hũc ẽt & grauiùs peccauit mulier, tũ ꝙ ſerpẽti ꝑ Deũ credidit, tum ꝙ clarè nimis ſe æqualẽ Deo fieri poſſe putauit, ꝙ uir nõ fecit, tũ ẽt, ꝙ nedum in ſe, & proximum ut uir, ſed etiã in Deũ peccauit. Nec obſtat, ꝙ parem factũ in utriſq; fuiſſe Augu. dicit. Hoc enim de excuſatione intelligitur, ſed nõ, quo ad p̃dicta. Sed nec hi, qui & uirũ Dei æqualitatẽ appetijſſe dicunt, mulierẽ in hoc magis exarſiſſe tacent Deniq; & ſi mulier peccauit ex ignorantia, quo ad hoc ꝙ ſeducta eſt, uir aũt ſeductus non eſt: nõ tamẽ ignorauit Dei præceptũ, unde nec per hoc excuſari põt. Nõ enim oĩs ignorantia excuſat, ſed inuincibilis tm̃. Vincibilis aũt potius aggrauat. Porrò cũ hoĩs nã bona eſſet ſine uitio, cõſenſus mali ex libero uoluntatis arbitrio proceſſit, diabolo id ſuggerẽte. Vnde nec volũtas mala inquãtũ actus, peccatũ

præcesſit,licet inquantum quædam natura, ſeu naturalis potentia.

Eſſe Dei ſimilis dum falſa cupiuerit uxor,
Deguſtanda uiro noxia poma dedit.

DISTINT. XXIII. QVAE INCIPIT,
Præterea quæri ſolet &c. Epi.

Quanquam Deus hominem caſurum præſciret, tentari tamen eum permiſit ad dignitatẽ hominis oſtendendam,qua potior eſt ille,qui tentari quidẽ põt,& non conſentire,q̃ nec conſentire, nec tentari poſſe. Quẽ & licet malũ futurũ ſciret, creauit tñ ob bonũ,ꝓ inde nouit euenturũ.Nec eũ impeccabilẽ facere uoluit, licet meliùs eſſet,eo ꝓ hoc ſit ſanctorum angelorũ.Neq; à conſenſu eũ præſeruauit, vt ſic nec infructuosè eſſe bonus,nec malus impune. Sed nec uolũtatis diuinæ præter ipſam alia cauſa eſt quærenda. Dedit autem homini mox cum ipſum creauit,ſcientiã rerũ creatarũ, ſuipſius,& creatoris, per quandã interiorem inſpirationẽ,infra tñ eam,quæ in patria eſt,qua quidẽ ſciẽtia,quid cuiq; deberet,ſatis agnouit. Et quãuis agendorũ tantam habuerit ſcientiam, caſus tamen ſui præſcius non fuit,ut ſupra de angelo malo dictum eſt.

Primũ hominẽ ornabat numeroſa ſcientia, quãuis
Non fuerit caſus præſcius ipſe ſui.

DISTINC. XXIIII. QVAE INCIPIT,
Nunc diligenter inueſtigari oportet &c. epi.

Habuit protoparens ex ipſa ſui creatione rectæ uoluntatis auxilium, quo reſiſtere malo potuit, licet non mereri,alioqui ſi hoc nõ habuiſſet,nõ fuiſſet ſibi imputabile peccatũ, hinc fuit uoluntas illa recta per mali carentiã. Nec ſequitur per eam malo reſiſtere potuit,ergo & mereri,cũ hoc ipſum reſiſtere ſit mereri. Hoc eñ nõ in primo homine,ſed in nobis tenet,qui ad malum incitamur,quod in innocentiæ ſtatu non fuit. Fuit autem auxiliũ hoc ipſum liberũ arbitrium gratia adiutum, quod quidẽ eſt facultas uoluntatis,rationis,& quo & bruta carent, quæ ſenſum tñ habẽt,& ſenſualitatis appetitũ Nã id,quod cũ brutis cõe habemus, per rõnẽ excedimus. Quæ & in portionẽ ſuperiorẽ, & inferiorẽ diuidit,nõ quaſi duæ ſint potentiæ,ſed propter diſtincta potentiæ unius officia, quæ ſunt intendere æternis,& diſponere tpalia. Cõtingit aũt in nobis peccatũ ad inſtar pcti primorũ parẽtũ, vt ſ.vice ſerpentis habeat ſenſualitas, ratio inferior vice mulieris.& ſuperior uiri.Motus ergo pcti ſi in ſola ſit ſenſualitate, erit uenialis:ꝓ ſi ad ſuperiorẽ rationẽ peueniat,ſit mortale:& hoc eſt virũ cõcedere. Si uero in inferiori ſit,nec diu teneat,ſed ſtatim repellat manet uenialetat ſi ibi diu voluntate teneat, erit item mortale,etiam ſi perficere nolit,& hoc eſt comedere mulierem.Aduertẽdum quoq;, quod ratio interior quandoq; ꝓ ipſa ſumitur ſenſualitate,quod inter legendum autores petpend debet.

Arbitrium, ſummæ partem rationis amœnam,
Quo mala uitaret, primus habebat homo.

DISTNCT. XXV. QVAE INCIPIT,
Iam vero ad propoſitũ redamus &c.epi.

Apud philoſophos liberũ arbitriũ dicit eſſe liberum de uoluntate iudicium, eo ſ.ꝓ libere ad hoc, vel aliud moueri poſſit, & hoc reſpectu futurorũ contingentium. Quod quidem aliter eſt in Deo, ſcilicet ab omni ſeruitute peccati liberum, & in angelis beatis.ſ.per gratiã confirmatũ, & in nobis, ſcilicet flexibile ad bonũ, & malum.Nã & in nobis ſecundum ſtatus diuerſos, diuerſa quoq; inueniũt libertas. In ſtatu namq; primo potuit hõ peccare, & non peccare, in beatudine nõ poterit peccare. Ante reparationem non põt nõ peccare mortaliter poſt reparationẽ aũt uenialiter.Vnde patet,per peccatũ uulneratum eſſe liberũ arbitrium, quo ad naturalia:& ſpoliatũ,ꝓ ad gratuita,a quibus ſine gratia reparari non poteſt, ſicut in ſimili patet de occiſio,quia implicat.Eſt autẽ triplex libertas, ſ.à coactione,quæ manet homini ſemper,& a miſeria, & hãc libertatem habuit in ſtatu primo, & habebit in gloria,& a peccato,quam per gratiã aſſequẽt in via carentia aũt iuſtitiæ,non libertas, ſed ſeruitus eſt dicenda. Quãuis aũt, & poſſe in bonũ,& malũ, utrunque ſit a libero arbitrio, tñ alterũ habet ex ſe primũ aũt a gratia,ſine qua in bonũ non niſi multũ debiliter poteſt, Hinc & liberum arbitrium per peccatum quodammodo corruptum eſt & imminutũ, eo quod ante peccatum potuit ſine difficultate moueri ad bonum autem non ſic. Neq; enim libertas naturæ, ſeu a coactione ſufficit ad bonum agendũ, niſi gratia concurrentis,nec uolentis, ſed Dei per gratiam miſerentis.

Arbitrij fœdo pulcherrima munera lapſu,
Primi hominis quodam ſunt temerata modo.

DIISTINCT. XXVI. QVAE INCIPIT,
Hæc eſt gratia operans &c.epi.

¶Duplicem Deus gratiã libero confert arbitrio, operantẽ ſ.qua uoluntatẽ præparat, ut bonũ uelit, & cooperãtẽ,ne fruſtra,ſed effectualiter velit.Hinc male ſentit hæreticus,putans hominẽ poſſe, & uelle bonum operari ex libero arbitrio ſine gratia, cũ dicat Apoſtolus:Non eſt volẽtis neq; currẽtis, ſed miſerentis Dei.Neq; enim iõ Deus alicuius miſeretur quia uelit,& currat:ſed iõ uult,& currit,quia Deus ſui miſeretur,ita ut totum Deo tribuat, q̃ hominis uoluntatem præuenit,& præparat adiuuãdã, & adiuuat præparatã ad efficaciter operãdum. ſicq; gratiã comitat bona uolũtas,nẽ gratia volũtatẽ.At eadẽ gratia, quæ dicta eſt operãs, q̃ñq; & præueniens & ſubſequẽs nominat.Quæ operãs,ſeu præueniẽs, fides cũ dilectiõe exiſtens, voluntatẽ bonã nõ quidẽ tẽpore,ſed natura,& cauſalitate præcedẽs,ab ipſa uolũtate non aliquo merito acquirit, ſed a Deo gratis dat,habita tñ gra, & ipſa uolũtas cũ eadem multa alia Dei dona præcedit.Deniq; & (ut ex uerbis Auguſtini colligit)gram præuenientẽ,& operãtẽ,qua bona in homine voluntas ꝓparat,bona quædam ex Dei gratia, & libero arbitrio præcedenter, quædam etiã ex ſolo libero arbitrio.ſ. ut uideamus bonas eſſe Dei iuſtificationes, deinde ut eas deſiderare concupiſcamus,& tunc tandem, faciente gratia, earum delectet operatio.

Hoc opus humanum merita bonitate decorum eſt.
Præuia, quod ueſtit gratia, quodq; ſequens.

DISTINCT. XXVII. QVAE INCIPIT,
Hinc uidendum eſt quid &c.epito.

¶Vna eſt eſſentialiter gratia operans, & cooperans, ſecundum diuerſos effectus aliter nominata. Inquantum enim uoluntatem à malo liberat operans dicitur: in quantum autem eandem adiuuat ad bonum ulteriùs faciendum, cooperans appellatur.Sunt autem hominis tria bonorum genera,magna ſcilicet ut uirtus, quibus nemo male uti poteſt:minima,ut bona temporalia:& media, ut potentiæ animæ,quibus ultimis duobus, & bene, & male homines uti poſſunt.In medijs autem bonis etiam liberum arbitrium continetur, cuius ẽt bonus uſus,uirtus eſt: quæ in magnis bonis computatur,quæ omnia à Deo eſſe conſtat.Propriè tñ uirtus non eſt actus uel uſus,ſed bona mentis qualitas,qua rectè uiuitur, & qua nullus male utitur, quam Deus ſolus in homine operatur.quod ſecũdum magiſtros de uirtute intelligitur infuſa,quod de uirtute iuſtitiæ,& fidei apertẽ ex ſcripturis probatur,ſic, ꝓ uirtus non eſt animi motus uel affectus,ſed qualitas,ſeu habitus.Quod, & de gratia ceniſeri debet, cum ipſa quoque uirtus quandoq; nominatur.Quamuis aut nullũ ſit in homine meritum ſine libero arbitrio: principalis tamen merẽdi cauſa eſt gratia gratum faciens,qua uoluntas homins ſanatur,& iuuatur.Vnde ex gratia, & libero arbitrio bonus animi motus,& meritum procedit Vnde,& per gratiam uirtutes mereri rectè dicuntur,ex quarum actibus iuſtè uiuimus. Hinc quod ſupra dictum eſt,uſum liberi arbitrii uirtutem eſſe pro actu uirtutis eſt accipiendum.Hinc etiam male opinati ſunt,qui fidem,& charitatem etſimiles motus animi fore dicebant,cum ſint uirtutes animum ad actum mouentes, iuxta quod & uerbum Auguſtini acccipiendum eſt, quo dicit fidem eſſe credere,quod non vides:hoc eſt, fides eſt uirtus mouens ad credendum id,quod non vides.

Omne licet meritum capiat deuota voluntas,
Hoc tamen in primis gratia ſola parit.

DISTINCT.XXVIII.QVAE INCIPIT,
Id uero inconcuſſe &c. epit.

¶Indubitanter tenendum,eſt,liberum arbitriũ ſine gratia preueniente, & adiuante ad ſalutem non ſufficere,nec meritis noſtris gratiam aduocari,ſicut tamẽ hęreſis aſſeruit Pelagiana:quæ a Deo gratiæ Dei contrariatur, ut omnia ipſius mandata implere hominem ſine ea poſſe dicat:nec gratiã dari voluit,niſi ut facilius ea impleantur,ipſum liberum arbitrium,per naturam illam fore gratiam aſſerens,ſine qua nihil boni facere valemus, Deo per legem ſuam nos iuſtruente. Itaq; per hæc cõcedebant Pelagiani dari quidem gratuitò ſciẽtiã at non ſic charitatem,& gratiam,ſed quaſi ex meritis eam acquiri.Deſtruunt autem, & per hoc eccleſiæ orationes.Et inſuper paruulos ſine originalis peccati uinculo naſci contendebant.Auctoritates verò Auguſtini quibus erronei innitebantur, ad ſanum intellectũ acceptæ,nihil pro eis faciunt, ut in textu.Igitur liberum (ut Hieronymus inqt) ſic confitemur arbitrium.vt dicamus non ſemper indigere Dei auxilio:& tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum uitare nõ poſſe,quàm illos,qui cum louiniano aſſerunt hominem non poſſe peccare.Quo ſimul, & error Pelagij eliditur.

Nemo implere poteſt leges aut vincere crimen.
Cuius in arbitrio gratia nulla ſedet.

DISTINCT.XXIX. QVAE INCIPIT
Poſt hæc conſiderandum eſt epit.

¶Indiguit homo primus gratia operante, non quidem ut ea à malo ſeu peccato (quod non habuit) liberaretur, ſed ut ad bonum uoluntas eius præpararetur.Habuit autem) opinione contraria non obſtante) uirtutes, ut iuſtitiã, & ſimiles, quas tamen actualiter peccando amiſit.Hinc, & in peccati pœnam a voluptatis horto excluſus fuit, ſimiliter ab eſu ligni uitæ prohibitus.De quo non quidem poſt peccatum, ſed ante comedens, uiuere in æternum poterat.Vnde,ꝓ in Geneſi legitur, Videte ne ſumat de ligno vitæ &c. Accipiendum eſt, ſcilicet quo indignus nunc eſt,de quo dum ante peccatum commediſſet,immortalis manere poterat.Et in hunc etiam modum poſita eſt cuſtodia ne ad paradiſum homo rediret. Quanq̃ autem de ipſo ligno uitę ante peccatum manducaſſe probabiliter putari poteſt:non tamen ſtatim immortalitatem permanſuam aſſecutus eſt: quia ad hanc cõſequendam requirebatur ſępe iterata eiuſdem ligni comeſtio.

Exturbatus homo felicibus exultat hortis,
Mox vetitum cupido dum capit ore cibum.

DISTINCT. XXX. QVAE INCIPIT,
In ſuperioribus inſinuatum eſt &c.epi.

¶Id peccatum,quod (iuxta apoſtolum) per primum hominem in mundum intrauit,non actuale ut quidam uolebant,ſed originale debet intelligi. Quod nec ſolum imitationis exemplo,ut Pelagiani dicebant,ut ſic ſit actuale cuiuslibet,ſed uitio propagationis in poſteros peruenit. Eſt itaq; hoc peccatum ſecundum ueritatem culpa quædam, à primo parente per originem in poſteros traducta Quæ quidem non eſt actus hominis, ſed concupiſcentia quædam vitioſa habitualis, concitans in ipſo deſideria prauitatis. Quę iam dicitur lãguor naturæ,iam lex membrorum,iam fomes peccati, iam lex carnis,concupiſcentia, concupiſcibilitas vel tyrannus.Quod quidem peccatum ex inobedientia primi prouenit parentis, in quo uoluntariũ fuit,licet poſteri neceſſariò ipſum incurrant. Alij eñ homines ſecũdum corpora fuerũt in Adã ꝓ ſeminalem rationem,& ex eo lege propagationis deſcenderunt, Quod autem Magiſter adiicit de alimento in humani corporis ueritatem nihil tranſire,& id,quod de ipſius ueritate eſt,in Adam actualiter fuiſſe,non tenetur.

Vt generis noſtri primo deducta parente,
Eſt caro,ſic primæ vulnera carnis habet.

DISTINCT. XXXI. QVAE INCIPIT.
Nunc upereſt inueſtigari,& c.epitom.

¶Contrarium eſt fidei catholicæ, quod quidẽ opinati ſunt originale peccatum trahi ſecundum animam non ſolum ſecundum carnem; dicentes animam quoque eſſe ex traduce, quæ tamem ſecundum ueritatem ex creatione eſt, ut ſuperiùs patuit.Trahitur autem originale à parentibus ſecundum carnem,eo ꝓ in feruore libidinis concipitur,& in corpus formatur, ex cuius cõtactu infuſa anima,& ipſa polluitur.fitque rea concupiſcentiæ illius, quæ ſupra originale uocatur. Quod quidem dicitur manere in carne non ſicut in ſubiecto,cum ipſa culpę ſubiectum eſſe nõ poſſit, ſed ſicut in cauſa ipſum virtualiter continente Eſt itaque ipſum originale quidã carnis defectus, & fœditas,quo ipſius uitium, & corruptio rectè dici poteſt,quam,& in carne ante animæ infuſionem eſſe,hinc patet,ꝓ ipſa infuſa illico commaculatur.

latur. Nec mirum, filios originale contrahere à parentibus baptizatis, quorum iam originale dimissum est, cum, & ab homine circuncisio filius habēs præputium nascatur, & ex grano purgato arista. Vocatur autem originale hoc peccatum, eo, q̃ ab origine suas proles ipsum contrahit, faciente hoc carnis seminali commixtione libidinosa.

Est caro, quæ miseram conspurcat origine prolem.
Nempe animam soboli non dat origo sequax.

DISTINCT. XXXII. QVAE INCIPIT. Quoniam supra dictum est originale &c. epi.

¶Remittitur in baptismo originale, quantū ad culpam: quamuis concupiscentia etiā post baptismum remaneat: quæ tamen per ipsum minuitur, & debilitatur, sicut in actuali peccato reatus manet actus transeunte, ut in homicidio uel consimili. An uerò etiam ipsa caro fœditate, quam in conceptione cōtraxit, baptismo liberetur, quidam cōtraria sentiunt: ubi, & Magister declinat ad partē affirmatiuā. Doctores uero alij oppositum tenēt. Dictæ autem concupiscentię Deum causam esse, inquantum pœna est, non dubium: licet inquantū culpa est, à diabolo sit, & à primo peccante. Imputatur insuper animæ originale, non quia in sui infusione carni maculatę cōdelectetur. (Et enim sic actuale peccatum esset) sed ob id, q̃ primi hominis anima peccatrix carnem infecit, à qua ulteriùs anima prolis inficitur. Est autem peccatum originale necessarium, pro eo, q̃ uitari non potest: at uoluntarium est ideo, q̃ ex primi hois voluntate, p̃cessit. unde, & alii ipsum contrahunt. Quo nō obstante, Deus animam carni coniūgit secundū suæ beneplacitum uoluntatis, ut sic saluetur propagationis humanæ institutio. Ex quibus, & patet animas dum corporibus infunduntur, non omnino tales manere, quales à Deo creantur, cum ex mundis fiant inquinatę. Quæ nec æquales à Deo creantur, sed alię aliis in naturalibus quoque potiores.

Sit purgata sacro quamuis baptismate culpa,
Non tamen in sano fomite membra carent.

DISTINC. XXXIII. QVAE INCIPIT, Prædictis adijciendum videtur, &c. epi.

¶Actualia parentum suorum uel etiam priorū, paruuli ab origine non contrahunt. alioqui non esset mitissima pœna eorum, qui sine baptismo in originali decedunt, vt tamen Augustinus asserit. Quāuis aūt idem in quibusdā dicere videatur. eos etiam actualia parentum contrahere, hoc non assertiuè, scilicet magis inquisitiuè dicit. Quod etiā in Psalmo dicitur: In iniquitatibus cōceptus sum, non est in contrarium. Ibi enim plurale pro singulari iuxta morem scripturæ ponitur. Quanquam etiam priorum parentum peccatum maximum intulit nocumentum: non tamen fuit omnium grauissimum, ut patet de peccato in spiritum sanctū, quod nec in futuro remissibile dicitur. Denique, q̃ totam naturam corrupit, non ratione grauitatis suæ prouenit, sed quia in Adam tota tunc consistebat humana natura. Quòd etiam maiora damna intulisse dicitur, non quo ad pœnam ęternam, sed quo ad defectus ex eo sequētes, accipi debet. Porro in filijs parentum peccata non puniuntur, nisi in quibus eorundem filij imitantur nequitiam. Et sic intelligi oportet scripturas, quę dicunt in filiis parentum peccata uisitari. Nam, & alia scriptura dicit, Filius non portabit iniquitatem patris.

Multa licet nostros damnet errata parentes,
Sola tamen pueris tristis origo nocet.

DISTIN. XXXIIII. QVAE INCIPIT, Post prædicta de peccato actuali, &c. epi.

¶Origo, & causa prima primi peccati, res bona fuit, cum ante id malum nollum extiterit, & hoc in primo angelo peccante initium cepit. Sequentium tamen peccatorum causa fuit prima uoluntas mala. Ac per hoc causa peccati prima, bona est, non aūt secundaria, & proxima. Oē quoq; malum siue pęnæ, siue culpæ, in bono esse oportet, nec subiectum mali esse potest nisi bonum, cum malum non sit nisi boni corruptio, seu priuatio. At ubi bonum non est, ibi nec eius priuatio. Ac p̃ hoc nec malū esse potest, sicut nec morbi aut uulnera sunt nisi in corporibus. Hinc cum homo malus dicitur, perinde est, ac si dicatur bonum malū. Nec habet ibi locum dialecticorum regula de contrariis, quæ in eodem non simul existunt, quamuis in alijs contrarijs tenere comperiantur. Neque ēt contra est, quod propheta imprecatur: Vę dicentibus bonū esse malum. Hoc enim intelligitur de eo qui causam, qua bonus malus efficitur, ut fornicationem, bonam diceret: non autem, qui dicat hominem natura bonum, ex initio malum esse.

Hęc mala, quę primum nimis infecere parentem,
Non nisi principio desiliere bono.

DISTINCT. XXXV. QVAE INCIPIT, Post hæc videndum est quid sit peccatum etc. epi.

¶Definitur peccatum, esse dictum uel factum uel concupitum contra legem Dei. Vel, est uoluntas volendi uel retinendi, quod iustitia uetat. Vel, est præuaricatio legis, & cælestium inobedientia præceptorum. Quarum definitionum prima, & ultima actus tam interior, q̃ exterior secunda autem interior ostenditur peccatum esse. Et cum peccatum sit in actu tam interiori, q̃ exteriori, nō obstātibus opinionibus extraneis quorundam: principalius tamen est in actu interiori, procedens ut fructus malus ex arbore mala, s. prauā uoluntate. Quāuis autem uoluntas, & ipsius actus, mala quædam dicuntur, inquantum sunt contra legem Dei, q̃ tunc nihil sunt: bona tamen quædam sunt inquantum sunt à Deo, à quo nihil mali esse potest. A Deo autem eos esse patet alioqui ad ipsius non pertinerent prouidentiam. Adulterium ergo, homicidiū, & huiusmodi actum quidem nominant, insuper & actus deformitatem, & secundum hanc à Deo non sunt. In peccatis quoque omissionis licet negationes importare videantur: tamen aliquid positiuum in eis intelligitur, s. recessus a bono. Neque tamen peccatum tale malum est, quale pœna, quę scilicet à Deo est: sed est corruptio actiua, quę nihil est. unde sic à Deo non est. corruptio tamē passiua effectus est peccati. Nam per ipsum anima ipoliatur gratuitis, & homo in naturalibus quo ad animam, & corpus uulneratur. Et per hoc cessant quorundam obiectiones, ut in textu.

Finitur uaria sceleris substantia lege,
Quā magis hoc complet, quod latet intus, opus.

DISTIN. XXXVI. QVAE INCIPIT, Sciendum tamen quędam sic esse peccata &c.

¶Vnius peccati pœnā esse peccatū aliud, ex utriusque

que testamenti scriptura ostendi potest, vt quod Genesis dicit nō dū cōpleta esse peccata Amorræorū Et Apocalyp. Qui in sordibus est, sordescat adhuc & sic de alijs vt in litera. Est autem hoc intelligendum de pctō, non inquantum tale: quia sic est malum, nec est à Deo: sed inquantum corruptio, quædam sequens pctm̄, Et licet esse corruptionem omni peccato conueniat, non tm̄ oē est pœna pctī: sed illud tm̄, quod ad alio causatur, & est effectus ipsius Absurdū tm̄ non est, siquis dicat ēt alia quædā pctā pœnas esse eorū, quorū effectus non sunt, sed essentialiter esse aliorū pęnas, vt de rebellione carnis August. dicit. Sed & ira, inuidia, superbia, & similia spiritualē quandam pœnam annexam habent, quæ tm̄ non est. Cum autem Aug. dicat quædam fieri ex necessitate, Hieronymus verò dicat semp in hominis esse potestate peccare vel non peccare. non tm̄ intelligendi sunt sibi contradicere, cum hic de venialibus, ille de mortalibus loquatur gratiæ auxilio succurrente, vel de statu ante pctm̄ uult intelligi. Sunt igitur actus aliqui boni quidem essentia, mali autē inquantum deordinati, ut peccata: aliqui vero boni sunt ex genere, vt opera misericordiæ: quidam etiā absolutè boni sunt ex causa, & fine, & hi sunt perfectè boni.

Sępe scelus sceleri comes indiuisus adhęret.
Vt fiat sceleri pœna subinde scelus.

DISTINC. XXXVII QVAE INCIPIT. Sunt, & alij plures &c. epi.

¶Prædicta sententiæ, qua dictum est, voluntatē malam, & actū malū, inquantū actus, aliquid esse, & bona esse, ac à Deo fore, licet non inquantū deformitates quædam sunt, plurimi contradicunt, asserentes ea nulla rōne bona esse, nec aliquo modo à Deo fore, cū scriptum sit, sine ipso factum est nihil. i. pctm̄ Soluuntq; rōnem supra adductam. s. oīa, q̃ sunt, inquantum sunt, bona sunt, &c. Dicentes hoc veritatem habere in naturale habentibus, qualia peccata non sunt. Dicunt enim illud, per quod homo fit deterior, quale est peccatum, a Deo esse non posse neque ipsum causam esse eius, quod est nihil, vt est pctm̄ &c. Magister ergo harum opinionum iudiciū lectori relinquens, nihil ibi expressè concludit. Doctores aūt extra textum sentiunt cū prima, iuxta dicta. Nec difficile est soluere alterius motiua, distinguendo inter pctm̄ inquātum actus, & inquantum deformitas, secundum quam etiam distinctionem diuersæ auctoritates accipi possunt, & concordari. Porrò cum dr̄, Deum mali cām non esse, quod oēs tenēt, noīe malis pœna intelligēda nō est, sed pctm̄ Alioqui verum non esset, quod dr̄, non est malum in ciuitate, quod Deus non fecit. Et, Ego sum Deus creans malum. Pœnæ enim malæ quidem sunt malis inquantum aūt iustæ sunt, & bonæ. Sicut, & Deus dr̄ mortem non fecisse. i. hoc, pro quo mors infligitur, scilicet peccatum, & tamen scriptum est, mortem a Deo esse. s. inquantum pœna est.

Nulla Deo quenquam præmit auspice culpa tametsi
Causa voluntatis sit Deus ipse malæ.

DSTIN. XXXVIII. QVAE INCIPIT. Post prędicta &c. epi.

¶Ex fine suo voluntas rectitudinem vel peruersitatē accipit, vt a bono bona fiat, & malo mala. Est autem finis bonus charitas, qui tamen ad vlteriorem finem ordinatur. s. ad Deum. Hinc bonæ voluntatis finis est charitas, beatitudo, vita æterna. & Deus ipse. Finis autem malus est delectatio in aliquo vitioso. Possunt ergo tam bonæ, q̃ malæ voluntatis esse plures fines intermedii, qui sunt quasi iter quoddā & via ad vltimū finem peruenīēdi. Cui nec obstat, q̃ Aug. dicit non posse duos simul fines cōstitui. Hoc enim verum est, vbi unus in alterum non ordinetur quod tm̄ fit in proposito. Notandum etiam non idē esse omnino voluntatem, quæ nominat potentiam: & intentionem, quæ motus est quo ad ipsum finem tēdimus, & finem, in quem tendimus. An etiam idē actus vt quo quis vult finem, & ea quæ sunt ad finē, vel sint actus diuersi, Magister sub dubio relinquit Sed doctores concedunt vtrunque sub distinctione Potest enim in utrunque voluntas absolutè, & secundum se ferri, & sic sunt duo motus voluntatis, vel in vnum propter aliud, & sic erit vnus.

Recta voluntatem profert intentio rectam,
Et probat intenti regula finis opus.

DISTIN. XXXIX. QVAE INCIPIT. Hic autem oritur quæstio, &c. epi.

¶Voluntas quidē de se bona est, inquantum. s. naturalis potētia: mala tm̄ dr̄ ob denominationē, q̃ in ea contingit. Et hic quidem est modus dicēdi, seu sнia eorū, qui dicunt oīa esse bona inquantū sunt. Sed ſm Mgrm q̃ri tūc ab eis pōt cur nō ita fit, & in cæteris. Vbi vlteriùs illi dicūt, q̃ ī actibus harū nō pting deordinatio eo mō, quo in actu volūtatis illi sed rōne inordinatæ voluntatis actus earum mali fiunt Quod quidem inde est, q̃ earundem actus nō sunt eiusdem generis cum actibus voluntatis, pro eo, q̃ ad concupiscendum vel rndendum non ordinātur vt actus voluntatis, quamuis actibus eorum voluntas abuti possit. Vtrum autem idem sit voluntatis motus, quo bonum eligit, & malum respuit, vel diuersus, Magister refert ōrias opiniones, nec definit. doctores autem communiter sentiunt, quòd sint diuersi.

Sola voluntatis mala dicitur actio, quamuis.
Cętera virtutum sit maculata cohors.

DISTINCTIO. XL. QVAE INCIPIT. Post hæc de actibus, &c. epi.

¶Actus exteriores boni sunt quidem omnes, inquātum sunt, iuxta quod supra secundum opinionem magis probatam dictum est. Moraliter autem boni aut mali, ex recta vel inordinata uoluntate iudicari habent, sic. s. vt hi boni simpliciter dicantur, qui bonam, ac rectam causam hnt ex bona facti intentione, hoc est ad bonum tendunt finem mali verò simpliciter, quæ ex peruersa ꝓcedunt intentione. Hinc & dominus voluntatem arbori, & fructibus opera comparauit. Hæc ōpinionibus aliis dimissis de omnibus vniuersaliter intelligenda sunt, exceptis tamen eis, qui de se mali sunt, vt adulterari, & huiusmodi. Hi enim per voluntatem boni fieri non possunt. malum nempè etiam si pia intentione fieri videatur, bonā tamen causam veraciter hr̄e nequit. Neque enim bonum potest esse futurum etiam si ideo fiat, ut pauperi subueniatur, neque rapina, & sic de aliis quamuis bonas causas habere videantur.

Pręcipua commendat opus bonitate voluntas,
Quamuis, & propria sit ratione bonum.

DISTINCT. XLI. QVAE INCIPIT. Cumque intentio, &c. epi.

¶Non omnis infidelium actio, pctm̄ est, sed multa in

in genere bona operari possunt etiam fide carentes quamuis per huiusmodi vitam beatam non merea tur, utpotè extra gratiam sancta. Bonum namque multipliciter dr̃ qnq;. s. quod est licitum, quãdoq; qd̃ utile, quando etiam quod est, aut signũ boni, aut spe ciẽ boni habet. Aliqñ aũt hoc bonũ dr̃, quòd dignũ est remuneratione vitæ, quo quidem mõ licet caren tes fide bonum agere non possint, præcedentibus tñ possunt modis. Vnde, & opinio contraria non valet. Porrò pctm̃ oẽ voluntarium est, ita quòd siue actua le sit mortale, siue veniale, imò & originale, volun tas tñ aliquo mõ in eo concurrat, quod cũ in origi nali minus videatur, voluntariũ tñ in voluntate pri mi parentis. Deniq; & sic volũtarium est peccatum ꝙ nedum actus malus peccatum dicitur, verum & ipsa voluntas qua peccatur, peccati nomine, ꝑ Au gustinum censeatur, seu peccatum dicatur.

Non satis est fecisse bonum, nisi feceris apte.
Is solus meritum, qui bene fecit, habet.

DISTINC. XLII. QVAE INCIPIT, Dum autem voluntas, &c. epi.

¶Vnum est peccatum mala voluntas, & actus ex terior malus, nec obstant oppositæ opinionis ratio nes. Etsi enim sint duo actus interior. s. & exterior, quia tñ ex vno fiũt contemptu, unũ reputanẽ pctm̃. Quod verò plus punitur, si quod intus conceptũ est malũ, opere perficiatur, q̃ si in sola persistat cogita tione, non ideo est, quia diuersa sunt pctã, sed quia ex pluribus hoc peccatum procedit. Nec ẽt obstat, ꝙ diuersis præceptis, peccandi voluntas, & opus pcti prohibẽtur, ut de furto, vel adulterio, quod à simili patet de charitate, q̃ cum vna sit, diuersis tñ mandatis est præcepta, transeunte autem actu pecca ti simul, & peccandi voluntate, Peccatum tñ reatu ad pœnam ad obligante, manere dr̃. Notandum ẽt ꝙ omne pctm̃ si mortale, est prouenit, aut ex cupidi tate malè incẽdẽte, aut timore male humiliãte, & fit aut verbo, aut facto cogitatu. Et hoc aut in Deũ, ꝓxi mum, aut seipsum. Dr̃ autem peccatum à facto, deli ctum verò à facti omissione. Insuper pctm̃ in septẽ cap. Greg. partitur, s. inanem gloriam, iram, inuidiã accediam, auaritiam, gastrimargiam, atq; luxuriã ex quibus mortiferæ corruptelæ oẽs quasi ex fonti bus quibusdã manant. Vnde & capitalia uocantur, nec tamen ꝑ hoc minus rectè ex superbia similiter, & auaritia, omnia mala oriri dicuntur diuerso re spectu.

Qui labor externus mentis secretus ab actu est,
Huic eadem sceletis noxa subesse potest.

DISTINC. XLIII. QVAE INCIPIT. Est præterea quoddam peccati genus, &c. epi.

¶Grauissimum omnium pctõrum̃ est, id quod in spi ritum sanctum fieri dr̃, quod. s. nec in hoc seculo, nec in futuro remittitur, nec pro eodẽ orãdum scri ptura dicit. Quod tamẽ varie à diuersis scribit̃. nam ꝛm quosdam est indurata mentis obstinatio, & aius pertinax in malitia, ꝑ quã homo sit impœnitens, ac de Dei misericordia desperat, malitiã suã excedere putans diuinã bonitatẽ. An verò omnis talis obstina tio peccatum in spiritum sanctum dici debeat, ẽt ea a qua homo adhuc ante mortem respicit, & con uertitur, nec ne duæ sunt opiniones, quarum prima hoc ipsum affirmans, peccatum in spiritum sanctũ dicit irremissibile, pro eo ꝙ difficulter remittatur. Alia vero dicens ꝙ illa solum obstinatio quæ est cũ finali impœnitentia, sit peccatum in spiritum san ctum, sicut, & cuiuslibet peccati finalis impnĩa, & hoc ipsum penitus irremissibile dicit, & vtraque est uera ꝛm modum quo accipit hoc peccatum. Sed secunda magis conuenit scripturæ. Definitur etiam hoc peccatum, ꝙ est inuidentia seu oppugnatio fra ternæ, ac superne gratiæ, quæ tñ tale peccatum pro prie non est, nisi cum finali impœnitentia, quæ non solum neget pœnitendi actum, sed, etiam sit in pro posito. denique, & definitur esse peccatum ꝓ bonita tem, & virtutem spiritussancti commissum. Quod tamen non sic in spiritum sanctum committi dicit̃, quasi per hoc aliæ ꝑsonæ non offendantur. s. quia contra appropriatum sit spirituisanctum. s. bonita tem diuinam.

Tunc animam uitiat tet errima culpa nocentem.
Flaminis irridet cum pia dona sacri.

DISTINCT. XLIIII. QVAE INCIPIT Pox prædicta consideratione dignum, &c. epi.

¶Opinati sunt quidam peccandi potentiam à Deo, non esse, sed a nobis ipsis & a diabolo, a Deo autẽ nobis esse tantum rectæ actionis potentia, sicut de mala voluntate dicitur. Sed hoc scripturis contra rium, ex quibus constat potentiam omnem, nedum bene agendi, verumetiam peccandi, a Deo fore. Non enim est potestas (secundum Apostolum) nisi a Deo. Ad quod, & alia pleraque astipulantur, ut in litera. Neque vero per hoc malitia uoluntatis, sed potestas quæ male agens uolens abutitur, a Deo esse dicitur. Nec cuiusquam rei potestas aliunde es se potest nisi à Deo æquo, quamuis æquitas illa nos liteat. Hinc nec ualet quod ĩ oppositum dici posset. Ergo potestati tyranni uel diabolo non est resist endum eo quod Apostolus dicit. Qui potestati re sistit, Dei ordinationi resistit. Etsi enim semper obe diendũ sit a subdito ipsi potestati, non tñ absui eius qua contra Deum potestas aliqua præcipit. Nã tũc ꝑcipiente contempto, ipsi Deo est obtẽperandum.

Omnis, ut æterno venit ex auctore potestas,
Patrandi sceleris sic venit ipse vigor.

DE ANIMAE RATIONALIS HOMINIS Q.

Prima conditione, ex tomo primo operum Minorum D. Dionysij Carthusiani.

DE origine &, finali institutione animæ rationalis multo ali ter docet scriptura, quàm philosophorum phalanx: quo niam tam Platonici, quàm Peripatetici philosophati sunt, ab æterno fuisse animam rationalem: Platonici au tem vniuersas animas rationales dixerunt simul cum intelligentijs ab æterno creatas, atque in stellis animarum nume ro paribus collatas: opportunis quoque temporibus sigillatim vni ri corporibus. Paripatetici verò dixerunt in vno eodemque actu non præcedere potentiam, nec formam substantialem suam materiam: ideoque animas rationales producit de nouo, dum suis vniuntur, & infunduntur corporibus. Attamen, quoniam mundum putabant ab æterno fuisse, posuerunt hominum generationem, ac animas ęterna liter extitisse. At theologica veritas animam rationalem protestatur nequaquam ab æterno fuisse, sed de nouo creatam, infra, aut post tem porale mundi exordium: sicque primó corpori humano infusam, quód corpus non fuit motu cœlestium corporum ex semine humano successiuè modo naturali nunc consueto formatum, complexionatum, organi zatum, sed omnipotentis Dei virtute repente, perfectè, supernaturaliter-
que ex limo rerræ paratum, eui tunc protinus anima à Deo immediatè
Gene. 1. creata vnita est, & infusa. Deinde ex costa, & latere primi illius hominis facti in sexu, statura, atque ætate virili, formatũ est corpus primæ mulie ris, viro illi matrimonialiter sociatę, ad propagandum genus humanum tam propter complendum ordinem vniuersi, quám ad reparandum cœ lo empyreo ruinã creaturæ angelicę, & ad obtinendum finaliter post hu ius vitæ decursum in cœlo empyreo sęlicitatem plenariam carnis, & ani mæ. Interim hęc doctrina nequaquam naturali ratione inuenta est, ne
que innotuit, aut conficta est, sed diuinitus reuelata, & supernaturaliter
Gen. 1. 21. tradita. Primos itaque generis humani parentes condidit Deus, non so lum in naturalibus, sed, & in gratuitis donis, quia (vt in genesi recitatur) hoĩem primum extra paradisum plasmauit, & protinus in paradisum traustulit illum, adduxitque coram eo animalia cuncta, quibus ipse con
uenientia illorum naturis imposuit nomina, quo probatur, quód natu
Eccẽs. 7. ralium scientiam sibi habuit concreatam. De ruina quoque naturæ ange licæ, & modo colendi Deum, ac causa finali suæ creationis fuit instructus excellentiori modo, quàm coniunx ipsius. Insuper (sicut testatur scriptu rá) Deus. fecit hominẽm ab initio rectum: quoniam originalem iustitiam concreauit ambobus, per quam corpus animę fuit subiectum, & sensiti ua pars rationi, ac ratio Deo, ita, quód si mens mansisset obediens, nulla rebellio, aut inordinata motio potuisset consurgere, aut oriri in car-

ne

Eccl. 17 ne ſenſitiuaque parte: hinc de ſua nuditate non erubeſcebant. Vnde in Eccleſiaſtico legitur: Deus de terra creauit hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum: poſuit timorem illius ſuper omnem creaturam: creauit ei ſcientiam ſpiritus: ſenſu impleuit corda illorum. addidit illis diſciplinam ſpiritus, & lege uitæ hereditauit illos. Denique paradiſus terreſtris cum ſit amœniſſimus, pulcherrimus, & temperatiſſimus locus, in quo nec tempeſtates, nec pluuię generantur, nec meteorologiæ fiunt impreſſiones, valde competebat, proportionatusque fuit ptimis parentibus & habitationi eorum, quia in magna conditi erant mentis, & interiorum tranquillitate, & temperatiſſima corporis complexione, ac quadam immortalitate, qua potuerunt non mori, ſi videlicet non peccarent. Sic quippe fuerant inſtituti, vt in eis malum pœnæ non præcederet malitiam culpæ, quia non decuit rationali creaturæ tam ſublimiter, & ſupernaturaliter inſtitutę infligi pœnam antequam incideret culpam: cum pœna ſit effectus, merces, & vltio culpæ in huiuſmodi creatura. Attamen concreatio originalis iuſtitiæ, tranſlatio in paradiſum, manſio tam tranquilla, immortalitas quoque iam tacta, erant ſupernaturalia dona: vnde, & propter tranſgreſſionem primorum parentum ſublata ſunt eis. Naturalia verò quamuis per culpam aliquo modo lędantur, & indiſponantur, non tamen omnino tolluntur, cum, & in dæmonibus manſerint integra, vt quarto capitulo de diuinis nominibus magnus Dionyſius conteſtatur.

Dionyſi.

TITVLI SEV RVBRICAE LIBBI SECVNDI Sententiarum, ab ipſo magiſtro primum ſic Digeſti.

Diſt. 1. QVod vuum eſt principium rerum, & non plura.
Quid ſit creare, quid facere.
Secundũ quam rõnem dicuntur de Deo huiuſmodi verba agere, facere.
Quare rationalis creatura facta ſit, id eſt, homo uel angelus.
Quomodo dicitur homo factus propter reparationem angelici caſus:
Quare ita homo ſit inſtitutus, ut unita ſit anima corpori,
Diſt. 3. ¶ De angelis quando facti ſunt.
Quòd nihil factum eſt ante cęlũ, & terram
Quòd ſimul cum tpe, & cum mundo cœperit ſpiritualis creatura, & corporalis.
Vbi angeli mox creati, fuerint.
Quòd ſimul creata eſt viſibilium mã, & in uiſibilium natura, & vtraq; informis.
Quõ dixit Luciſer, aſcendam in cęlum.
Diſt. 3. ¶ Quales facti fuerit angeli.
An omnes angeli fuerint æquales in eſſentia, & ſapientia libertate arbitrij.
Quæ còia, & æqualia habuerunt angeli.
An boni, vel mali creati ſint, & an aliqua mora interfuerit creationem, & lapſum
De triplici ſapientia angelorum ante caſum, uel confirmationem.
An aliquam habuerunt Dei dilectionem vel ſui ante caſum.
Diſt. 4. ¶ An perfecti, & beati creati, ſint, an miſeri, & imperfecti.
Diſt. 5. ¶ De ꝓfirmatione, & ꝓuerſione ſtantium, & auerſione, & lapſu cadentium.
De libero arbitrio breuiter tangitur.
An aliqd datum fuerit ſtantibus quo conuerterentur.
Qua gratia indigebant angeli, & qua non
An lapſis ſit imputanda auerſio.
Vtrũ beatitudinem, qua acceperunt in ꝓfirmatione ſtantes, meruerunt ꝑ aliquã tunc appoſitam gratiam.
Diſt. 6. ¶ De maioribus, & minoribus quidam ceciderunt, inter quos vnus fuit celſior, s. Luciſer.
Vnde, & quomodo deiecti ſunt.
Quare non eſt eis conceſſum habitare in cęlo, vel in terra.
De prelationibus dæmonum.
An omnes dæmones ſunt in hoc aere caliginoſa, uel aliqui in inferno.
De poteſtate Luciferi.
An dęmones ſemel victi à ſanctis, vltra accedant ad ipſos, uel ad alios.
Diſt. 7. ¶ Vtrum boni angeli peccare, vel mali recte viuere poſſint.
Quòd cum. vtrique habeant liberum arbitrium, non tamen ad utrumque flecti poſſunt.
Quòd boni poſt confirmationem liberiùs habent liberum arbitrium, quàm ante.
An poſſum ex natura peccare ſicut ante.
Quibus modis angeli mali noſcant veritatem temporalium rerum.
Quòd magicæ artes virtute, & ſcientia diaboli, valent, quæ eſt eis à Deo,
Quòd malis angelis non ſeruit ad meritum materia uiſibium rerum.
Quòd non ſuſit creatores, licet per eos magi ranas, & alia fecerunt, ſicut nec boni & ſi per eorum miniſterium fiunt creaturæ.
Quòd ſolus Deus ſic operatur creationem rerum, ſicut iuſtificationem mentis.
Quòd angeli mali multa poſſunt per naturæ vigorem, quæ non poſſunt propter Dei prohibitionem.
De formis, quibus apparuit Deus, & de illis, in quibus angeli apparent.
Quòd Deus in ſpecie, qua Deus eſt, nunquam apparuit mortalibus. Diſt. 8.
Quomodo dicuntur dæmones intrare in homines.
¶ De ordinum diſtinctione.
Quid appelletur ordo, & quæ ſit ratio cuiuſcunque nominis. Diſt. 9.
Qd nomina illa ſumpta ſunt a donis gratiæ non propter ſe, ſed propter nos eis data.
Vtrum hi ordines ab initio creationis diſtincti fuerit.
Vtrum omnes angeli eiuſdem ordinis ſint æquales
Quomodo dicat ſcriptura decimum ordinem compleri debere de hominibus.
Vtrum homines aſſumantur iuxta numerum ſtantium, vel lapſorum.
An omnes cęleſtes ſpiritus mittantur.
An michael, Gabriel, & Raphael ſint nomina ordinum, vel ſpirituum. Diſt. 10.
¶ Quòd ſingulę animæ habent angelum. Diſt. 12.
bonum ad cuſtodiam, malum verò ad exercitium.
Vtrum angeli proficiant in merito, & prę mio, uſque ad iudicium.
¶ De diſtinctione operum ſex dierum. Diſt. 23.
Quòd aliis ſenſerunt omnia ſimul facta in materia, & forma, alii per iterualla temporum.
Quomodo per interualla temporum res corporales conditæ ſint.
Quo ſenſu tenebrę dicantur eſſe aliquid, & qui dicantur non eſſe aliquid.
Quare illa materia confuſa ſit dicta informis, vbi ad eſſe prodijt, & quantum in altum

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

tum ascenderit.
Dist. 13. De quatuor modis diuinæ operationis.
¶De primo distinctionis opere.
De luce facta primo die spiritualis an corporalis fuerit.
Quibus modis accipitur dies.
De naturali ordine computationis dierũ & de illo, qui pro mysterio introductus est.
De intelligentia horum verborum, dixit Deus.
Ex quo sensu pater dicitur operari in filio
Dist. 14. vel per filium, vel in spiritussancto.
¶De opere secundæ diei, qua factum est firmamentum.
Quod cęlum tunc factum debet intelligi.
De qua materia factum sit.
Quomodo aquę possunt esse supercęlum & quales sint.
De figura firmamenti.
Dist. 12 Quare tacuit scriptura de benedictione operis huius diei.
De opere tertiæ diei quando aquæ congregatæ sunt in unum locum, cum multa sint maria, & flumina.
De opere quartæ diei, qua facta sunt luminaria.
Quomodo accipiendum sit, illud, sint in signa, & tempora.
Dist. 15. ¶De opere quintæ diei, qua facta sunt natatilia, & uolatilia.
De ope sextæ diei, qua creata sunt animalia, & reptilia terræ.
De venenosis, & noxiis animalibus.
Vtrum minima animalia tunc creata fuerunt.
Quare post omnia factus est homo.
De sententia illorum, qui simul omnia facta esse contendunt.
Quomodo intelligenda sit requies die.
Quomodo accipiendum sit, quod dicitur Deus complesse opus suum optima die septima die cum tunc quieuerit.
Quomodo omnia facta à Deo dicantur ualde bona.
De sanctificatione septimæ diei.
¶De hominis creatione.
Qualis factus sit homo.
Dist. 16. De imagine, & similitudine, ad quam factus est homo.
Quare homo dicitur imago, & ad imaginem, filius verò non imaginem.
¶De creatione animæ, an de aliquo facta sit
Dist. 17. De inspiratione, & insufflatione Dei quãdo facta fuerit anima, an in corpore, vel extra.
In qua ętate factus est homo.
Quare homo extra paradisum creatus, in paradisum sit positus.
Quibus modis paradisus accipiatur.
De ligno vitæ.
Da ligno scientię boni, & mali. Dist. 18
¶De formatione mulieris.
Quare de latere uiri, & non de alia parte corporis formata sit.
Quare dormienti viro, & non vigilanti subtracta sit costa.
Quod de costa multiplicata in se sine addi tamento extrinseco facta fuerit.
De causis superioribus, & inferioribus.
De causis, quæ in Deo sunt simul, & in creaturis, & de his, quæ in Deo tantum sunt.
De anima mulieris, quæ non est ex anima viri, quia animæ non sunt ex traduce.
¶De statu hominis ante peccatum, qualis Dist. 19.
fuit secundum corpus, & qualis post peccatum.
Quomodo dicitur homo factus in animam viuentem.
Corpus hominis ante peccatum mortale & immortale erat, post peccatum mortuum.
Vtum immortalitas, quam tunc habuit, fuerit de conditione naturæ, an ex gratiæ, beneficio.
Si posset homo viuere semper vtens aliis lignis. & non de ligno uitę, Deo non mãdante, vt de illo ederet.
De immortalitate corporis.
¶De modo procreationis filiorum, si non Dist. 20.
peccassent primi homines.
Quare in paradiso non coieruut,
De modo translationis in meliùs, si non peccassent.
Vtrum in perfectione staturæ, & usu membrorum procrearentur filij.
Vtrum etiam in sensu paruuli nascerentur
De duobus bonis, altero hic dato, altero promisso.
¶De inuidia diaboli, qua ad tentandum Dist. 21.
accessit.
De forma, in qua venit.
De calliditate serpentis.
Vtrum elegerit serpentem, ut per eum tentaret diabolus.
De modo tentationis.
De duplici tentionis specie.
Quare paccatum hominis, & non angeli remediabile sit.
Quòd non soli viro præceptum fuit datum.
¶De origine illius peccati. Dist. 22.
De mulieris elatione.
De uiri elaticne.
Quis magis deliqũerit, uir aut mulier.
De ignorantia excusabili, vel excusabili.
An uoluntas pręcesserit illud peccatum.
¶Quare

Dist. 23. ¶Quare Deus permisit hominem tentari quem sciebat casurum.
Qualis fuerit secũdum animam homo ante peccatum.
De triplici scientia hominis ante lapsum.
Vtrum homo præscius fuerit eorum, quæ sibi futura erant.
Dist. 24. ¶De gratia hominis, & potentia ante casum.
De auditorio homini in creatione dato, quo stare poterat.
De libero arbitrio.
De sensualitate.
De ratione, & partibus eius.
De similii ordine peccandi in nobis, & in primis parentibus.
Quòd in nobis est uir, & mulier, & serpens.
De spirituali coniugio viri, & mulieris in nobis.
Qualiter per ista tria in nobis consummetur tentatio.
Quando mulier manducat sola cibum vetitum.
Quando etiam vir manducat.
Quando sit veniale, vel mortale peccatum.
Quibus modis accipitur sensualitas in scriptura.
Dist. 25. ¶Diffinitio liberi arbibitrij secũdum philosophos.
Qualiter in Deo accipitur liberum arbitrium.
Quòd angeli, & sancti liberum habent arbitrium.
Quòd liberiùs erit liberum arbitrium, qñ peccare non poterunt.
De differentia libertatis liberi arbitrij secũdum diuersa tempora.
De quatuor statibus liberi arbitrij.
De coruptione liberi arbitrii per peccatum.
De tribus modis libertatis liberi arbitrij, a necessitate, à peccato, à miseria.
De libertate, quæ est ex gratia, & quę ex natura.
Dist. 26. ¶De gratia operante, & cooperante.
Quid sit voluntas.
Quæ sit gratia voluntatem bonam præueniens.
Quòd bona voluntas, quę pręuenitur gratia, quædam Dei dona præuenit.
Quòd cogitatio boni præcedit fidem.
Quòd intellectus, & cogitationem boni, & delectationem pręuenit.
An per liberum arbitrium bonum operatur homo sine gratia.
Vtrum una, & eadem gratia, sit quæ dicitur operans, & cooperans.
Quomodo gratia meretur augeri.
De tribus generibus bonorum.
In quibus bonis sit liberum arbitrium.
¶De virtute quid sit, & quid actus eius. Dist. 27.
De gratia, quæ liberat volũtatem, si uirtus est, vel non.
Quomodo ex gratia incipiunt bona merita, & de qua gratia hoc intelligatur,
Quòd bona voluntas gr̃ę principaliter est.
Qua ratione dicitur fides mereri iustificationem.
De muneribus uirtutũ, & per gratiam, quæ non est, sed facit meritum.
Quòd idem est vsus virtutis, & liberi arbitrij, sed virtutis principaliter.
Quidam putant virtutes bonos vsus esse liberi arbitrii; id est, actus mentis.
¶De hæresi Pelagiana. Dist. 28.
Quomodo Pelagiani dictis Augustini utũtur in testimonium sui erroris.
Quomodo Augustinus illa verba determinet, in retractationibus.
De hæresi louiniani, & Manichæi, quas collidit Hieronymus.
¶Vtrum homo ante peccatum eguerit Dist. 29.
gratia operante, & cooperante.
Si homo ante lapsum virtutes habuerit.
De electione hominis de paradiso.
Quomodo intelligendum sit illud, ne sumat de ligno vitę, & viuat in ęternum.
De flammeo gladio ante paradisum posito.
An ante peccatum homo comederit de ligno vitæ.
¶Quòd per Adã peccatum, & pœna tran Dist. 30.
siit in posteros.
Vtrum illud peccatum, quod transiit, fuerit originale, vel actuale.
Quidam putant fuisse actuale.
Quomodo assignant illud intrasse in mundum.
Quod originale peccatum verè fuit, quod transiit in posteros.
Quid sit originale peccatum.
Quòd originale pecatum est culpa.
Quòd originale peccatum dicitur fomes peccati. i. concupiscentia.
Quid nomine concupiscentiæ intelligitur quę fomes est peccati.
Quòd per Adam originale peccatũ intrauit in omnes. i. concupiscentia.
An sit originale peccatum, in quo omnes peccauerunt.
Ex quo sensu dictum est, per inobedientiam unius, multi sunt constituti peccatores.
Quod originale pecatum in Adam fuit, & in nobis est.
Quomodo omnes dicuntur in Adam fuisse quando peccauit, & ex eo descẽdisse.
Quòd nihil extrinsecum conuertatur in humanam substantiam, quæ est ex Adã
Quomodo originale peccatum à patribus Dist. 31.
transeat

transeat in filios, an secundum animã, an secundum carnem.
Quod per carnem introducitur peccatũ, & quomodo ostendit.
Carnis corruptionis causam ostendit, ex qua peccatum fit in anima.
Quare dicitur peccatum esse in carne.
Vtrum causa orginalis peccati, quæ est in carne, sit culpa, vel pena.
Dist. 32. Quare dicitur originale peccatum.
¶Quomodo originale peccatum dimittitur in baptismo.
Vtrum fœditas, quam ex libidine trahit, in baptismo diluatur.
Vtrum illius concupiscentiæ Deus sit autor.
Quare illi peccatum imputetur animæ.
Vtrum illud peccatũ sit necessarium, uel uoluntarium.
Quare Deus iungit animam corpori, sciẽs eam inde maculari.
An anima sit talis, qualis à Deo creatur.
An animæ ex creatione sint in donis naturalibus æquales.
Dist. 33. ¶An peccata omnium præcedentium patrum paruuli originaliter trahãt, vt peccatum Adę.
Quomodo in illo primo uno peccato plura reperiuntur.
An peccatum Adæ sit grauis cæteris.
An illud peccatum sit primis parentibus dimissum.
Quomodo peccata parentum visitentur in filios, & non uisitentur.
Dist. 34. ¶De peccato actuali.
Quæ fuerit origo, & causa prima peccati.
Quæ fuit secundaria causa malorum.
Quod non nisi in bona re sit malum.
Quod in his fallit dialecticorũ regula de contrarijs.
Dist. 35. ¶Quid sit peccatum.
Vtrum malus actus inquantum pctm̃ est, sit corruptio, vel priuatio boni.
Quomodo peccatum possit corrumpere bonum, cum nihil sit.
Qualiter se homo elongat à Deo.
An pena sit priuatio boni.
Dist. 36. ¶Quod quædã simul sunt peccata, & pœna peccati, quædã peccata, & causa peccati, alia verò peccata, & causa, & pœna peccati.
An peccatum sit causa peccati, in quantũ, peccatum est.
Quòd non omne peccatum est pœna peccati.
Vtrum peccata aliqua essentialiter sint pęnæ peccati.
Quod cum peccatum sit pęna peccati, peccatum est ab homine, pęna à Deo.
De quibusdam quæ indubitãter sunt peccata, & pęnæ, & inquantum eas patimur peccata non sunt.
¶Quod aliqui putant malos actus nullo modo esse à Deo. Dist.
Ex quo sensu dictum sit Deus non est mali autor. Dist.
¶De voluntate, & eius fine.
Quid sit bonus finis. s. charitas.
Quod omnes bonæ voluntates vnum finem habent, & tamẽ quędam diuersos fines sortiuntur.
¶De differentia voluntatis, & intentionis & finis. Dist.
Quare voluntas dicitur peccatum, cum sit de naturalibus, quorum nullum aliud peccatum est.
Quare actus voluntatis sit peccatum, si actus aliarum potentiarum nõ sunt peccata.
¶Ex quo sensu dicitur naturaliter omnis homo velle bonum. Dist.
An ex fine omnes actus pensari debeant
¶Ex quo affectu vel fine omnes sint boni vel mali. Dist. 4
An omnis intentio, & actio infidelium sit mala.
Quibus modis dicatur bonum.
Quomodo intelligitur illud pctm̃ à Deo est uoluntarium, vt nullo modo sit peccatum, si non sit uoluntarium.
Et illud, Nusquam nisi in uolũtate peccatum est.
Et itẽ, Non nisi in uoluntate peccatur
¶Quod mala voluntas est uoluntarium peccatum. Dist. 4
An voluntas, & actio mala in eodem, & circa idem sint vnum peccatum, vel plura.
Si peccatum ab aliquo commissum, in eo sit vsqueq uo pęniteat.
Quibus modis accipiatur reatus.
De modis peccatorum.
Quomodo differant delictum, & peccatũ.
De septem principalibus uitiis.
De superbia.
Quomodo superbia dicatur radix omniũ malorum, & cupiditas, cum superbia non sit cupiditas.
¶De peccato in spiritum sanctum.
¶De potentia peccandi, an sit homini, uel diabolo à Deo. Dist. 4 Dist. 44
An aliquando resistendum sit potestati.

FINIS.

DIVI DIONYSII CARTHVSIANI,

IN SECVNDVM LIBRVM SENTENTIARVM FIDEI CATHOLICAE, IN QVO

De rerum creatione, & hominis lapsu præcipuè agitur.

PROLOGVS.

QVIS ignorat, quod manus dñi fecit hæc oĩa, in cuius manu est anima oĩs uiuentis, & spiritus vniuersæ carnis hoĩs? Quamuis namq; omnipotens Deus in seipso a viatoribus clarè, ac faciliter in hac uita uideri non queat, atq̃ in suis effectibus omnipotentiam, beneuolentiam, ac sapiẽtiam suam tam euidenter, multipliciterq; monstrauit, vt iam oĩbus constet, q̃ oẽ, quod citra Deũ est, aliudq; ab ipso, ab eo ꝓfluxerit, a quo & (teste philosopho) oĩbus deriuatũ est esse, & uiuere. Propter quod in Ecclesiast. hr̃: Gloria dñi plenum est opus eius. Nonne dñs fecit sanctos enarrare oĩa mirabilia sua, quę confirmauit oĩpotens dñs, stabilis in gloria sua? Itaq; de ignorantia summi, & ueri Dei nemo de se iam poterit excusare: Imo, vt in Sapientiæ lib. scriptum est: Vani sunt o ẽs hoĩes, quibus non subest scientia Dei. & de his quæ uident bona, non potuerunt intelligere eũ, q̃ est. A magnitudine em̃ speciei creaturę, cognoscibiliter poterit creator horum intelligi. Hinc, & in Isaia legitur: Repleta est terra sciẽtia dñi, sicut aquæ maris operientes.

Ioan. 12. Eccle. 42. De ignorãtia summi & ueri dei nemo se excusare potest. Sapien. 13. Haiæ 11.

¶Præterea quãuis Deus ita ex suis ualeat creaturis per naturalem rõnem cognosci: clariùs tn̄, atq; præclariùs põt per supernaturalem reuelationẽ, ac fidem intelligi, prout in præcedenti diffusiùs declaratum est libro. In quo: qm̃ de ipso superglorio sissimo Deo tractatum est, de suæ videlicet deitatis vnitate, & superessentialiũ, ac supersubstantialium ꝑsonarum Trinitate: recto nunc ordine de eius agitur creaturis, de productione mundi sensibilis, totiusq; vniuersi, de natura angelica, & personis eius tàm electis, q̃ reprobis, præsertim de hoĩe, & ipsius originali institutione, & circunstantibus, pertinentibusq; ad eum: q̃ oĩa in themate tangunt̃ inducto, utpote omnipotentia creatoris, cum dr̃, Manus dñi: mundus sensibilis, totumq; vniuersum, cum addit̃. Hæc omnia: & ipsorum creatio, in uerbo hoc, Fecit specialiter quoq; homo, dum subditur, Et spiritus vniuersæ carnis hominis.

¶Deniq; sanctus Thomas: Aliter, inquit, cõsideratio creaturarum pertinet ad philosophos, & aliter ad theologos Philosophi namq; creaturas considerant ꝓm̃, quod in propria natura consistunt. unde ꝓprias causas, & passiones, seu ꝓprietates rerum inquirunt. Theologi verò creaturas considerant, ꝓut a primo principio exierunt, atq; ad finem ultimũ qui Deus est, ordinant̃. De hac manu creatoris fertur in psalmo: Aperiente te manum tuam, oĩa implebuntur bonitate. Siquidem in manu eius sunt oẽs fines terræ: qm̃ ab æterno non nisi in eius potestate fuerunt. Aperta aũt hac manu claue amoris, prodierunt creaturæ in esse, de qua manu loquit̃ Isaias: Ecce non est abbreuiata manus eius: qm̃ infinita sua uirtute rerum naturam in esse produxit. Quam vtiq; Dei manum abbreuiare conati sunt, qui asserunt a Deo nihil fieri posse ex nihilo. Insuper de his exponi põt, illud Iob: Spiritus eius ornauit cœlos, & obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. In quibus uerbis oñditur Trinitas personarum, uidelicet spiritusſanctus, cum dr̃, spiritus eius: & persona patris, in hoc pronomine, eius: vnde & in Sapientia, Spũs dñi repleuit orbem terrarũ. Atq; in nomine, manus, exprimit̃ filius, qui & brachium patris vocat̃, cum ipse sit uirtus, & sapientia patris. Ex parte quoque actus duo tangunt̃, puta ornatus, qui pertinet ad rerũ dispositionẽ: qm̃ uaria eas pulchritudine decorauit, ꝓm̃ illũ Ecclesiastici, Magnalia sapientiæ suæ decorauit: & itẽ obstetricationis officium, quod spectat ad prouidentiæ gubernationem, qua creaturas propria uirtute subsistere nonualentes, instar obstetricis cõseruat in esse, & necessaria neniendi ad finem largit̃, ac impedimenta salutis repellit, etiam mala ordinanda in bonum.

Iob. 25. Sap. 1. Luc. 1. Hebr. 1. Eccle. 42. S. Tho. Psal. 103. Psal. 94. Isai. 9.

¶Ampliùs, ex parte effectus tangit duo, videlicet cœlum, & colubrum tortuosum. In cœlo duo pensant̃. Primum est eius stabilitas, iuxta illud Prouerbiorum: Stabiliuit cœlos prudentia. Secundum est indeficiens claritas eius, de qua in Ecclesiastico: Ego feci in cœlis, ut ornet̃ lumen indeficiens. Sicq; per cœlos intelligi pñt creaturæ, quæ in suo decore firmiter perstiterunt. Similiter in colubro tortuoso duo signant̃. i. obscuritas, atq; obliquitas. Coluber quippe dr̃, quasi colens umbram, q̃ sonat lucis priuationem. Obliquitas uerò exprimit̃, dum additur, tortuosus. Distortum est. n. quod a rectitudine obliquatur. Sicq; per colubrum denotant̃ creaturæ, quãtum pulchritudo per peccatum est obscurata, & rectitudo obliquata, præsertim diabolus, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Itaq; rectè dr̃ Deus cœlos ornasse, qa in creaturis, q̃ suũ ordinẽ seruauerũt, diuina bonitas clariùs splẽdet, & decoris ornatus non extat mutatus. Rectè quoq; dr̃ obstetricante manu eius coluber tortuosus eductus, qa in malis relucet diuina potentia, per hoc, quod cohibentur: atq; diuina prouidentia, per hoc, qd̃ eorum mala in bonum ordinantur. Hæc Thomas.

Prouer. 3. Eccle. 24. Sapien. 2.

¶Circa hæc scribit Bonauentura, inducens ꝓ themate illud Ecclesiast. Solũ hoc inueni, quòd Deus fecerit hoĩem rectum, & ipse se immiscuerit q̃nibus infinitis. In his namq; duobus claudit̃ terminus totius humanæ cõprehensionis, ut cognoscat originẽ boni, & cognoscendo eam requirat, atq; ad illam pueniat, & in ea quiescat, ut insuper noscat originẽ mali, & illud deuitet. ¶In his quoq; claudit̃ tota intentio tractatus libri istius. Qui circa duo uersatur, videlicet circa hoĩs conditionem, & deuiationem. Quorum primum tangitur, cum dr̃, fecit Deus hominem rectum, dando videlicet ei gratiam, ac virtutes. Tunc nempè dr̃ homo rectus, dum intelligen

Bonauent. Eccle. 7. De hominis rectificatione.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

tia eius adæquatur summæ ueritati in cognoscẽdo, voluntasq; eius conformat summæ bonitati in diligendo, & uirtus eius continuatur summę potestati in operando. Et hoc est qñ homo ad Deũ conuertitur ex se toto. Adæquatur aũt nostra intelligentia
Anselmus summæ ueritati nõ per omnimodam completionẽ, sed aliqualem imitationem. Si.n. (ut ait Anselmus) ueritas est rectitudo sola mente perceptibilis, & rectitudini non pót æquari nisi rectum, dum intellectus noster æquatur ueritati, necessariò rectificatur. Tuncq; rectificat, qñ se actualiter conuertit ad ueritatem. Veritas namq; in actu diffinit, quod est adæquatio rei, & intellectus. Hinc sine veritate nullus iudicat rectè. Secundò hõ rectificat, qñ uolũtas sua summæ bonitati cõformat. Sũma etenim bonitas, est summa æquitas, seu iustitia. Vnde quanto quis
Anselmus iustior, tanto est melior; qñ teste Anselmo, Iustitia rectitudo est uoluntatis. Nihil aũt conformat rectitudini, nisi rectum. Tunc ergo uoluntas summę bonitati æquat, & æquitati conformat, cũ ad ipsam di
Hugo. ligendo conuertit. Vnde Hugo: Scio, inquit, o aĩa, quia dum aliquid diligis, in eius similitudinem trãsformaris. Hinc qui summã diligit bonitatem, rectus
Cant. 1. est. Propter quod primo Canticorum inducit: Recti diligunt te. Recti.n.o dñe, ad tuam sunt bonitatẽ conuersi, & tua ad eos bonitas inclinatur. Quod ex
Psal. 72. pertus uir sanctus, fatet: Quàm bonus Israel Deus
Psal. 33. his, qui recto sunt corde? Et quia hoc soli recti ex-
Quid sit rectum. periunt, ideo rectos decet collaudatio. Nihilominꝰ rectificat hõ, dũ virtus sua sũmæ bonitati cõtinuat.

¶ Rectũ.n.est, cuius mediũ non exit ab extremis. Porro extrema sunt primum, & ultimum, alpha, &
Apo. 1. 12. ω, principium, & finis. Medium inter hæc, est operatio per quam efficiens pertingit ad finem. Illa ergo uirtus est recta, cuius operatio est a primo principio, & ad vltimum peruenit finem. Cumq; diuina uirtus oĩa operet, ẽt ꝑ ipsummet Deum, rectissima est in operando. Nihil demum continuat recto nisi rectum. Cum igitur virtus nostra diuinæ potestati continuatur, sine dubio rectificat. atq; ex hoc
Deut. 23. Homo rex dicitur. efficit homo non solum rectus, sed & rector, ac rex, iuxta illud Deuteronomij: Erit apud rectissimũ rex congregatis principibus populi cum tribus Israel. Hoc namq; erit in gloria, qñ continuabit uirtus nostra ueritati diuinæ. Tunc quippè erimus omnipotentes uoluntatis nostrę, quemadmodum Deus suę. sicq; omnes erimus reges. Hinc uniuersis promittitur regnum cœlorum. At uerò intelligentia nostra a summa veritate se auertendo, ignara effecta est & qõnibus se immiscuit infinitis. Vna etenim qõ gñat aliam, & aliam parit contentionem, & incidit hõ inextricabilem dubitationem.

¶ Præterea voluntas discordando a summa bonitate, infecta, immiscuit se infinitis qõnibus per con-
Ecclesi. 5. cupiscentiam, & cupiditatem. Propter quod Salomone testante, Auarus non implet pecunia, quemadmodũ ignis nunquã dicit, sufficit. Cõcupiscẽtia ẽt nũquã satiat infinitis qõnibus voluptatũ. Sic & virtus humana se a summa ptãte discõtinuando, infirma facta, miscuit se infinitis qõnibus per instabilitatẽ. Vnde semper quærit getẽ, nec inuenit nisi in Deo. Resecanda sunt ergo uana, inutilia, immoderata, & sola utilia sunt quærenda. Hæc Bonauentura.

¶ Ampliùs, Petrus de Tarantasia, qui fuit Papa In
Petrus de Tarãtasia. nocentius V. hic assumit pro prologo: Qui uiuit in
Eccle. 15. æternum, creauit oĩa simul. In quibus uerbis opus creationis sufficienter exprimitur, in quo etiam huius secundi libri Sententiarum materia designatur. Tangit namque Ecclesiasticus summi opificis dignitatem, dicendo, Qui uiuit in æternum: operandi quoque modum singularem, subdendo, Creauit: tertio operum perfectionem, addendo, Oĩa: quarto, operationis ordinem, subijciens. Simul. Quatuor namq; præcipui opifices sunt inter creata, quorũ in
Boethius. dignior, atq; infirmior ẽ natura, q̃ (ut ait Boethius) est uis insita rebus, ex similibus similia procreans.

¶ Secũdus est quinta essentia, s. cœlum, puta con-
Philosop. geries cœlestium corporum. Vnde ꝓm Philosophũ 1. de gñatione, ꝓm allationem solis in circulo obliquo inferiora.

¶ Tertius est humana industria.

¶ Quartus natura angelica, per quam corporalis regitur creatura. Hi sunt quatuor fabri, de quibus
Zacha 1. Zacharias ait: Oñdit mihi dñs quatuor fabros. Super quos est quintus faber oĩm fabricator, de quo
Psalm. 73. fertur in psalmo. Tu fabricatus es auroram, & solẽ.

¶ Deniq; posuit mundũ non esse creatum in tpe, sed ab æterna causa æternũ, ut Boethius, atq; Ambrosius referunt. Plato uerò posuit mundum nõ esse
Boethiꝰ, & Ambrosiꝰ. æternũ, sed de æterna materia factũ. Epicurus quo-
Plato. Epicurus. que dixit mundum non esse æternum, sed ex æternis atomis casu concurrentibus factũ. Deniq; per-
Mundi perfectio quatuor declaratur indicijs. fectio mundi quatuor indicijs declarat. Primò, numero dierũ, in quibus est factus, quia in sex diebus.
Senarius numerꝰ secundũ Augu. Plato. Senarius quippè Aug. est primus numerus pfectus: qñ constat præcisè ex aggregatione suarũ partium aliquotarũ. Secũdò, in rotunditate suæ figuræ. Nem-
Idem. pe (ꝓm Platonẽ) ut mundus quasi perfectũ aĩal esset unum perfectum ex imperfectis oĩbus citra senium dissolutionemq; constitit, formamq; congruã, puta rotundam, & globosam, omnium formarũ intra se contentiuam, ei donauia. Tertiò, ipsius mundi unitate, seu singularitate: quia ꝓm Platonem, ut mundus suo exemplari similis esset, unicus a Deo est factus, quæ unitas attestatur mundi perfectioni. siquidem de speciebus imperfectis Deus plura singularia fecit de perfectis verò sensibilibus, unum solum, ut
Diffinitio perfecti secundũ philosophum Eccle. 18. patet de Sole, & Luna. ¶ Quartò, additionis impossibilitate. Perfectũ namq; (ꝓm philosopum) est, cui impossibilis extat additio. Operibus autem Dei nõ est addere neq; minuere, ut in Ecclesiastico asserit. Hęc Petrus. In cuius verbis obscurũ vt, ꝙ ait ꝓm Platonẽ mũdũ nõ esse æternũ. sed de hoc infra dicet.

¶ Richardus quoq; de Media uilla, in ꝓlogo suo
Richard. super ꝓm: Quædam, inquit sunt facta per uerũ Dei non de aliquo, ut prima principia, quæ sunt de eẽntia rerum creatarum, ut prima materia. Quædam verò sunt facta per uerbum Dei de principijs unum ꝑ essentiam constituentibus, ut Adam ex limo terræ, & aĩa. Quædam facta sunt per verbũ Dei de compositis non constituentibus vnũ per essentiam, sed per ordinem quendam, nt machina mundi, seu uniuersum de quatuor elementis, corporibusq; cœlestibꝰ, & alijs partibus eius. Hæc Richardus.

¶ At verò sicut hic scribit Albertus; Descẽdente
Albertus. Exod. 34. Moyse de monte, ignorabat, ꝙ cornuta, & splendida esset facies sua ex consortio Dei. Ita, & utinã nobis descendentibus de monte contemplationis. i. de sublimitate materiæ primi libri, in quo de ente increato superaltissimo, de simplicissima deitate, & incõprehẽsibili supergloriosissima Trinitate tractatum est, ad materiã libri præsentis, puta ad cõsiderationem creaturarum, & ꝓductionis distinctionis,
2. Cor. 3. atq; ornatus earũ, resplendeat facies mẽtis, & in eã dẽ lucis imaginẽ trãsformemur a claritate in claritatẽ, reuelataq; facie, gloriã dñi speculemur: & ex tali illuminatione de libri huius materia dignè tractemꝰ, & ĩ lumine Dei, q̃ vera sũt videamꝰ. Hęc Alb.

SEN-

SENTENTIARVM FIDEI CATHOLICAE, DOCTISSIMI VIRI PETRI LOMBARDI STVDIO COLLECTARVM, de rerum creatione, ac hominis lapsu præcipuè tractans,

LIBER SECVNDVS.

Epilogus libri primi, huc tamen necessariò pertinens.

QVæ ad mysterium diuinæ unitatis, atque Trinitatis, licet ex parte, cognoscendum pertinere noscuntur: quantum valuimus, diligenter executi sumus. Nunc ad
A consideratione creaturarum transeamus.

Vnum esse rerum principium ostendit, non plura, vt quidam putauerunt. *Distinctio I.*

CREATIONEM rerum insinuans scriptura, Deum esse creatorem, initiumq; tpis, atq; oĩum visibilium, vel inuisibilium creaturarum, in primordio sui ostẽdit, dicens: In principio creauit
De creatione humanæ naturę Deus cœlum, & terram. His etenim verbis Moyses spiritu Dei
Gen. 1. afflatus, in uno principio a Deo creatore mũdum factum refert: elidẽs errorem quorundam, plura sine principio fuisse principia opinantium. Plato namq; tria initia existimauit, Deum. s. exem-
Plato dixit tria principia esse. plar, & materiam: & ipsa increata sine principio, & Deum quasi artificem, non creatorem. Creator.n.est, qui de nihilo aliquid fa
Ex qua rõne propriè dicit creator. & qd sit creare, & quid facere. cit. Et creare propriè est, de nihilo aliquid facere. Facere verò, non modo de nihilo aliquid operari, sed etiam de materia. Vnde, & homo, & angelus dicitur aliqua facere, sed non creare. vocaturq; factor siue artifex, sed non creator. Hoc.n.nomen soli Deo propriè congruit: qui de nihilo quædam, & de aliquo aliqua facit. Ipse est ergo creator, & opifex, & factor, sed creationis nomen sibi propriè retinuit: alia verò etiam creaturis communicauit. In scriptura tamen sæpe creator accipitur tanquam factor, & creare
B tanquam facere sine distinctione significationis.

Quòd hæc verba, scilicet agere, & facere, & huiusmodi, non dicuntur de Deo, secundum eam rationem, qua dicuntur de creaturis.

Veruntã sciendum est, hæc verba, s. creare, facere, agere, & alia hmõi, de Deo nõ posse dici ꝓm eam rõnem, qua dicuntur de creaturis. Quippè cum dicimus eum aliquid facere, non aliquem in operando motum illi inesse intelligimus, vel aliquam in laborando passionem: sicut nobis solet accidere, sed eius sempiternæ voluntatis nouum aliquem significamus effectum: id est, æterna eius uoluntate aliquid nouiter existere. Cum ergo
Ex quo sensit dicitur Deus aliqd facere. aliquid dr̃ facere, tale est, ac si dicat iuxta eius voluntatem, vel per eius voluntatem aliquid nouiter contingere, vel esse: ut in ipso nihil noui contingat, sed nouum aliquid, sicut in eius æterna voluntate prædestinatum fuerat, fiat sine aliqua motione, uel sui mutatione. Nos uerò operando mutari dicimur, quia mouemur. Non.n. sine motu aliquid facimus. Deus ergo aliquid agere, uel facere dr̃, quia causa est rerum nouiter existẽtiũ: dum eius uoluntate res nouæ esse incipiunt, quæ ante non erant, absq; ipsius agitatione: ut actus propriè dici non queat, cum uidelicet actus omnis in montu consistat, in Deo autem motus nullus est. Sicut ergo ex calore Solis aliqua fieri contingit: nulla tñ in ipso, vel in eius calore facta motione, vel mutatione: ita ex Dei voluntate noua habent esse sine mutatione auctoris, qui est vnum, & solum, & omnium principium: Aristoteles vero duo posuit principia, scilicet materiam, & speciem: & tertium, operatorium dictum: mundum quoque semper esse, & fuisse.

Per simile ostendit Arist circa finem secundi de gnatione.

Quod catholicum est, docet.

C Horum ergo, & similiũ errorem spũssanctus euacuãs, ueritatisq; disciplinam tradẽs: Deum in principio tpum mundum creasse, & ante tpa æternaliter extitisse significat, ipsius æternitatem, & omnipotentiam commendans. Cui uoluisse, facere est: quia, ut
Gene. 1. 2

prædiximus,ex eius voluntate,& bonitate res nouæ existunt. Credamus ergo rerū crea-
tarum cœlestium,uel terrestrium,visibilium,vel inuisibilium cām non esse,nisi bonita
tem creatoris,qui est Deus vnus,& verus. Cuius tanta est bonitas,vt summè bonus bea-
titudinis suæ,qua ęternaliter beatus est,alios velit esse participes:quam videt,& commū
nicari posse,& minui omnino non posse. Illud ergo bonum, quod ipse erat, & quo bea- Beda.
tus erat: sola bonitate, non necessitate alijs communicari uoluit: quia summè boni
erat, prodesse velle, & omnipotentissimi, nocere non posse.

D *Quare rationalis creatura facta sit.*

Et quia non ualet eius beatitudinis particeps existere aliquis, nisi per intelligentiam,
quæ quanto magis intelligitur,tanto plenius hr̄:fecit Deus rōnalem creaturam,q̄ sum-
mum bonum intelligeret,& intelligendo amaret, & amando possideret, ac possidēdo
frueretur.Eamq; hoc modo distinxit,ut pars in sui puritate permaneret,nec corpori vni
retur,s.angeli: pars corpori * iungeretur,s.animæ. Distincta est utiq; rōnalis creatura in * vniretur Qūo distincta sit rōnalis creatura.
incorpoream,& in corpoream: & incorporea quidem angelus, corporea uerò homo
uocatur,ex anima rationali,& carne subsistens. Conditio ergo rationalis creaturæ pri-
mam causam habuit Dei bonitatem.

E *Quare creatus sit homo, vel angelus.*

Ideoq; si quæratur,quare creatus sit homo,uel angelus,breui sermone responderi po-
test: Propter bonitatem eius. Vnde Augustinus in libro de doctrina Cristiana:Quia bo-
nus est Deus, sumus: & inquantum sumus,boni sumus.

F *Ad quid creata sit rationalis creatura.*

Et si quæritur,ad quid creata sit rōnalis creatura:respondetur, ad laudandum Deum,
ad seruiendū ei,ad fruendum eo: in quibus proficit ipsa, non Deus. Deus.n perfectus,&
summa bonitate plenus,nec augeri potest, nec minui.Quod ergo rōnalis creatura facta
est a Deo,referendum est ad creatoris bonitatem,& ad creaturæ utilitatem.

G *Breuissima responsio, cum quæritur quare, vel ad quid facta sit rationalis creatura.*

Cum ergo quærit̄,quare,uel ad quid facta sit rōnalis creatura: breuissimè rn̄deri pōt,
ꝑꝑ Dei bonitatem,& suam utilitatē.Vtile nempè ipsi est,seruire Deo, & frui eo. Factus Psalm. 15.
ergo angelus siue homo ꝑꝑ Deum dr̄ esse,non quia creator Deus,& summè beatus, al-
terutrius indiguerit officio,qui bonorum nostrorum non eget:sed ut seruiret ei, ac frue-
retur eo,cui seruire,regnare est.In hoc.n.proficit seruiens,non ille cui seruitur.

H *Sicut factus est homo, vt seruiret Deo, sic mundus, vt seruiret homini.*

Et sicut factus est homo ꝑꝑ Deum,id est,ut ei seruiret:ita mūdus factus est ꝑꝑ hoīem,
s.ut ei seruiret.Positus est ergo homo in medio:ut ei seruiretur,& ipse seruiret:ut accipe
ret utrunq;,& reflueret totum ad bonum hoīs,& quod accepit obsequium,& quod im-
pēdit. Ita.n.uoluit Deus sibi ab hoīe seruiri,ut ea seruitute non Deus, sed homo seruiēs
iuuaretur:& uoluit,ut mundus seruiret homini,& exinde similiter iuuaretur homo. To-
tum ergo bonum hominis erat:& quod factum est ꝑꝑ ipsum,& ꝑꝑ quod factus est ipse. 1. Cor. 3.
Omnia.n.(ut ait Apostolus) nostra sunt,s.superiora,& ęqualia,& inferiora.Superiora q Qūo oīa nr̄a sunt.
dem nostra sunt,ad perfruēdum,ut Deus Trinitas. Aequalia, ad conuiuēdum,s.angeli.
Qui & si nobis modo superiores sint,in futuro erunt ęquales: qui, & modo nostri sunt,
quia ad vsum nobis sunt.Si cut res dn̄orum dicuntur esse famulorum,nō dn̄io, sed quia
sunt ad usum eorum.Ipsiq; angeli in quibusdam scripturę locis nobis seruire dicuntur, Hebræ. 1.
dum propter nos in ministerium mittuntur.

I *Quomodo dicitur aliquando in scriptura, homo factus est propter reparationem angelici casus.*

De homine quoq; in scriptura interdum reperitur,quòd factus sit propter reparatio-
nem angelicę ruinę: quod non ita est intelligendum, quasi non fuisset homo factus, si
non peccasset angelus:sed quia inter alias causas,scilicet pręcipuas,hæc etiam nonnulla
causa extitit.Nostra ergo sunt superiora,& ęqualia.Nostra etiam sunt inferiora,quia ad
seruiendum nobis facta.

K *Quare ita sit homo institutus, vt anima sit vnita corpori.*

Solet ēt quæri,cū maioris dignitatis videtur esse anima,si absq; corpore permāsisset, Prima causa.
cur vnita sit corpori. Ad quod primo dici potest, quia Deus voluit, & uoluntatis eius

causa

causa quærenda non est. Secundò autem potest dici, ꝙ ideo Deus voluit eam corpori Secūda cā.
uniri: ut in humana ostenderet conditione nouū exemplum beatę vnionis, q̄ est inter
Deum,& spiritum: in qua diligitur ex toto corde,& videtur facie ad faciem.Putaret.n.
creatura se non posse vniri creatori sub tanta propinquitate, vt eum tota mente dilige
ret, & cognosceret, nisi videret spiritum, qui est excellentissima creatura, tam infimæ,
id est, carni, quæ de terra est, in tanta delectatione uniri,vt non valeat artari ad hoc, vt
velit eam relinquere:sicut ostendit Apostolus,dicens: Nolumus corpore expoliari, sed v. Cor. 15.
superuestiri. Per quod ostenditur, spiritum creatum spiritui increato ineffabili amore
vniri. Pro exemplo ergo futuræ societatis, quæ inter Deum, & spiritum rationalem in
glorificatione eiusdem perficienda erat,animam corporeis indumentis,& terrenis mā
sionibus copulauit: luteamq; materiam fecit ad vitæ sensum vegetare, vt sciret homo
quia si potuit Deus tam disparem naturam corporis,& animæ in fœderationem vnam
& in amicitiam tantam coniungere,nequaquam ei impossibile futurū rationalis crea-
turæ humilitatem, licèt longè inferiorem, ad suæ gloriæ participationem sublimare.
Quia ergo pro exemplo rationalis spiritus in parte vsque ad consortium terreni corpo
ris humiliatus est,ne forte in hoc nimis depressus videretur,addidit Dei prouidentia,vt
postmodum cum eodem corpore glorificato, ad consortium illorum, qui in sua per-
manserunt puritate,sublimaretur:vt quod minus ex dispensatione creatoris sui accepe
rat conditus, postmodum per gratiam eiusdem acciperet glorificatus. Sic ergo condi-
tor noster Deus rationales spiritus varia sorte pro arbitrio voluntatis suæ disponens,il-
lis quos in sua puritate reliquerat sursum,in cælo mansionem: illis verò,quos corpori-
bus terrenis sociauerat,deorsum in terra habitationem constituit, vtrisq; regulam im-
ponens obedientiæ: quatenus,& illi ab eo vbi erant,non caderent:& isti ab eo,vbi erāt,
ad id vbi non erant, ascenderent. Fecit itaque Deus hominem ex duplici substantia,
corpus de terra componens,animam verò de nihilo faciens.Ideo etiam vnitæ sunt ani
mę corporibus,ut in eis Deo famulantes, maiorem mereantur coronam.

I *Post sacramentum trinitatis de creatura tripartita agendum est: & prius de digniori, id est, angelica.*

Ex pręmissis apparet, rationalem creaturam in angelicam, & humanam fuisse di-
stinctam: quarum altera est tota spiritualis, id est,angelica:altera ex parte spiritualis,&
ex parte corporalis, id est,humana. Cum itaque de his tractandum sit,scilicet de spiri-
tuali,& corporali creatura,de rationali,& de non rationali: primo de rationali, & spi-
rituali, id est, de angelis agendum videtur, ut à contuitu creatoris ad cognitionem
creaturæ dignioris ratio nostra intendat: deinde ad considerationem corporeæ, tam
illius, quę est rationalis, quàm illius, quæ non est rationalis, descendat: ut Trinitatis
increatę sacramentum tripartitę creaturæ, eique concretorum, atque contingentium
sequatur documentum.

D. Dionysii Carthusiani in II. librum sententiarum collectanea.

Summa distinct. 1. POstquam in I.lib.de Deo creatore tracta-
tum est, hic de creaturis tractatur:& pri-
mò in generali, secūdò in speciali dist. 2.
qua de angelis agitur.Deniq;, in exordio
distinctionis pręsentis primò ponit intentum, affir-
mans,Deum esse omnium creatorem ex tempore,
vel potius simul cum tempore, ita ꝙ non ab æter-
no. Deinde circa hoc primò excludit Platonis er-
rorem, ponentis plura principia increata: quo cir-
ca declarat, quid sit creare, & qualiter distingua-
tur à factione,item ꝙ soli conueniat Deo.Ostendit
quoque, ꝙ facere,& agere, non s̄m eandem ratio-
nem conueniunt Deo, & creaturis. ¶Deinde ex-
cludit errorem Aristotelis, mundū ad æterno fuis-
se,ac futurum esse ponentis. ¶Insuper docet,quòd
Deus cuncta produxit non necessitate naturæ, sed
ex propria bonitate, ac libera voluntate. Et circa
hoc exprimit causam finalem institutionis, atque
plasmationis rationalium creaturarum. Speciali-
ter verò cur factus sit homo,curque rationalis ani-
ma corpori sit vnita.

QVAESTIO I.

CIrca hæc ad literam quæritur, *cur primò tractauit de creatore, quā creaturis, cum tamē nostra cognitio à creaturis incipiat, & coanaturale sit ab imperfectioribus, ad perfectiora conscendere. imò à sensitiua notitia ad intellectualem procedere.*

¶Ad hoc Bonauentura rn̄det, ꝙ res non pōt co- Bonauen.
gnosci,nisi cognoscat̄ eius principiū. Cumq; Deus
sit uniuersorū principiū primū, rectè de ipso actū
est primò. Vnde nūc determinat̄ de creaturis, s̄m
quod cognitio Dei adminiculatur earū agnitione.
Alij dicunt, ꝙ philosophia, & theologia opposito
mō procedunt. Cū.n.philosophia sit humana,& ac
quisita sciētia, ex imperfectioribus, & sensibilibus
ad pfectiora,& intellectualia surgit.Theologia aūt
cū sit p diuinā reuelationē accepta,à superioribus,
ad inferiora descēdit. Porrò quod ait Magister in li
tera,Moyses spiritu Dei afflatus,i. diuinitus inspira
tus, & doctus, in vno principio refert mūdū a Deo
creatū,tripliciter explanat̄:Primo sic,in vno princi
pio.i.simul seu ante oīa. Secūdò, in vno principio,
i.in filio.Tertiò,in vno principio,i.in exordio tpis.

¶Præterea quærit̄, *Vtrū sit tantum vnum principiū increatum.* Vr̄,ꝙ non,qm̄ ubicunq; est inuenire Quod non sit tantum unū, principium increatum.
maius,& minus,ibi assigatur,& maximū.Malorum
aūt q̄dā sunt magis mala,aliqua minus.Ergo est ali

quod maximum malum. In omni autem genere primum, & maximum, est causa secundorũ, & posterior-
1 um. Ergo sicut est unum primũ principium vniuersorum bonorum, ita & malorũ. Et ita sunt duo prima principia increata: quoniam maximum ma-
2 lum esse non potest à summo bono. ¶ Secundò, in creaturis sunt multa animalia venenosa, fœda, nociua, turpissima, imò & crudelissima, ad nihil (ut apparet) vtilia: quæ & bestiarum mansuetarum, innocentium, vtilium, imò & hominum sunt deuoratiua: & nequaquam videtur congruere, ꝙ Deus naturaliter bonus, pius, ac sapiens, instituerit, atq; pro-
3 duxerit illa. ¶ Tertiò, in rebus est contrarietas tanta in omni genere, ac specie rerum, tanta impugnatio mutua, ut patet in auibus, piscibus, & iumentis, atque hominibus, vt à principijs primis cõtrarijs processisse originaliter videantur, uerificariq; æstimetur opinio Empedoclis, asserentis litem, & amicitiam esse formalia, seu effectiua rerum principia.
4 ¶ Quartò, secundum Philosophum secundo cęli, & mundi, si vnum contrariorum fuerit in natura, & aliud. Ergo sicut est summum, & primum bonum,
5 ita & primum, & maximum malum. ¶ Quintò, bonum, & malum sunt genera aliorum, secũdũ quod genus dicitur ambitus prædicabilium secũdum rationem eandem. Ergo unumquodque eorum est principium omnium in suo habitu contentorum.
6 ¶ Sextò omnis processio causatorum, à suis causis per similitudinem quandam efficitur, cum effectus sit participata quædam suæ causæ similitudo. Cum igitur Deus lucis sit essentialiter, bonus, pulcher, pius, sapiens, simplex, & prorsus immaterialis, non apparet quod ista corporea, sordida, inordinata,
7 confusa, ab ipso profluxerint. ¶ Septimò, causa bona, & pia, ac prouida, est suorum effectuum conseruatiua: nec sic eos instituit, quòd vnus sit alterius destructiuus. Cernimus autem quemadmodum vndique vna res sit corruptiua alterius.

In oppositum. ¶ In contrarium est, quod videamus totum vniuersum esse ordinatum, & ordinem esse intimum rebus: ipsa quoque spiritualia, & corporalia sibi inuicem deseruire, prodesse, & cooperari ad bona.

Philoso. Insuper sicut probat Philosophus, impossibile est aliquid esse summum, & purè, seu essentialiter: quia corrumperet semetipsum malum, & hoc consequenter multipliciter ostenditur.

Alexãder. ¶ Ad hoc doctor irrefragabilis Alexander respõdet: Boni, & mali non sunt duo principia, ex æquo diuidentia ipsum ens siue principium. quãuis enim malum aliquo modo habeat principiũ in eo, quod factum: non tamen ex æquo se habet ad principiũ

August. boni. Denique, Augustinus in libro de moribus Manichæorum: Primum, inquit, principium boni, est summum bonum. Sed in summo bono nihil potest esse de non bono, hoc est, de imperfectione, priuatione, nocibilitate, aut violatione. Ergo nullum malum potest ei nocere, læsionem aut violationem inferre, imò nec efficaciter reluctari, quia omnipotens est. Ideo falsum est, quod asserit Manichæus de mutuo bello inter summum bonum, & summum malum. ¶ Amplius, summum malum, aut est aliquid positiuum, aut pura negatio, siue priuatio. Si est aliquid positiuum, non est summè, atq; totaliter malum, cum ipsum esse sit bonitas quædam. Si autem est vera negatio, aut priuatio, non potest inuadere regnum boni, regionemve lucis. Quod enim nõ est,

August. non agit, cum actus secundus supponat primum. Hinc Augustinus in Enchiridio probat, quòd ex bonis orta sunt mala, & quòd non subsistunt nisi in bonis, & dependent ex illis. Etenim bonum, & malum morabiliter dicta, reducuntur ad vnum principium, quod est voluntas, liberumve arbitrium, quod inquantum ex nihilo, potest deficere, & esse principium mali moralis, seu culpæ. Hæc Alexander in Scriptò secundi, qui, & in Summa sua de his pleniùs scribit.

¶ Porrò sanctus doctor, videlicet Thomas, his cõ S. Thom.
sonans: Primum, ait, dupliciter dicitur, puta simpliciter, & in certo genere, seu ordine. Si secundo modo sumatur, sic secundum genera plura causarum sunt plura prima principia, vt primum materiale principium, quod est materia prima: & primũ for-
male, quod est esse. Primum verò principium sim- 1
pliciter sumptum, impossibile est esse nisi vnum. quod patet tripliciter: Primò, ex ordine vniuersi, cuius partes sunt inuicem ordinatę, quemadmodũ partes, seu membra animalis in toto, quę mutuo sibi deseruiunt. Talis verò ordinatio partium nõ est, nisi intendat aliquod vnum. Idcirco necesse est esse vnum summum ultimum bonum, à cunctis desideratum, quod est primum principium. Secundò, pa- 2
tet hoc sic, quia in rebus est aliud esse, aliudque essentia. Oportet ergo quod habeant esse suum ab alio, cum esse non sit de intellectu earum, sicut essentia: sicque oportet deuenire ad vnum primum, cuius essentia est suum esse, & à quo omnibus esse communicetur. & hoc esse non valet nisi vnum, & ista est probatio Auicennæ. Tertiò patet idem ex 3
immaterialitate Dei. In immaterialibus quippe non potest esse diuersitas, nisi secundum quod natura unius est magis, in actu, atq; perfectior, quàm natura alterius. Hinc quod pertingit ad plenitudinem actualitatis, & summam eius perfectionem, esse non potest nisi vnum, à quo proficiscitur omne, quod potentialitati admixtũ est: quoniam actus
præcedit potentiam, & completum diminutum, 2. Error.
ut nono Metaphysicæ demonstratum. Veruntamen circa hoc tripliciter est erratum. Quidam naque vt primi naturales materiales, non posuerunt nisi causam materialem. Vnde qui ex eis posuerunt
plura materalia principia, posuerunt plura princi- 2. Error.
pia prima simpliciter, ut elementa quatuor. Quidã verò cum causa materiali posuerunt, & causam agentem, dicentes duo esse contraria prima principia, utpote litem, & amicitiam, sicut Empedocles. Cuius opinio concordat Pythagoræ, qui diuisit omnia, entia in ordines duos, & ordinem vnum reduxit in bonum, sicut in primum principium: alterum
autem in malum, & inde pullulauit hæresis Mani- error Manichæi.
chæi, qui duos posuit Deos: vnum, creatorem inuisibilium, incorruptibiliumq; bonorum noui testamenti: alterum, creatorem malorum visibilium, &
corruptibilium veteris testamenti. ¶ Tertius error 3. Error.
fuit ponentium causam agentem, atq; materiam, sed causam agentem non esse principium effectiuũ materiæ: quamuis sit tantum vnum agens, & hæc
fuit opinio Anaxagoræ, ac Platonis, nisi quod Pla- Opinio Anaxagoræ.
to super addidit principium tertium, scilicet formas separatas, quas exemplaria nuncupabat: nec vnam earum esse causam alterius: mundum, quoque, & res ex quibus constat, causari ex tribus istis principijs. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Præterea in prima parte Sũmæ, quæstione quadragesima nona disseruit: Non põt esse vnum principium primum malorũ, sicut est vnum principium primum bonorũ. Primò, quoniam primum bonorum principium est per essentiam bonum. Nihil aũt põt esse per essentiam suam, malũ, quia ens inquantum

tum ens est bonum. Secundò: quoniam summum bonum oportet esse omnino perfectum. Summum uerò malũ esse nõ ualet. Nã etsi malum semper diminuat bonum, nunquam tñ potest totaliter illud consumere. Tertiò: quoniam ratio mali repugnat rationi primi principij. Malum namq; esse non potest causa nisi per accidens: ideo esse non potest prima causa. Causa eñ per accidens. posterior est causa ꝑ se, ut 2 dñ Physicorum Deniq; ponentes duo prima rerum principia unũ bonum, aliud malum: ex eadem radice in hunc corruerunt errorem, ex qua aliæ quoq; antiquorum positiones erroneæ ortum duxerunt: quia uidelicet non considerauerunt causam uniuersalem totius entis, sed solum particulares particularium effectuum causas. Hinc, quod uiderunt alicui particulari naturæ nociuum uirtute suæ naturæ, dixerunt naturam illius esse malam, ue lut si dicatur natura ignis mala, quia cõburit alicuius pauperis domum. Sed iudicium de rei bonitate non est accipiendum ſm ordinem ad aliquod particulare, sed ſm seipsum, atq; ſm ordinem ad totum uniuersum, in quo quælibet res suum locum ordinatissimè habet. Conformiter, quia uiderunt duorum particularium effectuum contrariorum duas particulares causas esse contrarias, nescierunt causas illas particulares contrarias reducere in causam uniuersalem cõmunem. Hinc usq; ad principia prima contrarietatem in causis esse putabant. Verum cum cuncta contraria conueniant in uno communi, oportet supra causas contrarias proprias ponere causam unam communem, quemadmodum supra qualitates proprias elementorum, inuenitur cœlestis corporis uirtus. Sicq; supra omnia quocũque modo existentia, est unum primum commune essendi principium. Hęc Thomas in prima parte.

Isai. 45. ¶ At uerò in Summa contra gentiles libris secundo, ac tertio, de hac re scribit diffusè per diuersa capitula: Impossibile, inquiens, est esse aliquod summum malum cæterorum malorum principium: quoniam malum illud oporteret esse absque omnis boni consortio. Omnis autem essentia est bonitas quædam. Nihil quoq; agit, nisi inquantũ est in actu, & uirtute. Ens autem, inquantum tale habet rationem perfecti, & boni. Item contrariorum agentiũ extant contrariæ actiones. Eorum ergo quæ ꝑ vnã actionem perducuntur, non sunt contraria ponenda principia. Bonum uerò, & malum eadem actione producuntur, sicut eadem actione aqua corrumpitur, & aer generatur. Non igitur sunt ponenda contraria principia, propter differentiam boni, ac mali existentem in rebus: imò ut patet ex dictis, malum non est nisi priuatio boni nati, debitiq; inesse. Priuatio uerò non habet causam per se agentem habere: quoniam omne agens agit, inquantum est habens formam. Idcirco effectum eius per se oportet formam habere, cum omne agens agat simile sibi. Ideo malum incidit per accidens in effectibus causarum per se agentium. Idcirco non est unum ꝑ se principium primum malorum. Sed primum uniuersorum principium, est per se bonum, in cuius effectibus consequitur malum per accidens. Propter
Idẽ Tho. quod Deus per Isaiam testatur. Ego Deus, & nõ est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens
Eccles. 11. pacem, & creãs malum, ego dñs faciẽs omnia hæc.
In Ecclesiastico quoq; conscriptum est: Bona, & ma-
Eccle. 33: la, uita, & mors, paupertas, & honestas a Deo sunt. Itemq;: Contra malum bonum est, & contra uitam mors: sic contra uirum iustum peccator, & sic intuere in omnia opera alissimi, duo contra duo, vnũ contra unum. Porro Deus dñ facere mala, inquantum creat, quæ ſm se bona sunt: & tñ alijs sunt nociua: quemadmodum lupus quamuis in sua specie sit quoddam bonum naturæ, nihilominus oui est malus: & ignis aquæ, inquantum corruptiuus est eius. Conformiter Deus est in hominibus causa malorum, quæ pœnæ dicuntur, iuxta illud Amos: Si Amos 2.
erit malum in ciuitate, quod dominus non fecit? Hinc ait Gregorius: Creare mala dominus perhi- Gregorius.
betur, dum res in se bonas creatas nobis male agentibus in flagellum conuertit. Postremò, per hæc ex- Creare mala qñ dñs dicitur.
cluditur error ponentium prima rerum principia esse contraria in natura: qui error ab Empedocle cœpit, qui dixit litem, & amicitiam esse prima principia contraria, & actiua, & amicitiam esse causam generationis, litem corruptionis. Posuit quoq; Py- Pythagoras.
thagoras duo prima contraria, scilicet bonum, & malum, non tñ per modum agentium, sed formalium principiorum: asserens hæc duo esse genera, sub quibus omnia alia comprehenderẽtur, ut primo Metaphysicæ hñ. Hos antiquissimorum philophorum errores, qui etiam a posterioribus philosophis satis sunt reprobati, quidam peruersi sensus homines Christianæ doctrinæ præsumpserunt inserere, quorum primus extitit Marchus, a quo dicti Errores quorũdũ hæreticorum antiquorum.
sunt Marciani hæretici, quem sequuti sunt Marchionitæ, & ultimo Manichæi, qui istum errorem maximè diffunderunt. Hæc ibi.

¶ Præterea doctor deuotus, dñs Bonauentura: Bonauẽt.
Hæc, inquit, est ueritas, ꝙ mundus in esse productus est non solum ſm se totum, sed etiam ſm intrinseca sua principia, quæ non ex alijs, sed de nihilo sunt producta. Quæ ueritas quamuis nunc cunctis innotescat fidelibus, latuit tñ philosophos, qui in horũ Opinio dicentiũ mũdũ factũ a Deo & eiꝰ essentia.
inquisitione diu deuiauerunt. Nam quidam eorum dixerunt mundum factum a Deo de sui ipsius essentia. Non enim uiderunt quomodo aliquid fieri possit ex nihilo, solusq; Deus extitit ab æterno. Ideo dixerunt, ꝙ fecit omnia de seipso, quod philosopus quoq; postea uisum est irrõnabile esse, ꝙ singularis bilis, ac nobilissima Dei essentia fieret corporalium rerum materia, quæ de se imperfecta cõsistit. Alij ergo dixerunt mundum ex præexistentibus factum principijs, scilicet forma, & materia, & formas in materia latuisse, antequam intellectus ipsas distingueret. Verum: qñ omnes formas simul in materia esse non capit rõ recta: tertij posuerunt mundũ ex præexistentibus principijs esse formatum, uidelicet ex forma, atque materia, & materiam primo seorsum fuisse, & formas separatas, ac postmodum ex tempore ab opifice esse coniunctas. Et hi fuerũt Opinio dicentiũ mũdũ factum ex præexistentibus principijs. Aliorum opinio.
Platonici. Fuerunt, & quarti, puta Peripatetici, quorum princeps, & dux Aristoteles fuit, qui ueritati magis propinquantes, dixerunt mundum esse factum, non tamen ex præexistentibus principijs. Vnde 2. uegetabilium Aristoteles loquit: Mundus semper fuit plantis, & animalibus plenus. Vtrum autem posuerit materiam, & formam factas ex nihilo, nescio: credo tamen, quod non peruenit ad hoc. Vbi aũt defecit philosophorum doctrina, subuenit nobis sacrosancta scriptura. Porro error Manichæorũ Opinio peripateticorum dicẽtiũ mũdũ factum nõ tñ præexistẽtibꝰ principijs, magis ueritati consona.
non solum est contra fidem, imò, & adeo contra rationem, ut uix credam hoĩem aliquid de philosophia scientem, errorem hunc posuisse, aut defendisse, cum error iste sit pessimus. Attñ qñ aliquam vſ speciem pietatis prætendere, attribuendo Deo bona, & pulchra, atq; nobilia, cætera uerò principium tenebrarũ, hinc magis subintrauit, ac fœdauit ecclesiã. Nã, & a simplicibus faciliùs capi põt, ac falsè imaginari. Manichęorum error hac in re pessimus.

ginari. Sed ad eorrorem hunc pesimum alij consequunt orrores uanissimi, ut constat scientibus sectã Mani chæorum. Confundit eũ ordinem rerũ, & omnipotentiam Dei coartat, dicendo, ꝙ non possit corporalia facere: essentiamq; circunscribit diuinã, dicendo, ꝙ Deus bonus sit tm in regione lucit. Idcirco deceptus est stultus, & impius Manichæus, quod & sensibiliter declaratur. Videmus quippè, quod idem artifex per eandẽ artem domificandi, facit aulam regiam, & cloacã. Nec ad hæc agenda duo exigunt artifices. Sic sumus Deus per eandem sapientiam suam fecit pulchra, & uilia. Quod pessimus Manichæus non intelligens, est deceptus, ac perijt. Fuitq; error eius oibus uilior, quia circa primũ deuiauit principiũ. Nec eius errorem credo inuenisse humanam malitiam, sed diabolicam prorsus uersutiam, ut ipse diabolus se alium Deum persuaderet mentibus peccatorum Hæc Bonauentura.

Albertus

¶ Insuper Albertus Magnus hæc eadem magis ꝑ lixè, ac resolutè ꝓsequit. Circa hanc, inquiens, quęstionem quadrupliciter diuersificati sunt philosophi, ut 11. Metaph. recitat Commentator, Quidam namq;, ut Anaxagoras, & sui sequaces, posuerunt formarũ latentiam, dicentes omnia esse in oibus in finite, ita ut infinitus sanguis sit in aqua, & infinitũ uinum in uite, infinitumq; oleum in oliua, & in eius humore, infinitos quoq; homines in hoie, & in humore ipsius, & semen hominis esse homines paruos non distinctos ꝑ membra, quemadmodum 16. aĩalium est tractatũ Et ita de omnibus homogenijs, & heterogenijs, nisi ꝙ homogenia decebant ibi esse in actu distincta, tn latere: heterogenia uerò dicebant ibi non esse, nisi reducta in homogenia. Hi dicebant gnationẽ non esse mutationem de non esse in esse, sed segregationem distincti, & manifesti de latenti, atq; occulto. Hos reprobat Aristoteles, dicens: Quicquid est in re finita, est finitum dimensione, & numero. Cumq; materia ex qua fit gnatio, sit finita, quicquid in ea est, utroq; mõ extat finitum. Omne autem finitum ab omni finito totaliter segregabile est, ita quod nihil sui maneat in illo.

Commentator.

Arist. contra Anaxagoram.

Opinio Democriti, & Leucippi.

¶ Alij sicut Democritus, & Leucippus, dixerunt oium principium esse atomos ab æterno in uacuo discurrentes, formasq; rerum non esse nisi figuras, actus quoq; formarum non esse nisi motus consequentes figuras hmõi atomorum. Hos reprobauit Philosophus: qm atomi sunt indiuisibiles: omne aũt figuratum, est diuisibile. Diuisibile uero ex indiuisibilibus nequit cõponi, cũ indiuisibile additum indiuisibili, nõ faciat ipsum maius. Item tales figuræ nõ sunt nisi formæ accidentales, consequentes naturã specificã, sicut figura leonis sequitur formã ipsius. Post has Epicureorũ opiniones superuenerunt Socrates, & Plato, dicentes vniuersas formas esse a datore formarũ efficiẽter, formaliter autem a formis separatis, per se existentibus, quarum sementem facit dator formarum, & tradit dijs Deorum. Contra hoc arguit Aristoteles: Quia extrinsecum non põt dare esse intrinsecum substãtiale. Interea uenit Anaxagoræ tractat⁹, dicentis, ꝙ materia oĩm fuit chaos confusum, in quo erant formæ oĩm indistinctæ, & ad ꝓpria subiecta non determinatæ neq; continuatæ. Diuidebaturq; secta illa in duas. Nã Anaxagoras dixit, quod intellectus agens, q solus immixtus est, purus, & nulli cõe quid habẽs, lumine suo superueniẽs mixto, distinguit mixtũ in formas speciales, alicui dans formã intellectualem, ut hoĩ: alicui formam depressiorem, ꝓm quod magis, aut minùs participat de lumine, & ꝑfectione intellectus agentis.

Opinio Epicureorum.

Arist. contra Socratem & Platonem.

Porro Empedocles, & Millesius, & collega eius Parmenides asserebant, ꝙ distinguens oportet esse in materia: qm omne distingues in aliquo, oportet eẽ in illo. Hinc dicebant, ꝙ lis, & amicitia distinguunt formas in mixto separando, & congregãdo. Amicitiã quippè dicebant, congruentiã cognatorũ cõuenientiũ ad unũ, & idẽ naturaliter cõstituendũ. litẽ uero, discõueniẽtiã repugnãtiũ ad idẽ cõstituẽdũ.

Opinio Empedoclis, Milleſij, & Parmenidis.

¶ Postremo his oibus superueniens Aristoteles, dixit formã esse in potẽtia materiæ. i. potẽtia formali, & effectiua. Quãuis. n. materia ꝓm quod materia, nullo mõ posset esse causa formæ, sicut nec ecõuerso: tn in materia sunt formalia q̃dã principia effectiua, q̃ faciunt materiã esse huius, aut illius materiam ꝑ analogiã, seu habitudinẽ, quã habet ad hanc formam, uel illã. Hæc aũt principia ꝓm eũ colligunt ex tribus, uidelicet ex calore, aut uirtute cælesti, in q̃bus est uirtus primi motoris, & motoris secundi, ac tertij, sicq; deinceps, q̃ uirtus immittit materiæ per respectũ luminis cœlestis, uirtute cuius principia, q̃ sunt in materia, mouẽt, & mutãt materiam ad formã istã, aut illam. Colligit quoq; ex uirtutibus elementalibus, sicut ex calore ignis dirigente, vel digerente, & purificãte materiã, spũali humido aeris spirante in materia, & undiq; differente virtutẽ corporali humido aquę, cõtinuante partes materię, atque terrestri siccitate partes materiæ continente in sua consistentia, ac figura. Colligit ẽt ex ui formatiua, q̃ est ex gnante in semine, ex quo fit gnatio: & est in his cõplexus sicut in fato. Formatiua namq; mouet uirtute, & informatione, quasi instrãliter virtutibus cœlestibus uirtutes elmẽtales. Demũ in omnibus his principat causa prima ꝓm ꝓuidẽtiã, qua singula ꝓducit ad esse alia rõne ꝓducens hoĩem, aliaequũ. Attn aĩam rõnalẽ ꝓducẽs per se ad imaginẽ, & similitudinem suam, non ad imaginem, aut similitudinem uirtutum cœlestium, aut elementaliũ, seu formatiuarũ gnantiũ. Hinc 11. primæ philosophiæ ait Philosophus, ꝙ gnatio est ex cõueniẽti. Principia namq; in materiã gnabiliũ sunt influxa, ex q̃bus materia fit ad hãc, aut illã formã cõueniẽs, & ꝑ q̃ ipsa forma in eẽ ꝓducit. Deniq;, si subtibiliter inspiciat prima causa in oibus his, hns primatũ ex ꝓuidentia sua, & legitimę suæ bonitatis in oibus, dat esse formæ ꝑ creationem, q̃a creatio est ꝓprius actus eius. In alijs aũt secundis, & deinceps principijs, q̃ sine ipsa nil pnt, operat ad formæ determinationem, & distinctionẽ, ꝓter hoc, ꝙ aĩam intellectualẽ seipsa, ac ꝓpria opatione ꝓducit. Propter ꝙ 16. de aĩalibus ait philosophus, ꝙ solus intellectus est ingrediens ab extrinseco: idcirco nullius corporis actus est. Estq; subiectum ueritatis æternæ ꝓm Platonẽ, & immortalitatis habet radicẽ, ut ait Alphorabius, in lib. suo de intellectu, & intelligibili. Et hanc fateor meã esse opinionẽ de ꝓductione formarũ, quia, & philosophiæ congruit, atq; catholicæ fidei, & dictis sanctorum in nullo contradicit. Hæc Albertus.

Philosop.

Philosop. Solus intellectus ẽ ingrediẽs ab extrinseco.

¶ Cuius dicta recitatiuè commemoro, in cuius verbis etiam uidet obscurum, ꝙ ait, post ista, uidelicet post opinionẽ Socratis, & Platonis, Anaxagoræ venit tractatus, qui dixit, ꝙ oĩm materia erat cõfusum quid & chaos, &c. Anaxagoras namq; fuit ante Platonẽ, & Socratem, ut ẽt ex ꝓinductis patet Alberti verbis. Rursus, opinio illa de chaos, seu confusa materia, & indistincta ab Aristotele Platoni ascribitur, ac primo Timei hr. Insuper, quod ait Albertus, esse oĩm formarũ dari a prima causa ꝑ creationem, uidetur obscurè prolatum. Forma namque non habet nisi unum esse substantiale, & actuale: & si illud

Dionysi.

Anaxagoras ante Platonem claruit.

esset a Deo immediatè ꝑ creationẽ formæ de potẽtia materiæ eductæ, essent a Deo creatę, atq; ab ipso immediatè ꝓducta. Nẽpè ab illo res verè, ac immediatè ꝓducit, ac creat, a quo suũ esse substãtiale, & actuale immediatè ꝑ creationẽ suscipit, & sortitur.

¶ Ampliùs, in uerbis ꝑhabitis vr Albert⁹ formarũ inchoationẽ insinuare, ac tãgere, & illa sua opinio multis patet calũnijs, seu obiectis, ut alibi hẽt oñdi.

¶ Pręterea de qõne ꝓposita scribit Albertus in 1. qõne Scripti sui super ꝓm: Dũ quærit de vno principio, q̃rit de principio efficienti, & formali, seu exẽplari, & finali, de principio inquam vniuersi esse ueri, & boni, id est, de causali principio totius esse, & ueritatis, ac bonitatis oĩm causatorũ. Hoc aũt principium in prima rerũ ꝓductione non põt hre aliqd præiacens, ex quo, & in quo opereẽ, ut in materia: nec põt uti instro, nec dispositionibus materiam ipsam aptãtibus. In omnibus em principijs quæ præsupponunt materiam, & instrumento, dispositionibusq; utunt, aliquid de ipso esse est a materia, & aliquid ab instro. Aliquid quoq; a dispositionibus, & sic illa principia non sunt causa totius esse, & ueritatis, ac bonitatis, q̃ sunt in causatis. Nec sunt sufficiẽtes potentiæ ad producendum in esse sua causata. sicq; nequeunt esse prima principia. Sic ergo loquẽdo de primo principio, non est nisi unũ. Mundus namq; archetypus in mẽte diuina cõsistens, principium est oĩm, quæ sunt facta, eo ꝙ sint in ipso, sicut artificiata in artificis arte. In omnibus aũt gnaliter uerum est, ꝙ una est ars, & una scientia oppositorũ, similium, & dissimilium, æqualium, & inæqualium, quod & maximè uerum est in arte prima. cum teste Philosopho 6 Ethico. ars sit factiuum principium cum rõne omnium, de quibus est ars. Mundus uerò archetypus, est ars prima, & una notitia boni, ac mali: boni, per formam idealem: mali, per priuationẽ: & item rei corporalis, ac spũalis, ordinati, & inordinati, mobilis, & immobilis, materialis, & immaterialis, unius quoq;, & multi. Vnde 7. c. de diuinis nominibus sanctus Dionysius ꝓtestatur, ꝙ Deus cognoscit materialia immaterialiter, mobilia immobiliter, confusa inconfusibiliter in ordine ad vnũ, multa unitè. Omnium ergo horum Deus artifex prim⁹, unicum extat principium. Hæc Albertus.

Aristot.

S. Dion.

Vdalricus

¶ Concordat Vdalricus Alberti discipulus in Sũma sua lib. 4. Primum, dicens, principium unum eẽ supra probauimus uia physica per rõnẽ primi motoris. Nunc idem probauimus ex rõne principij, qd primam causam uocamus, Platonis philosophiam in hoc Aristoteli præferentes. In omni etenim gne rerum, in quibus inuenitur medium compositum ex extremis, quorum vtrunque est substantia, & habent rõnes oppositas, necesse est inueniri extrema simplicia: q̃a compositum resoluit in principia componentia. Præcipue quoq; hoc uerum est in quolibet genere causæ. In omni quippe gne causarum inuenitur, quod est causa, & causatum, quod ex multis uirtutibus extat cõpositum, puta causantis, & causati. Quæ qñ diuersæ sunt, diuersas ꝓportant substantias, habentes oppositas rõnes. Ergo resoluitur in id, quod est ante se, ut causans: & in id, quod est post se, ut causatum. Aut ergo in hac resolutione contingit uenire in primum causans, & in vltimum causatum, aut non: si non, infinita erunt media causantia causata, quod est impossibile. Est ergo in gne causæ efficientis, aliquid efficiẽs tm, quod uocamus primum principium: & aliquid effectum tm, quod est ultimum: & aliquid efficiens, & effectum, quod est medium: & ita in alijs causis. Deniq; hoc principium appellatur principium primum. i. ante quod nihil, non ita, quòd ordo ad nihil maneat affirmatus, sed dr principium ꝓm ordinis rõnem, ꝓm quod ipsum ordine prioris nihil habet ante se, quod se habeat ad suum esse: uel priuatiuè: qm non processit expriuatione sui esse: uel negatinè: qm esse suum nunquam potuit negari: uel potentialiter; qm esse suum nunquam potuit radicari in aliquo ante se. Si enim ordo maneret affirmatus, tunc nihil esset ante ipsum, & ipsum ex nihilo processisset. Vocatur ergo primum principium ꝓm ordinis rõnem, ex eo, quod omnia ꝓm ordinem reducantur ad ipsum, ipsum ꝓm esse suum non reducitur in aliquid ante se: quia ut dicit Boethius, in omni, quod est citra primum, aliud est esse, & aliud quod est: quod alqui uocant, quod est, & quo est. In primo aũt hæc penitus idem sunt. Id namq; quod nihil habet ante se, negatiuè aut priuatiuè, aut potentialiter, oportet eẽ suũ non hre ab alio Sicq; oportet, ꝙ esse suũ, sit ipsum, quod est, seu quidditas sua. Si enim differret ab ea, accideret quidditati, & haberet illud non a se. Cũ ergo quælibet res quidditatem suam habeat a se formaliter: qm quidditas rei est de intellectu, ac rõne ipsius: patet, ꝙ primum principium nec ꝓm quod est, nec ꝓm esse, reducitur in aliud. Porro quæ sunt citra primum, a se habent, quod sunt, ut pater per hoc, ꝙ negatio habet affirmationem causam sui. Cum enim dr, homo non est asinus: causa est: qm homo est homo. Quæ uera est, siue hõ sit, siue non sit, eo quod ibi dicatur, quod est de quo est. Et sic, quod est per seipsum, refertur ad seipsum, & non ꝑ aliud, quod influat super ipsum. Patet igitur, ꝙ oẽ, quod est, habet a seipso, quod est. Esse autem suum necessariò habeat ab alio, cũ sit ex nihilo: Ex quo sequit, quod possibile fuit ad esse, & ad non esse: & tale esse, differt ab eo, quod est: & quod esse suum nõ est ei substantiale, sed accidentale, ꝓm quod accidẽtale uocatur oẽ, quod non conuenit alicui per se, id est, ꝓm quod ipsum, sed per accidens, id est, ab alio. Cumq; omne per accidens reducatur ad ꝑ se, omnia, ꝓm esse suum reducuntur ad primum principium tanquam ad causam. Hæc Vdalricus.

Quid uocetur primũ principiũ.

Boethius.

¶ At uerò dicta Petri de Tarantasia, de hac qõne, in præinductis uerbis Thomæ continentur.

Tarãtasi⁹.

¶ Similiter dicta Richardi de Media uilla, qui addit: Si essent duo principia creaturarum, quorum unum non esset ab alio, quodlibet illorum esset necesse esse per seipsum: quoniam esse nullius illorũ dependeret ab alio. Sicq; illorum quodlibet summè esset, & ita quodlibet illorum esset uerus Deus. Probatum autem est in 1. libro impossibile, esse plures, aut duos ueros Deos.

Richard.

¶ Concordat Aegidius, qui ista prolixè declarat.

Aegidius.

¶ Antisiodorensis, quoque episcopus, dns Guilelmus, in Summa sua libro secundo diffuse tractat de malo, ostendens, quod non sit aliquid oppositũ, ut Manichæus confinxit. & allegat Augustinum in libro contra epistolam fundamenti dicentem: Ideo deceptus est Manichæus: quoniam priùs uoluit scire unde fit malum, quàm quid sit malum. Si enim sciuisset, quod malum nihil est, nunquam aliquod ens posuisset principium mali.

Antisiod.

August.

¶ Denique Hanibal: Omnis, inquit, res cuius essentia non est suum esse, habet esse suum ab alio. sibi influxum: quia si esse rei est præter essentiam eius, oportet, quòd ei coniungatur per aliquam causam. Quæ quidem esse non potest ipsa rei essentia, sicut subiectum causa est accidẽtis: qm nihil potest esse causa alicuius, nisi per hoc, quod eẽ habet.

Hannibal.

Vnde relinquitur, quòd cuiuslibet rei, quæ non est suum esse: sit causa essendi aliquid separatum ab eo. Nulla demum res potest esse, cuius essentia sit suum esse, nisi una tantum: quoniam huius rei esse, non additur alicui, per quod diuidatur, vel contrahatur: sicut non posset esse nisi una albedo separata, seu per se subsistens. Relinquitur ergo, quòd non potest esse nisi unũ increatũ, & p cõsequẽs in ipsum sicut in causam, oportet res alias oẽs reduci. Hæc Hanibal.

¶ Cuius responsio procedit secundum viam dicentiũ, quòd esse, & eẽntia in creaturis realiter differunt. Vñ, & hanc rationẽ etiã Auicenna in sua metaphysica tangit, Tho. quoque, Aegidius, & Petrus. Gulielmus.

¶ Præterea contra prætactam Manichæorũ perfidiam dominus Gulielmus Parrhisiensis episcopus in primo uolumine suo de vniuerso, plenissimè scribit. Hic, inquiens, error cœpit in Perside, & auctor eius dictus est Manis, cuius sequaces à Christianis vocati sunt Manichæi. Sed, & ipse Manis, frequẽter vocatur Manichæus. Fuitq; error iste, & adhuc est non solum perniciosissimus, sed etiam pest lentissimus. Qua propter ipsum etiam igne, & gladio persequi, & exterminare plebs Christiana non cessat. Decepit autem hic error præsertim vulgares intelligentiæ paruæ, & exercitationis permodicæ. Præfatus ergo seductor, atque falsiloquus, posuit duo principia, duosque Deos: quorum unum uocauit Deum lucis, quem dixit esse benignum. alterum uero Deum tenebrarum, quem dixit malignum. Manis Manichei cuius error pessimus achristianis igne & gladio persequendus.

¶ Conformiter posuit duo uniuersa, duoq; regna, videlicet regnum lucis, & regnum tenebrarũ. Duas quoque gentes, quas iuxta nominationes iam tactas nominauit gentem lucis, & gentem tenebrarum. Sed & substantias nobiles diuisit iuxta hunc modum, & quas Græci uocant eudæmones, Latini vero angelos bonos, dixit à Deo bono, principe lucis, esse creatos, & esse ipsius ministros. Quas autem Græci uocant cacodæmones, Latini angelos malos, atque diabolos, posuit creatos à principe tenebrarum Deo maligno, & eius esse ministros, ad omnia mala promptissimos. Posuitq; contrarietatem inter hos principes, non solum perpetuam, sed & æternam: & inter regna, ac gentes eorum: imò, & alia innumerabilia deliramenta confinxit. Dico ergo, quia cum erronei isti ponant duo principia, & illa esse contraria, & coæqualia, ac coæterna, coguntur fateri utrunque esse necesse esse, ideò simplex in vltimitate, seu fine simplicitatis. Si enim alterum eorum esset compositum: haberet partes, nec esset primum principium, cum haberet partes se priores, & depẽderet ex illis, nec ẽet necesse esse.

¶ Prosequitur autem hic doctor disputationem suam multum prolixè, & virtus rationum suarum competenter præhabita est. ideò breuitati studens pertranseo. Nam, & Thoma in Summa sua de malo, contra insaniam illam plenissimè scribit. Iamq; hæresis illa (Deo laus) vndique est extincta, quæ, & facillimè potest confundi. Si enim Deus ille tenebrarum est tantæ potentiæ, vt à Deo lucis nequeat separari, & intellectuales creauit substantias, habet in se notitiam ueritatis, & sapientiam, uitam essentiam, potestatem, perfectionem. Notitia ueritatis, sapientia, vita, esse, sapere, posse, potestas, perfectio, sunt quædam bonitates secundum se, & appetibiles sunt. Non ergo sunt puræ malitiæ, nec Deus illè essentialiter malus est. Denique, teste præfato doctore, intantum desipiunt Manichæi, vt Deum tenebrarum dicant esse corporeum, totumq; regnum eius esse tenebrosum tenebrositate etiã corporali, & ipsum cum gente sua habitare in terra tenebrosa infinita, & infinita caligine cooperta, atq; in igne teterrimo. Manichæorũ confundi põt.

Manifestum est autem, quod secundum hoc non potuit dici simplex, nec necesse esse: imò hæc omnia Aristotele, & melioribus philosophis satis sunt improbata, videlicet nullum corpus posse infinitũ consistere nec intellectuales substantias esse corporeas, nec infinitam virtutem in corpore esse finito. Et breuiter ut sanctus Leo recitat Papa: Prodigiosus ille signifer mendaciorum, inexplicabilium falsitatum monstra contexuit. Nullũ corpus potest infinitum cõsistere. Leo Papa.

¶ Præterea in Summa virtutum, & vitiorum tractatu de fide, deliramenta Manichæorum diffusiùs exprimuntur, atque clarissimè reprobantur. Dixit itaque Manichæus Deum tenebrarum corporalia, & corruptibilia produxisse, & ipsum fuisse Deum legis, ac prophetarũ: Deum verò lucis, intellectuales, & spirituales produxisse substantias: ipsumque esse Deum euangelicæ legis, & ipsum ante formationem huius sensibilis mũdi, bellum gessisse contra Deum, ac principem tenebrarum, atq; intantũ præualuisse, quod de corporali materia à principe tenebrarum creata, fecit cælos, ac cœlestia corpora, tanquam muros, & fortalitia in munimine regni sui, aduersus impugnationes principis tenebrarum, admiscens corporibus illis cælestibus lucem visibilẽ pro decore. Insuper dixit stolidissimus Manichæus in quolibet homine esse animas duas, vnã naturaliter malam, nec ad virtutes flexibilẽ, à Deo tenebrarũ creatam, & missam, ac omnia mala, quæ fiunt ab homine, operantem: aliam verò animam, bonam, de substantia boni Dei productam, & iugiter virtuosam: quam dixit à principe lucis missam in corpus, ad reprimendum, & temperandum mala animæ naturaliter malæ, ita quod Deus lucis uidit quanta labes, ac uastitas suo regno immineret, nisi animas bonas corporibus immitteret, ad temperandum tyrannidem, atque facinora, ipsasq; animas bonas ex mixtione cum animabus malis, aliqualiter inquinari, ligari, & retardari à reditu ad regionem, ac populum lucis, & ob hoc liberatore indiguisse: ideoq; Christum venisse, nõ verè in carne, sed in similitudine, ac phantasmate carnis, ad reducendum animas bonas ad luminis regionem. Alia multa, uana, stulta, & friuola, imò ridiculosa, insipientissimus Manichæus, ac eius sequaces finxerunt. Sed, & turpia quædam, ac prorsus sacrilega in suis sacris exercuerunt: cõtra quæ omnia doctores catholici, potissimè beatissimus Augustinus, q̃ longo tempore fuit perfidia Manichæi seductus, scripserunt. Ipseq; Augustinus in pluribus locis, videlicet in libro contra Faustum quendam episcopum Manichæorum, atq; in libro contra Fortunatum Manichæorum præsbyterum, in libro quoque de duabus animabus, & in libro contra epistolam fundamenti, & alibi. Legitur in vita sancti Thomæ de Aquino, quod inuitatus à sancto, ac pissimo rege Franciæ Ludouico ad prandiũ, in ipso conuiuio speculationi suæ intentus, venit ad raptum. Tãdem reuersus ad se, sumpto in manu cultello super mensam percutiens: Modo, inquit, conclusum est contra Manichæum. Tuncque Prior secum ad mensam sedens, traxit eum cum cappa, dicens: Frater, attende te esse in mensa regis. Mox Thomas exteriora aduertens, humili capitis inclinatione petijt sibi à rege ignosci. Rex autem delectatus in his, iussit notarium aduocari, ad scribendum, quæ sanctus doctor in illa eleuatione considerauit. Errores Manichei. Quibus in locis Aug. maxime Manichæorum hæresim insequitur. Nota de S. Thom.

¶ Nunc obiecta in principio q̃stionis inducta, solu-

uenda sunt, q̃ ex præhabitis multipliciter, atq; faciliter queunt dissolui. Nempè ad primũ dici potest, q̃ etiã inter mala est maximũ malum, sed non vt posuit Manichęus. Cum. n. duplex sit malum, videlicet culpæ, & pœnæ, inter mala culpæ est maximũ malũ .i. grauissimum vitiũ, ex quo & cætera oriuntur eo modo, quo vnũ peccatũ ex alio nasci, ac procedere perhibetur, nõ quasi ex causa positiua, & effectiua, sed dispositiuè, aut cõcomitanter, seu demeritoriè, vel alijs cõsimilibus modis. Sic equidẽ amor priuatus fertur omniũ vitiorũ origo, superbia quoq: sed & odium Dei, grauissimũ, & maximum malum est. Deniq; inter mala pœnę, pœna ignis infernalis dr̃ maxima, seu aliud quodcunq; tormentum inferni. Duplex malum.

¶ Thomas verò in scripto rñdet, quod summum malũ non contrariatur summo bono ſm rem, sed solum ſm vocem. Primò, qm̃ summum malum esse non põt, qm̃ nihil est essentialiter malum, cũ ens, & bonũ, vnum, & verum, conuertibilia sint: nec aliquid sit adeo malũ, quin in ipso sit aliquid boni ad minus esse. Propter quod philosophus 4. asserit Ethicorũ: Si esset malum ita perfectũ, q̃ proueniret ex omnium corruptione circunstantiarũ, non sustineret seipsum. Secundò, qm̃ summo bono quod nullo mõ põt auferri nec minui, nihil opponitur priuatiuè, neq; contrariè. Vnde nec particulare malũ opponitur summo bono directè, sed particulari bono, quod per ipsum priuatur. Et dico aliqd directè opponi alteri, quando opponit̃ ei secundum quod huiusmodi, sicut albedo manus nigredini manus, nigredini aũt parietis opponitur indirectè, utpotè non inquantũ est albedo istius, aut nigredo illius, sed inq̃tum albedo, & nigredo. Cumq; adijcitur, q̃ in omni genere, primũ, & maximum est causa sequẽtium, verũ est in positiuis, quibus põt competere ratio, & efficientia causæ. ¶ Ad secundũ dicendum, q̃ animalia oĩa illa aliquid bonitatis, entitatis, decoris & vtilitatis participant, prout diuinus Dionysius contestat̃, & spectant ad ordinẽ, ac pulchritudinem vniuersi, & quãuis vnum alteri sit nociuũ, non tamen omnibus neq; simpliciter. ¶ Insuper ad moralẽ instructionem, ad virtuosam exercitationem, ad multiplicẽ considerationem, ad incutiendum salubrem timorẽ, ad prouocandum gratiarũ actionem, animalia huiusmodi cõferunt, sicut & experientia docet. ¶ Per quod patet solutio tertij. Talis namq; contrarietas ordinẽ rerum naturalẽ, & complexionũ diuersitatem cõsequitur: nec simpliciter, ac vniuersaliter, sed quãtum ad quid, & particulariter est nociua. Sapientia etiã creatoris ordinauit inferiora, ac minora, in vsum & pabulũ superiorum. ¶ Ad quartũ, q̃ auctoritas illa verificatur de his, q̃ verè, ac propriè extant contraria, & habẽt fieri circa idẽ. Sic aũt ut patuit, nihil contrariatur bono altissimo, nec summũ malum dicit, quid positiuũ. ¶ Ad quintum rñdet Albertus: Error Manichęorum ex ignorãtia venit. Putabant. n. q̃ sicut bonum est, quod venit à bono, atq; plantatũ est in forma boni, à quo est, ita malũ sit, quod est à malo, & plantatũ in forma mali, à quo est, quod reprobatũ est alibi: qm̃ malũ non est in forma mali, & malitia non est forma. Ait namq; sanctus Dionysius 4. capitulo de diuinis noĩbus, q̃ malum non est, quid existens, nec aliqd in existentibus. Ideo nõ est forma, sed defectus boni, & pulchri ſm formam. Hinc illud, in quo est malũ, malo non formatur, sed deformatur, ac priuat̃ modo, specie, & ordine in esse, & forma veri, & boni. Propter quod nõ põt habere principium directè & perfectè efficiens, sed deficiens, ut asset̃it Aug. & hoc est liberũ arbitrium hoĩs, aut angeli, à summo bono defluxũ. Quod verò ait philosophus, q̃ bonũ, & malũ non sunt in genere, intelligit, q̃ nõ sunt in gñe vno tm̃, secundũ quod vna coordinatio prædicabiliũ constituit vnum genus. Imò sunt in oĩ gñe, ita q̃ bonũ in gñe substantiæ est substãtia, & in quãtitate q̃titas, & in qualitate qualitas. sicq; de alijs. Malũ aũt in omni gñe est ut priuatio boni. Quẽadmodum etiã ens ſm formã, & actum. atq; priuatio entis ſm formã, & actum, non reducunt̃ in diuersa principia agentia in natura, sed in vnũ agens, & in in alterũ deficiens: sic bonum, & malum reduci nequeunt in diuersa actiua principia, sed in vnũ agẽs, & in alterũ ab illo deficiens. Causa aũt deficiens, in nullo põt esse primũ principium. Hinc in libro 83. q. loquitur Augu. Omne, quod deficit ab eo, quod est esse, deficit, & tendit in non esse. Hæc Albertus. Duplex malum. Thom. in scripto. Ad 1. Quemadmodũ summum malum cõtrarietur sũmo bono. Philosop. Ad 2. Ad 1. Ad 2. S. Diony. Ad 3. Ad 4. Ad 5. Dionysiꝰ diuinus c. 4. de diuinis nominibus. Bonauen. malũ quẽadmodum nõ sunt in genere. Aug in 83 quæst. lib.

¶ Dictum est quoq;, q̃ malum priuatiuè sumptũ, nõ est propriè genus, sed reductiuè in gñe. ¶ Ad sextum, q̃ oĩs creatura aliquid diuinę perfectionis participat, nõ tamen oĩa, sed eandẽ noĩationem, rationem, & mensurã. Deus verò oĩa idealiter, & exẽpla riter operatur, & q̃dam ab ipso intelligentiã sortiũtur, q̃dã esse tm̃, quædã esse, viuere, & sentire. ¶ Ad septimũ, q̃ Deus cuncta produxit ut essent, & cõseruat ea in esse, secundũ capacitatẽ, & dispositionem ipsorũ. De necessarijs quoq; prouidet eis, nec directè intẽdit destructionẽ, & corruptionem eorũ, sed indirectè, & quasi per accidens, inq̃tũ ad vnius generationẽ, conseruationẽ, & pabulũ, sequit̃ siue requirit̃ alterius corruptio, atq; destructio, sicut ad cibationẽ vnius aĩalis, sequitur mors cuiusdã alterius. Ideo scriptũ est in li. Sap. Deus mortẽ nõ fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit. n. vt essent oĩa, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum. Ad 6. Ad 7. Sapien 1.

¶ Præterea Damas. 1. c. 5. cõpendiosè demõstrat, impossibile esse plures cõsistere Deos, nec mundũ posse persistere, nisi regat̃ ab vno summo principio. Quod si pugna, & contrarietas esset inter rectores, dissolueret̃. Libro itẽ 2. testat̃, q̃ malum sit priuatio boni, & tenebræ priuatio luminis. Quas rõnes Alexander prosequitur clariùs. Quẽadmodũ etiã Bonauentura ostendit, Magna, & rudis fuit imperitia Manichæi, sic arguentis: Oppositorũ, & contrariorũ oppositæ, atq; cõtrariæ sunt causæ. Quod de causis intrinsecis, non extrinsecis verificatur. Alioquin aliud esset primũ causale principiũ calidi, aliud frigidi. Veruntamen dici põt, q̃ Deus vnumquodque propria condidit rõne. sicq; diuersorũ, & oppositorũ idealis in Deo rõnes, exẽplaresq; causæ distinctæ sunt. Nihilominus ab eodẽ libero arbitrio põt esse bonum virtutis, inquantũ participat aliquid diuinæ perfectionis: & malum culpæ, inquantũ distat à creatore, & ex nihilo est: ac imperfectum, vertibile, atq; mutabile in seipso, nisi per dona gratiæ, aut gloriæ adiuuetur, ac cõfirmetur. Vnde in li. Iob habetur: Ecce qui seruiunt ei, nõ sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. quanto magis hi, qui habitant domos luteas, consumentur velut à tineã? Itaq; cum Deus sit causa voluntariè, ac liberè operans, ac totum ordinem rerum instituens, potest cõtrariorum, & oppositorum esse causale principiũ: sicut, & idem pictor, pulchræ, ac fœdæ imaginis causa est: imò pulcher pictor, frequenter turpem facit imaginem, & turpis pictor formosam. Non enim oportet, imò neque possibile est effectum suæ causæ in omnibus conformari. Imò omne creatum quantumcunque perfectum, necessariò occumbit, ac deficit infinitè ab excellentia creatoris. Damasce. Alexand. Bonauen. Iob 5.

QVAESTIO II.

Arguit 1. SEcundò quæritur, *An omnia profluxerunt a Deo per creationem*. ¶ Videtur quòd non, quia commune est apud philosophos dictum, ex nihilo nihil fieri. Secundò, quoniam quod fit, fuit in potẽtia antequam fieret: & illa potentia fuit passiua, & fundabatur in aliquo puta in materiali principio, sicq; ex illo est orta productio. Tertiò, in permanentibus fieri est uia ad factum esse, atque præcedit illud. sed quod creatur, fit: ergo antequã creatum est fieri illud, in aliquo subiectatur, non ergo ex nihilo producitur. Quartò, si creatio est aliquid: aut est creator, aut creatura: non creator, quia non denominaret formaliter creaturã: nec creatura, quia sic crearetur, & creationis esset creatio, cum tamen secundum philosophum 5. Physicorum, Generationis non fit generatio, nec mutationis mutatio.

2

3

4

Philosophus.

¶ In oppositum est scriptura, & illud libri Causarum: Prima rerum creaturarum est esse.

In oppositum.

¶ Ad hoc Thomas respondet: Creationem esse, non tantum fides tenet, sed ratio quoque demonstrat. Omne namque imperfectum in aliquo genere, manat ab eo, in quo natura generis illius reperitur perfectè. Cumq; omnia circa primum sint entia imperfecta, & ipsum esse participent, oportet totũ, quod sunt, & habent, à primo, & perfecto esse originaliter oriatur, quod est creari. Creare enim est in esse producere secundum totam suam substantiam. Deniq; ad rationem creationis pertinẽt duo. Primum ẽ, quod nihil præsupponit in re, quæ creari dicitur: & in hoc ab alijs mutationibus differt. Generatio namque præsupponit materiam, quæ nõ generatur, sed per generationem completur, transmutata, & actuata per formam substantialem. In reliquis vero mutationibus præsupponitur subiectum quod est ens completum. Hinc causalitas, ac alterans non se extendit ad omne id, quod reperitur in re, sed ad formam, quæ de potentia in actum educitur. Secundum est, vt in re, quæ creatur, non esse præcedat esse, non prioritate durationis, aut temporis, ita vt res priùs non fuerit, sed prioritate naturæ: sic quod rem creatam, si sibi relinquatur, consequatur non esse, quoniam esse non habet, nisi ex influentia causæ superioris. Priùs etenim vnicuique naturaliter cuuenit, quod non conuenit ei ex aliquo, quàm quod cõuenit ei ex aliquo: & per hoc differunt creatio à generatione æterna, in qua non esse non præcedit esse: nec dici potest, quod filius Dei si sibi relinquatur, non habeat esse, cum à patre suscipiat idem ipsum esse, quod patris est: quod est esse absolutum, non dependens ab aliquo. Itaq; secundum hæc duo creatio dicitur esse ex nihilo: tũ, ita quod negatio neget ordinem creationis importatum per præpositionem ex, ad aliquid præexistẽs, vt dicatur esse ex nihilo, quia non est ex aliquo præexistenti: tum, ita, ꝙ remanear ordo creationis ad nihil præexistens natura affirmatus, vt dicatur creatio esse ex nihilo, quoniam res creata naturaliter priùs habet non esse, quàm esse. Et si hæc duo sufficiant ad rationem creationis, potest creatio demõstrari. sicq; eam quidã philosophi posuerunt. Si vero dicatur tertiũ exigi, vt s. non esse duratione præcedat esse, demonstrari nõ valet: nec à philosophis concedit, sed fide tenetur. Hæc Thomas in Scripto.

Thom in Scripto.

Ad creationis rõnem duo pertinent.

1

2

¶ Porro in prima parte Summæ, quæstione 45. Nor solum, inquit, considerare oportet emanationem particularis entis ab ente particulari, sed emanationem quoque totius entis à causa vniuersali, quæ Deus est: quam emanationem, creationis nomine designamus. Quod autem secundum emanationem particularem procedit, non præsupponitur emanationi: sicut dum homo generatur, priùs non fuit homo, sed homo fit ex non homine, & album ex non albo; Similiter, quòd procedit secundum emanationem uniuersalem, non præsupponitur emanationi huiusmodi. Vnde si consideremus emanationem totius entis vniuersalem à primo principio, impossibile est, quod aliquid ei præsupponatur. Idem verò est, nihilum, & nullum ens. Hinc sicut generatio hominis est ex non ente, quod est nõ homo: ita creatio, quæ est emanatio totius esse, est ex non ente, quod est nihil. Hæc in Summa.

Idem in Summa.

¶ Præterea de hac re subtiliùs, atq; diffusiùs scribit in Summa contra gentiles libro secundo per diuersa capitula: Omne, inquiens, quòd alicui conuenit non secundum quod ipsum, per aliquam causam conuenit ei, quod enim causam non habet, primum, & immediatum consistit. Idcirco oportet, vt sit per se, & secundum quod ipsum. Impossibile autnm est aliquid conuenire duobus, & utrique secundum quod ipsum: quod namque aliquo dicitur secundum quod ipsum, non illud excedit, sicut esse rationale, siue risibile, non excedit hominem. Impossibile ergo est aliquid de duobus prædicari, ita quod de neutro per causam dicatur: sed oportet, aut unum esse alterius causam, sicut ignis est causa caloris mixto, aut quod aliud tertium sit causa vtrique. quemadmodum duabus candelis ignis est causa lucendi. Esse autem dicitur de omni, quod est: impossibile igitur est, esse aliqua duo, quorum neutrũ habeat causam essendi. Ab illo ergò, cui nihil est causa essendi, necesse est esse omne, quod qualitercunque est. Præterea, si dicatur ens non prædicari de cunctis uniuocè, nihilominus præinducta conclusio sequitur. Non enim de multis æquiuocè dicitur sed per analogiam, sicq; necesse est fieri reductionem ad unum. Insuper, quod alicui conuenit ex sua natura, non ex aliqua causa, non potest in eo esse minoratum, neq; deficiens. Si enim naturæ aliquid essentiale subtrahatur, siue addatur, non manet ipsa natura, sicut in numeris patet. Itaque si natura integra permanente, aliquid minoratum inueniatur in ea, id non dependet simpliciter ex illa natura: sed ex aliqua alia causa, per cuius remotionem minoratur. Quod igitur uni conuenit minus, quàm alteri, non conuenit ei ex sua natura tantum, sed ex aliqua causa. Illud ergo est causa omnium in aliquo genere, cui maximè competit illius prædicatio generis: sicut quod maximè calidum est, est causa caloris in alijs. Deo autem potissimè, ac perfectissimè competit esse. Idcirco est alijs oĩbus causa essendi.

Idẽ in Sũma cõtra gentiles.

Deo perfectissimè competit esse.

¶ Amplius, secundum ordinem effectuum oportet ordinem esse causarum: quia effectus suis proportionati sunt causis. Cumq; esse uniuersis effectibus sit commune, oportet ipsum reduci in primam causam. Quemadmodum enim effectus proprij reducuntur in proprias causas, ita quod effectibus proprijs est commune, oportet reduci in causam communem. Rursus, quòd per essentiam dicitur, causa est omnium, quæ per participationem dicuntur. Solus autem Deus est ens per essentiam. Hæc ibi. Vbi, & istud multipliciter comprobatur. Verum breuitati studens, abbreuio.

¶ Concordat Petrus: Triplex, dicens, est modus productionis alicuius ex aliquo, s. aut de sua natura aut de aliena, aut de nulla. Primus, est gñatio: secundus, factio: tertius, creatio. Cumq; oĩs actus nobilis includatur in omnipotentia, oportet hos tres actu omnipotenti Deo asscribere. Omnipotentię quippe est totum effectũ producere sine alterius indigentia causę. ¶ Porro, quod dr̃ de nihilo, tripliciter põt exponi. Primò, ut designet causam materiale, sicut cultellus factus ferẽ de ferro. Secundò, causam efficiẽtẽ, quemadmodũ opus est de artifice. & his modis de nihilo nihil fieri põt. Tertiò, ut dicat rationẽ ordinis tantum, & hoc dupliciter. Primò, ut dicat ordinẽ naturę duntaxat, sicut de informi materia fit formata. Secundò, ut dicat ẽt ordinem durationis, vt de mane fit meridies. Primò modo dicunt philosophi mundum creatum, quamuis ęternum: qm̃ totum suum esse a Deo sortitus est. Secundò modo dicũt theologi mundum a Deo creatum, Ampliùs, nobilior, atq; potentior est causa sibi sufficiens ad totum effectum causandũ, q̃ non sufficiens ad hoc. Causa prima potentissima, ac nobilissima est totũ, ergo producit. Hęc Petrus. Idem Richardus.

Petrus cõcordat Thomæ.

Philosop.

Theologi.

¶ Bonauentura demum hic loquitur. Secundum theologos, atq; philosophos, omnes res mundanæ habuerunt principium ꝓductiuũ, tum propter rerum varietatem, tum propter earum mutabilitatẽ, tum ꝑp rerum ordinem, tum ꝑp earum imperfectionem. Multitudo namq; ortum habet ab vnitate, & motus, ac mutabile ab immutabili. Ordo quoq; ad primum, & imperfectum ad perfectum originaliter, ac ultimate reducitur. ¶ Deniq;, quod non est ab alio, est a se ipso: & tale non indiget alio vt fit, sed omne intrinsecum principium indiget alio ad hoc, quod fit: qm̃ forma eget materia, & econtra. Vtrunq; ergo a Deo est. Rursus, efficiens, & finis, sunt causæ correlariæ, ut 2. metaph. dr̃. Ergo, quod non est ab alio, non est ad aliud. Sed omnia sunt ad aliud ꝓm omne, quod sunt: quia ꝓm omne, quod sunt, appetunt bonum, & status non est nisi in summo bono. Et quod ratio ista existat idonea, sic probatur: Bonum, & ens conuertuntur, ergo quod seipso est ens, seipso est bonum ens: quod autem seipso est propter aliquid aliud. ergo, quod nõ est ab alio, non est propter aliud. Cum ergo mundana omnia, imò omnia, quæ sunt citra Deum, secundum se tota sint propter aliud, constat, quod sint ab alio. Hæc Bonauentura.

Bonauent.

Quam ob rẽ res mũdanæ habuerunt principiũ ꝓductiuũ.

Albertus.

¶ At verò Albertus: In huius, ait, quæstionis solutione laborat Magister, dicendo, ꝙ verba hæc facere, & creare, de Deo, & creaturis dici nequeunt ꝓm rationem eandem: quia cũ dicimus Deum aliquid facere, non aliquem in operando motum intelligimus ei in esse, nec aliquam in laborando pasionẽ, ꝓut nobis solet accidere: sed eius æternę voluntatis aliquem nouum significamus effectũ, hoc est, ęterna eius voluntate aliquid nouiter existere. est; ista solutio bona, ac sumpta ex verbis Augu. & Strabi sup illud Genesi: In principio creauit Deus cœlum, & terram. Creatio quippè actiua nõ est aliquid medium inter creantem, & creatum: quia creatum obedienter se habet ad creatoris voluntatem, siue accipiatur in potentia creatoris, siue in esse ꝓm quod actum est. Nec aliter verum esset illud Apostoli ad Romanos: Deus vocat ea, q̃ non sunt tanquam sint. Hinc creatio est exitus in esse, qd̃ fit ex nihilo, & est ꝓpriè actio primi principij. Sed hæc actio de ipso non dr̃, sicut dicitur actio de creaturis, in quibus tẽporalem motum significat: quia in eis agẽs, vt agẽs, non comparatur ad patiens, nisi per influxum actus, ac veritatis in patiens. In Deo autem nõ designat aliquid actus, & virtutis influi patienti, sed, quod ad imperium voluntatis diuinæ totum creatum secundum id, quod est, & secundum esse suũ, uocetur ad esse ex nihilo sine motu agentis. Hęc Albertus.

August. Strabus. Gen. 1.

Rom. 4.

¶ Hinc Vdalricus in Summa sua li. 4 Actus proprius Dei, est creare, quod est ex nihilo facere, vt asserit Damascenus libro primo. & sumitur ibi facere pro actione artificiali, sicut sumit philosophus 7. Ethicorũ, distinguendo factibilia contra agibilia. Attribuitur quoq; hoc facere Deo per excellentiã, quemadmodum cætera, quæ Deo, & creaturis communia sunt, omni videlicet imperfectione exclusa. Deus quippè sola voluntate ex non ente de esse cuncta deduxit: sicq; inquantum per suam scientiã operatiuam, seu practicã est vniuersorum principium, sic actio sua est factio. Cumq; dicitur ex nihilo, præpositio, ex, nõ tenetur causaliter: quoniam nihil nullius est causa, sed ordinaliter. Hinc actiua creatio tria includit, secundum quę omnis effectus causat̃ a Deo: puta potentiã Dei, quæ semp in actu est in se ipsa, & scientiam semper se eodem modo habentẽ, ac voluntatem quæ inuariabiliter stat in hoc, quòd hęc, aut illa res procedat in actũ non ab ęterno, sed tempore opportuno, secundum dispositionem, ac rationem diuinæ scientiæ. Connotat autem nomen creationis istius effectum in creatura: idcirco Deo nõ conuenit ab ęterno. Insuper super ista fundatur, atq; consequitur quædam relatio, qua Deus nominatur creator, & ad creaturam refertur, imò creatura magis ad ipsum: quoniam est relatio rationis dũtaxat. Ideo quidam dicunt creationem non dicere actionem, sed relationem, intelligentes hoc de actione, quæ diuersa est ab agente. Conuenit itaq; Deo creare, cum ei solum conueniat causare alio nullo causante, ita, quòd nihil præexigit, nil supponit, qd̃ per se influat in eius effectum. Mentitur ergo Auerrois, qui super octauum physicorum affirmat non derogare diuinæ potentiæ, si dicatur non posse illud, quod non potest fieri, idest, creare quia communis conceptio animi est, qua cuncti consenserunt philosophi, ex nihilo nihil fieri. Ipse namque ęquiuocat fieri, quod uno modo dicit naturalem mutationem, vt est generatio: & sic vera conceptio illa. Alio modo dicit productionẽ ipsius esse post non esse, per simplicem primi principij actionẽ sine præsuppositione cuiuscunque alterius causæ: & ita derogaret diuinę potentię, non posse creare: quoniam sequeretur ipsam non esse primam uirtutem: quia in quolibet genere causę primum causat sine alijs, non econtra.

Vdalricus

Damasce. Philosop.

Actiua creatio tria includit.

Auerrois mẽtiri cõuincitur.

¶ Præterea quamuis actiua creatio dicat tria: passiua tamen creatio non dicit nisi duo uidelicet effectũ creationis actiuæ, & relationem fundatam sup exitum illum in esse: non autem dicit passiuam potentiam correspondentem actiuæ potentiæ creatoris, quia sic creatio actiua aliquid presuponeret, in quo potentia illa fundaretur passiua. Hęc Vdal.

¶ Albertus aũt hoc loco de creatione pauca inqrit. Sed in exordio libri sui de quatuor coęquęuis, octo qõnes mouet de ea: videlicet, an fit, qd̃ fit, cui fit proprius actus, an sit cõicabilis causis creatis, an sit opus naturæ vel voluntatis, an sit actus separabilis ab operatione naturæ, atq; ꝓpositi, an sit magis ostensiua potentiæ q̃ sapientiæ, seu bonitatis, vtrum sit actus naturalis, aut miraculosus. Et nunc patuit, quòd oportet ponere creationem, & qd̃ fit, itemq;, quòd sit actus proprius oĩpotentiæ Dei. Dicit quoq; quòd nõ sit cõicabilis creaturis, cũ sit actus infinitæ uirtutis. De hoc tamen suo loco plenius est tractandum. ¶ Addit etiam, quòd creatio est opus voluntatis, & naturæ. Secundum enim quod voluntas est principium operans super essentiam sibi extrinsecã, quemad-

Albertus in lib. de quatuor coęquęuis

quemadmodum ars, ſic eſt opus volũtatis. Sed quia in Deo realiter idẽ ſunt natura, & uolũtas, ſic creatio etiam dr̃ opus naturæ, atq; ſubſtantiæ. Propriè vero natura eſt principiũ intrinſecũ in eadem eſſentia producẽs ſibi ſimile ſm formã, & ſpeciem: ſicq; creatio nõ eſt opus naturæ, ſed gñatio. p̃cipuè quoque creatio oñdit potẽtiã. Cętera ſuis locis patebũt.

Hanibal.

¶ Poſtremo Hanibal: Deus, inquit, ab oĩbus intelligitur id, quod eſt primum in gñe cauſarum agentium, inter quas effectus primæ cauſæ per cauſas ſecundas determinatur: quemadmodum actio ſolis determinatur ad productionem pomi, per virtutẽ actiuam exiſtentẽ in planta. Oportet ergo, ꝙ cauſa ſecunda cauſet rem eſſe ſm quod eſt indeterminata natura ſolum, ſed cauſa prima ſm gñalem rationem effectus. Ideò Deus, qui eſt ſimpliciter prima cauſa, eſt uniuerſalis cauſa entis, inquantũ huiuſmodi: quemadmodum ignis cauſa eſt caldi, inquantũ eſt calidum. ideò ad cauſas ſecundas naturales ſpectat efficere res ſm formam tm̃, per quã unũquodque determinatur ad propriã ſpeciem. Dei vero eſt producere rem ſm totum entitatis, quod eſt, & hẽt hoc eſt, ſm formã, atque materiam. Hæc Hanibal.

Rñſio ad prædicta.

Duplex ẽ agẽs ſecundũ Auicẽ.

¶ Rñdẽdum ergo ad primũ, ſicut in verbis Vdalrici nunc tactum eſt. Ad ſecundũ Thomas, Petrus, & Richardus rñdent: Secundũ Auicennam duplex eſt agẽs, vnum naturale, quod agit ꝑ motum: aliud diuinũ, quod ſimplici emanatione producit: & hoc non præſupponit potentiã paſſiuã ex parte ꝓducti: ſed poſſe rem fieri, non eſt aliud, q̃ Deum poſſe eam efficere. ¶ Ad tertiũ, ꝙ in permanentibus, quæ fiunt ſeu producuntur per mutationem, & motum propriè dictum, fieri eſt via ad factũ eſſe, nec eſt totum ſimul. Verum in his, quæ creantur, fieri (.i. creari) eſt totum ſimul: nec eſt uia ad rẽ niſi ſecundum modũ ſignificandi, ꝓut eſt acceptio q̃dam ipſius eſſe: ſicq; res ſimul creatur, & creata eſt. ſicut ſimul ſunt illuminari, illuminatumq; eſſe. ¶ Ad quartum Thomas rñdet: Creatio ſumitur actiuè, & paſſiuè. Actiuè eſt operatio Dei, & eius eſſentia cũ quadam relatione, vt diſtum eſt. Paſſiuè vero eſt quoddam accidẽs in creatura, nec propriè dicit paſſionem, ſed relationem. Eſt enim habitudo habentis eſſe ab aliquo, cõſequens operationem diuinam: eſtq; in re creata, vt in ſubiecto, quemadmodum filiatio eſt in Petro, in quantum recipit naturam humanam à patre ſuo.

Creatio actiuè, & paſſiuè ſumitur.

Richard. An creatio ſit mutatio. Gregori⁹.

¶ Ex præinductis innoteſcit ſolutio quæſtionũ, quas quidam hic mouent doctores. ¶ Quærit enim Richardus. An creatio ſit mutatio. Et rñdet ſecũdũ Gregorium 2. Moraliũ, Mutari eſt ex alio ad aliud ire. quod ſi intelligaẽ de duobus extremis realibus, creatio non extat mutatio, cum non habeat reale extremum, niſi terminũ ad quem. Si vero intelligaẽ etiam de extremo ſecundum rationem, annihilatio quæ eſt de ente in non ens, & creatio, quæ eſt de nõ ente in ens, dicuntur mutationes. Negationes namque bene ſunt entia rationis, inquantum intelliguntur per oppoſitas affirmationes. ¶ Veruntñ cum eſſe ſolum ſecundum rationem, ſit diminutum, creatio impropriè vocatur. ¶ Inſuꝑ quærit Richardus, An creatio actiua ſit creator, & patet ex dictis rñſio. Iterum, An creatio paſſiua ſit creatura. Rñdet, Quũ creari ſit ſine motu, & mutatione propriè dicta, quibus ſubtractis, non remanet in paſſo niſi ad agẽs relatio: ideò creatio iſta paſſiua, eſt relatio quædam. quia creari non eſt aliud, quàm nunc primo eſſe ab aliquo, non de aliquo: quod importat relationem creatæ eſſentiæ ad creatorem. Hæc Richardus.

Richard. An creatio actiua ſit creator

An creatio paſſiua ſit creatura.

¶ Verũtñ aliqui dicũt, ꝙ paſſiua creatio, ſeu creatura, ſit ipſamet res creata: quod intelligi põt materialiter. Formaliter verò ẽ habitudo. Nec creatio creatur alia creatione, ſicut nec relatio referẽ alia relatione, nec differentia vna differt ab alia differentia. Imò creatio ꝓpriè non creaẽ, cũ creari ſicut & fieri, ac generari, ſit propriè exiſtentiũ per ſe. Vnde dicunt aliqui, ꝙ concreaẽ, & impropriè ferẽ creari.

Bonauen. reſpõſio.

¶ Præterea Bonauentura reſpondendo ad iſtud, An creatio dicat medium inter creatorẽ, & creaturam, affirmat: Creatura uno modo vocatur, omne quod eſt à Deo, & eſſe ſuum habet ab eo: & ſic creatio eſt creatura. ¶ Secũdò creatura nominatur, ſubſtantia rei producta ex nihilo. ſicq; creatio dicit q̃d medium, non ſecundum naturam, & rem, ſed ſecũdum rõnem, & habitudinem: quæ tamen non dicit aliquid per eſſentiam diuerſum à creatura. Creatio quippe dicit habitudinẽ ad non eſſe præcedens, & ad principium productiuum: quæ habitudo eſt q̃dam mutatio, nec eſt aliud, q̃ res ipſa. Eſt etenim triplex mutatio, puta mutatio ad eſſe, mutatio ab eſſe, & mutatio in eſſe. Mutatio ad eſſe, nihil ponit à parte termini ad quem. Mutatio ab eſſe, nihil ponit niſi à parte principali. i. à parte termini, à quo. Mutatio in re, ponit aliquid à parte utriuſque. Ideo mutari primo modo, nihil aliud eſt, q̃ nunc primo eſſe. Mutatio ſecundo modo, nil aliud, quàm nunc ultimo eſſe. Mutatio in re, utrumq; habet extremum, atque ſubiectum, quod eſt priùs natura, q̃ terminus. ideo talis mutatio poteſt aliquid eſſe natura præcedens terminum, & diuerſum ab illo ſecũdum rem. Hinc creatio non eſt medium inter creatorem, & creaturam, ſicut generatio inter generantem, & genitum. Deniq;, triplex exiſtit relatio. Vna, quæ fundatur ſuper proprietatem accidentalem, ut ſimilitudo fundata ſuper albedinem. Secũda, quæ fundatur ſuper dependentiam eſſentialem, ut habitudo materiæ ad formam. Tertia, quæ fundatur ſuper originem naturalem. Prima relatio aliquid addit reale, tertia nihil, ut patet in diuinis. Media verò relatio dicit aliquid, quod eſt quodammodo idem, quodammodo aliud. Creatio autem dicit relationem hoc medio modo: quoniam creatura eſſentialiter, ac totaliter, à creatore dependet. Et concedendum quod creatio non eſt aliud ſecundum rem à creatura, ſed ſecundum rationem, & habitudinem, ut eſt dictum. Hæc Bonauentura.

Mutatio triplex.

Relatio triplex.

Alexãder. Bonauenturæ concordat.

¶ Concordat Alexander, quantum ad hoc, quod dicit creationem paſſiuam non eſſe, quid medium inter Deum, & creaturam.

Vdalric⁹.

¶ Porrò Albertus, Aegidius, & Vdalricus ꝯteſtantur creationẽ paſſiuã eſſe realem relationẽ. Nihilominus Vdalricus poſt hæc paulo poſt aſſerit, quod ſit relatio ſecundum dici, & non ſecundum eſſe.

¶ Quę non videntur conſtare, quia relatio ſecundum dici non uocatur realis.

Thomas.

¶ Thomas quoque in Scripto fatetur, quòd creatio paſſiua ſit accidens creato inhærens, & ſæpius ait, quòd ſit realis relatio. Nihilominus in 1. parte Summæ quæſtione 45. diſſeruit, quod creatio non ponit aliquid in creato, quod intelligendum videtur de aliquo abſoluto, non de aliquo reſpectiuo. Nam ſubdit, ſed relationem tantum. Vbi & addit: Creatio ſignificatur ut mutatio. Mutatio autem media eſt, quodammodo inter mouens, & motum: idcirco creatio ſignificatur, ut medium inter creatorem, & creaturã: creatio tamen paſſiuè ſumpta, eſt in creatura, eſtq; aliquo modo creatura. Creationis etiã prout ſignificatur ut mutatio, creatura eſt terminus: ſed vt eſt verè relatio, creatura eſt eius ſubiectum,

iectum,

iectum, & priùs ea in eſſe ſicut ſubiectum priùs eſt accidente. Habet tamen creatio iſta quandam rõnẽ prioritatis ex ꝑte obiecti, ad quod dr̃, quod ẽ principium creaturę. Hęc Thomas in Summa.

Petrus.

¶ Concordat Petrus, dicendo: Creationẽ paſſiuam dicunt quidam non eſſe aliud, q̃ ipſam creaturam, quæ creatur realiter; & tñ differe ab ea ſm rõnem, qm̃ dicit creaturam comparatam ad creatorẽ. Alij ꝓbabilius dicunt, ꝙ differt ſm rem, quia eſt accidens quoddam in creatura, & ſignificat rẽ, q̃ non eſt ꝓpriè in prædicamento paſſionis, ſed relationis. Eſt enim habitudo, & dependentia habentis totum eſſe ſuũ a creatore, conſequens creantis actionem, & rei createę exiſtentiam, ſeu actum exiſtendi, non aliquã paſſionẽ, ſicut filiatio in filio conſequiẽ actionem patris, & exiſtentiam filij a patre. Hęc Petrus.

Dionyſi.

¶ Qui in hac re totaliter ſequitur Thomã, quorum poſitio uerior reputatur, q̃ alia. ¶ Præterea, qđ Bonauentura effatur relationem fundatam ſuper naturalem originem, non addere aliquid, verum eſt in diuinis: ſed in generatione creaturarum paternitas ſuper generationem fundata, eſt realis relatio ſubiecto aliquid ſuperaddens reale.

QVAESTIO III.

Arguitur primo.

TErtiò principaliter quæritur, *An cuncta creata ſint a Deo immediatè creata, ita quòd una creatura nõ eſt effectiuè inſtrumentaliterve creata ab alia.* ¶ Quod uniuerſa creata non ſint immediatè a Deo ꝓducta, primò vr̃, quia ab vno ſimplici nõ procedit immediatè niſi vnum, vt peripatetici dicunt.
2 ¶ Scđò, idẽ eodẽ mõ ſe habens, facit idẽ, nõ varia
& diuerſa. Deus aũt eſt inuariabiliter idẽ, & ęternaliter ſe vniformiter hñs, ergo nõ facit diuerſa imme
3 diatè, ac plura. ¶ Tertiò, quę a Deo ſunt, ordinata
Rom. 13. ſunt, teſte Apoſtolo ad Rõ. ergo creata proceſſerunt ab eo, ordine quodam, non immediatè, ſed unum alio priùs, ut ordo requirit.
¶ Quartò, proceſſus rerum a Deo, eſt per ſimili-
4 tudinem quandam, ut Proclus Platonicus in Ele-
Philoſop. mentatione ſua theologia probat. Nam, & teſte Philoſopho agens producit ſimile ſibi. Cum ergo Deus glorioſus, & adorandus, ſit purus, & ſuperſimplicisſimus actus, non uideẽ, ꝙ corporalia aliqua ab ipſo immediatè profluxerut: imò nec aliquid, niſi
5 una quædam actualisſima mens. ¶ Quintò, ſanctus
S. Dion. Dionyſius frequenter fatetur, ꝙ Deus ſe habent uno modo ad oĩa, quamuis non oĩa habeant ſe uno mõ ad ipſum. Propter quod etiã in libro fertur Cauſarum, ꝙ cauſa prima eſt in oĩbus rebus ſm unam diſpoſitionem, quamuis non econtrario. Si autem Deus eſt cauſa diuerſitatis, ac ordinis rerum, & plura immediatè producens, nõ haberet ſe uno mõ ad oĩa: nec eẽt, ęquè ſm unã diſpoſitionẽ in omnibus.
6 ¶ Sextò, Auicenna, & Algazel in metaphyſica ſua
& auctor libri de Cauſis, ex intentione probant, & tenent iſtud.

¶ In contrarium eſt ſcriptura, & ratio, auctoritasque ſanctorum, ſicut patebit.

Reſponſio Bonauent.

¶ Ad hoc Bonauentura reſpondet: Dicere, quòd Deus produxerit res per aliud agens, eſt contra rõnem, & fidem, nec capi poteſt, quod agens finitæ potentiæ, aliquid ex nihilo producat: nec credo aliquem philoſophorum hoc poſuiſſe. Sed ſuppoſito posſibili, ſeu materiali principio, plures fuerunt philoſophi, qui poſuerunt ordinem in producendo, gradatim deſcendẽdo hoc mõ. Deus cum ſit omnino ſimplex, non produxit niſi intelligentiam primam, & unicam. Illa verò propter diſtare ipſius a prima cauſa, intelligit ſe, & primũ: ſicq; aliquo mõ fuit cõpoſita. & ita produxit orbẽ ſuũ, & intelligentiam orbis ſecundi, & ita deinceps, uſq; ad orbẽ lunæ, & intelligentiam decimã, quę irradiat ſuper animas noſtras: & ſicut eſt ordo in ꝓducendo, ita in irradiãdo. Verũ hic error falſum habet fundamentum, videlicet, quòd materiale principium non ſit ꝓductũ. Falſã quoq; habet rõnẽ, dicẽdo. ꝙ qa ſimplicisſimus eſt Deus, non ꝓducit niſi unũ: imò rõ illa magis concludit oppoſitũ: qm̃ quanto q̃d eſt ſimpliciùs in natura, tanto potentiùs eſt: & quanto potentiùs, tanto in plura poteſt. Cum ergo Deus ſimplicisſimus, potentisſimusq; conſiſtat, poteſt in oĩa ſine medio. ¶ Rurſus, hæc rõ eis repugnat. Si em̃ ob ſuã ſimplicitarẽ non producit niſi unũ, cũ intelligentia ſecunda inferioribus extet ſimplicior: cur in orbe eius maior eſt multiplicitas, diuerſitasq; ſtellarũ, q̃ in aliquo orbe inferiori? ¶ Dicendũ ergo, ꝙ oñia in prima conditione ſunt ĩmediatè a Deo ꝓducta. Hęc Bonauentura.

Reſponſio Alberti.

¶ Deniq;, huic recitationi, & poſitioni Bonauent. ſatis concordat rñſio Alexandri, q̃ tñ nõ ait ꝙ ſm philoſophos ita ponentes, materiale principiũ fuerit non productũ, ſeu increatũ. Nec em̃ vr̃ hoc fuiſſe de intentione Auicennæ, & Algazelis, imò dixerunt totum orbem ab intelligentia eſſe productum, & ſi dixerunt unam intelligentiam potuiſſe creari ab alia, quid mirum ſi unum orbem dixerunt ab intelligentia una creatum? Materiam quoque inferiorum poſuerunt ab infima intelligentiam eſſe ꝓductam, imò, & elementa. Itaq; ſm Alexandrum, multitudo, diſtinctio, atque diuerſitas rerum, fontaliter prodierunt a primo productiuo principio, iuxta diſpoſitionem ſapientiæ eius, & exemplarium rationum, ac mundi archetypi. Nempe cum Deus ſit rerum cauſa per intellectum, ipſe, qui vniuerſa, & ſingula ſimul perfectè intelligit, ſimul producere potuit plura, & tot, ac tanta, & talia, ſicut in ſapientia ſua concepit, & prout placuit ei: cuius tam oĩpotentia, q̃ ſapientia, ac libertas, prorſus ſunt infinitæ, incoartabiles, efficacisſimę, penituſq; ĩmenſę: cui nihil ualet reſiſtere, imò cui non impoſsibile, neq; difficile oẽ uerbũ. Hęc ſententialiter Alexander.

Lucæ 1.

Thomas. Opinio. 1.

¶ Porro Thomas: Circa hoc, inquit, eſt triplex opinio. Quidam namq; philoſophi poſuerunt, ꝙ a prima cauſa eſt unũ primũ cauſatũ, quo cauſata ſunt alia. Poſueruntq; unã intelligentiam creari alia mediante, & animam mediante intelligentia, & corporalem creari naturã immediatè ſpirituali, quod ꝓ hæreſi condemnatur: quia honorem Deo debitum, tribuit creaturæ. Vnde propinqua eſt ad trahen- 2
dum in idololatriam. Alij ergo dixerunt, ꝙ creatio
nulli conuenit creaturæ, neq; communicabilis eſt, 3
ſicut nec infinita potentia, quam creationis opus requirit. Cæteri poſuerunt creationem nulli creaturæ cõicatam, ſed communicabilẽ eſſe, quod, & Magiſter 4. libro defendit. Harum aũt utramq; opinionum, aliquid habet, cui innititur. Cum em̃ de ratione ſit creationis, ut nil ei præexiſtat ſaltem ſm naturæ ordinẽ, poteſt hoc accipi uel ex parte creãtis, uel ex patre creati. Si ex parte creantis, ſic illa actio appellatur creatio, quę nõ fundaẽ neq; firmaẽ ſuper actionẽ alicuius cauſę prioris: & talis tm̃ eſt actio cauſę primę, ſuper quam oĩm ſequentiũ actiones cauſarũ fundanẽ, Hinc ſicut nulli creaturę cõicabile eſt, ꝙ ſit cauſa prima, ita nec uis, aut actio creatiua. Si aũt ſumaẽ ex parte creati, ſic creatio illius eſt actio, cui nõ p̃exiſtit aliquid in re: & hoc eſt eẽ, quod

eſt

est prima rerum creatarum, quod etiam (vt in libro de Causis asseritur) est per creationẽ, cæteræ verò perfectiones p informationẽ, atq; in cõpositis præcipuè illud esse, quod est primæ partis cõpositi, puta materiæ. sicq; creatio cõicari potuit creaturæ, vt in uirtute primæ causæ operantis in ea, aliquod esse simplex, vel materia produceretur ab ipsa. Sicq; posuerunt philosophi intelligentias creasse, quamuis hæreticum sit. Hæc Thomas in Scripto.

Diony. ¶In quibus verbis fateẽ creatiuã vim, seu actionẽ intelligentijs, seu causis secundis esse cõmunicabilẽ quãuis aliter alibi sentiat. Nẽpe in prima parte Summæ, q. 45. Vniuersaliores, ait, effectus in vniuersaliores, ac priores causas oportet reducere. Inter oẽs aũt effectus vniuersalissimũ est esse, idcirco est prius primæ causæ effectus. Vnde in libro de Causis habetur, ꝙ nec intelligentia, nec anima nobilis dat esse, nisi inquãtum operatur operatione diuina. Porro producere ipsum esse absolutè, non inquantum est hoc, aut tale, ad crationis pertinet rationẽ. Vnde manifestum est, ꝙ creatio est propria actio Dei. Cõtingit aũt, ꝙ aliquid participat propriam actionem alterius non uirtute propria, sed inquantum agit instrumentaliter in virtute alterius, quemadmodum aer virtute ignis calefacit. Sicq; opinati sunt aliqui, ꝙ quamuis creatio sit propria actio Dei, tñ aliqua inferiorum causarum, inquãtum agit in uirtute primæ causæ, possit creare. Et ita posuit Auicẽna, ꝙ prima substantia separata, à Deo creata, creauit aliam immediatè se sequente, & substantiam orbis, ac animam eius, & quod substantia orbis creat materiam corporum inferiorum. Sed hoc esse non potest, qm̃ causa secunda instrumentalis non participat actionem causę superioris, nisi inquantũ per aliquid proprium dispositiuè operatur ad effectum principalis agentis. Si ergo nihil ibi ageret, secundum id, quod sibi est proprium, frustra adhiberetur ad operandũ. Nec oportet esse determinata instrumenta determinatarum actionum. Sic namq; uidemus, ꝙ securis scindendo lignum, quod habet ex proprietate suæ formæ, producit formam scamni, quæ est effectus principalis agentis. Id autem, quòd est proprius effectus Dei causantis, est quod præsupponitur omnibus alijs causis, videlicet esse absolutè. Idcirco non potest aliquid dispositiuè, ac instrumentaliter ad hunc operari effectum, cum creatio nõ sit ex aliquo præsupposito, quod possit disponi per actionem instrumentalis agentis. Sic ergo impossibile est, ꝙ alicui creaturæ conueniat creare, videlicet neque uirtute propria, neq; instrumentaliter per ministeriũ. & hoc præcipuè inconueniẽs est de aliquo corpore, ꝙ creet, cũ nullũ corpus agat, nisi tangendo, atque mouendo: sicq; requirit in sua actione aliquid præexistẽs, quod possit tãgi, & moueri, quod est cõtra rationem creationis. Hæc Thomas in Summa.

¶Veruntñ ista materia ꝓ vtraq; parte satis ꝓbabilis est, nec ratio illa, ꝙ causa instrumentalis non participat actionẽ causæ superioris, nisi p aliqd, &c. videtur pro cedere, præsertim cum Deus oipotens interdum pr oduxerit quosdam effectus supernaturales, per causas secundarias instrumentales: quę ex propria uirtu te non solum non disponebant, nec dispositiuè c o operabantur ad illum effectum, imò etiam direct è impeditiui erant effectus huiusmodi, quemadm odum in Isaia habetur, ꝙ Isaias præcedit vt tollerent massam de ficis, & cataplasmarent suꝑ ulcus Iezec hiæ, & sanareẽ. Vbi per ulcus Symmachus, & Aq la, ac Theodotiõ intellexerũt regiũ morbum, alij a p ostema, quorũ vtriq; cõtrariaẽ applicatio dulciũ, & tñ per ea sanatus est Iezechias diuina virtute. Propterea circa hoc scribũt expositores, & sanctus testaẽ Hieronymus, ut curatio Iezechię ostẽderet miraculosa, ac diuina, per res noxias, & aduersas extat collata. Similiter legiẽ 4. Regum, ꝙ Eliseus propheta misit sal in aquas Ierichũtinas amaras, salsas, ac steriles, ut ab amaritudine illa eruerentur, & factũ est ita, cũ tñ adiectio salis ex sua natura amaritudinem illã auxisset. Conformiter Reg. 4. legitur Naamã Syrus à lepra in Iordane mundatus, ad quã lepræ expurgationem nõ uidentur aquæ illæ ex sua virtute ullam habuisse dispositoriam cooperationem. Rursus, recitatur ibidem, quòd manubrio cuiusdam submerso, misit Eliseus lignum in aquam, enatauitque ferrum, ad quem supernaturalem effectum non disposuit lignum illud ex sua virtute. Nihilominus ob rationabiles causas Deus iussit illa instrumentaliter adhiberi ad producendum illos effectus. Istud pro scholastica exercitatione sic tango.

Isaiæ. 38.

Hierony.

4. Reg. 1.

4. Reg. 5.

¶Insuper in Summa contra gẽtiles li. 2. per varia media probat, ꝙ soli Deo creatio cõpetat, nec alijs valeat conuenire. Cap. 20. & præcedenti ibidẽ capitulo probat, ꝙ nullum corpus possit creare, Vnde in fine cõcludit capituli: Patet ergo falsitas positionis quorundã dicentium substantiã cęlestium corporum esse causam materiæ elementorum. In fine quoq; capituli infert vicesimi: Per hęc destruitur error quorundã philosophorum, q̃ dixerunt Deum creasse primã substantiã separatam, & ab ea fuisse creatam secundã: & sic quodã ordine usq; ad vltimã. Vnde & Damascenus 1. lib. testatur. Quicunq; dicunt angelos esse creatores cuiuscunq; substãtię, hi oẽs sunt patris sui diaboli. Eodem libro 41. cap. Thomas infert, Ex prædictis excludiẽ opinio Auicẽnę, dicentis, ꝙ Dens intelligendo se produxit vnam intelligentiã primam, in qua sunt actus, atq; potentia, q̃ ꝓm quod intelligit Deum, producit, & creat intelligentiã secundã. In quantum verò intelligit se secũdum id, quod est, producit animã primi orbis: inquãtum verò intelligit se ꝓm quod est in potẽtia, producit primi orbis materiã. ¶Excluditur quoq; per hęc error antiquorũ hęreticorũ, q̃ dixerũt Deũ non creasse hunc mundũ, sed angelos: cuius erroris primus inuẽtor ferẽ fuisse Simõ magus. Hæc ibi.

Thomas.

Damasce.

Error hæreticorum antiquorũ excluditur dicentium mundũ ab angelis creatum.

¶Ex qbus constat verum esse, qd̃ dixi Auicennã, & Agazelẽ asseruisse, materiã corporaliũ rerũ ab intelligentijs esse creatã, qd̃ etiã ex sequẽtibus elucescit.

Richard.

¶Cõsonat his Richardus, q̃ de hac quæstione satis solidè scribit: Quidã, inquiens, de quorũ opinionẽ extitit Auicẽna, dixerunt, ꝙ à Deo nõ processit immediatè nisi una creatura, videlicet intelligentia prima, in qua ut 9. metaphysicæ suæ loquitur Auicẽna, eo ipso, quo fluxit ab alio, est possibilitas, seu potentialitas aliqua. Intellexit igitur intelligentia illa tria, uidelicet causam primã, propriam actualitatẽ, & propriã potentialitatẽ. In quantum intellexit primã causam, processit ab ea intelligentia secunda. Inquãtum intellexit suam actualitatẽ, produxit animam primi cæli, quã dixit formam cœli illius. Inquantum verò intellexit suam possibilitatẽ, processit ab ea, corpus illius orbis. Verum ista opinio extat erronea, potestq; reprobari ex his, quæ cõcessit alibi Auicenna. Concedit equidem 3. metaphysicæ suæ capitulo secundo, ac tertio, quod esse & essentia realiter differunt in intelligentia: essentia autem intelligentiæ non potuit proprium esse producere, ergo à Deo fuerunt plura immediatè, videlicet esse atq; essẽtia intelligẽtię primę. ¶Prętterea, in octaua sphæra magna est multitudo atq; diuersitas ꝓpter diuersi-

Opinio Auicennæ de creatione.

diuersitatem, multitudinemq; stellarum. & si orbis illè ꝓm Auicennã est primus, est ab intelligentia prima: si secundus, est à secunda. Aut ergo in intelligẽtia creatrice orbis illius fuit tanta multitudo intentionum intelligibilium, quanta in orbe illo multitudo est rerũ, vel non. Si nõ, tunc nõ est verũ quod 9. Metaphysicæ dicit: Si ex intelligentia prouenit esse multitudinis, hoc est propter multitudinẽ intẽtionum existentium in eadẽ. ¶Et ꝓterea, si maior multitudo ex minore põt oriri, pari rõne pauca multitudo immediatè potest oriri ex unitate: sicq; à primo principio poterunt aliqua plura immediatè ꝓcedere. Si aũt in intelligentia causa octauæ sphæræ tãta est multitudo intentionũ, quanta est in sphæra illa multitudo rerũ, seu siderũ: quæro, à quo est illa multitudo in intelligẽtia immediatè? Si à Deo, ergo plura à Deo immediatè ꝓcesserunt, quod Auicẽna negauit. Si à seipsa, aut ergo à seipsa mediãte alia multitudine isti æquali, aut non. Si non, tunc maior multitudo immediatè orireẽ a maiori. & sic argui põt, vt priùs, ꝙ scilicet simili rõne parua multitudo immediatè posset ab uno ꝓcedere. Itaq; Auicẽna oñditur sibi ipsi cõtradixisse, atq; phãtasticè esse locutus. Insuper in libro de Causis habeẽ, ꝙ intelligẽtia est plena formis. i. intelligibilibus speciebus sibi concreatis, sicq; ipsa cũ multitudine formarũ illarũ est immediatè à Deo. ¶Amplius, cũ uniuersæ ꝑfectiones in cunctis rerũ gẽnibus reperibiles, excellentissimè, & cũ infinita eminẽtia sint in Deo, & creaturæ sint q̃dã participationes ꝑfectionũ illarũ immediatè, imitabilis ẽ à multitudine creaturarũ ꝓm diuersas participationes ꝑfectionũ illarũ. Vñ nõ solũ poterunt ab eo aliqua plura immediatè manare, sed ẽt oĩa, q̃ sunt in gẽnibus entiũ, ab ipso immediatè fluxerũt: quãuis q̃dã illorũ immediatè, & mediatè simul. Dico ergo, ꝙ oẽs creaturæ sunt immediatè à Deo, sed q̃dam immediatè tantum, vt oẽs angeli rationales q̃ animæ, & corporalia primò producta, institutiones quoque, & leges naturales rerum primitus productarum. Quædam uerò mediatè, & immediatè, ut ea, q̃ sunt ab ipso mediantibus causis secũdis, sicut ostensum est primo libro Hæc Richardus.

Auicenna sibi ipsi cõtradixisse ostẽditur.

Albertus. Philosop.

¶Insuper de his scribit Albertus: Quẽadmodũ 6 Ethicorũ ait Philosophus, sapiens est q̃ rõne finis demõstrat rõnem operis in quolibet ope suo, & facit ac ordinat ea, q̃ sunt ad illius operis finẽ. Cumq; bonum uniuersi cõsistat in Deo tanquà in duce exercitus, prout 11. Metaphysicæ dicit, ars in Deo comprehendens, & disponens qualiter bonũ vniuersi participeẽ ab oĩbus, licet in Deo sit, una tñ multa includit, & respicit unũquodq; ꝓm analogiã, & habitudinẽ quã habet ad bonũ, & ordinẽ vniuersi: sicut ars domificandi cõcernit oĩa, quæ requiruntur ad domũ, atq; ad eius finẽ necessaria sunt. Et qm̃ bonitas, oĩpotentia, & sapiẽtia Dei, repsentari nõ quiuit ꝑfectè in uno ente creato, sed potius in toto vniuerso, ac ordine eius: idò uniuersa ꝓduxit. & plura immediatè creauit. Ideò stare non põt opinio Auicennæ, imò ꝓm eã intelligentia aliquid posset, videlicet plura immediatè, ꝓducere, quod Deus non posset. ¶Prætterea, si intelligentia per hoc est multitudinis causa, ꝙ intelligit plura, cũ etiã prima causa intelligat se, & alia, poterit eẽ immediata causa rerũ multarum. ¶Rursus, intellectus practicus non est principiũ formæ in ope, nisi illius ad quã refert opus. Cũ aũt intelligentia intelligit se, & illud à quo est, ad illud intellectum ipsa nõ refert opus Ergo ex hoc nihil resultat in opere, & ita nec unitas, nec multitudo põt esse in re creata, ex hoc, ꝙ intelligentia intelligit se, & id à quo ẽ. Hæc Alber. in Scripto. ¶Porro in cõmento suo super librũ de Causis, Albertus opinionẽ illã Auicennæ, & cõsentientiũ ei diffusiùs narrat, eamq; multũ cõmendareviderẽ, & approbare, affirmans propositionem illã, Ab vno simplici nõ est nisi vnũ immediatè ꝓm naturæ ordinẽ, à nullo philosopho esse negatã, nisi ab Auicebron in libro fontis uitæ, vbi ait binarium immediatè ab vnitate procedere. Verum, vt ipsemet Albertus in illo fatetur commento, ipse non loquitur ibi nisi peripateticorum sententiam exponendo, nec quicquam de proprijs interserendo. In scripto aũt suo super hunc librum Sententiarum, ꝓm propositionem illam exponit, prout paulo post in argumentorum solutione patebit. Veruntamen obiecta quædam nunc tacta, quæ obijcit Auicennæ, ex his, quæ in præfato suo scribit commento, faciliter soluerentur.

Vdalricus

¶His concordat Vdalricus, cuius dicta opportunioribus locis infra ponentur.

Petrus.

¶Petrus quoque circa hæc contestatur: Duplex est reum ordo. Vnus primæ institutionis in primis suis principijs, alter propagationis, & conseruationis. In primo ordine solus Deus immediatè est operatus, in secundo aũt ordine operatur nunc per ministerium creaturarum. Primus etenim ordo fuit institutio naturarum, & naturalium legum, quæ pertinet ad solum totius naturæ dñm. Secundus uero ordo est multiplicatio, & conseruatio naturarum iã institutarum secundum inditas sibi leges, quæ, & p alterum fieri potest. ¶In primò ordine facta sunt, quæ per generationem fieri nequeunt. in secundo fiunt et iã ea, quæ per generationem possunt produci. Porro, quæ non habent esse, nec possunt fieri per generationem sicut spiritualia, & quæ non habent contrarium, vt cęlestia corpora, & quæ non habẽt ante se simile suæ speciei, vt generabilium, & corruptibilium hypostases primæ: facta sunt immediatè à Deo, quoniam omnis generatio naturalis fit ex materia aliqua per actionem contrariorum, virtute naturæ ex similibus similia producentis. Hęc Petrus.

Gulielm. Quatuor emanãtia ab intelligentia prima.

¶Postremò in primo libro de uniuerso Gulielmus Parrhisiensis de his scribit diffusè: Posuerunt, inquiens, philosophi, maximè Peripatetici, id est, sequaces Aristotelis, & qui famosiores erant de gente Arabum in Aristotelis disciplinis, primum creatum ex necessitate fuisse vnum, & vnicum, quod dixerunt esse nobilissimam intelligentiam emanantẽ à creatore per intellectũ ipsius, quo intellexit seipm vt lucidissimum illius exemplar. Illa demum intelligentia prima, primum intelligens creatorem suum in magnificentia sua, & gloria, uelut tanto lumine exhuberanter irradiata, atque impleta, emicuit tanquam splendorem quendam à se intelligentiam secundam: intelligens verò potentialitatem suam, eiecit tanquam vmbram à se materiam primi cæli: intelligens autem seipsam in perfectione sua, emicuit de se splendorem secundum: sicq; exiuit de ea tanquam radius minoris, secundiq; luminis, forma primi cęli. ¶Quartò quoq; intelligentia hæc intelligens suum esse spirituale, quo est intelligentia, emicuit de se tertiũ rãdium animam primi cęli, quæ est virtus ipsum mouens localiter. Cęlum quippe animatum esse dixerunt, atq; compositum ex corpore primo moto tanquam materia, & ex anima sic mouente tanquam ex forma. ¶Decimam uerò intelligentiam dixerunt esse quasi intelligibilem solẽ aĩarũ nostrarũ, quas ab illa causari putabãt, & inferiora ista etiã ab illa produci. ¶Hæc Gulielmus, cuius narratio à ꝑinductis aliqualiter dissonat, i eo quod

1

2

3

4

dicit quatuor emanare ab intelligentia prima, ac alijs vsq; ad decimã, ſm Peripateticorũ opinionẽ. Præallegati verò doctores ſic recitant, quaſi tria tã tum ab intelligentijs fluxerunt ſecundum illorũ poſitionem. Verum hoc facilè cõcordatur, qm̃ formã, & materiam orbis præfati doctores cõprehendunt ſub vno, præſertim qm̃ peripatetici communiter dixerunt formas orbium eſſe animas ipſas, quas nobiles appellabant, quod & auctor libri de Cauſis manifeſtè videtur ſenſiſſe. ¶ Conſequenter Gulielmus contra errores hos diſputat multum prolixè, & breuiter tãgam pauca ex multis. Intellectus, inquit, ſeu intelligere, quo creator intelligit ſe in ſe, & per ſe, non magis reſpicit unum creatorum, q̃ generaliter quicquid eſt creator in ſe, hoc eſt ſine comparatione ulla, & reſpectu ad alia, & hoc æqualiter eſt omnibus, nec magis eſt intelligens, videns, aut noſcens vnum, q̃ aliud. Itaq; quod eſt intelligens ſe p ſe, non magis ad vnum, quàm ad aliud pertinet, idcirco ꝓ hoc non magis eſt ex eo unum, q̃ aliud, nec magis exit ab eo intelligentia vna, ſeu prima, q̃ ſecũda ſeu tertia, ſicut ex Socrate, ꝓ hoc, quod eſt Socrate, nõ potius egreditur arficiũ vnum, q̃ alterum: qm̃ quod ẽ Socrates, æqualiter habet ſe ad artificia oĩa. ¶ Rurſus, creator æqualiter, & perfectè intelligit vniuerſa, cum ſit oĩum ſplendidiſsimũ expresiſsimũq; exemplar: ideò ex ſe non determinatur, aut aliqua neceſsitate limitatur ad productionem vnius duntaxat, neq; unius magis, q̃ aliorum. ſed oĩpotẽs ſua libertas, atq; electio, rõ eſt, ꝓ ab eo emanauit unũ, aut plura, & quæ voluit, & item, vt voluit. ¶ Deniq; cum Deus ſit penitus infinitę cõicabilitatis, excellẽtiæ, atq; potentiæ, qũo fluxit ab eo finitus, & limitatus effectus, & nec dignior, neq; indignior, niſi qm̃ in ſeipſo liberè determinauit, elegit, & voluit, quod crearet? Attũ ꝓ intellectus iſte, quo aĩa condidit, eſt intellectus ab eo genitus, cuius gn̄ationis reuelatione, atq; notitia ſoli Chriſtiani gloriantur in dn̄o, vocantq; eum ſapientiam genitam, artem, ac verbum Dei: hæc eſt altiſsima profunditas, ad quã neẽ Hebræorum gens attigit, niſi forſan in paucis ſanctis, ac ſapientibus ſuis, puta propheris, & ſi qui alij à prophetis hoc acceperunt. Gens demũ Arabũ ſm ſuã cõitatem nondum hoc nouit, imò iuxta errorẽ quo ſeducta eſt, id tanquã impossibile negat. Porrò Auicebrõ theologus, ſtylo, & noĩe (vt uideẽ) Arabs euidenter id appræhendit, quia in libro, quẽ fontẽ ſapientię nominat, expreſſam inde efficit mentionẽ ſpecialemq; edidit librũ de verbo Dei cuncta agente, & ob hoc puto eum Chriſtianũ fuiſſe, cum ex hiſtorijs innoteſcat, totũ regnũ Arabũ olim fuiſſe chriſtianæ religioni ſubiectũ. Nonnulli quoq; ex antiqs philo. hoc nouiſſe uidentur, vt Plato, & præſertim Mercurius, q̃ de uerbo pfecto integrũ ſcripſit librũ quẽ, & ob hoc Logiſteleos vocauit. Hæc Gulielmus.

Auicebrõ qualis fuerit.

Nota de regno Arabiæ.

Mercurius.

¶ Qui contra præfatum errorem alia quædam inducit: quæ idcirco omitto, qm̃ contra intentionem philoſophorum ſic opinantium parum militare uidentur, & ab ipſis faciliter ſoluerentur: quorũ poſitionem, & intentionem Scotus compẽdiosè in Scripto ſuo ſuper primum expresſit, & infra tangetur. ¶ Porro quid de hoc uideatur tenendum, an ſcilicet Plato, & Mercurius trinitatem perſonarum, aut ſaltem deitatem patris, ac filij nouerint, iam ſupra primum hũius voluminis librum diligenter expoſui. ¶ Præterea, quod Gulielmus ait intellectum, quo ꝓ omnia fecit eſſe intellectum genitum, ſcilicet filiũ Dei: non eſt ſic intelligendum, quaſi intellectus, & intelligere non dicantur in diuinis etiam abſolutè, & quaſi per ea ſic dicta, non ſint omnia facta, prout ſuper primum expreſſum eſt. ¶ At verò Auicebron iſte, quem Gulielmus uocat theologũ, & putat fuiſſe Chriſtianum, ac Arabem, atq; ante Machometũ (qui Arabes decepit) fuiſſe, ipſe eſt Auicebron, q, vt narrat Albertus in lib. de mirabili ſcientia Dei, fuit Platonicus, & liber, quem Gulielmus uocat fontẽ ſapientiæ, communiter nuncupatur liber fontis uitæ, in quo Auicebron faſſus eſt Deum patrem oĩa operari per uerbum ſuum ad intra conceptũ, iuxta illud Iohannis: Omnia per ipſum facta ſunt. Iohan. 1.

¶ Nunc obiecta ſoluenda ſunt, & ad primũ rn̄det 1
Albertus, quòd verbum illud, Ab uno non eſt niſi vnum, ſeu idem facit idem, intelligẽdum eſt de agẽte per neceſsitatem naturæ, quemadmedum calidũ calefacit: non autem de operantibus per intellectũ & uoluntatem, quæ agunt per rationem, & ſimilitudinẽ ſuorum effectuũ, & iuxta exigentiam finis intenti. Idem dicit Richardus, & de hoc dictũ eſt pleniùs ſuper primum, per quod etiã patet ad ſm ſolutio. Nihilominus ſicut pr̃ehamẽtũ eſt, Deus in ſe ſum 2
mè, & incomparabiliter unus, & ſimplex, idẽ, & inuariabilis, diuerſa diſtinctis agit rõnibus, ac ideis, & ita quodam modo uario mõ ſe habet ad ea: quæ uarietas nullã ponit uariationẽ, aut diuerſitatẽ in ipſo ſed attẽditur per reſpectũ ad creata, ac ideata. ¶ Ad 3
tertium, quod utiq; creata à Deo manãtia, inter ſe ordinata ſunt, nõ confuſa: & ſic ordinatè fluxerunt a creatore, non per intermedias cauſas, & cauſalitates diuerſas, ſed ꝓ moderatricẽ increatã ſapientiam oĩa ordinantẽ, ac proprijs rõnibus ꝓducentẽ. ¶ Ad 4
quartũ, ꝓ omne creatũ aliq̃d diuinę participat bonitatis, ſed Deus excelſus, & glorioſus uoluit ſuam perfectionẽ, bonitatem, & eminẽtiã à ſummo creato, vſq; ad infimũ diuerſimodè in reũ ordinibus declarare, faciẽs angelũ prope ſe, & materiã ꝓpe nihil & tn̄ etiã primũ creatũ quantũlibet eminẽs alijs, oĩcumbit, & deficit penitus infinitè ab excellẽntia, ꝓfectione, & gloria ſupgloriosi creatoris. ¶ Ad quin 5
tum, quòd auctoritas diuini Dionyſij ſumit̃ de cõparatione Dei ad creata, ſm quod ipſis iã conditis influit, prouidendo, & tribuẽdo vniuerſis iuxta capacitatem, & diſpoſitionẽ ipſorũ. Deus quoq; eodẽ modo ſe habet ad oĩa, ita ꝓ in ipſo nõ cõſiſtit diuerſitas, quãuis ex fonte ſapientiæ ſuæ ordo, atq; diſtinctio rerum originaliter duxerint ortũ. ¶ Ad ultimũ, 6
ꝓ Auicenna, ac ſui, in hac parte non recipiuntur, quia ſcripturæ, & rationi, ac fidei contradicunt:

Qualiter mundus a creatore effluxit, et factus ſit, et qualiter de hoc diuerſi diuerſimodè ſint loquuti.

Gulielm.

Primo libro de vniuerſo, vigeſimo ſecũdo capitulo ait Gulielmus Parrhiſienſis: Declarabo qualiter uniuerſum exiuit à Deo & qualiter exeãt ab eodẽ quotidie, quæ creãtur, ac generantur, ſeu alio mõ ab ipſo efficiuntur. Itaq; quidam dixerunt creata exire à creatore, per modum emanationis riuorũ ex fonte, ponẽtes creatorẽ, vt fontẽ: creata uerò iuxta magnitudinẽ paruitatemve ſuã, eſſe riuos, aut riuulos, ſeu diſtillationes fluentes ex ipſo. quorũ error deſtruit̃, quia quod manat ex fonte per modũ iſtũ, fuit in fontẽ, ꝓ parte, aut toto anteq̃ emanauit ex illo. Cumq; ĩ fonte, qui Deus ẽ, nihil ſit q̃d nõ ſit ipſe, oĩa fuiſſent, vel ipſe creator, aut pars ipſius, ipſe verò indiuiſibilis ẽ & sũmè ab oĩ creatura diuerſus. Alij dixerũt uniuerſum

Opinio. 1.

Plato.

ſum exiſſe à Deo, quẽadmodũ forma inſpectoris in ſpeculo exit ab inſpectore. & iſti ſimiliter, q̃uis intẽderint, ac ſenſerint ueritatẽ, nõ tn̄ ꝓpriè expreſſerũt cum vniuerſum nõ ſit in alio, tanq̃ in ſpeculo ſuſcipiente, & ſuſtinẽte, niſi dicat, ꝓ poſſibilitas eius ſit quaſi recipiẽs, & ſuſtinens eã, cũ tn̄ illa ante vniuerſi ꝓductionẽ nõ fuerit extra Deũ aliquid poſitiũ. Alij dixerunt Vniuerſum exiſſe à Deo inſtar umbrę à corpore, ſed iſti minus circunſpectè loquunt̃, cũ vmbra non ſit aliq̃d exiens à corpore, ſicut egredit̃ lumẽ à corpore luminoſo, nec aliud ẽ vmbratio iactus ve umbræ, niſi ꝓhibitio luminis, quã facit corpus vmbrosũ ſua interpoſitione inter corpus luminoſum, & id, quod obũbrat. Corpus q̃ppe umbrosũ nõ eſt aliquid iaciẽs ex ſe, ſed potius prohibẽs ne luminoſum oppoſitũ iaciat lumẽ in id, quod eſt poſt ipſum vmbroſum. Alij dixerũt, ꝓ uniuerſum emanat à creatore ꝑ modũ ueſtigij à calcante, & impriméte, cũ tn̄ p̃ter creatorẽ nil fuerit, cui imprimeret, aut ſup quod gradereẽ. Alij poſuerũt, ꝓ uniuerſũ à deo egredit̃ ſicut odor ex odoramẽto, ita vt uniuerſum nõ ſit niſi odor ꝑtenuis bonitatis diuinę increatæ. Quidã aſſeruerũt vniuerſum fluiſſe à Deo, ſicut artificiatũ ab artifice, ſeu fabricã q̃cunq; à fabricatore. & iſti uidenẽ magis ueritati appropinquare, q̃uis non exprimãt eã ſatis perlucidè. imò ſermo eorum obſcurus eſt, & incõpletus, cum diuinæ fabricationis, ſeu operationis nõ exprimãt modũ. Denique ꝓinducti ſermones q̃ſtione, ꝓpoſitã nõ diſſoluũt ſed reuera dicũt cõparationes, ac ſimilitudines vtiles ad imaginandũ ſupereminentiã creatoris ſuper humanũ ad cõtemplandũ vtcunq; magnificentiam gloriæ cõditoris. Cũ namq; uniuerſũ d̃r quaſi umbra creatoris, intelligũt hoc, q̃ ritè intelligunt talẽ eſſe eminentiã creatoris ſup vniuerſum, qualis eſt eminentia corpori ſup vmbrã, q̃ non eſt niſi tenuiſſima, & quaſi inaniſſima deſignatio corporis. & nulla ex parte cõparabilis corpori in uirtute, aut bonitate, ſicut nec vniuerſum creatori, ſaltẽ unitate. Sic quippe oĩs gloria, ptãs, pulchritudo, ſuauitas, ſapiẽtia, bonitas, beatitudo totius vniuerſi, ſingularũq; partium eius, ad gloriã, ptãtem, pulchritudinẽ, ſuauitatem, ſapientiã, bonitat ẽ, beatitudinem, ꝓfectionemq; Dei cõparatæ, ſunt uelut umbra ꝓmodica. Sicq; cõparationes, ac ſimilitudines iſtæ nõ parũ teuuãt, ac erigunt ad contemplandũ ꝓ poſſe, aut ſaltem imaginandum, utcunq; maieſtatẽ ſupereminẽtiſsimã creatoris. ¶ Conſimiliter habetſe ſimilitudo de inſpectore ſpeculi, & ſuæ imaginis: tn̄ in hoc diferunt, ꝓ interdũ imago reſultãs in ſpeculo, penè eiuſdem apparet pulcritudinis, ut inſpector. Vniuerſum uerò diſſimilitudine incõparabilis ꝓrſusq; infinitæ diſtantiæ, lõge extat, ac deficit à creatore, ac pulchritudine eius: quemadmodũ etiã iuxta diuerſitatẽ ſpeculorum in claritate, magis, aut minus apparet in eis pulchritudo inſpicientis: ſic iuxta diuerſitatem creaturarũ, magis, aut minus relucet in eis ſimilitudo pulchritudinis creatoris, ſm quod Plato verè dixit de Deo in 1. Timæi: Optimus erat. Porrò ab optimo inuida lõge eſt relegata. Itaq; cuncta ſui ſimilia, ꝓut cuiuſq; natura capax beatitudinis. i. bonitatis eẽ poterat, effici voluit. Hęc uideẽ intellexiſſe Auicebrõ: Creaturæ, inq̃ens, erexerũt me ad creatorẽ, feceruntq; mihi umbrã. ¶ At uerò qui dixerũt vniuerſum eſſe uelut veſtigiũ creatoris inſinuauerunt nobis remotiſsimã diſtantiã vniuerſi à Deo in bonitate, & omni ꝓfectione, ipſumq; vniuerſum, ac ſingulas partes eius eſſe q̃dam ſigna, ac vias ducentes ad creatoris notitiã, ſicut ferarũ veſtigia ducũt venatores ad ferarũ latibula. quantũ etiã Deus uoluit nos excitari, & adiuuari ad cognoſcendũ maieſtatem ipſius, quibus tot, ac tãta donaui ſigna, atq; veſtigia ad obtinendũ ſui notitiã? Inſuper quantũ ad ſimilitudinem illã odoris, ac odoramenti, diligẽter aduerte, ꝓ oĩs bonitas, oĩs ſuauitas, oĩs utilitas vniuerſi, eſt quaſi quidã odor diuinæ bonitatis, atq; dulcedinis, excitãs, & alliciens ad deguſtandũ, & appetendũ dulcedinem illã increatã. quã ex hac cõparatione conſtat eſſe immẽſam, quo cõſtat, q̃ vile ſit odoribus iſtis creatis plus affici, & gauderi, q̃ interminabili illa dulcedine. Et ſi ſuauitates iſtæ permodicæ conſiſtunt tam magnæ, & ualidæ, ꝓ cor homanum eis interdum non ſolũ impletur, & inebriatur, ſed etiam immergit̃, ac abſorbeẽ. q̃ ſumma, & infinita eſt ſuauitas creatoris, & q̃ inæſtimabiliter glorioſum ẽ, illã in ſeipſa guſtare, & abſorberi in eã? ¶ Præterea qui uniuerſum dixerũt emanaſſe à Deo, tanq̃ artificiatum, & fabricã ab artifice, verũ locuti ſunt, cum uniuerſum ſit opus pulcherrimũ dei, ab increata ipſius arte ꝓcedens. Veruntn̄ pars vniuerſi, q̃ primo creata eſt, nõ videẽ ꝓ modũ artificij, ꝓceſsiſſe quantum ad hoc quod non per inſtrumenta extitit facta, ſimiliter nec ſpirituales ſubſtãtiæ. Hæc Guliel mus, q̃ de his ſcribit ꝓlixè. & q̃uis cõparationes illas emanationis mundi à deo, primo redarguere videat: poſtea tamen eas competenter collaudat. Nã & pie queunt ſaluari, cũ non dentur niſi per ſimilitudinem quandam, & omne ſimile exiſtat diſſimile. Verum de iſta materia infra pleniùs diſſeretur.

QVAESTIO IIII.

Quartò principaliter quæritur. *An mundus ſit æternus:* & nũc ſupra multipliciter eſt oñſum, quod ſit ꝓductus à Deo, & quòd Ariſt. ſenſit hoc, Plato quòq;, & alij meliores philoſophi, quòd & ſuper primũ eſt demonſtratũ. Et ergo hæc quæſt. *An mundus ab æterno, & ſine omni ꝑtali initio ſit creatus.* Videẽ quòd ſic. primo apparet auctoritate ꝓbationibusq; Philo. qui iſtud in pluribus locis ex intentione ꝓbat, & tenet. Primò, quia materia prima ingenita ẽ, & incorruptibilis. quod em̃ gn̄at̃ ex ſubiecto, ſeu materia aliqua gn̄at̃: & quod corrumpit̃, in ſubiectũ corrumpitur. Secundò, cęlũ nõ habet contrariũ, ergo ingn̄abile, & incorruptibile extat, ꝓut primo cęli arguit Philoſoph. Tertiò, ſi machina mũdi de nouo, & ex tpe eſt creata, ergo vacuũ ab æterno fuit vbi nunc cęlũ eſt. Quartò, de tpe nõ habemus niſi Nunc fluẽs, cuius rõ eſt, quod ſit finis ꝑteriti, principiumq; futuri. ergo ante oẽ Nũc tpis fuit tps. Multa his cõſimilia ad iſtud ꝓbãdum inducunt̃ argumẽta, q̃ omitto, q̃a nil aliud ꝓbant, niſi q̃d mũdus nõ incepit ꝓ aliquẽ primum motũ, aut naturalem mutationẽ, neq; ꝓ variationẽ primi agẽtis: non aũt quod nõ inceperit ꝓ ſimplicẽ emanationẽ ab invariabili, atq; liberrimo creatore, q̃ in ſe incõmutabilis ꝑmanens, in illo Nunc ac tpis primo inſtanti condidit mundũ, in quo ab ęterno ipſum creare decreuit, ſicut, & alia multa quotidie facit, & creat de nouo. Porrò Auicenna, & Algazel, Auerrois, & alij quidã peripatetici, acutiores ad probandum mũdi æternitatẽ rõnes introduxerunt, q̃ ipſe Philoſoph. utpotè q̃d uoluntas Dei naturaliter, & neceſſariò opat̃, q̃d intellect⁹ diuinus dictat, & oñdit melius & cõueniẽs, imò optimũ, cõuenientiſsimũq; cõſiſtere, & ei potiſsimè cõgruere, ac decere, vtpotè ſuã ĩmẽſã bonitatẽ reb⁹ cõicare, atq; diuitias gloriæ ſuę oñdere, & ſuæ maieſtatis hẽre miniſtros, ac regnũ, & uniuerſale dn̄iũ, q̃d totũ abſq; ſuę beatitudinis d̃trimẽto ꝓpactũ eſt. ꝓ hoc q̃d ſe æternaliter ꝓ creationẽ

An mũdus ab æterno & ſine omni ꝑtali initio ſit creatus.

1

2

3

4

communicat:Imò istud videtur ei naturalissimum,
iucundissimumq; fuisse,cum bonum,& tale bonũ,
vt ipse est, sit sui naturaliter diffusiuum:& tenacita
tis,& quasi inuidẽtiæ videatur,non impartiri alijs,
quod eius optimum,saluberrimumq; consistit,& si
ne impartientis incommodo,eis poterit impartiri.
¶ Præterea non uidetur posse causa rationabilis as-
signari,cur distulisset mundum creare. ¶ Et rursus
Grecorũ doctorum opinio. multi sancti inter doctores Græcorum,dixerunt in
tellectuales creaturas,seu angelos diu omnino an-
te sensibilis mundi creationem esse creatos: qm̃ in-
decens ipsi apparet, ꝙ summa,& superoptima illa
maiestas, per tot secula absq; ministris,& effusione
suæ liberalitatis ab æterno fuisset, vsq; ad sensibilis
mundi productionem.Sed simili ratione potest pro
bari,quòd ante,quęcũq; secula assignabilia,& ima
ginabilia numero, ac duratione finita, creatus sit
mundus,cum ante secula illa,ac talia,adhuc imagi
nari queant secula infinita, in quibus Deus sine re-
gno,& ministris,ac munificentia extitisset.¶Insup
causa potissimè intellectiua,ac bona,naturaliter in
suo delectatur effectu, & complacentiam habet in
Psal. 103. eo.Vñ & scriptura testatur:Lętabitur dñs in operi-
Plato. bus suis. Plato quoq; disseruit Deum gaudio fuisse
elatum, dum mundum produxit, sicut in libro de
August. ciuitate Dei recitat Augustinus.Has autem delicias
gloriæ Deus ante mundi productionem per infini-
ta secula non habuisset, si mundum produxisset de
nouo.¶Amplius,sicut nunc meliùs est mundum es-
se,quàm non esse:sic ab æterno meliùs (vt apparet)
fuisset,mundum esse,quàm non esse:quod autẽ me
liùs æternaliter fuit,decuit ab æterno fieri, ac com
pleri à Deo. ¶Postremò Augustinus sic arguit: Vel
August. Deus potuit ab æterno gignere filium sibi æqualẽ,
aut non potuit. Si non potuit,nequaquam oĩpotẽs
fuit.Si potuit,aut ergo etiam voluit,vel non uoluit
ergo genuit:si non uoluit,ergo inuidus fuit.Cõfor
miter argui põt ad istud propositum, quia aut po-
tuit,& voluit mundum ab æterno crare,aut non.si
non potuit,non fuit omnipotens.si non uoluit, nõ
fuit munificus,liberalis,& charitatiuus, sed tenax,
& inuidus.Ista hisq; similia sunt,q̃ humana sapien-
tia, vel potius humana fatuitas contra immensam
creatoris sapientiam obijcit,excogitat,fingit.¶De-
nique rariones non minus fortes ad ꝓbandũ huius
oppositum inducuntur,& tam ex philosophia,quã
ex theologia sumuntur,prout paulopost elucescet.
Responsio Thomę. ¶ Ad hæc Thomas respondet:Circa hãc quæstio
nem est triplex positio: Prima est philosophorum,
qui dixerunt,quòd non solum Deus extitit ab æter
no,sed etiam alia.& circa hoc diuersificati fuerunt.
Nam quidam ante Aristotelem posuerunt mũdum
generabilem, ac corruptibilem esse: quia ita est de
toto uniuerso,sicut de quocunq; particulari,cuius
vnum indiuiduum corrumpitur, & aliud generať.
Et ista Empedoclis fuit opinio. ¶Alij dixerũt,quòd
res ab æterno mouebantur motu inordinato,& po
stea ad ordinem sint redactæ. aut casu,vt dixit De-
mo critus:vel à creatore,vt Plato,vt patet tertio cę
li. Alij dixerunt,quòd res ab æterno fuerunt secun
dum ordinem in quo nunc sunt, & illa est opinio
Aristotelis, & omnium philosophorum sequentiũ
eum,estq; probabilior alijs, quanquam omnes sint
falsæ,atq; hæreticæ. ¶ Secunda positio est dicentiũ,
quòd mundus incepit esse,cũ priùs non fuit,& om
ne,quod est præter Deum, & quòd Deus nõ potuit
mundum ab æterno facere,non ex impotentia sua,
sed quoniam mundus ab æterno fieri non potuit
cum sit creatus. Volunt quoq; quòd mundũ ince-
pisse non solum fide teneatur,sed etiam demonstra
tiuè probetur. ¶Tertia positio ẽ,quòd omne,quod
est præter Deum,incepit esse:attamen, ꝙ mundum
incepisse,nequeat demonstrari, sed reuelatione in-
notescit,ac creditur,quæ positio innititur auctori-
tati Gregorij asserentis, quòd est quædam prophe-
tia de præterito,ut cum Moyses dixit: In principio
creauit Deus cęlum, & terram. Cui positioni con- Gene. 1.
sentio, quia non credo, quòd ad hoc valeat ratio
demo nstratiua adduci,sicut neq; ad summam trini
tatem, quamuis impossibile sit eam non esse. quod
ostendit debilitas rationum,quæ ad hoc pro demõ
strationibus adducũtur, quæ omnes à Philosophis
ponentibus mundi æternitatem,inductæ sunt,& so
lutæ:ideò potius in fidei irrisionem,q̃ in eius cõfir-
mationem vertuntur,si quis talibus rõnibus innites
mundi nouitatem contra philosophos probare in-
tenderet.Dico ergo,quòd ad neutram partem quæ
stionis istius sunt demonstrationes, sed rationes ad
vtranq; partem probabiles,siue sophisticæ.quod in
sinuant verba Philosophi,primo Topicorum dicen Philosop.
tis,quòd sunt quædam problemata de quibus ratio
nem non habemus. vt,Vtrum mundus sit æternus.
Vñ hoc ipse demonstrare nunquam intendit.quod
patet ex modo suo procedendi, quoniam vbicun-
que quæstionem istam pertactat, semper adiungit
aliquam persuasionem,vel ex opinione multorum
vel ex approbatione rationem,quod ad demonstra
torum nullatenus pertinet. Causa autem cur demõ
strari non potest,est ista: quoniam natura rei varia-
tur secundum quod est in esse perfecto, & secundũ
quod est in primo fieri suo, quo à causa sua egredi
tur,quemadmodum alia natura est hominis iam na
ti,& secundum, quod adhuc in vtero est materno.
Hinc si quis ex conditionibus hominis iam nati, &
perfecti, vellet argumentari de conditionibus eius
secundum quod adhuc est imperfectus,atq; in vte-
ro matris existens,deciperetur:prout refert Rabbi Rabbi Moyses de quodam puero.
Moyses de quodam puero, qui mortua matre,cum
mensium esset paucorum, in sylua solitaria est nu-
tritus.perueniensq; ad annos descritionis,interro-
gauit à quodam an homines essent facti, & quomo
do.Cui cum illle exponeret ordinem natiuitatis hu
manæ,non credidit puer,obijciens,quod nisi hõ re
spiret,& comedat, superflua quoque expellat, nec
vno valeat uiuere die. Similiter errãt, qui ex modo
fiendi res mundo iam perfecto,volunt necessitatẽ,
vel impossibilitatem inceptionis mundi ostendere:
quia quod nunc incipit esse, incipit esse per motũ.
propter quod oportet, ꝙ mouens præcedat dura-
tionem,& quod præcedat materia, & contrarieta-
tes existant: quæ necessaria non fuerunt in primo
egressu vniuersi à Deo. Hæc Thomas in Scripto. Idẽ Tho.
¶ Insuper in prima parte Summæ, quęst. 26. Vo-
luntas, inquit, Dei causa est rerum. sic ergo aliqua
necesse est esse,sicut necesse est Deum illa: quia ne-
cessitas effectus ex necessitate causæ dependet, vt 5
Metaphysicæ dicitur.Ostensum est autem in primo
ꝙ absolutè loquendo non necesse est Deum ali-
quid velle nisi seipsum: non est ergo necessarium,
Deum velle,quòd mũdus fuerit semper. Vnde,nec
demonstratiuè potest probari, nec Aristoteles de-
monstratiuè probauit hoc, imò specialiter intende
bat probare,quòd non incepit eo modo, quo qui-
dam posuerunt philosophi. Vnde tam 8. Physico-
rum,q̃ primo cęli, præmittit opiniones Anaxago-
ræ,Empedoclis,& Platonis. Hinc mũdum incepis- Articulus fidei ẽ,mũdũ incepisse ex tp̃e.
se ex tempore,est articulus fidei. ¶Nouitas quippe
mundi demonstrari nõ ualet ex parte mundi ipsius.
Princi-

Principium namq; demonstrationis est, quod quid
est.Vnũquodq; autem secundum rationem suæ spe
ciei,abstrahit ab hic,& nunc propter quod uniuer
salia dicuntur esse vbiq;,& semper. Vnde demõstra
ri non potest, ꝙ homo,lapis, aut cęlum non fuerit
semper,Similiter demonstrari non põt ex parte cau
sæ agentis,quæ agit per voluntatem. Voluntas aũt
Voluntas Dei rõne nõ põt inuestigari. Dei,ratione nõ potest inuestigari,nisi circa ea, quæ
necesse est Deum velle. Talia autem non sunt, quæ
circa creaturas vult Deus. ¶ Denique vtile est hoc
pensare,nec forte quis, quod fidei est demonstrare
præsumens,rationes nõ necessarias introducat,quę
infidelibus præbeant materiam irridendi,æstiman-
tibus illis, ꝙ propter huiusmodi rationes consen-
tiamus credendis. Hæc in Summa.
Idem. ¶ Porrò in Summa contra gentiles libro 2. san-
ctus doctor de hac materia scribit multum diffusè
defendens etiam ibi,quæ dicta sunt, & rationes va-
rias introducens philosophorum,tam ex parte Dei
quàm ex parte rerum,q̃ etiam factionis,ad proban
dum mundi ęternitatem:quas diligenter soluit ibi-
dem. Rationes quoq; conantium demonstrare im-
possibilitatem æternitatis mũdi, quas itidem soluit.
Petrus. ¶Prętereà Petrus in hac materia tenet,ꝙ mũdus
nõ potuit fieri ab æterno,imò ꝙ nulla creatura po-
tuit Deo esse coæterna,nõ ex impotẽtia Dei, sed ex
repugnãtia,& incapacitate naturæ creatæ,sicut for
tior vinci nõ põt à minus forte. Et quãuis Deus po
tuit ab æterno creare ꝑm quod ly,ab æterno,deter-
minat verbũ hoc,potuit: non tamẽ ꝑm quod deter
minat hoc verbũ, creare. Huius positionis motiua
infra ponẽtur.ex qua etiã sequitur, ꝙ mundũ ince-
pisse non sit articulus fidei,sed valeat demonstrari.
Richard. ¶ Idem tenet hoc loco Richardus,Petro concor
dãs,& multas ꝓ se rõnes adducẽs, quę infra tãgenť.
Albertus. ¶ Albertus quoque tenet hoc ipsum,& multipli-
citer probat, quemadmodum iam patebit.
¶ Et sequiť eũ Vdalricus in Sũma sua li. 4. vbi de
Vdalricus clarat Philosophũ in hac materia non assertiuè,sed
opinatiuè esse locutũ:& ꝙ dicẽdo mundũ esse æter
nũ, sumpsit æternitatẽ nõ nisi pro tota duratione
primi mobilis motiõiq; ei⁹,& ita nõ derogaret fidei
veritati,ponere mũdũ esse ęternũ. Hæc Vdalricus
Diony. cõtra Vdalri. ¶ Verantamen Aristoteles potius opinabať hoc
tempus, & ipsum mobile primum, eiusq; motum,
non incepisse de nouo,nec Deum ea præcessisse du
ratione.idcirco in hoc non debemus Aristotelẽ no
stræ fidei concordare. nec est concordatio,nisi ad
vocem,& aerem,non ad intẽtionem, & veritatem.
Aristotel. ¶ Insuper Bonauẽtura hic loquitur: Ponere mũ
dum æternaliter esse productum, & res omnes ex
nihilo esse productas,omnino est contra veritatem
& rationem: intantum, vt nullum philosophorum
quantumcunq; parui intellectus, id crediderim po
tuisse,quia hoc implicat manifestam contradictio-
nem.Ponere autem mundum esse æternum,pręsup
posita æternitate materiæ,rationabile,& intelligibi
le esse uidetur duplici exemplo.Egressus enim rerũ
mundanarum à Deo,est per modum vestigij. ideò
sicut nil prohiberet uestigium esse æternum, si pes
esset æternus, & etiam puluis in quo formaretur
vestigium,& tamen vestigium esset à pede:sic si ma
teriam esset Deo coæterna,& non producta,nil pro
hiberet rem ex ea factam esse æternam. ¶Aliud exẽ
plum est,quia creatura procedit à Deo,vt vmbra,fi
lius Dei,vt splendor: sed quàm cito est lux,est etiã
splẽdor,ac umbra,si sit corpus opacũ obiectũ. Si er
go materia coæterna est auctori tanquam opacum
tunc sicut rõnabile est ponere filium,qui est splen-
dor pr̃is,patri coæternũ:sic rõnabile uideť, mundũ
qui est vmbra sũmæ lucis, esse ęternũ: imõ rõnabi-
lius est hoc,q̃ eius oppositũ, vtpotè,ꝙ materia fue-
rit æternaliter absq; forma, vt quidã dixerũt philo-
phi:& intm̃ rationabiliùs, vt,& excellentior illè phi
losophus Aristoteles in illam opinionem dialapsus
sit,vt scti ei imponũt, & cõmẽtatores eius exponũt,
ac verba ipsius ꝑtendunt. Quidã tñ moderni dicũt
eum hoc nunq̃ sensisse,nec intẽdisse ꝓbare, ꝙ mun-
dus oĩno nõ cœperit,sed ꝙ motu nõ cœperit natu
rali.Porrò quid horum sit verius,nescio:hoc vnum
scio, ꝙ si posuit mũdum nõ incepisse, sed naturã.i.
naturali mutatione,ac motu, verum dixit: & rõnes
eius sumptæ ex motu,& tp̃e, ad hoc sunt efficaces.
Si verò sensit, ꝙ nullo mõ incepit, manifestè erra-
uit. atq; ad vitandũ contradictionẽ necesse fuit eũ
ponere, aut mundũ nõ esse factum, aut non esse fa-
ctũ ex nihilo:ad vitandũ verò actualẽ infinitatẽ,ne-
cesse ei fuit ponere, aut rõnaliũ aĩarum corruptio-
nem,aut vnitatẽ,aut circulationẽ:& ita auferre ve-
rã eẽ felicitatẽ:sicq; error de mũdi æternitate malũ
habet initiũ,& pessimum finem. Hæc Bonauẽtura.
¶ Sed sicut iã patuit euidenter,ẽt magni Peripa- Nota.
tetici,qui dixerunt oĩa,quę sunt citra Deũ,esse ꝓdu
cta,materiã quoq; creatã,posuerũt nihilomin⁹ crea
turas ab æterno sine tꝑali fuisse initio,& unã intelli
gentiã esse creatã ab alia.¶Auerrois demũ ꝑcipuus Auerrois.
Aristotelis cõmentator,in lib. suo de substantia or-
bis,apertissimè ꝓtestatur, ꝙ nunquã fuit de mente
Aristotelis,dicere, ꝙ cęlũ esset à prima causa solũ ꝑ
dependentiã,sed etiã ꝑ realẽ ꝓductionẽ,seu veram
creationẽ. Idcirco nec posuit mũdum nõ eẽ factũ,
nec etiã, ꝙ nõ sit factus ex nihilo:imò dixit, à Deo
oĩbus deriuatũ ẽ esse,& viuere.atq; 2. primæ philo.
Illud quòd est maximè ens,& maximè verũ,videli-
cet,Deũ oĩbus cæteris esse causam veritatis, ac enti
tatis nõ solũ finalẽ,sed ẽt effectiuã, cũ dicat ab ipso
oĩbus eẽ deriuatũ,& cõicatũ ipsum eẽ,& viuere,his
clerius,his verò obscurius. Nec putandũ,ꝙ tãti phi
losophi, q̃ nouerũt nobilissima illa, vtputa intelligẽ
tias esse creatas, ignorauerint infimũ, & imperfe-
ctissimũ entiũ,puta materiã primã, esse productam
imò creatã.i.aliũde habere hoc ipsum,ꝙ est,& hoc
infra oñdã.Et hoc clariùs dicit ĩ lib. quẽ fecit de na
tura deorũ,& ĩ epistola de principio vniuersi. ¶De
niq; Alexãder idẽ protestãs:Triplex est,inq̃t,cogni- Alexand.
tio,puta ꝑ inspirationem,ꝑ scripturarũ declaratio-
nẽ,ꝑ operũ reuelationẽ. Oĩbus modis his cõtingit
uenire in cognitionẽ creationis, videlicet ꝑ fidei in
spirationẽ, cũ fides ponat creationẽ: ꝑ scripturarũ
inspectionẽ, quæ est ex lege, ꝓphetis,& euãgelio, ꝑ
operũ reuelationẽ.Nã operũ reuelatio.i.manifesta-
tio effectuũ Dei,indicat oĩpotentiã esse in Deo.Oĩ-
potentia verò ponit creationẽ. i.productionẽ ex ni
hilo.Si.n.non posset creare.i.producere nisi ex nihi
lo,nõ esset oĩpotẽs,cum maior potẽtia posset ꝑm ve
ritatem intelligi. Quod aũt quidã philo. nõ ꝑuene-
runt ad cognitionẽ creationis,ẽ,q̃a nõ ascẽderunt
vltra rõnem materiæ.Quod aũt ꝑuenerũt q̃dam ad
eam tã ex scripturis,q̃ operũ cõsiderationibus: cõ-
stat ex hoc,quod 12.cõfessionũ asserit August.Oñ- August.
disti mihi ꝑ hoĩem quẽdã quosdã libros Platonico
rum ex Græco in latinũ versos,in q̃bus legi nõ q̃dẽ
his verbis,sed multis,& multiplicibus suaderi rõni
bus,ꝙ in principio erat verbũ, & verbũ erat apud
Deũ:vsq; ad illud,Et mũdus eũ nõ cognouit.Porrò
quod sequiť,Io ꝓpria uenit:& rursus, Verbũ caro
factũ est,ibi nõ legi. Itaq; hilosophi meliores crea-
tionem nouerunt.Ait quippe Auicẽna in sua prima Auicenna

philosophia: Si fuerit esse rei post non esse absoluit, tunc aduentus eius à causa erit creatio, qui est dignior modus dandi esse, quia priuatio remouetur oino, atq; inducitur esse. sed si ponat priuatio taliter, ꝙ esse præcedat eam: sic generatio est impossibilis, nisi ex materia: & inductio ipsius esse rei ex re, quod est debile, & breue, & futurum. Item in libro de celo, & mũdo habet: Per hũc numerũ, puta ternariũ, adhibuimus no sipsos magnificare Deũ creatorẽ, eminẽtẽ proprietatibus eorũ, quæ creata sunt. Vñ accipitur, quòd philosophi puenerũt ad cognitionem creatoris inquantũ creator. Hæc Alexãder.

Durãdus de sancto portiano.

¶ Amplius, Durandus de sancto Portiano, circa hæc multa inducit: Creaturã, inquiens, semper fuisse, ita ꝙ non habuit suæ durationis initium, sed suæ entitatis causam, atq; principium, negari nõ potest, nisi, vel propter defectum diuinæ potẽtiæ, quod nemo affirmat: vel propter repugnantiam creaturæ, quod dici non ualet, qm̃ repugnantia illa esset, aut propter defectum passiuę potentiæ ab æterno, aut ex repugnantia intellectuum. Primum dici nõ põt. Nam pari ratione nihil omnino posset creari, nec ab æterno, neq; de nouo, cum creatio nihil supponat ex parte facti. Nec secundum, quia cõtradictionem non implicat. Tria ergo probanda sunt. primũ, quod non repugnat creaturæ permanenti ab æterno esse productum. Secundum, quòd motui, & omni rei successiuè repugnet. Tertium, quòd dato, qd̃ iste motus, vel creatura sub motu non potuerit esse ab æterno: tm̃ non est dare primum instans, ante quod non potuit esse creatura sub motu. Primum apparet tripliciter, secundum tria, quæ sunt de ratione creaturæ. Est enim creatura ens productũ ab alio. Et ratione qua creatura est ens, non potest ei repugnare esse ab æterno. Alioqn repugnaret Deo, cui potissimè competit esse. Si igitur creaturæ repugnet, hoc erit, vel ex parte causæ producentis, quia ab alio: vel ratione productionis, quia ens productũ: vel ratione termini à quo, quia de nihilo. Quòd autem non sit necesse causam agentem duratione præcedere suum effectum, patet: quia hoc esset ratione agentis, inquantum est agens absolutè, aut inquantum tale agens, puta per uoluntatem. primum non potest dici, quia sunt multa agentia, quorum effectus sunt statim cum eis, vt calor, seu lumen cũ igne, & sol eodem instanti, quo conditus est, hemisphærium illuminauit. Nec est de ratione agentis per uoluntatem, nisi uoluntas sit de nouo accedens, ita vt dè non uoluntate fiat uolens, aut uoluntas deliberationem sit sequens, quorum nullum in Deo est. Item uoluntas diuina non minuit eius potentiam, sed omnes concedunt, quòd si Deus ageret necessitate naturæ, res fuissent ab æterno. ergo nõ obstante, quòd agit per voluntatem, creaturæ potuerunt esse ab æterno. Nec est repugnantia ex parte productionis: quamuis hoc magis appareat. Nã siue creatura dicatur producta in instanti, siue in tempore, sequi videtur, quòd sit de nouo. Ad quod remouendum distinguendi sunt modi fiendi, quin vniuerso sunt quatuor. Quædam namq; fiunt per motum solum, vt aqua per motum calefactionis fit calida. Alia fiunt per mutationem sequentem motum ex necessitate, quemadmodum forma substantialis per præuiam alterationem. Quædam per mutationẽ, quæ sequit motum, sed non per motũ, neq; ex necessitate, sicut illuminatur hemisphærium nõstrum à sole, quam illuminationẽ præcedit motus solis localis, per quẽ efficitur nobis præsens. In primo autem instanti quando factus est sol, fuit aer illuminatus absq; præuio sol i motu.

Quatuor modi fiendi in vniuerso.

1 2 3

¶ Quartò, aliqua fiunt non per motum, aut mutationem, sed simplicem emanationem, quemadmodum, quæ creantur, in quibus fieri, & factũ esse sunt simul, sic ꝙ mensura creationis est Nunc stãs; quod coexistere põt pluribus Nunc temporis. nec necessarium est aliquod Nunc temporis, cui primò coexistat, cum nullus motus creationẽ præcedat. Sic nõ est necessarium dare à parte post vltimũ. Nũc tpis, cui duratio creaturæ vltimo coexistat. Ex his ita arguitur: Actio, quæ non est successiua, sed subita, nec mensuratur Nunc fluente, quod non contingit pluries accipere, sed Nunc stante: talis actio non impedit, quin productum per eam, possit semper coexistere producenti. Si enim esset successiua, impediret coexistentiam respectu cuiuslibet agentis. Rursus, si subita esset, & mensuraret Nunc fluente: non impediret coexistentiã respectu tẽporalis agentis: impediret tamen respectu æterni, qm̃ tale Nunc non contingit pluries accipere. idcirco cum semel acceptũ sit, prius accipi nequit. Sicq; ab æterno nõ fuit. His vero amotis, nihil impedit ex parte actionis coexistẽtiam effectus cum agente æterno. Creatio aũt est subita, nec mensuratur Nunc fluente, sed stante. nõ ergo repugnat creaturæ ratione suæ productionis, quin possit ab æterno coexistere creatori, loquendo de creatura permanẽtis naturæ. Porro motui, seu creaturæ sub motu repugnat ab ęterno fuisse. In quibuscunq; enim est dare primum, & ultimũ illa sunt finita: sed in reuolutionibus cęli præteritis, & acceptis, oportet dare primam, & vltimam, ergo non præcesserunt infinitæ. Minor probatur, quia in omnibus præteritis reuolutionibus fuit ordo durationis, ita quòd nunquam fuerunt duæ simul, sed vna post aliam in postsumendo, vel una ante aliam in antesumendo. ergo cum quilibet accepta sit, & omnes, aut est accepta ante, quàm nulla, aut non: si sic, habeo propositum: quoniam illa est prima, & hodierna est vltima. si non, contrà ante omnes nulla fuit. Si ergo omnes acceptæ sunt, non potuit esse alia. Et confirmatur hoc, quia in postsumendo non essent omnes acceptæ, nisi acciperetur vna claudẽs: ergo nec in antesumendo omnes accipiuntur, nisi sumatur una prima claudens omnes. hoc demum manifestius fieret, si loco cuiuslibet reuolutionis præteritę sumeretur aliquid permanens, scilicet granum milij, & deduceretur in eis ratio præinducta. In tota quippe multitudine granorum quodam ordine acceptorum, uidelicet quod vnum fuit acceptum ante aliud, vel post aliud, nullumq; aliter: necessàriò esset dare aliquod granum ante, quod nullum esset acceptum, vel non omnia grana essent accepta, propter ordinem acceptionis, ratione cuius vnum includit aliud. Potest quoque ratio sic formari, quòd necessarium esset ponere in accipiendis reuolutionibus, seu granis, si deueniretur ad hoc, quod essent acceptæ, necessarium est ponere in iam acceptis: sed in accipiendis, si deueniretur ad hoc, quòd essent acceptæ, esset dare primam, & vltimam, ergo, & in acceptis. Præterea, reuolutio hodierna, aut distat in infinitum ab alia posita, vtpotè prima, aut non: si sic, cum non possit infinita distantia dari maior, sequitur quod illa reuolutio fuit prima, sicq; habetur propositum: si non, ergo non præcesserunt infinitæ. ¶ Insuper, si generatio potuit esse ab æterno, hoc maximè fuisset, ponendo virum, & mulierẽ creatos ab æterno: imò nõ videt possibile aliter, cũ op̃ ꝓpagationis supponat opus creationis. & ita fuisset duo hoies primi, inter quos

Argumentum.

Minor probatur.

& eos, qui nunc sunt, nõ potuissent esse intermedij infiniti. Itẽ si gñatio potuit esse ab æterno, ergo, & corruptio, cum gñatio vnius sit corruptio alterius. corruptio aũt non potuit ab æterno, qm̃ præsupponit aliquid se priùs duratione, videlicet gñationem seu genitũ, aut corruptibile, cũ sit alicuius præexistentis corruptio. ¶ Amplius, homo creatus ab æterno, aut priùs fuisset, & posteriùs genuisset, & sic generatio non fuisset ab æterno: aut non priùs fuisset, quàm generasset. hoc autẽ impossibile est, qm̃ agẽs per modum præexistit termino, motus non solum natura, sed etiam duratione: sicq; gñatio nõ potuit esse ab æterno. Concludit quoq; hæc ratio non solũ de generatione ista, vel illa, sed de gñatione simpliciter. Nam sicut hic generans præcedit hanc gñationem, sic generans simpliciter, & absolutè. ¶ Iterum, hominem creatum necesse est præcedere hominem à se genitum, & sic inter creatum, & quocũque alium genitum non fuissent homines infiniti, nec duratio infinita, cum illè creatus non fuisset tẽpore infinito ante genitum à se, & tempus ab illo genito vsque nunc, esset finitum. Motui ergo, & successiuis repugnat ab æterno fuisse, cum natura motus requirat ordinem partium, in quibus acceptis necesse est dare primam, & ultimam, sicut probatũ est. Hæc Durandus, qui alia plura de hac ipsa scribit materia, quæ forsan tangentur infra.

Gãdauus

¶ At vero Henricus de Gãdauo, qui uocatur doctor solennis, quodlibeto primo super hac materia mouet duas quæstiones: Vtrum creatura potuit esse ab æterno, Vtrum repugnet creaturæ ab æterno fuisse. quæ cum parum, aut nil differant, una rñsione determinat: Opinio, inquiens, erat philosophorum, quòd creatura potuit esse ab æterno, & ꝙ hoc non repugnat eius naturæ, imò quòd non potuit non esse ab æterno: quoniam prima causa per suam essentiam causa est rerum. Vnde sexto Metaphysicę suæ asserit Auicenna: Quod aliquid sit causa existẽdi causatum, cum priùs non fuerit, hoc contingit, quia non est causa eius per suam essentiam, sed per aliquam determinatam*comparationẽ, quã habet ad illud, cuius*cõparationis causa est motus: sicq; dixerunt, quòd Deum esse causam creaturæ, nõ sit ex uoluntatis dispositione, sed necessitate naturæ, prout primo Hexameron ait Ambrosius: Plerique philosophi mundum Deo cooternum esse uolebãt tanquam umbraculum diuinæ virtutis. ¶ Porro fides catholica tenet, quòd Deus liberali, ac liberauoluntate mundum creauit, atq; conseruat, ita quòd potuit non creare, & posset non conseruare, sicut ait Ambrosius, Pulchrè ait Moyses, Fecit Deus cœlum, & terram: nec dixit, causam dedit mundo, ut esset, sed fecit. Ex ipso namq; est principium, & origo substantiæ uniuersorum, id est, ex eius uoluntate, & potestate, nulla necesitate naturæ coniuncta: qucniam absolutè loquendo, nõ est necesse Deum velle aliquid nisi seipsum, & ea, q̃ sunt intra ipsum, non aliquid extra se

* operationem
* operationis.

Ambrosi⁹.

Gene. 1.

Philosophorum opinio.

Augusti.

¶ Philosophi ergo dixerunt mũdum habere esse suum à Deo, modo quodam uix intelligibili, ita ꝙ non habuit durationis initium, nec habuit fieri sui facti esse, quemadmodum 9. de Ciuit. Dei loquitur Augustinus: Si pes ex æternitate semper fuisset in puluere, semper subesset vestigium, quod tamen à calcante nemo ambigeret factum, nemo inquam dubitaret à calcante factum esse, non in ipso fieri, sed in solo facto esse. Vestigium enim in puluere non fit, nisi depressione partium puluerisis, quæ necessariò fit aliquo motu, aut mutatione ante quam pes nõ fuit in puluere, & ante illã non fuit vestigiũ. Hinc aptior esset similitudo de sole, eiusq; radio, q̃ naturali necessitate fluit à sole: & sic esse creaturæ à Deo, non esset nisi conseruatio sua continua, atq; perpetua in suo facto esse absq; omni fieri præcedẽte. vel quod esse creaturæ non esset nisi in continuo fieri, vt æternaliter simul essent fieri eius, & factum esse, quemadmodũ iuxta quosdam radius solis nõ habet esse, nisi in continuo fieri. ¶ Deniq; cõsiõium tam philosophorũ, quàm fidelium fuit opinio, quòd creatura inquantum creatura, non habet esse nisi participatum: ideò non à se, sed ab alio. Verum circa esse creaturæ duplex putatur fuisse philosophorum opinio: Vna, quòd creatura ita haberet esse ab alio, ꝙ ex se & ex sua natura non haberet non esse; neq; ŝm rem, neq; ŝm inrellectũ, sicut credit̃ de productione filij Dei, dempto quòd filius habet esse in eadem natura cum patre, creatura in aliena: quod omnino absurdum est, qm̃ nulla substantia ex sua natura aliena est à non esse, nisi illa, quæ est esse per essentiam, non per participationem. Alia ergo fuit opinio, quòd creatura cum hoc, quod habet esse suum ab alio, ita habet ipsum, quod quantum est de se, ac sua natura, habet non esse. sed in hoc variatur quorundam philosophorum, & catholicorum sententia. Habere enim non esse de se, intelligi potest dupliciter. Vno modo apud intellectum solummodo, vt creatura prius intelligatur in non esse, quàm in esse. Alio modo, ut in se realiter priùs duratione sit non ens, quàm ab alio accipiat esse. Primo modo quidam philosophi dixerunt creaturam habere esse, potest nõ esse, & hoc uocabant creationem. Vnde 6. Metaphysicę suæ loquitur Auicenna, quòd apud sapientes uocatur creatio, sic simplici emanatione habere esse post non esse, seu dare esse post non esse, absolutè. Causatum enim quantum est in se non est. ¶ Secundo modo dicunt catholici creaturam habere esse à Deo non necesitate naturæ, sed libera uoluntate: sicq; loquendo de tali productione, est quæstio nostra, an creatura potuit esse ab æterno producta. & dicunt aliqui, ꝙ hoc non repugnat: & quòd Deus creaturam produxit ex tempore, hoc meræ est uoluntatis Dei, cuius causa quærenda non est: quia hoc esset querere causam primę causæ, seu eius, cuius non est causa, vt Augustinus expressit. Hi quoque dicũt, ꝙ sola fide tenetur creaturam non semper fuisse, & quod demonstrari non queat: quia quod quid est rei. i. quidditas creaturæ, abstrahit ab Hic, & Nunc, seu ab omni duratione. ¶ Quod autem non possit probari creaturam incepisse, secundum modum quo ponebant philosophi bene verum est: probare uerò eam incepisse, secundum modum quem ponunt catholici, bene possibile est, quibusdam suppositis, quæ recta ratione sunt supponenda. Nec valet opinionis alterius rõ: quamuis enim quidditas rei absolutè accepta, abstrahat ab Hic, & Nunc: non tamen actualis existentia eius semper sic abstrahit. Nam quàmuis, quòd quid est eclipsis lunæ, abstrahit ab hic, & nunc, ita vt simpliciter sumptum, non possit probari esse: tamẽ actualis existentia eius non abstrahit ab hic, & nunc, ideò valet probari hic, & nunc esse. Sic quamuis quid est creaturæ, & esse, vt sequitur essentiam eius, non possit probari: esse tamen actualis existentiæ suæ, bene potest probari nouum esse, inquantum esse in effectu ostenditur creatura mundi non posse habere nisi post non esse præcedens duratione.

Duplex philosophorũ opinio circa esse creaturæ.

Haberenõ este de se dupliciter intelligi potest.

Auicenna.

An mũdus potuit esse æternus.

¶ Dicendum igitur absolutè, quòd mundus non solum incepit ex tempore, sed nec potuit esse ab

si dicaẽ sensisse ꝙ mundus ab æterno creatus sit. Siqdé in diuersis locis multa locutus est, ex qbus demonstraẽ oppositū. Tertiò quippe physicorū differuit: Impossibile est infinita esse pertransita. Si autē mūdus extitit ab æterno, infiniti iā dies, infiniti anni, imò infinita millia annorū essent ꝑtrāsita, effluxa, finita, ꝑterita. ¶Secundò, qm̄ apud Aristotelē impossibile est esse multitudinē actu infinitā: si aūt ab æterno creatus est mūdus fuissent hoīes infiniti, & ita iā essent aīæ separatæ, ac actualiter infinitę. Rursus, si quolibet die ꝑterito Deus creasset lapidē vnū, & posteriorē quotidie vnisset priori, iā ex illis cōstaret lapidibus moles immēsa. Tertiò, iuxta Philosophū, vnū infinitū non est altero maius. sed si mūdus ab æterno est cōditus, multo plures fuerūt reuolutiones lunæ in ꝓprio orbe, q̄ solis in circulo suo. ¶Quartò, ẜm Philosophū, īfinito neqt fieri additio. si aūt ab æterno fuit cælū & circulatio eius, iā quotidie addereẽ infinito motui cęli ꝑterito circulatio vna, infinitę quoq; multitudini aīarū aīæ multæ, & saxo immēso lapis, q quotidie creareẽ. ¶Quintò, sequereẽ partē esse æqualē suo toti. Cū.n. infinito nō fiat additio, nec vnū maius sit altero, & dies sit pars mēsis, mēsis quoq; pars anni: seqtur, ꝙ tanta sit q̄titas dierū, vt mensiū, ut annorū. imò cum infinitum nō cōstet ex finitis, oportet q̄libet eius partē consistere infinitā, & per cōsequens ei æqualē. ¶In libro item de morte, & pomo, Aristoteles ferẽ dixisse, ꝙ Deus sapīa sua cōdidit seculū, atq; secūdo Metheororū, ꝙ factū est de nouo. & alibi, ꝙ hō est priùs semine. In lib. ēt de secretis secretorū, ꝙ Deus cuncta fecit ex nihilo. ex qbus sequi vr̃, ꝙ mundus incepit de nouo, & ꝙ ipse hoc sensit. Hæc ille.

Scotus Hērici insectator.

¶Postremò Scotus harū opinionū motiua diligenter, & satis ꝓlixè ꝓsequiẽ quamq̄ ea, q̄ probant mundū non potuisse fieri ab æterno, specialiter asscribat Henrico, quē ꝑ cęteris inseq solet: cū tñ à senioribus, imò per mille annos añ Henricū, non solū à fidelibus, sed ab ipsis quoq; puris philosophis sint inducta. Soluit ēt opinionū istarū motiua, & qualiter vnaquaq; queat defendi, ꝓseqtur: nec ad aliquā earūdem declinare vr̃. & ea q̄ scribit, sentētialiter satis videnẽ ꝑhabita.

Quæstio.

¶Præterea q̄rit, Vtrū prima causalitas respectu omniū creabiliū, in quocunq; esse de necessitate sit in tribus diuinis ꝑsonis, ita ꝙ esse nō valeat nisi in eis.

Causalitas perfecta necessariò est ī tribus personis.

¶Rn̄det, Causalitas ꝑfecta necessario est in tribus ꝑsonis. Primò, qa principiū duarū operationū, videlicet necessariæ, & cōtingentis, necessariò est priùs principiū necessarij, q̄ cōtingentis. Nō.n. effectus necessarius ꝑsupponit contingētē, sed aliqd in diuinis est principiū productionis intrinsecæ, q̄ est necessaria: & aliqd principiū productionis extrinsecę, q̄ est contingēs: ergo prius necessariò est in Deo aliquod principiū ꝓductionis intrinsecæ: atq; in isto priori cōpleta ꝓductione, ad intra, cōcomitaẽ tribus ꝑsonis oīs fœcunditas, q̄ non repugnat in eis: & ꝑ cōsequēs concomitaẽ eis illud, quod est principiū productionū cōicationis ad extra: ergo in illo instanti, in quo est proximū principiū in Deo, ad producendū aliquod cōtingens ad extra, illud concomitabiẽ tribus. ¶Itaq; de necessitate causalitas ꝑfecta respectu oīum creabiliū est in tribus personis, & hoc respectu oīum creabiliū in quocunq; creabili sine simpliciter, siue ẜm qd, ita ꝙ non posit nō esse in illis. Attñ si ꝑ īpossibile ponaẽ in diuinis vna tm̄ absoluta persona, ꝯñr esset dicendū, ꝙ in tali persona esset ꝑfectè talis causalitas. sicq; causalitas ꝑfecta ex rōne termini sui, non vr̃ necessariò includere, ꝙ sit in tribus personis, quēadmodū, nec ex rōne termini illius inducit rōnē ꝓductionis ad intra. Hęc Scotus.

Idē Sco.

¶Amplius, creare, inqt, est aliqd de nihilo producere in effectu: & ꝙ dr̃, de nihilo, pōt notare ordinē naturę, & ordinē durationis. Primò mō concedunt Philosophi Deū posse creare, ut patet ꝑ Auicēnā 8. Metaphysicæ suæ, quod intelligo de prioritate naturæ, ꝓut priùs natura pōt aliqd dici, esse positiuè, q̄ ipsum inesse alicui.

Auicenna

Sed ꝓut de nihilo, dicit ordinē durationis, creatio à philosophis cōiter negaẽ, qm̄ dicunt Deū necessariò ꝓducere qcquid immediatè producit. ¶Deniq;, ꝓut de nihilo, dicit ordinē durationis, distingui pōt de hoc, qd̄ est nihil: qm̄ accipi pōt de nihilo ẜm esse existētiæ, aliquo tñ ẜm esse essentię: & poniẽ à qbusdā exemplū, ꝙ q̄uis Deus possit causare de nihilo secūdo mō, non tñ primo mō: qa non pōt aliqd aliud ꝓducere, quod nō est ex parte sui possibile, ut ait Auicēna 2. Metaphysicæ suæ. Nihil aūt nō est possibile ex parte sui, qm̄ non est rō quare vnū nhil esset possibile, nō aliud. Confirmaẽ. quoq; hæc rō: qa in oī creatura est compositio ex actu, & potētia, in qbus, & ordine naturæ potentialitas prior est: & tūc ista potētialitas nō est nihil, sed aliqd entis ẜm aliquod esse: nō esse existētiæ, ergo esse qdditatiuè: & hoc, ꝓut dictū est primo lib. ꝑ potentiā Dei produciẽ in esse possibili pasiuè: & tunc vltra pōt ꝓduci in esse existentiæ, nō tñ nisi priùs natura producta in esse qdditatiuo, & in esse possibili pasiuè. Itaq; de nihilo. i de non aliquo, ẜm esse existētiæ pōt Deus aliquid creare. Etenim esse essentiæ nunq̄ separaẽ ab esse existentiæ. Non tñ pōt aliquid creari. i. ꝓduci, ad esse simpliciter, de nihilo. i. nullo mō existente, nec simpliciter, nec ẜm qd. Nihil enim creaẽ, quod nō habuit priùs esse intellectū, ac volitū in ipso esse intellecto, & fuit formaliter possibile & tunc fuit, quasi in potētia ꝓpinqua, vt posit esse subiectū oīpotentiæ, & poni in esse simpliciter. Veruntñ aliqd pōt etsi nō creari, tñ produci de simpliciter nihilo. i. de nō aliquo, ẜm esse essentiæ, nec ẜm existētiæ, nec ẜm aliqd esse, nec ẜm qd: quia creatura ꝓduciẽ in esse intelligibili, nō de aliquo esse, nec simpliciter, nec ẜm qd, nec possibili ex parte sui in isto esse. Hæc Scotus.

Diony.

¶Cuius verba partim obscura sunt, & à cōi modo loquendi doctorū non minimè aliena, q̄uis piè accipi posint.

Impossibile est creaturam ab æterno fuisse productam secundū doctores catholicos.

¶Itaq; ꝑinducta summatim ꝑstringēdo, præallegati doctores, Albertus, Bonauentura, Petrus, Richardus, Vdalricus, Henricus, concorditer tenēt, impossibile esse creaturā ab æterno fuisse productā, & hoc ex sua incapacitate; seu repugnātia suæ naturæ: qa potentialitas in ea ꝑcedit actū, & nō esse, priùs est esse ipsius. q & dicunt posse mōstrari mūdū factū de nouo non ab æterno, nec hoc esse directè articulū fidei, qbus & Alexander cōsentire vr̃. ¶Porrò sanctus Thomas sensit horū oppositum. Durand⁹ verò mediā secutus est viā, dicendo ꝙ q̄tum ad res ꝑmanentis naturę, non repugnet creaturæ ab æterno esse ꝓductā, sed sucesiuis, & successioni, motuiq; subiectis repugnet. Nūc itaq; pleniùs sūt tāgēda cuiuslibet opiniōis motiua.

¶Albertus igitur: Aristoteles, inqt, inducit, rōnē, quā putat esse fortisimā ad probandum motus, ac mundi æternitatē, assumens propositionē hanc tāquā per se notā, ꝙ priùs, & posteriùs nō possunt esse nisi in tpe, nec esse queunt nisi tpe existente. Deinde assumit hanc, ꝙ tps nō pōt esse nisi sit motus, cū sit numerus, & mēsura motus. Cōsequenter probat, ꝙ tempus, nec incepit, nec desinet, auctoritate omniū philosophorū præter vnum. i. Platonē, quo dēpto, oēs dicunt tēpus esse ingenitum, & non factū. & hoc probat à signo per Democritum, cui (ut ait

Ambro-

Ambrosi⁹: tota antiquitas auctoritatē.

Ambrosius in Hexameron) tota antiquitas auctoritatē detulit magnam, qui dixit impossibile esse oīa esse facta, quia impossibile est tempus factū esse: solusq; Plato genuit (.i. genitum seu factum esse perhibuit) tempus simul cum cęlo. Ex hac auctoritate Democriti arguit Philosophus, ꝙ de tempore nihil est accipere nisi nunc. Præteritum namq; iam abijt, futurum verò nondum est. Porrò nunc instans accipi nequit, nisi in ratione finis respectu præteriti, atque in ratione principij comparatione futuri. Accipiatur igitur nunc, in quo motus incepit: illud fuit finis præteriti, ergo ante hoc fuit tēpus. & si tempus, ergo & motus. sicq; fuisset motus ante primū motum. Eodem modo probat, ꝙ non desinet motus: qm̄ idem illud instans, principium est futuri: & ita post ipsum erit tēpus, ergo & motus. ¶Insuper probat mundū istum sensibilem inferiorem semper & ab æterno fuisse: qm̄ causa eius, videlicet motus cælestis, extitit ab æterno, quod probat omniū auctoritate philosophorum. Vnde in libro de plantis, fatetur, ꝙ mundus iste nunquam cessauit producere plantas, & animalia, sicut modo producit, neq; cessabit.

Rabbi Moyses.

¶Ad cuius rationis cōfortationē Rabbi Moyses introducit in libro ducis neutrorum illud Philosophi primo de cælo, & mundo, dicentis, ꝙ omnes philosophi conuenerunt in hoc, ꝙ cælum est sedes Dei. quod idcirco dixit Philosophus: qm̄ sicut Deus est sine initio, ita & cælum. ¶Amplius probat hoc, quia si motus incepit, aut incepit sicut dixit Anaxagoras, aut sicut Empedocles, aut sicut Plato, & probat ꝙ nullo, illorum modorum, ut tactum est supra.

Abubather.

Itēm hoc probant ex eius doctrina sequaces ipsius, sicut Abubather, ac alij. quia si priùs motus incepit, hoc non potuit esse nisi per motum seu mutationem mouentis, scilicet primi causātis, aut mobilis. & sic ante primum motū fuisset motus, & quęreretur de illo motu: quia & ipse incepit, aut non, & si incepit, quæretur de illo, & ibitur in infinitum. Insuper contra has rationes arguit Albertus primo ex Aristotelis verbis 3. primæ philosophiæ dicentis, omnium, quæ in vno sunt genere, principiū est id, quod simplicissimum est in genere illo. Cūq; æternum, & æuum, ac tempus sint aliquo modo in vno genere moræ,

Gilbertus porretan⁹.

quia ut ait Gilbertus Porretanus, Æternitas est mora indeficientis, & incommutabilis esse. Aeuum verò mora est eius, quod extensam habet potentiam, non extensam essentiam tempus verò mora illius est, quod extensam habet substantiā, potentiā, & actum. Aeuum ergo tempus principiātur à motu. ¶Præterea, salua pace Aristotelis, ipse non posuit rationem Plalonis. quam si poneret, ratio sua paruum valeret, & est hæc: Id quod non est factum, sed æternum, semper sibi præsens est, totúque simul, nihil sui abijciens in ꝑteritū, & nihil sui expectans in futurum, sed totum se posidet in vno indiuisibili nunc stante, non mouente se. Idcirco non nouit fuisse, nec fore, sed esse tantum. quod verò est factum, habet esse distentū, nec statim in vno simul, sed aliquid sui abijcit in præteritum, & expectat in futurum. Cum igitur vnumquodq; propria, ac sui generis mensuretur mensura, factum non potest mensurari æterno: sed sicut se habet factum ad æternum, sicut tempus ad æternitatem. factū autem habet sui esse principium à non facto. Aliter iretur in infinitum. ergo tempus secundum esse suū principiatum est ab æternitate, & serpit (ut loquitur Plato) ad imitationem ipsius secundum permanentiā suam: quemadmodum forma, quæ est in materia, imago est formæ secundum se acceptæ, serpens posse ad imitationem illius: ut quod in vno simul, & totum habere non ualet, saltem per uices, & succesionem obtineat: ideo esse temporis per creationem incepit. quod concedendum est. hoc enim naturæ est consonum, & rationi ac fidei. Ad primam ergo Aristotelis rationem dicendū, ꝙ nos negamus motum cæli semper sine initio extitisse. & quod ait omnes philosophos hoc dixisse, falsum est: quoniā Plato, qui inter philosophantes fuit præcipuus, dicit oppositum.

Plato īter philosophos præcipuus.

Ait namq;: Deus faciendo mundum sensibilem, primum cælestem circulum fecit, & eūdem diuisit in duos, uidelicet in circulum aplanes, utpote nonam sphæram: & in circulum planes, quē admodum, & Eudoxus asseruit. Deinde circulum planes in octo distribuit: uidelicet in circulum stellarum fixarū, atq; imaginum cæli, & in septem circulos planetarū: qui descendendo sic numerantur, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunę, quibus sic distributis, motus adhibuit proprios. Cū motu quoq; tempus adesse fecit, partesq; temporis, quę sunt annus, mensis, septimana, dies, & hora. ¶Ad aliud respondendum, ꝙ non ideò cœlum dictū est sedes Dei, ꝙ sit sine initio sicut Deus: imò hoc esset contra Philosophum in epistola de principio vniuersitatis, in qua probat ut Alphorabius, contestatur, ꝙ principium vniuersitatis non est nisi vnum, à quo tanquam ab efficiente, & in quo sicut in regente, ac mouente sunt alia omnia tanquā in duce exercitus: sed idcirco hoc dictum est: quoniam cælum impresiones peregrinas non suscipit: ideo Deus per ipsum, & motum eius regit, & ordinat vniuersa, quæ in inferioribus generatur, & corrumpuntur, siue mouentur.

Cælum impassiones, peregrinas non recipit.

Ad id verò, ꝙ contra chaos confusum obijcit Aristoteles, dicimus secundum theologiam, ac fidem catholicam, quod mixtum hoc, id est, confusum ex materia quatuor elementorum, primo fuit, ut Moyses scribit: nō tamen tempore infinito quieuit. Sed Deus dum voluit illud secundum intellectum idealem, quem in se habuit in formas distinxit, prout ab æterno præuidit, atq; præordinauit, sicut Magister noster Moyses spiritu Dei afflatus edocuit. Nec per litem, & amicitiā factū est hoc, vt dixit Empedocles: quoniam ratio non admittit, quin omnis distinctionis, & ordinationis, ac segregationis prima causa sit intellectus, utiq; Dei, qui secundum sapientiam, scientiam, & prouidentiam suam ordinat, quando & qualiter & quomodo vniuersa, & singula fieri debeant: producitq; omnia secundum ordinem, & tempus, ac modum unicuiq; magis, conuenientem, quemadmodū Plato fatetur: Nulli, inquiens, negat aliquid horum, quæ accommoda sunt suæ naturæ, & ordini, ac tempori, cum sit summæ bonitatis principiū, à quo omnis longè religatur inuidia.

Plato.

Sic ergo motus incepit, facto primo mobili simplici emanatione, non præuia mutatione. Cumq; Aristoteles obijcit, quod secundum hæc in primo mouente pręcessisset mutatio: dicendū, quod in illa obiectione multum oblitus est suijpsius. Ipse enim tertio de anima atq; vndecimo primæ philosophiæ probauit, quod intellectus agens, absq; omni alteratione suijpsius, quandoque agit, & quandoq; non agit, pro libertatis suæ arbitrio. Ideo multum fuit oblitus sui, cum dixit, quòd intellectus diuinus non potest interdū agere, & interdum non agere, nisi recipiat peregrinas impresiones, quæ eum excitent ad agendum. ¶Postremò, quod obijcit de tempore, quod nunc semper est finis præteriti principiumque futuri, ac medium illa continuans, multum mirandum est cū

ipsemet

ipsemet docuerit, quod omne continuum fluit ab indiuisibili, sicut linea à puncto. quamuis ergo de tempore nihil sit accipere, nisi nunc continuans, ac medians, loquendo de tempore secundum esse suũ atque decursum, & fluxum: non tamen loquendo, de tempore secundum suam originem, & naturam, qua fluit ab æuo, seu æterno. imò sic naturalius sumitur in primo Nunc à quo fluit, & in vltimo, ad quod terminatur, q̃ in medio, quod est continuans ipsum ſm esse, & decursum ipsius in re temporali. Hinc ratio illa Aristotelis nihil valet. Hęc Albertus.

Idẽ Alber.

¶Præterea in libro suo, quem fecit de homine, Albertus prolixè tractat hanc quæstionem, & ponens solutionem quorundam: Aliqui, inquit, respondent, quod rationes philosophorum benè cõcluderent mundum ab æterno fuisse, si Deus vt causa naturalis, seu necessitate naturæ causasset mundum. sed quoniam hoc non est verum, imò creauit per voluntatem, quæ est causa dilatoria, ideò distulit quandiu voluit, & creauit. Si verò quæratur ab eis causa dilationis, respondent, quòd vna, atque præcipua est: quoniam noluit, quod mundus sibi in æternitate æquipararetur. Ex qua solutione sequuntus hæreses duæ: Vna est, quod mundus potuit esse ab æterno, sed Deus non uoluit. Alia, quod uoluntas Dei existat mutabilis secundum volita. Sequitur enim ex hac solutione, quod mundus susceptibilis fuit, seu capax durationis æternæ. sed beatus Dionysius ait, quod Deus communicat communicabilia, id est, ea quorum creaturæ sunt susceptiuæ, eo quòd innidia longè sit religata ab eo. Si igitur mundus fuit susceptibilis æternæ durationis, Deus ei communicasset. alioquin inuidus esset. Item causa dilatoria differt ex ratione, nisi sit stulta. Prætacta verò dilationis causa ex parte est uolitorum. sicque Deus secundum volita disponeretur. quod hæreticum est. Hęc Albertus.

Hæreses duæ sequũtur ex hac solutione.

Diony.

¶Quocirca dicendum, quod solutio illa non cẽsetur ita erronea, nec hæreticum est dicere mundũ, seu creaturam fuisse æternæ durationis capacem, sumendo æternum pro eo, quod temporali caret initio, absolutè loquendo, cum & sanctus Thomas & multi doctores catholici dicant, hoc, nec ecclesia determinauit positionem illam esse hæreticam. ¶Insuper ex illa responsione non sequitur, quod Dei voluntas consistat mutabilis: quia æternaliter ex certis, & sapientialibus rationibus instituit, & decreuit mundum de nouo producere tunc, & taliter, quando & qualiter ipsum produxit. ¶Idcirco, nec causa illa dilationis fuit originaliter, aut principaliter ex parte creaturæ, sed ex fonte, & immensa, atq; imperscrutabili profunditate increatę, ac superliberrimæ sapientię Dei, quamuis ratio illa quẽadmodum & idea, habitudinem quandam, seu relationem ad mundum includat, quæ habitudo non est realis ex parte Dei. ¶Insuper Albertus in his verbis vr̃ sibijpsi contrarius. Nam sicut iam patuit, in scripto secundi testatur, quòd ſm sapientiam, scientiam, & prouidentiam suam præordinauit, quando, & qualiter uniuersa fieri debeant. Quod verò ex auctoritate diui Dionysij introducit, soluendum est: quòd Deus iuxta censuram sapientiæ suæ dona sua largitur, & sicut ordo rerum requirit, non secundum extremitatem suæ virtutis, & communicabilitatis: imò posset plures species angelorum supra eas, quas creauit, producere, & multa communicabilia cõmunicare tam in naturalibus, quàm in gratuitis, quæ nusquam communicat: nec idcirco est inuidus, qa ex irreprehensibili censura suæ fontanę prorsusque infinitæ sapientiæ hoc omittit. ¶Rationes demum, per quas Bonauentura probat impossibilitatem æternitatis mundi, & quod creatura non quiuit ab æterno creari: virtualiter, imò quasi formaliter sunt inductæ.

Albertus sibijpsi videtur contrarius.

Richard.

¶Porrò Richardus multipliciter probat hoc: Primò sic, si mundum ab æterno produxit, produxit eum in aliquo instanti, ante quod non fuit aliud instans: sicq; duratio mundi incepit ab illo instanti, & à parte ante terminata fuit ad illud: non ergo ab æterno durauit. ¶Præterea si mundus ab æterno creatus fuisset, infiniti iã dies præteriissent. sed Deus non potuit facere aliquid præteritum, nisi fuisset futurum: impossibile ergo fuit, quod faceret infinitos dies præteriti in accepto esse, nisi fuissent infiniti dies futuri in accepto esse. infiniti autem dies futuri, non poterant produci in accepto esse, sed solum in accipiendo esse, aut fieri. aliàs non fuissent infiniti, sed finiti & terminati. Rursus, sicut creatio est à non ente in ens, sic annihilatio est de ente in non ens. Quemadmodum ergo annihilatio, & perpetua duratio à parte post, non stant simul, ita nec creatio & infinita duratio à parte ante. Amplius, si Deus mundum ab æterno creasset, non potuisset eum nõ creare, quia nec ante, quia non fuit ante: nec tunc quando creauit, quia (ut primo perihermenias dicitur) esse quando est, necesse est esse: nec postea: quia quod factum est, non potest non factum esse. Item si Deus potuit mundũ istum ab æterno creasse, pari ratione, & unum equum, unamque equam mox generare potentes: & quod generatio ab illis contiuuata esset, usque in præsens, sicque inter equum ante, quem alter non fuit, & equum nunc generatum, fuisset equi infiniti. quod omnino impossibile est, eo quod inter duos terminos signatos non valeat esse infinita successio, nec multitudo infinita. Hæc Richardus.

Deus non potuit facere aliqd præteritũ, nisi fuisset futurum.

¶Cuius vltima ratio fortior videtur de homine. si enim potuit Deus mundum ab æterno creasse, eadem ratione, & duo indiuidua speciei humanæ, à quibus infiniti homines essent progeniti. ex quo sequeretur non solum inconueniens iam prætactum, sed etiam quod essent infinitæ animæ rationales nunc à corporibus separatæ.

Henricus.

¶At verò quamuis Henricus in quodlibetis suis pauca induxerit argumenta ad istud probandũ, in Sũma tamen plura inducit robusta (ut apparet) motiua, quæ etiã tangit Petrus de Candia, & alij quidã. Aliqua tamẽ illorum sunt introducta. Henricus itaque, & Aureolus, ac alij quidam, duodecim rationes potiores adducunt: Vna, quod Deus nõ potuisset mundum nõ produxisse, si ab æterno produxisset eundẽ. quæ ratio est inducta. Secunda est de annihilatione, & creatione, sicut præhabitum est. Tertia est, quia de ratione creaturæ est ut non esse præcesserit eius esse: aut ergo tempore, quo concesso, habetur propositum, quod scilicet non extitit ab æterno: aut natura, sed contra quæcunq; sunt priùs solum natura, possunt simul sine repugnantia esse in tempore. Si cq; non esse creaturæ, & esse eius simul essent, ita quod creatura simul esset, & non esset. Quarta est, quia si creatura fuisset facta ab æterno, & hoc per creationem, factum esset hoc in instãti. & sic inter illud instans, & nunc, quod est iam præsens, fuisset infinita distantia. sicq; inter duos terminos finitos, fuisset infinita distãtia. Hæc quoq; ratio satis prętacta est. Quinta est, quandocunq; duæ distantiæ sunt æquales, nõ videtur cur vnum mobile motum versus unum extremum illius distãtiæ posset transire illam distantiam, q̃ si moueatur econtrario retrorsum. Si ergo Deus creasset aliq̃ creatũrã, illa necessariò durasset per tps infinitum: & si interim mota fuisset, per transisset spatiũ infinitum in rectũ. Si ergo rursus moueatur per spatiũ idẽ retrorsum, quæro an vnq̃ interueniet terminum, an non: si inueniet, non est spatiũ infinitum: si non inueniet, hoc dici non potest, cũ sit æqualis distantia. ergo sicut peruenit ad terminum istum, ita pertransibit tãdem totũ spatium illud econtrariò. Sexta, si mũdus potuit fieri ab æterno, potuit euacuari diuisio continui. fuissent etenim dies infiniti, in quorum quolibet poterat cõpleri vna diuisio. & sic factæ essent in illo cõtinuo infinitæ diuisiones. staret ergo diuisio. vel igitur staret in partes diuisibiles, & sic non esset cõpleta: aut in partes indiuisibiles, & sic continuum ex indiuisibilibus esset compositũ. Septima, si Deus potuisset mundũ producere ab æterno, potuisset se facere non omnipotentem, qa non potuisset mundũ destruere, seu etiam lapidem vnum, nisi expectãdo per tẽpus infinitum. Non enim potuisset eũ destruere ab æterno in illo instanti, in quo eum produxit: quia si sic, contradictoria fuissent simul vera. ergo in alio instanti, aut tempore. Sed inter instans illud æternitatis, & quodlibet instans, sequens est infinita distantia: ergo oportuisset Deum tam diu tardare. Octaua, si Deus fecisset mundum ab æterno, aut ergo fuisset dies, aut nox: si dies, ergo ille fuisset primus dies. nõ igitur inter ipsum, & inter diem istum fuissent infiniti dies, nec tẽpus etiam infinitũ. si dicatur, ꝓ non fuisset primus dies, ergo mundus non fuit ab æterno. Nona, si Deus fecit cælum, & luminaria eius ab æterno, aut ergo fecit solem super terram, vel sub terra. Si super terram, ergo sol fecit aliquẽ diem, & ille fuisset primus dies, & à principio Dei illius, usq; diem sequentem fuisset tempus finitũ: ergo interim non fluxit tempus infinitum. Decima, si produxisset mundum ab æterno, contingens esse fuisset necessarium esse: quia non potuisset annihilari, nec destrui, nisi post tempus infinitũ, vt patet ex dictis. Vndecima, si mundum, cælum, & solem fecit ab æterno, ergo solem fecit in aliquo situ cœli, & ex illo cœpit moueri, non igitur ab æterno motus est. Duodecima, si creatura potuit fieri ab æterno, potuit Deus ab æterno creare mulierẽ prægnantem, eamq; dimittere communi cursui. ergo post nouem menses peperisset, ergo à partu eius vsque in præsens non fuit nisi tempus finitum, & ante non erant nisi nouem menses, qui etiam sunt tẽpus finitum. ergo totum tempus fuit finitum. ¶Consimilia multa possunt induci, qa potuisset Deus ab æterno producere virum, & mulierẽ, q̃ non potuissent generare nisi post tẽpus infinitum, & sic vellent nollent, per tempus infinitum continuissent, atq; per infinitum tempus, vixissent, & conseruati fuissent antequam genuissent: quod non fuissent naturale, nec à philosopho concedẽdũ. Consequentia tamẽ probatur, quia quicũq; generaretur post hoc, videlicet post creationem ipsorum, in alio instanti temporis generaretur: sed à quocunq; tempore, seu in instanti temporis post æternitatem signato, est infinita versus æternitatem distantia. Has rationes breuiter tango, quas quidam prolixè deducunt.

I duodecim rationes, probantes mundum ab æterno non fuisse, productũ.

4

5

¶Nunc restat videre, quid inter hæc probabiliùs videtur: & quãtum capere queo, apparet quod sanctus Thomas de hac materia veriùs scripsit. rationes etiam aliter sentientium rationabiliter soluit, quamuis non omnes: quoniam quasdam non tãgit. Petrus quoq; de Candia, magis vr̃ positioni Thomę fauere. Verunt tã solutiones quas aliq̃ ponunt ad alterius opinionis obiecta, non videnẽt idoneę. itaq; de hac materia sub correctione loquẽdo, vr̃ ꝓ absolutè loquendo iuxta sensum præhabitũ, nõ sit impossibile mundum esse ab æterno creatum. Cumq; objiciẽt, ꝓ stãte tali positione adhuc fuisset ordo rerũ à Deo, & prima indiuidua rerum generabiliũ, q̃ non nisi ex cõmixtione maris, ac fœminę, gñantur, fuissent creata: fuisset quoq; & primus dies, & creatio prima: sicq; fuissent infinitæ reuolutiones infiniti dies, & noctes, infinita indiuidua, inter duos terminos certos, & assignatos. Ad quæ oĩa videretur dicendũ, ꝓ mundus, motusq; cæli, tẽpus, species rerũ, & indiuidua prima earũ, habuerunt esse suum à Deo, & ita per comparationẽ eorum ad primã causam efficientẽ, & creatorẽ, fuit primum in eis, & indiuidua prima, primusq; motus, & gñatio prima. Attã ascendẽdo nunq̃ venireẽ ad primũ, seu prima illa: qm̃ inter primũ instans instantaneæ prodũctionis, seu cretionis eorum, & horã hanc, infinitum tẽpus effluxit, & inter tales duos terminos, q̃ infinita distantia distãt ab inuicẽ, non est mirum, neq; absurdũ, esse intermedia infinita. Nã q̃uis in illis fuerit primum per cõparationẽ ad causam efficientẽ, non tã quantũ ad tpalem inceptionẽ, seu quo ad inceptonem in tpe, quia simul cum tpe, & ab æterno essent producta. Nec sic ponẽdo, oporteret dicere prout aliq̃ dicunt, ꝓ prima illa indiuidua fuissent infinito tpe conseruata à Deo, anteq̃ genuissent, infinitoq; tpe cõtinuissent, & expectassent tpe infinito, anteq̃ genuissent: nec rõ naturalis hoc dictat, nec Aristoteles id putauit. Sed genuissent tpe determinato, put eis conuenisset, siue post diẽ siue post annũ se cognoscendo, & naturali ordine pariendo. Cũq; objiciẽt, ꝓ totum tps ab hora hac vsq; ad tẽpus illius cõmixtionis, seu parturitionis est finitũ: Rñderetur, ꝓ totum tps simul sumptũ, est infinitum, quælibet verò eius pars, ſm se fuit finita. Oẽs verò simul acceptæ, sunt infinitæ: nec ascendendo esset deuenire ad tps illius primæ commixtionis. neq; ad reuolutionẽ cęli secundã, aut tertiã: qa nec fuit prima neq; secũdã, aut tertia, quo ad tpalem inceptionẽ: imò ante unãquãq; tpalem & diuinã reuolutionem, gñationẽ, seu pteritionẽ in tpe assignabilẽ, innumerabiles, ac infinitæ fuerunt. nec quãtũ ad hoc fuit per se, & necessariò ordo, seu ordinatio inter ipsas, sed mera infinitas, videlicet quo ad tpalẽ fluxũ, cursum, successionẽ, atq; durationẽ: qm̃ infinitè durasset hic rerũ cursus. Et istud puto fuisse de mẽte Philosophi, q̃ de ista materia prę cęteris philosophis rõnabiliùs vr̃ esse loquutus. Porrò in horũ cõsideratione oportet imaginando imaginationem transcẽdere, aliter quoq; loq̃ de tpe toto, & de singulis qbusq; partibus eius. nec ex his seq̃tur, ꝓ Deus de necessitate pduxit mundũ: imò potuit mundũ non creare in illo instãti, quo eũ creauit: qm̃ liberè fecit hoc. Nec seq̃tur ꝓ simul potuit mundũs creari, & nõ creari. qm̃ vnaq̃q; propositip illa p se sumpta, põt poni in esse, nõ ambæ simul. quẽadmodũ Deus, ab æterno pdestinauit electos, psciuit, reprobauitq; reprobos, nõ de necessitate, sed liberè. Sic. n. & simul stãt inuariabilis pscientia Dei, & rerũ contingentia, ac libertas.

Impossibile est mundum creatum esse ab æterno.

Ad obiecta respõsio

Alia obiectio, & responsio.

¶Præterea inter argumẽta, q̃ fiunt, difficultatẽ inducit, quod de infinitate rõnaliũ aiarũ separatarum: objiciẽt: ad quod diuersimodè rñderunt, & ipsemet Aristoteles in ista materia pp eius difficultatẽ, argumentorũq; vim, q̃ pro utraq; parte fiunt, fluctuasse vr̃, quẽadmodũ, & Henricus testat, & ex verbis Philosophi, q̃ scripsit hinc inde perpẽdit. Nihilominus

dato

¶Porrò Vdalricus in Summa sua libro quarto, sicut iã patuit, contestatur, quòd ſm Platonem materia quoq; à summo bono creata est. & quo ad hoc, pôt Deus veraciter dici creator mũdi, videlicet quo ad primordialẽ vniuersorum, atq; ipsius materiẽ, productionem ex nihilo, sicut ostensum est. Vt autem sanctus Ambrosius positionẽ Platonis superficialiter, & recitatiuè inducere, prout suo tpe forsan cõmuniter ferebatur, sicque multi sequuti sunt eum.

¶Præterea q̃rit, An verũ sit, quod Hexamerõ (.i.ĩ li. de opibus sex dierũ) ait Ambrosius, ꝙ Plato dixit mũdũ nõ ſp fuisse, sed ſemp fore. ¶Ad quod rndet Albertus: Socrates, & Plato dixerunt mũdũ istũ inferiorẽ, videlicet gñabilium, corruptibiliũq; vniuersitatẽ, sæpè incipere, ac frequẽter desinere: quã opinionẽ refert Gregorius Nysenus in lib. suo de hoie. Dicebãt qppe circulũ cælestẽ suo motu esse causam oĩum motũ inferiorũ. Ideoq; quotiescũq; vterq; circulus cælestis, videlicet aplanes, & planes. i. sphæra nona, & sphęra stellata, seu octaua, in eandẽ redit figurã imaginũ, & positionis stellarũ, incipit nouus mundus, q̃ oĩa etiã numero eadẽ cũ præcedenti cõtinet mũdo: ita ꝙ in mũdo nouo idẽ Socrates idẽq; Plato redibunt, cũ eisdẽ socijs, atq; discipulis, eadẽ pertractantes, q̃ olim in priori seculo tractauerunt: qm̃ eadẽ causa eodẽ modo se habens, facit idẽ: quã reuolutionẽ Calcidius in ꝓmento super Platonẽ, in qbuslibet quindecim millis annis fieri dixit. Epicurꝰ verò, & Democritus dixerunt hoc fieri in vigintiseptẽ millibus annis, & vtrũq; sine rõne est dictũ. Ptolemæus nãq; in Almagesti demonstrauit, ꝙ stellæ fixæ super polos orbis signorũ, q̃ est motus planes. i. cæli stellati, nõ mouent in centum annis nisi gradu vno, & in eodẽ tpis spatio mouent auges planetarũ. & hoc ſm diuisionẽ circuli in trecentos quadraginta, non cõplet nisi in 36. millibus annis, in qbus, ſm veram rõnẽ astronomicã cõpletur magnus annus. Nec tn̄ probatum est, ꝙ in tota illa reuolutione imagines reuertant̃ in easdem figuras, nec ꝙ respectus planetarũ, seu radiationes eorum ad figuras reuertant̃ easdẽ. Radiationes nãq; tã stellarũ, q̃ planetarum, fiunt ſm descriptionẽ polygonij in circulo. estq; demonstratũ in geometria libro 4. ꝙ si polygonij descripti in circulo anguli in infinitũ multiplicẽtur, ꝙ polygoniũ illud nec ad quantitatẽ, nec ad circuli figurã deueniet. Certũ est aũt ꝙ figura radiationũ cælestis circuli mouet inferiorẽ naturã, ad gñationẽ, & corruptionẽ: sicq; secunda circulatio non erit eadẽ, eo modo se habẽs cum prima. Hinc radix positionis illius est falsa: ꝓp quod totũ, quod ei innitit, erroneũ est. Præterea Aristoteles 2. de gñatione probauit, ꝙ q̃cunq; habent substantiã corruptibilẽ motã, nõ reiterantur eadẽ numero. Constat verò ꝙ primę circulationis indiuidua habuerunt corruptibilẽ substantiam motã: idcirco non redeunt eadẽ numero, nec redibit idem Socrates, idẽq; Plato, cũ eisdem amicis eadẽ pertractãtes. Atn̄ Socrates, & Plato ita dixerunt, ꝙ dij, quorũ uitæ tempus longũ est, in vna circulatione discunt qd in secunda ꝑdicere debent. Dixerunt quoq; ꝙ mundus taliũ circulationũ successione in infinito tpe stetit, & stabit sine fine. Et mirũ, ꝙ tanti uiri dixerunt hæc. Etiã Ptolemæo in quadripartito, capitulo 10. edocente, per probationẽ efficacẽ didicimus, ꝙ virtutes astrorũ, nõ deueniũt ad inferiora, nisi per aliud, atq; per accidens. Per aliud, q̃ a per virtutes elementorũ: per accidens, qm̃ per virtutes, q̃ in materia sunt. Sicq; sola astra non sunt causa oĩs mutationis, q̃ in inferioribus fit, sed ẽt dispositiones materiæ inferioris propter qd̃ in cẽtilogio asserit Ptolemæus: Sapiẽs dñabit astris. & Haly dat in cõmento exemplũ, ꝙ si corpora cælestia scintillant ad quartanas, atq; ad melãcholiã, sapiẽs medicus corpora disponet ad sanguinẽ, & non inducent quartanę. Mesohallat quoq; ait in lib. de sphæra mota, ꝙ sapiẽs hõ circulum mutat cælestẽ, sicut mutatur terra aratione, & seminatione. Philosophus etiã in lib. de somno & vigilia protestat, ꝙ in talibus est sicut circa principẽ de cõsilio procerũ, ac familiarium secretorũ, q̃ frequẽter mutant consilia procerũ. Hinc nil valet positio illa, nec solũ theologicę ueritati, sed ẽt demonstrationi tam astronomicæ, q̃ geometricę, ac naturalis scientię ꝓriatur, & irrefragabiliter reprobatur. Ideo mirum, ꝙ à tantis viris hoc potuit æstimari. Hæc Albertus.

¶Ex qbus ostenditur, ꝙ ſm Platonem, & Socratẽ mundus extitit ab æterno, & in æternũ durabit. Vnde & 5. de consolatione philosophiæ profert Boethius: Non rectè quidã, dum audiunt uisum. Platoni, mundũ nõ habuisse initium tpis, nec habiturum defectum, conditori conditum mundũ putant fieri coæternum. Aliud. n. est in terminabilem duci uitã, quod mundo tribuit Plato: aliud, interminabilis uitæ totum simul complexum esse præsciẽtiam, quod diuinæ mentis est proprium. Hæc Boethius.

¶Verũ his obijci pôt, ꝙ ſm Ambrosium Plato ꝑhibuit mundũ nõ ſemp fuisse, quod ẽt ex primo Timæi probat, quo legit: Oẽ visibile, corporeũq; motu importuno fluctuãs, neq; unq̃ q̃escens ex inordinata iactatione redegit in ordinẽ, sciens ordinatorũ formã confusis, inordinatisq; prętare. i. prętantiorẽ existere. Vbi & Plato ꝓsequit mundi, & eorũ, quæ in mũdo sunt productionem ordine quodã & quasi ꝑ interualla cõpletam. ¶Dicẽdũ, ꝙ nec verba Platonis, nec dicta aliorum de positione Platonis, queunt faciliter cõcordari. Superiùs qppe inducta sunt multa ex Proclo, ex qbus consequit mundũ ab æterno fuisse. atq; ex recitatione Alberti habet ꝙ cęlestiũ circulationũ vicissitudo, seu alternatio durauit, absq; initio, & fine termino ꝑdurabit. Dicit quoque Albertꝰ, ꝙ ſm Platonẽ aĩæ ab æterno sunt simul creatæ, & ſm eundẽ exemplaria extra mentẽ diuinã existentia ab æterno ꝓducta sunt. Introducta sunt etiã aliqua in oppositũ militantia, sicut iã patuit. Vnde & Albertus testatur, ꝙ ſm Platonẽ motus cælestis nõ durauit sine initio. & rursus: Solus, inq̃t, Plato generat tempus. Deniq; Aristoteles 3. cæli & mũdi, disseruit potuisse Platonem, ꝙ res ab æterno mouebantur motu inordinato in chaos cõfuso, & postea in ordinẽ sunt à Deo redactæ, sicut & Thomas refert in Scripto. Pro quorũ cõcordia posset forsan quis dicere, sicut & Augustinus ait de Moyse, ꝙ q̃uis videatur sensisse res primo creatas in quadã inordinata, & confusa materia, deinde per interualla dierũ redactas in ordinẽ: nihilominus sensit omnia simul esse creata distinctè, atq; ornatè, quãtũ ad ea, quæ ad decorem, & ordinem pertinent uniuersi, ẽt quantum ad indiuidua prima. Ita & Plato intendit, ꝙ realiter ab æterno simul distinctè producta sunt, quamuis prætacto modo loquatur ex certis causis. Nam & modum loquendi habuit ænigmaticum, & obscurum. Nec inconueniens forsitan esset, si concedatur Plato, de hac re in diuersis suis tractatibus diuersimodè opinatus, quod & doctoribus catholicis aliquando noscitur in quibusdam materijs cõtigisse. ¶Veruntamen quod de præfata circulatione refert Albertus, Plato utiq; censetur sensisse, cum Augustinus in libro de ciuitate Dei hoc fateatur, ita quòd infinita secula, seu periodi generationum

Alberti responsio.

Gregorius Nysenus.

Calcidij somnium.

Ptolomęus.

Habentes substantiã corruptibilem motam, non reiterãtur eadem numero.

Haly.

Mesohallat.

Positio Socratis, & Platonis, reprobatur.

Boethius, Prosa. 6.

Obiectio.

Respõsio.

Aristot.

præcesserunt hunc mundum ſm Platonem: quod & alij quidam senserunt, eo, ꝙ Salomon in Ecclesiaste loquutus sit: Quid est, quod fuit? ipsum, quod futurum est? Quid est, quod factum est? ipsum, quod faciendum est. Nihil sub sole nouum, nec ualet quisquã dicere, ecce hoc recens est. Iam. n. præcessit in seculis, quæ fuerunt ante nos. Et forsitan ex his uerbis Plato suæ sumpsit opinionis radicem. Siquidem libros ueteris testamenti creditur Plato legisse, prout hæc opportunioribus locis diffusius referentur.

¶Præterea quæritur, qũo uerum sit, quod Magister ait in litera Aristotelem posuisse duo principia rerum, videlicet materiam, & speciem. i. formã substantialem, & tertium addidisse, quod operatorium appellauit. Nempè ſm Aristotelẽ sunt quatuor causæ rerum, ergo, & quatuor principia, cum causa, & principium idem sint.

¶Secundò, multæ sunt res, in quibus nõ est materia, ut substantiæ separatæ.

¶Tertiò, quia philosophus primo Physicorũ ponit tria naturalium rerum principia, utpote materiam formam, & priuationem: quibus si addatur principium operatorium, erunt principia quatuor.

¶Querit quoq; q̃d vocet operatoriũ principiũ.

¶Circa hęc scribit Bonauent. Aristot. posuit duo intrinseca principia, utpote materiam, & formam.

¶Tertium verò principium extrinsecum effectiuum, quod potissimè dixit Deum. Priuatio verò nõ differt a materia, vel a forma. Siue. n. priuatio nominet appetitum formæ cum eius carentia, siue essentiam formæ prout est potentialiter in materia, non differt realiter ab his duobus. Appetitus. n. ad materiam reducit, nec aliud est ab ea: essentia verò formæ, ad speciem: per operatoriũ uerò principiũ, accipit. primã causam, seu primũ motorẽ. Hęc Bonauẽt.

¶Albertus quoq; Secundum Aristotelem, inquit, duo sunt principia entis compositi, tria uerò sunt principia motus, & rei mobilis: q̃a materia ſm se sine priuatione non subijcitur mutationi. Patet itẽ, ꝙ duo sunt numero, s. materia, & forma: tria uerò ſm rõnẽ, q̃a priuatio nil numero addit supꝑ materiam, quod sit actu ens, nisi rõnẽ informitatis formabilis.

QVAESTIO VI.

SExtò principaliter querit, *An tantum sit vnus mũdus.* ¶Vt ꝙ non, quia ad excellentiam Dei ꝑtinere vt, ut hẽat plura regna. cũ igit mũdus sit quasi regnum, ac regio Dei, vt ꝙ plures sunt mundi.

¶Secundò, Omnipotentia Dei innumerabilium est ꝓductiua mundorum, ergo nõ decet eam unius mundi productione esse contentam.

¶Tertiò, Christus asseruit: Regnum meum non est de hoc mundo.

¶In oppositum est scriptura, doctrina quoq; Aristotelis, ac Platonis. Nam, & mundi nomine uniuersitas rerum accipitur.

¶Circa hoc loquitur Alexander: Aliter sumitur unum, dum dr, sensibilis mundus est unus: & cum dr, vnumquodq; creatum est unum, Mundus. n. sensibilis ſm rõnem vniuersi. i. inquantum uocatur vniuersum, ab unitate nomen accepit, quemadmodũ asserit Augustinus contra Manichæos. Hæc autem est vnitas multitudinis ordinatæ ad maximè unũ, multitudinis inquam habentis completionem in partibus. De hac vnitate loquitur Augustinus in lib. præfato. Tanta est uis, atq; potentia integritatis, ac unitatis, ut quæ multa sunt bona, ampliùs placeant, in uniuersum aliquod conueniunt, atque concurrunt, ſm illud in Genesi: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Rectè igit dr, ꝙ mundo archetypo tanquam vni exemplari perfectio, correspondet mundus sensibilis tanquam unum exemplatum completum. Et sumitur mundus sensibilis largè, ꝓut continet in se etiã spirituales substantias. Vnde si aliæ res crearentur, aut fierent, ad mundum sensibilem pertinerent. Aliter verò dr vnum de unoquoq; creato, quia non dicit rõnem omnino perfecti in conditione, seu in rõne entis creati. Cũ itaq; mundus dicat quid totale, vniuersum, perfectum, optimè ordinatum ad suum productiuum principium, non est nisi unus. Hæc Alexander.

¶Gulielmus Parrhisiensis in 1. lib. de uniuerso: Aggrediar, inquit, inuestigare de unitate uniuersi, & ꝙ mundus sit unus. Dico ergo, quod oẽ totum est unum, vt patet ex rõne, & nomine eius. Totum namq;, & pars relatiuè dicunt adinuicem. & totum uerissimè diffinitur esse quid adunatum ex partibus. Aggregatio autem, & adunatio non est, nisi vnitio partis, & partis partiumve adinuicem: quæ rursus vnitio, unitas est totius. Sic quoq; interdum sumit omne, ut cum in 1. Timæi loquitur Plato: Dicendum cur conditor, genitorq; uniuersi oẽ hoc i. totum uniuersum instituendum putauerit. Quemadmodum ergo cum in unoquoq; dr totum, nihil extra relinquitur, quod pars illius posit uocari: ita cũ mundus, seu vniuersum dr totum, omnis in eo creatura includit. sicut qui dicit vniuersitatem aĩalium, omne animal cõprehendit nullo relicto. Nec prohibet hoc contrarietas aliquorum. Ideo sicut dici pôt vniuersitas coloratorum, seu totalitas hominum, quamuis quædam sint alba, q̃dam nigra, & quidam hoies sint iusti, & sani, q̃dam iniusti, & ægri: sic vniuersitas bonorũ, & malorum pariter collectorum, uniuersitas una est, non obstante contrarietate, quæ est inter bona, ac mala. ¶Ampliùs, uniuersitas (ut patet ex nominatione ipsius) non est nisi in unum uersa multitudo. Non aũt est uersa in unum, nisi collectione, & adunatione in unum, quod tota illa multitudo cõicat siue participat, Sic & uniuersitas entium nuncupatur tota multitudo, atq; cõitas rerũ, q̃ sub vno esse, quod participat, adunat̃, atq; colligit.

¶Præterea sicut nõ capit intellectus duo omnia, ita nec duo tota, seu vniuersa simpliciter: imò si talia essent duo, nullum eorum esset totum, aut uniuersum. Itaque uniuersum, seu mundus, vnum est opus, unnm artificium, unaq; fabrica creatoris, sicut etiam ipse unus est, & unum principium, unusq; fons uniuersalis emanationis. Nec. n. aliud est mundus: quàm redundantia quædam primi, & uniuersalis fontis totius bonitatis, & artificium artis, ac sapientiæ eius: quod euidenter ostendit decor, & mirificentia non solum uniuersitatis totius, verum etiã operum singulorum, quorum inuestigationi, & admirationi nec eruditissimorum, & subtilissimorũ virorum sufficit intellectus.

¶Mundus itaq; est quasi scriptum verbum, quo Deus loquitur semetipsum, nõ tn̄ locutione perfecta, cũ infinite defficiat a repntatione plenaria oĩpotentiæ, sapientiæ, & gloriæ suæ, sed ꝓut capere potuit. Verbũ uerò æternum est ꝑfecta, ac plena ꝑris imago, quo plenè oĩno se exprimit. Est quoq; vniuersum hoc quasi scriptura, & liber corã positus, in quo rõnalis creatura addiscat, ac videat sui magnificentiã, & eminẽtiã creatoris. Vn̄ cõstat, ꝙ totũ ordinet, & cõgreget, unumq; sit ꝑ cõparationẽ ad ipm.

¶Porro philosophi q̃ dixerũt mũdũ esse domũ, seu ciuitatẽ, habitaculũq; deorũ, ac hoĩum, cõ irrõnabiliter sunt locuti, nisi, ꝙ nomine deitatis abusi sunt,

Eccle. 1.

Veteris testamẽti libros creditur Plato legisse.

Gulielmus

Bonauent.

Albertus.

Ioan. 18.

In oppositum.

Alexand.

Mundus ab unitate nomen accepit.

Genes. 1.

Vniuersitatis etymologiam.

Mundus quid sit.

Philosophorũ opinio de mũdo.

q̃ non nisi uni summo, ac primo vniuersorum principio conuenit. ¶Deniq;, ideo dixerũt mundũ esse habitationẽ deorũ, & hominũ, non animaliũ irrationaliũ: qm̃ illa ad hominum vtilitatem sunt facta, sicq; nihil iuris, aut possessionis conuenit eis in mũdo. Nec obstat, quòd quædam sunt spiritualia, & immaterialia, alia verò corporalia, cum omnia inuicem sint connexa, atq; coordinata a summo usq; ad infimum. Nam, & ipse homo quamuis ex spirituali, & corporali substantia constet; attamen vnus est, & vnum suppositũ. Hęc Gulielmus, qui libro prętacto disputationem istã prolixè prosequitur, probando non esse mundum extra vltimam sphæram vniuersi istius, nec esse regionem tenebrarum extra hunc mundum, prout Manichęi finxerunt, sicut in libro illo poteris inuenire.

Albertus. ¶Insuper Albertus non in Scripto secundi, sed libro suo de homine, ad hoc respondet quæsitum: Mundum, inquiens, dicimus esse vnum, nõ multos, ut qdã dixerunt hæretici, quorũ sectę quadripartitę: Quidam, n. dixerunt infinitos esse mundos p successionem, quorũ auctor fuit Empedocles, dicens, q̃ completo uno motu cœli ſm motum orbis decliuis, omnia reuertuntur in primã materiam: incipiente alio motu cœli, regnãt alia numero eadẽ, & incipit alius mundus inferior: completurq; motus ille cœli ſm fixarũ motus stellarũ ab oriente in occidentẽ, quo motu mouentur planetæ proprio motu, completur inquam in triginta sex millibus annis, & uocant hoc spatium magnum annũ. Alia secta dixit, quòd sunt mundi infiniti, uno extra alium existente, quẽ reprobauit Philosophus primo cœli, & mundi. Tertia Manichęorũ, ponentium regionẽ lucis, regionemq; tenebrarũ in mundis duobus, vt legitur in epistola Manichæi, quã nominat fundamentũ, qui error reprobatus est supra. Quarta est Iudæorum, qui dogmatizant aliũ mundum futurũ post istum, in quo ipsi in aurea, & gemmata Ierusalem existentes, clienticulos habebunt gentiũ reges, & reginas nutrices: nõ quòd mundus ille erit extra hunc mundũ, sed quod erit vita beata, porro mũdũ esse unũ probauit Philosophus. qm̃ est ex tota sua materia: & rursus, qm̃ omnia corpora, seu leuia mouentur ad unũ locũ determinatum. Sicq; omnia grauia, naturaliter mouentur ad centrũ terræ istius, & alibi uiolentur detinerentur, quod ordini rerum naturali non conuenit: nec semper duraret, cum nullum uiolentum perpetuum. Hęc Albertus.

Empedoclis opinio hęretica.

Alia opinio.

Tertia.

Quarta.

Thomas. ¶Ampliùs, Thomas in prima parte Sũmæ, qõne 47. Vnitatem, inquit, mundi manifestat ordo in rebus creatis existens. Mundus quippè hic dr̃ unus vnitate ordinis ſm quod quędam ad alia ordinatur. Quæcunq; verò a Deo sunt, ordinem habent ad inuicem, atq; ad Deum, sicut ostensum est, & ordo entium indicat. Vnde Philosophus contestatur, quòd uniuersum refertur, & comparat̃ ad Deũ, sicut exercitus ad militię principẽ. Hic oportet ut oia ad unũ pertineant mundum. Ideo illi poterant plures ponere mundos, qui causam mundi nõ posuerunt aliquam sapientiã ordinantẽ, sed causam: sicut Democritus, q̃ dixit, ex concursu atomorũ factũ esse hunc mundũ, & alios infinitos. Itaq; ratio cur mundus est unus, est: qm̃ oportet omnia esse ordinata ordine uno, & ad unum. Hinc 11. Metaphysicæ, ex unitate ordinis existentis in rebus, cõcludit Philosophus unitatem Dei gubernantis: & Plato ex unitate exemplaris probat unitatem mundi quasi exemplari. Si aũt obiciatur, quòd meliùs esset esse plures mũdos, & natura facit, quod melius est: respondendum, q̃ nullum agens intendit pluralitatem materialẽ, vt finem; qm̃ materialis multitudo non habet terminum certum: sed de se tendit in infinitum, quod rõni finis repugnat. ¶Porro plures mundos esse meliores, q̃ unum, esset secundum multitudinem materialẽ: & tale melius non est de intentione Dei agentis. Nam eadem rõne, si fecisset duos, dici posset meliùs esse si fecisset tres, & ita in infinitũ. Hęc Thom.

Ratio cur vnus sit mundus.

Obiectio.

¶Idem Vdalricus in Summa sua libro 4.

¶Ad primum igitur respondendum, q̃ unum solẽ regem, & monarcham altissimum, decuit unum habere regnum totale, & unam duntaxat monarchiã imperialẽ, in qua cuncta a se procedentia, atq; ad se iure creationis spectantia, continerentur. Hinc ex conuenientia regiminis uniuersi, & decore ordinis, gubernationisq; omnium, Aristoteles 12. atque 11. primæ philosophiæ probauit vnitatem principis summi omnibus præsidentis, vnitatem quoque uniuersi gubernari per ipsum: Entia, inquiens, nolunt male disponi, Pluralitas principum mala, unus igitur principes. ¶Ad secundũ, q̃ Deus omnia operatur secundum censuram, & ordinẽ sapientię suæ, non secundum extremitatem suæ potentiæ. Idcirco, ut ait scriptura, In numero, pondere, & mensura constituit vniuersa. ¶Ad tertium, quòd saluator in verbis illis per mundum intellexit homines impios, reprobos, & mundanos. Sicque in euangelio, præsertim sancti Iohannis, mundum frequenter accipitur iuxta quod asserit Christus: Non pro mundo rogo.

Ad 1.

Ad 2.

Sapi. 11.

Ad 3.

Ioan. 17.

¶Postremo, de unitate mundi Plato, & (ut verbis utar beati Ambrosij) disertissimus Plato, qui ut sanctus loquitur Augustinus libro de ciuitate Dei, Aristotelem longè uicit eloquio, ait in primo Timæi: Nunc considerandum, utrum rectè mundum dixerimus vnũ, an plures dici oporteat, innumerabiles quoq;, unum planè: quoniam iuxta unũ exemplar formatus est: Id namque, quod vniuersa continet intelligibilia, cum alio secundum esse non poterat. ut ergo exemplari, cuius imitationem æmulabatur, assimilaretur etiam numero, idest, principio numeri, utpote unitate, similis esset: idcirco nec duo, neq; inumerabiles, a Deo est factus. Hæc Plato.

Platonis opinio de mundi vnitate.

¶De erroribus denumphilosophorum quorundam scribit in Hexameron suo Ambrosius: De mũdo, dicens, non mediocris inter illos quęstio est. Pythagoras enim unum asserit mundum, alij innumerabiles, ut opinatur Democritus. Alij mundum æstimant esse Deum, ita, quod ei mens insit diuina. Alij partes eius, alij utrunq;. Hinc diuino spiritu præuentus sanctus Moyses, in exordio sui sermonis hos hominum excludens errores: In principio, ait, creauit Deus cœlum, & terram.

Ambros.

Genes. 1.

¶Deniq;, circa hæc aliqui quærunt, An soli Deo conueniant res ipsas producere, & utrum Deus in omni operatione causę creaturæ, ac secundę, immediatè, ac principaliter operetur. De quibus pertranseo, quia iam super primum discussæ sunt. Quidam verò hinc quærunt, An Deo conueniat creata conseruare in esse, & quid sit conseruatio ista, atq; an a creatione realiter distinguatur.

QVAESTIO VII.

An Deus cuncta cõseruet.

Septimò ergo principaliter quæritur, *An Deus cuncta conseruet, & quid sit conseruatio ista, videlicet, An sit actio, aut passio, vel idem quod ipsa creatio.* ¶Vr̃, q̃ non. Quædam, n. creata ſm Philosphũ 2. peri hermenias, nõ pñt non esse: & sicut in Metaphysica loquitur,

Henricus. loquit, habẽt necesse eẽ. ergo nõ indigẽt cõseruari.

¶Circa hoc scribit Henricus quodlibeto primo, 7. qõne: Actio, qua rei acquiritur esse, necessariò p̃cedit actionem, qua res conseruatur, quę continuat esse in posterũ. Hinc valde insipienter dicunt nõ nulli, q̃ Deus eadem actione res creat, atq; conseruat, quemadmodum Sol eadem actione lumen causat, & conseruat in medio. Si enim sol haberet esse a se, nec aliquo mõ ex sua natura conueniret ei nõ esse, & lucentia, seu diffusio lucis naturaliter ab ipso procedens, de natura sua non haberet esse põt non esse, quamquam eius conseruatio sit in continno fieri: non necesse esset præcedere aliquid fieri, quo primo esse reciperet. ideo ponendo solem ab æterno, & non habere de se non esse, necesse est ponere radium eius ab æterno non habentem esse post non esse, nisi intellectu: & forsan nec intellectu nisi, ponamus solem non necessitate naturæ, sed libera voluntate producere radium. Magnum quoq; inconueniens esse vr̃, q̃ esse creaturæ cum sit esse substantiale, ac permanens, sit semper in continuo fieri, q̃uis nõ posit nisi ad præsentiam suæ causæ manere. Vnde sicut videmus in generatione naturalium rerũ, q̃ agens particulare cum solum sit causa fieri rei, qa non habet in se rõnem speciei totius, causat per speciem suam simile sibi in materia: quo generato, cessat actio eius, nec illud conseruat in esse. Agens uero uniuersale habens in se rationem totius speciei, ut corpus cæleste, & eius motor, causa est fieri, & facti esse: cessanteq; fieri, conseruat rem in esse, ut sit alia generationis, conseruationisq; actio. Consequenter si agens uniuersale, primò per se, & immediatè similitudinem suam generaret, & generatam conseruaret, actio eius alia esset generandi, & conseruandi: & sicut tunc esset circa generatum, sic in proposito circa creatum. Hinc utriusq; actionis distinctionem tangens Augu. libro de immortalitate animæ, protestatur: Vis & natura incorporea, effectrix corporis uniuersi præsente potentia, tenet vniuersum. Non. n. fecit, atq; discessit, effectumq; deseruit. & effectiua uis illa uacare non potest, quin id, quod ab ea factum est, tueatur: & ea specie carere non sinat, qua est, quantũcunq; est. Quod. n. per se non est, si destitueretur eo, quo factum est, profecto non erit. Nec possumus dicere id, dum factum est, accepisse, ut seipso posit esse contentum, etiam si a conditore desereretur. Hæc Henricus.

Deus eadẽ actiõe res non creat, aut conseruat.

August.

Thomas. ¶At verò Thomas in Scripto secundi qõnes istas non mouet, sed in prima parte, qõne 104. de hac scribit materia, aliterq; sentire vr̃, q̃ doctor præfatus: Necesse est, inquiens, ſm fidem, & rationem, q̃ res conseruentur a Deo in esse. Conseruatur autem aliquid ab alio dupliciter. Primò, indirectè, & quasi p̃ accidens, ut is, qui remouet corrumpens uelut si qs puerum retrahat ne cadat in ignem. Sicq; Deus q̃dam conseruat in esse, non omnia: qm̃ quædam non habent corruptiua, quæ pro eorum conseruatione necesse sit remouere. Secundò, directè, & per se, ut dum id, quod conseruatur, dependet a conseruante, ita ut sine illo esse non queat. Sicq; cuncta creata indigent conseruatione diuina, sine qua nec ad momentum possent subsistere: imò mox in nihilum redigerentur, nisi uirtute operationis diuinæ conseruarentur in esse, ut ait Gregorius. quod sic perspici põt. Omnis effectus dependet a sua causa ſm quod est causa eius. Porro aliquid est causa alterius ſm fieri tantum, & non directè ſm esse ipsius, quod in artificialibus, & naturalibus ita est. Nam esse domus, consequitur formam eius; forma verò domus, est ordo, & compositio partium illius, quæ forma consequitur naturalem unitatem rerum quarũdam. Quæmadmodum enim cocus coquit cibum adhibendo naturalem uirtutem ignis actiuam, sic ædificator facit domum adhibendo cementum, lapides, ligna, quæ sunt susceptiua, & conseruatiua talis compositionis, ac ordinis. Hinc domus depẽdet ex naturis rerum illarum, sicut fieri' suum ex ædificatore: sic in naturalibus est considerandum. Si etenim duo aliqua eiusdem sint speciei, unum nõ potest per se esse causa formæ alterius, secundum quod est talis forma. Alioquin esset causa propriæ formæ, cũ eiusdem sint rationis. sed potest esse causa huius formę, ſm quod est in materia, idest, q̃ hæc materia acquirat hanc formam: & hoc est esse causam secundum fieri, ut cum homo generat hominem, ignis ignem. Hinc qũcunq; effectus naturalis est natus recipere impressionem agentis ſm eandem rationem, qua est in agente: tunc fieri effectus, ab agente dependet, non esse ipsius. Cum aũt effectus non est aptus recipere formam ſm rationem, qua est in agente, tale agens potest esse causa formæ ſm rationem formæ huiusmodi, & non solum secundum quod est in ista materia: & agens tale non solum est causa fiendi, sed & essendi. sicut ergo fieri rei non potest manere cessante actione agẽtis, sic esse effectus remanere non ualet cessante conseruatione eius, quod est causa effectus non solum ſm fieri, sed etiam ſm esse. Et ista est ratio, cur aqua calefacta retinet calorem actione ignis cessante, aer verò nec ad momentum manet illuminatus cessante actione solis: quia uidelicet materia aquæ susceptiua est caloris ignis, ſm eandem rationem, qua est in igne. unde si perfectè perducatur ad formam ignis, retinebit semper calorem: si autem imperfectè participet aliquid de natura ignis, calor nõ ſm per manebit in ea. Porro aer nullo modo natus est suscipere lumen secundum eandem rationem, qua est in sole, ut scilicet recipiat formam solis, quæ est principium luminis. Ideo qm̃ lumen non habet radicem in aere, mox cessat actionem solis subtracta. Sic autem se habet omnis creatura ad Deum, sicut aer ad solem illuminantem quemadmodum. n. sol est lucens per suam naturã, aer uero fit luminosus participando lumen a sole, non solis naturam: sic solus Deus est ens per essentiam: quoniam sua essentia est esse suum. Omnis autem creatura est ens per participationem. Veruntamen conseruatio rerum a Deo non est per nouam aliquam actionem, sed per continuationem actionis, qua dat esse, quæ actio est sine motu, ac tempore, sicut, & conseruatio luminis in aere est per continuatum influxum a sole. Hinc Augustinus 4. super Genesim ad literam dicit: Si uirtus Dei a creaturis cessaret, simul illarum species, omniq; natura concideret. Hæc Thomas in Summa.

Dupliciter aliquid ab alio cõseruatur.

Gregorius

Ratio cur aqua calefacta retinet calorem actione ignis cessante.

August.

¶Si autem quæratur, An Deus immediatè omnẽ creaturã cõseruet. & vr̃ quod sic, quia vt dictum est in verbis iam positis, eadem actione Deus est cõseruator, qua, & creator: sed ipse immediatè omnium est creator, ergo, & conseruator.

¶Ad hoc præallegato loco rñdet Thomas: In naturalibus quædam sunt cõseruatiua aliorũ, utroque mõ præfato: videlicet corrumpentia impediendo, ut patet de medicina: & item esse causando, ut patet in causis subordinatis. Sic. n. cęlũ motu suo est cũ ductiua, & cõseruatiua inferiorũ. Iõ cõseruatio rerũ principaliter, & primariè est a Deo: secdariò uerò & quasi instraliter, a causis scdis, & tãto eminẽtiùs

est ab eis, quanto ꝓpinquiores sunt primæ causę. Ad obiectũ ergo dicendũ, ꝙ Deus immediatè creauit, sed in ipsa creatione ordinẽ rebus instituit, ut q̃dam ab alijs causarent de cætero, ac dependerent, per q̃ secundario conseruarent, præsupposita principali conseruationẽ ipsius Dei. Deniq; nulla creatura potest esse causa alterius, quo ad hoc, ꝙ nouã formã, aut dispositionem acquirat, nisi per modũ mutationis alicuius: quia non agit nisi subiecto supposito. Postquã verò dispõnem, aut formã induxit effectui, talem dispõnem, seu formã sine noua mutatione cõseruat: sicut in aere est quædã mutatio, qñ illuminat̃ de nouo, sed cõseruatio luminis est absq; noua mutatione ex sola illuminãtis præsentia. Hęc Thomas.

¶De hac quoq; materia pulchrè tractat in Sũma cõtra gẽtiles 3. li. inter cętera loquẽs. Oportet, ꝙ idẽ sit causa rei, & cõseruatiõis ipsius. Cõseruatio etẽ rei nõ est nisi cõtinuatio sui esse. Cumq; Deus ꝑ intellectũ, & voluntatẽ sit causa essendi oĩbus reb⁹, cõstat, ꝙ ꝑ intellectũ suũ, & uolũtatẽ eas in esse cõseruet. ¶Ampliùs, sicut opus artis ꝑsupponit opus naturę, sic opus naturæ ꝑsupponit op⁹ Dei creãtis. Materia qppè artificialiũ est a natura, naturaliũ uerò ꝑ creationẽ a Deo. Artificialia uerò cõseruant̃ in eẽ uirtute naturaliũ, quẽadmodũ domus fortitudine lapidũ, ergo, & naturalia nirtute diuina. Et qm̃ iuxta fidei ueritatẽ Deus est causa rerũ de nouo ꝑ creationẽ, ut voluit, ita, & volũtate eas cõseruat. Hęc ibi.

Dionysius ¶Verũ id, qd̃ ait Thomas artificẽ nõ esse cãm artificialiũ ſm esse, sed solũ ſm fieri, vt̃ in multis pati instantiam. Multæ sunt. n. artificialium formæ, quæ directè, & effectiuè uidentur ab artifice causari, ac introduci, ut forma scamni, figuraq; apicum.

Richard. ¶Richardus demũ in hac materia vt̃ a Thoma in aliquibus dissentire: Creatio, inquiens, & conseruatio quãtũ ad id, qd̃ dicunt ex parte Dei, realiter idẽ sunt, cũ sint actio Dei, q̃ est ipsemet Deus agẽs, sed differũt rõne Nam alia ſm rõnẽ est relatio Dei ad creaturam, inquantũ creator: alia, inquantũ conservator. Inquantũ uerò ad id, qd̃ dicunt ex parte creaturæ, seu connotant, realiter differunt; qa creari est accipere esse non de aliquo, uel nunc primo referri ad creatorẽ: conseruari aũt, est teneri in esse ꝑdicto, qd̃ idẽ est, ꝙ duratio, & permanentia rei in esse illo, Accipere aũt esse ab alio, & duratio ipsius esse, realiter distinguunt: ergo ẽt relatio esse creari ad Deũ, & relatio durationis eius ad Deum, relationes sunt differentes. Sicq; siue creatio dicat̃ nunc accipere esse nõ de aliquo, siue nunc referi ad creatorẽ, realiter differt a cõseruatione. Alij dicunt, ꝙ creari, & cõseruari non differunt ſm aliquid positiuũ, & absolutũ, qa creari est Nunc primo esse ab aliquo, non ex aliquo; cõseruari uerò est esse ab aliquo, nõ Nũc primo, nulla præcedente interruptione essendi. Et hi dicunt eandem creaturã esse a Deo sine interruptione quãdiu est, quãuis non semper creet̃ quãdiu est. qd̃ ẽt (ut affirmant) cognut̃ fateri, & illi, q̃ sunt cõtrariæ opinionis, qa quãdiu aliqs rẽ cõseruat, tãdiu facit eã durare; sicq; dñt, ꝙ eadẽ actione Deus rẽ creat, atq; cõseruat. Similiter dicunt, ꝙ eadẽ actione, qua Sol ꝓducit lumẽ in medio, illud iugiter conseruaret, si staret immotus sup aerem semꝑ. Insuper aduertẽdũ, ꝙ ab eodẽ est rei creatio, & cõseruatio, puta a Deo: & sicut q̃dã sunt a Deo immediatè tm̃, q̃dam uerò mediatè, & immediatè, ut q̃ sunt a Deo mediantibus causis secundis: sic q̃dam conseruant̃ ab eo tm̃ immediatè, q̃dam utroq; modo. Itaq; idcirco cũcta indigent conseruari à Deo: qm̃ ipse solus est prima, & principalis, atq; per se causa uniuersorum. Dicunt aũt nonnulli, ꝙ gñans non semꝑ est causa geniti, quantum ad esse ipsius, sed quantũ ad fieri; ideo fieri illud non manet, nisi quandiu conseruat̃ a gñante: sed quo ad esse, non est a gñante dependens. Propter quod 6. metaphysicæ suæ asserit Auicenna, ꝙ fabricator, & pater, & ignis, non sunt uerę causę existentiæ rerum, quæ fiunt ab eis, nec causa ipsius esse. Nam & unaquęq; causa simul est cum suo effectu. sed contra res accipit esse ꝑ suum fieri ergo cum gñans sit causa fieri ipsius esse geniti, est ẽt causa ipsius esse mediante fieri. Hæc Richard⁹, qui etiam quærit, An conseruare sit agere.

Creari qd. Conseruari quid.

Auicenna.

Quæstio.

¶Ad quòd rñdet, ꝙ duplex est actio: una radicata in motu, quæ est ab agente in passum, & vocatur actio extra transiens. Alia est actio immanens, & est duplex. una, per quam nihil fit extra agentem, ut intelligere speculatiuum. & sic conseruare non est agere, sicut nec primo modo. Alia est actio immanens, seu in agente persistens, per quam causatur aliquis effectus in alio. & sic conseruare Dei, est agere. Est enim diuina actio, manens in Deo cum relatione rationis ad creaturam, ut conseruatam, per quam actionem causatur permanentia creaturæ in suo quandiu est. Hæc Richardus.

Responsio Richardi.

¶Qui hoc vt̃ consentire Henrico, ꝙ alia actione Deus creat, ac conseruat, & ꝙ creari sit aliud, q̃ cõseruari. In hoc autem, quod Richardus videtur insinuare, quòd agens particulare, ut gñans, sit non solum causa fieri, sed etiam ipsius rei genitæ, a Thoma, & Henrico dissentit. Videtur autem positio sancti Thomæ quantum ad primum istorum, rationabilior esse. Non tamen Thomas uult dicere, quod esse rei creatæ, & conseruatio sit continuum fieri, sed esse continuatum. Verum quantum ad secundum, uerius reor, quod ait Richardus, quòd scilicet generans sit causa esse ipsius geniti: non tamen causa totalis, nec principalis: imò causæ superiores, & uniuersales, potissimè causa prima, magis sunt causæ ipsius esse horum inferiorum. Attamen causa particularis uerè dicitur causa esse sui causati. Nam & teste Philosopho, proles non potest parenti rependere æquiualens: qm̃ habet esse ab illo. Pater quoque uocatur, qui de substantia producit simile sibi, quod est generare, & facere absolutè, Deniq; super illud in Exodo, Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longæuus super terram, dicunt expositores, quòd proles suos parentes honorans, idcirco meretur uitæ prolongationem: quoniam a parentibus habet esse & viuere.

Dionysi⁹.

Dionysi.

Aristot.

Exod. 20. Cur proles honorans parentes, lõgiori vita fit digna.

¶Sed obijci potest prædictis, quod in Elementa tione sua theoremate 34. Proclus loquitur in commento, quamuis perpetuus sit mundus, propter hoc non procedit ab intellectu. neque enim propter hoc non est conuersus: quoniam semper ordinatus est, sed & procedit semper. Ex quo uidetur, quòd creatura, quamdiu subsistit, incessanter procedat, atque creetur. Et si quis auctoritatem despiciat Procli tanquam Platonici, quid ad auctoritatem diuini Dionysij respondebit, qui quarto capitulo de diuinis ait nominibus, quòd Deus est bonitas summa, omnium productiua, non quasi Nunc producens, & Nunc non causans: sed quoniam indefinenter omnium causa est, & omnia causans? Verum ad hæc respondetur, quo propter incessabilem dependẽtiam uniuersorum a primo fonte, ista dicuntur: qua res tam incessanter indigent sustentari a creatore, ac si omni momento ab ipso de nouo susciperent esse.

Proclus.

S. Dion.

¶Præterea Durandus: In his, inquit, quę fiunt per simplicem

simplicem emanationem, ut ea quæ creat̃, fieri, & factum esse sunt simul, & utrunq; mensurat̃ nunc stãte. Cum ergo creatio sit sine motu, creare, & creari dicunt solos respectus inter Deũ, & creaturã: ita, ꝙ creare non est aliud, q̃ dare esse alicui nullo supposito: & creari, q̃ sic habere esse a Deo: idcirco cũ ꝑ quolibet instanti uerũ sit dicere, ꝙ creatura habet esse a Deo: ꝑ quolibet ẽt instãti uerũ est dicere, ꝙ creat̃, & creata est, nec oportet mensuram creationis primo coexistere alicui Nunc temporis: quia non oportet aliquẽ motum præcedere creationẽ, sicut fit in noua illuminatione rõne nouitatis. Sed sicut in diuinis semꝑ uerũ est dicere, ꝙ filius gignit̃, & genitus est necessitate naturæ in identitate substantiæ, ita de creatura, q̃ diu est, semꝑ uerũ est dicere, ꝙ creatur, & creata est: attamen libera voluntate, & in diuersitate essentiæ, ut sit eadem actio creationis rerum, & cõseruationis earũ. Et quamuis ita sit sentiendũ: tm̃ aliter est loquẽdum, videlicet sicut plures. Cum. n. actiones, q̃ fiunt cum motu, nobis sint notiores, ut gñationes naturalium, in q̃bus res non dãr fieri post primum instans in quo suscipiũt esse: ideo iuxta hanc similitudinẽ nec nos dicimus, quod põt, cœlũ nunc creatur, aut angelus, cum tm̃ ſm rei ueritatem ita sit sentiendum. Mensura ergo creationis est Nũc stans, quod habet pluribus Nũc temporis coexistere: nec est necessarium aliquod Nunc temporis, cui primo coexistat, cum nullus motus creationem præcedat Hæc Durandus.

Dionysi.

¶Ex quibus constat, ꝙ in hoc consentit Thomæ, Deus eadem actione res creat, & conseruat. Cætera verò, quæ dicit. Durandus, patiunt̃ instantiã. Nẽpè, quod ait, ꝙ ſm ueritatem ita sit sentiendum, ꝙ res q̃ diu est creat̃, vt̃ concordare articulo cõdemnato, quo dr̃, Deus non plus priùs creauit intelligentiam, q̃ modo, prout tangit Richardus.

¶Præterea aliter loqui, q̃ corde sentit̃, vt̃ esse duplicitas, dolus, & falsitas, cũ ea, quæ sunt ĩ uoce, sint notæ, & signa eorum, q̃ sunt in mente: atq; ut asserit Plato, ad hoc nobis datus est sermo, ut mutui cõceptus fiant indicia. Propter quod loquit̃ Aug. Non aliud pectus tegat, aliud lingua ꝓferat. quod est intus in corde, hoc foras sonet in uoce. Nec rõ ualet Durandi. Creari namq; non est ꝓpriè hr̃e esse a creatore, sed potiùs accipere esse a Deo ex nihilo, seu nullo supposito. atq; vt Alexan. Bonauent. & alij adunt, Creari est Nũc accipere esse a creatore, ꝑsupposito nullo. creatura aũt nõ accipit esse a Deo nisi in nunc, quo creat̃. ideo falsum est, ꝙ q̃ diu est, uerè creet̃. ¶Præterea quærit Richardus, Vtrũ Deus conseruet creaturas per aliquem influxum. Ad hoc rñdet Richardus, Dixerunt quidam, ꝙ res conseruant̃ a Deo per influxum medium, qui non est res permanens, sed successiua. quia rem conseruari, est ipsam continuè fieri. Sed istud est falsum. Si. n. res successiua, & debilis immediatè, & absq; intermedio influxu conseruatur a Deo, quanto magis nobiliores creaturę, quæ habent fixum, & stabile esse? Idcirco dicendum, ꝙ creaturæ, quæ solum immediatè processerunt a Deo, conseruant̃ ab eo non per influxum mediũ: quia ille influxus non potest dici res successiua, ut patuit: nec res permanens: qm̃ oporteret eũ alio influxu medio conseruari: & ita argueretur de illo influxu, nec esset stare.

August. in homilia.

Quæstio.

Responsio Richardi.

¶Præterea, cum maius sit rem creare, q̃ conseruare, si Deus põt sua uirtute rem immediatè creare, põt eam, & sine medio conseruare. Hinc in libro de causis vicesima ꝓpositione hr̃: Inter agens, quod agit per esse suum, & factum suum non est continua tio, neq; res media. Creaturæ autem, quæ processerunt a Deo immediatè, & mediatè, conseruantur a Deo utroq; modo: qm̃ causa secunda, seu influentia eius, põt dici quidam influxus primæ causæ. Hæc Richardus. Verum ex ista responsione sequi censet̃, ꝙ conseruari a Deo, non sit aliud, q̃ ab ipso creari, nec reale, & absolutũ quid addens. Et itẽ, ꝙ conseruare in Deo non dicat actionem in ipso manẽtẽ cũ effectu causato in alio, ita ꝙ actio illa causet ꝑmanentiã creaturæ in esse suo. qd̃ tñ pauloañ. Rich. asseruit.

QVAESTIO VIII.

Octauò principaliter quer̃it, *An Deus agat propter finem, & qualiter bonitas eius sit omnium finis.* Vt̃, ꝙ Deo non competat agere ꝓꝑ finem. Primò: qm̃ ipsemet est omnium vltimus finis, prout in Apocalypsi testat̃: Ego sum Alpha, & ω, principiũ, & finis, primus, & nouissimus. Secundò, finis ꝑficit eũ, qui operat̃ ꝓꝑ finẽ. Deus autem a nullo ꝑficitur.

Argnitur primo.

Apoc. 1.

¶In oppositum est, ꝙ omnis intellectualiter, ac sapientialiter operãs, agit intuitu alicuius boni, quod est finis suæ actionis. Vnde finis (ut dicitur) mouet efficientem ad operandum. Id quoq;, quod non fit propter finem, dicitur uanè, frustraq; fieri.

¶Circa hæc loquitur Alexander: Vna est oĩm causa finalis, de qua libro de diuinis nomi. S. Dionysius contestatur: Omnia quæcunq; sunt, & fiunt, ꝓꝑ pulchrum, & bonum sunt, & fiunt, & ad ipsum cuncta inspiciunt, ac ipsum desiderant oĩa, atq; mouent̃, & continuentur ab ipso: hoc est, a causa illa finali: nec est aliquid existentium, quod non participet aliqualiter bono, & pulchro. ¶Deniq; hoc bonum, & pulchrũ est ipsemet Deus, seu diuina essentia, essentialiter, purè, & incircũscriptibiliter, infinitè, & incomparabiliter bona: q̃ ut 4. cap. de diuinis nominibus magnus Dionysius protulit, Omnia ad se conuertit, ordinat, & princeps est congregans dispersa, ac tanquam principalis, ac uiuifica uirtus. vniuersa reducit tanquam origo, & causa ordinis oĩm: ad quã tendit, in qua stat ordo, atq; reductio omnium.

¶Deniq;, Deus est ꝑfectissimum agens, ergo non agit ꝓꝑ aliquid extra se: alioquin aliquid ei deesset, uidelicet bonum finale, ꝓꝑ quod ageret, & ita non esset perfectissimum agens. Hinc in prouerbijs scriptum est: Omnia ꝓꝑ seipsum operatus est dñs. Per Isaiam quoq; ait de hoĩe, qui principalis est creatura. Omnem, qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum. ¶Insuper duplex est appetitus: Vnus ex præuia cognitione conceptus, & ita omnia non appetunt bonum summum, ac finem: qm̃ eum non noscunt, eo ꝙ intellectualem non habeãt appetitum: quem, qui habent naturaliter appetunt beatitudinẽ, ſm qd̃ bonũ sup̃mũ, & beatitudo sunt idẽ.

Prouer. 16. Isai. 43.

Duplex est appetitus.

¶Secundò sumitur appetitus pro naturali inclinatione, seu appetitu. & sic omnia appetũt bonum, non sub determinata ratione felicitatis, sed sub generali ratione, qua summum bonum uniuersa conseruat, ac terminat. Vnde cum plantæ, & aliæ corruptibiles creaturæ appetant continuationem sui esse', & permanentiam sui in specie, quæ sunt eis a summo bono ubiq;, suntq; participationes increati esse, & bonitatis supremæ, constat. quòd hoc modo naturaliter appetunt summum bonum.

¶Si aũt obijciat̃, ꝙ post resurrectionẽ cõem cessabunt hæc mixta, sicq; naturalis eorũ appetitus frustraretur, quod nõ vt̃ possibile. ¶Rñdẽdũ, ꝙ quidã est finis corruptibiliũ creaturarũ, ſm quod sunt ꝓꝑ finem:

Obiectio.

Responsio

finem: & illo fine euacuato, congruit eis vltra non pmanere, q̃ finis est supplementum necessitatis humanę. Estq; alius a fine, quē naturaliter appetūt ſm ꝓprias suas naturas, q̃ finis ex diuina ordinatione cedit fini illi naturali. Hæc Alexander. ¶ Præterea Bonauentura hic scribit: Cū vniuersæ creaturæ sint cōditæ ꝓp Dei gloriā, & ꝓpriā vtilitatem, sicut ait Magister, & Aug. in lib. de doctrina Chriana, ꝙ dns nos fecit, & diligit nō ꝓp suā vtilitatem, sed ꝓp bonitatem suam, & utilitatem nram: q̃ritur qs sit finis principalis cōditionis rerū. Gloria Dei, an nra vtilitas? Vr, ꝙ gloria Dei, quia ad illā referr vtilitas nra, non econuerso. Rursus, gloria Dei perfectior est ergo rō finis potiùs cōpetit ei. ¶ In oppositū est, ꝙ charitas non quærit q̃ sua sunt. Deus vero essentialiter charitas est ergo in rerū creatione magis intendit rerum utilitatē, q̃ gloriā suā. Creatura quoq; cōiter plus appetit suā utilitatē, q̃ gloriā creatoris. Rndendū, ꝙ principalis finis creationis, & rerū creatarū, est tam gloria, seu bonitas Dei, q̃ utilitas creaturæ, iuxta illud: Vniuersa ꝓp seipsum operatus est dns, non ꝓp utilitatē, aut indigētiā suā, qa bonorum nrorū non eget. ergo ꝓp gloriā suā nō augēdam, sed manifestādā, atq; cōicādā, in cuius manifestatione, & cōicatione, seu participatione attēdir summa vtilitatis creaturæ, videlicet glorificatio, & beatificatio eius. Charitas igit increata, qua Deus diligit se, & nos, q̃rit Dei gloriā, & honorē: qm ipsemet Deus est summū, & cōissimū bonū, & bonū, & oīs boni. Tota quoq; salus, & uera vtilitas creaturæ attēdir in ordinatione sua ad Deum. Ideo charitas Dei rectissima, oīa fecit, & cōuertit, ac ordinat ad se. Creatura ēt bene disposita, maximè apperit finē istū: sed incuruata, & peruersa, reflectir inordinare ad cōmoda sua. Si uerò obijciat, ꝙ fruitio magis perficit sanctos, q̃ laus creatoris, ergo fruitio illa est maximè finis ipsorū: dicēdū, ꝙ laus Dei est duplex, uidelicet imperfecta, & ꝓfecta. Laus itaq; imperfecta, minùs perficit sanctos, q̃ fruitio: sed laus Dei perfecta, magis perficit eos: qa beati plus gaudēt de Dei gloria, & honore, q̃ de sua glorificatione. Hæc Bonauentura.

Finis creaturæ. — Bonauent. — Quæstio. — 1. Cor 13. — 1. Ioan. 4. — Responsio — Proue. 16. — Psal. 15. — Salus creaturæ unde attēdatur. — Laus Dei duplex.

¶ Porro Thomas: Agere, inqt, ꝓp finem, intelligi pōt dupliciter, Primò, ꝓp finem opis. Secūdò, ꝓp finem operantis. Finis operis est id, ad quod opus agēte ordinat, & dr rō opis. Finis aūt operātis est, quē operās principaliter intendit: quod patet in domificatore, q̃ cōgregat lapides, vt eos componat, & cōpositio illa, in qua cōsistit domus forma, finis est operis. Vtilitas uerò ꝓueniēs domificāti, est finis ex parte agētis. Sicq; finis operis pōt esse in alio. Finis aūt agentis est semp in ipso agente. Cumq; oē opus diuinū in aliquē finē sit ordinatū, certū est, ꝙ Deus ex parte opis agit ꝓp finē. Sed qm finis operis semp reducit in finē opeātis, oportet, ꝙ ēt ex parte operātis cōsideret finis suæ actionis, qui est bonū ipsius in ipso. Sciēdū ergo, ꝙ hoc mō agere ꝓp finē, cōtingit dupliciter: Primò, ꝓp desiderū finis. Secundò, ꝓp amorē ipsius. Desideriū aūt est boni nondū adepti, amor verò est boni iā habiti. Ideo oī creaturæ conuenit agere ꝓp desideriū finis: qm̃ unicuiq; creaturę acquirr bonū ex alio, quod nō habet ex se. Sed Deo cōpetit agere ꝓp amorē finis, cū Dei bonitati addi nihil qat. Ipse etenim bonitatē suā amat ꝓfectè, & ex hoc vult, ꝙ bonitas sua cōicet ꝓ modū possibilē in eius imitatione, ex qua cōicatione orit maxima vtilitas creaturæ, inquātū diuinæ recipit similitudinē bonitatis. Hinc ferr in litera, ꝙ Deus fecit nos ꝓp bonitatē, & gloriā suā, quātū ad finē operantis: & ꝓp vtilitatē creaturæ, quātū ad finē operis. Ideo S. Dionysius 4. c. de diui. nomi. Diuinus, ait, amor non reliqt Deum sine germine esse. Et Augu. ꝙ qa Deus bonus est, sumus. Hæc Thomas in Scripto. ¶ Insup ī prima parte, qōne 44. Oē, ait, agēs agit ꝓp finē. Alicqn ex actione agētis nō magis sequeret hoc, q̃ illud, nisi a casu. Est aūt idē finē agētis, & patiētis, inquātū hmōi aliter tn, & aliter. Etenim unū & idē est, quod agens intendit imprimere, & quod patiēs intēdit recipere. Aliqua quoq; sunt, q̃ simul agunt, & patiunt, q̃ sunt agentia impfecta, q̃ ēt in agēdo intēdūt aliqd acqrere. Verū hoc primo agēti nō pōt cōpetere: imò solū intendit suā bonitatē cōicare, & q̃libet creatura intēdit suā cōseq pfectionē, q̃ est participatio, & q̃dā similitudo pfectionis, bonitatisq; increatę, & ita bonitas Dei est oīm rerū finis. Dr itaq; Deus finis oīm rerū, nō ꝙ oīa ipsum cognoscāt, aut ipm intellectualiter apprehendere, aut attingere valeāt: sed qa, uel intellectuali, aut sensitiuo, aut naturali appetitu cupiant ipsum, seu bonū, quod non habet rōnē finis, aut appetibilis, nisi inquantū participat similitudinē Dei. Hæc Thomas in Summa. ¶ Porro in Sūma cōtra gētiles 3. lib. scribit de materia ista diffusiùs, primò demonstrās, ꝙ oē agēs agit ꝓp finē; Deinde, ꝙ oē agēs agit ꝓp bonū: cōsequēter, ꝙ finis cuiuslibet rei est bonū, & ꝙ oīa ordinant in unū finē, q̃ est Deus, & ꝙ Deus sit oīm finis. Itē, ꝙ oīa cupiūt Deo asimiliari, atq; ꝙ res deinde ordinant in suos fines, & inter cętera loquit: Oīa ordinant in unū bonū, sicut ī vltimū finē. Si n. nihil tēdit in aliqd sicut in finē, nisi inquantū illud est bonū: ergo oportet, ut bonū, inquātū bonū, sit finis. Quod ergo est summū bonū, est maximè oīm finis. Sūmū verò bonū est unū tm, quod est Deus. Oīa ergo ordinant in unū summum bonū, quod est Deus. Itē sicut summū bonū est causa oī bono, qd̃ est bonū, ita summus finis q̃ Deus est, est oī fini cā, ꝙ sit finis. Per hoc aūt, ꝙ res ita participāt summā, & primā bonitatē, Deo asimilat. ideo Deo asimilari, est oīm finis. ¶ Ampliùs cernimus, ꝙ oīa appetūt eē. & q̃ uiuūt, atq; intelligūt, naturaliter appetūt uiuere, & intelligere: sed inquātū uiuūt, & intelligūt, Deo aliqualiter cōformant. sicq; Deo asimilari, ritè asserir oīm ultim° finis. ¶ Deniq; oē agēs ꝓducit simile sibi, ꝓp quod effectus uocat q̃dā participata suæ causæ similitudo, & creatura est q̃ quasi q̃dam radius sui creatoris. Sicq; Deo asimiliari, est oīm vltimus finis. Verū diuersa diuersimodè asimilationē hāc assequunt, ſm qd̃ altioris, aut inferioris extāt naturæ, & vel ꝓ sola naturalia, aut ꝓ gratuita. Hæc ibi. in qbus de oībus his ꝓlixè, ac sapiēte ꝓsequir. ¶ Præterea q̃rir hic, an oīa facta sint ꝓp hoīem, ita, ꝙ homo sit oīm finis. Ad qd̃ Thomas in Scripto: Aliqd, inquit, dr finis alicuius rei dupliciter. Primò, qa in illud naturaliter tēdit, sicut oīa dnr appetere beatitudinē. Secūdò, qa ex eo, ꝙ ordinat in ipsum sicut in finē, aliquā consequit utilitatē ſm intentionē ordinēq; agentis. Vtroq; aūt modo hō dr finis creaturarū. Primò modo ex parte operis, secundo modo ex parte agentis. Differenter tn homo dr finis rerū, & bonitatis Dei. Diuina n. bonitas ex parte agentis est finis rerū, sicut ultimum intentum a Deo agente. Natura uero humana non est intenta a Deo quasi mouens uoluntatē eius, sed sicut ad cuius vtilitatē ordinatus est effectus ipsius Dei. Ipse quippè dupliciter in uniuerso instituit ordinē, s. principalem, quo res ordinātur in Deum: & secūdariū, quo una iuuat aliā ad obtinēdū similitudinē diuinā. Propter, quod 11. metaphysicæ dr, ꝙ ordo partium uniuersi est ꝓp ordinem illum, qui est in bonum ultimum, ac diuinum. Sicq; omne illud dicitur ꝓp aliud esse, ex quo alia

Thomas. — Quēadmodum Deus finis oīum rerum dr. — Responsio Thomæ. — Qualiter oīa ꝓp hominem facta sunt. — Assimilari Deo oīa finis est. — Duplicitū quid dicitur ꝓpter aliud esse.

ꝓuenit ei utilitas. quod cōtingit dupliciter. Primò sic, ꝙ illud ex quo prouenit alicui vtilitas, non habet participationem bonitatis diuinæ, nisi ſm ordinem eius ad hoc, cui est vtile, sicut sunt partes ad totum, & accidens ad subiectū: quę non essent, nisi illud esset, cui ex eis ꝓuenit utilitas. Quædam verò sunt, q̃ habent participiationē bonitatis diuinę absolutā, ex qua alicui rei vtilitas ꝓuenit: q̃, & talia essent: quāuis id, cui ex eis ꝓuenit vtilitas, nō esset. Sicque angeli, & cętere creaturę sunt ꝓp hoīem factę, Sic quoq; homo factus est ꝓp reparationē ruinę angelicæ: qm̃ ista vtilitas creationē hoīs est cōsequuta, atq; a Deo ꝓuisa, & ordinata. Similiter ex parte opis ipsę creaturę tendunt in bonitatē diuinā, sicut in id cui per se assimiliari intendunt. Sed qm optimo assimiliar aliqd ꝓ hoc, ꝙ fit simile meliori se: ideo oīs creatura corporalis tendit in assimiliationē creaturę intellectualis quantū pōt. q̃ altiori mō diuinā bonitatē cōsequir. Hinc, & forma hoīs, vtpote aīa rōnalis, dr esse finis ultimus a natura inferiori intētus, ꝓut 2. de aīa dr. itaq; nō est homo finis creaturarū principalis, & ultimatè intētus, sed sicut id, ad quod aliquo mō ordinar opus, seu effectus Dei agētis. Vn 2. dr phisicorū. Sumus, & nos quodāmō finis oīm. Si verò obijciatur, ꝙ multę sunt creaturę nobis nociuę, non utiles, basiliscus, spinę, pulices: rndēdum, ꝙ talia nō fuerunt a principio nociua hoībus, sed post culpam: ex qbus nihilominus aliquæ vtilitates proueniunt nobis, qa ex eis humiliamur, atq; in eis sapientiam, & gloriam Dei consideramus, ex eis quoque in cognitione, & multiplici informatione ꝓficimus. Verumtn auctoritas Philosophi ex 2. physicorum inducta, de artificialibus sumitur. Hæc Thomas in Scripto.

¶ His per omnia Petrus concordat, & addit: Duplex est finis rei operatæ, uidelicet finis proxim°, seu proprius, qui est operatio eius, & itē finis ultimus, ac cōis, puta bonitas diuina. Sciendū uerò, ꝙ sicut duplex est agens, ita & duplex est finis. Finis namq; & agens proportionant ad inuicē, sicut materia, & forma. Est. n. quoddam agens improportionatum effectui, ut agens æquiuocum, quemadmodum sol inferioribus: & tale agens non imprimit formā suā, sed aliquā eius similitudinē. Est aliud agens proportionatum effectui, ut agens particulare, atq; uniuocum, ut ignis gnando ignem, & pater filium. Et tale agens imprimit suam formam. Conformiter duplex est finis agentis. Vnus proportionat effectui, & hic non acquiritur ab eo, quod est ad ipsum, ut eius perfectio, sed aliqua eius similitudo. Est alius finis proportionatus, prout sanitas est finis medicinalis operationis, & hic finis acquiritur.

¶ Porro bonitas Dei finis est rerum non ꝓportionatus rebus, imò proportionabiliter eas excedens, ideo non acqrir a rebus, ut earū existens perfectio, sed aliqua eius similitudo, uidelicet bonitas participata, q̃ maior est in intellectualibus creaturis: quia in alijs est assimilatio tn ſm naturā in rōne finis, in rōnali aūt, & intellectuali creatura, est ēt ſm intellectum in ratione obiecti. Hęc Petrus.

¶ Verum Durandus vr præhabitis dissentire pro parte: Hæc, inquiēs, qō, Vtrum Deus agat ꝓp finem, dupliciter pōt intelligi. Primò, an agat ꝓp finem agētis. Secundò, an ꝓp finem actionis diuinę, & rei per eam productæ. Primò modo Deus agit ꝓp finem: qm̃ finis est melior his, q̃ sunt ad finem. Deo autem nihil est melius. Sed secundo modo Deus agit ꝓp finem, qui est sua bonitas, estq; finis omnium actionum diuinarum, & rerum per eas productarum. Deus enim operatur ad extra per voluntatem: ideo sicut vult alia ꝓp suā bonitatē, sic facit illa ꝓp eādē.

¶ Hæc responsio vr partim sibi ipsa contraria, & partim a ueritate aliena. Cum n. actio Dei sit eius essentia, sicut nihil est melius Deo, ita nec eius actione Idcirco si non agit ꝓp finem, quantum est ex parte ipsius agentis, quia finis melior est his, quæ sunt ad finem, ergo nec agit ꝓp finem actionis. Præterea declaratio Thomæ, & Petri satis ostendit, ꝙ & qualiter Deus agit ꝓp finm ipsius agentis. Verum est autem, ꝙ finis est melior his, quæ sunt ad finem. i. medijs, quæ ad finem referuntur, in quibus finis realiter differt a medijs: sicq; bonitas Dei non est finis, Dei agentis, nec diuinæ actionis. & quamuis bonitas Dei dicatur finis Dei agentis, vt agens est sapiēter, ac liberè ob aliquod bonum, ac suæ actionis: non tn absolutè conceditur, ꝙ aliquid sit finis Dei, aut ꝙ bonitas Dei sit finis eius ꝓp distinctionem ſm rationem. Deus namq; est omnium causa finalis, nō finita: sicut est omnium causa efficiens, non effecta.

Petrus. — Durandus — Dionys°.

QVAESTIO IX.

NOnò principaliter quæritur, *An anima rationali immortali, naturale, atque conueniens fuerit unirī corpori, & præsertim corpori mixto, grosso, mortali.* ¶ Vr, ꝙ non, quia per unionem huiusmodi anima impeditur a sua actione principali, quæ est vacare diuinis, & a fine suę creationis, qui est contemplari creatorem, cum scriptum sit: Corpus, quod corpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Vn & Plato loqtur in Phædone. ꝙ corpus decem millia contemplationum impedimenta ingerit animæ.

¶ Secundò, natura non procedit a distante in distans nisi per medium, ut S. Dionysius protestatur, atque ut ait Pilosophus, susceptiuum non est contingens, sed actus actiuorum sunt in passiuis dispositis. Anima autem rationalis cum sit simplex, diuina, perpetua: est maximè dissimilis corpori spisso, complexionato, pingui, ac sordido: innaturaliter ergo coniungitur illi. Tertiò, anima intellectualis est in se subsistens, cum intelligere sit actio immaterialis: non ergo est corporis forma.

¶ In oppositum est, ꝙ unicuiq; formæ substantiali auctor naturæ aptam coniunxit, ac parauit materiam. Homo quoq; est ens naturale, in sua natura cōuenienter dispositum, atque ad ordinem pertinens uniuersi. Iterum, sicut probauit Philosophus, forma est finis materiæ, non econtra: non ergo vnitur materiæ, nisi propter proprium bonum.

¶ Ad hoc Thomas respondet: Causa finalis coniunctionis animæ, & corporis, sufficienter assignat a Magistro in litera. Finis namq; accipitur tam ex parte agentis, quàm operis. Ex parte autem agentis, uidelicet Dei, finis est bonitas eius, secuncum quod cadit in uoluntate ipsius suam diffundere bonitatē. Sicq; uoluit suam bonitatem communicare rebus corporeis, eis animas sociando; & hæc est ratio prima Magistri. Porro ex parte operis, finis intentus est pertingere in assimilationem beatitudinis Dei, cuius beatitudinis quædam similitudo est immediata animæ, corporisq; coniunctio, & ex hoc, ꝙ Deus ita cōiunxit immaterialem, ac materialem substantiam, credibile fit, ꝙ spiritum creatum cum spiritu increato immediatè per beatificā fruitionem coniūget. Hæc est secūda rō, quam tangit Magister. Tertia est: qm̃ aīa per actiones suas in corpore beatitudinem ꝓmeretur, & sic expedit ei corpori immediatè

Sapi. 1. — Plato. — Thomę rāsio in oppositum.

Intellect animæ est tanquã tabula rasa.

vniri. Intellectus ꝓppè aiæ in sui principio est tãquã tabula rasa, in qua nihil est scriptũ, nec pictũ. Ideo naturale est ei perfici p ſpecies a ſenſu acceptas, & adipiſci ſcientias. Veruntũ pp diſs imilitudinẽ, atq; diſtantiã inter corpus, & aiam. Plato aſſeruit aiam eſſe in corpore, ſicut eſt motor in mobili, & nauta in naui, ut Gregorius refert Nyſenus. Vnde & Plato perhibuit, ꝓ homo non eſt res conſtãs ex aia, & corpore, ſed ꝓ homo ſit anima utens corpore. Et pp hoc ẽt quidam poſuerunt quædam media inter animam, & corpus, vt ſpiritum corporalem, & aiam vegetabilem, atq; ſenſibilẽ, lucẽ quoq;, ſeu aliquid quintæ eſſentiæ, quibus mediantibus aia corpori uniret, quæ omnia ſm philoſophiam abſurda ſunt, & a Philoſopho 8. metaphycæ improbata. Ideo dicimus, ꝓ eſſentia animæ rõnalis immediatè corpori unitur, ſicut forma materiæ figuraq; ceræ, ut dr 2. de anima. Sciendũ ergo, ꝓ cõueniẽtia aliquorũ attenditur dupliciter. Primò, ſm pprietates naturæ. ſicq; corpus, & anima multum diſtant. Secũdò, quãtum ad proportionẽ potentiæ ad actum, & ita anima, & corpus conueniunt maximè. Et iſta cõueniẽtia exigitur ad hoc, ꝓ aliquid uniat alteri immediatè, vt forma, aliàs nec accidens ſubiecto, nec aliqua forma materiæ uniret immediatè, cũ ſubiectũ, & accidẽs ſint in diuerſis gnibus. Hæc Thom. in Scripto.

Gregorius Nyſenus.

Cõuenientia aliquorum dupliciter attenditur.

¶Præterea oportuit talẽ formam, videlicet animam rõnalem, corpori complexionato uniri, cuius rõnem aſsignat Auicenna: Oportet, dicens, ordinẽ pfectibilium eſſe ſm ordinem perfectionum. Inter omnes autem perfectiones. i. formas perficientes, nobiliſsima eſt illa, quæ mouet cœlum, cui anima rationalis potiſsimè aſsimilatur. Ideo corpus eius oportet eſſe ſimilius cœlo. De bonitate uerò corporis cœleſtis eſt, ꝓ non habet contrarium. Ideo corpus illud, quod venit ad maximam æqualitatem mixtionis, & præcipuè ſeparatur a contrarietate, eſt cœlo ſimillimum. Corpora verò generabilium, & corruptibilium non poſſunt omnino a contrarietate eſſe abſoluta, & tale eſt corpus humanũ, Idcirco dr 2. de anima, ꝓ homo habet meliorem tactum inter animalia uniuerſa. & quanto melioris eſt tactus, tanto, & melioris eſt intellectus: quia ſubtilitas tactus ſequit æqualitatem complexionis. Inſtrumentũ namq;, ſeu organũ tactus, debet eſſe in potẽtia reſpectu ſuorũ ſenſibilium ſicut medium, & non p priuationẽ, ſicut pupilla eſt potentia album, & nigrum, ut in eodem dicitur libro. Hæc idem ibidem.

Auicennæ ratio.

¶Porro in prima parte Summæ, qõne 76. Neceſſe eſt, ait, dicere, ꝓ intellectus, ſeu aia intellectiua, ſit humani corporis forma. Experitur etenim unuſquiſque ſe intelligere, quemadmodum, & videre, ergo oportet, ꝓ in ipſo ſit formale principicm hmõi actionum: & hoc eſt anima rõnalis, hns in ſe diuerſas potentias, inter quas ſupremæ ſunt uires intellectuales. Hinc philoſophus 10. ethicorum felicitatẽ hominis conſtituit ia operatione intellectus. Verun tamen cum intelligere ſit ſine cõione materiæ, mirum uideri põt, qũo intellectiuum principium eſſe ualeat corporis forma ſubſtãtialis intrinſeca. Idcirco conſiderandum, ꝓ quãto forma extat nobilior, tanto plus dominatur materiæ corporali, ac minus ei immergitur, magisq; ipſam ſua tranſcendit uirtute. Vnde videmus, ꝓ forma corporis mixti aliquam habet operationem, q̃ ex qualitatibus elementaribus non cauſatur & quanto plus procedit in nobilitate formarum, tanto ampliùs uirtus formæ elemẽtarem excedit virtutem, ſicut aia vegetabilis pluſquam forma metalli, anima quoq; ſenſibilis pluſquam uegetatiua. Anima uero humana in nobilitate formarũ, ſuprema eſt. Vnde in tantũ ſua uirtute excedit corporalem materiam, ꝓ habet aliquam operationem, atq; uirtutem, in qua nullo modo cõmunicat corporalis materia, quæ uirtus dicitur intellectus. Hæc in Summa.

Aristot.

Idem Thomas.

¶Verum in Summa contra gentiles lib. 2. de hac difficultate profundiùs ſcribit, ubi cap. 55. inquirit, qualiter ſubſtãtia intellectualis corpori poſſit uniri, & uaria tangit motiua ad probandum, ꝓ non valeat eſſe corporis forma. Deinde per diuerſa oſtendit capitula, non poſſe ſaluari quorundam philoſophorum opiniones de eſſentia, & unione animę cũ corpore ſuo. Tandem cap. 67. infert: Ex præmiſsis concludere poſſumus, ꝓ intellectualis ſubſtantia corpori poſſit uniri, ut forma. Nam ſicut probatum eſt, non unitur ei ſolum vt motor, prout aſſeruit. Plato: nec continuatur ei ſolum per phantaſmata, ut dixit Auerrois, ſed vt forma: nec tamen intellectus, quo homo intelligit, eſt præparatio in humana natura, ut opinatus eſt Alexander: neq; complexio, ut Galenus: neq; harmonia, ſicut Empedocles: nec corpus, nec ſenſus, neq; imaginatio, vt dixerunt antiqui. Relinquitur ergo, ꝓ anima humana ſit intellectualis ſubſtantia, corpori vnita vt forma. quod poteſt ſic fieri manifeſtum.

¶Ad hoc quippè, ꝓ aliquid ſit forma ſnbſtantialis alterius, duo requiruntur. Primùm, ut forma ſit principiũ eſſendi ſubſtantialiter ei cuius eſt forma. Principiũ dico non effectiuum, ſed formale, quo aliquid eſt denoiatur ens. Ex quo ſequit aliud, ſ. ꝓ materia, & forma conueniant in uno eſſe, quod nõ cõtingit de principio effectiuo, & eo, cui dat eſſe: & hoc eſt eſſe, in quo ſubſiſtit ſubſtantia compoſita, q̃ eſt vna, ſm quod eſt ex materia, & forma conſtans. Non aũt impeditur ſubſtantia intellectualis p hoc, ꝓ eſt ſubſiſtens eſſe, formale principium eſſendi materiæ. Non. n. eſt incõueniens, ꝓ idem ſit eſſe in quo ſubſiſtit compoſitum, & forma ipſius, cum compoſitum non ſit niſi per formam, nec ſeorſum utrunq; ſubſiſtat. Nec ẽt eſſe illud eodem modo eſt eſſe materiæ, atq; intellectualis ſubſtantiæ. Eſt. n. materiæ, ut recipientis, ac ſubiecti ad aliquid altiùs eleuati: ſubſtantiæ uerò intellectualis, tanq̃ principij, & ſm congruentiam propriæ ſuæ naturæ.

Duo requiruntur, ut aliquid ſit forma ſubſtantialis alterius.

¶Deniq; in hoc refulget mirabilis rerum connexio. ſemper etenim infimum ſuperioris generis, ſeu ordinis, inuenitur contingere ſuprẽmum generis inferioris. Hinc ſicut in genere animalium ſunt, quædam parum excedentia vitam plantarum, ut oſtrea terræ affixa, & ſolum tactum habentia: ita ſupremũ in genere corporum complexionatorum, uidelicet corpus humanum, attingit infimum generis ſuperioris, utpote animam rationalem, quę infimum gradum ſortitur in ordine intellectualium ſubſtantiarum, ut ex modo ſuo intelligendi prependitur. Ideo anima rationalis dr eſſe quidam corporeorũ, & incorporeorum horizon, atq; confiniũ: imò quo ipſa plus uincit materiam, tanto plus ex ea, & corpore ſuo efficitur unum. Nec põt ei communicare materia in omni ſua operatione, cum ſit partim ſup omnem materiã eleuata, & cũ intellectualibus ſubſtantijs ſeparatis aliquid habens commune. Idcirco beatus Dionyſius 7. cap. de diuinis nominibus: Diuina, inquit ſapientia coniungit fines ſuperiorum principijs ſecundorum. Hæc Thomas.

S. Dion.

¶Concordat Petrus, dicẽdo: Aliqd eſt per ſe ſubſiſtens dupliciter. Primò ſic, ꝓ nullo modo aptũ eſt cõicare alteri ſuũ eſſe, & tale alteri nõ vnit niſi, ac cidentaliter, quia unius rei non eſt niſi unum eſſe ſubſtantiale. Secundò ſic, ꝓ aptũ eſt ſuum eſſe alteri cõicare, & tale põt materiæ eſſentialiter conuiri, vt anima rõnalis. Decuit quoq; eſſe creaturam ita cõpoſitam ex corporali, & intellectuali ſubſtantia, ꝓpter complemẽtũ, connexionemq; vniuerſi. Eſt nãque creatura aliqua purè corporalis, & eſt creatura purè ſpũalis: ergo condecuit eſſe aliquã ex vtranque compoſitam, quia extrema, intantum diſtantia, nequeunt coniugi niſi per medium. ¶Inſuper creatura facta eſt ad repræſentandũ diuinum exemplar quod omnia continet. Oportuit ergo fieri creaturã, quæ prout effici quit, totum, ſeu cuncta repreſentaret. quod facere non valebat creatura totaliter corporalis, nec purè ſpũalis, ſed ex utroq; vnita.

Petrus.

¶Pręterea quãuis aia ſimplex ſit in ſua eſſentia, ẽ tñ multiplex in ſuis potentijs. Cũq; ſm ordinẽ perfectionũ oporteat eſſe ordinẽ pfectibilium, oportuit corpus hmõi animæ eſſe quodammodo ſimplex, quantũ ad eſſe, & multiplex operatione. Sicq; oportuit ipſum eſſe mixtũ complexionatũ organicũ, vt per diuerſa mẽbra, ſeu organa eius, diuerſę actiones aiæ exerceretur: & quia in contrarietate tanto maior acceſſus aſt ad ſimplicitatem, quãto magis accedit ad mediũ, ac æqualitatẽ, ſic (enim in uno conueniunt: qm̃ mediũ, neutrum extremorum eſt actu) hinc oportuit corpus humanũ in cõplexione temperatiſsimũ eſſe. Vnde, & in corpore humano neceſſe fuit plus eſſe de terra. Nam elementa quanto plus habent de forma, tanto plus hnt de uirtute actiua. Idcirco nõ poſſet æqualitas fieri, niſi de his, q̃ plus habẽt de materia, & minùs de forma, ſeu ſpecie, plus ibi eſſet ſm quãtitatẽ: qm̃ elementa quanto plus habẽt de forma, aut ſpecie, & minùs de matetia, tãto plus hnt de uirtute actiua. Hic Petrus.

Dionyſi.

¶De hoc materia multi doctores nihil ſcribũt in diſtinctione pñti: qm̃ infra diſtuſiùs locũ ſortit. idcirco ptrãſeo. & q̃ Albertus li. de hoie, & alibi, alijq; doctores ſup his ſcribũt, infra Deo pſtãte inducam.

¶Quidã verò hic grandẽ agunt inquiſitionẽ, qd ſit cauſa multitudinis, diſtinctionis, & ordinis rerũ: ad quod ex præhabitis patet ſolutio, quia infinita ſapientia Dei, q̃ vniuerſa, & ſingula pprijs, ac idealibus rõnibus increatis producit, & oẽm rerũ ordinem fontaliter ex ſeipſa inſtituit. Formæ aũt ſpecificæ ſunt intrinſeca, atq; formalia principia eſſentialis diſtinctionis, & multitudinis rerũ, ſicut Thomas potiſsimè in Sũma contra gentiles, Albertus, Bonauentura, ac alij in Scriptis ſuper ſm oſtendunt.

¶Deniq; circa hæc ſcribit Bonauentura: Decuit Deũ hũc facere ordinẽ in rebus creatis, vt quædam eſſent ſubſtantiæ penitus corporales, quædã oino ſpũales, q̃dã mediæ, ut hoies ex corporali, & ſpiritali natura cõpoſiti. Ad pfectionẽ etenim vniuerſi hoc triplex genus exigit, pp triplicem vniuerſi perfectionẽ, q̃ attendit in ampliatione ambitus, & ſufficientia ordinis, atq; in influentia bonitatis, in qbus tribus vniuerſum exprimit, & oñdit triplicẽ pfectionẽ in Deo, videlicet potentiæ, ſapientiæ, bonitatis.

Bonauent.

¶Decuit itaq; Deũ ſic facere cũcta, vt eſſent manifeſtatiua ſuæ potentiæ, q̃ manifeſtat in productione rerũ multum diſtantiũ, & in earũ coniunctione ad inuicẽ. Potentia namq; tanto virtuoſiòr cõprobat, quanto plus põt ſup multũ diſtantia. Prima verò, & ſumma ſubſtantiarũ diſtantia, eſt inter incorporeũ, atq; corporeũ. Hæc quippè ſunt primæ differentiæ gñis. ergo ad hoc, ꝓ plenè diuina manifeſtet potentia, neceſſe fuit ſubſtãtiam corporalem, ac ſpiritualem producere, ac productas unire.

¶Decuit quoq; Deũ res ita pducere, vt in eis declaret eius ſapientia. Sapientia aũt artificis præſertim patet in ordinis pfectione. Ordo verò de neceſsitate habet ſupremũ, & mediũ, ac ſimũ. Cumq; infimũ ſit natura purè corpalis, ſummũ aũt natura ſpũalis, mediũ uerò compoſita ex utroq; : niſi Deus oia hæc feciſſet, nõ oũderet in rebus perfectè ſapiẽtia eius. ¶Inſup decuit Deũ creaturas ita pducere vt oũderet bonitas eius, q̃ declarat in diffuſione, & cõicatione ſui ad alterũ, & præcipuè in cõicatione nobiliſsimorũ actuũ, qui ſunt uiuere, & intelligere. maximè verò in hoc, ut & creatura poſsit hos actus alij cõicare. Sed uiuẽs, atq; intelligens eſt ſubſtãtia ſpũalis, & quod p eã viuificat, & pficit, corpus eſt. Sicq; ad perfectã diuinæ bonitatis manifeſtationẽ, neceſſe fuit fieri ſubſtantiã ſpũalem, & corporalẽ: quæ non manifeſtarẽt hoc plenè, niſi & una ſe alteri cõicaret. quod fieri nequiuit, niſi per vnionẽ ambarum. Sicq; neceſſe fuit fieri cõpoſitam ex utraq;. Itẽ ſi ponit dria vna cõtrarietatis, ergo, & altera. Si igit corporalis, ergo & ſpũalis. Hæc Bonauentura.

Sapiẽtia artificis maximè percipitur in ordinis pfectione.

¶Ad primũ igit rñdẽdũ, ꝓ intellectualitas aię rõnalis, eſt naturaliter ita decliuis, ꝓ conueniẽtiùs pfici neqt in adeptione ſcientiæ, ac virtutũ, niſi per vnionem ad corpus, & ex cognitione ſenſitiua ad intellectiuam pgrediendo. Propter quod ait Auerrois, ꝓ ſicut ſe habet materia in ordine rerũ, ita aia rõnalis in ordine intellectualiũ ſubſtantiarum. Itaq; naturalis eſt unio aiæ, & corporis, & corpus ſubſeruit, ac proficit animæ in multis directè. Ex cõſequẽti tñ, & quaſi p accidens pp indigentias, occupationes, & neceſsitudines ſuas frequenter retrahit aiam iam proficientem, ſeu perfectã ab exercitio ſpũali.

Rñdet ad primum.

Auerrois

¶Porro ſm Petrum, & Aegidium, in corpore duo conſideratur, uidelicet vitium & natura. Vitiũ non eſt a Deo, & impedit. Natura uero a Deo eſt, nec impedit niſi ſecundum modum prætactum. Quo circa Thomas, & præfati, ac alij quidam doctores affirmant, ꝓ corpus, quo ad ſuam naturam, non impedit animam quantum ad modum ſuam naturalem contemplandi, ſeruiendiq; Deo, inditum animæ. Quibus obijci põt, ꝓ naturalis modus contemplandi, ac ſeruiendi Deo, inditus animæ, eſt inſiſtere profectui ſcientiæ, ac virtutum ex ſenſitiua notitia, & aliorum informatione, lectione, ſtudio, & inhæſione, ac immoratione ſpiritualium exercitiorum: a quibus omnibus plurimi retrahuntur, ac impediuntur ex neceſsitatibus corporis, præſertim egeni, atq; mechanici, qui circa exteriora verſantur aſsiduè.

Duo ĩ corpore conſiderãtur, ſ. uitiũ, & natura.

¶Ad ſecundum, ꝓ conuenientia aliquorũ dupliciter poteſt attendi. Primò, ſecundum proprietates naturæ, ſicq; corpus, & aia maximè diſtant. Secũdò, penes proportionem ad actum, & ita conueniunt. quæ conuenientia ad vnionem iſtam requiritur.

Ad 2.

¶Ad tertium, ꝓ anima non eſt purè, & perfectè in ſe ſubſiſtens. imò, & ſeparata naturalem habet inclinationem ad corpus, ſine quo plurimas ſuas exercere non valet actiones Hinc ſuũ eſſe quo ſubſiſtit, poteſt corpori communicare: nec tamen totaliter comprehendi a corpore, nec ei omnino immergi, ſicut expoſitum eſt.

Ad 3.

¶Circa hęc ſcribit Bonauentura: In coniunctione animæ ad corpus, ſalua eſt proportio, & abſolutè, & in relatione ad finem. Abſolutè, nam quãuis ſupremum ſpiritus, & infimum corporis multam, & magnam habeant elongationem, nihilominus ſupremum corporis, & infimum ſpiritus maximam habẽt uicinitat. m. Spiritus enim rationalis habet

Bonauent.

habet potentiam viuendi,potentiam vegetandi, &
sentiendi. Corpus verò humanum habet cõplexio-
nis æqualitatem,organorum multiplicitatem, spiri
tuum quoq; subtilitatem.& hoc sm̃ differẽtiam tri
plicem.Nam habet spiritum vitalem,spiritum aïalẽ
& spiritum naturalem. Cõparando ergo cõplexio-
nem æqualẽ ad vim viuificatiuam,p mediũ,ac vin-
culum spũs vitalis,nexus est optimus. Similiter cõ-
parando non solũ cõplexionis æqualitatem, sed ẽt
organizationem, & organizationis perfectionẽ ad
vim vegetandi,ac sentiendi, mediante spiritu natu
rali,ac aïali,optima extat ꝓportio, atque mirabilis
nexus.Vñ sicut ignis, & terra multũ distãtes ab inui
cem,nectunť duplici medio: uno, quo ignis magis
cõicat cũ terra,vtpotè aqua: & alio,quo magis cũ
igne,videlicet aere:ita est in proposito. Attendiť itẽ
inter corpus,& aïam perfecta proportio in relatio
ne ad finẽ. Nempe cũ aïæ humanæ data sit libertas
arbitrij vertibilis, & reuertibilis.i.potens stare, &
cadere,ac iterum surgere:datũ est ei corpus potens
mori, & potens non mori, ac demũ in sempiternũ
viuificari.¶ Rursus,cum anima creata sit tanq̃ tabu
la rasa, datum est ei corpus habẽs multiplicia orga
na, quibus perfici queat scientijs. Conformiter ex
parte corporis, optima consistit proportio in rela-
tione ad finem. Cum enim ordo sit in corporalibus
formis,constat,ꝙ forma elementi ordinetur ad for
mam mixti,& forma mixti ad formam cõplexionã
ti,seu animati. ¶Et rursus,forma vegetabilis ad sen
sibilem:nec sit status in re corporali, & imperfecta:
ideò non est status in illis, sed vltimo disponnnt ad
animam rationalem, per quam etiã corpus,& cor-
poralis natura efficitur æternæ beatitudinis parti-
ceps.Sic ergo omnis intentio corporalis nostrę fru
stratur,aut necesse est pertingere, mediante anima
rationali in vltimum finem. Hæc Bonauentura:

QVAESTIO X.

Decimò principaliter quæritur, *An angelus sit dignior homine, & vtrum anima rationalis, & angelus differant specie.* ¶ Videtur, ꝙ nõ,qm̃ August.
in lib.de Trinit.atq; in libro de ciuitate Dei,testatur
ꝙ mente humana solus Deus est maior. & rursus,
ꝙ inter Deũ,& mentem rõnalem nil mediat,atq; ꝙ
ipsa à solo Deo immediatè formať. Item præhabitũ
est, ꝙ hõ est oĩum finis.& infra habeť, ꝙ angeli mi-
nistrant hoĩbus,ergo hoĩes digniores sunt angelis.
¶ In oppositũ est,ꝙ angeli sunt ordinis superio-
ris,& Deo similiores, nec corporum formæ, nec à
corporalibus scientiam adipiscentes, sed concrea-
Bonauen. tam sibi habentes scientiã. ¶Ad hoc Bonauentura
rñdet:Quæstio ista intelligi põt de duplici dignita-
te,seu ordine. Primò de dignitate,seu ordine ꝑ cõ-
* ita paratione ad finem: &*ista sunt pares,qm̃ ad ean
dem beatitudinẽ immediatè ordinãtur, atq; eiusdẽ
patriæ cælestis erunt cõciues: nec hõ est simpliciter
aut principaliter propter angelum,nec ecõtra,attñ
vnus quodammodo est propter aliũ,& econuerso.
Nam sicut in corpore naturali mẽbra inuicem sibi
subseruiũt,& vnũ alterius indigẽtiã suppler, queãd
modum, & in eiusdẽ vrbis videmns cõciuibus: ita
in homine,& angelo est pensandũ. Homo,namque
labilitatem habet ad peccandum,& libertatem,seu
possibilitatẽ ad resurgendũ. Angelus verò stans,ha
bet perpetuitatem in stãdo:& cadẽs,impossibilita-
tem ad resurgendũ. Ideò angelus stãs sustentat hu-
manã infirmitatẽ,& hõ resurgens reparat ruinã an
gelicã.Ideò angelus quodãmõ est propter hominẽ,
& econtra.Idcirco in isto ordine pares sunt.¶Sed̃o
intelligi potest hęc quæstio de ordine, & dignitate
naturę.sicq; angelus est dignior hoĩe,vtpotè substã
tia simplex,immortalis,incorporalis, altiorisq; spe
ciei.Angelus quippe,& aïa rationalis differunt non
numero solũ,sed etiam specie: similiter homo & an
gelus. Alioquin angelus esset naturaliter corporis
forma,sicut & aïa. Sed tũc remanet quæstio,quæ sit
differentia illa,qua differunt. Quo circa est triplex Positio prima.
positio. Vna, ꝙ specificè differunt per cõparationẽ
ad Deum: qm̃ differentia vltimo cõpletiua, accipiť
ab eo, quod nobiliùs,ac digniùs est in re. sicq; ange
lus differt ab aïa:qm̃ angelus habet intellectum dei-
formẽ, ut B. Dionysius contestatur.Propter quod
habet species intelligibiles sibi innatas, & intelligit
intuitu simplici.Aïa verò habet intellectum poten-
tialem,& collatiuũ, seu inquisitiuũ,& hoc naturali
ter, quicquid sit de gloria. Verũ ista positio non vi-
detur oĩno conueniens. Primò,quia differentiæ re-
rũ sumuntur secundũ cõparationem,quam habent
à se, non in relatione ad Deum, respectu cuius cõ-
ueniunt. ¶Amplius,deiformitas intellectus respicit
potentiã intellectiuam,eos aũt inquirimus de diffe-
rentia essentiarũ,nõ potentiarum. ¶Postremò dei-
formitatẽ intellectus angelus sortitur per gloriam,
imò & aïa separata hanc habet. Anima quoq; Adæ,
etiã habuit species innatas. & ita hæc oĩa ad differẽ
tiam spectant accidentalem. ¶Secũda positio est,ꝙ Secunda positio.
angelus, & aïa differũt specificè per cõparationem
rerum ad inuicẽ, & q͞a auctores huius opinionis nõ
potuerunt inuenire actus differẽtes formaliter, per
quos deueuirent in cognitionem diuersarũ differẽ
tiarum angeli, ac animæ, sed inuenerunt actus diffe
rentes gradu,ac dignitate, dixerunt,ꝙ differunt spe
cie secundum maiorem excessum in simplicitate,&
bonitate naturæ. & iste excessus in essentialibus va-
riat speciẽ, dum exit limitem debitum speciei,quẽ-
admodũ calidum in quarto gradu est alterius spe-
ciei, q̃ calidum in primo.sed hoc valde ambiguum
est, ꝙ angelus intm̃ excedit aïam, ꝙ ex ipso excessu
diuersarum sint specierum,cum optima aïa,scilicet
aïa Christi, sit nobilissima creatura, nec tñ huma-
nã exeat speciem. ¶Præterea, dato ꝙ ibi esset talis
excessus,non tñ penes eum sumeretur differẽtia ho
rum specifica: imò potius videretur sequi differen-
tiã specificam, q̃ econtra.Potius namq; res diuersa
rum bonitatum gradus habent in nobilitate ꝑꝑ di-
uersas naturas, quę sunt aptę capere plus;& minus,
q̃ viceuersa. Hæc quoq; differentia est ualde gene-
ralis, & transcẽdens esse vr̃, quia si ita potest hic ac-
cipi, pari ratione vbiq;. ¶Idcirco est tertia positio, Tertia positio.
quam puto probabiliorem,quę sumit differentiam
istam per cõparationem animæ rationalis ad cor-
pus humanum, ex qua parte anima nobis innote-
scit, nõ solum secundum accidentia sua, sed etiam
secundum suã essentiam: nec solum secundum id,
quod est in dignitatis,sed itẽ penes id,quod est no-
bilitatis. Hoc namq; quod est,animã corpus viuifi-
care, & informare, non dicit actum accidentalem,
neq; ignobilem, cum anima ratione illius sit nobi-
lissima forma,& in anima stat appetitus totius infe-
rioris naturæ. Corpus quippe humanum nobilissi-
ma complexione,& organizatione,quę est in natu-
ra,est organizatum, & complexionatum:ideò non
completur, nec natum est compleri, nisi nobilissi-
ma forma.Hoc itaque, quòd anima unibilis est cor
pori tali, dicit quid essentiale, respiciens, quod est
nobilissimum in anima. Sicque penes illud rectè
sumitur specifica differentia, secundum quam ani-
ma differt à natura angelica. Hæc Bonauentura.
¶Concordat Albertus: Anima, inquiẽs, rationa- Albertus
lis

lis,& angelus differunt specie, & gñe. Est.n.anima
animalis, intendens in delectabilia corporis, & sic
gñe differt ab angelo.Angelus namq; est spũs, non
respiciens ad delectabilia illa. Differunt ẽt specie.
Anima enim rationlais sm̃ seipsam, & sm̃ totum
officium,seu effectum,corpori extat vnibilis. Ange
lus verò separata substantia est.¶Deniq;, quod ani-
ma sm̃ esse suũ corpori uniatur,patet per hoc,quod
ipsa est actus corporis organici physici, vitam ha-
bentis in potentia: quod non est per potentias ani
mæ tantum,vt quidam dixerunt,sed per suam essen
tiam.& nisi ipsa consisteret hominis forma substan-
tialis,homo non esset homo.Propter quod decimo
Philosop. Ethicorum ait Philosophus: Homo est solus intelle
ctus,eo quod est a sola intellectuali anima tãquam
ab vltimo perfectiuo, respectu cuius omnia alia,
quæ sunt in homine sicut sunt inferiora, in poten-
tia sunt.homo est homo, & esse specificum habet.
Quod si obijciatur,quod intellectus nullus est cor-
poris actus, hæc obiectio est hominis seipsum non
intelligentis. Inquantum enim nullius corporis
actus est,est in potentia omnium acceptiua. quòd si
esset alicuius corporis actus, quemadmodum ui-
sus actus est oculi, non acciperet nisi existentia de
harmonia,compositioneq; corporis sui, sicut uisus
non recipit ea nisi quæ sunt de harmonia, composi
tione,& perfectione perspicui humidi, & luminis.
Auicenna. Nunc aũt per abstractionem recipit omnia. Hinc 6.
de naturalibus loquitur Auicenna, quod anima ra-
tionalis sola sm̃ esse est actus,& anima hominis. ue
getabilis autem,& sensibilis non se habent nisi tan-
quam potentiæ ad eandem.
Gregorius Nysenus. ¶Veruntamen,ut ait Gregorius Nysenns sequẽs
Platonem in hoc vera dicentem,anima rõnalis non
solum est corporis actus,sed etiam suppositum, &
subiectum in se perfectum, corpore utens, & illud
regens:ideo separatur post mortem, & est substan-
tia uitæ in semetipsa. Atq; in hoc principaliter dif-
fert ab angelo.Et si quis instet, quia sm̃ hoc anima
separata non differret ab angelo: dicendum quod
imò:quoniam anima separata manet unibilis cor-
pori, affectum, & intentionem reseruans ad illud
intantum,ut per hoc a contemplatione aliqualiter
August. retrahatur. Vnde duodecimo super Genesim ad li-
teram Augustinus loquens de anima rapta, a sensi-
bus corporis alienata,& de statu post mortem, fate
tur:Inest animæ quidam naturalis appetitus admini
strandi corpus,quo appetitu quodammodo retar-
datur,ne tota intentione pergat in illud summum
cœlum intellectualem,id est,superbeatissimam tri-
nitatem,quamdiu ei nõ est, subest corpus, cuius ad
ministratione appetitus ille quiescat.
¶Præterea ex hac differentia,quæ substãtialis est
inter angelum,& animam, consequuntur quædam
aliæ in eorum potentijs. Ex hoc enim, quod anima
forma est corporis,intellectus eius coniungitur cõ-
tinuo ipsi,estq; necesse,ut a phantasmate sumat spe
cies intelligibiles,quod non facit intellectus angeli.
Hinc quoq; oportet,vt intellectus animæ formeť,&
illuminetur ab inferiori,inquantum inferiora sunt
sub lumine intellectus agentis.Intellectus verò an-
geli nõ formatur, neq; illuminatur, nisi a superiori.
Hanc differentiam ponit Alexander,in libro de mo
tu cordis,dicendo:Anima est substantia intellectua
lis, illuminationum, q̃ sunt a Deo ultima relatione
perceptiua.& innuit,quòd angelus est substantia in
tellectualis,illuminationum,quæ sunt a Deo prima
Dionysius relatione perceptiua.Propter quod ẽt sanctus Dio-
nysius protestatur, quòd angelus est Deiformis in
tellectus:homo autem intellectus rationalis, & in-
quisitiui.Hęc Albertus.
¶In cuius verbis videť minùs congruenter sona-
re,quod asserit animam per hoc differre ab angelo
gñe:qm̃ anima est intendens in delectabilia corpo-
ris.Animæ etenim uirtuosæ, præsertim heroicæ a de
lectationibus illis se retrahunt, & eas cordialiter
aspernantur.Et si dicatur,quòd ex sua natura affe-
ctabiles sunt ad eas, obijci põt, quod affectatio illa
uenit ex fomite.Vitium aũt est contra vel præter na
turam.Sed quicquid inde dicatur,apparet,ꝙ ex in-
tendentia illa ad corporis oblectamẽta,genus sumi
non queat:quia differentia generis etiam essentialis
est,non accidentalis.Intendere autem ad delectabi
lia illa,accidentale,& separabile est. Attamen forsan
quis dicat,ꝙ actualiter in illa attendere,accidentale
sit:intendere quoq; in illa ordinatè,extat culpabile:
sed in ea intendere aptitudinaliter,& prout delecta
tiones illæ sunt purè naturales,ac ordinatæ, nec ac
cidentale est,neq; culpabile.
¶Porro Vdalricus in Summa sua lib.4.dñiam, ac Vdalricus
distinctionem ponit in angelis inter se,& inter an-
gelos,ac animas rõnales,ex maiori, & minori ꝓpin
quitate ad creatorem, seu iuxta distantiam ab eo-
dem:hoc est,sm̃ quod magis, aut minùs participãt
de actu,& potentia.Quæ enim propinquiores sunt
per similitudinẽ mutationis primo principio, quod
est purus actus,maioris sunt actualitatis, & minùs
de potentia sortiuntur. Idcirco earum natura est
formalior,spiritualior,atq; perfectior. Anima uero
rõnalis per hoc differt ab angelis,quòd præ ipsis ma
ioris est potentialitatis,minorisq; actualitatis,intan
tum,quod intellectualitas in ipsa intantum occum
bit,ac deficit,ut a sensibilibus scientiam adipisci cõ
ueniat.Vnde secundum Isaac Israeliticum philoso-
phum, anima in umbra intelligentiæ est producta
aptiùs rationalis,ac discursiua, q̃ intellectualis, ac
synceriter intuitiua censetur. Hæc Vdalricus.
¶Cuius responsio, ut mox patebit, est aptior.
¶Insuper de hac re loquiť sanctus doctor in plu- Thomas.
ribus locis,videlicet in 1.parte Summæ,qõne 75.In
summa quoq; contra gentiles libro 2.92.cap.ple-
niùs uerò in Scripto secundi,distinctione tertia di-
cens: Quidam dixerunt, quòd anima rationalis
non est in genere substantiæ sicut species, sed sicut
principium speciei, cum sit forma, & ita non dici-
tur propriè differe ab alio specie. Sed hoc non ui-
detur,quia (ut ait Auicenna in metaphysica sua) ad Auicenna.
hoc,quod aliquid sit propriè in genere substantiæ,
requiritur, quod sit res quidditatem habens, cui
conueniat esse absolutum,ita,ut per se esse dicatur
siue subsistens. Hinc (secundum Auicennam) duo- Duobus modis aliquid non esse in gñe substantię
bus modis potest contingere, quòd aliquid ad ge-
nus substantiæ pertinens,non sit in genere substan-
tiæ, ut species. Primò, quia res illa non habet
quidditatem nisi suum esse, ideoque Deus non est
in prædicamento substantiæ sicut species.Secundò,
quia res illas non habet esse absolutum, ut dici ua-
leat ens per se: idcirco materia prima, & formæ
materiales non sunt in genere substantiæ sicut spe-
cies. Anima autem rationalis habet esse absolu-
tum a materia non dependens: ideo est species,
inquatum res talis: atque principium speciei, in-
quantum est corporis forma. Est ergo positio ve- Positio sanior, quod angelus, & anima differunt specie.
rior, quod angelus, & anima differunt specie.
Quibus autem differentijs specificis distinguantur,
diuersimodè assignatur: quia secundum quos-
dam differunt specie per unibile corpori, & non
vnibile,secundum alios per rationale,& intellectua
le:

le: secundum quosdam, per hoc quod est habere intellectum possibilem respectu superiorum tantum, quod conuenit angelo, qui à Deo, & spiritu creato altiori illuminatur, & habere intellectum possibilē respectu superiorum, & inferiorum, quod cōuenit animæ rationali, quæ à superioribus illustrabat, atque à phantasijs cognitionem venatur. Secundum nonnullos, per hoc quòd est habere vertibilitatem immutabilem, quod conuenit angelo, qui incōuertibiliter adhæret bono, aut malo, ad quod se semel per electionem conuertit: & per habere vertibilitatem mutabilem, quod conuenit animæ. Secundum cæteros, per virtutem interpretatiuam, quia secundum Damascenum, angelus interpretatur, seu loquitur quibusdam signis, & nutibus intellectualibus, absq; uocis expressione, homo autem loquitur voce expressa. Nec mirum, ꝙ tā diuersimodè angeli, ac animæ differentiæ asignantur, quoniam differentiæ essentiales nobis ignotæ, & innominatæ sunt vt 7. metaphysicæ dicitur, per differentias accidentales denotantur, quemadmodum causa per suum effectum, sicut, & calidum, & frigidum nominātur differentiæ ignis, & aquæ. Sicq; possunt plures differentiæ pro specificis asignari, secūdum plures proprietates rerum specie differentium, ex essentialibus differentijs causatæ: quarum tamen illæ melius asignātur. quæ sunt priores quasi essentialibus differentijs propinquiores. Cum ergo simplicium substantiarum differentia in specie, sit secundum gradum actualitatis, & potētialitatis in eis, ex hoc anima rationalis differt ab angelis, quod ultimum gradum in spiritualibus tenet substantijs, sicut materia prima in sensibilibus rebus, vt tertio de anima loquitur Cōmentator. Cumq; plurimum de potentia

Distinctio pruna inter angelū & animā.

1 litate habet, tam propinqua est materialibus rebus, vt corpus eam possit participare. ideò consequuntur illæ differentiæ inter angelum, & animam, vhi-

2 bile corpori, & non vnibile ei, & item rationale, & intellectuale. Ex hoc quippe, quòd angelus plus habet de actu, & minus de potentia, quàm anima, par-

Quamobrem aīa rationalis dicitur.

ticipat quasi in plena iuce intellectualitatem, propter quod intellectualis vocatur. Anima verò eam participat defectiuè, & obumbratè, ideò appellatur rationalis, quoniam ratio in umbra intelligentiæ oritur. Ex his procedit distinctio tertia. Cum enim

3 sit anima corporis forma, habet quasdam uires organicas, scilicet sensus, ex quibus ad intelligibilium cognitionem ascendit. Porro distinctio quarta na-

4 scitur ex secunda. Cum enim angelus intellectum habet deiformem, conuertitur immobiliter ad quodcunq; non autem anima, quæ per inquisitio-

5 nem acquirit notitiam. Quinta distinctio ex prima descendit, quia cum anima corpori uniatur organico, potest exteriorem uocem formare, non angelus. Hinc harum distinctionum prima est melior, quia accipitur secundum esse, quod primum est. Secunda verò, & tertia sumuntur penes vim cognoscitiuam, quarta penes uirtutem appetitiuam, ad quam secundum philosophum spectat electio. Cū electio sit cognitione posterior, ideò ista differentia minus valet, quàm præcedentes. Quinta sumitur penes virtutem motiuam, per quam sit vocis formatio. Estq; motiua posterior cognitiua, & appetitiua: ideò distinctio ista cæteris minus ualet. Hæc Thomas in Scripto.

Idē Tho.

¶Quibus cōsonat, quòd idem affirmat in suo tractatu de esse, & essentia: Qm̄, inqens, in intelligētijs ponunt actus, & potētia, nō erit difficile, multitudinē, & ordinē intelligētiarū inuenire. Quod impossibile esset, si nulla in eis esset potentia. Vnde dicit cōmētator tertio de anima: Si natura intellectus possibilis, esset in nobis ignota, non possemus inuenire distinctionem, & ordinē in substantijs separatis. Idcirco distinctio earum ad inuicem, est secundum gradum actus, & potentię, ita quòd intelligentia superior, quæ magis propinqua est primo, maius habet de actu, & minus de potentia. Sicq; de alijs: & completur in anima humana, quæ in intellectualibus substantijs ultimum tenet gradum, cuius intellectus possibilis ita se habet ad formas intelligibiles, sicut materia prima ad formas sensibiles, ut 3. de anima loquitur cōmentator. Ideo Philosophus comparat eum tabulæ rasæ, in qua nihil est pictum. Hinc inter substantias intellectuales plus habet de potentia, atq; intātum efficitur materialibus rebus propinqua, ut materialis res trahatur ad participādum esse ipsius, ita ꝙ ex anima, & corpore resultat esse unum in uno cōposito, quamuis esse illud prout est animæ, non sit dependens à corpore, & ita post hanc formam, videlicet animam rationalem, inueniuntur aliæ formę plus de potentia habentes, ac propinquiores materiæ, intantum vt esse earum sine materia non sit. In quibus inuenitur etiam ordo, & gradus vsque ad primas, seu substantiales formas elementorum, quæ propinquissimæ consistunt materiæ. Vnde nec aliquam habent operationem, nisi secundum exigentiam qualitatum actiuarum, & passiuarum, ac aliarum, quibus materia ad formas disponitur. Hæc ibidem.

Albertus cōcordat.

¶Quibus satis concordant scripta Alberti in li. suo de homine, & in tractatu de quatuor coæquæuis, in commento quoq; super librum de Causis.

Thomas.

¶Hinc & Thomas in Scripto secundi: In homine, ait, est intellectus: nec tamen ob hoc in ordine intellectualium ponitur. Illa namq; substantia intellectualis uocatur, cuius tota cognitio secundū intellectum est: quoniam omnia, quæ cognoscit, subito, & sine inquisitione intuetur: anima verò per inquisitionem, & rationis discursum. Ideo rationalis dicitur, quia eius cognitio ꝓm principium tantum & secundum terminum intellectualis existit. Secūdum principium, quia prima principia statim cognoscit, propter quod habitus principiorum indemonstrabilium dicitur intellectus. Secundū terminum quoq; qm̄ inquisitio rationis ad rei intelligentiam terminatur. Idcirco anima intellectum nō habet ut propriam naturam, sed per quandam participationem. Si autem objiciatur, ꝙ ratio etiam interdum angelis, imò & Deo asscribitur (nam & Magister rationalem creaturam in angelum, animāq; distinguit. Gregorius quoq; in homilia, Angelus, inquit, rationale est animal, imò & Plato in primo Timæi fatetur, ꝙ Deus auctor est maximus operis sui ratione, atq; prouidentia) respondendum, ꝙ ratio vno modo accipitur, prout contra sensum diuiditur, sicque conuenit Deo & angelis. Hæc Thomas in Scripto. Idē Vdalricus in Summa libro quarto.

Gregorij.

Scotus.

¶Præterea Scotus vī contradicere pinduētis de specifica inter angelū & aīam distinctione. Cōcedit eqdem, ꝙ specificē differūt, nō tm̄ sicut duę species, cū anima non sit species, sed pars speciei, videlicet hoīs, sed sicut species, & pars speciei, quod dictū à Thoma, & Bonauētura satis est improbatū. nec locū habet cauillatio illa in aīa separata, quæ non est actualiter pars speciei. Attn̄ verum est, quod aīa rationalis, præsertim corpori sociata, nō est ita propriè species, sicut hō & angelus: nec etiam aīa separata est tam propriè separata substātia, ac persona, quemadmodum angelus, cum ex sua natura corpori extet vnibilis, tanquam pars essentialis. ¶Vlteriùs addit Scotus. Dicunt quidam, ꝙ prima rō huius specificæ distinctionis, est vnibilitas ad materiā, ꝙ non vnibilitas. sed contra, forma est finis materiæ, 2. Physicorum: ergo distinctio materiæ est pp distinctionem formæ, non econuerso. Hinc alij dicunt, ꝙ gradus intellectualis maior, aut minor in angelo, & in anima, est principiū distinctionū vnius ab alio. Asserūt quoq;, ꝙ iste distinctus modus intelligendi, est, qd̄ angelus intelligit sine discursu, aīa cū discursu. Sed contra, aīa non discurrit circa principia, sed circa conclusiones, nec circa obiectū beatificū. Si ergo isti duo modi cognoscendi differunt specie, & specificam distinctionē inducunt, erunt in aīa duę intellectualitates specie differentes. Hęc Scotus.

Dionysi.

¶Circa quæ dico, ꝙ prima illa obiectio rudis est, & nec contra verba, nec contra mentē doctorū militat pręfatorum. Nempè Alexander, Albertus, Bonauentura, & alij quidā differentiam illā inter angelū, & animam asignantes, non dicunt, ꝙ aīa, & angelus differunt p materiā, & non materiā, put Scotus eos dicere innuit, & concludit, sed p vnibilitatē, & nō vnibilitatē, ad corpus siue materiā: q̄ vnibilitas est ex natura animæ, seu ex gradu suæ intellectualitatis extremæ, seu vltimæ, & penitus imperfectæ, ex qua indiget ministerio corporis, ac sensuum eius scientiam obtinere, sicut expositū est: & quæ non vnibililas angeli, est ex natura ipsius, seu gradu suæ intellectualitatis perfectiori, qua naturale est sibi concreatam habere scientiam. Quamuis etiā forma sit finis materiæ: ex hoc tamen non sequitur, ꝙ distinctio materię nullatenus sit a forma, imò secundum philosophum forma est, quæ distinguit, & separat. sic, & sanitas est finis medicinæ, nihilominus sanitatum distinctio a medicinis causatur.

¶Insuper instantiæ factæ contra secundam positionem, prosus inualidæ sunt. Differentiæ etem̄ accipiunt̄, & ĩnotescūt nobis nō ex quocūq;, sed ex principali, & ꝓprio, naturaliq; actu naturæ specificæ: talis verō actus animæ rōnalis, est rōcinari siue discurrere, ad quem etiam cognitio principiorum subseruit, ac ordinatur. ¶Deinde Scotus suam positionē exprimendo, incidit hoc ipsum, quod reprobat. Ait. n. Quicquid est, & agere potest, est aliquod ens habens actum primum, qui ꝓm naturam prior est illi ꝓm se, q̄ in comparatione ad actum secundum cuius pōt esse principium, ita, quod licet id, quo est tale ens principium actus secundi, non sit aliud a sua natura: non tm̄ prima entitas sua est natura sua, ꝓm quod est principium talis actus secundi, sed natura sua, ut in se, est hæc. & ista prima distinctio entis non est per naturam suam, inquantum est principium talis operationis, sed ut est hęc natura, quāuis per identitatē ipsa sit principium actus secundi. Sic dico in ꝓposito. quod licet natura angelica sit principiū intelligendi, & volendi, & anima similiter ita, quod duę potentię nihil dicunt additū essentię aīę, tm̄ primū hic, & ibi, scilicet in angelo, & aīa est hęc natura, & rō naturę ad se. & ista distinctio primo est ad se, quā seqtur distinctio principiorū operādi. qa. n est hęc natura, ideo principium talis operationis, non econuerso. Hęc Scotus.

Dionysius.

¶Ad quod dico, quòd eo mō, quo res ipsas cognoscimus, noīa eius imponimus, ideo sicut rerū naturas specificas, non nisi per earum proprias operationes agnoscimus, sic earum differentias significamus per nomina habitudinem, aptitudinem, seu habilitatem quandam signantis ad proprios actus illarū: nō, quod eēntialis differentias vnius naturę ab alia sit primò, & immediatè p hmōi actus, q̄ ipsam naturā, & actuale esse eius consequunt̄ tanquā effectus. Siquidem actus secundus præsupponit actum primū, q̄ est esse. Porro vna natura specificè differt ab alia p suam ultimatam, & supremā essentialem perfectionem intrinsecam, a qua fluit esse, & agere præsertim si esse dicat̄ realiter distingui ab essentia. Et neq; essentiam neq; esse rei distinctè cognoscimus, nisi per actus secundos, potissimè principales, ac proprios. Et ista per præfatorū doctorū intentio, quos dū Scotus reprobare conatur, in eorum positionem collabitur. Quòd verò potentias animæ dicit non superaddere q̄d reale essentię animę, hoc est, realiter nō distingui ab aīa, improbatū est lib. 1.

Idē Sco.

¶Ampliùs querit hic Scotus, Vtrum creatio angeli sit idem angelo. Et qm̄ quæstionis huius solutio depēdet a solutione quęstionis, qua quæritur, Vtrū relatio creaturæ sit eadem fundamento, idest, realiter idem cum substantia, quantitate, seu qualitate, in quo fundatur, ideo quærit, & hoc. Primoq; improbat opinionem dicentium, quòd relatio est eadem fundamento, quam tm̄ specialiter asscribit Henrico, & multipliciter probat, quòd relatio sit quid reale a fundamento suo distinctū. Nihilominus tenet, qd̄ relatio ad Deum omni creaturæ communis est idem realiter fundamento, differens formaliter ab eodem. Insuper de creatione subiungit: Creatio non tantum videtur importare relationem ad Deū sub ratione causæ efficientis, sed etiā ad non esse p̄cedens, & hoc ordine durationis, prout propriè sumit̄ creatio. sed ordo ille pōt intelligi vel ad non esse p̄cedens immediatè vel indistinctè. & primo mō dicitur res tantum creari in primo instanti, secundo modo dicitur res semper esse creata dum manet. Loquendo igitur de prima relatione, uidelicet ad causam efficientem, patet solutio ex prædictis, utpote, quod a fundamento non differt. De secunda relatione videtur, quod ista non sit eadem fundamento. Verum quæstio ista in primo libro discussa est. Vbi ostensum est, quòd relatio secundum esse differt a fundamento realiter. Vnde irrationabile esse videtur, quod Scotus concedit hoc ipsum, & nihilominus tenet, quòd relatio ad creatorem communis omni creaturę, non differat realiter a creatura.

Quæstio.

¶Tertium verò, quod dicit, omni ratione censetur carere. Argumentum quoque, quo probat relationem ad Deum, communem omni creaturę, idē esse fundamento, probatur inualidum. Sic enim arguit: Id, quod propriè dicitur inesse alicui, & sine quo illud non potest esse, sine contradictione est realiter illi idem. Hoc quippè faciliter reprobatur: quoniam accidens proprium propriè inest speciei, nec species sine illo potest esse, sicut homo non pōt esse sine risibili: & tamē risibilitas realiter differt ab humanitate tanquam proprietas eius. De his quia præhabita sunt, transeo. Consentiendumq; est Alexandro, Thomæ, Alberto, Bonauēturæ, cæteris quoque præallegatis concorditer affirmantibus, quòd passiua creatio sit realis relatio, distincta realiter a fundamento, sicut ostensum est.

Richardi.

¶Postremò Richardus hic scisciatur, an tres personæ, pater, filius, & spiritussactus, sint æquæ primæ, & immediatæ rerum principium. Et respondet, quòd imò, quia creare conuenit eis, nō vt sunt distinctæ personæ, sed ut sunt unum in naturą, & in essentia. & quamuis pī dicatur omnia operari per filium, pater quoq;, & filius per spiritumsanctū, illa

illa tamen mediatio nõ excludit istam immediationem, sed denotat, ꝙ filius habet à patre creatiuã virtutem, spiritussanctus quoq; à patre, & filio. Qualiter autem tres superglorioſæ, & superbenedictę, & superadorandæ personæ dicantur vnus creator, & vnum principium, in primo ostensum est libro.

Distinctio II.

A *Quæ consideranda sunt de angelica natura.*

DE angelica itaque natura hæc primò consideranda sunt, quando creata fuerit, & vbi: & qualis facta sit, dum primùm conderetur. Deinde qualis effecta, auersione quorundam, & conuersione quorundam: De excellentia, quoque, & ordinibus, & donorum differentia, & de officijs, ac nominibus, alijsq; pluribus, aliqua dicenda sunt.

B *Quando facti sunt angeli priùs dicit, in quo videntur sibi obuiare auctoritates.*

Quædam auctoritates videntur innuere, ꝙ ante omnem creaturam creati sunt angeli. Vnde illud, Primò omniũ creata est sapientia: quod intelligitur de angelica natura, quæ in scriptura sæpe vita, & sapientia, & lux dicitur. Nam sapientia illa, quæ Deus est, creata non est. Filius enim sapientia patris est genita, non facta, nec creata: & tota trinitas vna sapientia est, quæ non facta, nec creata est, nec genita, vel procedens. De angelica ergo vita illud accipiendum est, de qua dicit scriptura quando facta est, scilicet primo omnium. Sed rursum alia scriptura dicit, In principio creauit Deus cęlum, & terram. Et in propheta: Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cęli. Et videtur contrarietas quædam oriri ex assertionibus istis. Nã si primo omnium creata est sapientia, omnia post ipsam facta videntur: & ita post ipsam facta videntur lum, & terram, nihil factum est ante cęlum, & terram, nec ipsa sapientia facta est ante cęlum, & terram. Cum ergo hæc contraria videantur, nec in diuina scriptura fas sit sentire aliquid esse contrarietatis, requiremus intelligentiam veritatis.

Eccl. 1. a. — 1. Cor. 1. — Gene 1 a — Psal. 101 a

C *Quid tenendum sit docet, præmissas auctoritates determinando.*

Videtur itaq; hoc esse tenendum, ꝙ simul creata est spiritualis creatura. i. angelica, & corporalis, secundum quod accipi potest illud Salomonis: Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. i. spiritualem, & corporalem naturam: & ita non priùs tempore: creati sunt angeli, q̃ illa corporalis materia quatuor elemẽtorum: & tamen primo omnium creata est sapientia: quia etsi non tempore: præcedit tamen dignitate. Quod autẽ simul creata fuerit corporalis, spiritualisq; creatura, Aug. super Gen. apertè ostendit: dicens, per cælum, & terram, spiritualem, coporalemque naturam intelligi, & hæc creata sunt in principio, scilicet temporis, vel in principio, quia primo facta sunt.

Eccl. 18. a. — Aug. li. 1. cap. 1.

D *Quòd nihil factum est ante cælum, & terram, nec etiam tempus. cum tempore enim creata sunt, sed non ex tempore.*

Ante eum. n. nihil factum est, nec etiam tempus factum est ante spiritualem, s. angelicam naturam: & ante corporalem, s. materiam illam quatuor elementorum confusam. Illa enim cum tempore creata sunt, nec ex tempore, nec in tempore. Sicut nec tẽpus in tempore creatum est, quia non fuit tempus antequam esset cælum, & terra. Vnde Auguſt. in libro de Trinitate dicit, ꝙ Deus fuit dominus antequam tempus esset, & non in tempore cœpit esse dominus, quia fuit dominus temporis quando cępit esse tẽpus, nec vtiq; tempus cępit esse in tẽpore, quia non erat tempus anteq̃ inciperet tempus.

Aug. li. 5. cap. 6.

E *Quòd simul cum tempore, & cum mundo cœpit corporalis, & spiritualis creatura.*

Simul ergo cum tpe facta est corporalis, & spiritualis creatura, & simul cum mundo: nec fuit ante angelica creatura, quàm mundus, quia ut ait Aug. Nulla creatura creata est ante secula, sed à seculis, cum quibus cœpit. Hieronymus tamen super epistolam ad Titum, aliud videtur sentire, dicens: Sex millia necdum nostri temporis implentur annorum. & quantas priùs æternitates, quanta tempora, quãtas seculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus angeli, throni, dominationes, cæteriq; ordines seruierunt Deo absq; temporum vicibus, atque mensuris, & Deo iubente substiterunt? His verbis quidam adhærentes, dixerunt cum mundo cœpisse tempus seculare: sed ante mundum extitisse tempus æternum sine mutabilitate, & in eo immutabiliter, & intemporaliter astruunt angelos Deo iubente substitisse, eique seruisse. Nos autem quod priùs dictum est, pro captu intelligentiæ nostræ magis approbamus: salua tamen reuerentia secretorum,

Aug. sup Gen. li. 5. capit. 19. — S. Hieron. super epistolam ad Titum. cap. 1.

torum, in quibus nihil temere asserendum est. Et illud Hieronymum dixisse, non ita sentiendo, sed aliorum opinionem referendo arbitramur.

F *Vbi angeli mox creati fuerint, in empyreo scilicet, quod statim factum, repletum est angelis.*

Iam est oñsum, qñ creata fuerit angelica natura: nunc aũt aduertendum est, ubi facta fuerit. Testimonijs quarundã auctoritatũ. euidenter monstrat̃, angelos ante casum fuisse in cœlo: & inde corruisse quosdam pp superbiam, alios uerò, qui non peccauerunt, illic persistitisse. Vnde dñs in euangelio ait: Videbã sathanã tanquã fulgur de cœlo cadentẽ. Nec appellat̃ hoc cœlum firmamentũ, quod secunda die factum est: sed cœlum splẽdidum, qđ dr̃ empyreum. i. igneum, a splendore, non a calore: quod statim factum, angelis est repletũ, quod est supra firmamentum. Et illud empyreum quidam expositorũ sacræ scripturę, noſe cœli intelligi uolunt, ubi scriptura dicit: In principio creauit Deus cœlum, & terram. Cœlum, inquit Strabus, non uisibile firmamentum hic appellat, sed empyreum. i. igneum, uel intellectuale, quod nõ ab ardore, sed a splendore dr̃: quod statim factũ, repletũ est angelis. Vnde Iob: Vbi eras cum me laudarent astra matutina, &c. De hoc quoq; Beda ita ait: Hoc superius cœlum, quod a uolubilitate mundi secretum est: mox ut creatum est, sanctis angelis impletum est: quos in principio cum cęlo, & terra conditos testatur dñs, dicens: Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei? Astra matutina, & filios Dei, eosdẽ angelos Dei uocat. Cęlum. n. in quo posita sunt luminaria, non in principio, sed secunda die factum est. Ex his liquet, ꝙ in empyreo oẽs angeli fuerunt ante quorundam ruinam: simulq; creati sunt angeli cum cęlo empyreo, & cum informi materia omnium corporalium.

Luc. 10. c. — Genes. 1. a — Strabus. — Iob 38. a. — Beda sup Genesim.

G *Quòd simul creata est visibilium rerum materia, & inuisibilium natura, & vtraq; informis secundum aliquid, & formata secundum aliquid.*

Simul ergo uisibilium rerum materia, & inuisibilium natura condita est: & utraq; informis fuit ſm aliquid, & formata ſm aliquid. Sicut. n. corporalium materia cõfusa, & permixta, q̃ ſm Græcos dicta est chaos, in illo exordio cõditionis primariæ, & formam confusionis habuit, & non habuit formam distinctionis, & discretionis, donec postea formaretur, atq; distinctas reciperet species: ita spiritualis, & angelica natura in sua conditione ſm naturę habitum formata fuit, & tñ illã, quã postea per amorem, & conuersionem a creatore suo acceptura erat, formam non habuit, sed erat informis sine illa. Vnde Aug. multipliciter exponens præmissa uerba Genes. per cęlum dicit intelligi informẽ naturã uitæ spiritualis, sicut in se põt existere nõ conuersa ad creatorem, in quo format̃; per terrã, corporalem materiã sine omni qualitate, q̃ apparet in materia formata.

Aug sup Genes. lib. 1. cap. 1.

H *Quomodo dicat lucifer secundum Isaiam, Ascendam in cœlum, & similis ero altissimo, cum esset in cœlo.*

Hic quæri solet, si in cęlo empyreo fuerunt angeli, quàm statim ubi facti sunt, quomodo (ut legitur in Isaia) dicit lucifer, Ascendam in cęlum, & exaltabo solium meum, & ero similis altissimo? sed ibi cęlum uocat Dei celsitudinem, cui parificari volebat, & est tale: Ascendam in cęlum. i. ad æqualitatem Dei.

Isaię. 14.

Summa distin. 2.

POstquã præcedenti distinctione tractauit Magister de creaturis ĩ gñali, nũc de principali creaturarũ portione, uidelicet de immaterialibus, immortalibus, & intellectualibus creaturis prosequitur, & primò tãgit qd de ipsis sit plequendum, uidelicet qñ, ubi, & quales sint factæ, deinde, quales proprijs meritis, seu demeritis sint effectę: de earũ quoq; excellentia, ordinib⁹, & gratuitis donis, atq; officijs. Deinceps in ista distinctione inducit, An angeli facti sint añ sensibilẽ mũdũ: & ꝓbat, ꝙ simul cũ cœlo, & terra creati sint.

QVAESTIO I.

Hierony. 1

HIc quærit primò, *An angeli ante sensibilem mũdum sint conditi.* ¶ Vt, ꝙ sic. Primò, auctoritate Hieronymi super epistolam ad Titum: Sex millia, inquit, annorum nr̃i tpis nõdum expleta sunt, ex quo creatus est mundus iste uisibilis, & quantas priùs æternitates, quantaq; tpa, quantas seculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus angeli, throni, dñationes, ac cæteri ordines dño seruierunt absq; tpm uicib⁹, ac mẽsuris, & Deo iubẽte substiterunt?

¶ Secũdò, in lib. de ecclesiasticis dogmatibus legitur: Cũ adhuc tenebrę ipsam aquã occultarẽt, facti sunt angeli, & oẽs cœlestes uirtutes, ut nõ esset Dei bonitas ociosa, sed haberet, in quibus per multa añ spatia suam ostenderet bonitatem. 2 Auguſt.

¶ Tertiò, quia Grego. Nazianzenus cognomento Theologus, ꝓtestat̃: Primum excogitauit Deus angelicas, & cęlestes uirtutes, & excogitatio eius fuit opus ipsius ¶ Quartò, hoc ipsum allegat, & approbat Damasc. lib. 2. Quidã, inquiẽs, aiunt, ꝙ añ oẽm creationẽ angeli geniti sunt, vt Theologus dicit Gregorius. 3 Greg. Nazianzenus — 4 Damasce.

goris. Alij verò postquàm genitum est primũ cęlũ. Ego aût Theologo consentio Gregorio. Decebat.n. primum intellectualem creari substãtiam, & ita sensibilem, ac tunc ex utroque hominem. ¶ Quintò, in
5 collationibus patrum describitur, quemadmodum abbas Serenus hoc fortiter dixerit. ¶ Sextò, in Eccl.
6 scriptum est: Primò omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo, quod cùm de increata sapientia nequeat accipi, de creata videtur sapiã exponendũ, imò de natura angelica ſm Augustinũ.

Eccl. 1.

In oppositum.

¶ In oppositum sunt, quæ continentur in litera.

Albertus.

¶ Ad hoc rndet Albertus: Quemadmodũ ait Magister, quidam nimis adhærentes verbis Hieronymi distinxerũt duplex tempus uidelicet seculare, & ante seculare, puta æternum, allegantes illud Apostoli: Temporibus æternis taciti: Et illud, Ante tẽpora secularia: tempus anteseculare uocantes moram indeficiẽtis æternitatis, quæ omne tẽporis includit. Verum, quia absurdũ est, ſm Platonẽ, & oẽs philosophos, ꝙ aliquod fuerit tẽpus ante secu lũ (vnde 13. de Ciuitate Dei loquitur Augustinus: Mundus non incepit in tpe, sed simul cum tẽpore, eo ꝙ ante mũdum non fuit tẽporis, in quo mũdus inciperet. Imò cum motu cęli incepit tempus, ꝗa vt dr 4. Physicorum, Tempus est numerus motus, ſm priùs, & posteriùs) hinc ait Magister, & bene, ꝙ spiritualis, & corporalis natura simul sunt factæ cũ tempore. Et quod dixit Hieronymus, non asserendo, sed aliorũ opinionem narrando deprompsit. Nempe, vt dictũ est supra, Stoici quorum Socrates fuit princeps, dixerunt ab æterno sibi secula succedere, & vniuscuiusque seculi esse proprium tempus. Illorumque opinionem refert Hieronymus, quę iam ante est improbata: Hæc Albertus in Scripto.

Rom. 16.
Titi. 1.
August.

Vdalricus

¶ Hinc Vdalricus in Sũma sua libro 4. Simul creati sunt angeli, cum natura corporali, atq; cum tempore, secũdum positionem Augustini, Gregorij, Bedæ. Alij verò, quàm plures dicunt eos creatos ante cætera uniuersa, uidelicet Gregorius Nazianzenus, Damascenus, Hilarius quoq; 12. de trinitate, & lib. de synodis, dicens: Non magnum est, ꝙ Deus pater dñm nostrũ ante cælũ, & terram genuerit, cum etiã angelus creatura cæli, & terræ inueniatur antiqor. Vnde, & Iob de Behemoth. i. diabolo dicit: Ipse est principium viarũ Dei. i. creaturarum. Et si dicatur, ꝙ isti loquantur de prioritate dignitatis, ordinisq; naturæ, non durationis, obuiant præinducta verba Hieronymi. Porrò alij, vt recitat Damascenus, dixerunt angelos factos post cęli formationem, & ante hominis productionem. Inter hæc autem nil tñ asserentes, quod non sufficienter probamus, Augustino potius consentimus. Nam, & secundum Phylosophos intelligẽtiæ, & orbes cælestes semper simul fuerunt cum motu, & Augustinus super Genesim ex textu hæc probat. Hæc Vdalricus.

Gregorij
Beda.

Iob. 40.

Thomas:

¶ At verò Thomas in prima parte Summæ, quæstione 62. Circa hæc, inquit, inuenitur fuisse duplex sanctorum doctorum sententia. Illa tamen probabilior uidetur, ꝙ angeli simul cum creatura corporea sunt creati. Angeli namque sunt quædam pars vniuersi. Non enim per se constituunt vniuersum, sed tam ipsi, q̃ creatura corporea in constitutione vnius uniuersi conueniunt. quod apparet in ordine vnius creaturæ ad aliam. Ordo quippe rerum ad inuicem, bonum est uniuersi. Nulla autem pars pfecta est à suo toto separata. Non est ergo probabile, ꝙ Deus cuius perfecta sunt opera, angelos ante alias creaturas seorsum creauit, quãuis contrariũ nõ sit reputandum erroneum. pręcipuè pp auctoritatem atq; sententiam Gregorij Nazianzeni. cuius est tanta in doctrina Christiana auctoritas, ut nullus unquam eius dicta calumniam inferre præsumpserit: sicut nec beati Athanasij documentis, ut ait Hieronymus. Hæc ibidem.

Gregorij Naziẽzeni doctrina maximæ auctoritatis.

Idẽ Tho.

¶ Porrò in Scripto secundi: Creatio, ait, rerũ ex voluntate creatoris depẽdent: qui tunc, & nõ priùs res creare voluit. Quę cũ nobis ex naturali luminè nota non sit, initium creationis rerum ratione inuestigare non possumus, sed fide tenemus, prout nobis traditum est ab eis, q̃bus diuinã voluntatem credimus reuelatã. Sciendum ergo, quod circa rerum inceptionẽ sancti cõuenientes in eo, quod fidei est, vtpote nihil præter Deum ab æterno fuisse, uaria, ad minus quantum ad superficiem verborum, inuẽniuntur dixisse in his, quæ de necessitate fidei non sunt, in quibus licuit eis diuersimodè opinari, sicut & nobis. ¶ Plures namq; eorum q̃ Augustinum præcesserũt, sicut Hieronymus, Hilarius, Gregorius Nazianzenus, videntur posuisse angelos ante corporalẽ creaturã creatos, corporalemq; creaturam per species successiuè distinctã. Augustinus verò corporalẽ, & spiritualem creaturas ponit simul productas: corporalem quoq; simul secundum materiã, & species: non tamen secundum indiuidua, quæ sucessione temporum generantur. Posteriores verò, Gregorius, Beda & alij, concordant cũ Augustino in coęuitate spiritualis, & corporalis creaturæ: cum alijs autem in successione distinctionis corporum per species diuersas. Hinc tenetur cõmuniter, ꝙ angelus non est factus ante corporalem creaturam. Hoc quippe probabiliùs videtur tam ex parte diuinæ potentiæ, cuius non est successiuè operari, ad excludendum errorẽ, ne videãtur angeli esse corporalium creatores. Veruntamen alteri sententiæ non est præiudicandum, vt habetur in litera: quoniam istud non est demonstratum, nec fide expressum. Hæc in Scripto. In Summa etiam contra gentiles libro 2. aliquid scribit inde.

August.

¶ Concordat Petrus: Quatuor, inquiens, ponuntur communiter concreata. i. coæquæua, quasi prima quædam principia creaturæ agendæ. Primum exemplar. i. natura angelica, quę uocatur exemplar inferiorum eo modo, quo prima & perfectiora vocantur exemplaria inferiorum sequentium, quę ad superiorum imitationem producta sunt, prout primo libro ostensum est. Prima potẽtia. i. materia prima. Primus locus. i. cęlum empyreum. & prima mẽsura durationis, videlicet tempus. Veruntamẽ Ambrosius in Hexameron loquitur: Angeli, & dominationes quãuis aliquando esse cœperunt: erant tamẽ quando hic mundus factus est. quod exponitur sicut auctoritates quædam præhabitæ. Hæc Petrus.

Petrus.

Ambrosius.

¶ Richardus quoque quæstione, qua quærit, An æuum creatum sit ante tempus, affirmat: Tẽpus dupliciter sumitur. Primò communiter, pro quacunque mensura ipsius esse existentis in variatione. Secundo propriè, prout est cõtinuatio motus numeratio ab anima, qua mediante motu cuius tempus est passio. i. proprietas, propriave mensura, mensurat & anima durationes motuum aliorum, quę cõtinuatio est sicut in subiecto in natura primi mobilis, nobis manifestè noti ex sensibilia apparẽtia siderum, ac signorum, quæ in ipso consistunt. Itaq; primo modo loquẽdo de tẽpore, æuum non fuit creatum ante tempus duratione, sed dignitate: quoniã simul facta sunt natura angelica, in qua cointelligitur sua mensura, videlicet æuum, & cœlum empyreum, primumq; temporis communiter sumpti instans,

Richard.

Tẽpus dupliciter accipitur.

stans, atque materia corporalium aliorum. Loquẽdo aût de tempore secundo modo, æuum pręcesit tempus non solum duratione, sed etiam dignitate, secundum opinionem dicentium opera sex dixerũ facta per interualla temporum. Hæc Richardus.

Bonauen.

¶ Insuper Bonauentura hic scribit: Quatuor fuerunt primo creata, cælum empyreum, natura angelica, materia, tẽpus. Cuius duplex ratio asignatur: Vna, quoniam in principio debuerũt prima in omni gñe creari, in rebus scilicet, ac mensuris, & in spiritualibus, ac corporalibus, in corporalibus, quoq; actiuis, & passiuis: qm̃ prima inter substantias spirituales, est angelus: prima uerò inter substantias corporales, cælum empyreum: & prima inter passiua, materia elementorum: & prima inter mensuras, tẽpus: quia non tm̃ dicit mensuram durationis, sed etiam egressionis: idcirco hæc quatuor dicunt̃ primo creata. Secunda, quia substantia spiritualis angelica, primum debuit fieri tanquam caput, & minus dependens. Et statim, vt facta est, simul habuit distinctionem, & ordinem. Ordinem uerò existentiæ non habuit, nisi in aliquo cõtinente: ergo simul factum est cælum empyreum corpus supremum, id circo, & capacissimum. Cumq; uacuum esse non posset, necesse fuit simul fieri materiam corporalẽ, seu mobilem. & qm̃ omnis productio in aliqua est mensura, hinc tria ista necessariò sequitur tempus. ¶ Prærerea si quis instet, quia nihil põt creari nisi ab infinita uirtute, ergo uirtus diuina se totam exponit in unius creaturæ productione, non igitur põt plura simul creare: rursus diuina uirtus cum simplicissima, ad quod se conuertit, totaliter se cõuertit: vnum igitur quodcunque creando, totaliter se conuertit ad illud efficiendum, nec simul aliud facere valet: Dicendum, ꝙ nõ conuertit se ad aliquid unũ, imò nec ad plura creanda totaliter, id est, ſm extremum posse suum, nec quasi exhauriendo suam potẽtiam: nec sic totaliter, quasi nec plura, neq; maiora queat efficere: sed ita totaliter, quod non partem omnipotentiæ suæ. Nempe diuina potestas dicitur infinita, atq; omnipotẽs, non solũ qm̃ potest de nõente facere ens: sed oĩa, quia non potest in tot, quin plura, imò quãtum in ipsa est, potest intensiuè, & extensiuè in infinitũ maiora, & plura. Hæc Bonauen.

Duplex rõ cur quatuor primo fuerũt creata.

Secũda ratio.

Hanibal.

¶ Consonat Alexander, qui de hac quæstione non scribit specialia præter præhabita.

¶ Porrò Hanibal refert: Quidam dixerũt, quòd impossibile fuit angelos ante corporalẽ creaturam creari, qm̃ nequeunt ab inuicem esse distincti, nisi in diuersis locis existant. Diuersitas aût locorum sine corpore nequit intelligi. sed hoc nõ uidetur, qm̃ illa solum de necessitate loco distinguũtur, de quorum ratione est situs, utpotè, quæ dimensiuè subiacent quantitati. Angeli uerò incorporei sunt idcirco sicut eorum substantia non dependet ab aliquo demẽsiuè, sic nec eorum distinctio. Alij uerò, vt Basilius, & Gregorius Nazianzenus, multiq; antiquorum doctorum, dixerunt angelos ante corporalem conditos creaturam. Quòd utiq; fuit Deo possibile. Quòd cum ex diuina dependeat voluntate, improbari efficaciter non ualet, nisi aliqua auctoritas in scripturis reperiatur canonicis contra hoc: quæ cum desit, Augustinus probabiliter persuadet angelos simul cum creatura corporali esse productos. Quem sequũtur oẽs moderni latinorum doctores. Nempe ex angelis, & corporalibus creaturis unum constituitur vniuersum, cuius partes principales de cuit simul creari, ac esse, ut ostenderetur oẽs unitate ordinis ad vnũ aliquid pertinere. Hæc Hanibal.

Basilius.
Nazianzenus.

¶ Ad auctoritates in oppositum introductas, breuiter respondetur, quod procedunt secundum æstimationem Græcorum doctorum, & antiquorum quorundam latinorum. Alia verò positio probabilior est. Aliqui tamen uolentes quasi cõcordare positionem vtranq; ad inuicem, responderunt, quod loquuntur de prioritate, & ordine dignitatis, non durationis, aut temporis, quæ concordatio non est nisi ad aerem, quamuis Albertus, Bonauentura, Petrus, Richardus, & alij quidam sic soluant. Non enim procedit secundum mentem sanctorum illorum, sicut, & Thomas fatetur, & ex præhabitis innotescit, ex libro quoq; collationum sanctorum patrum, vbi abbas Serenus mentis suæ intẽtionem apertissimè pandit, doctores sequens Græcorum perfectos. Postremò, auctoritates scripturæ, quę hoc velle uidentur, rite de dignitatis prioritate, ac ordinẽ exponuntur.

Rãsio ad auctoritates introductas.

QVAESTIO II.

Secundò quæritur, *An æuum mensura sit angelorum.* ¶ Videtur, quòd non, quia in secunda propositione libri de Causis asseritur: Omne esse superius, aut est supra æternitatem, aut in ęternitate, aut post æternitatem. Idem sententialiter habetur in Proclo, & per esse, quod est supra æternitatem, intelligitur Deus, & increatum esse ipsius: per esse in æternitate, intelligentia, seu angelus. Ergo æternitas est angelorum mensura, præsertim cum in libro de Causis dicatur. Intelligentia parificatur æternitati.

2 ¶ Secundo, Boethius ait Deo:

Qui tempus ab æuo
Ire iubes.

Boethius. Me 9 li. 3.

Ergo tẽpus proficiscitur, seu causatur ab æuò. Causa verò tẽporis non est nisi æternitas, seu Deus æternus, cum tempus sit vnum quatuor coæquæuorum à Deo immediatè (vt patuit) productorum. Ergo
3 æuum non est mensura ab æternitate distincta. Tertiò, in libro de Causis habetur: Inter rem cuius substantia, & operatio est in æternitate, & rem cuius substantia, & operatio est in tempore, est res media cuius substantia est in æternitate, & actio in tempore: ergo præter æternitatem, & tempus, non est alia
4 ponenda mensura, quæ æuum vocetur. Quartò, aut esse angeli est totum simul fixum, non fluens, aut non: si primum, mensuratur ęternitate: si secundum tempore. Quintò, si æuum est mensura distincta à
5 tempore, non apparet cur tempus sit potius unum de quatuor coæquæuis, quàm æuum. Imò apparet, quod æuum magis, cum sit tempore dignius, & secundum aliquos priùs illo.

¶ Circa hoc quæritur, An sit unum æuum omnium æuiternorum, sicut vnum ponitur tempus tẽporalium vniuersorum. Itemq;, An in æuo sit vera, & realis successio. Hæc condependent, & de his nõ scribit hic Alexander, sed potius super primum, atque in Summa. Albertus, quoq; nõ hic, sed in libro suo de quatuor coæquęuis, sicut patebit. Est autem materia ista difficilis, & multa, quę de ea dicuntur, certitudine carent, & opinatiuè promuntur magis, quàm assertiuè. Deniq; Augustinus in libro Cõfessionum, apertissimè tenet, ac pro uiribus probat, quod tempus non sit aliquid reale extra animam, sed solum protensio animi circa rem temporalem.

¶ Itaq; Thoma ad primum horum rndens: Aeũ inquit, ponitur mẽsura media inter tempus, & ęternitatem. Porrò de distinctione temporis ab ęuo est; triplex opinio. Vna, quòd idem sit nunc ęui, & tẽpo

Thom. rñsio ad primum.

goris. Alij verò postquam genitum est primũ cęlũ. Ego aũt Theologo consentio Gregorio. Decebat.n. primum intellectualem creari substãtiam, & ita sensibilem, ac tunc ex utroque hominem. ¶ Quintò, in collationibus patrum describitur, quemadmodum abbas Serenus hoc fortiter dixerit. ¶ Sextò, in Eccl. scriptum est: Primò omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo, quod cùm de increata sapientia nequeat accipi, de creata videtur sapia exponendũ, imò de natura angelica ſm Augustinũ.

Eccl. 1.

In oppositum.

¶ In oppositum sunt, quæ continentur in litera.

Albertus.

¶ Ad hoc rndet Albertus: Quemadmodũ ait Magister, quidam nimis adhærentes verbis Hieronymi distinxerũt duplex tempus uidelicet seculare, & ante seculare, puta æternum, allegantes illud Apostoli: Temporibus æternis taciti: Et illud, Ante tẽpora secularia: tempus ante seculare uocantes moram indeficiẽtis æternitatis, quæ omne tẽporis includit. Verum, quia absurdũ est, ſm Platonẽ, & oẽs philosophos, ꝙ aliquod fuerit tẽpus ante seculũ (vnde 13. de Ciuitate Dei loquitur Augustinus: Mundus non incepit in tpe, sed simul cum tẽpore, eo ꝙ ante mũdum non fuit tẽporis, in quo mũdus inciperet. Imò cum motu cęli incepit tempus, ꝙ a vt dr 4. Physicorum, Tempus est numerus motus, ſm priùs, & posteriùs) hinc ait Magister, & bene, ꝙ spiritualis, & corporalis natura simul sunt factæ cũ tempore. Et quod dixit Hieronymus, non asserendo, sed aliorũ opinionem narrando deprompsit. Nempe, vt dictũ est supra, Stoici quorum Socrates fuit princeps, dixerunt ab æterno sibi secula succedere, & vniuscuiusque seculi esse proprium tempus. Illorumque opinionem refert Hieronymus, quę iam ante est improbata: Hæc Albertus in Scripto.

Rom. 16. Titi. 1.

August.

Vdalricus

¶ Hinc Vdalricus in Sũma sua libro 4. Simul creati sunt angeli, cum natura corporali, atq; cum tempore, secũdum positionem Augustini, Gregorij, Bedæ. Alij verò, quàm plures dicunt eos creatos ante cætera uniuersa, uidelicet Gregorius Nazianzenus, Damascenus, Hilarius quoq; 12. de trinitate, & lib. de synodis, dicens: Non magnum est, ꝙ Deus pater dñm nostrũ ante cælũ, & terram genuerit, cum etiã angelus creatura cæli, & terræ inueniatur antiqior. Vnde, & Iob de Behemoth. i. diabolo dicit: Ipse est principium viarũ Dei. i. creaturarum. Et si dicatur, ꝙ isti loquantur de prioritate dignitatis, ordinisq; naturæ, non durationis, obuiant præinducta verba Hieronymi. Porrò alij, vt recitat Damascenus, dixerunt angelos factos post cęli formationem, & ante hominis productionem. Inter hæc autem nil rñ asserentes, quod non sufficienter probamus, Augustino potius consentimus. Nam, & secundum Phylosophos intelligẽtiæ, & orbes cælestes semper simul fuerunt cum motu, & Augustinus super Genesim ex textu hæc probat. Hæc Vdalricus.

Gregorij

Bedæ.

Iob. 40.

Thomas:

¶ At verò Thomas in prima parte Summæ, quæstione 62. Circa hæc, inquit, inuenitur fuisse duplex sanctorum doctorum sententia. Illa tamen probabilior uidetur, ꝙ angeli simul cum creatura corporea sunt creati. Angeli namque sunt quædam pars vniuersi. Non enim per se constituunt vniuersum, sed tam ipsi, q̃ creatura corporea in constitutione vnius uniuersi conueniunt. quod apparet in ordine vnius creaturæ ad aliam. Ordo quippe rerum ad inuicem, bonum est uniuersi. Nulla autem pars pfecta est à suo toto separata. Non est ergo probabile, ꝙ Deus cuius perfecta sunt opera, angelos ante alias creaturas seorsum creauit, quãuis contrariũ nõ sit reputandum erroneum. pręcipuè pp auctoritatem atq; sententiam Gregorij Nazianzeni. cuius est tanta in doctrina Christiana auctoritas, ut nullus unquam eius dicta calumniam inferre præsumpserit: sicut nec beati Athanasij documentis, ut ait Hieronymus. Hæc ibidem.

Gregorij Naziẽzeni doctrina maximæ auctoritatis.

¶ Porrò in Scripto secundi: Creatio, ait, rerũ ex voluntate creatoris depẽdent: qui tunc, & nõ priùs res creare voluit. Quę cũ nobis ex naturali lumine nota non sit, initium creationis rerum ratione inuestigare non possumus, sed fide tenemus, prout nobis traditum est ab eis, q̃bus diuinã voluntatem credimus reuelatã. Sciendum ergo, quod circa rerum inceptionẽ sancti cõuenientes in eo, quod fidei est, vtpote nihil præter Deum ab æterno fuisse, uaria, ad minus quantum ad superficiem verborum, inueniuntur dixisse in his, quæ de necessitate fidei non sunt, in quibus licuit eis diuersimodè opinari, sicut & nobis. ¶ Plures namq; eorum q̃ Augustinum præcesserũt, sicut Hieronymus, Hilarius, Gregorius Nazianzenus, videntur posuisse angelos ante corporalẽ creaturã creatos, corporalemq; creaturam per species successiuè distinctã. Augustinus verò corporalẽ, & spiritualem creaturas ponit simul productas: corporalem quoq; simul secundum materiã, & species: non tamen secundum indiuidua, quæ successione temporum generantur. Posteriores verò, Gregorius, Beda & alij, concordant cũ Augustino in coęuitate spiritualis, & corporalis creaturæ: cum alijs autem in successione distinctionis corporum per species diuersas. Hinc tenetur cõmuniter, ꝙ angelus non est factus ante corporalem creaturam. Hoc quippe probabiliùs videtur tam ex parte diuinæ potentiæ, cuius non est successiuè operari, ad excludendum errorẽ, ne videãtur angeli esse corporalium creatores. Veruntamen alteri sententiæ non est præiudicandum, vt habetur in litera: quoniam istud non est demonstratum, nec fide expressum. Hæc in Scripto. In Summa etiam contra gentiles libro 2. aliquid scribit inde.

Idẽ Tho.

August.

¶ Concordat Petrus: Quatuor, inquiens, ponuntur communiter concreata. i. coæquæua, quasi prima quædam principia creaturæ agendæ. Primum exemplar. i. natura angelica, quę uocatur exemplar inferiorum eo modo, quo prima & perfectiora vocantur exemplaria inferiorum sequentium, quę ad superiorum imitationem producta sunt, prout primo libro ostensum est. Prima potẽtia. i. materia prima. Primus locus. i. cęlum empyreum. & prima mẽsura durationis, videlicet tempus. Veruntamẽ Ambrosius in Hexameron loquitur: Angeli, & dominationes quãuis aliquando esse cœperunt: erant tamẽ quando hic mundus factus est. quod exponitur sicut auctoritates quædam præhabitæ. Hæc Petrus.

Petrus.

Ambrosius.

¶ Richardus quoque quæstione, qua quærit, An æuum creatum sit ante tempus, affirmat: Tẽpus dupliciter sumitur. Primò communiter, pro quacunque mensura ipsius esse existentis in variatione. Secundo propriè, prout est cõtinuatio motus numeratio ab anima, qua mediante motu cuius tempus est passio. i. proprietas, propriave mensura, mensurat & anima durationes motuum aliorum, quę cõtinuatio est sicut in subiecto in natura primi mobilis, nobis manifestè noti ex sensibilia apparẽtia fidelium, ac signorum, quæ in ipso consistunt. Itaq; primo modo loquẽdo de tẽpore, æuum non fuit creatum ante tempus duratione, sed dignitate: quoniã simul facta sunt natura angelica, in qua cointelligitur sua mensura, videlicet æuum, & cœlum empyreum, primumq; temporis communiter sumpti instans,

Richardus.

Tẽpus dupliciter accipitur.

stans, atque materia corporalium aliorum. Loquẽdo aũt de tempore secundo modo, æuum pręcesit tempus non solum duratione, sed etiam dignitate, secundum opinionem dicentium opera sex dixerũ facta per interualla temporum. Hæc Richardus.

Bonauen.

¶ Insuper Bonauentura hic scribit: Quatuor fuerunt primo creata, cælum empyreum, natura angelica, materia, tẽpus. Cuius duplex ratio assignatur: Vna, quoniam in principio debuerũt prima in omni gne creari, in rebus scilicet, ac mensuris, & in spiritualibus, ac corporalibus, in corporalibus, quoq; actiuis, & passiuis: qm̃ prima inter substantias spirituales, est angelus: prima verò inter substantias corporales, cælum empyreum: & prima inter passiua, materia elementorum: & prima inter mensuras, tẽpus: quia non tm̃ dicit mensuram durationis, sed etiam egressionis: idcirco hæc quatuor dicunt primo creata. Secunda, quia substantia spiritualis angelica, primum debuit fieri tanquam caput, & minus dependens. Et statim, vt facta est, simul habuit distinctionem, & ordinem. Ordinem verò existentiæ non habuit, nisi in aliquo cõtinente: ergo simul factum est cælum empyreum corpus supremum, id circo, & capacissimum. Cumq; uacuum esse non posset, necesse fuit simul fieri materiam corporalẽ, seu mobilem. & qm̃ omnis productio in aliqua est mensura, hinc tria ista necessariò sequitur tempus. ¶ Præterea si quis instet, quia nihil põt creari nisi ab infinita uirtute, ergo uirtus diuina se totam exponit in unius creaturæ productione, non igitur põt plura simul creare: rursus diuina uirtus cum simplicissima, ad quod se conuertit, totaliter se cõuertit: vnum igitur quodcunque creando, totaliter se conuertit ad illud efficiendum, nec simul aliud facere valet: Dicendum, ꝙ nõ conuertit se ad aliquid unũ, imò nec ad plura creanda totaliter, id est, ſm extremum posse suum, nec quasi exhauriendo suam potẽtiam: nec sic totaliter, quasi nec plura, neq; maiora queat efficere: sed ita totaliter, quod non partem omnipotentiæ suæ. Nempe diuina potestas dicitur infinita, atq; omnipotẽs, non solũ qm̃ potest de nõente facere ens: sed oĩa, quia non potest in tot, quin plura, imò quãtum in ipsa est, potest intensiuè, & extensiuè in infinitũ maiora, & plura. Hæc Bonauen.

Duplex rõ cur quatuor primo fuerũt creata.

Secũda ratio.

¶ Consonat Alexander, qui de hac quæstione non scribit specialia præter præhabita.

Hanibal.

¶ Porrò Hanibal refert: Quidam dixerũt, quòd impossibile fuit angelos ante corporalẽ creaturam creari, qm̃ nequeunt ab inuicem esse distincti, nisi in diuersis locis existant. Diuersitas aũt locorum sine corpore nequit intelligi. sed hoc nõ uidetur, qm̃ illa solum de necessitate loco distinguũtur, de quorum ratione est situs, utpotè, quæ dimensiuè subiacent quantitati. Angeli uerò incorporei sunt idcirco sicut eorum substantia non dependet ab aliquo demẽsiuè, sic nec eorum distinctio. Alij uerò, vt Basilius, & Gregorius Nazianzenus, multiq; antiquorum doctorum, dixerunt angelos ante corporalem conditos creaturam. Quòd utiq; fuit Deo possibile. Quòd cum ex diuina dependeat voluntate, improbari efficaciter non ualet, nisi aliqua auctoritas in scripturis reperiatur canonicis contra hoc: quæ cum desit, Augustinus probabiliter persuadet angelos simul cum creatura corporali esse productos. Quem sequũtur oẽs moderni latinorum doctores. Nempe ex angelis, & corporalibus creaturis unum constituitur vniuersum, cuius partes principales decuit simul creari, ac esse, ut ostenderetur oẽs unitate ordinis ad vnũ aliquid pertinere. Hæc Hanibal.

Basilius. Nazianzenus.

¶ Ad auctoritates in oppositum introductas, breuiter respondetur, quod procedunt secundum æstimationem Græcorum doctorum, & antiquorum quorundam latinorum. Alia verò positio probabilior est. Aliqui tamen uolentes quasi cõcordare positionem vtranq; ad inuicem, responderunt, quod loquuntur de prioritate, & ordine dignitatis, non durationis, aut temporis, quæ concordatio non est nisi ad aerem, quamuis Albertus, Bonauentura, Petrus, Richardus, & alij quidam sic soluant. Non enim procedit secundum mentem sanctorum illorum, sicut, & Thomas fatetur, & ex præhabitis innotescit, ex libro quoq; collationum sanctorum patrum, vbi abbas Serenus mentis suæ intẽtionem apertissimè pandit, doctores sequens Græcorum perfectos. Postremò, auctoritates scripturæ, quę hoc velle uidentur, rite de dignitatis prioritate, ac ordinẽ exponuntur.

Rãsio ad auctoritates introductas.

QVAESTIO II.

Secundò quæritur, *An æuum mensura sit angelorum.* ¶ Videtur, quòd non, quia in secunda propositione libri de Causis asseritur: Omne esse superius, aut est supra æternitatem, aut in ęternitate, aut post æternitatem. Idem sententialiter habetur in Proclo, & per esse, quod est supra æternitatem, intelligitur Deus, & increatum esse ipsius: per esse in æternitate, intelligentia, seu angelus. Ergo æternitas est angelorum mensura, præsertim cum in libro de Causis dicatur. Intelligentia parificatur æternitati.

¶ Secundo, Boethius ait Deo:

Qui tempus ab æuo
Ire iubes.

Ergo tẽpus proficiscitur, seu causatur ab æuò. Causa verò tẽporis non est nisi æternitas, seu Deus æternus, cum tempus sit vnum quatuor coæquæuorum à Deo immediatè (vt patuit) productorum. Ergo æuum non est mensura ab æternitate distincta. Tertiò, in libro de Causis habetur: Inter rem cuius substantia, & operatio est in æternitate, & rem cuius substantia, & operatio est in tempore, est res media cuius substantia est in æternitate, & actio in tempore: ergo præter æternitatem, & tempus, non est aliaponenda mensura, quæ æuum vocetur. Quartò, aut esse angeli est totum simul fixum, non fluens, aut non: si primum, mensuratur ęternitate: si secundum tempore. Quintò, si æuum est mensura distincta à tempore, non apparet cur tempus sit potius unum de quatuor coæquæuis, quàm æuum. Imò apparet, quod æuum magis, cum sit tempore dignius, & secundum aliquos priùs illo.

2 Boethius. Me 9 li. 3.

3

4

5

¶ Circa hoc quæritur, An sit unum æuum omnium æuiternorum, sicut vnum ponitur tempus tẽporalium vniuersorum. Itemq;, An in æuo sit vera, & realis successio. Hæc condependent, & de his nõ scribit hic Alexander, sed potius super primum, atque in Summa. Albertus, quoq; nõ hic, sed in libro suo de quatuor coæquęuis, sicut patebit. Est autem materia ista difficilis, & multa, quę de ea dicuntur, certitudine carent, & opinatiuè promuntur magis, quàm assertiuè. Deniq; Augustinus in libro Cõfessionum, apertissimè tenet, ac pro uiribus probat, quod tempus non sit aliquid reale extra animam, sed solum protensio animi circa rem temporalem.

¶ Itaq; Thoma ad primum horum rndens: Aeuũ inquit, ponitur mẽsura media inter tempus, & ęternitatem. Porrò de distinctione temporis ab ęuo est, triplex opinio. Vna, quòd idem sit nunc ęui, & tẽpo

Thom. rñsio ad primum.

ris secundum essentiam, differens ratione: quia nũc temporis mensurat mobile ipsum ſm quod est in motu eo, quòd sicut se habet tempus ad motum, ita nunc temporis ad mobile, ut quarto dicitur Physicorum: sed nunc æui mensurat substantiã mobilis primi, prout consideratur in se. Sicq; tẽpus, & æuũ differunt tantummodo ratione. Attamen æuo mensuratur, non solum substantia cæli, sed etiam angeli. Hoc autem stare non ualet, quia duratio respicit esse in actu, non autem est idem actus, neq; rationis vnius esse cęli, quod mensuratur æuo, & mouere ipsius, quod tempore mensuratur. Idcirco secundũ rem differunt tempus, & æuum, cum diuersorũ generum diuersæ consistant mensuræ, vt 10. metaphysicæ patet. Hinc alij hoc concedentes, dixerunt, ꝓ æuum est mensura rei permanentis naturæ, tempus vero mensura est rei motæ, & tamẽ in æuo est priùs atq; posteriùs, sicut in tpe. Sed differunt, quia in tẽpore ẽ priùs, & posteriùs, cum innouatione, in quo autem absq; innouatione, & innouatione. Sed hoc nihil uidetur dictu, qm̃ vbicunq; est priùs, & posteriùs, oportet intelligere partem priorem, & posteriorem, quæ in nulla duratione sunt simul: & dum est priùs, nondum est posteriùs. Sicq; oportet illud aduenire de nouo. Exemplum quoq; quòd ponunt falsum supponit. Etenim dicunt, ꝓ sicut inuenit fluxus alicuius ab alio cõtinuus cum innouatione eo, quòd semper aliud, & aliud est, quod fuit, quemadmodum in exitu riui à fonte: sic etiã inuenitur fluxus continuus sine inuouatione, ut in emanatione radij à sole, qui semper est idem. Hoc autem nõ est verum, quòd in exitu radij à sole priùs, atq; posteriùs attenduntur, cum illuminatio sit instantaneus motus, & consequens motum corporis illuminantis. Esse autem angeli non reducitur in innouationem alicuius motus sicut in causam, neq; innouat in se: qm̃ nihil fit, quod priùs non fuit, ergo impossibile est, ꝓ aliquo mõ sit ibi priùs, & posteriùs. Idcirco dicendũ, ꝓ tempus est mensura habens priùs & posteriùs, æuum verò est mensura non habẽs ea. Oportet namq; rationem mensuræ ex mẽsurato accipere. Cumq; esse angeli, quòd æuo mẽsuratur, sit indiuisibile, carẽs uariatione, æuum priùs, & posteriùs non habet, sed motus, qui tpe mensuratur successione quadam perficitur. Ideoq; in tpe priùs & posteriùs reperiuntur. Denique, æuum differt ab æternitate, quemadmodum esse angeli ab esse Dei in duobus. Primò, qm̃ esse diuinũ est per se stans, cũ sit realiter id, quod est, seu diuina essentia, seu ipsemet Deus. In angelo aũt aliud est esse, & quod est. Secundò, Nam esse angeli fluxit ab alio, estq; participatio quædam esse diuini, & increati. Ideò sicut esse angeli est nõ ipsum esse diuinum, sed participatio eius: sic mensura esse angeli, seu æuũ, non est ipsa æternitas propriè sumpta, sed participatio eius. Hinc auctores parum loquuntur de differẽtia æternitatis, ac æui, imò beatus Dionysius, utroque vtitur differenter. Hæc Thomas in Scripto.

Aeui, & æternitatis differentia.

Idẽ Tho.

¶ Præterea in prima parte Sũmæ, quæstione 10. Aeuum, ait, differt ab æternitate, & tempore, mediũ inter ea existens, sed horum differentiam quidam assignant, quia æternitas principio caret, & fine Aeuum uerò principium habet, nõ finem. Tempus autem principium, finemq; habet. Verum ista differentia est per accidens. Nam quamuis æuiterna sem per sufficient, & semper essent futura, ut aliqui ponunt, vel etiam tandem deficerent, quod Deo esset possibile: adhuc æuum ab æternitate, & tempore distingueretur. Alij ergo distinguunt inter hæc tria ꝑ hoc, quod æternitas non habet priùs, & posteriùs, tempus autem habet priùs, & posteriùs cum innouatione. æuum uerò hæc habet sine innouatione, & veteratione, quod supra iam improbatum fuit. Est igitur respondendum, quòd cum æternitas sit mensura esse permanentis, hinc secũdum quod aliquid recedit à permanentia essendi, secundùm hoc recedit ab æternitate. Quædam itaq; ita recedunt à permanentia existendi, quòd esse eorum est transmutationis subiectum, vel in transmutatione consistit, & hæc tempore mensurantur, ut motus, & esse oĩum corruptibilium rerum. Quædam minus credunt à permanentia essendi. Quoniam esse eorum, nec in transmutatione consistit, nec est trãsmutationis subiectum: tamen habent transmutationem adiunctã in potentia, vel in actu, quemadmodum in corporibus patet cęlestibus, quorum esse substantiale intransmutabile est cum transmutatione ſm locum. Angeli quoque intransmutabile esse habent, cum transmutabilitate secundum electionem, quantum ad eorum naturam: & cum transmutatione intelligentiarum, & affectionum, atque locorum, iuxta modum ipsorum: ideò mensurantur æuo, quod inter æternitatem, & tempus est medium. Sicq; tempus habet in se priùs, & posteriùs, æuum uerò non, attamen possunt ei coniungi: æternitas, nec habet ea, nec possunt coniungi eidem. Hæc in Summa. In Summa etiam contra gentiles libro primo, capitulo 15. hinc aliqua tangit.

Aeuũ mediũ ẽ inter æternitatẽ & tempus

¶ Idem Petrus, qui, & apertiùs loquens: In angelis, inquit, est esse substantiale, & hoc semper manet inuariabile, mensuraturq; æuo. Est quoq; in eis esse accidentale, secundum affectiones, & operationes variabile, quod non mensuratur æuo, sed tempore non propriè dicto, quod est mensura motus primi mobilis: sed largè accepto, quod est mẽsura cuiuscunque mutationis. Vnde in æuo secundum se, nõ est fuisse, nec futurum esse, sed per comparationem ad tempus cui coexistit. Hæc Petrus.

Petrus.

¶ Porrò Richardus circa hęc scribit diffusiùs: Primò dicens declarandum est quid sit tempus: secundo, quid instans: tertio, quid æuũ: quarto, quod angeli sunt in ęuo. Itaque dico, quòd tempus est continuatio, seu duratio, seu mora ipsius motus primi, numerata ab anima, qua continuatione (motu mediante, cuius tempus est passio. i. proprietas) mẽsurat anima continuationes, seu durationes motuũ aliorum. Quòd autem tempus non sit motus, dicit expresè Philosophus 4. Physicorum: quoniã motus dicitur uelox, aut tardus, tempus uerò non longum, aut breue. Aliqui tamen dicunt, quòd tempus non differt à motu primi mobilis secundum rem aliquam absolutam. Sunt namque (vt dicunt) priùs & posteriùs in motu primi mobilis, inquantum ab anima numerantur. Et allegant pro se illud Augustini 5. super Genesim, Tempus est creaturæ motus. Cumq; motus sit aliquid in re, dicunt se non impingere in illum articulum condennatum, seu excommunicatum, tempus, & ęuum nihil sunt in re, sed solum in apprehensione. Verum prima opinio est securior, cum, & motus mobilis primi tempore mensuretur. Quòd autem tempus sit continuatio, uidetur dicere Auicenna secundo suo Physicorum capitulo vltimo loquens: Non est tempus aliquid, cui accidat continuatio propria illi, imò ipsum est continuatio illa: atque ad hoc, ut habeat plenã temporis rationem, oportet, ut numeretur à ui apprehensia, sicq; imaginabiliter, uel intelligibiliter reducatur quasi ad modum, quia cum tempus sit mẽsura,

Richard. Ad primũ

Quid sit tẽpus.

Auguſt.

Auicenna

ra, & rõ mensuræ principaliter inueniatur in discretis, præsertim in principio discretionis, quòd ẽ unitas ſm philosophum decimò Metaphysicæ, & cõsequenter ad continua deriuetur: oportet nos imaginabiliter, vel intelligibiliter aliquam facere discretionem in cõtinuatione motus, quã dicimus tẽpus, cum per ipsam aliquid mẽsuramus. Sic ex dictis patet, quòd esse in tpe, est tempore mensurari. Et quia nil tempore mensuratur nisi motus, uel rõne motus, hinc motus per se est in tpe, & illud cuius esse est in motu, est in tempore rõne motus: & quies, inquantum est motus priuatio. Quantum ad secundũ dico, quod instans est quid indiuisibile habens connexionem ad tempus, non pars temporis, sed initiũ eius, aut terminus, & id quo sine reali discontinuatione temporis, partes tpis ab aĩa numerãtur, ut patet ex quarto, & sexto Physicorum. ¶ Porrò instans, quòd est terminus præteriti, initiumq; futuri, nõ est in tempore actualiter, atq; realiter, quia sic tempus discontinuaretur, sed est ibi potentialiter tantum, aut aliqua vi apprehẽsiua actualiter, signatum imaginabiliter, seu intelligibiliter. Et quia hãc signationem efficit aĩa aspiciendo ad mobile, idcirco ſm quosdam dicit Philosophus quarto Physicorum, quòd instans sequitur id, quod fertur, & quod est idem in essentia in toto tempore, quemadmodum mobile manet idem: quamuis secundũ alios, & cõmuniùs verbum illud intelligatur de instanti, quod idem est in essentia, variatum secundum diuersa esse, secundum quod mobile in toto motu manet idẽ & variatur quantum ad esse. Sed de illo instanti nõ intendo nunc loqui. Ex prædictis patet, ꝓ instãs est mensura mobilis sub rõne, qua mobile. & si est mobile motu, quo disponatur ad proficiendum in esse, vel ad defectum essendi, sic mensuratur instãti, realiter differenti ab instanti æui. Si autẽ est mobile motu non tendente ad esse substãtiale, aut de eius corruptionem, siue defectum, sicut sunt corpora cælestia, & angeli: sic inquantum mobilia sunt, esse eorum substantiale, mensuratur instanti, quo sola ratione differt ab indiuisibili ęui. ¶ Quantũ ad tertiũ, dico, ꝓ æuum est mensura esse creati uniformiter se habentis, ad rationem relata, qua (ipso esse mediante cuius est passio) potest intellectus mensurare oẽm existentiam creatã vniformiter se habentẽ. Quòd aũt æuũ non sit ipsum esse æuiterni, sed eius passio: declaratur sic, æuum non conuenit ipsi esse vniformiter se habenti, nisi inquantum est limitatũ superiùs, atq; inferiùs. Estq; limitatum superiùs ꝑ hoc, quòd est ab alio: inferiùs quoq;, per hoc, quod recipitur ab alio. ergo æuũ non conuenit ei nisi mediante habitudine eius ad aliud à se diuersum: & tale oportet esse diuersum à se, qm̃ inter ea, quæ sunt realiter idem, non cadit realis relatio media. ¶ Præterea in eodem instanti, in quo creatum est ęuiternum, habuit totum suũ esse substantiale. non autẽ durationem, sed durationis initiũ. Vnde si possibile fuisset ipsum eodem instant destrui, & destructum fuisset, verum esset ipsum fuisse, seu esse habuisse, nõ tm̃ durasse. Cum ergo æuũ sit duratio æuiterni, non est ipsum æuum esse æuiterni. Veruntm̃ quidam dicunt, quòd æuum non differt ſm aliquid absolutũ ab esse æuiterni in quo est. Nã si duratio esse æuiterni esset aliquid aliud superadditũ illi esse, pari rõne cum duratio eius duraret, duraret per aliam durationem superadditã sibi, & sic esset procedere in infinitum. Aeuũ aũt idem est, quod duratio esse æuiterni. Videtur igitur istis, ꝓ æuum nil aliud sit, q̃ esse æuiterni simplicissimi vniformiter conseruatum inquantum intellectus pot per ipsum mẽsurare omnem creatam existentiam vniformiter se habẽtem: Cum esse simplicissimi æuiterni sit aliquid in re, atque secundum rem absolutam differens ab alia existentia uniformiter se habente, dicunt se non offendere in excommunicatum illum articulum, Aeuũ, & tempus nihil sunt in re. Sed cõtra hoc est, qm̃ pãri rõne posset dici, & tempus nõ differt à motu mobilis primi, quod 4. Physicorũ Philosophus probat. ¶ Rursus, ipsum esse simplicissimi æuiterni mensuratur æuo; nec tũ mensuratur seipso. Hinc opinio prima securior est. ¶ Quartò, ex inductis cõcludit propositum, vt potè, ꝓ esse substantiale actualeq; angelorũ, est in æuo, nõ in tpe, nec in instanti realiter distincto ab æuo: qm̃ esse illud nõ est motus, nec de necessitate existens in motu, nec quies. ergo nõ est in tpe. Veruntũ vicissitudo cogitationũ, & affectionũ suarum alia mensuratur mensura. Hæc Richardus.

Esse in tẽpore quid sit.

Ad secundum.

Quid sit instans.

Ad tertiũ

Quid sit æuum.

Ad quæ. Quod angeli sunt in æuo.

Albertus. Aeui diffinitio.

¶ At verò Albertus li. 4. de coæquæuis, æuũ diffinit, dicendo: Aeuum est mensura durationis rerum habentium principium, & nõ finem tota simul. Ad esse etenim temporis, exigitur motus ſm locũ, iuxta philosophos, vel ad minus variatio ſm sanctos. Vnde cum multipliciter sint aliqua uariabilia (quædam emm̃ habent in seipsis causam varietatis, & hæc sunt, quæ habent contrarium in se, vt mixta: vel extra se, vt elementa. Et q̃dam, quæ non propria, sed diuina uirtute resistunt varietati, vt angeli, & incorruptibilia corpora, vt ait Boethius) illa sunt in tpe, quæ sunt primo mõ variabilia, non illa, quæ secundo mõ. Et si obijciatur, ꝓ ista sunt media inter æternum, & tẽporalia, ergo esse eorũ non est totum simul: dicendũ, ꝓ non sequit, qm̃ etsi sit totũ eorum esse simul, non est tũ eiusdem rõnis cũ toto simul esse æternitatis, qm̃ non est à seipso, sed à virtute diuina uerè, & perfectè æterna. Si rursus obijciatur, ꝓ omne creatum ex se tendit in non esse, ergo est uariabile, non uniforme, neq; in æuo: rndendum, ꝓ ex se in nihil tẽdere, multipliciter dr̃. Quædam namq; tendunt in non esse per principium pugnæ intra se, vt mixta: aut extra se, ut elementa: quædam ex hoc, ꝓ habent diuisibilitatẽ continui: cuius diuisionis causa non est in ipsis, sed posset esse, si in ipsa ageret virtus superior, scilicet Deus, vt sunt incorruptibilia corpora. Quędam ob hoc, ꝓ cõseruatio eorum non est ex ipsis, sed ex superiori, vt angeli, & orbes cęlestes, qui sunt in æuo. Aliqui tamen dicunt, ꝓ solum spũales substantiæ in æuo consistant, faciuntq; differentiam inter nunc tpis, & æuũ: quia nunc dicit id, quod est de tempore accipere ſm substantiã suam, & dicunt hoc esse mensuram ipsius esse corporum incorruptibiliũ. Instans verò dicit ipsum in diuisibile, quod est causa priori, & posteriori. Atq; in hoc dicunt esse ipsum esse corporũ mutabilium. Sed hoc nobis non videtur. Quocunq; enim mõ accipiatur, aut est stans in sua duratione, aut non. Si ẽ stãs, manet in rõne æui. Si nõ, sic cadit in essentiam temporis. Esse itaq; cælestium corporum est in æuo & motus eorum in tempore. Hæc Albertus.

Ad obiectũ rãtio.

Idẽ Aĩa.

¶ In commento quoque suo super librum de Causis, de his multa scribit consonantia istis, aliqua, quoque obscura, & quæ prima facie non uidentur rectè sonare, vt quòd idem sit Quando, & Nunc æternitatis, ac temporis, differens secundum esse. Hæc enim, vel simpliciter in aĩa sunt, vel maximam sui rõnem habent in aĩa. ¶ Quo circa dicendũ ꝓ secundum Aristotelem tempus est vtrunq; ens. ĩ imperfectũ, non habens completã sui rationem formalem extra animum considerantem: non tamen est

est solũ, neq; totaliter in aĩa, sed, & partim in re. Deniq; iuxta Boethium, æternitas non est tũ protẽsio animi circa rem æternalem: imò realiter est ipsemet Deus æternꝰ, vtpotè interminabilis uitæ tota simul perfecta possessio. Nũc quoq;, & Qñ æternitatis, sola rõne ab æternitate distincta sunt: id circo à Qñ, & Nunc tẽporis realiter distinguuntur. Multa alia scribit ibidẽ, de quibus ꝑ transeo. Ipse quoq; Albertus alibi fassus est, ꝙ tẽpus sit partim ĩ re, partim in aĩa, sicut, & numerus, qa materialiter, & fundamentaliter est in re, formaliter uerò, & cõpletiuè in anima.

Vdalricus. ¶ Vdalricus demũ in Sũma sua lib. 4. fateť, ꝙ tempus sit aliquid extra aiam, & realis mẽsura motus, realiter à motu distincta. Insuper eodẽ libro, scribit de æuo, q̃ à prædictis partim dissonare uident: Mensura, inquiens, esse cęlí, & motoris eius, & angelorũ est æternitas participata: quã moderni uocant æuũ potius secundũ uocabuli apparitionem, q̃ proprietatem. Nam, & auctores cõiter utuntur æuo ꝑ æterno, vt Plato in primo Timæi, & Boethius in de cõsolatione, alijq; philosophi, sanctus quoq; Dionysius. Et sic sumitur in Ecclesiastico: Sic exigui anni in die æui. i. ad cõparationẽ æternitatis secundũ Glossam. Vnde grãmatici dicunt, quòd æternum dicitur per syncopã ab æuiterno. Nihilominus prædicta appropriatio auctoritatem ex scriptura sortitur, cum in Ecclesiastico dicatur: O ĩs sapientia à dño Deo est, & cũ illo fuit semper, & est ante æuũ, id est, ab æterno antequam fuit æuũ. Sic rursus in Ecclesiastico: Nomen bonũ permanebit in æuum. Sic ergo sumẽdo æuum, ipsum est mensura esse necessarij, non necessitate absoluta, sed dependente ad suã causam, siue hoc sit esse primum, siue esse secundum, quod consistit in naturalibus operationibus creaturæ intellectualis, quæ sunt intelligere, & uelle. Quapropter in talibus æuum mensurat ipsorum uiuere, & intelligere, ac uelle. Constituitur aũt hæc mensura etiam à Nunc stante in infinitum à parte post, non tã sicut æternitas. In quantum. n. hoc Nunc, adiacet enti necessariò, in quantũ est ens necessarium, id est, inquantum eius actus est esse non exiens de potentia in actum, videlicet intrãsmutabile: sic ipsum est oĩno stans, & statu suo principiat æuum, vt mensuram immutabilem secundum successionẽ, vel uicissitudinem necessarij esse. Inquantũ uerò adiacet eidem enti, prout est secundũ esse suum secundum: sic idem nunc uariatur secũdum esse prioris, & posterioris, quemadmodũ, & primum ens illud creatum uariatur, per suorum operũ uices. Sicq; æuum principiatum ab ipso, mensurans hoc esse secundũ est mensura habens priùs, & posteriùs. Quæ cũ non habeat continuans aliquid, eo quod nec opera sint inter se continua: id circo uocantur vices, seu vicissitudines, ex quibus non constat aliquid successiuũ continuum, & sic deficit à permanentia veræ æternitatis: atq; ob tactã similitudinẽ æui, & temporis, Augustinus ipsum æuũ nominat tẽpus, dicẽdo: Spiritus creator mouet seipsum sine loco, & tpe: creatum verò spiritum, per tẽpus sine loco: corpus, per tempus, & locũ. Nam addit ibidem, videlicet octauo capitulo super Genesim, quod per tempus moueri, est per affectiones cõmutari. & ex hoc constat quod nõ sumit propriè tempus, cũ primo libro de immortalitate animæ dicat: Omne quod tempore mouetur, corpus est. Nec tamen angeli mutationi subduntur in contemplatione creatoris. de cuius bonitatibus quanto plus sortiũtur, tanto plus vnũ sunt, ac magis simplificantur. Propter, quòd duodecimo libro Confessionum loquit Augustinus Deo de natura angelica: Præ dulcedine felicissimæ contemplationis tuæ, variabilitatem suã cohibet sine lapsu ex quo facta est, inhærẽdoq; tibi, excedit oẽm volubilẽ uicissitudinem tẽporum. Hæc Vdalricus.

Eccl. 18. Eccl. 1. Aeuum habet priùs, ac posteriùs. Augu. sup Gene. capit. 8. Idem.

¶ Cuius positio in hoc à præinductis dissentire videť, quod ponit æuũ habere priùs, atq; posteriùs & per ipsum etiã mensurari intellectiones, volitiones, & actiones angelorum uicissitudinatas, & nouas, ac inuicem succedentes: quæ secundum præfatos doctores, non æuo, sed tẽpore cõiter sumpto, & discreto mensurantur. Asserit tamẽ Vdalricus, æuũ secundum se, & in sua essentia, esse simplex, & indiuisibile, nihilominus priùs, posteriusq; habere, inquantum suum esse non est totum simul. Alia plura de hac re scribit Vdalricus, quæ uel præhabita sententialiter sunt, aut infra tangentur. Diony.

¶ Insuper Bonauentura: Dum quæritur, inqt, An natura angelica propriam habeat mensuram distinctam à tempore, distinguendum est: quia aut loqueris de mensura spiritualium secundum esse eorum, quod non mutatur, aut secũdum affectiones. Si primo modo, sic mensuratur angelus æuo: si secundo modo, non. Si autem consueuit ab antiquis doctoribus responderi: aut loqueris de diuersitate in genere mensuræ, aut in genere entis. Si in genere mensuræ, sic oportet ponere differentiam mẽsurarum spiritualium, & corruptibilium. Si in genere entis, sic triplex fuit opinio. Vna, ꝙ sicut locus, & superficies unum sunt, & idem per essentiam, differentes per comparationem: sic idem sit Nunc æui, ac tẽporis, sola comparatione differens. Nunc, enim respicit substantiam rei: substantia uerò primi mobilis, quantum ad esse, est omnino immobilis: sed comparata ad situm, est mobilis. Et primo mõ mensurntur Nunc ęui, secundo modo Nunc temporis, ita quòd idem est Nunc, diuersimodè comparatum: quẽadmodum idem ultimum comparatũ ad corpus ambiens, est superficies: comparatum uerò ad corpus ambitum, est locus. Sed istud stare non ualet, quoniam circa vltimum corporis hæ duæ comparationes sunt incomposibiles. Nunc uerò temporis, & Nunc æui, habent proprietates incomposibiles. Nempe, ut asserit Augustinus in libro 83. quæstionum, Nunc æui est stabile, Nunc temporis fluxibile. Impossibile autem est, vnum, & idem secundũ idẽ moueri, ac stare. Hinc secunda tenet opinio, quod ipsum Nunc sequitur essentiam materiæ primæ. Sicut ergo materia in omnibus est eadem per essentiam, differens secundum esse, ita nunc æui, ac temporis idem est per essentiam, non sicut inuiduum, sed instar materiæ, idem per essentiam, differens per esse. Et isti dixerunt, quòd cuiuslibet rei quidditas mensura eadem per essentiam mensuretur. Verum, nec istud est multum intelligibile. Cum enim æuum esse stabile, & quietum respiciat, quod materia habet à forma perfecta, & ista mensura non respiciat nisi esse actuale, & modum essendi completum; uidetur quod æuum non possit accipi ex parte materiæ, quicquid sit de tempore. Cum ergo modus durandi essentialiter, atq; formaliter differat, hinc inde sequitur, quod propria etiam mensura. Tertia ergo opinio est, quòd spũalia habent mensuram diuersam à tẽpore, non solum in gñe mensurę sed etiã in gñe entis: nec solum in cõparatione, sed etiam secundum substantiam, & formã. Quicquid aũt sit de diuersitate in gñe entis, diuersitatem secũdum mensuræ nemo potest negare, & hoc sufficit quæstioni præsenti, qua quæritur, utrum spiritualia habeant mensuram diuersam à corporalibus. Bonauen. Opiuio triplex, qualiter spũalia habeãt mẽsuram distinctam a corporalibus. 1 2 3 August.

Ad

Ad quod dicendum, ꝙ imò, & illa ꝛm sanctos, atq; philosoph. ẽ æternitas participata, seu æuũ. Cumq; æternitas propriè sumatur pro increato, & ęuum frequẽter accipiať pro tpe, potest mensura hæc pro prio nomine ęternitas nuncupari, quæ respicitipsũ esse spũalis creaturæ immutabile, atq; perpetuũ. Si verò quærať de mensura angelicarũ affectionũ, an sit diuersa à tpe infra discutietur. Nuncq; constat, quòd æuiternitas uariationem affectionũ illarũ nõ mensurat, prout ad Orosium loquitur Augustinus. Aeuum ꝓppe, solius incõmutabilis esse mẽsura est. August. ad Orosium.

¶ Præterea aduertendũ, ꝙ hominis beati, seu glorificati, & angeli, eadem est mensura, uidelicet æuũ: quoniam similẽ habẽt modum durandi, non tũ homo uiator habet modũ essendi huiusmodi. Mensura verò non tũ concernit esse, sed modũ quoq; eẽndi. ¶ Quòd si queratur, in quo gñe sit mensura angelicę durationis: dicunt nonnulli, ꝙ non sit quãtitas, nisi quantitas uirtutis, ideoq; non sit propriè in genere quantitatis. Sed uerè mẽsura est, quomodo nõ est quantitas uera? Hinc alij dicunt, quòd est in gñe quantitatis sicut principium. Si tamẽ quærať, cuius sit principium, cum dicat mensurã diuersam à tempore, difficile erit assignare. Ideò sanius dici potest, ꝙ sicut tempus ponitur in substantijs spiritualibus quantum ad affectiones, secundum Augustinum, quamuis consideratio philosophi ad illud non conscenderit: sic & mensura ponitur differens specie à quantitatibus alijs, quamuis de illa loquatur Philosophus, quoniam inferiorum rerum naturas determinare intendit, nec ex hoc ponitur in ipso insufficientia. & si poneretur: non tamen ob hoc esset à veritatis tramite discẽdendum. Hæc Bonauentura. Spũalia mẽsuram habere diuersam a corporalibus.

¶ Præterea super his scribit quædam in suis quodlibetis Hericus. Nono equidem quodlibeto quæst. septima quærit, An æuum sit substantia, vel accidẽs. Respondet, Cũ æuum sit mensura, oportet modos mensurarum uidere, & per hoc ex comparatione æui ad alias mensuras, patebit pro parte cuius mensura sit. Itaq; in qualibet re actualiter existẽte, duo considerantur: uidelicet eius essentia, & existentia, & secundum vtrunq; corrñdet ei mensura. Ex parte namq; essentiæ Dei, mensura eius est immensitas, quæ sola ratione differt à diuina essentia. Porrò in essentia creaturæ est duplex ratio mensuræ: vna, secundum, quod est essentia simpliciter: alio modo, secundum quod est extensa, seu multiplicata ꝑ partes. Primo modo quælibet creatura duplicem hẽt mensuram: unam intra, quæ est limitatio in gradu essentiæ, seu naturæ: aliam extra id, quod est primũ verissimum, atq; dignissimum ens in genere suo. Vniuersaliter quoq; quo ad res oĩum generum, id quod primum ens simpliciter, quod est diuina substantia, est per se vniuersorum mensura, ꝛm quod est ex se quid absolutum, & non inquantum habet respectum ad creaturam, nisi quia creatum habet respectum ad ipsam, quatenus ex hoc, quod creatura habet respectum ad Deum, rationes perfectionales considerentur in ipso: quemadmodũ aliqui dicunt, quod rationes attributales non ponantur in Deo, nisi quia per intellectum creaturæ secundum correspondentiam horũ, quæ Deo attribuũtur, referuntur ad Deum: vt quantum ad hoc, cõtrariò modo considerentur rationes ideales, & rationes perfectionales. Ideales etenim considerantur in Deo ex hoc, quod creaturæ habent ad Deum referri, non econtrario. Deniq; in prætactis modis mensurarũ, nulla cadit accidentalitas, nullòq; horũ modorum æuũ mensura est. Considerando aũt mẽsuram essentię, vt est extensa, sic eius mensura, quantitas est cõtinua: sub cuius partibus partes substantiæ materialis extensæ sunt, & contentæ, atq; per quantitatem istam accidentalem intrinsecam, conuenit substantiæ corporali quantitas dimensionalis extrinsecam quę dicitur locus, & simpliciter accidens est, Prout autem multiplicata est, accidit substantijs materialibus numerus. Nec adhuc de natura, & ratione talium mensurarum est æuum. ideò nihil est in re pertinẽs ad eius essentiam ratione ipsius essentiæ, imò solum est de ratione mensurarum ratione sui esse, cuius mensura est duratio in esse, & diuersificatur secundũ diuersum modum durandi in esse. Estq; in triplici genere. Est enim duratio absq; omni variabilitate, quæ est Dei, & uocatur ęternitas. Quędã uerò est uariabilis secundũ cõtrarias dispositiones. & dicitur tempus, quæ est per se mensura motus, & nõ alterius, nisi inquantum mutabile est secundũ contrarias dispositiones in esse. Tertia duratio est, quæ est uariabilis secundũ cõtradictorias dispositiones duntaxat. & est duplex. Quędam transiens, quæ nõ non est mensura, nisi eius, quod est mediũ inter terminos uariationis, cuiusmodi est instans, quod est per se mẽsura subitæ mutationis, atq; ipsius rei mutabilis, inquantum est subiectum talis mutationis. Quædam uerò manens, quæ est mẽsura esse rei manentis in esse post non esse, inquantum manens, tamen possibilis cadere in nõ esse, si sibi ipsi relinquatur, quod est simpliciter mẽsura, fixa, & stans absq; innouatione, & successione, sicut, & esse cuius mensura est. Si autem obijciatur, quia secundum Philosophum 10. metaphysicæ mensura est vnigenea suo mensurato, ergo sicut angelus est substantia, ita, & æuum eius mensura: dicendum, quod auctoritas illa est intelligenda de mensura extrinseca conuenięte rei rõne essentiæ suæ simpliciter, prout in omni gñe primum est mensura sequentium. Quòd eũ est sicut mẽsura substãtiæ, substantia est. Hæc Hericus. Henricus. An æuum sit substantia, vel accidens. Duplex rõ mẽsuræ in essentia creaturæ. Obiectio.

¶ Porrò hæc rationabiliter posita, Scotus more solito impugnat, & expugnare conatur, sic arguendo: Videtur Henricus contradicere sibijpsi, quia expresè dicit, quod angeli esse habet terminari. Ergo potest in quolibet instanti quantum est ex se, deficere. Ergo si illud æuiternum habeat formaliter esse cum illo Nunc, hoc non potest esse secundum illud esse: quoniam illud esse habuit terminari cum illo Nunc: ergo oportet, vt vel alio esse sit cum secundo nunc, vel eodem iterum posito. Scotus.

¶ Verũ ista obiectio impertinens, & puerilis censetur, nec secundum mentem doctoris solẽnis procedit. Ipse eũ, vt ex præinductis eius eloquijs elucescit, affirmat esse angeli terminari non duratione, aut desitione, sed intrinseco gradu suæ perfectionis specificæ, sicut, & eius essentia, & oĩs entis creati natura limitatur, ac terminatur, cum oĩa in numero, & põdere, & mensura sint constituta. Idẽ igitur permanet esse substãtiale angeli, nec desinit, neq; repetitur. Nihilominus omni instanti, & momẽto potest deficere, sicut, & quælibet entitas creata dependens, si manutenẽtia supergloriosi creatoris cesset, & abstrahatur ab ea: quæ duo stãt simul, vt patuit. Diony. Sapien. 11.

¶ Amplius de æuo scribit hic Scotus, quęst. quaquęrit, Vtrũ in angelo actualiter sit ponere aliquid mensurans existentiã eius, seu durationem existentiæ eius: realiter aliud ab existentia eius: Mẽsurare, est quantitatẽ ignoratã certificare per quãdam magis notam. Quæ certificatio aliquãdo fieri põt per quantitatẽ existentẽ in re, vel in imaginatione, quẽadmodũ artifex expertus per quantitatem quã in Scotus de æuo. Mensurare quid sit.

ſua habet imaginatione, menſurat quantitatē quãcunq; ſibi occurrentē. Quandoq; fieri poteſt ꝑ quãtitatem aliquam in re, & hoc tripliciter. Primò per excedentem, ſicq; certificat intellectus de quantitate minore per acceſſum eius ad maiorem, aut per receſſum ab ea: & ſic ponitur menſura in quidditationibus rerum. Hæcq; menſura eſt perfectior menſurato, quæ & menſurato notior naturaliter eſſe debet, ſicut albedo ponitur menſura in genere illo, & poſt prima menſura in genere primo. Secundò, per quantitatē exceſſam, quoniã quantitas nota minor eſt, & pars quantitatis maioris ignotæ, & tunc quãtitas minor ꝑ ſui replicationē menſurat illud totũ, quod dicitur maius. Sicq; minor motus poteſt eſſe menſura maioris ex rei natura. Tertiò menſuratur quantitas ignota ꝑ aliam quãtitatem notam, diſtinctam, ſibi æqualem: quod fit per applicationē, ſuperpoſitionemve ſui. Itaq; dico, ꝙ in actuali exiſtentia angeli, non oportet quærere menſuram aliquã intrinſecam, aliã à natura ipſius rei qm̃ nihil aliud ibi eſt à natura rei menſuratæ. Menſura autem à natura rei aliud eſt à menſurato. & conſtat quòd ſi poneretur in angelo aliqua menſura, non poneretur ibi niſi hoc tertio modo. Neq; enim eſſet excedens nēque exceſſa, ſed æqualis. neq; exiſtentia iſta uidetur poſſe eſſe menſura ſui ipſius, ſicut in alijs quãtitas, vt diſtinctè cognita, poteſt concipi per partes in ſe confusè, & eſſe menſura ſuijpſius. non ita eſt hic, cũ iſta exiſtētia ſit indiuiſibilis: idcirco neq̃unt partes eius confusè concipi in ſe, quia nõ habet partes ſimpliciter. Ergo non eſt neceſſe in angelo exiſtēte ponere aliud ab actuali exiſtentia eius, quod ſit menſura actualis exiſtentię ſuæ: & cũ non ſit ponenda pluralitas ſine neceſsitate, nec hic eſt neceſsitas ponere eã, non uideꝯ hic eſſe ponenda. Non ſolũ autem non eſt neceſſe ponere abſolutum aliquid pro menſura, ſed nec aliquam relationem: quia non eſt neceſſe aliquã relationem hic ponere, q̃ iſtam, quæ eſt ad cauſam efficientē. & iſta relatio non eſt aliud à fundamento, vt probatum eſt ante. Hæc Scotus.

Scoti opinio reprobatur.

¶ Innoteſcit, itaq; quod Scotus dicit æuum non eſſe menſuram diſtinctam ab exiſtentia angeli: ad cuius reprobationē reor ſufficere, quod tot præclari doctores iam allegati concorditer tenent, atque idoneè probant oppoſitum. Videtur quoq; impingere iuxta præinductam recitationem Richardi, in excommunicatum articulum, quòd tēpus, & æuũ nõ dicant aliquid extra animam, niſi excuſetur per hoc, quod dicit æuũ eſſe ipſam exiſtētiam æuiterni.

Gulielmꝰ

¶ Inſuper de æternitate, æuo, & tempore, ſcribit diffusè Gulielmus Parrhiſienſis primo de uniuerſo, de quibus breuiter tãgam: Opinati, inquit, ſunt quidam æternitatem non aliud eſſe in eſſentia, quàm tempus. Vnde, & diffinierunt tempus eſſe partē ęternitatis. Et iſti fuerunt Italici, ſecundum quos nõ differt tempus ab æternitate, niſi ſicut totum tempus à parte ſua, & ſicut maius tempus à minori. Et ſicut ante æternitatem nihil fuit, eſſe ve potuit, ita nec ante totum tempus. Sed hoc ſtare non ualet. Aeternitas, namque impartibilis eſt ſecundum priùs, & poſteriùs, cum eſſe æternitatis ſit permanens, imò ipſa æternitas interminabilis permanentia eſt. Permanētia autem, & fluxibilitas, contraria ſunt. Ergo nil fluxus, nihilq; fluens ē in æternitate. Idcirco nec priùs, neq; poſteriùs ſunt in ea. Quid em̃ eſt tempus, niſi fluens eſſe, & nullatenus permanens? non ergo ſunt vnum, nec unum pars eſt alterius. Præterea mirum videtur, ꝙ inter fortiſſimum eſſe æternitatis, & debiliſſimum eſſe temporis, medium non eſt, vt apparet. Illud namque aut eſſet fluens totaliter ſicut tempus, aut totaliter permanens, vt ęternitas, & neutro horum modorum eſſet medium: aut partim fluens partiumq; permanens, & hoc non eſſet unum, ſed quid ex æternitate, & tempore aggregatum.

¶ Quòd ſi quis dixerit, quia horizon æternitatis, ac temporis, quem ponunt philoſophi, eſt medium, quia vtrique communicat, nec aliud eſt, quàm petuitas, quæ per inceptionem uidetur cõicare cũ tempore, & per indiuiſibilitatem cũ æternitate. Propter quæ duo dixit Philoſophus ipſum eſſe horizontem æternitatis, ac temporis, & poſt æternitatem, ac ſupra tempus. Philoſop.

¶ Hanc materiam proſequitur Gulielmus diffusè, & qualiter æternum, & æuum, ac tempus, ſeculum quoque, & perpetuitas, uarijs modis accipiantur, oſtendit. Aeuum quoque, ſeu perpetuum attribuit angelis, ipſasq; menſuras à menſuratis eſſe diſtinctas, ſatis inſinuare uidetur. De æuo tamen non loquitur abſolutè.

¶ Nunc elucidandũ, an unum ſit ęuum omnium æuiternorũ. Et circa hoc loquitur Thomas: Ponēdo vnitatem æui, oportet eã inueſtigare ad ſimilitudinem tēporis, cuius cauſa tripliciter aſſignat. Quidã etenim dicunt, ꝙ cũ tēpus ſit numerus motus: hinc ſicut eodem denario numerantur decē canes, & decem equi, ita idē eſt tēpus, quo numerantur oēs motus. Sed hoc improbat Commentator quarto phyſicorum, qm̃ unitas numeri diuerſorum numeratorum, non eſt niſi unitas numeri mathematicè ſumpti. Tēpus aũt non eſt quid mathematicum, ſed naturale. Præterea oĩa mathematica multiplicantur ſm̃ eſſe, quod habent in rebus, ſicut non eſt realiter eadem linea in cupro, & ligno: ideò ſequeretur, ꝙ tempus ſm̃ eſſe, ſeu realiter numeraretur ad numerum motũ, eſſentq; ſimpliciter tēpora plura, vnũ tantum in imaginatione, ſeu abſtractione. Alij dixerunt, quod cum tempus ſit menſura uariationis: & omnis uariatio eſt ex potentialitate materiæ: ideò tempus eſt unũ ab vnitate materiæ. Sed hoc non eſt uerum. Tempus namq; nõ menſurat uariationē in potentia, ſed uariationē in actu. Actus autem uariationis in materia non eſt unus tantũ, ſed plures. Prima tamen potētia ad uariationem eſt una. Veruntamen hoc non eſt per ſe notum, imò potius forſan eſt falſum, quod omniũ mobilium ſit una materia.

Thomas.

An euum vnum ſit oũm auiternorum

Auerrois.

¶ Inſuper tēpus cũ ſit numerus, de neceſsitate reſpicit aliquam multitudinē numeratã. In prima uero materia ſm̃ eſſentiam nõ eſt aliqua multitudo, ſed ſolum ſm̃ eſſe, id eſt, ſm̃ actualem, & realem exiſtentiam eius, ſeu per reſpectum ad durationem, & operationem: atq; ſecundum hoc eſſe non eſt unã in pluribus. Vnde nec tempus correſpondet materiæ ſecundũ eius eſſentiam, ſed ſolum ſm̃ eſſe ipſius ſecũdum quod uariatur per motum. Idcirco ex vnitate materiæ nullo modo poteſt eſſe tempus vnum. Idcirco dicendum cum Comentatore quarto Phyſicorum, quod tempus eſt vnum ab vnitate motus primi mobilis. Tempus quippe cõparatur ad illum motũ, non tantũ, vt menſura ad menſuratum, ſicut ad aliquos motus: ſed etiam ſicut accidēs ad ſubiectum, quod poniꝯ in diffinitione ipſius, à quo vnitatem, multitudinemq; ſortiꝯ. Nam primo menſurat motum diurnũ, & per illũ cęteros oēs. Quemadmodum enim decimo metaphyſicę dicitur, Vnũ quodque mēſuratur per primũ, & minimum ſui generis. Conformiter dicendum de æuo, quod ſit vnum ab vnitate ſimplicisſimi eſſe æuiternorũ, quorum vnũ oportet eſſe ſimplicius alio, vt infra probabitur, Si autem

Tēpus eſt vnum ab vnitate motus primi mobilis.

autem obijciatur, quòd menſura multiplicatur iuxta multitudinem menſuratorum: rurſus, primus, & ſummus angelus creditur cecidiſſe, & factus diabolus peſsimus: ergo iuxta nunc dicta, eſſe omnium angelorum ſanctorum menſuratur ad æuum diaboli, tam maligni.

¶ Reſpondendum ad primum, quòd mēſura eſt duplex. Vna intrinſeca, quæ eſt in menſurato quēadmodum accidens in ſubiecto. Et hæc multiplicatur iuxta multitudinem menſurati, ſicut plures ſunt lineæ, quæ menſurant longitudinem plurium æqualium corporum. Alia eſt menſura extrinſeca, quam non oportet multiplicari ſecundum multiplicationem menſuratorum, ſed eſt in uno ſicut in ſubiecto ad quod multa menſuratur, vt multi panni longitudine vlnæ vnius. Sicq; multi motus menſurantur ad numerum unius primi motus, qui numerus eſt motus: multa quoque permanentia ad unitatem vnius permanentis, quæ eſt æuum. ¶ Ad aliud, quòd cum æuum ſit participatio æternitatis, quanto plus aliquid eſt in participatione ęternitatis, tanto per prius menſuratur æuo. Cumq; angelus beatus magis ſit in participatione æternitatis, quàm illè, qui corruit, non ſequitur, quòd angelus beatus menſuretur ad æuum diaboli, ſed econtra. Hæc Thomas in Scripto. Idē Tho.

¶ At vero in prima parte Summæ, quæſtione decima addit: Quidam aſſignat cauſam vnitatis temporis ex unitate æternitatis, quæ eſt principiũ omnis durationis Sicq; omnes durationes ſunt unum ſi attendatur earum principium, ſeu per reſpectum ad illud. Plures verò ſunt, ſi conſideretur eorum diuerſitas, quę durationem recipiunt. Verum iſtud non ſufficit, quoniam ea, quæ ſunt unum principio aut ſubiecto, præſertim remoto, nõ ſunt unum ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Præterea de ſubſtantijs ſpiritualibus duplex fuit opinio: Vna, ꝙ omnes

1 proceſſerunt à Deo in quadam æqualitate, vniusq; ſpeciei ſpecialiſsimæ, vt Origenes, vel ſaltem multę

Origenes.

2 earum ſecundum quoſdam. Alij, ꝙ profluxerunt à Deo quodam gradu, & ordine: quod ſanctus Dionyſius ſenſiſſe uidetur, qui dicit decimo capitulo cæleſtis hierarchiæ, ꝙ inter ſpirituales ſubſtantias ſunt primæ, mediæ, & ultimæ, etiam in uno choro, ſeu ordine angelorum. Itaque ſecundum primam opinionem dicere oportet, ꝙ plura ſunt æua ſicut æuiterna prima æqualia. Sed ſecundum aliam eſt dicendum, ꝙ ſit unum æuum, ſicut oſtenſum eſt. Interdum, quoque accipitur æuum pro ſeculo, quòd eſt alicuius rei periodus. & ita dicuntur multa æua. Sincq; in apochryphis Eſdræ habetur: Maieſtas, & poteſtas æuorum eſt apud te domine. Hæc idem in Summa. Diony. 3 Eſd. 4.

Petrus.

¶ Amplius, Petrus poſitionem hanc Thomæ hic recipitur: qua recitata, mox addit: Vnum eſt euum, cuius ſubiectum quidam dicunt eſſe angelum primum, Deo in habitudine magis propinquum. Sed cum ille nullam vniuerſalem habeat rationem reſpectu aliorum, alijs conuenientiùs eſſe uidetur, ꝙ ſicut primum ſubiectum temporis eſt primum mobile, quod eſt omnium regula motuum, ſic primum ſubiectum æui ſit primum immobile, id eſt, cęlum empyreum, quod eſt continentia omnium creaturarum, id eſt, omnium uiſibilium, & inuiſibilium.

Tempus multipliciter ſumitur.

¶ Quærit quoque Petrus hic, An ſit alia menſura creata præter tempus, & æuum. Reſpondet, tempus multipliciter ſumitur. ¶ Primò communiſsimè, pro menſura cuiuſcunque mutationis, ſiue actualis, ſiue poſsibilis ſolum. Sicque accipitur, cum dicitur vnum de quatuor concreatis, id eſt, coæquæuis: ſic enim complectitur æuum.

¶ Secundò ſumitur minus communiter, pro menſura cuiuſlibet actualis mutationis, ſiuæ ſit ſubita, ſiue ſucceſsiua. Sicq; Deus dicitur cœpiſſe dominus eſſe ex tempore.

¶ Tertiò propriè, pro menſura cuiuſcunq; actualis mutationis ſucceſsiuæ, ſiuè continuæ, ſiue non. & ita ſecundum quoſdam aſſerit Auguſtinus, quòd Deus mouet creaturam ſpiritualem per tempus.

¶ Quartò proprijsſimè, pro menſura mutationis actualis ſucceſsiuæ, continuæ, & præter tempus. ſic ſumptum, eſt menſura alia, qua menſurãtur affectiones angelorum, & qua menſurabuntur uariationes quæ erunt poſt finale iudicium, quoniam tunc ceſſabit hoc tempus. Hæc Petrus.

¶ Qui iterum quærit, Vtrum æuum incepit ante tempus. Reſpondet, Secundum Auguſtinum duodecimo cõfeſsionum, alterum altero dicitur, priùs quatuor modis: uidelicet ęternitate, ſicut Deus cuncta præcedit: tempore, vt flos fructum: electione, ſeu dignitate, vt fructus florem: origine, quemadmodum ſonus cantum. Auguſt.

¶ Dico ergo, quòd æuum præcedit tempus propriè ſumptum, dignitate, ſeu electione, & duratione: quoniam tempus illud non fuit à principio creationis, ſed à motu primi mobilis. Tempus verò acceptum communiter pro menſura cuiuſcunque actualis mutationis, præceſſit menſura, quæ dicitur æuum, dignitate non duratione. Hæc illè.

¶ Procedit autem iſta reſponſio, ſecundum poſitionē dicentiũ, opera ſex dierum facta per temporis interuallã. Porrò ſecundum Auguſtinum tēpus ꝑprijsſimè ſumptũ, & æuũ ſimul duratione fuerũt.

¶ Richardus demum in hac quæſtione parũper ab inductis uidetur recedere, dicens: Non ſic poteſt dici vnum æuum omnium æuiternorum, ſicut vnũ tempus omnium temporalium, quamuis omnium æuiternum ſaltem ſpiritualium valeat aliquo modo dici vnum æuum. Nam iuxta præhabita, tempus eſt continuatio motus numerata ab anima, qua (motu mediante cuius paſsio eſt motus) menſurat anima durationes motuum aliorum. Menſurare autem durationem vnius motus per alium, eſt ex comparatione motus vnius ad alterum, certificari de duratione alterius motus: quemadmodum mēſura re pannum per vlnam, eſt ex comparatione quantitatis panni ad quantitatem vlnæ, certificari de panni illius quantitate. Maior uerò certitudo habetur de re per cauſam, q̃ per effectum: atq; ꝑ ſimplex, q̃ per compoſitum. Hinc vnitas certior eſt menſura, quàm numerus. Certitudo quoq; acquiritur de minus noto per magis notum. Motus autē primi mobilis manifeſtè nobis noti (quod dicõ propter nouũ orbem) inter omnes alios motus nobis manifeſtè cognitos, plus habet de cauſalitate reſpectu motuũ inferiorum. Eſt item ſimplicior, quoniam regulariſsimus: & mobile illud in minori mora plus tranſit de ſpatio, q̃ aliquod corpus inferius. Eſt etiã notior nobis ex parte ſui, ob maiorē ſui ſimplicitatem, & per cõparationem ad nos propter ſenſibilitatē diſtinctionũ ſignorum, quæ in ipſo conſiſtũt, per quã ab hominibus certiùs, vniuerſaliusq; cognoſcitur. Ideò ſola continuatio motus illius, vt numerata ab aĩa, plenè habēt rationē menſuræ reſpectu motuũ aliorũ. Ideò ſola eſt tēpus proprijsſimè dictũ. Hinc loquitꝯ Auicenna in ſuo phyſicorũ: Nõ oportet, vt vnum quenq; motũ comitetꝯ per ſe propriũ tēpus, nec vt quicquid menſurat aliquid, ſit accidens illi. Tēpus qd Auicen.

¶ Porro nullius æuiterni esse habet causalitatem ad alia æuiterna, cum omnia illa sint à Deo immediatè creata: ideò nullius æuiterni duratio tam plenè habet rationem mensuræ respectu durationis aliorum æuiternorum, sicut de motu iam dictũ est. ¶ Veruntamen quoniam inter æuiterna est vnum, cuius naturale esse actualiùs, atq; simpliciùs est naturali esse alicuius alterius æuiterni: & angeli naturali cognitione sciunt ipsum tenere summũ gradũ inter æuiterna, ac comparãdo esse suũ ad esse illius, magis cognoscunt, quem habeant gradũ essendi inter æuiterna, quantum ad naturalia sua: idcirco duratio illius nobilissimi æuiterni ad intellectum relata, quodammodo habet rationem mensurę, quãuis non plenam respectu cuiuslibet actualis existentiæ creatæ vniformiter se habentis: & ista mensura dicitur æuum. Si autem objiciatur, ꝓ summus angelorum ceciderit, sicq; esse angelorum sanctorum mẽsuraretur per esse illius: respondent quidam non esse inconueniẽs, ꝓ omnes angeli alij naturali cognitione comparando suum esse naturale ad naturale esse illius, magis cognoscant quem gradum essendi quilibet eorum teneat in ordine entium creatorũ: quoniam naturalia illius angeli non sunt ei per casum ablata, secundum Dionysium: ideò naturale esse ipsius nobilius remanet naturali esse cæterorũ. Nihilominus angeli sancti supernaturali cognitione aspiciendo esse diuinum, & se in comparatione ad illud, certò sciunt, quem habeant gradum in ordine rerum, tam quo ad esse naturę, quàm quo ad esse gloriæ Hæc Richardus.

Ad obiectum responsio.

¶ Videtur autem in his responsio Thomæ conuenientior esse, quia de ratione mensuræ durationis, de qua nunc sermo, non est, ut sit causa mensuratorum. Nam, & tempus mensura est temporalium rerum, non propriè causa: imò potius radix quædam definendi ab esse, iuxta illud: Omnia, quæ sunt in tẽpore, tempore labuntur, & tabescunt. Et sicut in libro sex principiorum habetur, Quando est infectio quædam in re temporali, ex adiacentia temporis derelicta. Aliter quoque sumitur mensura, dum primum in unoquoque genere perhibetur mensura secundorum: & dum æuum, & tempus dicuntur mensuræ durationis rerum, vt constat ex introductis: quod tamen Richardus in uerbis suis iam habitis non uidetur pensasse.

Responsio Thomæ magis cõueniens.

Albertus

¶ Albertus demum in libro de coæquæuis, prædictis concordat: Potest, inquiens, dici quòd æuum sit in vno sicut tempus, atque æternitas In reductione enim mensuratorum ad mensuram, non attenditur ratio causæ, neq; carẽtia termini, sed simplicior & notior quantitas. Et hoc euidenter patet in reductione grauiorum ad mediũ, & in reductione massæ ad factionem. In alijs quoque similiter, in quibus non attẽditur in primo mensurante nisi simplicior, ac notior quantitas, quæ vt aliquot a se habet ad totum mensuratum. Cumq; talia sit inuenire in æuiternis, (Non enim vnum æuiternum infinitè excedit aliud in simplicitate) patet, quòd reducuntur ad aliquod vnum in suo genere primò mensurans. Hæc Albertus. ¶ Ex quibus patet verum esse, quòd dixi de ratione mensuræ durationis non esse, ꝓ sit causa esse mensuratorum, aut durationis eorum.

Bonauen.

¶ Bonauentura autem super his aliter sentiens: Ad huius, inquit, quæstionis intelligentiam, prænotandum qualiter accipiatur vnitas temporis, quam quidam tripliciter tentauerunt accipere secũdum quod accidens comparatur tripliciter ad subiectũ. Habet enim accidens in subiecto causam, & existentiam, ac apparentiam. Dixerunt ergo aliqui, quòd tempus est unum ratione subiecti, in quo est primò & per se: quo remoto, remouetur, & tempus. Vnde dixerũt quidam. quòd tempus est unum, quoniam est in primo mobili, cuius motu cessante, cessat, & tempus. Sed istud non sufficit, quia ut ait Augustinus, si cessaret motus primi mobilis adhuc posset moueri rota figuli: & constat, quòd mensuraretur ille motus, ergo non tantum est ibi tempus, imò, & in alijs rebus mobilibus. Item tempus est in affectionibus, & cogitationibus liberi arbitrij, quod non subest motui cęli, vt asserit Augustiuus. Alij ergo dixerunt, quòd tempus est vnum ratione subiecti in quo apparet. Cum enim tempus sit numerus mensuraye motuum, & numerus iste secundum essentiam sit in re mobili, seu re mota, in qua est priùs, atque posteriùs: secundum actualem verò numerationem sit à parte animæ, vt vult Philosophus, & Augustinus, cum anima omnes motus, & numerationes numeret, aspiciẽdo ad mensuram motus primi mobilis, scilicet per idem, annum, & horam, voluerunt dicere, quòd vnum est tempus ratione subiecti in quo apparet. & si omnia habeant proprias periodos: mensurantur tamen, & numerantur per mensuram motus regularis, certi, ac nobis notissimi, vtpotè motus mobilis primi. ¶ Verum istud non sufficit, quoniam dicit Philosophus libro de cęlo, & mũdo, quòd si essent duo mobilia prima, adhuc vnum esset tempus: nec tunc posset dici unum ratione subiecti, in quo primò esset, nec in quo primò apparet, cum utrunque esset æquè primum, & euidens: nec ratione animæ, quoniam tempus non est numerus numerans, sed numerus numeratus, ut vult Philosophus. Estq; tempus dispositio rei ad extra, non fictio animæ. Hinc tertij dixerunt profundiùs, quòd vnitas temporis sumitur penes vnitatẽ subiecti à quo causatur, quod est materia in quantũ mutabilis, & ita, vt ens in potentia. Materia quippe. vt est in acquisitione formæ, mutatur: & sic est ens in potentia. Hinc tempus potis sinè inter omnia accidentia tenet se cum materia. Quemadmodum ergo materia una est per essentiam, differens per esse: vna inquantum nõ unitate vniuersalis, nec singularitatis: ita, & tempus est unum in temporalibus uniuersis. Et si quæras unde hoc est, quòd tempus est unum, cum motus sint varij: dicẽdum quòd motus diffinitur per id, ad quod est. Vnde motus respicit motorem, & mobile, & terminum. Tempus verò respicit durationem variam, & successiuam, quæ venit ex potentia rei mobilis. Cumq; motus consimilis sit naturæ durantis, & natura super quam fundatur, est numero una, hinc tempus non solum est unum specie, sed etiam numero, in temporalibus omnibus differens penes esse, vt posuerunt sapientes communiter circa materiam istam loquuti. Porrò si quæras, cur ita non sit quantitatibus cunctis, cum omnes concernant materiam: respondendum, ꝓ aliæ omnes etsi esse completum habeant in materia (sunt enim in materia dimensiones infinitæ) attamen esse earum completum est à materia existente sub forma. Tempus autem habet esse ex hoc, quòd materia tendit ad formam propter hoc, quod causatur à motu, qui est endelechia, seu actus entis in potentia, ideò tenet se maximè ex parte materiæ. idcirco non est distinctum. Nec dico, quòd tempus sit in materia omni forma circunscripta, & quamuis sit à materia, quæ est forma: magis tamen causatur à materia prout tẽdit ad formam. & hoc est, vt uidetur, ratione suæ poten-

August.

Aristot.

ἐντελέχεια

Aliqui in æuo ponẽdam duxerunt vnitatem.

potentialitatis. ¶ Deniq;, iuxta hunc triplicem modum, nisi sunt aliqui in æuo ponere vnitatẽ. Primò, ratione subiecti, in quo primo est. Posuerunt nãq; in intelligentijs ordinem ſm continentiam virtualem, sicut in visibilibus continentia reperitur localis: & sicut tẽpus in primo mobili fundatur, sic æuũ in prima est intelligentia, quæ virtualiter continet alias, & influit illis. Hæc aũt positio stare nequit. Primò, qm̃ omnis intelligentia in corruptione habet æqualitatem, vt infra dicetur. Secundò, qm̃ conseruatio intelligentiarũ immediatè pendet ex eo. Tertio, ꝙ si illa intelligentia destrueretur, fundamentũ æui periret. Possibile quoq; fuit illam peccare, imò statim peccauit, ita ut credaẽ diabolus fuisse excellentissimus angelorũ. Hinc alij assignauerũt vnitatẽ æui rõne subiecti, in quo primò apparet, quòd est cœlum empyreũ, in quo non cadit variatio, imò oĩno quierũ est. Sed nec hoc sufficit: qm̃ immortalitas & impassibilitas per priùs est in substantijs spiritualibus, q̃ corporalibus, cũ sint digniores, & digniùs mẽsurari non habeat per respectũ ad minus dignũ. Propterea alij nisi sunt sumere vnitatẽ æui ex parte causæ, dicentes, ꝓ duratio, & consertatio intelligẽtiarũ continuatur per diuinã influentiam. quæ cum sit vna, æuũ est vnum: Verum nec hoc stare potest: qm̃ influentia ilia actiuè, accipitur, aut passiuè. Si actiuè, non est aliud, q̃ Deus influens: & ita non habet æuũ mensurã. Si passiuè, tot sunt influẽtię, quot, qui suscipiũt eas. Idcirco non restat alius modus, nisi per vnitatẽ materiæ, ut dictum est de tpe. Sed multi negant intelligẽtias habere materiam. Attũ quicquid sit de hoc, æuũ respicit esse actuale, & stabile, tps verò materiam vt est in potentia. Ideo sicut vnitas tpis cõformatur materiæ, sic vnitas æui formæ, non inquantum est ista, aut illa, sed inquantum immutabilis. Hinc sicut linea in corporibus q̃uis diuersis, est eadem specie: sic æuum habet vnitatẽ vniuersalis, nõ vnitatem, quam habet tempus. Idcirco concedendæ sunt rationes, probantes non esse vnũ æuum æuiternorum, sed multa. Hæc Bonauentura.

¶ Cuius opinio in multis differt ex dictis ſm Thomam, Albertum, Petrum, Richardũ, Vdalricum, Hẽricum, ac alios: ex quorũ etiam dictis patet ad persuasiones has Bonauenturę, solutio: nec vacat singula eius verba discutere. Principalis quoq; eius opinio de vnitate temporis, ex vnitate materiæ, à sancto Thoma satis improbata censetur. Patet item ex tanta dissensione doctorum, difficultas, atque incertitudo huius materiæ. Vnde & opinatiuè magis, quàm assertiuè loquendum est hic.

Durand⁹.

¶ Prętereа de his satis notabiliter ait Durãdus: Videndũ est primò quid sit de rõne mensuæ. De cuius rõne est ut per eã habeatur certitudo de re mensurata. vel quantũ ad id, quod est, si sit mensura qdditatis, & naturæ: vel quantũ ad permanentiam sui esse, si sit mensura durationis. Vtrunq; autem horũ contingit dupliciter: qm̃ certificari possumus de re, vel quantum ad id, quod est seu quantũ ad sui esse durationẽ. Primò per se, atq; directè, quod fit solũ per causam rei: sicut de eclipsi lunę per interpositionẽ terræ inter solem & lunam. Per causam nãq; res per se, & directè cognoscit. Secundò certificamur de re indirectè, & cõparatiuè. Sicq; certificamur de oĩbus, quæ sunt in aliquo genere per id, quod in genere illo existit perfectius, quasi habẽs in se oẽm generis illius actualitatem: ut est albedo in generis coloris. Nã per albedinem mensurantur colores indirectè, & cõparatiuè: qm̃ tanto perfectiùs participãt naturã coloris, quanto propinquiùs accedũt ad naturam albedinis. Ratio mensurationis istius est, qa per notius natũ est certificari minus notum: quando maius, & minus notum, inter se habitudinẽ sortiuntur, ut quæ eiusdẽ sunt generis. Porro qd̃ actualiùs, atq; perfectiùs est in genere, hoc ex sua natura est notius. Idcirco per illud nata sunt cętera in genere illo mensurari. Hæc quoq; mensura dr̃ indirecta, & cõparatiua respectu primæ mensuræ: qm̃ nõ est ita directa, & per se habitudo ad inuicẽ eorum, quæ sunt in eodẽ genere, quantum ad esse, & cognitionẽ, sicut est habitudo effectus ad causam. Hinc patet ꝓ de ratione mensuræ vniuersaliter nõ est, ꝓ causa sit mẽsurari. Nã si lapis moueretur sursum ab angelo, motus ille mẽsuraretur per motũ primum: tamen ab eo non causaretur. Aut ergo quærit, quæ sit mensura quidditatis, & perfectionis naturæ euiternorũ, aut q̃ sit mensura durationis, ac permanẽtiæ eorundẽ. Si primum dicẽdum, ꝓ sola diuina essentia accepta sub rõne ideæ imitabilis à creatura, est per se, ac directè mensura qdditatis, & perfectionis naturę æuiternorum. Esse aũt supremi æuiterni, est mensura eorũ indirectè, & cõparatiuè. Sola etenim causa prima habet rõnem mensuræ per se simpliciter, & directè. Primũ verò in genere, indirectè, & cõparatiuè, ut dictum est. Sola verò diuina essentia sub rõne ideę est causa æuiternorũ. Porrò si quæratur de mensura durationis, ac permanentiæ, sic q̃stio; ista magis est dubia: An. 1. sit una duratio alicuius æuiterni, per quã mensurentur cæterorum durationes æuiternorũ. & de hoc est duplex respõsio. Vna, ꝓ sic, ita ꝓ duratio primi, & perfectissimi æuiterni, est mensura durationis reliquorum: qm̃ sicut se habet essentia ad essentiam, & esse ad esse, ita duratio, ad durationem. Quemadmodũ ergo essentia primi æuiterni mensura est essentiarũ aliorum æuiternorũ: sic esse, atq; duratio eius, mensuræ sunt ipsius esse, ac durationis illorũ. Secunda respõsio est; 2
ꝓ præter beneplacitum Dei, ac ordinationẽ diuinã circa durationẽ æuiternorum, non est inter æuiterna duratio alicuius, quæ sit mẽsura durationis aliorum. Quæ enim sunt æqualis vniformitatis, ac certitudinis, non sunt apta ad hoc, ut vnum mensuretur per aliud, cum mẽsura sit vniformior, potior ac certior mensurato. Sed æuiterna sunt æqualis uniformitatis, ac certitudinis in durando. Nam quamuis esse vnius æuiterni sit ex sua natura pfectiùs, ac notiùs esse alterius: tamẽ duratio cuiuslibet æuiterni est æquè vniformis: quoniã nulla varietas est in esse vnius potius, q̃ in esse alterius, quandiu durant Verum hæ, & consimiles rationes, quamuis sint probabiles: attamen solui possunt. Hæc Durandus.

An sit vna duratio alicuius æuiterni. Responsio.

¶ Qui vtriusq; opinionis motiua ponit, ac soluit: nec ad aliquam specialiter diuertit. Imò per modũ inquisitionis, non assertionis se loqui fatetur. Dicit quoq; in hac quæstione, ꝓ tempus sit realiter idem cum primo motu: quod quamuis & alij quidã defendant: communiùs tamen, probabiliusq; tenetur oppositum, præsertim cũ Philosophus quarto physicorum ex intentione formaliter, & expressè dicat, probet, teneatque contrarium.

Tẽpus nõ est realiter idem cum primo motu.

¶ Insuper circa hæc scribit quodlibeto vndecimo, quæstione vndecima Henricus. Quæstio ista, an sit vnũ æuum omnium æuiternorum, potest plures habere sinus, ac plures intellectus. Primũ, an singuli angeli habent æuũ proprium sibi, ita ꝓ æuum primi angeli est mensura aliorum æuorum, & per hoc mensura aliorum angelorum. Aliud, an sit unũ æuũ vnius primi angeli, quod sit omnium aliorum angelorum mensura, sic ꝓ nullus illorũ habeat propriũ

Henricus.

æuum

æuum, quemadmodum vnum tempus mensura est omnium motuum. Et dico ꝙ plurium nunquam est vna mensura ſm numerum plurium, quæ est propria vnius illorũ, sic ꝙ nullum aliorum habet propriã mensuram, nisi illa connexionem, & connaturalitatem habeant inter se, ſm rationem causæ, atq; causati: & sic esse oĩum aliorum dependet ab esse primo, sicut oẽs motus naturales causantur à motu primo. propter quod, tempus quod est mensura motus illius, mensura est oĩum motuum aliorum. Cũq; vnus angelus nullã habeat causalitatẽ in esse super alium, dico ꝙ non est aliquod æuum propria mensura vnius angeli, & aliorum per ipsum, sic ꝙ nullũ illorum propriũ habeat æuum. Imò dico, ꝙ quilibet angelus habet suum propriũ æuum. Attamen æuũ vnum est mensura aliorum æuorum, quo ad dignitatem naturæ. Sicq; æquiuocè dr̃ æuũ hinc inde. Et de mensura quantũ ad dignitatẽ naturę loquitur Philosophus, dicens ꝙ in oĩ genere est vnũ primũ mensura sequentium in genere, seu ordine illo. Sic qppe mensura in vno quoq; genere appellat̃ id, in quo nobilissimè, & perfectissimè reperitur generis illius natura. & hæc mensura dr̃ vnigenea. i. vnius generis mensuratio, & minimum qd in genere illo. i. simplicissimum, à cuius simplicitate cætera aliquo modo recedunt. Est aũt duplex genus, videlicet metaphysicũ, & logicum. Genus metaphysicũ accipitur penes cõitatem merè analogicã, quę continet aliqd, cui principaliter nomen & ratio competunt, quod & alijs est mensura, atq; per attributiuã quandã participationem conuenit eis, & sic ens dr̃ genus unum, in quo est vnum primum minimum, quod meusura est aliorũ. & hoc est Deus, cui perfectissimè conuenit esse vniuersorum meusuram, qui est extra & supra oẽ genus prædicamenti, quod est logicum genus. Et sicut ens genus tale ad decẽ prædicamenta, sic accidens ad nouẽ generalissima accidentis: In genere quoq; logico inuenitur mensura, sic ꝙ species eminentior est mensura inferioris, sicut substantia incorporea, corporalis, & homo, cũ sit species excellentior in rebus corporeis, mẽsura est rerum corporearũ. Induiduo autem non cõpetit esse hoc modo mẽsuram, nisi per accidens, eo ꝙ species specialissima, non nisi in indiuiduo vno existat, ut patet in corpore orbis primi, quod ponitur mensura oĩum corporum, secundum quod corpora sunt: & in primo angelorum, si sit vnicus sub specie sua: si tamen sit ponere primum aliquẽ, & supremum. quod dico, sed non assero. Si. n. esset aliqua substantia separata, quæ esset aliarum mẽsura, in ipsa esset status. Sed secundum quendam articulum damnatum Parrhisijs, nulla creatura habet statum in supremo, quin superior ea posit esse, eo ꝙ semper in infinitũ distet à substantia increata. In infima verò est status, videlicet in anima rationali. Quòd si aliqs angelus secundum speciem aliquatu esset mensura omnium angelorũ simpliciter, reuera non posset superior fieri: qm̃ status est in mensura simpliciter. Itaq; sicut in substantijs in quolibet genere est ponere mensuram, & mensuratum, ita in accidentibus. Quia tamen ponendo æua differre secundum differentiam angelorum, est genus vnum æuorum subalternum, sicut & angelorum: & secũdum eundem modum quo ponendum, aut nõ ponendum est, esse mensuram vnam angelorum ſm substantiam in una specie angeli: sic similiter est ponendum in æuo, ponendo scilicet vel non ponẽdo æuum illius esse mensuram aliorum æuorũ. Sed nullo modo ponendum est, esse æuum mensuram aliorum æuiternorum propter mensuræ æquiuocationem. Hæc Henricus.

Qualiter vnius angelus habeat suũ proprium æuum.

¶Qui de isto scribit multũ prolixè, & inuolutè, & hæc eius responsio vt in multis à præhabitis dissonare. Estq; ostensum non exigi ad rõnem mensurę ꝙ sit causa mensuratorum, cum & ipsemet dicat albedinẽ esse mensuram in genere, seu vniuersitate colorũ: cum tamen albedo non sit causa nigredinis & aliarum specierũ coloris. Insuper non est contra articulum Parrhisiensem, ponere statum in angelis de facto, hoc est, secundum ordinem rerũ iam institutum, cum certum sit vnum esse actualiter supremum in angelis, in quibus ẽst ordo. i. summũ, ac infimum, mediaq; cõnexa: non tamen ita est status in angelis, quin quacunque specie assignata, Deus per omnipotentiam suam creare posset eminentiorem. Deniq; tandem concedit Henricus, ꝙ summus angelorum, mensura est inferiorum, & summum æuũ mensura est inferiorum æuorum. Et tamẽ nec summus angelus causa est inferiorum angelorum, nec summum æuum causa est inferiorum æuorũ. Si verò pro concordantia horum dicatur, ꝙ summum æuum non est mensura inferiorum æuiternorum, quia hoc oporteret intelligi de mensura durationis, de cuius ratione est, ꝙ habeat causalitatem super ea, quorum fertur mensura: iam patuit hoc verum non esse, cum nec tempus sit causa temporaliũ, quorum perhibetur mensura, iuxta sensuũ iam introductum. Probabilior ergo censetur positio illa Thomæ, Alberti, atq; sequacium eorundem quamuis in his non habeatur certitudo demonstratiua.

¶Postremò Scotus hic recitat, primo prętactam opinionem Henrici: Hic, inqens, dicitur, ꝙ tot sunt æua quot æuiterna. Sed ista positio videtur ponere pluralitatem sine necessitate. Idcirco dicẽdum aduersus eam, ꝙ æuum vocatur, aut actualis existentia angeli æuiterni: & ita tot sunt æua quot æuiterna. Aut æuum dr̃ aliquid intrinsecum actualiter existenti, mensurans existentiã eius, & sic æuum nihil est: aut dr̃ aliquid extrinsecum, aliud ab existentia actuali æuiterni: quod tamẽ extrinsecum ex sua natura natum est mensurare actualẽ existentiam æuiterni. Et sic põt poni tripliciter: quia vel potest negari oẽ tale extrinsecum, ponendo oĩa æuiterna habere existentiam æquè inuariabilem. Nam q̃uis vna existentia sit perfectior alia, & per hoc posit illam mensurare mensuratione quidditatiua, de qua ait Philosophus, In omni genere est unum primũ mensura sequentium: attamen mensuratione duratiua, quæ reducitur ad quantitatẽ, nullo modo videtur una existentia inuariabilior alia: qm̃ vnicuiq; repugnat successio partium in ipsa: tuncq; diceretur, ꝙ cum æuum ponatur mensura, inquantum est inuariabiliter durans, & illud extrinsecum oporteat esse notius, ex natura rei secundum rationem inuariabilis, & non sit talis differentia inter existentias æuiternorum, nihil esset æuum. Alio modo potest dici, quòd quęlibet existentia superior, consistit simplicior, qualibet existentia inferiori, & nata est ex natura rei ipsam certificare. & pro tanto quælibet existentia superior, dici potest eum respectu inferioris. & sic quoque tot sunt æua, quot æuiterna, hoc dempto, quòd in vltimo æuiterno nullum est æuum. quia ex sua natura nullam aliam existentiam inuariabilem mensurat. Similiter existentia supremi angeli est, tantum æuum aliorum inferiorum: quoniam inuariabilis existentia eius omnes alias mensurat. nec habet hoc modo aliquod æuũ, quia nullam aliam existentiam habet superiorẽ se.

Scotus.

Opiniones tres de æuo.

1

Aristot. In omni genere est vnum primum mensura sequẽtium.

2

Ter-

Tertiò modo dici potest, ꝙ si æuum non dicatur quęcunq; existẽtia simplicior alia, & illam nata certificare, sed ista simplicissima, q̃ ex ratione sua formali in se, est certissima, & primò nata certificare de alijs. Sic etiam potest dici vnum æuum tantummodo, scilicet existentia primi angeli respectu omnium æuiternorũ. Hæc Scotus. ¶Cuius opinio fuit, vt supra quoq; innotuit, ꝙ ęuũ non sit aliquid realiter distinctum ab existentia æuiterni, quod improbatum est paulo ante. Verum quia hic loquitur sobriè, non assertiuè, non est immorandum. ¶Porrò ꝙ dicit primũ angelum non habere existentiam superiorem se, non est verum secundum quod verba sonant, cum creatoris existẽtia sit infinitè superior ipsa. Verum est tamen secundum mentem dicentis, intendit enim ꝙ non habet existentiam sui ordinis superiorem se. Nihilominus existentia animæ Christi, beatissimę quoque, atque deiferę virginis inesse gloriæ, superior est omni existentia angeli primi.

Nulla de æuo harũ opinionũ tenenda.

Nulla demum harum trium viarum, seu opinionũ, quas hic recitat Scotus, de æuo videtur tenenda, vt lucet ex dictis. Nec aptè sonare censetur, ꝙ angelus primus, qui communiter appellatur primum & summum æuiternum, non habet æuum, cum ęuiternum dicatur ab æuo, quemadmodum coloratũ à colore. Rursus secundum illam opinionem videretur dicendum, ꝙ existentia infimi angeli possit dici æuum animarum separatarum, quæ aliquo modo ad substantias pertinent separatas. Rationabilior ergo apparet positio illa Thomæ, Alberti, Petri, Richardi, Vdalrici, & imitantium eos. Ex diuersitate quoque, & imbecillitate opinionum istarum

Sapien. 9.

patescit, quàm verè sit scriptum: Difficile inuenimus, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quæ autem in cœlis sunt, quis inuestigabit?

Bonauen. Duplex opinio.

Restat iam tertium in quæstione præhabita tactum, videlicet an in æuo sit vera, & realis: successio. ¶Porrò Bonauentura respondet: Circa hoc fuit duplex opinio. Vna, ꝙ æuum est totum simplex ac simul, quemadmodum id, quod mensurat, scilicet esse substãtiæ æuiternæ: & quod eius duratio est tota simul, non habens successionem prioris, & posterioris. Vnde dixerunt æuum non propriè esse, quantitatem, sed in genere quantitatis solum esse per reductionem, sicq; simplex est sine extensione: attamen quantum est virtute, & adeo quantum, ꝙ sua virtute excedit omne esse temporale, ad similitudinẽ æternitatis in creatę. quemadmodum enim anima simplex est, quoad quãtitatem molis, qua caret, & tamen propter suam virtutem, & simplicitatem est in qualibet sui corporis parte: sic in proposito est intelligendum de æuo, ꝙ scilicet totum simul sit in qualibet tẽporis parte. ¶Alia opinio probabilior, intelligibiliorq; cõsistit, videlicet quòd in æuo sint priùs, atq; posteriùs. i. successio: alia tamẽ q̃ in tempore. In tempore namq; est successio cum variatione, & priùs, ac posteriùs cum inueteratione, & renouatione: in vero æuo est priùs, & posteriùs, quod dicit durationis extensionem, quod tamen nullam dicit variationem, nec innouationem.

Opinio alia.

Quæstio.

¶Quod si forte quæratur, quomodo potest esse priùs & posteriùs sine nouitate, dicendum ꝙ sicut videamus, ꝙ aliter egreditur fluuius ex fonte, aliter radius à sole, sic in proposito intuere. Fluuius namq; seu riuulus sic manat ex fonte, quòd noua aqua cõtinuo exit. Non sic radius à sole, quia non iugiter aliquid nouum emittitur, sed quod emissum est, cõtinuatur, seu conseruatur, ita ꝙ solis influentia non est aliud, q̃ continuatio dati. Similiter in motu, & in esse rei mobilis aliqua proprietas habita amittitur, vel non habita acquiritur. Sed in esse rei æuiternæ, quod primo datũ est, per continuam Dei influentiã continuatur. Quælibet. n. creatura incessabiliter indiget diuina virtute cooperante. Ideo esse totum esse suum habeat: tamen continuationem esse non habet totam simul: idcirco est ibi successio sine innouatione circa rem, seu absolutam eius proprietatem. Tamen ibi est vera continuatio, respectu cuius creatura habet esse quodammodo in potentia, & per hoc habet successionẽ. Solus igitus Deus, q̃ est purus, infinitusq; actus, totum suum esse, & totam eius possessionẽ habet simul. ¶Deniq; probatur ista positio. Ait namq; Hieronymus: Tantum Deus est, cuius esse non nouit fuisse, neq; futurum esse. Item Anselmus in prosologion: Dei æternitas est, quæ tota simul est, & creaturæ æternitatẽ excedit, quę non omnino tota est simul. ¶Præterea sicut vnitas angeli deficit ab vnitate Dei, ita simplicitas angelica à simplicitate diuina: ergo in æuo angeli est compositio aliqua, qua differt, ac deficit à simplicitate æternitatis. Cõpositio autem in duratione ponit priùs, & posteriùs. ¶Rursus, duratio angeli est infinita. Si ergo est tota simul in actu, ergo aliquod creatũ in actu est infinitum. Insuper in eo, quod habet totum esse simul in actu, idem est esse, fuisse, atq; futurum esse. Sed quod fuit, impossibile est cogitari nõ fuisse. Si intelligatur fuisse, ergo si idẽ est æuiterno fuisse, & fore, impossibile est cogitari ipsum non fore: quod falsum est, cum hoc sit proprium Deo. ¶Amplius, si totum esse præsens est, ergo non differt esse & fuisse. ergo quod est nunc, fuit: & si fuit, est. Sed Deus non potest facere id, quod fuit, non fuisse: ergo non potest facere æuiternum non esse. ¶Adhuc, si totum esse æuiterni simul est, & tota eius duratio sine priori, & posteriori, ergo nõ est ibi longiùs, & breuiùs. Anima igitur sancti Petri non fuit diutiùs in gloria, quàm sancti Francisci. Hęc Bonauentura.

Hierony.

Anselmus

Deus non potest facere id, qd fuit non fuisse.

¶Porrò Richardus vtriusq; opinionis tãgit motiua, & soluit non declinans ad aliquam, sed declarans qualiter vtraque queat defendi: Ad hanc, inquiens, quæstionẽ dicũt aliqui magni, ꝙ in æuo angelorum non est successio absolutè loquendo, quãuis aliqualiter valeat ibi poni per cõparationem ad nostram durationem, & nostram imaginationem: quod non est ſm rem ponere in æuo successionem, sed tempore, cuius partes per successionẽ æuo coexistunt. ¶Pro hac opinione sunt multæ auctoritates. Ait nãq; Philosophus duodecimo Metaphysicæ: Nec posibile est esse priùs, & posteriùs, cũ non sit tempus. ¶Anicenna quoque nono metaphysicæ suæ: Hoc, inqt, vocamus tempus prioritatẽ, seu mensurationẽ, quę non habet statum, nec stabilitatem, sed est ſm viam successionis. Vndecimo quoq; physicorũ: Cui ex se accidit ante, & post, tempus est. In libro item de intelligentijs, dr̃: Nullum immutabile mensuratur succedente. Esse autem intelligentię est immutabile. Rursus Augustinus dnodecimo cõfessionum, loquens Deo de angelo: Te sibi semper prę sente, ad quem toto affectu se tenet, non habens futurum, quod expecter, nec in prętericum traijciens, quę meminerit. Ecce ꝙ creatura angelica quantum ad esse suum, & quantum ad contemplationem, qua Deum immutabiliter beatificè contemplatur, nullam habet in duratione successionem. Hinc Gregorius super illud Iob, Ibi requieuerunt fessi robore: Quid est, ait, stantem semper in prę senti, & quietem quærere, nisi ad illud, cui nil aduenit, nil

Aristo.

August.

Gregori⁹. Ioh 3.

prę te-

Augustin. præterit, æternitatis gaudium anhelare? Deniq; lib. 83. quæstionum asserit Augustinus: Inter æuum, & tempus hoc distat, q̃ illud est stabile, istud mutabile. Nullum autẽ successiuum est stabile, quod enim succedit, non stat. Duodecimo quoq; libro de ciuitate Dei Augustinus testatur: Immortalitas angelorum non transit in tempore, nec præterita est, quasi modo non sit, nec futura quasi nondum sit. tamẽ eorum motus, quibus tempora peraguntur, ex futuro in præteritum transeunt. ¶In super sanctus Dionysius 2. capitulo de diuinis nominibus: Aeuum, inquit, dicit quieta, & tota simul vita. Et infra de æuo loquens, sub nomine æterni, disseruit: Proprietas æterni est antiquum, & immutabile. Successio autẽ immutabilitati repugnat. ¶Ad idem sunt rationes. Dictum est. n. q̃ æuum est mensura esse creati. vniformiter se habentis. & constat q̃ tali vniformitati repugnet successio. ¶Rursus, in æuo nõ est successio cum variatione: quoniam esse æuiterni, inquantum est æuiternum, inuariabile est. Nec est ibi successio sine variatione, quia in omni successione est transitus à futuro in præteritum per præsens, quod sine variatione consistere nequit. Hæc Richardus.

S. Diony.

Richard. doctor solidius vocari solet. ¶Quo circa sciendum, q̃ venerabilis iste Richardus, qui solet vocari doctor solidus, communiter sequitur sanctum Thomam, quamuis non nominet eum. Sed dicendo, Aliqui magni dicunt, communiter denotat sanctum doctorem. & sicut ex præinductis circa principium huius patuit quæstionis, Thomas, & Petrus eum sequentes, sunt positionis istius, quòd in æuo non existat successio, quorum motiua ibi sunt tacta.

Durand⁹. ¶At verò Durandus eis consentit: q̃ a (vt ait) simpliciùs est esse æuiternorum, q̃ generabilium & corruptibilium: quorum tamen esse nõ est successiuũ: q̃m omnis successio, est essentialiter aliquod fieri, ſm formam aut locum. Si ergo esse generabiliũ, & corruptibilium in successione consisteret, idem dicendum esset de se fieri eorundem: & sic quicquid esset causa in fieri, esset & causa conseruatiua in esse, quod falsum est. Idẽ patet ex incorruptione æui, cuius esse proportionat æuo. In omni quippe successione amittitur aliquid, & aliquid verè acquiritur: quia cum priùs, & posteriùs, sine quibus non est successio, non sint nec esse valeant simul propter manifestam contradictionem, quæ in ipsis terminis implicatur: posterioris acquisitio, est prioris amissio. Sed in esse angeli, atque cuiuslibet æuiterni, nulla est noua acquisitio, neque amissio, cum incorruptibile sit. Hæc Durandus.

Albertus. ¶Concordat Albertus libro de coęquæuis, dicẽdo: Cum enim respiciat esse secundum se, non in comparatione ad quantitatem, quæ ordinatur ad motum, constat q̃ æuum adiacet esse indiuisibili, & indiuisibiliter. Impossibile autẽ est intelligere, qualiter id, quod est cum priori, & posteriori, sit mensura eius, quod non diuiditur: ita quòd partim sit in termino à quo, & partim in termino ad quem. Hæc Albertus, qui in commento super librum de Causis, pleniùs inde scribit.

Henricus. ¶Porrò Hẽricus quodlibeto 7. quæstione 13. de hac re scribit diffusè, & tenet q̃ in æuo nulla consistat successio: Aeternitas, inq̃ens, æuum, & tempus, non sunt nisi quædã moræ rei in essendo. Sicq; sunt mensuræ ipsius esse rerũ, inquantum morantur, seu durant in essendo, respiciẽtes esse rei non sub rõne, eius quid q̃d est, aut quale, sed sub rõne qua quantũ. Mensura. n. est id, per quod cognoscitur quantitas rei. Cũq; mensura sit vnigenea mensurato, species, qualitasq; mensuræ debet cognosci ſm qualitatẽ, & speciem mensurati, quemadmodũ econtrario, quantitas mensurati ſm quantitatem mensurę. Proprio etenim modo essendi correspõdet ꝓpriùs modus durationis in essendo. Deinde prolixè prosequitur qualiter modus essendi quantum ad durationem in vniuersitate rerũ non nisi triplex existat, videlicet in omnimoda independenti incommutabilitate, & in continua defluxione, successione, seu variatione, atq; in medio inter hæc modo, cui æuũ correspondet, de quo testatur: Mensura moræ in essendo secundo modo dicitur æuum, quæ propter ipsius esse actualem immutabilitatem necessariò est tota simul: quoniã nihil restat acquirendum. Aeuũ ergo omnino partes non habet, nec est in eo vlla successio, sicut nunc in esse substantiali ipsius æuiterni. Consequenter recitat duas opiniones huic contrarias, & improbat eas, sicut patebit.

Mensura quid.

¶Præterea in hoc loco pulchrè declarat, cur & qualiter ipsi esse substantiali generabiliũ, & corruptibiliũ. potius cõuenit esse, mensurariq; tempore, q̃ ipsi esse æuiternorũ: qualiter etiam diuersis diuersimodè conueniat esse in tempore: Sciendum est, dicens, q̃ propriè, per se, & primò, non mensuratur tempore nisi motus habens partes defluentes, & nõ mobile nisi inquantum est in motu. Sed modus iste potest esse duplex, puta continuus ſm partes suas diuisibiles, & connexas, vt est mutatio in corporalibus rebus existens: vel discretus, secundum partes incõnexas, cniusmodi sunt cõceptus, affectionesq; angelorum, & consimiles actiones eorum, quæ largè motus vocantur, ac tempore mensurantur, alterius generis à tempore corporalium rerum. Et q̃m transmutatio secundũ illos motus nil abijcit à substantia angeli, nec ab eo, à quo dependet substantia eius, seu esse substantiale: hinc operatio eorundem tempore mensuratur. Substantia verò eius in esse non mensuratur nisi æuo. Porrò motus continuus in rebus corporalibus duobus fit modis. Primò, secundũ dispositiones non imprimẽtes per se in substantiam rei, vt est variatio secundum situs, & secũdum illuminationes, & obscurationes, quæ dicuntur nõ imprimentes in substantiam rei: q̃m variatio in eis per se, nil abijcit à substantia rei, neq; ab eo à quo in re dependet esse substantiale: ideò in cælestibus reperitur corporibus, quorum variatio secundum illas tempore mensuratur, cum eorũ substantia mensuretur æuo duntaxat. Secũdò fit motus iste secundũ dispositiones per se imprimentes in substãtiam rei, quarum variatio q̃uis nihil abijciat de esse rei substantiali, quia non habet partẽ, & partem, vt vna abijciatur post aliam: abijcit tamẽ ab eo, à quo dependet, esse rei substantiale, vt est variatio secundum calidum, & frigidum, hnmidum, & sic cũ, quæ solum in rebus generalibus, corruptibilibusq; consistit, in quibus motus huiusmodi primo, & per se, tẽpore mensuratur: non ipsa mobilia, nisi inquantũ talis trãsmutatio abijcit, aut adijcit quid in eis, quæ abiectio, vel adiectio, aut fit successiuè, aut tota simul. Primo modo quantitas, & qualitas ad quas, vel à quibus fiunt motus per se, tempore mensurãtur, sed non primò: vt dum albedo continuè generatur motu augmenti, quo ipsa augetur secundum quod per partes cõtinuè acquirunt albedinis partes, album, & albedo per se, quamuis non primò, tẽpore mensurantur. Secundo modo esse substantiale, quod generationis mutatione acquiritur, & mutatione corrumpitur in fine augmenti, aut alterationis, tempore mensuratur inquantum per tẽporalia determinatur, sic quod per alterationem ſm qualitates imprimentes, necesse est ipsum in fine corrũpi: ita q̃ esse talium generabilium, & corrupbilium dupliciter consideratur. Primò, prout inter generationem, & corruptionẽ manent res illæ in toto suo esse substantiali, sine adiectione ad illud, nec sic tẽpore mensurantur. Alio modo, inquantum à generationis instante continuè secundũ periodum currit motus alterationis secundum qualitates imprimentes, quibus in fine necessariò corrumpuntur, sicque tempore metiuntur. Hæc Henricus.

Motus cõtinuus in rebus corporalibus duobus fit modis.

Diony. ¶Qui ibidem de his plura conscribit. Veruntamẽ vnum addit, quod non vſ veritate subnixum: Non solum, inquit, substãtiæ spirituales, atq; cælestia corpora, sed generabilia quoq;, & corruptibilia inquãtum esse suum habet simul, æuo mensurari dicenda sunt. Nempè hoc dictum non apparet idoneum, cũ iuxta præhabita æuum non sit mensura nisi æuiternorum, id est, perpetuorum, & incorruptibilium. estque mensura esse creati vniformiter se habentis.

Scotus. ¶Deniq; circa hæc Scotus scribit prolixè, non tamen determinando se finaliter ad aliquam opinionem de hac quæstione prætactam: sed vtriusq; opinionis rationes, auctoritatesq; recitat, ac dissoluit. Veruntamen ait quædam probabiliter, posse teneri, quæ nequaquam videntur posse saluari: vt quod incessabilis cõseruatio angeli sit cõtinua eius creatio, & infinitæ creationes ipsius: quod supra & alibi, ac circa primum est reprobatum. Item, q̃ nunc æui assiduè diuersificetur: cum tamen secundum Philosophum Nunc temporis maneat idem. Itemque, q̃ in æuo sit successio, nõ tamen in actuali existentia æuiterni, cum tamen secundum ipsum æuũ, non sit nisi ipsa æuiterni existentia actualis: & iuxta Philosophum priùs, & posteriùs, non sint in mẽsurato, nisi quia sunt in mensurante. Vnde quarto asserit Physicorum, quòd priùs, atque posteriùs in tempore sunt propter priùs, ac posteriùs in motu. Rationabilior ergo censetur positio illa Thomæ, Alberti, Petri, Henrici, q̃, ſ. in æuo non sit successio.

Vdalric⁹. ¶Vdalricus verò in Summa sua libro quarto aliter sensisse videtur, cuius positio quantum ad hoc, quòd etiã ab Alberto recedit, improbata est supra.

Henricus. & de hoc sic scribit Henricus: Huic positioni duæ opiniones contrariantur. Vna dicentium, q̃ æuum deficit ab æterno, & abundat in tẽporali: quia æternum est res fixa, stans immobiliter secundum substantiam, & operationem. Tẽpus verò est res fluẽs, secundum vtrunq;. Aeuum autem mensura est media, conueniens cum æternitate in indiuisibilitate, secundum quod respicit substantiam æuiterni: atque cum tempore habens protensionem, & partes, prout respicit, & mensurat operationes. ¶Sed planè apparet quod dictum istorum est defectiuum: quoniam in re, quæ fixa est secundum substantiam, & fluens secundum operationem, aliud est esse secundum rem ipsius substantiæ, aliud operationis: quemadmodum alia res est substantia, aliud operatio. Cumque iuxta diuersitatem speciei, & qualitatis rei mensuratæ. fit diuersitas mensurarum, cum mensura sit vnigenea mensurato, sicut aliud est esse substantiæ, & aliud operationis: sic alia, & alia mensura conuenit eis. Nec dicendum quod mensura ipsius esse substantiæ protenditur, vt fiat mensura operationis: imò hoc implicat contradictionem, videlicet quod idem sit simplex, fixum, & indiuisibile respectu vnius mensurati, fluens autem & diuisibile respectu alterius: quod etiam in corpore patet cælesti, cuius substantia mensuratur æuo: motus verò, quo operatur circa inferiora, tempore. Alia est opinio, dicentium quod in æuo est accipere successionem, & partes: aliter tamen quàm in tẽpore, sicut expressum est, ita quod in æuo sit durationis extensio sine innouatione, variatione, ac veteratione: quia secundum eos nullum creatum vnico actu simplici totum suum possidet esse. Nam vt in libro de Causis probatur, Nullum creatum accipit bonitatem fluentem à primo secundum modum simplicitatis quo est in primo. Sicq; cum nequeat recipere esse suum totum simul, accipit illud secundum fieri per partes, & partes, vt sic æuiterna nec secundum substantiam, nec secundum operationem habeant immobilitatem. Hesternum quippe esse eorum, & hodiernum, ac crastinum, non sunt simul, neque vnum, & idem. Esse enim secundum istos, non est, nisi continua influentia à primo principio. Sed istud stare non potest, quia secundũ hęc successio illa innouationem includeret, scilicet recentem, seu nouam influentiam illam indesinenter: & quod dicunt nullum creatum totum suum esse possidere simul, negandum est, siue intelligatur de esse rei, siue de fieri, quo habet produci, & conseruari. Verum est tamen, quod non possidet esse suum simul quasi ex se, ac propria potestate, sicut possessio sumitur in diffinitione æternitatis. Hinc falsum est, quod esse creaturæ hestrenum, & crastinum, non sit idem, & simul: quamuis intellectus noster continuo, & tempori allegatus, accipiat illud cum quadam protensione ad dies diuersos, quibus coexistit. Hæc Henricus.

Opinio 2

Richard. ¶Qui consequenter argumenta illius soluit opinionis, quæ & Richardus soluit, dicendo quod auctoritas illa Anselmi in prosologion intelligenda sit de mensura angelorum, non quantum ad esse eorum, sed quantum ad operationes inuicem succedentes, & vicissitudinatas. Potest etiam responderi, quod æternitas creata, seu æuum non est totum simul ita perfectè, ac propria virtute, sicut æternitas increata: nam & successionẽ quantum ad actiones secum admittit, quæ tamen non æuo, sed tempore quodam discreto metiri feruntur. ¶Ad aliud respondetur, quod vtique simplicitas æui à simplicitate æternitatis plurimum distat, ac deficit, non tamen in tantum, quod prioris, & posterioris successionem includat, sed quia dependet, & potentialitatem habet admixtam, nec successionem prorsus excludit à suo subiecto, seu mensurato. ¶Ad tertium, q̃ loquendo de infinitate quæ æuum est infinitum, non est inconueniens, infinitum esse simul in actu: quia infinita illa non est infinitas perfectionis, neque essentiæ, sed durationis: quæ vltra finitatem suæ entitatis, & perfectionis, non addit nisi negationis, destructionis, seu defitionis ab esse. ¶Ad quartum quod in æuo realiter, & ex sua natura nõ est nisi esse, non autem fuisse, nec fore, nisi per coexistentiam ad tempus, vt dictum est. Ideo quamuis æuo impossibile sit non coextitisse præteritum, quod ei iam realiter coextitit, nihilominus possibile, atq; intelligibile est ei, non coexistere tempus futurum: quoniam Deus potest conseruationem suã ab æuo in præsenti subtrahere. & per hoc patet solutio quinti. Quamuis enim æuum nõ queat simul esse, & non esse, tamen in ipso instanti, quo est, potest ei conseruatio Dei auferri: & ita non erit, quẽadmodum dictum est supra, quod quamuis Deus mundum diceretur ab æterno creasse: tamen potuisset eum non fecisse: quia in illo instanti in quo fecisset, potuisset non fecisse, quia liberè operatur.

Qualiter Anselmi Auctoritas intelligenda sit.

2

3

4

Sed

Sed posito vno, tollitur aliud, quemadmodum posito, quod antichristus erit, non potest, non produci. ¶Ad vltimum dici potest, quod illa obiectio sit puerilis. Nam simili modo argui posset, quòd Deus non fuit diutiùs felix, quàm anima sancti Francisci, quia in æternitate non est longiùs, nec breuiùs, nec priùs, neque posteriùs. quemadmodum ergo Deus diutiùs fuit beatus, quàm aliquis sanctus, inquantum æternitas sua omni tempori, vel reali, vel imaginabili coexistit, aut coexisteret, si esset huiusmodi tempus: sic æuum suo modo omni tempori coexistit, & illud includit: & æuum, quo anima sancti Petri fuit in gloria, diuturniori coexistit tempori, q̃ æuum, quo anima sancti Francisci fuit in gloria, secundum quod æuum respicit animam eius.

Quæstio. Durand⁹. ¶Quæritur etiam hic, Vtrum nunc æui sit idem quod æuum. Respondet Durandus clarũ esse quòd sic: quoniam in duratione indiuisibili non habente in se extensionem, neque successionem, nequeunt differre realiter duratio, & nunc durationis: Rursus, mensurę, & durationes differentes realiter, sunt durationes, seu mensuræ rerum realiter differentium. Sed in æuiterno non sunt aliqua realiter differentia, quibus correspondeant æuum, & nunc æui: imò vnum & idem esse angeli est, quod correspondet vtrique. Porrò difficilior quæstio est, An realiter idem sint nunc temporis, & tempus. Hæc Durandus.

Vdalric⁹. ¶Vdalricus verò in Summa sua libro quarto cõtradicit, & dicit: Differt etiam æuum realiter à principio suo intrinseco, quod est nũc æui: sicut in creaturis semper differt, quod est, cuius mensura est in perpetuis est nũc æui, ab esse cuius mẽsura est æuũ: quia mensuræ differunt secundum rationem mensuratorum: quod patet ex eo, quia cum nunc æui sit omnino vnum, & indiuisibile, ac simplex, tamen æuum est mensura, seu numerus aliqualiter compositus ex vicibus, & diuisibilis in eas, licèt alio modo sit simplex, videlicet inquantum est mensura inuariabilis esse. Aeuum enim comparatur ad æuiternum, vt mensura propria, & adæquata in modo essendi: quoniam sicut æuiterna secundum id, quod sunt, stant simul, sed suo posse, & agere non sunt simul: ita æuum est mensura, quæ secundum aliquid est simul, & secundum aliquid non est simul. Hæc Vdalricus.

¶Cuius positio in hoc deficit, quòd ponit æuum in se includere vices, & priùs, posteriùsque habere: & quoniam ita sentit, consequenter habnit dicere, quòd nunc æui differt re ab æuo. Cumq; iuxta præhabita æuum non habeat vices, neque successionem, aptiùs dicitur, quòd nunc æui non differt ab æuo realiter.

Albertus. ¶Albertus demum libro de coæquęuis, sciscitatur de nunc eui, & quando æui, & dicit quod nunc æui differt ab æuo non in substantia, sed inesse. Esse etenim æui, est in tota duratione simul manente. Sed nunc comparatur ad ipsum durans secundum quod est indiuisibile vnum. Sicque non re, seu substantia, sed proprietate, seu ratione videntur differre. Si autem quæratur, an ex æuo relinquitur quando: dicendum quod sic, sed non distinguibile per præteritum, & futurum, nisi fortè per accidens, scilicet per comparationem ad tempus, cui coexistit. Vnde dicimus quando angelus fuit, est vel erit. Hæc Albertus. de cuius verbis dictum est paulo ante.

Thomas de Argentina. ¶Thomas quoq; de Argentina testatur, quòd in angelis sit inuariabile esse totum simul, quamuis sit in eis reuelationum, & quorundam, gaudiorum successio.

¶Postremò Richardus hic quærit, Vtrum esse alicuius corporis habeat mensuram vnigeneam cum æuo angeli. Et respondet: Videtur quibusquã quòd non, quia in angelis, aut nulla materia est: aut si est, ibi non est vnigenea, id est, eiusdem rationis, aut generis cum materia cuiuscunque rei corporalis, nec forma illorum cum forma horum, nec esse vnius cum alio: ideo dicunt, quod æuum cæli empyrei, æuumq; angeli sunt diuersa. Alij dicunt quòd propria mensura intrinseca ipsius esse cæli empyrei, & mensura esse angelici, vnigeneæ sunt, & ipsorum vnum sit æuum. Hæc Richardus. Richard.

¶Qui vtriusque opinionis ponit, & soluit motiua, nec declinat ad aliquam. Sed iuxta præhabita, sm. Thomam, Henricum, Petrum, ac alios multos, secunda probabilior reputatur. Substantiæ enim spirituales, & corporales in eodem sunt genere saltem prædicamentali. & sicut declarat Henricus, nõ nisi tres sunt differentiæ mensuræ, seu moræ durationis, puta æternitas, æuum, & tempus. Motus quoque cælestium corporum, & inferiorum, multum differunt specie, imò & quodam genere subalterno. Similiter elementa à mixtis, & mixta inter se: quorum quædam sunt animata, quædam inanimata: & animatorum quædam vegetatiua, quædam sensitiua: quædam secundum locum motiua, aliqua rationalia. & tamen omnium horum vnum est tempus. Cur ergo non omnium perpetuorum illorum, tam spiritualium, quàm corporalium, vnum sit æuum?

QVAESTIO III.

TErtiò principaliter quæritur, de cælo empyreo, de quo quidam, potissimè Alexãder, plures faciunt quęstiones. Verum vt immoderata vitetur prolixitas, quæro. *Quid sit cœlum empyreum, & quare sit conditum*, & de proprietatibus, atq; eficientijs, seu effectibus eius. Ita q; quęritur primò, Quid sit cęlum empyreum. ¶Videtur primo quòd nõ sit, quia philosophi, qui naturam vniuersi diligenter rimati sũt, & scrutati, de hoc cęlo nihil loquuti sunt. Quæstio.

¶Secundò, quia nec sacra scriptura de ipso loquitur euidenter.

¶Tertiò, quoniam non videtur habere connexionem ad ordinem vniuersi, qui pulcherrimus esse ostenditur ex dictis philosophorum, secluso, nec posito cælo empyreo.

¶Quartò, in libro de cęlo, & mundo probat Philosophus, quòd extra cęlum, id est, primum mobile, nullum sit corpus. Deinde, apparet quòd non sit corpus: quoniam Strabus, & Beda dicunt ipsum esse intellectuale, contemplationisque locum. Contemplatio autem, quæ est spiritualis actio corporeum non exigit locum. Strabus. Beda.

¶In contrarium est sanctorum auctoritas.

¶Ad hæc Alexander respondet: Cœlum empyreum est, & propter causas creatum est. Causa verò suæ creationis non est continuatio generationis, & corruptionis, nec continuatio, aut conseruatio esse corruptibilium rerum, sed vt compleatur vniuersum in genere corporum secundum determinata extrema, & secundum medium inter ea, ad ostensionem summæ sapientiæ, omnipotentiæ, bonitatisque creatoris. Extrema autem in genere corporum sunt, corpus maximè luminosum, & corpus summè opacum. Primum est cælum empyreum, secundum est terra. Alexãder.

¶Preterea, licèt spiritus à corporibus separati, nõ indi-

indigeant quantum ad suum esse aliquo corpore, tamen est congruentia, corporis alicuius ad ipsos propter conuenientiam magnam in simplicitate, claritate, ac puritate: & hoc est cælum empyreum, vt patebit. ¶Insuper, spiritus rationales, qui coniunguntur corporibus, cum peruenieturad corporum resurrectionem, incorruptionem, & glorificationem, congruenter collocabuntur in corpore, quod est vltimæ, id est, maximæ nobilitatis in vniuerso, eo quòd corpora illa maximam habebunt nobilitatem: imò & ante corporum suorum glorificationẽ conuenienter collocantur in cælo illo propter merita sua. Vnde de hoc cælo loquitur Damascenus, Damascenus de cælo empyreo. Cœlum est continentia visibilium, & inuisibilium creaturarum. Hinc continet Christum secundum naturam humanam, secundum quam Christus in ipso est diffinitiuè, seu circunscriptiuè. Ideo cum Christus dicitur esse, ascendisse, & residere super omnes cælos, intelligendum est, quod dignitate sit super eos. Hæc Alexander.

Albertus. ¶Circa hæc scribit Albertus: Dicendum cũ sanctis, quibus de cęlo empyreo est credendũ eo quòd ipsi patrem cęlestem præ cęteris cognouerũt, quòd cælum empyreum est cœlum supremum, & verum corpus, in quo angeli sancti, & animæ beatæ sunt, non circunscriptiuè, sed diffinitiuè, de quo cœlo ait saluator: Vidi sathanam sicut fulgur de cęlo cadentem. quod vocatur empyreum, id est, igneum, non à calore, sed claritatis splendore: quod factũ, mox sanctis angelis est repletum. De quo supra illud, In principio creauit Deus cœlum, & terram, loquitur Strabus: Cælum appellat non visibile firmamentum, sed empyreum. Dicitur autem hoc cęlum angelis sanctis repletum, non corporali repletione, nec sicut anima replet corpus, sed proportionata decoratione ad mansiones patriæ, quæ per sapientiam Dei in ipso creatæ sunt, ita quod nulla earum est vacua, sed angelo in beatitudine sibi proportionato inhabita. Hæc Albertus in Scripto. Lucæ. 10. Strabus super Genesim.

Idẽ Alber. ¶Porrò libro de coæquæuis, affirmat quòd cœlum empyreum sit inter omnia corpora simplicia nobilissimum corpus, & maximè vniforme, non habens diuersitatem dexteri, & sinistri. & angelis sanctis repletum est, non sicut locus locatis, sed per distinctionem hierarchiarum, & ordinem, & multitudinem condecentem. Hæc ibi.

Vdalric⁹. cõcordat. ¶Quibus concordat Vdalricus in Summa sua libro quarto: Angeli, inquiens, creati fuerunt in cœlo empyreo, & simul cum ipso. Propter quod astra matutina vocantur, quæ sunt ornamenta cœli illius, vt dicitur in libro Iob: Vbi eras cum me laudarent astra matutina? id est, in principio temporis creata. Quoniam hora matutina est prima hora diei, de cœlo cecidisse lucifer perhibetur. Ex quo patet, quòd cum dixit, In cœlum conscendam, vt dicitur in Isaia, cœlum metaphoricè intellexit altitudinem maiestatis diuinæ, cui volebat æquari. Hæc Vdalricus. ¶Et illa celsitudo, seu excellentia Dei, inquantum est omnia continens, ambiens, & conseruans, vocatur metaphoricè cælum. estq; cęlum trinitatis. Iob. 40. Isaiæ. 14.

Thomas. ¶Insuper Thomas: Cœlum, ait, empyreum ratione inuestigari non valet. Quicquid enim de cælis cognoscimus, visu, aut motu scimus. Cœlum verò empyreum nec visui, nec motui subiacet, sed per auctoritatem est habitum. Hinc intellectuale vocatur, quia non visu, sed intellectu cognoscitur, non quòd in se non sit visibile. Est autem præcipuè lucidum. Omnis namque res determinatur à fine, quoniam secundum exigentiam finis oportet ipsam disponi. Cumque cœlum empyreum ordinetur ad statum beatorum, & corporum glorificatorum, quibus cõuenit maxima participatio lucis diuinæ, quietis æternæ, & æternitatis supremæ: ideò decet cælum empyreum potissimè, lucidum, immobile, & incorruptibile esse. Et quoniam beatitudo illa supernaturalis inuestigationem excedit humanam, etiam cęlum illud empyreum excedit eam, latuitque philosophos. ¶Verum his obijci potest, quia, vt ait Auicenna, causa luciditatis est congregatio partium diaphani, vt patet in crystallo. Idem asserit Commentator libro de substantia orbis. Cœlum autem empyreum subtilissimum, simplicissimumq; consistit, non ergo est lucidum: imò si tam lucidum esset, magis causaret nobis iugiter diem, quàm sol super nostrum existens horizontem, Rursus, secundum opinionem probabilem in cœlo empyreo erit laus vocalis, quæ sine respiratione, emissione, fractioneque medij esse nequit. Imò, & corpora glorificata per donum agilitatis mouebuntur in eo, ergo scindetur: & ita non videtur esse incorruptibile, neque indiuisibile. Obiect. 2. Auerrois. 2 Laus vocalis erit in cœlo empyreo.

¶Amplius, natura est principium quietis, & motus. secundum Philosophum. Sed cœlum empyreum est corpus naturale, ergo & mobile. 3

¶Respondendum, quod prima obiectio illa conuincit, quod cœlum empyreum non est taliter lucidum, quòd radios visui nostro visibiles emittat. Propter quod, nec ignis elementaris in propria spęra lucet. Ad aliud dicendum, quòd dubium est an post resurrectionem communem laus vocalis erit in cœlo, quibusdam dicẽtibus quòd ibi solum erit laus mentalis, quæ dignior est: quia nec respiratio erit ibi, sine qua vox non formatur, vt dicitur secundo de anima. Alij dicunt ibi futuram laudem vocalem, vt nihil in sanctis vacet à laudibus Dei, neque mens, neque lingua. Quomodo autem esse valeat, dicunt quod in pulmone, & instrumentis vocalibus est aer inclusus, per quem poterunt voces formari, quemadmodum animalia habentia spiritum complantatum, vt dicitur in libro de somno, & vigilia, formant vocem. Et hoc, quantum ad aliquid, videtur conueniens: quoniam ad formationem vocis non est necessaria expulsio, vel attractio aeris. Nam respirando, aut expirando non potest animal vocem formare, vt dicitur secundo de anima. Sed quantum ad aliquid, non videtur sufficiens: quia ad vocem non tantum exigitur aer interior, sed item exterior, cuius confractione, & motu sonus deferatur. Ideo plus addendum est, vtpotè, quod quædam sensibilia deferuntur ad sensum secũdum esse spirituale tantum, vt species cœlorum: quædam secundum esse materiale, sicut in gustu, & tactu. Quædam vtroque modo, vt species odoris cum euaporatione fumali. & similiter est de sono, & motu. Ibi tamen species soni defertur secundum esse spiritale tantum. ideo non oportebit ad hoc ibi consistere motum, aut confractionem, nec condensationem. Potest quoque dici, quod ibi erit confractio cęli empyrei. nec hoc erit ignobilitatis, quod erit instrumentum motum à lingua glorificata, atque diuinæ laudis materia. nec inde consequitur, quod generabile, aut corruptibile erit: quoniam raritas, & densitas æquinocè competunt corpori illi, & inferioribus istis. Sic, & astrologi inter duas sphæras, quæ scindi nequeunt, aliquod ponunt spatium repletum corpore diuisibili, cum in spatio, illo motus sit planetarum in epicy- Responsio ad 1. ad 2. Qualiter laus vocalis fit in Sanctis. Aristote.

epicyclo. Veruntamen quid de his verum sit, est incertum: quia nec fide determinatur, nec ratione probatur. Ad vltimum, quòd naturale dupliciter dicitur. ¶Primò, prout diuiditur contra ens in anima. Sicq; dicitur naturale, quicquid habet esse firmum in rerum natura. & ita cœlum empyreum, ac angeli dicuntur naturalia, nec omne tale materiale est mobile. ¶Secundò, prout diuiditur contra ens diuinum, quod abstrahit à motu, atq; materia. Sic naturale vocatur id tantum, quod mouetur, & ad generationem, ac corruptionem entium ordinatur: & ita cœlum empyreum non est naturale, sed diuinum, ad electorum gloriam ordinatum. Hæc Thomas in Scripto.

Ad tertiũ.

¶Insuper de hac re scribit in prima parte Summæ, quæstione sexagesimasexta: Cœlum empyreũ non inuenitur nisi per auctoritates Strabi, & Bedæ, & rursus per auctoritatem Basilij, in cuius cœli positione partim conueniunt, puta in hoc quod sit locus, & mansio beatorum. Dicunt etenim Beda, & Strabus, quod factum, mox angelis est repletum. Basilius quoq; in secundo Hexameron: Sicut damnati in tenebras vltimas abiguntur, sic remunerandi pro dignis operibus, restaurantur in ea, quæ extra mundum est, luce, & quietis domicilium sortiẽtur. Differunt autem in ratione ponendi. Strabus quippe, & Beda idcirco ponunt hoc cœlum: quoniam firmamentum, per quod cœlum sidereum intelligunt, non in principio, sed secunda die dicitur factum. Basilius verò ideò ponit hoc, ne videatur Deus opus suum à tenebris inchoasse, quod Manichæi calumniantur. vnde & Deum veteris testamenti, Deum nominant tenebrarum. Hæ autem rationes non multum cogunt. Quæstio namque de firmamento, quod secunda die dicitur factum, aliter soluitur ab Augustino, ac alijs sanctis. ¶Obiectio verò de tenebris, secundum Augustinum soluitur per hoc, quod informitas, quæ per tenebras designatur, non præcessit formationem durationem, seu tempore, sed origine, seu ordine naturæ. Porrò secundum alios cum tenebræ non sint creatura aliqua, sed priuatio lucis, diuina sapientia attestatur, quod ea, quæ produxit ex nihilo, primò, in statu imperfectionis instituit, postea verò ea ad perfectum deduxit. Potest autem conuenientiùs ratio sumi ex conditione gloriæ. Expectatur equidem in futura remuneratione gloria duplex, videlicet spiritualis, & corporalis, non solum in glorificandis humanis corporibus, sed etiam in toto mundo innouando. Inchoata est autem spiritalis gloria à mundi principio in beatitudine angelorum, quorum æqualitas sanctis promittitur. Hinc fuit conueniens, vt etiam à principio corporalis gloria inchoaretur in aliquo corpore, quòd ab exordio seculi fuerit, absque seruitute corruptionis, & mutabilitatis, atque totaliter lucidum, quem admodũ tota corporalis creatura expectatur post resurrectionem futura.

Idẽ Tho.

Strabus Beda.

Basilius.

Gen 1.

Manichęorum calumniæ.

Duplex gloria expectatur in remuneratione.

¶Denique Augustininus quinto de Ciuitate Dei testatur, quòd Porphyrius discernebat à dæmonibus angelos, ita vt aer ea loca dæmonum, ætherea, seu empyrea esse diceret angelorum. Sed Porphyrius tanquam Platonicus cœlum sidereum posuit igneum esse: ideoque vocauit empyreum siue ætheream, prout nomen ætheris ab inflammatione accipitur, non vt Aristoteles ait, à motus velocitate. Quod dico, ne quis opinetur Augustinum posuisse cœlum empyreum, sicut nunc ponitur à modernis. Nec ex his sequitur, quod illuminet aerem, quia vt in secundo Hexameron fatetur Basilius, cęlum factum est rotunditate conclusum, habens corpus spissum, ac adeo validum, vt possit ea, quæ habentur extrinsecus ab inferioribus separare. ob hoc necessariò regionem relictam post se, luce carentem constituit, vtpotè fulgore super radiante cœli empyrei, excluso à regione inferiori. Sed quoniam corpus firmamenti etsi sit solidum: tamen diaphanum est, quod non impedit luminis transparentiam, vt patet per hoc, quod lumen stellarum statim videmus, non obstantibus medijs cælis: potest aliter responderi, videlicet quod cœlum empyreum habet lucem non condensatam, propter quod radios non emittit: sed subtilem, vel habet claritatem gloriæ, quæ non est claritati naturali conformis. Hæc Thomas.

Augusti.

Basilius.

¶Circa hæc dubitatio oritur ex eo, quod Thomas affirmat Porphyrium tanquã Platonicum æstimasse cœlum sidereum igneum esse. per quod innuit Thomas Platonem ita sensisse, quod non videtur. Dixit enim cœlum illud aqueum esse, & stellas ex igne, vt infra patebit. Rursus, quod Thomas scribit cœlum empyreum non inueniri positum, nisi auctoritatibus Bedæ, & Strabi, atque Basilij, impugnatur: quia quod ait Damascenus libro secundo, Cælum est continentia visibilium, & inuisibilium, non verificatur proptiè, nec secundum Damasceni intentionem, nisi de cœlo empyreo. Propter quod libro de coæquæuis scribit Albertus: Sancti dicunt, Damascenus potissimè, cælum empyreum continere sanctos angelos, & beatos. De eodem cælo secundum Damascenum, & antiquos expositores, dixit Apostolus raptum se vsque ad tertium cælum. de quo rursus: Scimus, inquit, quia si terrestris domus nostra dissoluatur, quod ædificationem à Deo habemus, domum non manufactam in cœlis. Gregorius quoque multa de hoc cœlo videtur dixisse diuersis in locis. Et quod ad Hebræos scripsit Apostolus. Non in manufacta sancta Iesus introijt, exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum: non nisi de cœlo empyreo aptissime sumitur. Atque in hoc cœlo ait Gregorius peccasse diabolum, ac inde delapsum. De quo itidem cœlo Hieronymus, in sermone de assumptione gloriosissimæ virginis multa deprompsisse probatur.

Diony. Thomas.

Plato.

Damasc.

2. Cor 12.

2. Cor. 5.

Heb. 9.

Gregori.

Hierony.

¶Circa hæc loquitur Petrus: Omnia corpora facta sunt propter corpus humanũ, quod est forma naturali perfectissima informatum. hinc secũdum intentionem naturæ, finis est corporum aliorum. ¶Corpus autem humanũ duplicem habet statum, vnum mortalitatis in præsenti, alium immortalitatis in futuro. Ideo Deus quædam ei præparauit secundum præsentem statum præcipuè, vt visibilia corpora: quędam verò secundum statum futurum, vt cœlum empyreum. & hæc est causa creationis illius præcipua: quamuis, & aliæ possint esse causæ creationis illius nobis occultæ. Hoc igitur cęlum in propria natura sensibile est, quamuis intellectuale dicatur, quo ad nos, & propter contentą, seu habitantes in ipso. Inducuntur etiam rationes quòd sit. Nam sicut simplex est ante compositum, & vnum ante multa: sic vniforme ante multiforme, ergo ante cœlum firmamenti multiforme, est cœlum vniforme per totum, puta empyreum. Item dum aliquid compositum est ex duobus, si vnum illorum inuenitur per se, & aliud. In genere autem cœlorum est vnum, constans ex luminoso, & non luminoso, vt cœlum stellatum: & vnum totum

Petrus.

tum non luminosum ex se, ut orbis lunę. Ergo est aliud totum luminosum.

¶Rursus, centrum, & circunferentia sunt contrariarum proprietatum. Vnde, & ipsa sunt termini motuum oppositorum. Centrum autem mundi est totum opacum, ergo extremum mundi est totum clarum, & splendidum. Hæc Petrus.

Richard.

¶Idem Richardus, qui etiam quærit hic, Vtrũ cęlum, empyreum sit stellatum. Ad quod respondet, Cœlum illud non est stellatum, sed per totum uniformiter luminosum, quãuis luminositas illa lateat sensus mortaliũ. quod est, vel ideo: qm̃ improportionabilis est occulis non glorificatis, quemadmodum lux corporum glorificatorum.

¶Vel quoniam aquæ, quæ sunt supra firmamentum, non sunt illius luminis traductiuæ: vel quia ob nimiam eius distantiam multiplicatio sui luminis non protenditur vsq; ad uisum nostrum, nisi forsan ita debiliter, vt a uisu nostro nequeat percipi: vel qa non adest ei influentia Dei ad hoc, vt se multiplicet sensibiliter vsq; ad nos. Veruntamen cum aquę, quę super firmamentum esse dicũtur, sint ita perspicuę, ut ab auctoribus cœlum crystallinum vocentur, quod impediant illius luminis transfusionem, non video nisi adesset alia causa.

Gene. 1. Psal. 148.

¶Voluit demum Deus cœlum empyreum esse absque ornatu stellarum: quoniam ciues ipsius, & corpora beatorum erunt ei pro præclarissimo ornamento. Vnde ad illud cœlum forsitan pertinet illud Apocalypsis: Ciuitas non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus.

Apoc. 21.

¶Insuper de his scribit Bonauentura diffusè. Verum sententia sua quasi tota præhabita est. Fatetur in primis, quod de hoc cœlo empyreo exponit Damascenus, quod scriptum est, In principio creauit Deus cœlum, & terram. & addit, Ponẽdum esse hoc cœlum, persuadet triplex ratio finis, id est, causæ finalis, propter quam factum est.

Bonauẽt.

Gene. 1.

¶Prima est perfectio vniuersi. Cum enim cœlum quoddam sit luminosum, & difformè, si non esset cœlum totum luminosum, & vniforme, deesset vniuerso quædam perfectio.

¶Secunda est, ut cœlum supremum mobile habeat orbem fixum, infra quem, & in quo tanquam in loco moueatur.

¶Tertia, vt congruum habitaculum beatorum, præsertim hominum glorificatorum consistat. Finis aũt necessitatem imponit his, quæ ordinantur in ipsum. Nec putandum, quod cœlum empyreum illuminet a Sole. Non. n. ab inferioribus recipit lumen, nec indiget. Talis quoq; est limitatio virtutis ipsius Solis: qm̃ nihil agit vltra terminum sibi a Deo cõstitutum. Hinc quẽadmodum ignis quiescit pueniens ad horizonta, seu sphæram lunæ, & terra ad centrũ perueniens: sic radij solis non protendunt vltra firmamentum. Sol namque lucerna est nuius sensibilis mundi. Tãta quoque est influẽtia, & luminositas cœli empyrei, quod lux, & influentia Solis non pertingit ad ipsum, sed absorbetur ab ipso sicut lumen candelæ à Solis luce. Est ergo hoc cœlum: quoniam in quolibet gñe mobile præsupponit immobile, & fluxum influxibile, ad quod terminatur. & ideo supra omnes mobiles cœlos, est cœlum quoddam immobile, quieti beatorum correspondens.

Cœlũ empyreũ lumen ab inferioribus nõ recipit

¶Habitatio namq; habitatoribus proportionanda est.

¶Rursus, in quolibet genere, in quo ponitur infimum, & medium, ponitur, & supremum. Porro gradus corporum attenditur penes gradus lucis atque perspicui, quæ sunt proprietates corporum principales. Cumque terra sit corpus opacum simpliciter, exigit ordo, vt sit corpus luminosum simpliciter, quod dico cœlum empyreum. Hæc Bonauentura.

¶Quocirca sciendum, quod & philosophi posuerunt quoddam cœlum simplex, lucidum, diaphanum, vniforme, sphæricum, non stellatum: uidelicet nonam sphæram, quam dixerunt mobilem esse, & de hac sphæra asserit Damascenus. Quoniam qui foris sunt sapientes, id est, philosophi, ipsam sine stellis sphæricæ esse figuræ aiunt.

Diony. Quale cœlũ posuerẽt philosophi. Damasce.

¶Ampliùs, præinductis pro maiori parte concordat Durandus. Aliqua uerò quasi corrigere volens: Aliqui, inquit, dicunt, quod cœlum empyreum principaliter factum est propter ordinem vniuersi. quod ita declarant, Inferiora in entibus secundum sui supremum, attingunt superiora secundum illorum infimum, vt beatus Dionysius contestatur. Intelligentia autem est motor immobilis, ergo oportet, quòd sit aliquod corpus ipsam attingens, quo ad eius immobilitatem, quæ quid infimum est in ea, intellectualitas verò est supremum in ipsa. Sicque oportet esse quoddam immobile corpus cœleste, quod est cœlum empyreum. Istud insufficienter dictum uidetur. Præfatus etenim ordo rerum penes essentialia est pensandus. Sed esse immobile, non est essentiale neque intrinsecum cœlo empyreo: quoniam posset moueri sicut & alij orbes possent quiescere, non mutata natura eorum. Hæc Durandus.

Durãdus.

S. Diony.

¶Sed reprobatio ista non valet: quoniam ordo ille prætactus tam quantum ad essentialia, quàm quo ad accidentalia rerum perpenditur. Vnde, & diuinus Dionysius in libro de angelica hierarchia assignat hoc modo connexionem, & ordinem inter angelicam, & ecclesiasticam hierarchiam, quòd infimi in ordine angelicæ hierarchiæ, propriè angeli nuncupantur, qui de choro sunt infimo: supremi quoque in ordine ecclesiasticæ hierarchiæ, utpote sacerdotes potissimè præsules, angeli appellantur, iuxta illud Malachiæ: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius: quoniam angelus domini exercituum est. Apostolus quoque: Mulier, ait, debet uelata esse, & propter angelos, id est, sacerdotes, certumque est, quòd ordo iste penes accidentalia perpendatur. Sic rursus diuinus Dionysius fassus est, quod status euangelicæ legis medio modo se habet inter statum veteris testamenti, statumque angelorum, quæ coordinatio in accidentalibus sumitur.

Dionysius

S. Diony.

Malach. 2

1. Cor. 11.

S. Diony.

¶Denique quamuis homines uniuersi unius sint speciei specialissimæ: nihilominus multiplex ordo est inter eos in officijs, gradibus, dignitatibus, gratijs, virtutibus, donis, prout ad Corinthios docet Apostolus, quod tam in spirituali, quàm in ciuili statu, atque regimine facilè est pensare.

1. Cor. 12.

¶Insuper iuxta hunc modum in tricesimaprima propositione libri de Causis, asseritur: Inter rem cuius substantia, & actio sunt in momento æternitatis, & inter rem cuius substantia, & actio sunt in momento temporis, existens est medium, & est illud cuius substantia est in momento æternitatis, & actio in momento temporis.

¶Postremò essentiales, ac propriæ differentiæ rerum, præsertim cœlestium, latent nos: ideo circunloquimur, designamus, atque exprimimus eas per accidentalia quædam. Illa itaque reprobatio nullius censetur ualoris. Addit quoque Durandus, quòd non propter angelos factum sit cœlum empyreum; quia, ut aliqui probabiliter dicunt, angelis non conuenit esse in loco, nisi secundum operationem, quam habent circa locum; & adhuc secundum illam dicuntur ibi metaphorice esse. Verum ista obiectio satis soluta est. Angelis namque non propter necessitatem, sed cogruentiam locus illa est deputatus; qui etiam propriè sunt in loco diffinitiuè, non circunscriptiuè, aut commensuratiuè; quamuis absolutè loquendo, non dicantur propriè esse in loco, iuxta quod ait Boethius, quòd propositio apud sapientes per se nota est, angelos, seu incorporalia non esse in loco. Itaque angelis, seu contemplationi deputatur pro loco cœlum empyreum: quemadmodum orationi, & laudi diuinæ in hac vita materialis ecclesia: non quòd extra illam Deus orari, ac laudari non possit nec debeat, sed per congruentiam quandam, vt etiam Thomas disseruit: & sicut materialis ecclesia ex sua consecratione quandam idoneitatem sortitur, vt in ea oratio, lausque diuina efficatior, ac Deo sit acceptior: ita credendum videtur, quòd cœlum empyreum sit domus a summo legislatore totiùs bene dictionis, consecrationisque fonte ab exordio dedicata, ac deputata ad ipsius beatificam fruitionem, plenissimum cultum, perpetuumque præconium. Rursus, quamuis angeli non sint pars vniuersi corporei: pertinent tamen ad aliud tanquam administratores, & gubernatores ipsius, & decentissimum fuit, vt vniuersitas creaturarum tanquã vnus creatoris exercitus, ad inuicem, & ad Deum principaliter coordinatus, vno contineretur ambitu, palatio, sphæra, ac zona, in signum, quòd omnipotentis imperium nullum creatum queat euadere. Ideo apte prolatum est, quòd cœlum empyreum est continentia, idest, mansio contentiua visibilium, & inuisibilium creaturarum.

Du randus

Boethius.

Thomas.

¶Insuper de hoc cœlo ait Gulielmus prima parte de vniuerso: Quoniam tanto prophetæ, videlicet Moysi, primum credidit gens hebræorum, inducta signis, ac mirabilibus, in quibus missus est, vt ei crederetur ab ipsis, per quę etiam humiliato rege Aegyptiorũ, & flagellata Aegipto flagellis, quibus nec dij Aegiptiorum resistere poterant, populum hebræorum a seruitute liberauit Aegyptia. Gens quoque Christianorum non minus credidit eidem prophetæ, quin etiam magnificentiùs, atque sublimiùs sentit de ipso, eiusque sermones reputat, sicut verè sunt, Dei sermones, & nefas esse contradicere eis. Prosequar eiusdem narrationes prophetæ, & declarabo veritatem, in qua vtraque lex concordat. Dico itaque, quòd cœlum summum, idest, empyreum, est vltra, & supra nouem notos, nominatosque cœlos, supereminens eis distantia multa, quod est habitatio angelorum: & terra est eius contrarium, non secundum se totam, sed secundum medium sui, quod vocant infernum. Quemadmodum enim infernus locus est purè, & maximè, ac soliùs miseriæ, sic cœlum illud est purè, & maximè, ac soliùs felicitatis, & glorię.

Gulielm⁹.

Exo 5.6.7. 8.10.11.

Infernus locus miseriæ, cœlum verò felicitatis.

¶Porro indigentia pars miseriæ est. Cumq; omnis motus sit propter indigentiam, & si fuerit localis, erit propter indigentiam loci, aut situs, qui per motum queritur: ergo cœlum illud immobile est.

¶Preterea sicut infimo corpori, videlicet terræ, debetur infimus locus tanquam ei naturalis, & proprius, & ob id naturaliter in eo quiescit quiete perpetua: ita supremus locus in mundo, debetur alicui corpori tanquam ei naturalis, & proprius, atque ob hoc in ipso quiescit perpetuè. Est igitur vltra nouem cœlos mobiles cœlum aliud quietissimum.

Isa 4.

¶Adhuc autem manifestum est, mansionem hominum beatificandorum esse seorsum à tempestate, & turbine tantæ rapiditatis, vtpote pacatissimam; nec alius locus conuenit illis corporibus, quàm cœlestis: quoniam corpora illorum maioris incomparabiliter gloriæ erunt, quàm aliquod ex nouem cœlis, aut stellis.

¶Rursus, corpus, quod non indiget motu, neque, vt perfectione, neque, ut uia ad perfectionem, priùs ac meliùs est corpore indigente alterutro dictorum modorum. Primum ergo, & summum corpus est immobile. quòd si tale corpus vniuerso deesset corporeo, magna ei deesset perfectio, sicut, & mundo sublunari, si ei deesset ignis, aut aqua. Nec extraneum debet uideri, quod, & propter angelorum congruam, ac condecentem habitationem factum perhibetur hoc cœlum, cum & vnusquisque in seipso valeat experiri, quantum ad animas spectet humanas incorporales de habitatione in suis corporibus, quæ habitacula sunt earum, quantum corporum suorum diligant speciositates, sanitates, & alias habitudines bonas; imò, & domorum, & attriorum, hortorum, vrbium, & prouinciarum eminentiam, & decorem. Qui ista attendit, conspicere potest ad angelos pertinere de nobilitate, & speciositate cœli empyrei. Ipsum quoque vniuersum quasi contrario modo se habet ad hominem. Quemadmodum enim homo habet cor intus, & corpus extra; sic uniuersum viliorem, & corpulentiorum habet sui partem, uidelicet terram inferiùs: subtiliorem verò sui partem, vtpote cœlum empyreum, tanquam cor, habet exteriùs ipsum circundans. Et sicut cor hominis paruum est ad comparationẽ corporis sui, sic econtrario uniuersum habet quasi cor incomparabiliter maius parte sua inferiore. Cor namquẽ est quasi vas, & receptaculum vitæ, atque vitalium, & sedes animæ totum residuum regentis, & administrantis. Sic cœlum ultimum, seu empyreum, ea, quæ maximè uitalia sunt in mundo, continere necesse est, & esse thronum, ac solium creatoris, cuncta gubernantis, ac disponentis. Hinc sæpe loquitur in prophetis: Cœlum mihi sedes est. Et, In cœlo sedes eius. Et quicunque de gloria Dei dignum quid locuti sunt, cœlum sedem eius esse dixerunt, quemadmodum, & in libro cœli, & mundi Aristoteles narrat.

Cœlum et factum est pp decẽtẽ angelorũ habitationem.

Isa 66. Psal.10.

Aristot.

¶Porro sedem oportet esse quietam, & stabilem. Est igitur cœlum empyreum uelut amictus splendoris totius mundi, & quasi tectum pulchritudinis præclarissimi palatij Dei, dominatoris omnium seculorum, & velut operimentum speciosissimum templi ipsius, quod vtique totus mundus est. Estque habitaculũ gloriæ eius penetrale, ac intimum, & alia ratione tanquam sacrarium Dei, continens, atque recipiens quæcunque in toto vniuerso sunt sancta, ac digna in tanto reponi sacrario. Cuius item utilitas est manifestatio gloriæ, ac magnificentiæ creatoris. Quemadmodum enim in regali palatio in hoc mundo ex assistentibus regi ex multitudine, & varietate ministrorum, ex ornatu, & apparatu ipsorum, & ex ipsis obsequijs eorundem: ex ipsa etiam mirificentia, & decore palatij, elucet magnificentia, & gloria regis: ita in cœlo empyreo gloria Dei inæstimabiliter cernitur, vbi innumerabilium cœlestium militiarum chori laudes ipsius ineffabilis concentus suauitate resonant incessanter. Idem demum est ordo substantiarum, atque locorum. Ideo sicut angeli sancti primò creati sunt, ita cœlum empyreum. Namq; & ipsum est quasi aula palatij regis summi. Aula autem ædificatur in primis.

Cœlum empyrei præconium.

Simile.

¶Postremò de materia cœli huius merito dubitatur. Et fuit vnus, quem Hebræi reputant fuisse philosophum, dicens, quòd Deus de splendore pallij sui fecit hoc cœlum: terram verò, de niue, quæ fuit sub pedibus eius. Quod cum iuxta superficiem, planitiemq; verborum nequeat stare, alter hebræorum Philosophus dixit illum per verba ista intellexisse, quòd de alia, & puriori materia factum sit cœlum, terra. Sed de materia cœlestium corporum infra tractabitur. Hæc Gulielmus.

Ridiculũ cuiusdã dictum.

QVAESTIO IIII.

QVartò principaliter quæritur, *An cœlum empyreum agat in alia, præsertim in corpora inferiora.* ¶Vt quòd sic. Nihil est expers propria operatione. & quanto substantia est dignior, actualior, atque formalior, tanto est ad operandum influendumq; alijs magis aptum, potens, & efficax. Cœlum aũt empyreum inter omnia corpora formaliùs, actualiùs, digniùsq; consistit.

Arguitur primo.

2 ¶Secundò, In omni creato sunt, esse, posse, & agere: & quo esse præstantiùs est, eo posse est efficaciùs, & actio altior. Altiùs autem, & perfectiùs est, alijs bonitatem propriam communicare, & conseruatiua influere, quàm in seipsum tm̃ peragere, vt diuinus Dionysius sępius protestatur. Quãto igitur cœlum empyreum alijs orbibus nobiliùs, spledidiùsq; consistit, tanto causaliùs est in alia corpora.

3 ¶Tertiò, Platonici quædam corpora dicebant deificata, eo quòd diuina proprietate, vtpote generali causalitate in hæc inferiora * ornata sint, prout etiam in elementatione theologica Procli, & in libro patet Causarum. Sed cœlum hoc inter corpora cuncta deiformis indicatur.

Ordinata.

4 ¶Quartò, Locus est conseruatiuus, & saluatiuus locati, secundum Philosophum 4. Physicorum. Cũ ergo cœlum sit visibilium, & inuisibilium locus secundum præhabita, influit omnibus eis.

In oppositum.

¶In contrarium est communis positio, imò si in inferiora influeret, patuisset philosophis. Omnia quoq;, quæ naturaliter fiunt, saluantur non ponendo cœlum empyreum, vt philosophi, atque astrologi docent.

Bonauent.

¶Ad hoc Bonauentura respondet: Circa hoc duplex fuit opinio. Quidam etenim naturales dixerunt, quod cœlum empyreum influit in hæc corpora inferiora etiam nobilissima influẽtia. Cum enim sit corpus, necesse est influentiam eius, si qua est, consistere corporalem. Cumq; sit nobilissimum inter cœlestia corpora, super nobiliora corpora influentiam habet. & illa sunt corpora humana, quæ ad nobiliores formas, utpote rationales animas ordinãtur. Nobiliorem quoq; dispositionem requirunt in suis corporibus. Cum ergo natura lucis disponat ad vitam, & triplex sit vita, secundũ triplicem differentiam animæ differens gradu, ac dignitate, Deus condidit cœlos inter se ordinatos gradu, ac dignitate non solum naturæ, sed etiam influẽtiæ: ita, ꝙ cœlum sidereum ex se ordinatur ad conciliationẽ elementorum in mixto, ad recipiendum animã vegetatiuam: crystalli, ad susceptionem sensitiuæ: empyreum, ad susceptionem rationalis. Et hoc rõnabili esse vt, non solum rõne ordinis influentiæ, sed ẽt ratione conformitatis naturæ. Cœlum quippè empyreum locus est spũalium substantiarum, locus quoq; corporum glorificatorum. Cumq; conueniẽtia sit loci ad locatum occulta, vel manifesta, vt influentia cœli illius esse nostris corporibus consona, & nostris animabus amica, non ratione earum, sed corporum, quæ informant.

Opinio 1.

Secũda opinio.

¶Alia opinio fuit huic omnino contraria, vtpote, cœlum empyreum nullam sortiri influentiam in ista inferiora: qm̃ corpora non influunt mutuò, nisi sm̃ ordinem conditoris, habito respectu ad finem. Cumq; empyreum ad perfectionem vniuersi sit conditum, atq; vt locus sit beatorum: regio eius, & lux a nobis semota est, & occulta, quemadmodum gloria ipsa, quam sola fide tenemus. Ideo dicunt, ꝙ empyreum non est ad hominis obsequium in præsenti, sed in futuro: nec meliorabitur, imò vniformiter in sua dignitate subsistet. Quælibet verò harum opinionum satis extat ꝓbabilis: quæ aũt sit verior, nõ planè apparet. Quis etenim nouit an Deus cœlo illi hanc occultam indidit influentiam sup corpora nostra rõne suæ nobilitatis, & conformitatis? quod nec auctoritate, nec ratione faciliter potest refelli.

¶Rursus, nec rõ efficax, neq; auctoritas pandit, q̃ sit necessitas influentiæ huius, præsertim cũ cęterorum influẽtia corporum vt sufficere. Idcirco in neutram partem declinando, dicendũ vt, ꝙ cũ cœlum empyreum sit primũ creatũ inter corpora, maximũ virtute, ac mole, omnia corporalia locat per ambitum, & continentiam. Et qm̃ maximum est virtute, cætera vegetat, & conseruat per suam influentiam. Omittendo igit influentiam, quam habere dicitur super corpora humana, sustineri põt, ꝙ aliquã hẽat influentiam, & effectum sup corpora inferiora, tanquã primũ causatũ corporeũ sup sequẽtia. Et rõnes ad hoc inductę, sunt cõcedendæ. Hęc Bonauentura.

¶De hac re breuiter, & obscurè scribit Albertus. Albertus.
Nempè in Scripto secundi sic arguit: Secundum ordinem naturæ, primum, & supremum influentiam habet super inferiora. & sicut ait 2. de generatione Ppilosophus, Idem eodem modo se habens, semper facit idem. Si ergo cœlum empyreum est vniforme in lumine, sm̃ cœlum cui influit formam, atque uirtutem, esset uniforme in lumine. Sed hoc est falsum: quia sm̃ cœlum est firmamentum, quod est valde difforme in lumine, vt patet in difformitate stellarum, in partibus etiam non stellatis.

¶Ad istud respondet: Non est semper verum, ꝙ idem eodem modo se habens facit idem, nisi, & recipiens etiam eodẽ mõ se habeat. Hinc quãuis dicamus, ꝙ primum cœlũ influit super sm̃: non tm̃ oportet, ꝙ sm̃ sit vniforme, vt primum quia sm̃ nõ se habet eodẽ modo recipiendo. Nam in quadã sui parte receptiuum est luminis, in quadam non. Hęc in Scripto.

¶Porro lib. de coęqueuis, eandem obiectionem sic soluit: Cœlum empyreum influit inferioribus. Verum, vt ait Ppilosophus in lib. de substantia orbis, & item Boethiùs, Actio agentis non est sm̃ potestatem agentis tantum, sed etiam sm̃ potestatem, & dispõnem recipientis. ꝓpter hoc cum inferiores cœli non sint æquè nobiles cum cœlo empyreo, nõ ita vniformiter suscipiunt lumen sicut influit eis.

Phil osop. Boethius.

Dionysius ¶In his verbis fatet Albertus: quod cœlum empyreum influit in ferioribus cœlis, præsertim proximo sibi cœlo, formam, virtutem, & lumen. Vt quoque hic insinuare, quod cœlum stellatum sit cœlo empyreo proximum, quamquam tam in Scripto, quàm alibi dicat cœlum crystallinum, seu nonam sphęram, vel primũ mobile inter hęc mediare. Nec Albertus vult dicere, quòd cœlũ empyreũ influat alicui cœlo formam substantialem.

¶Dicit rursus, Bene concedi potest, quod cœlum empyreum innouabitur. & addit: Sententia ista de cœlo empyreo, quòd sit vniforme, atque immobile, sub opinione est, non de his, quæ ponit fides. Philosophi verò non ponunt ipsum, quia loquuti sunt de superioribus quantum ex sensu cognoscitur: aut secundum consequentiam rationis. Et secundum sensum apparent nobis tantummodo octo sphæræ. Nona verò probatur secundum consequentiam rationis. Decima vero, quæ ponitur immobilis, nec sensu, nec forti ratione manifestatur. Hęc Albertus.

Thomas. ¶At verò Thomas in his aliter sentiens: Cœlum, inquit, empyreum nullam super alia corpora influẽtiam habet, quæ rationabiliter poni possit. Non enim ponimus corpus aliquod influentiam habere super aliud nisi per motum: quoniam vt in libro de Causis asseritur, etiam anima in hoc ab intelligentia deficit, quia non imprimit in res nisi mouendo eas, multoque minus corpus. Nullum verò corpus mouet nisi motum, vt probant philosophi. Cœlum namque per motum suum causat generationem, & corruptionem in inferioribus. Propter quod octauo dicitur Physicorum, quòd motus eius est quasi vita existentibus omnibus. Vnde, & Rabbi Moyses loquitur, quòd cœlum in vniuerso est sicut cor in animali: cuius cordis si motus ad horam quiesceret, vita corporis finiretur. Cumque cœlum empyreum ponatur immobile, non potest rationabiliter dici influentiam super inferiora habere. Constat quippè, quòd non habet influentiam sine motu ad motum creãtis: nec tamen negatur, quin Deus potuerit ei dare influentiam absque motu. Sed quoniam hoc nec auctoritate confirmatur, nec ratione: idcirco præfata illa opinio eadem facilitate contemnitur, qua recipitur: præsertim cum in talibus non quæratur quid Deus per miraculum facere queat, sed quid rerum naturæ conueniat, prout secundo super Genesim disseruit Augustinus. Vnde opinio illa super tria falsa fundatur.

Nullum corp' mouet nisi motum secũdũ philosophos.

Rabbi Moyses.

¶Primũ est, quòd dispositio, quæ est in corpore humano, esse non valeat ex solis virtute, cum tamen nobilissima dispositio, quæ unquam potest esse in corpore ad formam, sit infra cęli nobilitatem, ita, quòd eadem est virtus cœlestis, qua corpus disponitur ad formam elementi, & animæ vegetabilis, sensibilis, ac rationabilis. Nec oportet si hoc cœlum disponatur ad animam vegetatiuam, quòd disponere nequeat ad sensitiuum, nisi probet, quòd illud sit vltimum suę virtutis, quod falsum est.

¶Secundum est, quòd lux sit corpus materialiter veniens in aliquam compositionem.

¶Tertium, quòd sit medium inter animã, & corpus. quę sunt absurda. Hęc Thomas in Scripto.

Dionys. ¶Præterea Thomas videtur hoc loco de incerto nimis assertiuè loquutus, nec ratio eius concludit. Multa etenim agunt in alia sine motu suo locali, quemadmodum magnes attrahit ferrum, & lupus etiam si immobiliter stet, influit oui inimicitiæ speciem, ac timorem, & fugam. Et candela stans fixa illuminat rem ei obiectam. Nec positio illa, quã reprobat, ponit lumen esse corpus, aut materialiter aduenire in compositionem inferiorum: sed virtualiter eis influere, ac diuersos ibi effectus producere: quod negari non valet, & ipsemet Thomas alibi hoc concedit. Nec inconueniens est, quòd lux dicatur media inter animam, & corpus, medium, in quam conciliatiuum, prępara tiuum, atque aptificans ad hoc, quòd corpus immediatè receptiuum sit animæ. Hinc demum idem sanctus, ac venerabilis doctor in prima parte Summæ, quæstione sexagesima sexta de hac re consultiùs loquẽs, sic arguit: Secundum Augustinum tertio de Trinitate, Inferiora corpora per superiora quadam origine diriguntur. Si ergo cœlum empyreũ est quod dam corpus supremum, oportet, quòd habeat aliquam influentiam in corpora inferiora. Ad quod respondet ibidem: Satis probabile est, quòd cœlum empyreum secundum quosdam cum sit ordinatum ad gloriæ statum, non habet influentiam ad corpora inferiora, quæ sunt sub alio ordine tanquam deputata ad naturalem rerum decursum. Probabiliùs tamen videtur dicendum, quòd sicut supremi angeli, qui assistunt, influentiam habent super medios, & infimos angelos, qui mittuntur, quod ipsi (secundum Beatum Dionysium) non mittantur: ita cœlum empyreum influentiam est sortitum super corpora, quæ mouentur, quamuis non ipsum moueatur. Ideo dici potest, quòd cœlum empyreum influit in primum mobile cœlum, non aliquid transiens, aduenienspque per motum, sed aliquid stabile, & fixum, puta virtutem continendi, & causandi, aut aliquid tale ad dignitatem pertinens: Hæc in Summa.

Idẽ Tho.

Responsio

¶Idem Petrus, & addit: Inconueniens videtur, ꝙ corpus tam magnum, ac nobile, influentia, & operatione careat vsque ad resurrectionem futuram. Ideo dici potest, quod cœlum empyreum comparatur ad corpora inferiora, atque ad hominem, propter quem creatum est: & secundum statum pręsentem influit corporibus inferioribus, mediante multitudine stellarum, ac orbium, continendo, conseruandoq; ea Sed principalis eius vtilitas est respectu status futuri, in quo erit hominum electorum regio gloriosa. Hæc Petrus.

Qualiter cœlum empyreum influat ĩ primum mobile.

¶Richardus quoq;. Mihi, ait, videtur, quod cœlum empyreum ordinatum est ad obsequium hominis non solum in uia, sed item in patria: & forsitan influentia eius præsertim cooperatur ad debitam ꝓportionem dispositionis corporis humani, cum cœlum illud sit nobilius inter cœlos, quemadmodum corpus humanum inter corpora generabilia, & corruptibilia: imò, & nobilius cœlo, inquantum anima informatum, cum cœli sint inanimati, vt infra probabitur. Si autem objiciatur, quòd corpora cœlestia non agunt in inferiora, nisi per lumen, & motum: cœlum autem empyreum non spargit lumen inferiùs, neque mouetur, vt patuit: Respondendum, quod virtus cœlestium corporum interdum benè pertingit ad inferiora, quando lumen eorum non pertingit ad ea. Luna namq; existẽte sub hemisphęrio nostro, benè fit fluxus, & refluxus maris, vbi lux Lunæ non pertingit, videlicet versus hemisphærium nostrum. Sic, & virtus aliqua empyrei cœli potest inferiora attingere: quamuis lumen eius ad eadem non pertingat. ¶Deniq; motus non fuit cœlestibus corporibus necessarius propter influentiam, sed propter influentiarum contemperantiam.

Richard.

Ad obiecta rñsio.

Nam

Nam quamuis Sol staret: tamen lumen, & calorem influeret. Sed quoniam influentiæ nequeunt proportionari, nisi alternentur ad quod motus cœlestium requiritur, ideo datus est illis motus. Et sicut omne mobile reduci oportet ad immobile, sic forsan influentiæ cœlorum mobilium, quę alternantur, iuuãtur, & contemperantur per influentiam cœli empyrei, nec eius influentia alternatur. Veruntamen quidam dicunt, quod alia uirtus ab vna parte eius influitur, quàm ab alia: quoniam etsi sit vniformiter luminosum: non tamen est vniformiter virtuosum. Nam quarto Moralium ait Gregorius: Terra aere fœcundatur, aer cœli qualitate disponitur. Cum ergo, vt dicunt, videamus terras æqualiter ab vtroque polo distantes, sicq; habentes omnem influentiam cœlestium corporum mobilium æqualem, dispositiones habere diuersas, corpora quoq; humana in terris illis inclinationes habere diuersas, ac semper ita fuisse, ex quo terræ illæ inhabitari cœperunt: uidetur hoc esse: quoniam terræ illæ diuersas influentias cœli receperunt empyrei, quæ non alternantur. Nec dici potest hoc esse: quoniam sphæra octaua continuè mutet polum: quia tunc terræ illæ non semper fuissent in dispositionibus ita sibi repugnantibus, sicut fuerunt. Alij dicunt, quòd sicut cœlum illud est uniforme in lumine, ita & in virtute, omnesque partes eius virtutem vniformiter influunt. Dicunt quòque, diuersitates naturales, quæ sunt in diuersis partibus terræ, non oportere reduci in influentiam cœli, sicut in totam causam creatam: quoniam elementa proprias suas influentias habent ex sua natura, & terram in diuersis partibus diuersam ex diuersis dispositionibus, quas a sua conditione recepit in diuersis partibus suis. Sed prima opinio euidentiùs videtur reddere rationem. Hæc Richardus.

Gregorius

Opinio aliorum.

Hanibal. ¶Porro Hanibal sequitur responsionem Thomę in Scripto, quamquam, & Thomas in quodlibetis quæstione, qua quæritur, An cœlum empyreum agat in inferiora, illam suam reuocet respõsionem. Quamuis enim cœlum empyreum principaliter ordinetur ad gloriam beatorum: non tamen oportet, ut solum ad illam conferat atque deseruiat directè, immediatè.

Gulielm. ¶De influentia demum cœli empyrei in alia, non videtur Gulielmus loqui diffusè, nisi quòd cõparat cœlum illud interdum cordi, aliquando capiti. Cordis autem, & capitis est, corpori suo influere vitam, & motum, ac conseruationem.

Durandus ¶Durandus uerò magis declinat ad hoc, quòd cœlum empyreum agat in inferiora. Dicitque ipsum ex natura sua tenere gradum, & ordinem inter naturalia corpora, atque eiusdem ordinis esse, quamuis de beneplacito Dei sit locus, & mansio beatorum. Quòd dictum videtur posse probari ex hoc, quòd species rerum se habent vt numeri, & coordinatæ sunt mutuò, & unum constituunt ordinem vniuersi.

Obiectio. August. ¶Veruntamen objici posset, quia ut super Genesim asserit Augustinus, In rerum creatione nõ quęritur quid Deus potuerit, sed quid rerum conueniebat naturis. Si ergo cœlum empyreum ex sua natura gradum, ordinemq; sortitur inter naturalia corpora, & eiusdem cum illis est ordinis: apparet, quòd ex sua natura competeret ei moueri, quemadmodũ cęteris cœlis, & quies conueniret ei vel contra naturam, seu supra naturam, siue miraculosè: sicque in exordio Deus non instituisset creata, sicut eorum naturis conueniebat.

¶Dicit quoq; Durandus, quod nihil conseruatur ab alio per se, nisi illud sit causa ipsius per se. Nihil conseruat ab alio per se Aristot.

¶Cui objici pōt, quod teste Philosopho, locus naturalis est naturaliter conseruatiuus locati. Propter, quod leuia tendunt sursum, grauia uerò deorsum, non tamen locus est per se causa locati. Quædam quoq; sunt naturales occultæ, ac ualidæ uires gemmarum, quæ uitam animalis conseruant, nõ solum impediendo corruptiua, sed ẽt naturam in se uigorando, vt legitur. sic, & medicinalia quædam.

¶Concedendæ sunt itaq; rationes, quæ probant cœlum empyreum influere alijs, tã cęlestibus, quàm inferioribus corporibus: imò, & cunctis cœlestis palatij ciuibus, quos delectat mansio tam congrua, & præclara, prout ex dictis iam patuit Gulielmi Parrhisiensis. In cuius nihilominus verbis incertum, aut certè non uerum est, quod ait omnem motum localem propter indigentiam, seu ex indigẽtia esse. quod & Albertus, & alij quidam negnat, cum & quidam motus ex lętitia, imò & ex quadam exhuberantia incunditatis procedere uideantur. Quod & in corporibus glorificatis creditur affuturum, quæ dono agilitatis ornata, tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Et quidam in uita hac ex iucundæ deuotionis plenitudine, & consolationis supernæ redundante dulcedine, se continere, atque reprimere non valentes, in quosdam motus, saltationes, ac cursus erumpunt. Cuius rei ueritas, & figura in sancto Dauid, ante arcam domini totis viribus subsiliente, præcessit. Nec defuerunt nec desunt hoc ipsum experti, qui & ex sententia grata mente dicere queunt: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine? Verum istud pleniùs discutere spectat ad quartum, & ibi domino concedente tractabitur. Postremò, quod in contrarium adduci tur, nihil probat. Non enim patuerunt philosophis vniuersi effectus cœlestium, inferiorumque corporum, nec causæ eorundem effectuum. & breuiter sicvt empyrei cœli proprietates, uires, & excellentiæ pro maxima parte nos latent, ita effectus causalitates, ac influentiæ eius. Idcirco de talibus nil temere asserendum.

Sapi. 3.

2. Reg 6.

Psal. 50.

QVAESTIO IIII.

Quęstiones quorũdã doctorum.

PRæterea, circa hãc distinctionem quidam doctores quasdam mouẽt quæstiones difficiles de motu, locoq; angelorum, uidelicet: An angelis conueniat esse in loco corporeo, & an plures angeli ualeant esse in loco eodem: an etiam angelus possit esse in loco punctali, & utrum vnus, & idem angelus queat simul, & semel in pluribus esse locis. Ad quas quæstiones super primum distinctione octaua introductæ sunt responsiones Thomæ, Petri, Richardi, Alberti, Vdalrici, Aegidij, & Durandi: quæ modo non sunt repetendæ, sed aliorum quorundam responsiones ponendæ sunt modo. Quæstiones quoq; de motu angelorum, statim post hæc secũdum eosdem determinabuntur.

Alexand. ¶Itaque circa quæstiones de locationibus angelorum, loquitur Alexander: Secundum Augustinũ libro de spiritu, & anima, solus spiritus increatus, est incircunscriptus: spiritus uerò creati, loco circũscribuntur.

¶Quęrit ergo, *An angeli creati & collocati fuerunt in cœlo empyreo.* ¶Vt ꝙ non: qm̃ in Isaia angelus apostata ferẽ dixisse: In cœlum cõscẽdã supra astra cœli exaltabo soliũ meum. ergo infra cœlum, & astra cœli creatus est. Et si ipse, ergo, & alij, præsertim cũ

Isa. 14.

 dicatur

August. dicatur primus angelorum fuisse. Secundò, Augustinus super genesim tertio libro ait: Superior pars aeris propter puram tranquilitatem cœlo communi pace coniungitur, & eius vocabulo nūcupatur: in qua fortasse parte si ante transgresionem suam fuerunt angeli transgressores cum principe suo, nunc diabolo, tunc archangelo: non mirum, si post suum peccatum in hanc sunt detrusi caliginem. Vnde elicitur, quòd angeli in suprema aeris parte transgressi sunt, & inde collapsi: ergo, ibi sunt facti, qa de loco suæ creatoris non sunt nisi pro culpa sua eiecti. Tertio, Damascenus libro secundo loquens de angelis impiis, protestatur: Ex angelicis istis virtutibus, qui terristri præerat ordini, & cui terræ custodia erat commissa, sua electione factus est malus. Non ergo in cœlo empyreo, sed in aere est creatus. (Damascenus lib. 2.)

¶In oppositum sunt auctoritates, & rationes prę habitæ. per Iezechielem quoq; dominus huic angelo loquitur: Posui te in monte sancto Dei. (Ieze. 38.)

¶Ad hanc quæstionem respondet Alexander: Angeli vniuersi in cœlo empyreo sunt creati. nec decuit creaturas illas intellectuales nobilissimas, alibi quàm in summo cœlo creari. Vnde, & super illud, Draco iste, quem formasti ad illudendum rei, asserit Glossa: Secundum substantiam eū formasti, in qua fuit bonus, & in cœlo empyreo collatus. Idcirco, quòd angelus ille dixit, In cœlum ascendam, non est intelligendum de ascensu corporeo, sed metaphoricè sumpto, vt ascensus ille dicatur rei excelsioris affectus, videlicet immoderans diuinę ęqparantiæ appetitus, quo voluit esse instar Dei, id est, alteri non subesse. Ad auctoritatem Augustini dicendum, quòd loquitur opinatiuè, & iuxta æstimationem, quorundam philosophorum, dicentiū dæmones habere aerea corpora, angelosque similiter: propter quod dæmonibus conueniret aer inferior, angelis verò aer superior. Ad auctoritatem ēt Damasceni poterit dici, quòd præsidentia illa angeli super orbem terrestrem, non exigit localem ꝓpinquitatem, cum & angeli sancti in cœlo empyreo existentes præsint hominibus. Hæc Alexander, Qui in alia quæstione testaturr Angelus habet esse in loco corporali, non quantum ad illam loci proprietatem, quæ est saluare locatum, cum angelus sine huiusmodi loco potuerit fieri, & extra ipm possit subsistere, & saluari: sed quo ad illam, quæ est continere locatum, ac diffinere. Attamen valde dubitabile est, quomodo hoc sit possibile: quoniā in corporibus cernimus, quòd corpora contenta sunt potētialia, seu possibilia respectu continentium, & per continentiam terminantur. Propter quod corpus continens est superius, vt cum aqua continet terram, aerque aquam. Ponimus quoque corpora continentia inquantum huiusmodi, esse vt species respectu contētorum inferiorum. Sicque in corporalibus semper ponimus aliquam formalem naturam in continente, secundum quam natū est continere. Nec videtur possibile reperire in corpore talem naturam respectu spiritualium substantiarum, quæ dicuntur esse in ipso: nec ex parte substantiarum illarum aliquam potentialem, aut materialem naturam, qua valeat a corpore contineri. Hinc valde dubitabile est, quomodo angelus possit contineri a corpore. Ideo aduertendum, quòd aliter corpus, & aliter spiritus continetur a corpore. Aliqua namque proprietas est in corpore superiore, secundum quam natum est angelum continere. Non tamen dicimus, quòd sit proprietas corporalis ex corporis parte proueniēs, sed diuinitùs data. Conformiter est aliqua proprietas angeli, qua natus est contineri: & hoc dicimus sine præiudicio sententiæ melioris. Non enim inuenimus hoc planè determinatum in scripturis, nec sanctis, nec ab expositoribus scripturarum. Ad quod clariùs explanandum, aduertè, quòd Deus ex sua natura habet duo, videlicet, quòd omnia continet, & quòd est vbique. Quæ duo communicat creaturæ, prout illa capere potest. Rationem ergo continendi communicat creaturæ, sed creatura spiritualis, quæ est angelica, eam nequiuit suscipere: qnoniam angeli ad inuicem sunt distincti secundum suas naturas: nec ita vnus ordinatur ad alium, sicut ex parte corporum est. Similiter dicimus ex parte animarum. Congruit ergo creaturæ corporali prout possibile est, vt quod in Deo est indiuisibiliter, in ea sit secundum diuisionem. Vnde potentia ista in Deo est infinita, in creatura verò corporali finita. Nempè, vt ait Philosophus: Omnis virtus vnita magis est infinita, quàm multiplicata. Et præcipuè congruit illi corporeæ creaturæ, quæ est composita in vniuerso: & hoc est ipsum vniuersum, quod vnum est, & ex se habet virtutem continendi tam corpore, quàm spiritus, quod præcipuè communicatur creaturæ quæ existit nobilior, utpote cœlo: & alijs magis, & minùs, secundum maiorem, & minorem gradum nobilitatis eorum. Sicque nobis videtur dicendum, quod in creatura corporali est proprietas diuinitùs data, qua potest spiritus continere: quam non habet ex ea parte, qua corpus est. Denique Deus non solum habet virtutem omnia continendi, sed etiam esse ubique, & hoc communicat creaturæ secundum quod creaturæ possibile est. Sed esse vbique, nulli potest competere creaturæ, sed solummodo esse hic, prout in libro de spiritusancto, scribit Ambrosius, quod unaquæque creatura finibus, atque limitibus entis est definita. Et ita spiritus angelicus habet ad minùs ex parte sua, quòd loco debeat diffiniri: &, quòd ita sit hic, quòd non alibi. Sicque hæc duo conferunt ei, quòd sit in loco. Posset nihilominus dici, quòd angelus non dicitur esse in loco, nisi quia præsens est loco: & sic non oportet esse aliquam dependentiam eius ad locum corporalē, aut ad aliquod corpus. Hęc Alexander.

Margin notes: Alexand. — Psal. 103. — Isaię 14. — De auctoritatibus Augustini, & Damasceni, quid dicēdum. — Qualiter angelus habet esse in loco corporali. — Quædā angeli proprietas. — Aristot. — Ambros.

¶Insuper ad quęstionem, qua quæritur, An angelus possit esse vbique simul, & semel respondet, quòd non: arguit tamen, quod imò. Primò: qm̄ anima rationalis est tota in toto, & tota in qualibet corporis sui parte. Cumque angelus aliquis motor sit cœli, videtur esse in qualibet cœli parte: & quia per cœlum immutat, & agit in inferiora, puta in elementa, & mixta, videtur, quòd sit in omnibus istis: quoniam vbi operatur, ibi est, secundum Damascenum. Dicendum, quòd quamuis moueat cœlum: non tamen est per totum cœlum: Non em̄ unitur ei sicut forma materiæ, neque sicut perfectio suo subiecto, sed vt motor moto, aut mobili. Motor autem indiuisibilis, potest mouere diuisibile mobile, etiam per essentiam separatum ab illo. Et si esset in aliqua parte mobilis vt in loco, posset inde cæteras partes mouere, quemadmodum nauta sedens in parte nauis. Si rursus obijcias, quòd angelus indifferenter se habet ad omnem locum, nec plus est in uno, quàm in alio: ergo si est in uno, pari ratione in quolibet alio, & ita vbique Dicendum, quòd angelus ita indifferenter se habet ad omnem locum, quòd ex sua natura non determinatur (Quæstio.)

tur locus determinatus, ut sursum. aut deorsum: tū cum nunc hic est, aut operatur, pręsens est huic loco, & continetur ab eo, ita, quod nō ab alio: & hoc ideo, quoniam determinatę virtutis est, ad differentiam Dei cuius virtus est infinita.

¶Præterea si quæratur, an angelus possit esse in pluribus locis: apparet, quod imò: quoniā vbi operatur, ibi est. Si ergo mittatur ad subuertendam aliquam ciuitatem, sicut dum missi sunt duo angeli ad Sodomam subuertendam, oportet quòd sit in tota ciuitate, aut in aliqua eius parte. Si in tota, ergo in pluribus locis. Si in parte, non simul euerteret totā sed partem post partem: nisi destructio unius partis dependeat ex destrutionem alterius, sicut motus totius nauis ex motu incipiente in una parte. (Quæstio. — Genes. 19.)

¶Rn̄demus, quod angelus non est nisi in uno loco impartibili, ſm quod ipsum ponimus in loco ratione suæ limitatæ, ac finitæ, essentiæ. Nihilominus potest moueri corpus grande, & esse tantum in vnica eius parte. Attn̄ uirtus, & operatio eius extendēt se ad quamlibet partem illus, diceturq; præsens cui libet parti per suæ operationis influxum. Sicq; intelligi pōt, quod loquitur Damascenus, quod vbi est, ibi operatur, non quod oporteat eum essentialiter esse vbicunq;, seu in quacunq; parte operatur, sed solum per effectum suæ operationis, ſm quod sua uirtus se pōt extendere. Nam & corpora quædam mouent alia corpora a se essentialiter distantia, & distincta, sicut adamas mouet ferrum, & multo plus potest hoc in angelicis esse spiritibus. Vnde ſm hoc dicimus, quod angelus per essentiam non est nisi in uno loco etiam impartibili. Hæc Alexander. (Damasceni verba quō intelligenda.)

¶In cuius verbis hoc potissimè vr̄ inepte sonare, quod dicit angelum secundum suam essentiam nō esse nisi uno loco impartibili, seu in loco punctali, ut constat ex dictis in primò, distinctione octaua. (Dionysius.)

¶Ampliùs, contra id, quod ait de uirtute continendi spirituales substantias, obijci posset: quia aut uirtus illa est naturalis, aut supernaturalis. Si supernaturalis, non conueniret ordini rerum primordialiter instituto, in quo secundum Augustinum non quæritur quid Deus potuerit, sed quid rerum naturis conueuit. Si naturalis, non transcenderet corporalem cœli naturam. Cumq;, quod in alio recipitur, in ipso recipiatur secundum naturam ipsius: sequitur quòd uirtus illa in cœlo recepta, sit secundū naturalem corporis cœlestis conditionem, & esset uirtus in corpore.

¶Prӕterea aduertendum, quòd illi, qui dixerunt primum angelum apostatam fuisse de infimo choro, & terrestri orbi prælatum, etiam fatebātur eum creatum in cœlo aereo. Et huius opinionis fuit Damascenus, ut Thomas tàm in Scripto, quàm in Summa testatur: quāquam aliqui aliter Damasceni uerba exponant, vt infra patebit. (Opinio quorūdā.)

¶De prima qōnum istarum, uidelicet qualiter angelis competat esse in loco corporeo, scribit Bonauentura: Locus triplicem comparationem habet ad locatum. Primò namq; comparatur ad locatum in ratione continentis: secundò, in ratione mensurantis: tertiò, in ratione conseruantis. Continet enim, ut uas, mensurat, vt quantitas, conseruat, ut natura. Secundum hanc triplicem habitudinem, substantiæ finitæ corporales, & corruptibiles sunt in loco. Nam quia finitæ, seu limitatæ sunt, in loco continentur: & quia sunt corporales, sunt in loco mensurante: quoniam corruptibiles, sunt in loco conseruāte, commensurante, & circuscribente. Porro secundum primas duas comparationes, sunt in loco substantiæ finitæ, & corporales, sed incorruptibiles, ut corpora cœlestia. Secundum primam verò, sunt in loco substantiæ finitæ spirituales, & incorruptibiles, ut angeli: qui tamen habent locum spiritualem conseruantem, uidelicet Dei uirtutem: locum quoque commensurantem, seu circunscribentem, propriæ essentiæ, ac uirtutis limitationem, seu clausionem. Locum verò habent continentem, non tantum spiritualem, sed etiam corporalem. Ratio autem cur angeli continentur in loco absque ambiente, est ordinatio partium uniuersi. Si enim non haberent aliquod continens, non esset eorum existentia ordinata ad inuicem, nec haberet ordinem unus ad alium: quod non concedet vniuersum, nec summum opificem. Ratio quoq; quare continentur loco corporeo, duplex est. Vna ipsa limitatio spiritus creati. Nempe cum spiritus increatus, qui Deus est, habeat in se simplicitatem, per quam est intra omnia: atque immensitatem, per quam continet omnia, & est extra, communicat illas proprietates creaturæ, quatenus natæ sint recipere. sicque simplicitatem communicat spiritui, sed spiritus non potest recipere virtutem continentem. Cum enim simplicitas eius finita sit, est hic, & nunc. & quia non habet partem, & partem, ideo secundum se totum est hic, & nunc, nec potest uniuersalem habere rerum capacitatem. Corpus verò quia compositum, & innumerabiles habet partes, non potuit participare simplicitatem, sed propter partium extensionem potuit accipere capacitatem. Hinc Deus fecit unum nobilissimum corpus, quod natum est cuncta ambire, & extra quod nihil est, quod est cœlum empyrum: ideo necesse est angelum esse intra ipsum. Alia ratio est, quia in solo corpore est distinctio hic, & ibi. Cum etenim cæteræ creaturæ habeant ordinem in mundo, distinctionem, & positionem habent secundum gradus: ita, quòd una est hic, alia ibi vna sursum, alia deorsum: atque in solo corpore existat possibilis distinctio secūdum hic, & ibi, hinc inter creaturas soli corpori debuit dari uniuersalis potentia locandi respectu visibilium, & inuisibilium: vt sic uniuersum esset unum, in cunctis suis partibus ordinatum. Hæc Bonauentura de isto quæsito. (Bonauent. — Ratio 1. — Ratio 2.)

¶Insuper de hoc, An vnus angelus simul, & semel sit in pluribus locis, an solum in uno, scribit: Cum angelus habeat esse indiuiduatum, habet esse hic, & nunc. Qui verò habet esse limitatum, & limitatam uirtutem, habet esse in hoc vno, seu in vno loco tantum. Cumque tam indiuiduatio, q̄ limitatio inseparabiliter insint angelo, oportet eum simul esse tantum in uno loco. Quod autem in libro de ciuitate Dei asserit Augustinus, Angelus ibi est vbi vult: non est intelligendum, quòd in eodem Nunc sit vbicunque vult esse, sed quod velle eius est efficax ad essendum vbi vult absq; temporis mora notabili, imò ad nutum est ubi uult: quia non uult, nisi, quod congruit ei. Sciendum quoque, quod operari alicubi contingit dupliciter, s. mediatè, & immediatè: sicut anima immediatè operatur in manu, mediatè in naui per manum mouendo temonem: & mouendo temonem, mouet totam nauem Nec oportet, ut sit in tota naui, sed vbi operatur primò, & immediatè. Sic intelligendū est, quòd angelus est ubi operatur. (Bonauen. Quæstio. — August. — Operari duplex.)

¶Præterea si q̄ratur, An angelus sit in loco pūctali: dicēdū, ꝙ circa hoc fuit triplex opinio. Vna, ꝙ q̄uis angelus sit in loco corporali, non tn̄ corpaliter, sed spiritualiter solum: qm̄ nō est in loco situaliter, (Quæstio. — Opinio 1.)

ideo nec ſm totum,neq; ſm partem,nec ſm impartibile:qm̃ nulla omnino eſt commenſuratio angeli. Sed iſta poſitio non vr̃ intelligibilis eſſe, ꝙ.ſ.aliquid ſit in loco diffinitiuè,& quòd continetur in eo: nec tñ primo, & immediatè ſit in toto,vel in parte, aut in impartibili loci. Quicquid etenim eſt in aliquo toto,eſt in illo,aut rõne totius,aut rõne alicuiꝰ partis ipſius. Opinio 2. Ideo alia eſt opinio, ꝙ angelus eſt in loco impartibili,ſeu punctali:qm̃ angelus habet materiã a corporalium materia differentem, videlicet inextenſam, & ſimplicem inſtar puncti,ita ꝙ angelus habet ſimplicitatem ꝓportionabilem puncto.Sed hæc poſitio falſa eſt,nec intelligibilis. Quicquid.n.ſit de materia,quia de hoc infra dicet̃,verum eſt,ꝙ oĩs locus corporalis eſt partibilis:ideo ſicut eſt oppoſitio in adiecto,dicere corpus impartibile,ſeu punctale, ita,& dicere locum punctalem. Et rurſus, cũ punctus non ſit locus,ponere angelum in puncto,eſt eũ Opinio 3. ponere non eſſe in loco.Eſt ergo poſitio tertia,ꝙ cũ angelus contineatur loco corporali,eſt in loco partibili tanquam in loco primo.Et quia non põt extẽdi in eo,neceſſe eſt,ꝙ ſit in toto:ita, ꝙ totus in toto ſuo loco,& totus in qualibet eius parte. Et in hoc ſimplicitas angeli quoddamodo ſimilis eſt ſimplicitati diuinæ,ſed deficit:qm̃ angelus ita eſt in uno loco,Deus aũt ubiq;. Verum his obijci põt primo:qm̃ Damaſcenus affirmat:Angelus eſt in loco non figurabiliter,ſed intelligibiliter. Cum ergo nihil ipſius loci ſit inſigurabile, & ſolum intelligibile niſi punctus, vr̃,ꝙ angelus ſit in puncto.Secundò,cum ſit ꝓportio loci ad locatum, vr̃, ꝙ angelo magis conueniat eſſe in puncto, cum tàm angelus,q̃ punctus ſit ſimplex.Tertiò,ponamus angelum eſſe in loco, in quo minori non poſsit eſſe: quæritur, an locus ille ſit diuiſibilis,an non. Si diuiſibilis, ergo cum angegelus ſimplex ſit, põt eſſe in loco minori: & ſi eſſe non ualeat in minori,apparet,ꝙ ille ſit indiuiſibilis. Nec autem indiuiſibile eſt in loco niſi punctus.

Ad 1. ¶Dicendum ad primum, ꝙ angelus dr̃ eſſe in loco corporali inſigurabiliter (id eſt,non commenſuratiuè)& intelligibiliter;quia hoc ſolum capit intellectus, ꝙ & qualiter ſimplex ſubſtantia ſit in loco.

Ad 2. ¶Ad ſm, ꝙ non oportet vt ſit proportio ſm ſpeciales,& proprias conditiones angeli,& loci:qm̃ angelus non eſt propriè in loco. Eſt tñ ibi proportio quantum ad finitionem,& limitationem,per q̃ duo angelus diffinitur, & eſt in loco. Quemadmodum .n.angelus habet ſubſtantiam, & uirtutem finitam, ſic locus eius eſt arctatus,ac limitatus.

Ad 3. ¶Ad tertium,ꝙ in hoc differt exiſtentia angeli in loco,& exiſtentia animæ in corpore ſuo, ꝙ anima cum ſit perfectio corporis nati uiuificari vita rõnali,quod eſt indeterminata corporis quãtitate: ideo põt eſſe in corpore ita paruo,ut eſſe nequeat in minori:qm̃ corpus minus non eſſet organizabile,& viuificabile.Angelus verò cum non ſit formalis, atq; intrinſeca perfectio loci,& ſimplex conſiſtat, quia in qualibet parte loci eſt totus:ideo quantuncunq; paruus ſit locus,ſaluatur in eo:nec põt eſſe locus tã paruus, quin eſſe valeat in minori. ideo nõ eſt dare locum,in quo minori eſſe non poſsit. Verũtñ eſt dare locũ,in quo maiori eſſe nõ q̃at,ſicut eſt dare corpus,& locũ, in quo maiori eſſe queat aĩa: quia hoc uenit ex limitatione ſubſtãtiæ angeli,ac ſuę uirtutis.

Idem Bonauẽtura. Vtrum plures angeli eſſe poſsũt in eodem loco. ¶Amplius,ad qõnem hanc, Vtrum plures angeli ſimul eſſe poſsint in loco eodem, primo rñdet: Dixerunt quidam, ꝙ ſic,ꝑp angelorum ſimplicitatem: & qm̃ locum ſua ſimplicitate replendo, nõ minuũt eius capacitatem, quemadmodum, nec ſimilitudines rerum in medio, nec ſpecies in aĩa,quę in eodẽ ſunt,& ſm idem,nec tñ ſimilitudo ponit̃ in ſimilitudine,nec ſpecies in ſpecie,nec lumen in lumine: ita dicunt de angelis pluribus in loco eodem. Alij dicunt,ꝙ quãuis angelus ſpiritualiter ſit in loco, plures tñ ſimul in eodem nequeunt eſſe, repugnãte habitudine didiſtinctionis, quæ eſt loci ad angelum. Quemadmodum.n.duæ ſpecies albedinis in eadem aĩa eſſe non ualent, non ob hoc, ꝙ repugnet repletio,ſed quia repugnat ipſius animę informatio:qm̃ aĩa informata una albedinis ſpecie, non põt denuo conſimili ſpecie informari: ſic locus diffiniens aliquid,non põt aliud quod eodem modo in loco eſt, diffinire.Vnde ſicut vnũ corpus nequit duabus perfici aĩabus, ſic nec locus unus primus põt duobus deputari ſpiritibus. Verũ hanc qõnem meliùs poſſumus terminare,ſi penſemus cur angelus ponatur eſſe in loco corporeo.Hoc q̃ppè non eſt ꝑp indigentiam angeli,nec ꝑp indigentiam loci,ſed ꝑp ordinẽ vniuerſi,ut patuit. Qm̃ angelus locum nõ occupat, Angelus locum nõ occupat. indigentiam loci corporalis non terminat,nec ſimpliciter,nec in parte:ideo quantum eſt de ſpirituali natura ſui,ac loci,nil prohiberet plures ſpiritus eſſe ſimul, ſicut plures ſpecies ſunt ſimul in anima. Sed qm̃ ordo vniuerſi ſic tolleretur per omnimodam indiſtantiam,ſicut,& per infinitam diſtantiam:hinc ſicut non patitur ordo vniuerſi,ut unus angelus infinitè diſtet ab alio, ſed requirit, vt omnes infra vnã cœli circũferentiam contineantur:ita non patitur, ut unus angelus in eodem loco primo ſit ſimul cũ alio angelo Hæc Bonauentura.

¶Præterea de his ſcribit Henricus quolibeto nono qæſtione 9. Henricus. Loquendo de loco propriè, prout locus ambiendo circunſcribit ſuperficie ſua locatum, vt Damaſcenus lib.primo ſententiarum ſuarum deſcribit locum, Angelus ſimplex non eſt in loco. Sed quæritur, an angelus ſit in loco, extendendo nomen loci ad omnem ſitum,vt illud eſſe dicatur eſſe in loco,quod aliquem ſibi determinat ſitum per præſentiam ſuam alicubi.quod (ut credo) Damaſcenus intellexit, cum ait:Eſt aũt intelligibilis locus,ubi intelligitur:& eſt intellectualis, & incorporea natura,ubi nimirum eſt,& operatur: & non corporaliter, ſed intelligibiliter continetur. Non enim habet figuram, ut corporaliter comprehendatur.Dicitur autem eſſe in loco:qm̃ adeſt,& intelligibiliter circũſcribitur, vbi,& operatur. Cur angelus dicitur eẽ in loco. Non.enim poteſt ſimul in diuerſis locis operari. Velocitate autẽ naturæ,& quia parate, ac cito pertranſit, operatur in locis diuerſis.Deniq; libro ſecundo teſtatur:Circunſcriptibiles ſunt angeli.Cum.n.ſunt in cœlo,nõ ſunt in terra:& cum ad terram mittuntur, non manent in cœlo. Intellectus etenim exiſtentes,nõ ſunt corporaliter circunſcripti,ſed intelligibiliter operãtur,& aſſunt vbicunque miſsi fuerint. Et quia non poſſunt ſm idem tempus hic,& ibi eſſe, & operari, ſed confeſtim ubiq; inueniuntur,ubicunq; diuinus iuſſerit nutus. Quocirca ſciendum, ꝙ ſicut duplex eſt locus, Locus duplex. videlicet naturalis, & mathematicus, ſic duplex eſt ſitus.Naturalis ſitus uocatur,ad quem habet ſe res per dependentiam naturalem,ita ut naturale ſit ei eſſe in illo:& violentum,ac extra naturam, alibi eſſe. Situs verò mathematicus eſt, Sitꝰ mathematicus. applicatio rei ad aliquod.Vbi determinatum, vel ſupra, vel infra,ſiue in oriente, ſiue in occidente, abſq; naturali dependentia, & determinatione plus ad vnum, quàm ad aliud: ita tamen, ꝙ neceſſe eſt rei ex ſua natura eſſe in aliquo illorum: qnemadmodum ſi pũctus ſeparatus eſſet a cõtinuo, neceſſariò eẽt hic,

aut

aut alibi,& vel ſuperiùs,aut inferiùs,Et dũ eſſet hic, nullatenus alibi eſſet.Primò mõ angelus nõ eſt in loco,nec in ſitu,cum ſm ſuam eſſentiam, nec a loco corporeo,neq; a ſitu locum illum ſequente dependeat,nec ſubſtantia angeli ſm ſe eſt ſibi rõ exiſtendi in loco. Vnde non reſtat dubitatio, niſi an angelus ſit in loco,aut ſitu mathematico. Et circa hoc nihil agendum eſt,niſi,vt conſideret̃ natura angeli,qualiter ſit determinata,aut limitata: ut ex hoc uideat̃, an limitatio ſuæ naturæ requirat ſitum an non. Primò igitur aduertendum,qualis ſit ſimplicitas angeli in ſua natura. Duplex cõpoſitio rei. Cumq; duplex ſit compoſitio rei, una in ſe ex alijs,alia cum alio:determinatio rei ad ſitũ,importat cõpoſitionẽ, ſeu vnionẽ eius cũ alio, quamuis nullam haberet compoſitionem ex alijs. Illud ergo,quod cum hoc, quod nõ eſt compoſitum ex alijs,non requirit cõpoſitionem cũ alio, maioris eſt ſimplicitatis,q̃ quod requirit cõpoſitionem cum alio. Et penes hoc differunt ſm maiorem,& minorẽ ſimplicitatem principia quantitatis,q̃ ſunt punctus, & unitas. Vnitas namq; ſimplicior puncto eſt, quia non dicit,nec requirit poſitionem in quantitate, ut punctus.Porro angelus in ſua natura ſimplicitatem habet,non inſtar puncti, ſed vnitatis: Impoſſibile quiddã. qm̃ a natura magnitudinis eſt oĩno abſtractus.Oĩno ergo impoſſibile eſt,ut angelus ſm ſubſtantiam ſuam ſit in loco,aut in ſitu,ita ut ſua eſſentia ei ſit rõ exiſtendi in hoc,aut illo ſitu,ſeu loco determinatè: imò adhuc oĩno impoſsibile eſt,ut neceſſe ſit ipſum eſſe in aliquo ſitu,aut loco ad modum pũcti. Auicenna. Vnde dicit Auicen.3.Metaphyſi.ſuæ: Natura, quæ eſt aliquid aliud præter hoc, quod non diuidit̃,ſi illa natura eſt ſitus, aut quod conuenit ſitui,hoc eſt punctus:vel ſi natura illa non eſt ſitus,nec quod conuenit ſitui, erit ſicut intelligentia,& aĩa. Qui ergo nequeũt angelum intelligere ſm rõnem ſubſtantiæ ſuæ, ut unitatem abſq; rõne puncti,ſunt illi,de quibus loquitur Commentator ſuper 2.metaphyſicæ, ꝙ uirtus imaginatiua dñat̃ in eis ſuꝑ uirtutem intellectiuam:qui(ut dicit) non credunt demonſtrationibus,niſi eas imaginatio comitetur. In eos,quę demõſtrationibꝰ nõ credũt niſi eas imaginatio comitetur. Non.n.credere pñt,nec plenũ,nec uacuum,nec tempus eſſe extra mundum:nec credere queunt,hic eſſe incorporea,neq; in loco, neq; in tpe.Primum credere nequeunt,q̃a imaginatio eorũ non ſtat citra infinita,ideo mathematicè imaginantur:& quod eſt extra cœlum,eis infinitum vr̃.Secũdum non poſſunt credere,q̃a imaginationem nõ ualet tranſcendere intellectus ipſorum.Hinc tales ſunt melancholici,fiuntq; optimi mathematici,ſed peſſimi metaphyſici. Et fiunt naturales inepti: qm̃ ſub finito non poſſunt intelligentiam ſuam concludere. Oĩm quippè natura conſtantium,eſt terminus,& rõ magnitudinis, & augmenti, vt 2.de aĩa dr̃. At uerò in angelo præter eſſentiam ſuam ſunt eius potẽtiæ, intellectus uidelicet, & uoluntas, quæ conſiderari pñt in ipſo dupliciter. Intellectꝰ, & uolũtas in angelo dupliciter conſiderãtur. Primò, ut ſunt in actu circa corporalia. Secũdò,ut ſunt in habitu,ſeu in actu circa incorporalia.Primò modo, indubitanter verum eſt,ſubſtantiã angeli eſſe in ſitu,& loco,quod tñ nihil determinationis ponit in eius eẽntia, vel natura. Nam,& hoc mõ Deus habet eſſe in loco, & dr̃ eſſe in loco,dicẽte Damaſc.Dr̃ Deus eẽ in loco,& dr̃ locus Dei,ubi manifeſta oꝑatio eius.Scd̃ò mõ non eſt angelus ĩ loco,aut ſitu rõne ſuę potẽtiæ, aut oꝑationis magis,q̃ rõne ſuę eſſentię: qm̃ nõ minoris abſtractionis eſt ſua potẽtia,q̃ eſſentia, &c.Hęc Henricus.

Dionyſius ¶Sed quia hęc eius determinatio videbat̃ incidere articulũ Parrihiſijs a dño Stephano ꝑſule condẽnatũ,quo dr̃,ſubſtantiam intellectualẽ ſeparatã, uidelicet angelum,aut intelligentiam, nõ eſſe in loco niſi ꝑ oꝑationẽ ſuã,error.Et rurſus,ꝙ ſubſtãtię ſeparatæ ſunt alicubi,& ꝙ non poſſunt moueri ab extremo in extremũ, nec in mediũ, niſi q̃a pñt uelle operari,aut in medio,aut in extremis,error:ſi intelligat̃ ſine oꝑatione ſubſtantiã illam non eſſe in loco,nec tranſire de loco ad locũ: hinc doctor iſte ſolennis ſubiũgit, ne incauta locutio ſimplices protrahat in errorem,Pontificalis ſnĩa diſtrictè talia dici,ſeu fieri ꝓhibet:talesq; articulos totaliter dãnat, excõicãs oẽs,qui dictos errores, aut aliquẽ eorundẽ dogmatizauerint,aut defendere pręſumpſerint. Angelus ſine operatione eſt in loco. Dico ergo ſm iam ꝓpoſitã determinationem pontificalẽ,angelũ ſine oꝑatione eſſe in loco. Sed tñ,ut dictũ eſt, eadem pontificalis ſnĩa dicit,quod verũ eſt,ꝙ.ſ.ſubſtãtiæ ſeparatæ nuſquã ſunt,ſi intelligat̃, ꝙ ſubſtãtia ſit rõ exiſtẽdi in loco.Et hoc ideo,q̃a ſubſtãtia ipſa non eſt rõ eſſendi ſubſtantiã angeli in loco, etſi ſit in loco.In hoc namq; cõcordabant oẽs magiſtri in theologia,ſuꝑ hoc congregati,quorum ego eram unus. Conſimili quoq; rõne uerũ eſt, ꝙ ſi angelus per ſuã potentiam,utpote ꝑ intellectum, ac uoluntatẽ non applicat ſuã uirtutẽ ad locũ operando circa ipm̃, ꝙ potentia eius non eſt rõ exiſtendi ipſum in loco,niſi forſan potentia eius ſit minoris abſtractionis, q̃ ſua eſſentia.Quod ſi ita eſt,ego in hoc intelligendo deficio, ſicut in alijs multis.Ergo ſi potentia angeli non ſit forſitã rõ exiſtendi ipſum in loco, quod ad præſens nõ determino, neq; ſuſtineo,nec defẽdo, oportet q̃rere aliq̃d aliud,quod ſit rõ exiſtendi angelum ipſum in loco:in quo alios mallẽ audire, q̃ aliquid dicere.Eſtq; tutius mihi in ꝓpoſito ꝓfiteri me ignorare q̃d dicã, q̃ aliquid de meo indiſcretè ingerere. Quid.n.illud ſit neſcio, niſi fortè dicamus ſubſtantiam angeli ſine oꝑatione eſſe in loco,ſ.per paſsionem quã in ſe recipit a corporalibus rebus, q̃ ſunt in loco,ut dæmones ab igne infernali, ꝑp quod eſt in inferno,ubi ignis ille eſt.Sed iſtud,ut credo, nihil ad qõnem. Aequalis.n.error fortè iudicabit̃, ſubſtãtiam non eſſe in loco ſine paſsione, ſicut ſine operatione:ita, ꝙ intentio Epiſcopi ſit, ſubſtãtiam angeli eẽ in loco,quãuis circa corpus locale nil oꝑet̃,neq; ab ipſo,quid patiat̃,ſi tñ poſsibile ſit, ꝙ nihil oꝑet̃. Non reſtat ergo niſi limitatio naturę angelicę, ſed fortè quid aliud,maximè tñ limitatio:ut ex hoc,ꝙ limitata eſt natura angeli,oporteat, ꝙ ipſe ſit alicubi in vniuerſo corporali,nõ nuſquã,nec ubiq;, quamuis non determinatè hic,aut ibi.Veruntñ quid ſit illud, ꝑ quod angelus ita ſit in loco,& quid ſit in eo, rõne cuius ſit in loco, ſiue ſit ipſa limitatio, ſiue aliud,reuera ignoro. Attñ bene credere poſſum, ꝙ ſit ipſa ſuę naturę limitatio,quamuis nõ intelligam, quatenus credendo intelligere ualeam,cũ ſcriptum ſit:Niſi credideritis, non intelligetis. Iſaię 7 Veruntñ ſcio duplicem eſſe creaturæ limitationẽ: Limitatio creaturæ duplex. vnã in ſua eſſentia,& natura,q̃ in ſua ꝑfectione,& ſpecie eſt finita, & terminis certis cõtẽta:aliã,q̃ eſt ad ſitũ, qua ita finita eſt,vt neceſſe ſit eã eſſe alicubi, nõ nuſquã, nec ubiq;:q̃ limitatio ꝑtinet ad p̄dicamẽtum Vbi. & certum eſt, eam eſſa ꝑ ſubſtantiam in qualibet creatura ſub quãtitate extenſam,vel ſub rõne pũcti intellectam.Porro,ꝙ oĩs creatura differat a Deo per primam limitationem, clarè cõſpicio:qũo aũt neceſſe ſit oẽm creaturam diſtare atq; differre a Deo ꝑ limitationẽ ſecundã,& an limitatio prima ſit cauſę ſecũdę iſtius,ignoro:nec de hoc aliq̃d doceo,aut affirmo. Hęcq; iudixi,ut rei difficultatem inſinuem, & aliquẽ ad eius declarationẽ ſic ꝓuocẽ.Et ſecundum iã dicta,dico,ꝙ angelus ſecundũ ſubſtantiã ſuã ha- Angelꝰ ſecundũ ſub

bet

ꝙtantiā suā habet esse in loco.

bet esse in loco: & huius rō pōt esse, vel opatio eius vel limitatio sua, aut aliq̄d aliud. Vñ cū opat̃ in loco quāto, ac ꝑ hoc diuisibili, uerū est, ꝙ est in loco per suæ quātitatē uirtutis. Nihilominus tñ cū ē in loco nō opando, bñ pōt in loco ſm substātiā suā ꝑ aliq̄d quod illius est rō, licet nō indiuisibili quāto, sed in simplici, & indiuisibili, & forte etiā in quāto, ac diuisibili. Qūo tñ, & in quanto loco, puta pedali, aut bipedali, maiori, vel minori, uel in simplici, & indiuisibili, vt uerum fatear, nescio. Hæc Henricus.

Gulielm⁹.

¶Cuius rñsio prima, vsq; ad id, qđ tactū est de articulo Parrhisijs cōdennato, satis cōcordat rñsioni. Thomæ supra primū dist. 8. inductæ. Et multi doctores Parrhisiēses antiq̄ senserūt hoc, quēadmodū, & Albertus, vt patuit supra primū, ꝓsertim illi, q̄ dñm Stephanū ꝓcesserunt Richardus verò, Petrus, & alij multi cōsentiunt Stephano, quēadmodū, & Henricus in ultima ista rñsione. Nihilominus q̄dam posteriores, præsertim non Parrhisienses, primæ rñsioni adhærent, & de excōicatione illa à Stephano facta, non curāt, dicētes, ꝙ excōicatio episcopi nō ꝓtendit̃ extra ꝓuinciā eius. Postremò hoc in uerbis Henrici uidetur magis obscurū, quòd ait, determinatione angeli ꝑ suā operationē, seu uirtutē extentā, ad operationē circa corporalia, non ponere aliquam determinationē in eius natura, q̄a & hoc mō Deus in loco est. Si. n. hoc ait, sentiēdo, ꝙ ex illa determinatione ꝑ operationē, non seq̄nt̃ realis, ac ꝑsonalis præsentia angeli, ubi immediatè, & ꝑ se operat̃, non uideretur posse saluari, & Damasceno opponeretur. ¶Adhuc aūt, de hac ipsa materia tractat Gulielmus lib. de vniuerso: Si q̄s, inquiens, dicat: quid ad spūales substantias de loco, vel habitatione corporali? quemadmodū. n. nihil ad corpora de habitatione, vel domo spūali, sic nihil ad spūales substantias de loco habitationeve corporali. Possetne, inquiūt, grāmatica esse in bursa tua; quāto minus substantię spūales in locis corporeis? Quæro ab his qualiter intelligāt Deū habitare in tēplis, quòd utique oīs secta, & natio tenet. Necessariū ergo eis est, Vbi spūale ab ubi corporali scire distīguere. Dico ergo, ꝙ Vbi spūale, solū, ac propriè cōueniens spūalibus substantijs, multipliciter differt ab Vbi corporali: ꝙ solū, ac propriè corporalibus substātijs cōgruit.

Differētia prima.

Prima, & principalis differentia, est circundatio, seu cōtinentia, qua corpus circundat̃, seu cōtinet̃ ab interiore suꝑficie corporis illud ambientis.
2 Secūda ē repletio cōcauitatis istius, hoc ē, interioris suꝑficiei iā dictæ: ob q̄ repletionē, nec corpus aliud, nec partes corporis alteriùs secū cōpatit̃ in eadē cōcauitate, seu loco.
3 Tertia ē adæquatio loci, & locati, nō solū suꝑficiei ipsius locati, sed etiā cōcauitatis, quā replet corpus locati.
4 Quarta ē situs, seu positio, ac ordinatio ꝑtiū locati, per quā assignant̃ ibi sursum, & deorsum, añ & post, longū quoq;, & latū, atq; ꝓfundū, principiū, & finis, ac mediū. Ecōtrariò aūt se habet in Vbi spūali. Spūales q̄ppe substātiæ magis circūdant, & continēt id, in quo esse dicunt̃, q̄ circūdētur, & cōtineant̃ ab ipso, quod de incircūscriptibili Deo est planū.

Philosop. quodam Italus.

Propter quòd unus philosoph. Italię dixit in lib. quē scripsit de natura deitatis: Deus oīa intra se cōtinet, & enutrit quasi partes suas. i. ac si eēnt partes, ac uiscera eius, qm̄ oībus ꝓuidet. Sic & aīam dixerūt corpus suū cōtinere, & quasi circūdare, & corpꝰ potius eē ī aīa, q̄ ecōtra. Hinc q̄dā dixit phil. Aīa ē corpus circūdādo illuminas, & illuminādo circūdās. Sicq; in hoc cū creatore aliqualiter similitudinē hēt: qm̄ illè totū vniuersū circūdat, cōtinet, ac multiplici īfluxu illūinat. Sic & đ cęteris differētijs facile est videre: q̄a ꝓ̄ria earum comitant̃. Vbi spūale.

Quæstio curiosa.

¶Præterea si q̄ratur, quantā partē cęli empyrei vnusq̄sq; occupet angelorū: rñdēdū vr̃ iuxta ea, q̄ dixi de limitatione, & diffinitione virtutū huiuscemodi substātiarū. Verisimile etenim ē, ꝙ q̄ maioris gloriæ nūc sunt, aut tūc erūt, maiores, seu sublimiores, nobilioresq; partes cęli illius obtineant, quamq̄ verum sit ꝙ ēt in partibus æqualibus, dissimiles, seu inæqualis gloriæ angeli valeāt collocari, quēadmodū, & in corporibꝰ humanis æqualib. sæpè sunt aīæ in sapīa ac virtutibus plurimū inæquales. Cæterū sicut nullū corpus ex sua natura tā aptū est perfici ꝑsentia, inhabitatione, atq; virtutibus aīæ rōnalis, ut corpus humanū: sic nullū cælum tā idoneum est inhabitari ab angelis sanctis, & eorū rñdere, ac decorari fulgoribus, vt cælum empyreū. Hæc Gulielmꝰ.

Scotus.

¶At verò Scotus hic scribit: Dicunt q̄dā, ꝙ angelus est in cælo per opationē præcisè. Quibus obijcitur, ꝙ hoc sit articulus cōdēnatus. Et si dicant, ꝙ excōicatio non transit diœcesim, obijcit̃, q̄a si est dānatus articulus, tanquā hæreticus dānatus est, non solū auctoritate epi Parrhisiensis, sed etiā Papę, extra de hæreticis, c. ad abolendā, & in can. de reuersis vltro, C. montanus: vbi dr̃, ꝙ oēs hæreses, quas epi, eorūq; discipuli discernunt, vel scripserunt non solū republica, verum ēt ab oī ecclesia Romana eliminatas, atq; cū suis anctoribus, & auctorū sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in æternū cōfitemur esse dānatas. Vel saltē sententia est suspecta, q̄a in aliqua vniuersitate articulus solenniter est dānatus. Alij nō volentes vti verbo suspecto, videlicet angelū esse in loco per opationē, dicunt eū esse in loco per applicationē sui ad locum. Verū hi sub alio vocabulo idē occultè insinuare vident̃. Nō. n. vr̃ applicatio aliq̄d posse intelligi, nisi actus primus, an ꝑ actus secūdus. Nō actus primus, videlicet esse, vt patet: nec secundus: qm̄ ille est operatio, & nō immanēs, vt intellectio, ant volitio: q̄a operatio immanēs abstrahit à loco, sicut & esse, ergo applicatio est opatio trāsiens in corpus. Sicq; erit in loco ꝑ operationē eius circa corpus in loco. Contra istud arguit̃, q̄a sic dicēs, cōtradicit sibijpsi, q̄a in q̄stione, an Deus sit vbiq;, ꝓbat ꝙ imò: q̄a ſm philosophū 7. Physicorū, mouēs est simul cū moto.

Aristo.

Deus autē est cā efficiēs, & ideò potēs mouere oē mobile, ex quo cōcludit, ꝙ sit ꝑsens oībus, & vbiq;. Quæro q̄d intēdit per hoc ꝯcludere. Aut esse ꝑsentē mouentem, & sic est petitio principij, cū idē sint ꝑmissa, & ꝯclusio, & nihil ad ꝓpositū: q̄a ibi intendit ꝓbare Dei immēsitatē, ſm quā ꝑsens est rebus. Aut intēdit ꝓbare illā ꝑsentiā, q̄ ꝯpetit Deo inquantū immēsus: & tunc ex opatione alicubi ſm ipm̄ sequit̃ ꝑsentia Dei, q̄ ꝑtinet ad immensitatē diuinā, q̄ est ipsius Dei inquātū est Deus: ita ꝙ naturaliter priùs est Deus, ꝑsens, inquātū, immēsus, q̄ inquantū est operans. Et tamē hoc excludit̃ per hoc, quod per operationē est præsens, sicut ex posteriori priùs. Ergo à simili, in ꝓposito angelus priùs naturaliter ꝑsens est alicui per essentiā, q̄ per operationē. Itaq; dico ꝙ angelus non est de necessitate in loco in actu, seu actualiter: qm̄ posset esse, creatura corporali nō existēte: nec est in loco determinato ęquali, nec est in loco ꝑ cōmēsurationē. quātū. n. simplici, & īmateriali nō est æquale, nec cōmēsurabile.

An angelus sit in loco hoc determinatè vel in isto.

Sed q̄stio est, an sit in loco hoc determinatè vel in isto. Et ad hoc pertinet q̄stio ista, an possit esse ī loco quātūcūq; magno. Et tenet̃ cōiter, ꝙ nō, qm̄ hoc est ꝓpriū Deo. Ex quo apparet, ꝙ nō possit esse ī loco quātūlibet ꝑuo. De isto igit̃ articulo vr̃ tenendū, ꝙ angelus hēt locū determinatū, tamen

tñ indeterminatè hoc mō, ꝙ aliquis locus est, quo maiorem non possit hr̃e. & aliquis locus, quo non posset hr̃e minorē, loquēdo de loco continuo, quāuis forsan possit esse in puncto. Et de hoc, an possit esse in puncto, nō vr̃ rō necessaria ad unā partē, aut alterā: qm̄ licet indiuisibilis, nō tñ habet indiuisibilitatē limitatā ad situ, ut punctus: ideo nō oportet eū esse in puncto sicut in loco. Nec forsitan sibi repugnat, q̄a nullū inconueniens inde seq̄ vr̃. Nam si ex hoc inferat̃, ꝙ non posset se mouere localiter, nisi spatiū esset ex punctis, non sequit̃. Posset namq; se immediatè transferre de puncto in continuū, cuius punctus est terminus. Vtrū uerò angelus determinatū locū requirat, & determinatè, utpote, ꝙ hñs certā, & limitatā quantitatē uirtutis, si pñs est loco, de necessitate pñs est tanto loco, quēadmodū corpus requirit locū sibi æqualē. Aīa quoq; rōnalis necessariè est in totius sui corporis loco, nec in eius est potestate esse in loco maiori, aut minori. Istud itaq; de angelo, dubiū est, nec una pars, nec altera vr̃ necessariè posse ꝓbari. Quod. n. incōueniens est, si quātitas suæ uirtutis, per quā pñs est alicui loco, si sit naturalis rō essendi in tanto loco suo mō, quēadmodum quātitas corꝑis est naturalis rō eēndi in tanto loco mō suo? Vel si ponat̃, ꝙ quātitas virtutis ipsorū hēat locū cōem adæquatū, quo maiorē nō possit hr̃e, cū ipa subsit angeli uolūtati, ut possit nō semꝑ hr̃e hūc locū, sed maiorē, uel minorē, nō sequit̃ incōueniens.

In angelo passiua est potentia, q̄ possit esse in loco.

Et quāuis angelus pōt eē sine loco corporeo, corporaliq; creatura, attñ in angelo est passiua potentia, qua posset eē in loco. Quæ potētia fundat̃ immediatè in eius substātia, vel in ipsa, ut est limitata natura actu existēs, uel in aliquo, quod sit extrinsecū angelo, q̄cq̄d sit illud. Iō nō oportet q̄rere aliā intrinsecā rōnē eēndi angelū necessariè in loco, q̄a in eo nō ē: sed tm̄ est in ipso passiua ptās, qua pōt eē in loco, eo ꝙ sibi non repugnet. Pōt quoq; cōcedi, ꝙ suꝑficies aliqua corꝑis cōtinēt angelū: nō tñ sequit̃, ꝙ superficies illa sit agēs, seu influēs, aut cōtinēs respectu angeli: qm̄ cōtinētia loci, est alteriùs rōnis a cōtinētia formæ, seu spēi. Nihil. n. aliud est hoc in angelo, nisi cōtētū esse infra hāc suꝑficiē cōtinētē, uel esse extra eā: & hoc uerū est in quocūq; diffinitiuè existēte ī loco: qm̄ nihil eius est extra locū diffiniētē. Hęc Sco.

Dio. Scotū taxat.

¶Circa cuius dicta nō oporter hic immorari, q̄a nō assertiuè, sed opinatiuè hæc loquit̃. Verūtñ, qđ in principio refert de positione cuiusdā, quē sibijpsi dicit eē cōtrariū, vr̃ dictū de Thoma. Quo circa sciēdū, ꝙ ineptè recitat verba sancti doctoris. Nō. n. sanctus doctor ꝓbat existētiā Dei in oībus ꝑ hoc, quod Philosophus 7. Physic. affirmat, ꝙ mouēs, & motū sunt simul, sed auctoritatē illā ꝑ modū declaratiōis adaptat, ad oñdēdū, ꝙ oē agēs oportet cōiūgi ei, in qđ immediatè agit, & sua uirtute illud contingere.

Thomæ verba.

Sic eq̄dē arguit 1. parte Sūmę, q̄ō. 8. Oportet oē agēs cōiūgi ei, in qđ agit īmediatè, & sua uirtute cōtingere illud. Vñ 7 Physic. ꝓbat̃, qđ monēs, & motū oportet eē simul. Cū aūt Deꝰ sit ipm̄ eē ꝑ suā eēntiā, oportet, ꝙ eē creatū sit ꝓprius eius effectus, & ita in oībus est tāquā causa eius, qđ est intimū rebus. Hęc rō efficax ē, nec est in ea fallacia, ꝑsertim cū Deꝰ sit sua virtꝰ, qđ nō cōuenit angelo, idcirco nec simile est de ipso.

Scotus. Quæstio.

¶Insuꝑ q̄rit Scotus, Vtrū unus angelus possit simul esse in pluribus locis. Rñdet, Angelus de facto non est in duobus, aut pluribus locis, ut asserit Damascen. De ptāte quoq; angelorū naturali vr̃ ꝓbabile, ꝙ non pñt simul in duobus cōsistere locis, quorū vterq; sit eis adequatus ſm extremū, seu vltimū suæ potētiæ: sed utrū in duobus locis discōtinuis angelꝰ possit eē, quorū nec unus, nec alter sibi sit adæquatus, est dubiū. Nec vr̃ necessaria rō ꝓ, nec cōtrà. Porro, ꝙ in duobꝰ locis, siue adæquatis, siue nō adęquatis, valeat simul eē ꝑ diuinā potētiā, certū puto: q̄a nō implicat, sicut in quarto probabit̃. Hæc Scotus.

¶Verum paulo ante, & supra primum distin. 8. introductæ sunt uariæ rationes doctorum, probantes oppositum horum quorundam, quibus rationalibus consentitur.

Idem Sco. Quæstio.

¶Iterum quærit, an duo angeli possunt simul esse in loco eodem. Rñdet, in hac q̄ōne non est ueritas tam clara, & certa de facto, vt in præhabita quæstione, An angelus simul sit in duobus, aut pluribus locis: quia Richardus 4. de Trinitate arguit dęmones corpora non habere, quia legio dæmonium fuit in corpore unius obsessi, quod non fuisset possibile, ut apparet, si corpora habuissent.

Marc 5. Luc 8.

Ergo vr̃ arguere, ꝙ si habuissent corpora, fuissent corpora eorum simul in eodem loco, ergo modo non habent corpora. Sicq; dicendum vr̃, ꝙ simul fuerunt sine corporibus. Verum quicquid fit de facto, & de naturali potentia angelorum, vr̃ possibile per diuinam potētiam, ꝙ plures sunt simul. Hęc Scotus. Qui de his opinatiuè effatur. Tñ ex argumento Richardi non sequitur, ꝙ plures angeli boni, uel mali, sint simul in eodem loco immediato, ac proprio.

QVAESTIO IIII.

AMpliùs q̄rit̃, *An angelo competat moueri*. Et circa hoc inuestigat̃, an moueat̃ localiter, & in tp̄e, atq; per medium: de quibus dictum est in primo, distin. 8. ſm præfatos doctores. Nunc addenda sunt aliqua ſm eos, qui ibi non sunt allegati

Alexand.

¶Itaque Alexander circa hæc loquitur: Concedimus, ꝙ angelus mouetur de loco ad locum, quia ut ait Damasc. mittuntur de cœlo ad terram. Atq; (ut ait Apostolus) Oēs sunt administratorij spūs, in ministerium missi.

Hebr. 1.

Gregorius Homi. 34.

Gregorius quoq; sic inquit, Ad nos angeli ueniunt, ut ab intima contemplatione nequaquam recedant. Denique simul esse non ualent in pluribus locis, imò in uno sunt loco diffinitiuè. Dū ergo de cœlo mittuntur, in terram mouentur de loco ad locum.

Obiectio.

Sed obijci potest: Omnis motus est ꝑꝑ indigentiam suijpsius, siue alterius. Nam & cœlum, quod est corpus perfectum, etsi non moueatur propter indigentiam sui: tamen propter indigentiam inferiorum istorum, videlicet causa generationis, & innouationis inferiorum istorum. Angelus autem non mouetur propter indigentiam sui, cum iam sit ultimam suam perfectionem, videlicet beatitudinē, assecutus: nec ob indigentiam creaturæ, quia completo finali iudicio, adhuc poterit Deo iubente moueri.

Responsio

Indigē ia in creatura dupliciter assignatur.

Dicendum, ꝙ in creatura pōt indigentia assignari dupliciter. Primò, ut dicat diminutionem respectu perfectionis, quæ in Deo: sicq; conceditur, quòd in omni creatura ēt in quocunq; statu, est indigentia. Hæc namq; non opponitur perfectioni, q̄ creaturæ debetur. Alio modo, ut dicat diminutionē contrariantem ultimatæ perfectioni creaturæ: ſm quod dicimus, ꝙ angeli ultima, seu finali perfectione perficiuntur: sicq; dicimus, quòd nec in angelis, nec in corporibus glorificatis est: idcirco nec motus eorum est ex indigentia, quæ eorum perfectioni opponatur. Nec enim q̄ñ mouentur, inueniunt in medio resistentiam: imò tam cito sunt ubi uolūt esse, ut uolunt. Et uerum est, ꝙ si aliter esset, quod in ipsis quoq; ad motum ipsorum esset, & sequeretur indigentia eorum perfectioni opposita. Dicimus ergo

ergo de angelis, ꝙ mouentur ob reparandã indigẽ tiam nostram, & quamuis in hoc non mereanẽ præ miũ principale, seu essentiale, merentur tñ secunda rium accidentaleve ꝑmium: sicut prælatus regẽdo subditos suos, non acquirit præmiũ principale, sed secundarium. Et hoc ꝑmium bene merenẽ angeli, quamuis mõ beati, vsq; ad diem iudicij: nec tñ ob hoc est in eis indigentia eorum perfectioni oppo sita, sicut oñsum est Dicimus quoq;, ꝙ quãuis nõ mo uerentur propter nr̃am indigentiam reparandam, sed solum ad obediendum creatori: adhuc mererẽ tur secundariũ præmium, quod tñ tunc esset alte rius generis, possetq; dici aureola. Hæc Alexãder.

Simile.

Diony.

¶ In cuius uerbis mirum uidetur, ꝙ ait prælatos regendo subditos suos non acquirere, seu mereri præmium principale, sed secundarium: cum omnis actio ex charitate procedens, meritoria censeatur beatificæ uisionis. Cumq; bonum cõmune sit diuiniùs, q̃ proprium: & charitas sit tanto ꝑfectior, quã to ad plures extenditur, sicq; magis meritoriũ uide tur præmij principalis, ꝓcurare plurimorum salutẽ ac bonũ cõe ex charitate, q̃ propriã. Porrò, ꝙ ait ꝑ fatum angelorũ præmiũ esse aureolã, reseruetur ad quartũ, ubi tractabitur, an angelis debeat aureola.

Alexãder. Quæstio.

¶ Insuper ad quæstionẽ hanc, An necesse sit ange lis moueri per medium, rñdet: Dũ angelus mouet localiter, mouetur per medium. Notãdum tñ, quòd
1 moueri per medium, dupliciter dr̃. Primò, dũ una pars eius quòd mouetur, ẽ in una parte loci, & alia in alia parte, sicut fit motus per commensurationẽ mobilis, & magnitudinis: sicq; angelus non mouet per medium, sed corpus tñ modò. Secundò sic, ꝙ li
2 cet secundum unam partem suã non sit in termi no à quo, atq; secũdum aliam in termino ad quem, nec sit motus per præfatam cõmensurationem: re spicit tñ, & terminum à quo, & terminũ ad quem: sicq; angelus mouetur per medium. Vnde cum est in illo medio spatio, non est in illo loco, à quo recedit, nec in illo, ad quẽ tendit, sed habet relationẽ ad

Aliaquęst.

vtrunque. Verum tunc quæritur, cur necesse sit an gelo pertransire medium in motu suo. Dicendum, ꝙ rõne motus localis, oportet. n. in motu locali, & gñaliter in omni motu differente à mutatione esse rõnem medij differentis ab extremis, videlicet à ter mino à quo, & à termino ad quẽ, quod non opor tet in mutatione. nam cum mutatum est, statim res est in termino ad quẽ, nec oportet ibi medium esse differens ab extremo. Cum ergo in motu oportet esse rõnẽ medij differentis ab extremo vtroq;, hinc dum angelus mouet localiter, necesse ẽ, ꝙ moueat per medium: qa aliter non posset intelligi moueri

Obiectio.

localiter. Sed objici potest, qm̃ angelus simplicior est luce corporea, de qua testatur August. in lib. 6.

Augu. in li bro 6. q̃st.

quæst. Nõ citiũs peruenit radius ad propinqora loca, q̃ ad remotiora, sed repente fit immutatio in me dio, & extremo. Spũs aũt angelicꝰ nobiliori mõ par ticipat motũ localẽ, q̃ radius: ergo minus ꝑtransit medium, q̃ radius ille. Rursus August. fatetur, quòd Deus mouet creaturam corporalem per locum, & tempus, spiritum uerò non per loca, sed tempora: angelus ergo non mouetur per locum. Et rñdendũ

Ad primũ

ad primum, ꝙ quamuis nobilior, atq; simplicior sit spiritus angelicus, q̃ lux corporalis, nihilominus in hoc conueniunt, quod utrunq; mouetur ꝑ mediũ. Hoc namq; exigitur non ex parte eius, quod mouetur, sed ex parte motus, in quo necesse ẽ esse medij rationem ab utroq; termino differentẽ. In hoc tñ abundat nobilitas spiritus angelici super lucẽ corpoream, quod in motu suo non est secundũ unam partẽ sui in termino à quo vel in quo, vel in spatio in quo; & ꝛm aliam in termino ad quem: quemadmodum lux cũ pertransit, commetitur se partibus loci. Ad secundum, ꝙ Augustinus nõ intelligit hoc de motu locali, sed interiori, quo angelus mouetur ꝛm cognitionem, & affectionem. Hæc Alexander.

Ad secundum.

¶ Qui in his verbis nõ vr̃ consentire Augustino, dicenti, ꝙ lux non citius peruenit ad loca propinquiora, q̃ remotiora: imò videtur Alexander, sentire, quod illuminatio illa fit repente, id est, in tempo re imperceptibili: non tamen simpliciter in instanti.

Dionisi.

¶ Præterea quærit hic doctor, An angelus ex se moueatur localiter: an ad hoc, quod taliter mouea tur, oporteat eum corpus assumere. Respondet, Si cut corpori, & spiritui diuersimodè conuenit esse in loco, sic differenter conuenit eis moueri localiter. Moueri quippe propriè est corporum tantum: nec spiritibus conuenit nisi ex ordinatione ad corpus, non in sua natura, neque secundum se, sed sol um per accidens: quemadmodum moto hominis corpore, dicimus animam moueri per accidens: si militer dicimus moueri corpus quod assumit ange lus, & angelũ in corpore illo per accidens: sicq; lo quitur super Cantica sanctus Bernardus. Vnde ad talem motum angelus requirit corpus, quod & po tius est propter indigentiam nostram, quàm eius. Angelis verò ex se conuenit esse in loco diffinitiuè. sicq; quantum est de natura eorum, conuenit eis moueri de loco ad locum modo prętacto sine cor poris assumptione, præsertim cum & animæ separatæ sic moueantur, sine assumptis corporibus. Aut enim assumerent corpora sua, aut aliena: non sua, cum illa iaceant in sepulchris, aliena verò non vi dentur adhoc eis congruere. Hæc Alexander. Ve rum de hoc pleniùs infra dicetur.

Idẽ Alex. Quæstio

Bernardꝰ.

¶ Amplius de hac re scribit Henricus quodlibe to quarto, decimasexta quæstione: Motus localis nõ debetur nisi existenti in loco, ita quòd iuxta mo dum, quo habet esse in loco, debeatur ei motus lo calis de loco ad locum. Porrò de modo existendi angelum in loco, in alia dictũ est quæstione, vbi dictum est, ꝙ angelus non habet per se esse in loco se cundum substantiam, nisi forte in assumpto corpo re: & ita per accidens cõpetat ei esse in loco, ut cõ tentum, & circunscriptum à loco. Hoc etenim propriũ est magnitudinum extensarum, quæ, & ꝑpriè, habent moueri localiter, partim existẽdo in termino, à quo, & partim in termino ad quẽ: quod non cõuenit angelis, nisi per accidens per corpora, quæ ab ipsis mouentur: localiter per se, si tamen verũ sit, ꝙ per accidens moueantur, & nõ potius moueant sine sui mutatione locali, quemadmodum dixerunt philosophi intelligentias orbiũ motrices, in mouen do nõ moueri, neq; per se, neq; per accidens. Alio modo, sicut expressum est in ꝓtacta quæstione, dr̃ aliquid esse in loco, extendendo rõnem loci ad si tum, vt dicatur esse in loco, quod aliquẽ sibi situm determinat in loco, quo est nunc, vel tũc; ita ꝙ non alibi. Quod intelligi põt vno modo, determinatio ne facta per applicationẽ virtutis in agẽdo aliquid vbi dr̃ situari. Alio modo, determinatione, seu appli catione facta per substantiã solam absq; oĩ applica tione virtutis, & operationis. Primo modo fieri põt dupliciter, s. naturaliter, & voluntariè. Naturaliter animæ habent esse determinatum in suis corpori bus, quæ determinantur eis per essendi initium, in quibus ipsæ aĩæ mouentur per accidens motis cor poribus. Sicq; angeli nõ sunt dicẽdi moueri per accidens, nisi quis ponat, ꝙ cõnaturalia sibi habeant

Henricus.

Angeli nõ mouentur per accidens.

corpo-

corpora, quẽadmodũ aĩæ: aut ꝙ diuersi angeli in eẽ suo naturali diuersis partibus uniuersi determinan tur, q̃bus naturaliter ꝑsint, & circa quas actiones aliquas naturales exerceant, quibus erigant in suũ finẽ, quãuis non sint formæ, atq; ꝑfectio partiũ ea rundẽ, quẽadmodũ philosophi posuerũt diuersas intelligentias inclusas diuersis orbibus cœlestium corporum. Vterq; aũt horum modorũ impossibilis est circa angelos: qm̃ non sunt corporum actus, ut aĩæ: & qm̃ proprij, essentialesq; actus eorũ ab omni corporali substantia abstrahunt, vt sunt, velle, intel ligere, ad quos nullo indigent corporali instr̃o, aut organo. Vñ si per applicationẽ uirtutis intelligant applicari loco, hoc non est, nisi quia locus, aut situa le indigẽt angeli operatione, ac influentia voluntaria. Sic quippè ꝛm fidem angeli, mouent orbes cœlestes voluntariè, ergo angelus põt dici moueri lo caliter, innouando operationes, & influentias suas circa loca & corpora, & hoc vel continuè influen do ab extremo in extremũ, per mediũ in continuò, & tpe: vel alternãdo influẽtias mõ in vno extremo, mõ in altero, & nõ in medio: tuncq; mouebiẽ de ex tremo in extremũ sine medio, & hoc vel continuan do in vtroq; extremorũ, aut in altero opus, aut trãs ferendo opus a signo in signũ ꝑ atoma temporum, sed hoc impropriè est moueri, atq; per accidens: & est propriè istud moueri nõ ipsius angeli, sed rei cir ca quam operat. Quia hmõi motus inquantũ respi cit angelum, est actus perfecti, inquãtũ perfectũ est: inquantũ verò respicit id, circa qd̃ angelus operat, est pasio': & est actus imperfecti, ut imperfecti. Et quãuis in tali operatione angelus nequeat dici verè moueri ꝛm substantiã suã, verè tñ dr̃, ꝙ substantia eius est in loco: quia nil operat, nisi applicatione vir tutis suæ circa illud, in quod operat. Et hoc nõ per emissionem virtutis eius, sed via gñationis, & mul tiplicationis eius extra se: quẽadmodũ Sol multipli cat lumẽ, & virtutes suas in medio toto, & ꝛm hoc per virtutẽ suã habet eẽ in toto medio. In angelo. n. hmõi. gñatiua uis nõ est ad transmutandũ aliquod corpale. Oportet ergo, ꝙ applicatio suę virtutis sit per pñtiam substantiæ suæ illi, cui applicat eã, vnde per eã moueat illud, & sic opeẽ mõ hic, mõ ibi: firtq; pñs mõ hic, mõ ibi: & dũ operat alicubi, pñs sit ibi, non alibi, vt vr̃ Damascenus sentire. Si tñ ita fit, ꝙ ꝑ suam essentiam ad oẽm situm æqualiter habet se, dũ nihil oĩno circa corpalia operat, imò, ꝙ impro priè dicat, ꝙ ꝓpior sit essentia sua orienti, q̃ occidẽ ti, vel ꝑ æqualem distantiã habeat se ad ea, eo ꝙ na tura angeli ꝛm essentiam suam nullo mõ habet esse ꝓpè, aut longè, sicut neq; albedo habet esse dulcis, vel amara. Nempè propè, & longè solũ conueniũt, situm in sua natura hñtibus, quemadmodũ dulce, & amarum saporibus. Hinc angelicus intellectus sine oĩ operatione circa rem corporalem sic intelligi tur esse in vniuerso, sicut pars in toto, quod est vnũ non continuatione, aut situatione, sed ordinatione partium, ꝛm diuersos gradus perfectionis, respectu vnius finis: & ꝛm hoc, quia substantia angeli nõ de terminatur loco oĩno, sed solum virtus eius appli cat non per gñationem alicuius transeuntis per ali quid, in quo non sit eius substantia: quemadmodũ virtus Solis transit per medium, in quo non est So lis substantia, nec per substantiæ determinationem illi loco, sed per naturalem naturæ gradũ, quo supe riùs natum est influere inferiori virtutẽ, sicut ange lus superior inferiori. Et ꝛm hoc angelus non dr̃ ꝓ priè moueri localiter, neq; per accidens, ꝑ applica tionem virtutis ab vna medij parte ad aliã: sicut nec Sol dr̃ moueri per accidens in substantia sua ꝑ mediũ, quãuis virtutẽ suã vndiq; mittat, & spargat. Et multo minùs angelus, q̃ Sol, inquãtũ Sol virtutem suã non multiplicat, nisi ꝑ naturalẽ contactũ, atq; cõtinuã gñationẽ, ꝓcedentẽ ab vna medij parte ad alterã, angelus verò non nisi per intellectũ suũ, ac voluntatẽ. Et ita si angelus ꝛm hanc positionem ali quo mõ dicat moueri, hoc solũ erit accidentaliter ꝑ accidens: qa videlicet virtus ab eo corpori influ xa, mouet per accidẽs, puta ꝑ corpus influit, & an gelus ꝑ virtutẽ illã influxã, nõ accidentalitate existẽ te in ipso, sed in illa virtute. In hoc ẽt mõ accidentaliter ꝑ accidens habet angelus esse determinate vbi agit, & intercludi parietibus. Hæc Henricus.

Hæc Hẽri ci positio est tricata

¶ Verum hæc eius positio vr̃ dictis peripateticorum, dicentiũ intelligentias loco, & operatione immobiles, immoderatè, & forsan periculosè cõsentanea, imò manifestè cõtraria determinationi D. Stephani, de loco, motuq; angeli, in præcedenti cõne inductæ. Vnde & ipse Henricus, ne videret periculũ illud incidere, mox adiecit: Nec tñ negabit angelus esse ꝛm substantiam absque omni determinatione vbicunq; operet. Quod iterum malè sonare vr̃, cũ iuxta prælabita, & iuxta doctrinam Damasc. ac D. Stephani, angelus ita sit vbi immediatè operat, qd̃ non alibi, hoc est, cum determinatione. Hinc Henri cus ꝓtinus addit: Sed tunc quid esset dicendum, si angelus ponat eẽ absq; omni applicatione, & actio ne virtutis suæ circa quodcunq; corporale? Nũquid dicendus est nusquam esse, & ita nullo mõ moueri de locó ad locum? Hoc non dico. Est. n. contra articulum condemnatum. i. hoc dicere est incidere talem articulum, uel est contra articulum condemnãtẽ tale dictũ, qui articulus est, Quòd substantiæ separatæ sint alicubi per operationem, & quòd non pñt moueri ab extremo in extremum, nec per medium, seu in medium, nisi quia pñt velle operari in eis. Error, si intelligat, substantiam separatã sine ope ratione non esse in loco, nec transire de loco ad lo cum. Cui sententiæ non contradico, imò sic credo, quamuis intelligere hoc sit mihi valde difficilè. In quo me impedit, ꝙ non est verè motus a termino in terminum, nisi pertranseundo medium: ita quòd oĩa æqualia sibi existentia in medio pertranseat suc cessiuè. Cum ergo angelus in sua natura sit indiuisi bilis, ac puncto simplicior, oportet eum, vt vr̃, oĩa sibi æqualia inuẽta in medio successiuè pertransire antequã deueniret ab vno extremo in aliud, cunq; æqualia illa in medio indiuisibilia, vtpote puncta, sint in quolibet continuò, etiam minimo, infinita, oporteret eũ omnia illa, vnum post aliud, pertransi re. Infinita aũt pertransiri nequeũt, nisi in tpe infini to. Et quãquã nõ appareat mihi in isto rõnis solutio: non tñ me coget hæc argumentatio dogmatizare, aut defendere, quod docere, sustinere, seu defende re, ꝓhibet pontificalis interdictio. Hec Henricus.

Henrici purgatio.

Articulus cõdẽnatꝰ.

Infinita ꝑtransiri ne queũt nisi in tpe infi nito.

Dionysiꝰ.

¶ Quæ excusatio videret sufficere, nisi rñsio sua includeret id, ex quo directè, & insolubiliter sequit id, quod pontificalis illa traditio reprobat. Deniq; argumentũ istud non vr̃ ad soluendum difficilè. si quidem ex erronea vr̃ imaginatione procedere. Nam ita procedit quasi angelo propriè competat esse in loco punctali, seu puncto: cuius oppositum patuit supra, & super primũ distin. 8. ex dictis Thomæ, Bonauenturæ, ac aliorum. Rursus vr̃ ꝓcedere, ac si in continuò essent puncta actualiter infinita. Supponit quoq;, ꝙ simplicitas angeli æqualis sit sim plicitati puncti, a qua tñ specificè differt: & quasi simplicitas angeli sit sumenda per exclusionẽ totius

extensionis,

extensionis, cum tñ in angelo sit magnitudo quãtitasve virtutis, iuxta cuius mensuram, & proportionẽ est angelo extensio quædam essentiæ, non vtiq; extensio quantitatiua corporalis, materialis, partibilis: sed qualis cõuenit aiæ rõnali, quæ (vt sic loquar) sine extensione extensa est extensione corporis sui: imò, & imitatiua quadã proportione, ficut ſupliſim plicisſimus Deus in deitatis ſuæ natura extenſus eſt ita, ꝙ verè immenſus, incircũſcriptus, oĩa penetrat, vniuer ſaq; replet: & ſicut p Ieremiã teſtat, Cęlũ, & terrã implet. De quo in infinitũ ſimplicisſimo Deo in lib. Iob fertur: Excelſior cęlo eſt, & quid facies? profundior inferno, & unde cognoſces? Lõgior terra mẽſura eius, & latior mari. Vñ & ſupra in verbis Gulielmi eſt tactum, quẽadmodũ probabile ſit, angelos altioris perfectionis, atque maioris uirtutis, plus ſpatij occupare, ſeu replere etiam in cęlo empyreo, eo uidelicet modo, quo occupare, & replere ſpiritibus incorporeis queunt competere.

Iere. 33. Iob. 11.

Scotus. ¶ Præterea circa hęc Scotus ſcribit prolixè, queſtione qua quærit, An angelus poſſit moueri de loco ad locum motu cõtinuo. Et rñdet, ꝙ ſic, qm̃ omne receptiuũ formarũ alicuius gñis, quod ex ſe non eſt determinatũ ad aliquã vnam illarũ, nec illimitatum ad eas, põt moueri, ſeu mutari ab vna illarum formarum ad aliã. Iſta propoſitio patet per ſe, quia ſubiectum includit prædicatum. Sed angelus eſt receptiuus alicuius Vbi, diffinitione, & circũſcriptione, vt patuit pauloante in quæſt. de locatione angeli: nec eſt illimitatus ad oĩa, quia nõ eſt immẽſus. Ergo põt cõtinuè mutari ab vno vbi in aliud. Et ꝙ cõtinuè, patet: qm̃ inter duo Vbi, ſunt infinita Vbi media: quod probatur ex cõtinuo corporis motu per oĩa illa Vbi. Et per oĩa illa angelus põt tranſire, ita ꝙ in nullo eorum ſit, niſi indiuiſibiliter. Et per conſequens non põt hęc oĩa pertranſire, niſi continuè moueatur. Quòd confirmatur, qm̃ aĩa beata æqualiter angelis beatis, imò beatiſſima aĩa Chriſti moueba t̃ localiter deſcendendo ad inferos. Patet etiã ex ſcripturis, ꝙ angeli ſæpius miſsi ſunt, & moti interdum in aſſumptis corporibus. Et ſi tunc à corpore moueba ntur, uidet̃, ꝙ alia ſit motio paſsiua ipſorũ à corporis motione paſsiua. Sic & frequenter miſsi credunt̃ ſine corpore, vt angelus miſſus ad Ioſeph, ad annunciandum ei conceptum uisginis glorioſæ. Nec eſt inconueniens omne creatũ quantũcunque perfectum, eſſe capax, & poſsibile, ſeu potẽtiale reſpectu alicuius perfectionis. quamuis illa abſolutè minor ſit natura illius creati: ſicut, & intellectio angeli eſt aliqua eius perfectio. & tñ ſua eſſentia, perfectior, dignioríq; conſiſtit illa eius perfectione: ideò moueri põt angelo conuenire. Cumq; arguitur, ꝙ angelus nequit moueri, quia eſt indiuiſibilis, quãuis poſſet faciliter rñderi, ꝙ angelus occupat locum diuiſibilẽ, & ideò reſpectu loci ſe habet ac ſi diuiſibilis eſſet: aut ſi occupat locũ indiuiſibilem punctualẽ, vt pũctualiter exiſtens, non põt moueri, vt ſemper habeat eſſe poſsibile; tñ quia non uidetur rõ, quare negatur indiuiſibile poſſe moueri, etiam ſi eſſet indiuiſibilis quantitatis per ſe exiſtẽs: ideò poteſt concedi, quòd angelus habens vbi punctuale, poteſt continuè moueri, vt eſt in puncto exiſtens. Nam ſphæra mota ſuper planum, deſcribit lineam in plano: & tamen non tangit niſi in puncto, ergo punctum illud pertranſit lineam totam, & tamen linea iſta, quę ſic pertranſitur à puncto, non componitur ex punctis. Ergo à ſimili, nec hic ſequeretur. Porrò de cauſa ſucceſsionis in quocunq; motu, dico, ꝙ cauſa illius eſt reſiſtentia mobilis ad motorem: non talis, ꝙ mouens non poſsit vincere mobile, tunc enim non moueret ipſum. Nec talis ꝙ mobili reinclinetur, aut renitatur ad oppoſitum: quoniam hoc ſolũ eſt in motu violento, ſed talis reſiſtẽtia, ꝙ mobile eſt ſub aliquo. Vbi, cui non poteſt immediatè ſuccedere terminus intentus à mouente: & reſiſtentia iſta eſt propter defectum virtutis mouentis, & etiam propter reſiſtentiam medij ad mouens, ac mobile. Tamen ſi virtus mouentis eſſet infinita, poſſet mobile ſtatim ponere in termino ad quem. Hinc quamuis angeli nulla ſit reſiſtentia ad ſe: tamen quoniam agit ex virtute finita, quando eſt in cælo, non poteſt mox eſſe in terra, ſed oportet medium pertranſire. Hæc Scotus, qui de his ſcribit diffusè, & argumenta ſoluit Henrici.

Quæſtio.

Inter duo vbi ſuntin finita vbi media.

Matth. 1.

Mouerian gelo cõuenit.

Simile.

Quæ cauſa ſucceſſionis in quocunque motu.

¶ Inſuper quærit Scotus, An angelus poſsit ſe mouere. Quæ quæſtio non videtur difficultatem habere, cum angelus ſit liberæ poteſtatis, & ſapientiſsimę apprehenſionis, & habens naturam, in qua conſiderantur actus, & potentia: ideo ſicut quo ad aliquid, poteſt moueri, & perfici, ſeu actuari, ita in ipſo eſt aliquid, quo ſe poteſt mouere, perficere, actuare. Veruntamen de iſto facit Scotus inquiſitionem prolixam, quæ neceſſaria non videtur.

Idem Sco Quæſtio

¶ Ampliùs quærit, An angelus poſsit in inſtanti moueri. Reſpondet, Hic dicitur, ꝙ angelus poteſt moueri in inſtanti, non quidem temporis continui, ſed diſcreti. Videtur doctor iſte, videlicet Thomas, contradicere ſibijpſi. Dicit namque angelum eſſe in loco per operationem, & ſi intelligat de operatione tranſeunte in corpus, illa operatio aut eſt in tempore, aut in inſtante temporis communis. Si autem intelligat de operatione immanente, videlicet intellectione, vel volitione, illa non eſt in tempore noſtro, nec alio, ſed in æuo ſecundum eum.

Alia quæſtio.

¶ Sed iſta obiectio inepta, ac debilis eſt. Aliud. n. eſt loqui de motu angeli, & de operatione eius, præſertim cum iſta quæſtio ſit de locali angeli motu, ad quem communiter ſequitur operatio eius in loco. Deniq;, ſm Thomam non quælibet, nec quæcũque operatio immanens angeli menſuratur æuo: ſed illa duntaxat, in qua non eſt innouatio neq; ſucceſsio, qualiter præſertim ſunt beatifica viſio, atque fruitio. Cæterę verò, in quibus contingit ſucceſsio, menſurantur tempore diſcreto, ſeu nunc eiuſdem, ſm ſanctum doctorem, vt patuit ſupra. Hoc quoq; ſciendum, quòd Thomas non dicit prout recitat iſte. Siquidem in prima parte Summæ, improbat opinionem dicentium motum angeli conſiſtere in inſtanti, & tandem ibi concludit: Vnde relinquitur quod motus angeli ſit in tempore, in tempore inquam continuo, ſi motus eis ſit continuus: & in tempore non continuo, ſi motus eius non exiſtat continuus. Vtroque enim modo contingit eſſe angeli motum, vt dictum eſt. Iſta ſuper primum diſtinct. 8. diffusè ſunt introducta.

Diony.

¶ Conſequenter Scotus dicit nõ eſſe ponendum tẽpus diſcretum. Ad cuius dicti reprobationẽ reor ſufficere, quòd tot præclari doctores, Alexander, Thomas, Albertus, Bonauentura, Petrus, Richardus, Henricus, ac alij ſæpe expreſsè ponunt hoc tempus: & rationabiliter, ac multipliciter probant ipſum eſſe ponendum, ſicut præhabitum eſt.

Poſitionis Scoticæ reiectio.

¶ Poſtremò q̃rit Scotus, An angelus poſsit moueri de extremo in extremũ, non pertranſeundo mediũ: & ea, quæ circa hoc ſcribit, concordare competenter videãtur dictis, de hoc ſupra primum, diſt. 8. nec circa hoc immoderata aſſertione, ſed potiùs opinatiua inqſitione vti cenſetur, idcirco pertranſo.

Quæſtio.

Qua-

A

Quales facti fuerunt angeli, & quòd quatuor eis attributa ſunt in ipſo initio ſuæ conditionis. Diſtinctio III.

ECce oſtenſum eſt, ubi angeli fuerint mox, ut creati ſunt. nunc conſequens eſt inueſtigare, quales facti fuerint in ipſo primordio ſuæ conditionis. Et quatuor quidem angelis videntur eſſe attributa in initio ſubſiſtentiæ ſuæ, ſ. eſſentia ſimplex (id eſt, indiuiſibilis, & immaterialis) & diſcretio perſonalis: & per rationem naturaliter inſitam, intelligentia, memoria, & voluntas ſiue dilectio, liberum quoq; arbitrium, id eſt, libera inclinandæ voluntatis ſiue ad bonum, ſiue ad malum facultas. Poterant enim per liberum arbitrium ſine violentia, & coactione ad vtrumlibet propria voluntate deflecti.

B

An omnes angeli fuerint æquales in tribus, ſcilicet in ſapientia, in eſſentia, in libertate arbitrij.

Hic conſiderandum eſt utrum in ſua ſubſtantia ſpirituali, & ſapientia rationali, & libertate arbitrij, quæ omnibus inerant, omnes æquales fuerint: ut ſit prima conſideratio de ſubſtantia, ſecunda de forma, tertia de poteſtate. Perſona quippè ſubſtantia eſt, ſapientia forma, arbitrium poteſtas. Et ad ſubſtantiam quidem pertinet naturæ ſubtilitas, ad formam verò intelligentiæ perſpicacitas, & ad poteſtatem rationalis voluntatis habilitas. Illæ ergo eſſentiæ rationales, quæ perſonæ erant, & ſpiritus erant, naturaq; ſimplices, & vita immortales: differentem eſſentiæ tenuitatem, & differentem ſapientiæ perſpicacitatem, atque differentem arbitrij libertatem, & habilitatem rectè habuiſſe intelliguntur, ſicut in corporibus nonnulla differentia eſt ſecundum eſſentiam, ac formam, & pondus. Quædam enim alijs meliorem, ac digniorem eſſentiam, & formam habent, & alia alijs leuiora, atque agiliora ſunt. Ad hunc ergo modum credendum eſt, illas ſpirituales naturas conuenientes ſuæ puritati, & excellentiæ, & in eſſentia, & in forma, & in facultate differentias accepiſſe in exordio ſuæ conditionis: quibus alij inferiores, alii ſuperiores Dei ſapientia conſtituerentur: aliis maiora, aliis minora dona præſtantis: vt qui tunc per naturalia bona * aliis excellebant, ipſi etiam poſt per munera gratiæ eiſdem præeſſent. Qui enim natura magis ſubtiles, & ſapientia ampliùs perſpicicaces creati ſunt, hi etiam maioribus gratiæ muneribus prædiati ſunt, & dignitate excellentiores aliis conſtituti. Qui verò natura minus ſubtiles, & ſapientia minus perſpicaces conditi ſunt: minora gratiæ dona habuerunt, inferioresq; conſtituti ſunt, ſapientia Dei æquo moderamine cuncta ordinantis. In ipſa facultate arbitrii, differentia animaduertenda eſt ſecundum differentem naturæ virtutem, & differentem cognitionis, & intelligentiæ vim. Et ſicut differens vigor & ſubtilitas naturæ infirmitatem non adducit, minorque cognitio ſapientię ignorantiam non ingerit, ſic libertas inferior nullam arbitrio neceſſitatis voluntatem imponit.

* alios.

C

Quæ communia, & æqualia habuerunt angeli.

Et ſicut in prędictis angeli differebant, ita, & quædam communia, & ęqualia habebant: & quòd ſpiritus erant, quòd indiſſolubiles, & immortales erant, commune omnibus, & ęquale erant. In ſubtilitate verò eſſentię, & intelligentia ſapientię, & libertate voluntatis, differentes erant. Has diſtinctiones intelligibiles inuiſibilium naturarum, ille ſolus comprehendere potuit, & ponderate, qui cuncta fecit in pondere, numero, & menſura.

Sapien. 11

D

An boni, vel mali, iuſti, vel iniuſti creati ſint angeli: &, an aliqua mora fuerit inter creationem, & lapſum.

Illud quoque inueſtigatione dignum videtur, quòd etiam a pluribus quęri ſolet: vtrum boni, uel mali, iuſti, vel iniuſti creati ſint angeli: &, an aliqua mora fuerit inter creationem, & lapſum, uel ſine mora in ipſo creationis exordio ceciderint.

E

Opinio quorundam dicentium angelos in malitia creatos: & ſine omni mora ruiſſe.

Putauerunt enim quidam angelos, qui ceciderunt, creatos eſſe malos, & non libero arbitrio in malitiam declinaſſe, ſed in malitia a Deo factos eſſe: nec aliquam fuiſſe moram inter creationem, & lapſum, ſed ab initio apoſtataſſe: alios verò creatos fuiſſe plenè beatos. Qui opinionem ſuam muniunt auctoritate Auguſtini, ſuper Geneſim ità dicentis: Non fruſtra putari poteſt, ab initio temporis diabolum cecidiſſe, nec cum ſanctis

Augu. lib. 11. cap. 10.

Iohan. 8. sanctis angelis pacatum aliquando vixisse,& beatum,sed mox apostatasse.Vnde domi
nus ait:Ille homicida erat ab initio,& in veritate non stetit.vt intelligamus,quia in ve
August. li. 11. cap. 23. ritate non stetit,ex quo creatus est:qui staret,si stare voluisset.Idem in eodem.Non fru
stra,inquit, putandum est ab ipso initio temporis, vel conditionis suæ diabolum ceci-
disse, & nunquam in ueritate stetisse. Vnde quidam in hanc malitiam libero arbitrio
Iob 40. secundũ 70. Psal. 103. non esse inflexum,sed in hac,quamuis à Deo, putant esse creatum,secundum illud bea
ti Iob:Hoc est,inquit,initium figmenti Dei, quòd fecit Deus, ut illudatur ei ab angelis
eius.Et Propheta ait: Draco iste,quem formasti ad illudendum ei. tanquam primo fa-
ctus sit malus,inuidus,& diabolus,nec uoluntate deprauatus.His,alijsq; testimonijs utũ
tur,qui dicunt angelos,qui ceciderunt,creatos fuisse malos,& sine mora corruisse. Eos
August. li 2. cap. 2. uerò qui perstiterunt,perfectos,& beatos fore creatos, astruunt auctoritate Augustini,
qui super Genẽ.dicit,per cœlum significari creaturam spiritualem,quę ab exordio,quo
facta est,& perfecta,& beata est semper.

F *Aliorum sententia probabilis, qui dicunt omnes angelos creatos esse bonos, & aliquam morulam fuisse inter creationem, & lapsum.*

Aliis autem uidetur omnes angelos creatos esse bonos, & in ipso creationis initio
bonos extitisse,id est,sine uitio:iustosq; fuisse,id est,innocentes: sed non iustos,id est,uir
tutum exercitium habentes. Nondum enim prediti erant uirtutibus,quæ stantibus ap-
positæ fuerunt in confirmatione per gratiam. Aliis uerò per liberum arbitrium super-
bientibus,& ideò cadentibus, aliquam etiam fuisse morulam,aiunt,inter creationem,
& lapsum,& confirmationem:& in illa breuitate temporis omnes boni erant,non qui
dem per usum liberi arbitrii,sed per creationis beneficium:& tales erant,qui stare pote
rant,id est,non cadere per bona creationis,& cadere per liberum arbitrium. Poterant
enim peccare, & non peccare:sed non poterant proficere ad meritum uitę, nisi gratia
superadderetur,quæ addita est quibusdam in confirmatione. Et ad hoc cõfirmandum
Aug. lib. 1. cap. 4. & 6. Gene. 1. utuntur testimonio Augustini, qui super Gene.dicit angelicam naturam primò infor-
miter creatam, & cęlum dictam: postea formatam,& lucem appellatam, quando ad
creatorem est conuersa,perfecta dilectione ei inhærens.Vnde priùs dictum est: In prin-
Ratione idem abstruit. cipio creauit Deus cęlum, & terram. & postea subditur,Dixit Deus: Fiat lux.& facta est
lux.quia in primo agitur de creatione spiritualis naturæ informis, postea de formatio-
ne eiusdem.Ratio quoque obuiat illis, qui dicunt angelos creatos fuisse malos. Non.n.
potuit creator optimus, auctor mali esse: & ideo totum bonum erat,quod ex ipso illis
erat: & totum bonum erat:quoniam ex ipso totum erat:hoc modo probatur,quòd bo
ni erant omnes angeli, quando primò facti sunt: sed bonitate, quam natura incipiens
acceperat.

G *Probationem Augustini contra illos inducit, qui dicunt angelos factos malos. verba etiam Iob determinat, quæ illi pro se inducebant.*

August. super Gene. li. 11. c. 19. Gene. 1. Ideoq; Augustinus exterminans opinionem eorũ, qui angelos creatos fuisse malos
putant auctoritate,& ratione probat bonos omnes fuisse creatos: & verba premissa bea
ti Iob,quæ illi pro se inducebant, quomodo sint intelligenda,aperit,dicens super Gen.
Omnia,inquit,fecit Dens ualde bona.Naturam ergo angelorum bonam fecit. Et quia
August. super Gene. li. 11. c. 22. iniustum est ut nullo merito hic in aliquo quod creauit, Deus damnet:non naturam.
sed voluntatem malam puniendam esse credendum est:nec eius naturam significatam
esse,cum dicitur,hoc est initium figmenti Dei &c. sed corpus aereum,quod tali volun-
tati aptauit Deus: vel ipsam ordinationem Dei,in qua eum etiam *intuitum fecit vti- * initium
lem bonis, vel ipsius angeli facturam. Quia etsi præsciret Deus voluntate malum fu-
turum:fecit tamen eum,prouidens quanta de illo sua bonitate esset facturus.Figmentũ
ergo Dei dicitur:quia cum sciret eum Deus voluntate malum futurum,vt bonis noce-
Iacob 1. ret: creauit tamen illum,vt de illo bonis prodesset. Hoc autem fecit,vt illudatur ei. Il-
luditur enim ei, cum sanctis preficit tentatio eius. Sicut & mali homines, quos Deus
malos futuros præuidens creauit: tamen ad sanctorum vtilitatem,illuduntur,cum præ
statur sanctis eorum tentatione profectus. Sed ipse est initium, quia præcedit antiqui-
tate, & principatu malitiæ. Hoc autem illusio fit angelis malis, & hominibus malis
per angelos sanctos:quia subdit eis angelos malos,& homines malos, ut non quantum
nituntur, sed quantum sinuntur, possint nocere. Ecce apertè ostendit, qualiter præ-
dicta

dicta verba Iob intelligenda sint, & angelicam naturam bonam creatam esse asserit.

Quomodo intelligenda sint verba præmissa domini, disserit: euidenter tradens angelos esse creatos bonos, & post creationem cecidisse.

H Deinde qualiter verba domini,quæ supra posuit,accipienda sint, Augustinus aperit.
Vbi etiam sua,quæ prędixit, verba determinat euidenter docens angelos bonos fuisse
creatos,& post creationem interposita aliqua morula cecidisse,ita inquiens: Quòd pu-
tatur diabolus nunquam in veritate stetisse,nunquam beatam vitam duxisse:sed ab ini Aug li 11. ca 22. Iohan. 8
tio cecidisse, non sic accipiendum est,vt malus à bono Deo creatus esse putetur, quasi
ab initio nõ cecidisse diceretur.Non enim cecidit,si talis,id est,malus factus est. A quo
enim caderet? Factus ergo priùs, statim à veritate se auertit, propria potestate delecta-
tus:beatęq; vitæ dulcedinem non gustauit,quam acceptam non fastidiuit,sed nolendo
accipere amisit.Sui ergo casus prescius esse non potuit, quia sapientia fructus est pieta-
tis.Continuo autem,vt factus est,cecidit:non ab eo,quod accepit,sed ab eo, quod acci-
peret,si Deo subdi voluisset. Ecce hic apertè declarat, angelos bonos creatos fuisse,&
post creationem cecidisse: & fuit ibi aliqua morula,licet breuissima. Quòd Origenes
confirmat,super Iezechielem dicens:Serpens est hostis contrarius veritati: non tamen Origẽ super Iezechie Cap 11. Gene. 3.
à principio,neque statim supra pectus,& ventrem suum ambulauit,sicut Adam,& Eua
non statim peccauerunt:ita & serpens aliquando fuit non serpens,cum in paradiso deli
ciarum moraretur.Deus enim malitiam non fecit. Ecce apertè dicit,post creationem Sapi. 1.
interposita morula cecidisse. Ideoq; illa verba sic accipienda videntur: Homicida erat
ab initio,vel mendax,id est,statim post initium, quando sibi æqualitatem Dei promi-
sit,& seipsum occidit:qui homo dicitur in euangelio. Nec in veritate stetit, quia in ea
non fuit,sed ab initio temporis,id est,statim post initium temporis apostatauit. Potest Ioh. 8. Isa. 14. Matt. 13.
etiam,& sic accipi illud,ab initio homicida fuit, vel mendax, id est, ex quo homo fuit
conditus,quem per inuidiam in mortem precipitauit,& fallaciter seduxit.Ex prędictis
ergo liquet, angelos bonos omnes esse creatos, & post creationem quosdam cecidisse Angeli omnes boni principio creati.
à bono:quod habuissent, si perstitissent.

I *Quòd triplex fuit sapientia in angelis ante casum, vel confirmationem.*

Hic inquiri solet,quam sapiẽtiam habuerunt ante casum,vel confirmationem.Erat
in eis triplex naturalis cognitio,qua sciebant,ꝙ facti erant,& à quo facti erant,& cum
quo facti erant:& habeant aliquam boni,& mali notitiam,intelligentes quid appeten
dum, vel respuendum illis foret.

K *An aliquam Dei habuerint dilectionem, vel sui inuicem.*

Solet etiam quæri,vtrum aliquam Dei,vel sui dilectionem inuicem habuerint. Ad
quod dici potest,quòd naturalem dilectionem habebant;vt memoriam, intellectum,
& ingeniũ,qua Deum,& se aliquateuus diligebant:per quam tamen non merebantur

Sũma Distinctionis III.

Declarato præcedenti distinctione,ꝙ angeli sunt,& vbi,ac quando creati existãt,
nũc inquiritur,quales sint conditi,& primò,quales in naturalibus: secundò,qua-
les in gratuitis, vt pote an facti sint boni,& iusti, an praui, atquæ iniusti. Et circa hoc ponit, ac repro-
batur quorundam opinionem erroneam, & scisciatur, an inter creationem & lapsum reproborum
spirituum fuerit mora notabilis. Tertiò inuestigat, quales sint facti quoad felicitatem,& miseriam. &
exponit verba scripturæ, ex quibus quidam occasionem sumpserunt sui erroris. Ostendit autẽ Ma-
gister., quòd angelis in sua creatione attributa seu collata sunt quatuor: vtpote simplex essentia,per-
sonalis discretio (creari enim est suppositorum) sapientia quoque quantum ad intellectum, & li-
bertas seu amor quantum ad voluntatem. Quocirca determinat, in quibus conueniebant, & in
quibus distinguebantur.

QVAESTIO .I.

De Angelorum simplicitate.

Hic quæritur primò de angelorum simplicitate, videlicet *An sint puræ & immateriales essentiæ seu formæ in se subsistentes: an potius aliquid materiæ, saltem specialis, sit in eis.* ¶ Videtur quòd in
eis sit spiritualis materia. ¶ Primò, quia si non est Arguitur primò.
eis materia, actualitas, eorum esset illimitata, vt
pote non recepta in aliquo. Hoc autem proprium
deo, esse actum illimitatum. ¶ Secundò ens diuiditur 2
in actum & potentiam. Si ergo essentia angelorum est simplex actus, non admixtus materiæ,
sed forma in se subsistens. videretur esse actus purus,quod deo est proprium. ¶ Tertiò,in omni 3
creatura reperiuntur proprietas materiæ, quæ sunt recipere, indigere, moueri, mutari,substare: recipit
nãque esse & alia multa à deo, & incessabiliter indiget eo: & sicut iam patuit, etiam angelis conue-
nit moueri,mutari,successionemq́ue pati. ¶ Quartò, angeli sunt in prædicamento substantiæ, ergo 4
sunt materiales. Ait nanque Boethius, quòd Aristoteles extermis relictis, videlicet forma atque ma
teria, agit de medio, id est, de substantia composita. ¶ Quintò in libro de Causis asseritur,quòd in-
telligentia est habens hyliathim. hyle autem uocatur materia. sicq; videtur habere materiale princi-
pium.Rursus,in eo dẽ dicitur libro, quòd esse creatum cõponitur ex finito & infinito.& per finitũ in- 5 Esse creatum cõponitur ex finito & infinito.
telligitur actus limitatus. ꝑ infinitũ indeterminata
materia, vt vĩ. Cũ ergo angelus sit ens creatum,vĩ

ex illis cōpositus. Ad idē possunt multa adduci similia, sicut quod libro de Trinitate testat̃ Boethi⁹: Forma simplex subiectū esse nō pōt. Et rursus in omni, inquit, creato differunt, quod est, & quo est. Sāctus quoq; Dionysius, ac Damascenus fatentur, ꝙ angeli, quo ad Deū, sunt materiales, imò, & corporales: atq; ꝙ solus Deus gloriosus, & adorandus est prorsus immaterialis. Idem senserūt Plato, & magni Platonici, vtpotè, ꝙ in omni ente participato particulariter subsistente, inueniat̃ materia, vt patet in Elemētatione Procli, & in lib. Auicebrō de fonte vitæ.

Boethius. Diony.

¶ In oppositum est auctoritas Peripateticorum, qui substātias illas intellectuales nominant separatas. Magnus etiā Dionysius quarto capitulo de diuinis nominibus, angelos vocat immateriales. Porrò de hac materia, puta de simplicitate angelorum, & aliarum, tractatum est primo libro, distinct. octaua, & alibi in eodē: videlicet, an in illis differūt realiter essentia, atq; potētia. idcirco nūc breuiùs ptrāsibo.

In oppositum.

¶ Itaq; Thomas: Circa hæc, inqt, est triplex opinio. vna, ꝙ in omni substātia creata existit materia, atq; ꝙ omnium est vna materia. Cuius positionis auctor videtur Auicebron, qui fecit librum fontis vitæ, quem multi sequuntur. Secunda est, ꝙ materia non est in substantijs incorporeis, sed in omni corporali substantia etiā specie una. E hęc positio Auicennæ. Tertia positio est, ꝙ corpora cælestia, & elementa non communicant in materia. Et hæc est opinio Rabbi Moysi, atq; Auerrois, quæ, & Aristoteli magis concordare videtur. idcirco eligimus eam dicentes, ꝙ quicquid sit de corporibus: tamen in angelis nullo modo potest esse materia, tum ratione intellectualitatis, tum ratione incorporeitatis. Quòd enim nullum intellectuale sit materiale, communiter tenent philosophi. Nam ex immaterialitate intellectualitas naturæ concluditur: quia materia prima recipit formam, non inquantum est forma simpliciter, sed inquantum est hæc. H in forma existens in materia, non est intelligibilis, nisi in potentia: quia intellectus est formæ inquantum est forma. Idcirco intellectus habens materiam, non posset per formam suam intelligere, nec forma sua esset intellecta nisi in potētia. Cuius signū est, ꝙ forma materialis non est intelligibilis, nisi abstrahatur à conditionibus, appendicijsq; materiæ. Sicq; efficitur perfectio intellectus ei proportionata. Et ista necessitas abstrahendi consequitur materiam, non ex parte alicuius formæ. cum oīs forma per abstractionē à materia intelligibilis fiat: sed consequitur eam secundum se, siue sub forma corporali, siue spirituali. Secundò, ratione incorporeitas. Cum enim vni perfectibili debeatur vna perfectio, & in materia prima non sit vlla diuersitas: oportet, ꝙ omnis forma, ante quam non potest in materia esse, neque intelligi vlla diuersitas inuestigat eam totā; sed ante corporeitatem non pōt in materia intelligi diuersitas aliqua, quia diuersitas pſupponit partes, q̃ non possunt esse, nisi præintelligatur diuisibilitas, quæ consequitur quantitatem, quæ sine corporeitate nō est. Vñ oportet, ꝙ tota materia sit forma corporeitatis vestita: ideò omne incorporeū oportet esse immateriale. Veruntñ compositionem, quandā in angelo ponimus. Nēpe in rebus ex materia, & forma cōpositis, natura rei, quæ quidditas, vel essentia dicitur, ex coniunctione formæ ad materiam resultat vt humanitas ex coniunctione animæ, & corporis. De ratione aūt quidditatis, inquantum est quidditas, nō est, ꝙ sit cōposita: quia nunquā inuenire ē simplex natura, quod ad minus de Deo est falsum. Nec est de ratione naturæ, ꝙ sit simplex, cum quædā sit sit cōposita, sicut humanitas. Esse aūt, ſm quod res dicit̃ esse in actu, diuersimodè habet se ad diuersas naturas, seu quidditates. Quædā namq; natura est, de cuius intellectu non est suū esse: quia intelligi potest ignorando an sit, vt phœnix. Alia natura est, de cuius rōne est suū esse, imò ipsa est suū esse, taleq; est se non potest esse acquisitū: quia quod res habet ex sua quidditate, habet ex se. Porrò omne, quòd est citra Deū, habet esse acquisitū ab aliquo: idcirco in solo Deo suū esse est sua essentia. Sed cum quidditas, quæ sequitur compositionem, dependeat ex partibus, oportet, ꝙ non sit subsistens in esse, quod sibi acquiritur, sed ipsum compositū, quod vocat̃ suppositum: ideò quidditas composita non est ipsum, quod est, sed est hoc, quo aliquid est, sicut humanitate est homo. Quidditas verò simplex cum non fundetur in partibus, subsistit in esse, quod ei à Deo cōfertur. Hinc quidditas angeli est, quòd subsistit, & esse suum est, quo est. Sicq; angelus fertur compositus ex quod, & quo est, seu ex esse, & essentia. Idcirco in libro de Causis asseritur, ꝙ intelligentia non est esse tantum, vt causa prima, sed est in ea esse, & forma quæ est quidditas sua. Cumq; omne ens sit in potentia, quo ad id, quod habet aliunde, & nō ex se, q̃ditas est sicut potentia, & esse suū ē sicut actus ipsius. Vñ ex consequēti est ibi compositio ex actu, & potentia: & si ista potentia vocetur materia, angelus dicetur compositus ex materia, & forma, quamuis hoc sit omnino æquiuocè dictum Sapientis aūt est de nominibus non curare. Hæc Thomas in Scripto.

Thomæ. Opinio 1. Auicebrō

Esse diuersimodè se habet ad diuersas naturas.

Angelus ex quibus compositus

Idē Tho.

¶ At verò in prima parte Sūmæ, quinquagesima quæstione, primò probat angelos incorporeos esse: Necesse est, dicēs, aliquas creaturas incorporeas ponere. Id namq;, quod Deus præcipuè in rebus creatis intendit, est bonū, quod cōsistit in asimilatione ad Deū. Perfecta aūt asimilatio effectus ad causam attenditur, qñ effectus imitatur causam ſm id, per quod causa producit, quemadmodum calidum efficit calidū. Deus verò operatur per intellectum, & voluntatem. Hinc ad perfectionem vniuersi requiritur, ꝙ sint aliquæ creaturæ intellectuales. Porrò intelligere nō potest esse actus corporis, nec alicuius virtutis corporeæ: qñ omne corpus determinatur ad hic, & nunc. Ad hoc ergo, ꝙ vniuersum sit perfectum, oportet, quòd sit aliqua incorporea creatura. Antiqui verò ignorantes uim intelligendi, nec distinguentes inter intellectum, & sensum, putabant nihil esse in mūdo, nisi quod sensu, imaginationeq; capi potest. Et quia sub imaginatione non cadit nisi corpus, æstimabant nullum ens esse nisi corpus, vt quarto physicorum ait Philosophus. Inde processit error Saducæorum dicentiū non esse spiritum, nec angelum. Sed hoc ipsum, ꝙ intellectus est altior sensu, rationabiliter pandit esse res incorporeas quasdam solo cognoscibilis intellectu: & istæ sunt mediæ inter Deum, atque corporea. propter quod cōparatione Dei dicuntur corporeæ: quoniam medium comparatum vni extremo videtur aliud esse extremum: sicut tepidum calido comparatum, videtur vt frigidum: & iuxta hoc auctoritates sancti Dionysij, ac Damasceni sunt exponendæ.

Ad perfectionē vniuersi quid requiritur

Antiquorum error

Actu. 23.

Saducæorum error

Idē Tho.

Consequenter probat ibidem angelos esse immateriales: Quidā, inquiens, dicūt angelos ex materia, & forma compositos. Quòd Auicebrō in libro fontis vitæ conatur astruere, supponens, ꝙ quecunque distinguunt̃ intellectu, distinguā̃tur, & re. In substātia aūt incorporea intellectus aliq̃d apprehendit, p quod distinguitur à substātia corporali: & aliq̃d p quod cum illa communicat. Vnde concludit, quòd id, quo substantia incorporea differt à corporea, sit ei pro forma: & id quo cum ipsa cōmunicat, quod & subijcitur formæ, sit eius materia. Hinc ponit, ꝙ spiritualium, & corporalium eadem sit communis materia, ita ꝙ forma substātiæ incorporalis impressa sit materiæ spiritualium, sicut forma quantitatis impressa est materiæ corporalium. Sed primo, aspectu apparet hoc impossibile esse. Forma etenim spiritualis, & corporalis recipi nequit in eadem parte materiæ: quia sic vna, & eadē res numero esset corporalis, & spiritualis, nec materia diuidi potest nisi per quantitatem: qua remota. substantia manet indiuisibilis, vt primo physicorum habetur. Oportet ergo materiam spiritualium quantitati esse subiectā, quod est impossibile. Hinc impossibile est, vnam spiritualium, corporaliumq; esse materiam. Impossibile, quoq; est, ꝙ substantia intellectualis materiam habeat qualemcunq;. Operatio namque cuiuslibet rei est secundum modum substantiæ eius. Intelligere aūt est opatio prorsus immaterialis: quod apparet ex eius obiecto, à quo actus sumit rōnem, ac speciem. Si quippe vnumquodq; intelligitur, ſm quod à materia abstrahitur. Nam formæ in materia sunt indiuiduales, quas intellectus non apprehendit, vt tales, nisi p reflexionem &c. Nec oportet distincta secundū intellectū distingui realiter, qñ intellectus non apprehēdit res ſm modum rerū, sed suū. Vnde materialia infra intellectū existentia, simpliciori mō, sunt in intellectu, q̃ in seipsis. Angeli verò sunt supra nostrum intellectū: idcirco nō valet ꝙ tingere ad apprehendendum eos secundum quod sunt in seipsis, sed per modum, quo apprehendit composita. Sic quoque apprehendit, & Deum. Hæc in Summa.

Non esse vnā materiam spūaliū, & corporalium.

Idē Tho. in Sūma.

¶ Amplius, de hac re loquitur Thomas diffusiùs in Summa contra gentiles lib. 2. per diuersa capitula, primo ostendens, ꝙ ad perfectionem vniuersi exigitur esse quasdam substantias intellectiuas, ad Deum creatorem reditiuas, non solū quantū ad similitudinem sui esse, quod est actus primus, sed etiā operationis, quæ est intellectio, ac volitio: ita ꝙ creatorem suū cognoscerent, amarēt, & colerent. Deinde, ꝙ tales substantiæ non sunt corpus, nec corpora, nec corporeæ, cum illæ substantiæ sint otium receptiuæ, contentiuæ, & cognitiuæ, immaterialiter, & abstractè, non cōmensuratiuè, nec quantitatiuè, ideoq; immateriales existant, & formæ in se subsistētes: non tamen omnimodè simplices. Et de his multa conscribit ibidem iuxta sua principia: quæ tamē faciliter soluerentur ab aliter sentientibus. Attamen angelos immateriales esse, simpliciter reor tenēdū, præsertim ob auctoritatem diuini, & magni Dionysij, qui in pluribus locis id insinuare videtur, vocando eos simplices, & deiformes intellectus, ac lumina quædam pura, mentes, & animos supermundanos. Vnde, & quarto de diuinis nominibus ait capitulo: Propter diuinæ bonitatis radios substiterunt omnes intellectuales substantiæ, quæ sicut incorporales, ita, & immateriales censentur.

Angelos esse immateriales.

S. Dionys.

Petrus.

¶ Veruntamen Petrus præfatas duas narrans opiniones, primam dicit planiorem, & ei magis consentire videt̃, vtpotè, ꝙ ī angelis sit spiritualis materia. Concedit tñ, ꝙ in omni creato differunt realiter esse, & quidditas, & ipsum quod est angeli, dicit esse eius essentiam, prout est in potentia ad esse, quod recipit: atq; hoc ipsum, quod est, concedit esse cōpositum ex materia spūali, & forma. Veruntñ sobriè, opinatiueq; loquit̃, vtriusq; opinionis motiua moues, & soluens. Porrò ad q̃stionem hanc, vtrum substantia angeli sit simplex, cōpendiosè rñdet: Aliquid dr simplex dupliciter. Primò vniuersaliter, à priuatione cōpositionis. & sic nulla creatura præsertim subsistens, est simplex. differūt enim in ea, esse, & agere, essentia, & actio, quod est, & quo est. Secundò, in genere creaturarum, seu comparatinè. Sicq; angelus simplex est, qm̃ minimam inter oēs creaturas subsistens habet compositionē. Materia aūt secundū suā essentiam est simplicior angelo: sed ipsa est pars rei subsistentis. non per se subsistens. Ipsa quoq; secundum esse suum non est simplicior angelo, sed econtra. Componitur enim diuersitati substantialium, ac cidentaliū q; formarū. Quatuor verò attributa sunt angeli: vtpotè simplex essentia, personalis discretio potentia imaginis, & libertas arbitrij. Hæc Petrus.

Vtrū substantia angeli sit simplex.

Attributa angeli sūt

¶ Præterea pinductis obijci posset, ꝙ in lib. de mirabilibus scripturæ loquit̃ Augustinus: Deus oīpotens ex informi materia, quam priùs de nihilo pduxit, cunctarum rerū sensibilium, & insensibilium, intellectualium, & intellectu carētiū species multiformes diuisit. Et rñdendū, ꝙ August. in verbis illis materiam primā sumpsit largissimè p omni eo, quod ē in potētia ad aliud: sicq; nō solū materia corporaliū, sed q̃dditas quoq; substātiarū immaterialiū, nomine materiæ cōtinet. Propriè aūt sumēdo materiā August. phibet angelū, & materiā simul creatos: angelū ppe Deū, materiā prope nihil. Hinc, & Boeth. lib. de duabus naturis Chri fatet: Oīs natura incorporalis substātiæ nulli materię fundamēto inititur.

August.

Augustini verba qua liter intelligenda.

Boethius.

¶ Præterea Richardus hic fatis fortiter tenet, ꝙ in angelis sit spiritalis materia, alterius rōnis à materia corporali. Ad istam, inquiens, quæstionem aliqui dicunt, ꝙ angeli essentia non est composita ex forma, atq; materia: siue loquamur de materia vnigenea, i. vnius rationis, seu generis cū materia corporaliū, siue nō: nec tñ essentia angeli purè est actualis, sed aliquo mō possibilis, seu potentialis. Non n. oportet, ꝙ quælibet possibilitas requirat materiam: qm̃ omnis forma creata, inquantum à Deo est dependens, atq; possibilis. Pro hoc videtur esse, quòd primo sue metaphysicæ loquit̃ Auicēna, ꝙ esse substantiæ, inquantum est substantia tantum, non pendet ex materia. Alioquin non esset substātia nisi sensibilis. Sed hi debili innituntur fundamento. Non enim dicitur materia esse necessaria ad hoc, vt sit res sic possibilis respectu primæ causæ: sed ad hoc, vt sit possibilis respectu sui ipsius, seu alicuius inferioris. Angelus aūt cum moueat se de vno velle ad aliud, & de vna cogitatione ad aliā, atq; de loco ad locum, quamuis non p commensurationem, possibilis est aliquo modo respectu sui ipsius: qm̃ omne motum, inquantum tale, possibile est respectu motoris. Auctoritates aūt B. Dionysij, & Boethij, quę ad oppositum allegantur, intelligendæ sunt de materia vnigenea materiæ corporaliū. Nec debent innīti auctoritati Auicen. qm̃ Auicenna, & Aristoteles & auctor de Causis, senserunt intelligentias, nunq; incepisse, nec eas esse possibiles nisi respectu causæ primæ, nec vllo mō mutabiles. Ideò nō est mirū, si in hoc errore manentes, negauerūt in ipsis materiā. Si aūt credidisset Auicēna eas incepisse, ac esse mutabiles. posuisset in eis materiam, cū 4. metaphysicę suę loquat̃: Oē quod incipit esse post nō eē, habet sine alia: Quòd res ſm qd ē in potētia, & ī actu, ē alia, & dubio materiā. Sc d'o quoq; metaphysicæ alia. Si de mū credidisset Aristoteles, ꝙ intelligētię à se ipsis eēnt mutabiles: posuisset ī eis materiā, cū 2. metaphysicę dicat: Materiā in oī qd̃ mouet̃, intelligere ē necesse. Hinc mihi vr̃, ꝙ eēntia angeli cōposita est ex for-

Boethius.

Richard.

Auicenna

Auctoritates Dionysij, & Boethij qualiter intelligendæ.

Angeli essentia ex cōposita.

nia, & materia, extẽdendo nomen materiæ ad oẽm naturam posibilem, ex qua, & alia natura actualiori constituitur vnum per essentiam. Quod sic declaro: Idẽ respectu eiusdẽ, non est agens, & patiens simul rõne eiusdem rei: quia cum agens agat inquantum est in actu, & non inquantũ est in potẽtia: & patiens patiat inquantũ est in potentia, non vt in actu si idem respectu, ac rõne eiusdem simul esset agens, & patiens, sequeretur, quòd idem respectu, ac rõne eiusdem simul esset in actu, & nõ in actu, & in potẽtia, & non in potentia. quæ cõtradictoria sunt. Sed mouere est agere, & moueri pati: ergo idem respectu eiusdem, non est mouens, & motũ simul rõne eiusdem. Cumq; mõ præfato angelus se moueat, ac mutet, patet, q̃ idem angelus est mouens, & motus respectu eiusdem, videlicet suijpsius. Ergo in eius essentia ẽ una res, per quam ipse se mouet, & alia, per quam mouetur, quartum primã dicimus formã secundum materiam. Ad hoc facit, quòd in libro cõfessionum asserit Augustinus: Omne mutabile insinuat notitiæ nr̃æ quandam informitatem, quæ accipit formam. Et quod vndecimo metaphysicę loquitur Commentator: Causa potentiæ in rebus in quibus est potentia, est materia. Super actuũ quoq; physicorum: Hæc, inquit, propositio est conuertibilis: Quòd simplex est, caret potentia: & quod caret potentia, simplex est. Potentia enim est causa compositionis alicuius ex duabus substãtijs. Vnde, & primo de Trinitate testatur Boethius: Formæ simplices subiecta esse non q̃unt. Nã quod cæteræ formę accidẽtibus subiectæ sunt, vt humanitas: non ita accidentia suscipit in eo, q̃ ipsa est, sed in eo, q̃ materia ei subiecta est. Interpositis quoq; paucis, subiungit: Quòd forma, quæ est sine materia, non põt esse subiectum. Angelus autem, quorundam accidentium est subiectũ. Ad hoc valet, quod ait libro de vno, & vnitate, de angelo, & aia, q̃ vnumquodq; eorũ unũ est coniũctione formæ, atq; materiæ. Hæc Richard.

Angeli essentia vnde compo sita.

August.

Commentator.

Boethius.

Richard.

¶ Amplius quærit Richardus, Vtrum in angelis sit aliqua realis cõpositio ex esse, & essentia. Et quãuis de hac quæstione introducta sint multa super primum distinctione octaua secundum Thomã, Albertum, Bonauenturam, Aegidium, Vdalricum, præsertim quoq; secundum Henricum: hic tamen aliqua addam, & primo secũdum Richardum, qui de hoc frequenter scribit opinatiuè, & super primum differt, ac refert se ad secundum. Itaq; ait; Ego mõ quo essentia angeli, & esse ipsius differunt, est cõpositio ex eisdem. Dicuntq; aliqui, q̃ esse angeli non differt realiter à sua essentia, sed rõne duntaxat: idcirco ex esse, & essentia non est compositio in angelo, nisi secundum rationem. Sed hæc opinio stare non ualet: quia quæ sola differunt ratione, de se inuicem prædicantur, vt genus de specie, vt species de indiuiduo: hæc autem est falsa, Esse angeli est sua essentia. Præterea Hugo primo didascalon, ca. 6. In solo, inquit, Deo idẽ est esse & quod est. Alij dicunt, q̃ cũ essentia angeli sit composita ex actuali, & posibili, sic, q̃ id, quod est actuale in eius essentia, est actuale esse ipsius. Et si objiciatur, q̃ essentia potest intelligi simplici intellectione præter actualem eius existentiam, nec põt intelligi præterea, quæ sunt de eius ratione, seu præter id, quod ipsa est: Respondet quòd angelus intelligi nequit, non intellecta re, quę est eius existentia actualis, quamuis non sub ratione actualis existentiæ. Nec mirum. Quòd enim est vnum in re, potest esse plura ratione, atque intelligi sub vna sua ratione, non sub alia. Sicq; id, quod est actuale in essentia angeli, sub alia rõne est pars suæ essentiæ, atq; sub alia ratione est illius essentiæ actuale esse, seu existentia actualis. Hinc secundum istos: esse angeli nõ prædicatur de eius essentia, sicut, nec pars de toto. Sed contra hoc arguit: Per id, quòd est posibile in essentia angeli, aut intelligunt carentiam perfectionis actualitatis, aut aliquam materiã intelligibilem, quæ est natura potentialis non simpliciter, sed respectu formæ angeli: aut aliquam naturam purè potentialem. Si primum, cum illa carentia non dicat reale aliquid positiuum, non potest esse pars essentiæ angeli. Atque secundum hoc, esse actuale essentiæ angeli, esset realiter sua essentia, nõ differens ab ea secundum aliquid positiuum absolutum, seu relatiuum. sicq; non esset essentiæ pars, sed tota essentia. Si secundum, adhuc nihil esset de essentia angeli ni si actualitas: quoniam sicut posibilitas formæ non esset eius essentia, ita nec posibilitas materiæ, sed tantummodo constitutũ ex actualitate materiæ incompleta, & actualitate formæ cõplente. Sicq; adhuc sequeretur, q̃ actuale esse angeli, esset realiter sua essentia, non pars eius. Si tertiũ, probabilis esset opinio, suppposito, q̃ in natura angeli posset esse aliqua natura purè potentialis de eius essentia, vtpotè spiritalis materia. Sed quoniam id, quod est loco materiæ in angelo, non est natura purè potentialis, sicut patebit: videlicet, quia spiritalis illa materia est alterius rationis à materia corporalium, ideò illi opinioni non consentio. Alij dicunt, q̃ esse angeli vltra suam essentiam addit rem aliquã absolutam, ita quòd esse est actus essentiæ: nec est accidens, imò est quid nobilius accidente: quia essentia plus habet de posibilitate, quàm esse suum. quod intelligunt de esse actuali: quia in hoc cuncti conueniunt, q̃ esse essentiæ non differt realiter ab essentia saltem re absoluta. Alij dicunt, q̃ esse nil absolutè dicit super essentiam angeli, seu aliorum, sed tantum realem relationem ad datorem ipsius esse. Talis namque est distinctio inter substantiam, & accidens, q̃ substantia nata est existere in se, accidens autẽ in alio. Si igitur esse esset absolutè aliud ab essentia, cum non valeat existere in se, sed in ipsa essentia, esset accidens essentiæ. Quod esse non potest, cum esse sit actualiùs, quàm essentia. Denique secundum philosophum primo de generatione, Substantia non habet esse simpliciter per aliquod accidens, sed esse tale. Sequeretur itaque, q̃ essentia angeli per suum esse non haberet esse simpliciter eo modo, quo esse simpliciter competit creaturæ. Esse ergo vltra essentiam angeli, seu alterius creaturæ non dicit nisi relationem ad Deum, inquantum est causa efficiens, & dator ipsius esse. Ideò non cõceditur, quòd esse creaturæ est sua essentia, sicut nec ista currere est cursus: quia quod cursus dicit absolutè, currere significat in relatione ad currentem. Veruntamen quoniam relatio creaturæ ad datorem ipsius esse, res aliqua est, quamuis non absoluta: ideò siue dicatur, q̃ esse creaturæ dicat rem aliquam absolutam vltra essentiam, siue solam relationem: concedendũ est, quòd in angelo, omniq; creata substantia, est compositio quædam realis ex esse atque essentia. Et si huic objiciatur opinioni, quòd possumus intelligere actualem existentiam angeli, non intelligendo eam sub ratione, qua creatus est; dico, q̃ eo modo, quo intelligo actualem existentiam angeli, intelligo relationem eius ad creatorẽ. Si enim intelligo actualem existentiam eius in communi, intelligo relationem eius ad datorem sui esse implicitè, atq; in generali. Si autẽ intelligo actualem existentiam eius distinctè, & in speciali, intelligo relatio-

Arguitur in contrarium.

Opinio Thomæ.

Opinio Henrici.

Aristotel.

Hugo.

Obiectio.

Ad obiecta rnsio.

relationem ipsius ad sui esse datorem in speciali, & distinctè. Hæc Richardus.

¶ Qui diuertit ad hoc, q̃ esse superaddit essentię, quid reale. sed an relationem duntaxat, an quid absolutum, non determinat, sed per modum indifferẽtis se habet, vtriusq; opinionis argumenta dissoluẽs & inter cætera dicens, q̃ secundum nonnullos Boethius, per quod est, non solum designat essentiã, sed suppositum creatum, quod dicit creatam essentiam cum naturalibus suis proprietatibus Et per esse, seu quod est, quidam intelligũt esse diuinum, & increatum, quo omnia sunt efficienter, non formaliter. Argumentum quoq;, quo Thomas præcipuè utitur, ac inniti uidetur, q̃ scilicet essentia potest intelligi præter suum esse, imò, & intellecto illo non esse, dicit sic posse solui: Quamuis essentia angeli non queat intelligi præter id, quod realiter est suum esse, attamẽ potest intelligi non sub formali, ac propria ratione qua dicitur esse, quia eiusdem materialiter, seu realiter possunt esse rationes diuersæ. Vnde intelligi potest color, non sub ratione, qua specialis color, nihilominus idem sunt color, & specialis color.

Diony.

Argumentum Tho. quẽadmodum soluitur.

Henricus

¶ Præterea quid hac de re sentiat Henricus, dictum est supra primum, vbi inducta est eius responsio in primo suo quodlibeto, quæstione 8. Verum tertio quodlibeto, quæstione 9. quærit, An ponenda sit essentia aliqua in creaturis, per indifferentiam se habens ad esse, & non esse. Et arguit, q̃ sic: quoniam ad scientiam habendam de re, non requiritur esse, neque non esse. Nam siue res actualiter sit, siue non sit, nihilominus scitur de ea quid sit. Et respondet, Sicut vult Auicenna primo metaphysicæ suæ, vnaque que res in sua natura specifica habet certitudinem propriam, quæ sit eius quidditas, qua est id, quod est, & non aliud à se. Hinc conuenit ei intentio, seu ratio qua dicitur res, quæ intentio alia est ab intentione ipsius esse, quæ sequitur intentionem essentię. Ex hoc, namq; q̃ certitudo rei est id, quod est ẽm in se ex hoc inquam habet esse in anima, seu in cõceptu intellectus creati, aut increati, non in singularibus extra. Certitudo quippe naturæ cuiuscunque, quantum est de se, habet conceptum absolutum, quo scit quid est res, absq; communicantia, vel concomitantia intelligendi eam esse vllo mõ iam tacto. Veruntamen non dico, q̃ extra animam, seu intellectum, & extra singularia habet esse absolutum, aut separatum, sed q̃ natura secundum se habet absolutũ conceptum, absq; omnibus conditionibus, quæ sequuntur. Nec sequit inde, q̃ sit realiter separata, imò rei sic absolutè acceptæ, solum conuenit esse, quod est. Sic namq; de rõne humanitatis nõ est vniuersalitas nec particularitas, nec vnum, nec multa, sed solum humanitas. Denique, circa rei quidditatem possumus habere triplicem intellectum verum, & vnum falsum. Triplicem quippe habet intellectum verum sicut, & tres modos in esse. Vnum enim habet eẽ naturæ in rebus, alterum verò habet eẽ rõnis, tertium autem habet esse essentiæ: quemadmodum animal acceptum cum accidẽtibus suis in singularibus, est res naturæ: acceptum verò cum accidentibus suis in anima, est res rationis: sed acceptum secundum se, est res essentiæ: de qua dicitur, q̃ essentia eius est priùs, q̃ esse suæ naturæ, vel rationis, sicut simplex est priùs composito. Hoc esse essentiæ, propriè dicit esse diffinitiuum, & duidditatiuum: quod nulli conuenit, nisi cuius ratio exemplaris est in intellectu diuino, per quam natum est produci realiter, ita, q̃ sicut ex relatione, & respectu ad Deum tanquam ad causam efficientẽ, habet, q̃ sit ens in effectu, & esse existẽtiæ habẽs: ita ex relatione, & respectu ad ipsum sicut ad causam, & formam, seu rõnem exemplarẽ, habet, q̃ sit ens aliquod per essentiã, seu esse eẽntiæ habẽs. Cęteris non cõuenit, eẽ, sed magis priuatio. Intellectus aũt falsus circa id, quod ẽm se est quidditas aliqua, est intelligere ipsum esse aliquid ẽm se, absq; omni conditione alterius, tam extra intellectũ quàm extra singularia. Sicq; aliqui imaginãtur esse essentiæ rei, quod distinguunt ab esse existentiæ, & ab esse rationis. sed male sic opinant. Quemadmodum enim esse naturæ, seu existentiæ rei, appellatur certitudo eius cum cõditionibus, seu proprietatibus eius, quas habet ab efficiente in ipsis rebus: & esse rõnis, ac certitudo, quam habet cum cõditionibus, quas habet ab intellectu in eius conceptu in relatione ad aliquid aliud: sic esse essentiæ rei appellatur certitudo eius absolutè accepta, absq; omni conditione, & proprietate, quam nata est habere in eẽ naturæ, & rõnis. Dum itaq; quæritur, an sit ponere aliquam essentiam habentem se per indifferentiam ad esse, & non esse: si intelligatur de nõ esse eius, quod non habet exemplar in Deo, nec natũ est esse, vt esse Chimæræ, nec est positiua natura: aut de non esse, quod negat esse secundũ unum modũ essendi, ponit tñ esse secundũ alium modum, videlicet, quod negat esse actualis existentiæ. Loquendo igit̃ de nõ esse primo mõ, & de quocũq; esse sibi opposito, nõ est ponere in rerũ natura, neq; in intellectu aliquã essentiam, q̃ per indifferentiam se habeat ad esse, & ad non esse: quia quod illo mõ est non esse, de se est necesse non esse. Quòd aũt ex sua natura est vera essentia, non põt sic non esse, imò natũ est eẽ. Loquendo aũt de non eẽ secundo mõ, puta de nõ eẽ actualis existentiæ, & de esse sibi opposito, bñ est ponere essentiam indifferenter se habentẽ ad esse, & nõ esse sicut essentia rosæ est eẽ florẽ, qui tpe hyemali non est, tempore æstiuali est. Veruntũ distinguendum est de indifferentia. Nam aliquid per indifferentiam se habere ad esse, & non esse, intelligi põt dupliciter. Primò, q̃ de se habeat neutrũ, sed æqualiter habeat se ad utrunq;. Alio mõ, q̃ quantũ est de natura & essentia sua, non ita sibi determinat unum, quin posit habere alterum. Isto secundo modo essentia cuiuslibet creaturæ inquantum est creatura, per indifferentiam se habet ad esse, & non esse: imò relictum sibi, cadit in non esse, estq; à Deo creabile, aut creatum. Si demum loquamur de indifferentia ad esse, & non esse primo modo, ità uidelicet, quòd de facto neutrum habeat, sed æqualiter se habeat ad vtrunque, hoc modo per indifferentiam se habere ad esse, & non esse, intelligi potest dupliciter. Primo modo, quo ad conceptum mentis de ipsa essentia. Secundò, quantum ad ipsam rem in seipsa. Primo modo, dico, quòd essentia cuiuslibet creaturæ per indifferentiam simpliciter, & absolutè se habet ad esse, & non esse. Esse etenim, & non esse, sunt extra, & præter essentialem rei diffinitionem, intentionem, & rationem, vt patuit. Mentis ergo conceptus essentiam rei concipit absolutè, super quam fundatur per se veritas enunciationum de inhærentia essentiali, ut quòd homo est homo, seu animal, & super hoc fundatur per accidens, quod habet esse in particularibus. Nempe, quòd homo est homo, & animal, pro certo habet ex certa ratione suæ naturæ, non ab alio: quoniam quantum ad hoc, non est aliquod factum, sed solum habet hoc, quia formaliter est in intellectu diuino. Hinc veritas enunciationum super certitudinem talem fundata, potest esse æterna in intellectu æterno: & æquali-

Diony.

Circa rei quidditatẽ triplex intellect⁹.

Auicenna

Simile.

Esse naturę, seu existentiæ.

Esse essentiæ rei.

Aliquid p indifferentiam se habet ad esse & non esse dupliciter.

Actuale esse est extra veritatis certitudinem.

ter vera est, re existente, & non existente: qm actuale esse extra veritatis rectitudinē est. Si verò loquamur de essentia creaturæ, quo ad certitudinem eius in seipsa: sic dico, ꝙ nullo mō ꝑ indifferētiā se habet ad esse, & non esse in effectu, seu actu, ita quòd de facto neutrum habeat. De quolibet enim affirmatio, aut negatio, & non simul de eodē. Quāuis em̄ essentia creaturæ neutrum illorum in sua rōne includat, semper tn̄ alterum illorum habet. Hæc Henricus.

Qualiter esse actuale, & essentia differāt

¶ Ex cuius dictis habetur, quòd esse actuale, seu existentia actualis, & essentia, non differunt realiter sed ratione, & relatione: ita quòd vnum, & idem, relatum ad Deum sicut ad causam exemplarem, vocatur essentia, seu esse essentię: relatum verò ad Deum vt ad causam efficientem, dicitur esse existentiæ. Verum verba hæc eius iam tacta, videlicet, Nempe, ꝙ homo est homo, & aīal, habet ex rōne suæ naturæ, non ab alio effectiuè: quia quantum ad hoc, non est aliquod factum, sed solum habet hoc, quia formaliter est in intellectu diuino: istud inquā, non videt̄ satis resolutè, ac securè prolatum. Nam iam secūdum rei veritatem, atq; de facto, hominem esse hominē, & animal, est aliquid positiuum reale: ergo creatū est. Rursus hominem esse hominē, non est nisi ipsemet hō, qui creatura veraciter dicitur. Iterum, quicquid habet creatura, habet effectiuè à Deo: ergo, ꝙ homo est animal, habet à Deo. Denuo, hominē esse hominem, & hominē esse, sunt realiter idem secundum Henricum. Sed hominē esse, & effectiuè à Deo ergo, & hominem esse hominem, est aliquo modo à Deo efficienter: & non solum habet hoc, quia formaliter est in intellectu diuino, per rationem videlicet exemplarem præsertim. Et est alia ratio, ac confirmatio prædictorum: quia quod Deus de rebus in seipso formaliter, exemplariterq; concepit, hoc eis effectiuè, & executiuè per creationem, seu efficientiam contulit. Ideò sicut hominem esse animal, est à Deo formaliter ꝑ æternam præconceptionem, exēplaremq; institutionem, ita est ab ipso per realem, & effectiuam productionem, & executionem.

Idē Hēri.

¶ Præterea decimo quodlibeto mouet idem doctor hanc quæstionem: vtrum ponens essentiā creaturæ idem cum suo esse, possit saluare creationem. In cuius quæsiti determinatione, prolixè, ac diffusè imò, & profundè de ista tractat materia, ponēs fortiora alterius opinionis motiua, ac eadem soluens, & inter cætera loquens: Hic oportet primò videre, quomodo esse se habeat ad essentiam. Et de hac re in primo nostro diximus quodlibeto, & adhuc dicimus, quòd esse creaturæ non est aliquid re absoluta aliud à creaturæ essentia, additum ei, vt sit actualiter, seu in effectu: imò creatura sua essentia, seu quiditate, qua est id, quod est, habet esse: non inquantū est essentia secundum se, & absolutè considerata, sed vt considerata in comparatione, & ordine ad diuinam essentiam. Etenim inquantum ipsa secundum se absq; omni addito absoluto, est similitudo diuinæ essentiæ secundum rationem causæ formalis, seu exemplaris, conuenit ei esse essentiæ: inquantum verò ipsa in se absq; omni absoluto adiuncto, est effectus diuinæ essentiæ, vel immediatè: vel mediatè conuenit ei esse existentiæ, ita vt nec esse essentiæ, nec esse existentiæ aliquid superaddat formale & absolutum creatæ essentiæ, sed solum respectum ad aliud. Sed obiecit nobis aduersans, quia essentia de se est in potentia ad esse: ergo recipit illud aliunde, nec est realiter idem cum illo. Dicendum, ꝙ aliquid ex se est potentiale dupliciter Primò, vt subiectum transmutationis à non esse in esse. sicq; materia sola in naturalibus est in potentia. Secundò, vt terminus productionis. & sic forma, quæ educitur, est in potentia, seu ipsum compositum. & tale ens, vt relatum ad causam efficientem, est quid actuale, inquantum participat actualitatem, & perfectionē illius. Secundò sic arguit: Ex eo, ꝙ creata essentia habet respectum ad Deum, nō existit, sed est ad aliqd: ergo relatio ad primam causam efficientem, non confert essentiæ, quòd sit ipsa existentia actualis. Dicendum, quòd existere creaturæ re vera nō est existere absolutè, sed sub quadam dependentia ad manu tenentiam creatoris, & ita in quodam respectu. Denique, quòd esse nihil reale superaddat essentiæ, probauimus. Primò, qm̄ veritas, bonitas, & vnitas, nihil reale absolutum addunt essentiæ, ergo nec entitas, Ad quod aduersarius ille respondit: Ens vno modo dicitur, prout diuiditur in decem prædicamenta, quod est ens ab esse essentiæ, nec aliquid addit quidditati, sicut nec veritas, vnitas, seu bonitas. Secundò dicitur ens, quod existit in rerum natura, quod est forma addita quidditati. Aliter creatura tantæ esset actualitatis, ꝙ ex seipsa posset existere. Contra quod, dico, ꝙ non sequitur: quoniam essentia creata ex seipsa non habet esse, sed effectiuè à Deo. Secundò sic probo intentum: Si essentia non habet esse nisi per absolutum quid additum, hoc additum est creatura, de se non habens existere, neque secundum se, neq; in alio: ergo ei per creationē acquiritur, seu confertur esse aliud à se, eademq; ratione illi esse aliud esse, & ita in infinitum. Iuxta hoc aduersarius arguebat ad idem aduersus se, sic: Sicut essentia est posibilis ad esse, & non esse, ita & illud esse: ergo non nisi per aliquid additum habet existere, quemadmodum, neq; essentia, & ita in infinitum. Ad quod respondit, quòd illud esse est posibile esse, cui acquiritur esse. Sed hoc est per accidēs videlicet quia non habet esse nisi in ipso posibili ad esse. Verum tamen quantum est de se, semper habet esse sicut dicunt philosophi, quòd omnis forma quantum est de se, est actus quidam, & necesse esse: sed quod non est necesse esse, venit per accidens, s. quia recipitur in posibili esse, hoc est, in materia. Idcirco non itur in infinitum, qm̄ illud primum esse non recipit aliud esse à se: quia non recipit esse, nisi quia recipitur in alio, quod eo habet eē. Verū ex hoc dicto apparet mox falsitas periculosior, quòd scilicet formæ creaturarum ex se, & ipsum esse, quo creatura formaliter existit, non sunt posibile esse, sed necesse esse, nisi quia sunt in posibili esse: cum ramen non sit nisi vnicum necesse esse, puta esse diuinum, & increatum. Tertiò arguo sic: Tale esse non pōt esse accidens, neq; substantia, quia nec est materia, nec forma, neq; compositum. Ad quod ille rndit, quòd licet non sit substantia recipiendo de se substantiæ prædicationem: est tamen de genere substantiæ, sicut principium, & forma qnædam dans actualitatem essentiæ, sicut forma dat actualitatem, & hoc suo modo, quemadmodum punctus est de genere quantitatis, quamuis quantitas non prædicetur de eo. Sed hoc stare non valet, quoniam esse non est de prædicamento substantiæ, vt forma substantialis. Tunc enim rerum essentiæ seipsis, seu suo esse essentiæ non constituerent prædicamentum, sed suo esse existentiæ. Nec esset aliquod prædicamentum, nisi essentijs rerum existentibus. cuius cōtrarium vult Auicenna, atq; Tgemistius super prędicamēta. Prętterea Algazel in logica sua dicit expresse ꝙ homini eē existentiæ accidens est entis. Auicē naq; ait, ꝙ essētiæ rei accidit eē, quod nō est ipsa, vt quòd

Ad obiectā rnsio.

Aliquid ex se est potiale dupliciter.

Arguit secundò.

Solutio.

Esse nihil reale superaddit essentiæ.

Arguitur contrariū.

Arguitur tertiò.

Algazel.

ꝙ sit vniuersalis, vel particularis, in aīa, aut extra aīam, & vniuersaliter, ꝙ sit, seu nō sit. Auerrois quoque super quintū metaphysicæ contestatur, ꝙ istud esse est de prædicamento accidentis, & illud, quod est esse essentiæ, est de ꝑdican. ento generis substantiæ. Quòd, & ipse sufficienter confessus iā supra vbi ait, ꝙ esse existētiæ, est forma superaddita essentiæ Et constat, ꝙ non sit forma substātialis, qa sic nequaquam pertineret ad prædicamentū accidentis. Et si spectat ad illud, non est de gñe substantiæ sicut principium: sicut nec esse essentiæ, quod est extra omne genus Vñ & super illud Boethij, Vnumquodq; hēt esse ex his, ex quibus est, id est, ex partibus suis, asserit Cōmentator: Esse namq; & id, quod est, nullo ꝓprius conueniunt gñe. Et super illud de duabus naturis Christi, quæ est de hominisq; coniunctio: Esse, inquit, & quod est, nec eiusdem gñis, nec eiusdē sunt rōnis, idcirco non componuntur, constituēdo aliquod totum, quod sit in gñe per se Sentiēdum est, ita q; ꝙ esse non sit quid absolutū essenię additum: nec tamen essentia ex se sola, ꝓprietateq; sua est suū esse, sed ex hoc, ꝙ est effectus Dei. Differunt quoq; essentia, & esse, non re, nec sola rōne, sed medio mō videlicet intentione. Verum ō hoc clamat ille: nō intelligo quid sit differre intentione aliud, q̄ rōne differre. Declaro ergo, vt capiat. Ecce albū, & rōnale inter se differūt, rōnale etiā, & aīal inter se differūt, similiter hō, & animal rationale. Homo aūt, & aīal rōnale sola differunt ratione, sicut diffinitio, & diffinitum, ita vt nullam faciant compositionem. Rationale verò, & album differunt realiter, sed rationale, & animal differunt intentione, cum vnum nō sit de intellectu alterius, & possunt ab inuicem separari. Baptizetur ergo medius ille modus differendi, quatenus detur congruum nomen, si dici non pōt differentia secundum intentionem. Sed fatuum est disputare de nomine, dum constat de re. Cum igitur quæritur, Vtrum ponens essentiam esse idē cum suo esse, possit creationem saluare, dico ꝙ imò, dūmodo dicat ea distingui mō prætacto: nō autem, si dicat esse nullam addere relationem ad causam efficientem super essentiam, ita ꝙ essentia habeat esse sua proprietate absq; extrinseca participatione. Sic enim sola diuina essentia habet esse, Veruntamē nō est ruditur imaginandū, ꝙ essentia creaturæ participet esse quasi quid absolutum diuersum à se, sicut aer participat lucem: sicut hoc dictum est pleniùs primo quodlibeto, & super octauam primi libri dibri distinctione. Alio igitur modo intelligitur ista participatio, intelligendo essentiam creaturæ, vt quoddam potētiale obiectū, & sicut terminū actionis de nihilo productum: ipsum verò esse intelligendo eādem essentiam, vt est actuale obiectum, & terminus actionis, ipsum de nihilo producentis. Præcedens aūt phantastica imaginatio, quodammodo fingens modum creationis procedere ſm modū naturalis gñationis, hoc dempto, ꝙ gñatio illa præsupponit subiectum, non pōt tam perfectè rōnem creationis saluare, vt ista positio. Propriè namq; creatio non est de aliquo. Vñ si quis ponat esse ꝓductū non de nihilo, sed de aliquo, vt de essentia tanquā de potentiali suo creato, ſm hoc ipsum esse non esset propriè creatum, sed essentia. Hinc uolens dicere, ꝙ esse sit quid productum in essentia, realiter differens ab ea, meliùs saluaret creationem, dicendo, ꝙ esse non producitur de essentia, vt de suo potentiali subiectiuè, sed ꝙ esse ꝓducat̄ in essentia simul cum ea & ꝙ vtrunq; eorum sit quoddam potētiale: vt producatur obiectiuè de nihilo ipsa quidem essentia in se, esse verò in essentia, non de ea: quemadmodum si Deus crearet ignem, crearet formam eius, atque materiam simul, nec formā ex materia ignis illius. Hæc Henricus. Qui decimo quodlibero de hac materia prolixissimè scribit, cuius uerba possent multum abbreuiari, nihil omittendo de sensu.

Auerroīs.

Boethius.

Quid sit differre intentione.

Iocose dictum.

Ad quæstionem responsio.

¶ Nunc redeundo ad principale quæsitum, an uidelicet angelus sit ex materia, & forma compositus ponenda est responsio Bonauenturæ, dicentis: Certum est angelum non habere essentiam simplicem per totius cōpositionis priuationē, Potest enim considerari per comparationem ad suum principium productiuum: & ita cōpositus est, quia dependeus. Simplicissimum quippe, absolutissimum est: & omne dependens, eo ipso, quo dependens, cadit in aliquam compositionem. Cōsideretur, quoq; quo ad suum effectum. sicq; habet compositionem ex substantia, atq; potentia. Consideratur nihilominus, vt ens in gñe. sicq; ſm metaphysicum componitur ex actu, & potentia: ſm logicum verò, ex gñe, & differentia. Rursus cōsideratur, vt ens in se, & ita quātum ad esse actuale indiuisibile, est in ipso compositio ex ente, & esse: quantum verò ad esse essentiale, ex quo est, & quod est: & quantum ad esse indiuiduale, seu personale, ex quod est, & quis est, Aliquæ tn̄ compositiones à substantia angeli remouēnpropter quod simplex vocatur: vtpotè compositio ex partibus quantitatiuis, cōpositio ex partibus heterogeneis, cōpositio ex natura corporali, & spūali. sed de compositione materiæ, & formæ hic specialiter q̄stio est. Dixeruntq; aliqui, ꝙ non sunt in angelis. sed cū in angelis si rō mutabilitatis, & rō cuiusdā passibilitatis, rō itē indiuiduationis, & limitationis, postremò rō essentialis cōpositionis secundū prōpriam naturam: nō video quō possit defendi, ꝙ in substantia angeli non sit cōpositio ex diuersis naturis, similiter in essentia oīs creaturæ ꝑ se entis. Cūq; naturæ illæ se habeant ꝑ modum actualis, & potentialis, & itē per modum formę, atq; materiæ, verior apparet positio, ꝙ cōpositio ex matera, & forma cōsistat in angelo. Hæc Bonauētura, q ad istud multas auctoritates, & motiua satis præhabita introducit.

Bonauen.

De cōpositione materiæ, & formæ.

Hales.

¶ Porrò han quæstionē nō inuenio in scripto Alexandri. Sed quærit an angelus sit incorporea substātia, & rndet, ꝙ imò. An verò in angelis sit spiritualis materia, in scripto eius determinatū non cerno.

Albertus.

¶ Albertus verò: Angelus, inquit, nō cōstat ex forma, atque materia, nec est ponenda aliqua simplex materia: quia vt dicitur in libro de substantia orbis materia non est nisi corporalium, & determinata ad motum, & quantitas sequitur eam. Boethius quoque in libro de duabus Christi naturis, fatetur: Incorporalia ex nulla materia sunt, vt angelus, & anima. Si autem quis dicat, ꝙ secundum librū Auicebron (quem librum quidam nominant fontem vitæ, quidam verò de forma, & materia) duplex extat materia, scilicet spiritualis, & corporalis, & ꝙ in angelis sit spiritualis materia: obijcitur contra hoc, quoniam Augustinus super Genesim ad literam disputat, Vtrum anima rōnalis sit ex incorporali materia, & cum multum ventilet quæstionem, an materia illa sit viua, vel non viua, vel vbi sit illa materia, tandem diffinit, ꝙ ex nulla materia sit anima: ergo multo minus angelus, qui Deo propinquior, atq; simplicior perhibetur, q̄ aīa: imò secundū Augustinum, & Boethium, nulla est materia spūalium. Si verò objciatur, quia secundum Damascenum libro 2. angelus dicitur immaterialis, & incorporalis quantum ad nos, non quantum ad Deum (omne

Boethius.

Auguſt ſu per Gene.

Nulla materia ē ſpiritualiū ſecundū Augustinū, & Boethium

enim creatũ comparatũ ad Deũ, grossum, & materiale inuenit. solusq; Deus essentialiter immaterialis, & incorporalis consistit) dicendum, ꝙ corporeũ & incorporeũ dupliciter dicit: Primò, à forma corporis, q̃ per essentiam suã in corpore est. quæ est esse longũ, latũ, profundũ, & ꝑ huius corporeitatis carẽtiã, angelus, & aĩa incorporales cẽsentur. Imò hoc fuit hæresis Tertulliani, ꝙ dixit angelũ, & aĩam corporalibus lineamentis figuratos, ꝗa interdũ visibiliter sic apparent. Secundò à proprietate corpus cõsequente, q̃ est localitas. Nẽpe ex hoc, ꝙ corpus terna dimẽsione determinat, circunscribit loco, & superficies sua ad loci superficiẽ terminat: hinc omne ens, cuius esse, virtus, seu extensio, terminat, & loco continet, vocatur corporeũ: sic quoque angelus, & aĩa dicunt corporei, quia sunt diffinitiuè in loco. Solus quoq; Deus sic appellatur incorporeus: quoniam eius essentia est simpliciter infinita, & nusquã, ac termino nullo inclusa. Hæc Albertus.

Corporeũ & incorporeũ dupliciter dicit

¶ Insuper de his in alia loquitur q̃stione, ꝙ angelus est substantia cõposita ex, quod est, & quo est, & differunt in eo, habens, & id, quod hẽt, essentia quoque, & potentiæ. & ꝙ est cõpositum ex essentialibus partibus, non tũ ẽx materia, & forma substantiali. Quæ oĩa qualiter sint sumenda, sup̃ primũ distin. 8. inductũ est. Veruntã impropriè dictũ videt, angelũ ex essentialibus partibus esse cõpositum, præsertim ꝓm eos, qui in eo nõ ponunt materiã. Per quod est, in angelo, accipit Albertus suppositum: per quo est, naturam seu formã. Et hæc in angelo idem censentur, quia in eo suppositũ nihil de gũe substantiæ addit essentiæ: & sic ista in eo nõ videt realem facere cõpositionem. Et in Albertus hic scribit: Angeli compositio dinoscitur in hoc, ꝙ angelus est, & hic angelus. Constat aũt, ꝙ angelus, & hic angelus, realiter idem sint: nec indiuiduũ, præsertim in substantijs separatis, aliquid substantiale adijcit speciei, & de se inuicem essentialiter, atq; identicè prædicant. Diuinus etiam Dionysius, & Augustinus euidenter testantur, ꝙ angelus est simplex essentia: quia uideliicet ad eius substantiam, seu naturã nil pertinet, nisi simplex, immaterialisq; forma: forma inq̃ non informans, sed foris manẽs, vt ait Boethius, non tũ sicut de ideis asseruit Plato, ꝙ sint formæ ꝑ se separatim subsistentes, ac foris manentes. Præterea in libro de Causis, propositione septima dicitur: Intelligentia est substantia, quæ non diuiditur. Non est ergo ex essentialibus composita partibus, cum omne compositum diuidatur in componentia sua, ac totum in partes. Rursus, 28. propositione libri de Causis asseritur: Omnis substantia stans per essentia suam, est simplex, quod inter creata nulli tãverè, ac propriè cõpetit, vt intelligentiæ, seu menti angelicæ. Albertus quoq; in commentario suo sup̃ de Causis frequenter appellat intelligentias essentias, siue substantias simplices. Et si anima rationalis est simplex spiritus, quanto magis angelus?

Idẽ Alber.

Dionysius & August. dicunt angelum esse simplicẽ essentiam.

Boethius

Albertus.

¶ At verò in libro de quatuor coæquæuis, tracta tu de angelis, ait: Quatuor sunt principia substãtiæ cõpositæ, s. materia, & forma, quod est, & quo est. Et per quod ẽ, intelligo id, quod substat formæ, & p̃cipuè id, rõne cuius subsistit. Esse aũt, seu quo ẽ, voco formã cõpositi, q̃ p̃dicat de ipso cõposito. Hęc ibi.

¶ Ex quibus constat vera esse, q̃ dixi, & ꝙ Quòd est, & Quo est, non faciunt in angelo compositionẽ realem, secundum verba Alberti, q̃uis verba eius in multis locis oppositum prætendere videant. Et forsan vult dicere, ꝙ formaliter, id est, secundum proprias rõnes, nõ substãtialiter distinguant. Aliqua itẽ ad substantiã personalem concurrunt, ac pertinent quæ nõ sunt de rõne naturæ, imò supaddunt eidẽ.

Verba Alberti qualiter intelligenda.

¶ Insuper Vdalricus in Sũma sua lib. quarto tuet positionem dicentiũ in angelis non esse materiã, & quòd in solis corporalibus materia sit ponẽda, put supra primum distinct. 8. ostensum est, ac relatum.

Vdalricus

¶ Hẽricus verò quodlibeto quarto disseruit: Aliquorum fuit opinio, quam tenet Auicebrõ in libro fontis vitæ, quòd omnia citra Deum (videlicet cuncta create) subsistentia, habent materiam, & quòd in omnibus eis materia sit rationis vnius. Alij ponunt materiam in rebus corporalibus tantum, dicuntq; eandem in omnibus illis eiusdem cõsistere rationis: quia materia secundum se est pura potentia, nullã in se habens actualitatem, per quam vna possit differre ab alia. Tertia opinio est, quòd materia quãuis in solis sit corporalibus: diuersæ tamen rationis sit in diuersis. Porrò philosophus duodecimo metaphysicæ, loquens, de intelligentijs, quas nos appellamus angelos, vt quartò metaphysicæ suæ loquitur Auicenna: Hæ, inquit, substantiæ sunt extra materiã quibus non admiscetur potentia, neque in substantia, neque in loco, id est, passiua potentia, neque ad generationem, & corruptionem, neque ad loci mutationem. Hinc alij dicunt, ꝙ in angelis est materia specialis, ac propriæ rõnis. Quòd si rõnabiliter dicitur, oportet vt de hoc nos doceat transmutatio aliqua: quia vt asserit Commentator circa finẽ primi physicorum, secundum mentẽ philosophi transmutatio docuit, ac monstrauit esse materiam. Vnde, & 2. metaphysicæ protestatur: Oportet imaginari materiam in re mota. Porrò transmutatio, quam in angelis rõne conuincere possumus, est quædam receptio, propter quã si in angelis materiã ponere possumus, illa receptio non est nisi secundũ intellectũ, & voluntatem: qm̃ illa, quæ est ꝓm locum, ponitur propter limitationem, quæ indifferenter in angelis ponitur, siue sint formæ puræ, siue materiales. Sed hoc, puta materiã talem esse in angelis, nequit nos docere aliqua transmutatio ꝓm intellectum: quare neq; ꝓm uoluntatem, cum actio intellectus magis consistat in recipiendo, q̃ voluntatis Cuius summa probatio, est ex rõne operationis intellectualis: & hoc, per ea, q̃ dicit philosophus circa nr̃i intellectus immaterialitatem: quo cum angeli sint digniores in specie, magisq; separati, oportet, ꝙ simpliciores, & immaterialiores sint eo. Vn̄ 3. de anima asserit cõmentator, ꝙ ex his, quæ de nr̃o cognoscimus intellectu, ad eorũ notitiã ascendimus, qua circa intellectus sunt separatos. De nr̃o aũt intellectu docet Philosophus 3. de aĩa, ꝙ non habet de rõne passionis, nisi ꝙ accipit intelligibilem specie, & in potentia est ad eã, nec transmutat à forma illa, vt sensus: quia nõ est materialis, nec corpus, nec virtus in corpore. Deniq;, ꝙ oporteat eum talis esse naturæ, probat ex eius operatione, quia videlicet intelligit materialia oĩa: nec posset oĩum esse receptiuus, si esset de natura alicuius in speciali, quo ad ꝓprietates materię. Rursus, sicut philosophus, & cõmentator ostẽdunt ibidem, ad hoc, ꝙ intellectus intelligat, oportet, ꝙ recipiat formas simpliciter, vt sunt formæ, & vniuersale non secundum quod est hoc aliqd. Materia verò, & oĩs forma materialis, p̃sertim, de cuius essentia est materia, non recipit formas nisi, vt hoc aliquid, & particulare, q̃ sunt solum potentia intelligibiles, nõ in actu. Si ergo intellectus ita reciperet, nõ intelligeret ꝑ formã ita receptã. Cũq; angeli sint sũmæ intellectuales substãtiæ, necesse ẽ, ꝙ sint oĩno immateriales, maximè ita, ꝙ materia nõ sit de eorũ

Triplex opinio, quod oĩa citra Deũ habẽt materiam Hẽricus.

2

3

Auicenna

Commentator.

Idem. Philosop.

essentia.

essentia. Hoc nãq; plus impediret actionem intellectualem, q̃ si esset actus materię. Hæc itaq; via est ꝓbãdi immaterialitatẽ intellectualis naturæ. Idcirco si cõpositio in ea est, illa non est ex forma, atq; materia, sed ex aliquo se habẽte ad modũ materiæ, & ex aliquo se habente instar formæ: hoc est, ex actu, & potentia, inquantũ omnis creatura deficit à simplicitate diuina. Et de tali modo cõpositionis loquitur cõmentator super tertium de aĩa, dicens: Quemadmodũ oẽ sensibile diuiditur in materiã, & formam sic intellectuale in cõsimilia istis. Hinc solus Deus est pura forma, & actus purus. Cætera cõpositionẽ habẽt ex essẽtia, & q̃dditate, seu ex quod est, & quo est appellãdo q̃dditatẽ, Quo est: & essentiam, Quod est. Vel ipm̃ suppositum dr̃, quod est. Hęc Henricus. Tamẽ in cõi modo loquendi, essentia, & quidditas pro eodẽ sumuntur: & per quo est, intelligitur esse.

Commentator.

¶ Præterea Gulielmus Parrhisien. secunda parte libri de vniuerso: Scire, inq̃t, debes quosdã, q̃ inter sapientes noĩari voluerunt posuisse oẽm receptibilitatẽ formarũ, propriam esse materiæ, ideoq; nullã substantiã esse immaterialẽ: quia vt opinati sunt, receptibilitas illa nõ nisi per materiã adest substantię. Errauerũt aũt hoĩes isti multipliciter in isto sermone. Primò, in intellectu, ac rõne materiæ. Receptibilitas nãq; simpliciter non est dispositio materię, sed magis substantiæ, quẽadmodũ Arist. ait: Quia maximè est substantiæ propriũ, esse susceptibile cõtrarium. Secundò, errarunt in rõne receptibilitatis, nimiũ extendentes receptibilitatẽ materiæ, cũ nullatenus se extendat nisi ad formas corporales, quarũ acquisitione fit gñatio, & quarũ amissione, corruptio. Alias. n. formas, q̃ sunt post ipsas, siue sint substantiales, siue accidentales, sola substãtia cõposita recipit, & sustinet. Tertiò errãt in hoc, ꝙ ponũt materiã primo exire à creatore: sicq; oĩum substantiarũ imperfectissimã, esse propinquissimã, Deo & primo emanare à creatore, q̃ aliquam aliarũ: & ita imperfectũ, ordine naturali priùs erit perfecto. Quartò errant in rõne substantiæ, nõ intelligentes vel nõ aduertentes, ꝙ substantia est ens per se. i. non indigens sustinente, aut sustentante. Cũ ergo oĩs forma substantialis substantia sit, nõ oĩs forma creata indiget sustentante, aut recipiente materia. Nec indiget ea propter receptibitatẽ congruentiũ sibi formarũ, ꝗa hanc habet ex sua natura, seu parte, quia substantia, cuius est substare. Hinc quinto errãt in noĩe substantiæ, nõ attendentes etymologiã ipsius. Substantia etenim dicta est ab eo ꝙ stat sub, nõ ab eo, quòd stat supra. sicq; põt recipere, atq; substare. Sextò errant in superfluitate positionis huius materię quod manifestũ est ex consideratione formarũ, quarũ susceptibiles sunt substantiæ huiusmodi. Quẽadmodũ. n. intelligere nõ est in corpore, nec per corpus, nec adiuat in aĩa humana corpore suo, intelligere inq̃ quod desuper irradiat: sic intelligere hmõi substantiarũ, videlicet intelligentiarũ, seu angeli, ab huiusmodi non iuuat materia. Intelligere verò, quod ab inferiori est, indiget adiuatq; corpore: qm̃ formæ sensibiles, à qbus fit abstractio, recipiunt in sensibus corporis. Porrò in materia, quã ponunt in intellectualibus illis substantijs, nulla fit receptio formarũ desuper aduenientiũ: ideo propter intelligere illud, & propter receptionẽ intelligibium specierũ, radiorum, seu luminũ desuper prouenientiũ, nequaq̃ indigent substantię illę materia. Considera. n. oẽs formas substantiarũ huiusmodi, & videbis eas nihil oĩno habere in materia: sicut scientia, & virtutes, ac similes formæ, q̃ sunt in animabus humanis, nihil habent in corpore. Septimò iã patefactum est tibi, ꝙ sicut corpora impediunt nobiles hominum perfectiones desuper veniẽtes: ita materiæ spiritualiũ illarum substantiarum impedirent perfectiones earum, cum illæ perfectiones sit oĩno formales. De his consequenter scribit hic doctor diffusè, & multũ acutè contra aliter opinantes, quorum opinionẽ vocat deliramenta, & somnia, ac figmẽta, varias quoque auctoritates Aristotelis, atque Auerrois, & quorundã catholicorũ ad positionis suæ corroborationẽ allegans. Veruntamen scribit hoc loco, sicut & alibi, ꝙ in angelis sicut & in inferioribus, realiter distinguuntur. Quod est, seu ipsum ens, & Quo est. i. ipsum esse, seu existentia actualis. Amplius, in eodẽ volumine introducit grande capitulũ, ad demonstrandũ intellectualium illarũ substantiarũ immaterialitatẽ: In omnibus, inquiens, viuis cõpositis forma viuificat suam materiã. materia autẽ substantiarum illarũ non est capax viuificationis intellectuæ, quia nec intellectio, neq; volitio põt subiectari in. ea. Insuper inuenitur substantia oĩno corporalis ac materialis, vt lapis; & substantia partim corporalis, partimq; spiritualis, ut homo: ergo est substãtia creata oĩno spiritualis, & immaterialis. Posuit quoque Auicenna exemplũ de oxymelle, quod ex aceto, & melle cõpositum: quod cum sit in rerum natura, oportet tam, vel q̃ acetum esse seorsum, & separatum. Adhuc aũt cum tam infinita sit speciositas, simplicitas, ac vnitas Dei, non decet in præclarissimis eius creaturis vilem materiã ponere, & compositionẽ realem ex ipsa & forma in illis asserere, cum processus creaturarũ à creatore, per assimilationẽ contingat. Postremò agnosce, ꝙ homines, qui negauerunt, vel adhuc negant puritatẽ, & immaterialitatẽ substantiarũ illarum, non fecerunt hoc nisi propter causas prætactas, & qm̃ terruit eos, & adhuc terret eorum aliquos nomen formæ. Ridendus autẽ in eis est, qui philosophi volunt vocari, hic error, vtpotè puerilis, & ridiculosus. Non. n. materiam ad formam simpliciter dicitur, sed ad formam generalem, sicut mater ad prolem. Inde & nomen matrrię sumptum est, ac derivatum, videlicet à nomine matris. Forma verò agentis, ac generantis, est quasi pater genitæ formę. & in hoc laudãda est Platonis sententia, qua posuit formas esse immateriales, & separatas, quamuis hoc non intellexerit de his formis. In hoc tamen reputo epm̃ laudandum, quòd formas ad materias non retorsit, nec retulit, sed abstraxit. Hæc Gulielmus, qui non intelligit hoc, quasi ponendæ sint ideæ, sicut posuit Plato.

1

2

3

4

5

6

7

Gulielmus Parrhisi. Error quorundam.

In angelis distinguuntur, quod est seipsũ ens & quo est.

Ridendus error Philosophorũ atque puerilis.

¶ In his verbis videtur hic doctor fundamentaliter satis probare intentum. Aliqua tamen scribit non certa, nec clara, utpotè receptibilitatem materiæ se nequaquam extendere, nisi ad generabiliũ, & corruptibilium formas: ex quo sequeretur, in corporibus cœlestibus non esse materiam. Quod quãuis Commentator in libro suo de substantia orbis persuadere conatus sit: opinio tamen sua nequit saluari, & à doctoribus communiter reprobatur, præsertim cum iuxta Philosophum omne quantum, & dimensionatum, omne quoque corpus, & item omne sensibile, sed & omne localiter mobile, ac commensuratiè locabile, veram sortiatur materiam.

Dionysiũ.

Philosop.

¶ Insuper Durandus in conclusione concordat Thomæ, Alberto, Henrico, Gulielmo &c. Dicit tũ argumenta quædã prætacta nõ procedere, vt dum ita arguitur: Illud cuius propria, & per se operatio est intelligere, nõ habet materiã, sed angelus est huiusmodi. Secundò, dum ita arguitur: Aia rationalis non

Durãdus.

non habet materiã, ergo nec angelus. Primum argumentum dicit inualidum: qm̃ operatio intelligẽdi potest esse alicuius dupliciter. Primò, sicut principij immediatè elicientis, aut actionem illam suscipientis. sicq; conuenit animæ, & eius potentiæ, & de illo procedit obiectio. Secundò, sicut personæ agentis, & ita non valet instantia, cũ homo sit suppositum intelligens: & tamen materiam habens.

Dionysi. ¶Verum cauillatio ista modici est momenti. Primò enim dici potest, ꝙ nec hominis, nec animæ eius, nec potentiæ eius propria, & per se operatio est intelligere, sed potius discurrere, & ratiocinari, vt tã sublimiores theologi, Dionysius, Boethius, Damascenus, q̃ clariores philosophi, Plato, Aristoteles, Auicenna, Auerrois, contestantur. Imò propria & per se operatio substantiæ separatæ, est intelligere, propter quod ab actu illo, substantiæ huiusmodi, intelligentiæ à peripateticis appellantur: à diuino autem Dionysio, deiformes intellectus, videlicet, quia ad imitationem increatæ mentis simplici intuitu siue discursu intelligunt. Secundò dici potest, ꝙ inducentes primum illud argumentum, intelligunt ipsum de principio elicitiuo, & de incorporeis illis substantijs, de quibus est quæstio ista: nõ de homine, de cuius materialitate nulla est quæstio. Secundum quoq; argumentum dicit Durandus inefficax: quoniam anima est pars speciei, non angelus. Ad quod dicendum, quòd argumentum est euidenter idoneum, cum multo maior, ac copiosior ratio simplicitatis, immaterialitatis, & puritatis sit in angelis, præsertim superioribus, quàm in anima. Nec anima rationalis ita omnifariè est pars speciei, ut formæ inferiores corruptibiles, quibus nulla conuenit actio transcendens materiam: propter quod inseparabiles à materia, corruptibilesq; censentur. Porrò anima rationalis inquantum intellectiua, ac libera, transcendit materiam, & separabilis est, & separata: atq; vt sic, per se subsistens: ut Thomas, Albertus, Aegidius, Henricus, & alij plures fatentur, ac probant. Nec anima separata est actualiter pars speciei.

Durãdus. ¶Deinde Durandus efficaciùs alijs volens arguere, arguit sic: Si angelus ex materia, & forma est cõpositus, aut forma illa separabilis est à materia, aut non. Si est separabilis, angelus esset corruptibilis: si non separabilis, ergo imperfectior est anima rõnali separabili: qm̃ forma inseparabilis à materia, imperfectior est forma separabili, vtpote magis depẽdẽs.

Dionysi. contra Durand. ¶Sed huic argumento obijcitur, ꝙ formæ cœlestium corporum sunt inseparabiles à suis materijs. nihilominus perfectiores sunt (secundum philosophos ponẽtes corpora illa animabus nobilibus animata) animabus humanis separabilibus, atq; secundum veritatem perfectiores sunt formis mixtorum saltem non viuentium, quæ per corruptionem separantur à suis corporibus. ¶Secũdò arguit sic: Quod non habet cognitionem nisi intellectuam, ut angelus, nullatenus indiget corpore. ¶Ad quod alterius fautor opinionis dicere posset, quòd angelus indiget corpore: quoniam mouet, atque mouetur, & variatur, vicissitudinemq̃ que operationum sortitur, actum quoque, & potentiam, & ex genere, & differentia compositionem. Hinc efficaciores videntur præhabitorum rationes doctorum.

In angelis nõ esse veram materiam, positio probabilior. ¶Hanc autem quæstionem non reperi motam in Scoto. postea tamẽ patebit eius intentio. Verior deinde mum, probabilior, subtilior, & peripateticis magis conformis videtur positio, ꝙ in angelis non sit vera, seu nominis veri materia, & ꝙ non sit in aliquo spiritualis materia. Ad primum ergo in oppositum est dicendũ, ꝙ actualitas substantiæ separatæ, quãdoq; vocatur actuale esse ipsius: quod ꝓm quosdã receptũ est, & limitatum in eius essentia, sicut Quo est in Quod est. Meliùs verò respondendo, dicendũ ꝙ actualitas angeli est quidditas eius, quo ad perfectionẽ suam specificam, essentialem, intrinsecam, & supremam: & hęc in seipsa est per propriã differentiam limitata, atq; finita. i. certitudo, determinatoq; gradu intrinsecæ perfectionis locata, & constituta, quia differentia rei vltimatam eius essentialẽ perfectionẽ designat, nec opus est vt in aliquo materiali suscipiente, ac sustentante recipiatur. Sed obijci potest, quod sanctus Thomas in tractatu suo de esse & essentia scribit: Intelligentię superiùs sunt finitæ, inferiùs infinitæ. Finitæ sunt enim, quãtum ad esse suũ quod à superiori recipiunt: non tamẽ finiuntur inferiùs, quia earũ formæ non limitantur ad capacitatem alicuius materiæ recipientis. Ad quod respondetur, ꝙ vtiq; earum formæ, atq; essentiæ limitatæ sunt & finitæ, q̃uis non in aliquo recipiente, quia limitibus suæ essentialis perfectionis sunt terminatę, & circunscribuntur terminis suę perfectionis, Deo creatore eos ita determinante, cuius solius esse est indeterminatũ, atq; incircunscriptum, prout lib. 2. loqtur Damascenus. Thomas autẽ loquitur secundum suã opinionem, qua inter esse, & essentiã ponit in angelis distinctionẽ realem. Ad secundum, ꝙ in angelis sunt actus, & potentia nõ realiter ab inuicẽ differentes: quia ipsa essentia, prout ex se nihil est, & distans, atq; deficiens à plenitudine infinitæ actualitatis primi principij, iugiterq; dependens ab ipso, & indigens cõseruatione ipsius, multas quoq; bonitatũ, ac luminum influentias ab ipso mediatè, aut immediatè recipiens, ritè vocatur potentia. Et hæc ipsa essentia, ut primi, ac puri actus, q̃ Deus est, perfectionẽ participans, ac creatori propinquans, ac similis, eiusq; donis referta, rectè vocatur actus. Potentia etiã appellatur, quantũ ad suam rationem ac perfectionẽ communem, qua cũ alijs multis cõmunicat, à qua sumitur eius genus, videlicet prout est substantia intellectualis. Sed dr̃ actus, quantum ad suam perfectionẽ essentialem, specialem, & vltimatã, à qua sumitur differentia eius, quæ latet nos, iuxta illud Damasceni lib. 2. ca. 3. Cuius substantiæ speciẽ specialissimã, & terminum solus, q̃ creator, est, noscit. Alij dicunt ꝙ in angelis actus, & quo est, sit esse, seu actualitatis existentia eius. ex quo sequeretur, ꝙ angeli in sua natura, & specie, secluso eo, quod aduenit ipsi naturæ, nõ haberent actũ, atq; potentiam: imò ꝓm esse suum quidditatiuum, & propriã rõnem, essent, vel purus actus, vel pura potẽtia. quod cẽsetur erroneũ. Ad tertium rn̄det Auerrois, ꝙ proprietates materię inueniuntur æq̃uocè in corporeis, & incorporeis rebus. Formæ aũt creatæ eo ipso, quo creata est, competere queunt proprietates istę, q̃ sunt, recipere, subsistere, perfici, moueri, eo modo, quo angelis ascribuntur, sicut ostensum est. Ad quartũ, ꝙ auctoritas Boethij intelligẽda est in genere, & ordine certo: q̃a in substãtijs materialibus verum est, ꝙ extrema ex quibus constant, & cõponuntur, non sunt in prædicamento propriè, sed potiùs reductiuè, tanquam partes, & principia substantiæ, cõpositæ, quæ per se existit. Substantijs verò separatis multo eminentiùs cõuenit ratio substantiæ, quæ est per se esse, q̃ substantijs compositis, quæ innitũtur sustentamento materiæ. Ad quintum, ꝙ per hyliathim intelligentiæ designatur potẽtialitatis eius, sicut ostensum est: & quoniã in natura intelligẽtiæ est

Obiectio. Ad primũ. Damasce. Ad secundum. Damasce. Ad tertiũ Auerrois. Ad quartũ Boethius. Ad quintũ

est considerare aliq̃d potentiale, & indeterminatũ, & etiã aliq̃d actuale, ac determinatum, ac specialissimã speciẽ perhibetur ipsa, seu eius essentia cõponi ex diuisibili, & indiuisibili. Ad alia patet ex dictis responsio. Ad instantias quoq; Richardi, ꝙ idem ꝓm idẽ se respectu eiusdem vniformiter se habentis, & vno tm̃ modo cõsiderari, nõ est in actu & potentia; & per hoc oĩa eius argumenta faciliter dissoluunt̃. Postremò, q̃uis Thomas in Scripto, & in tractatu suo de esse, & essentia, dicat ipsum Auicebron fuisse auctorẽ huius opinionis, ꝙ in intelligentijs existat materia: nihilominus diu ante Auicebron fuit illa opinio, imò potius Plato fuit auctor ipsius, quẽ in hoc sequutus est eius discipulus Proclus. De Auicebron aũt opinatur Gulielmus in libro de vniuerso, ꝙ fuit Christianus, & Arabs, antequã Saraceni legẽ Machometi tenentes, occuparunt Arabiã: præsertim qa in libro fontis vitæ loquitur de Deo patre, & verbo eius æterno, atq; interno, per quod asserit omnia esse facta. ¶Quidam interea quęrũt hic, Vtrum omnium intellectualium substantiarum sit vna, & eiusdẽ rationis materia spiritualis: & rursus, an spiritualis illa materia sit eiusdem rõnis cũ materia corporali. Sed quia nunc tanquã probabiliùs tentũ est, non esse spiritalem materiã, nec in angelis neq; in alijs, quæstiones istas dimitto. Ista tamẽ vbi quæretur, An omnium corporalium sit vna materia, aliquæ inde tangentur. Postremò posuit Plato animam rationalẽ non esse huic grosso corpori immediatè vnibilem, nisi mediante spiritali materia, quam & in intelligẽtijs posuit, quã & Proclus schema appellat. Vnde ducentesimo decimo theoremate Elementationis suæ theologicæ fassus est: Omnia anima susceptaculum connaturale, & schema semper idem habet, & magnitudinem. Maius autem & minus videtur, & dissimilis schematis, propter aliorum corporum ablationes, & appositiones.

Auicebrõ. Auicebrõ Christianus, & Arabs secũdum Gulielmum. Proclus in elementatione theologica.

QVAESTIO II.

Secundò quæritur, *An in angelis sit personalis discretio i. personalitas, seu suppositalis distinctio, ac indiuidua.* ¶Videtur ꝙ non, quia vel materia, uel quantitas, vel materia hæc, s. quanta & qualis, atq; signata, fertur indiuiduationis, & suppositalis distinctionis principiũ, causa & radix. In angelis autẽ nullum illorũ est. Secundò angelus est simplex forma: ergo cõicabilis est, non incommunicabilis. Tertiò, hic angelus magis est immaterialis, q̃ abstracta humanitas. Humanitas namq; includit materiã in cõi, angelus nullam: ergo ratio cõmunicabilitatis, & vniuersalitatis plus conuenit huic angelo, q̃ humanitati. Natura. n. indiuiduata, & particularizata per abstractionem à determinata, ac determinante materia, rõnẽ vniuersalis, & cõicabilitatis sortitur. Cũ ergo humanitas sit cõis, communicabilisq; natura, multo plus hic angelus: & ita hic angelus non est ꝑsona, nec est in angelis personalitas vlla. Quarto, species intelligibilis non indiuiduatur in intellectu: aliàs non repræsentaret vniuersale. ergo nec intellectus, ille angelusve, indiuidualis consistit.

Arguitur primo. 2 3 4 In oppositum. Albertus'.

¶In contrarium est, quod suppositorum est esse, & agere, mouere, atq; moueri. Si ergo angeli nõ essent suppositа, nec personę, non cõueniret eis actualiter esse, Deo frui, ascendere, atque descendere.

¶Ad hoc respondet Albertus: Personalis distinctio conuenit angelis, quæ distinctio sola proprietate cognoscitur. Quilibet etenim angelus est per se vna substãtia, sub hoc cõi, quod est rationalis, seu intellectualis natura. Persona quoq; est nomen ciuile, & homines indiuiduales infiniti prælaturis, personæ vocantur: vt præses, tribunus, proconsul. Tales verò prælaturę ad dignitatẽ pertinentes, sunt in angelis, vtpotè hierarchici actus, atq; officia, ac ꝓsidentiæ prorsus præclaræ. Personatus autẽ non cõmittuntur nisi his, qui ꝓm naturam personæ sunt distinctę sub hoc cõmuni, quod est rationalis natura.

¶Porrò Richardus in lib. suo de Trinitate: Persona, inq̃t, tribus distinguitur modis, videlicet origine, proprietate, & vtroq;. Origine tm̃, sicut in Deo tres superglorioſę personę relatione originis distinguuntur, non accidentali proprietate. Proprietate, tm̃, ut angeli, quorum vnus non originatur ab alio: sed in hoc discernunt̃ ab inuicem, ꝙ propria vnius conuertunt̃ cũ ipso, & singularitatem eius demonstrãt, nec cõpetunt alteri. Homines verò vtroq; modo ab inuicẽ distinguũtur, cũ vnus generet̃ ab alio: & proprietatibus accidentium differunt, q̃ ꝓm Boethiũ sunt patria, parentela, locus, tẽpus, actio, passio & cõsimilia. Verum his obijci põt, quia ꝓm hæc angeli distinguerẽtur ab inuicẽ accidentaliter tm̃ non substantialiter, cum tm̃ sint diuersæ substantiæ. Dicẽdũ, ꝙ in angelis aliud est discretionẽ substantiæ faciẽs, aliud substantiã discretã ostendens. Quemadmodũ. n. in materialibus indiuiduatio naturæ cõis, in hac materia determinata, ac ꝓpria facit hoc aliq̃d: ita in natura spirituali, in quo differt. Quod est, à Quo est: natura cõis, quæ significatur per quo est, particulata in ipso Quod est, singulariter demõstrato, facit singularis existentiæ modũ, & spiritalis naturæ indiuiduũ. Et sicut in corporalibus est collectio accidentiũ, quæ iudicat in hoc corporali indiuiduo singularis, & incõicabilis existentiæ modum: ita in spirituali indiuiduo, quędã proprietatũ collectio est, vt localitas diffinitiua, officiũ, ꝓpriùs actus, quæ in eodẽ singularis, & incõicabilis existentię indicant modũ. Cumq; Richardus testet̃, ꝙ personæ angelicæ sola proprietate distinguant̃, tangit principiũ, distinctionẽ ostendens, nõ faciens. Itaq; quãuis in angelis non sit materia, est tm̃ in eis Quod est velut materiale, in hoc quod est principium indiuiduationis naturæ cõis in angelo, atq; per hoc fit diuisio substãtiæ, per quam personæ illæ differunt ꝓm substantiã, quæ differentia ostendit̃ collectione incõicabiliũ proprietatũ Hæc Albertus. ¶Cuius positio vt̃ obscura, quia: (ut habitũ est) ꝓm eius doctrinã, esse & essentia realiter idẽ sunt in angelo: similiter Quod est. i. suppositũ, & quo est. i. natura: quia in angelo suppositũ nihil de genere superaddit naturæ. Si ergo quod substantiæ est, est realiter idem quod, quo est, non põt vnum indiuiduari per aliud. Attamen sæpè dicit Albertus, quod est, & quo est, esse diuersa in angelo, & esse essẽtiales partes ipsius, quod ut interdum probatũ est, non videtur posse saluari: tum, quia realiter idẽ sunt. idcirco non faciunt cõpositionẽ: tum, quia essentiales partes substantiæ non sunt nisi forma substãtialis, atq; materia, quã informat huiusmodi forma, quã materiam non ponit ipse in angelis. Hinc etiã Hanibal ait, ꝙ differentia naturæ, & suppositi non inuenitur nisi in habentibus materiam. Propter quod asserit Auicenna, ꝙ quidditas simplicis est ipsum simplex.

Richard. Boethius. Obiectio. Dionysi'. Hanibal. Vdal ric'.

¶Aduertẽda sunt ergo hic verba Vdalrici, si fortè ex eis clarior fiat positio, intẽtioq; Alberti: Negãtes, inq̃t, cõpositionẽ intelligentiæ ex forma, & materia, dicimus tm̃ eã multiplici cõpositione esse compositã. Est. n. composita ex quod est, & esse: eo quod in ipsa aliud est, quod ipsa est, & aliud, esse ipsius. Est quoq; in ipsa compositio totius potestatiui, ꝓm tres naturales vires, seu proprietates, quas habet in

in se: utpotè, put in sua natura hēt vim intellectiuã & vim hēt cęli motiuã, estq; gratię minister per cōparationē ad Deū, & neutra harū cōpositionum est essentialis. Est ergo intelligentia hoc aliqd ita cōpositū, habens duo in sua natura: videlicet actū, inquãtū est à prima causa: & potentiã, inquantū per distantiã cadit à primo actu: sicq; sunt in intelligētijs, actus, & potentia, ſm quod sunt in oī creato: & in natura intellectus potētia illa est potentia formalis; & actus ille est actus materiæ nulli immersus. Idcirco Auerrois solués qōnē Theophrasti, qualiter differat potētia intellectus possibilis à potētia materiæ, dicit, ꝙ necesse est esse alia principia rerū corporearū, alia incorporearū: qa corporea habent materiã, & formã, incorporea aūt oīno sunt formæ. Hinc intellectus possibilis nihil hēt de proprietatibus materiæ nisi æquocè. Est itaq; intelligentia hoc aliqd, ſm quod oē suppositū per se subsistens, atq; naturę cōi substãs, siue sit cōis vniuocè, siue analogicè, nuncupeē hoc aliquid. Porrò suppositum in vnoquoq; est hoc, quòd ipm est, & hæc intelligētia est id, quod à Deo pductū est ad receptionē esse: ideo est in potētia depēdentiæ ad ipm, & est in priuatione, inquãtū ex nihilo est: qa sic ſm se nihil est, sicq; suppositū illud in his cōditionibus similaē materiæ. Esse autē vniuscuiusq;, est sua natura cui substat suū quod est. i. suum suppositum. Propterea fertur in libro de Causis, ꝙ intelligētia habet hyliathim. i. formã. Qualiter verò intelligētia per prædicta efficiaē hoc aliqd, sic accipi pōt: Intelligentia ſm aliquid sui est in potētia, quæ in vnaquaq; intelligentia est propria, & distincta à potētia cuiuslibet alterius intelligentiæ, quēadmodum, & ipsæ intelligentiæ ab inuicem sunt distinctæ. Cū ergo quælibet intelligētia habeat propriã suam potentiã, q̄ fundat, atq; terminat ſm esse sibi proportionatū actum suū ad oēratum, & determinatū in natura, & ita indiuiduat actū illum: sicq; intelligentia est indiuidua substantia, sicut in corporalibus indiuiduatio est per potētiã materiæ fundantē, & determinantem formam. Quãuis. n. vnitas rei consistat in forma, numerus tū inquantū diuisionē consequiē, causatur à materia, vel à potentia materiæ, simili, quantum ad hoc, ꝙ potentia est causa diuisionis formæ secūdum esse. Hæc Vdalric.

In intelligētia sunt actus, & potentia.
Intelligentia quomodo fiat hoc aliquid.

Dionysi⁹.

¶Cuius scripta cōcordant Alberto, & tã obscura videnē ut verba præhabita. Si. n. intelligentia est forma tm̄, & forma illa est, quo est, seu sua natura, qūo Quod est, indiuiduat illã naturam, seu formã, cum Quod est, sit ipsa eadē forma, & ipsum hyliathim, quod uocat Vdalricus formã, nisi forte ipsum Quod est, seu suppositū, inquantū est potentia, indiuiduare dicatur: Veruntn̄ indiuiduationem oportet intelligere ante suppositū ordine naturæ, tãquã rōnem, seu causam formalē suppositi, seu indiuidui quod indiuiduationem supponit: quemadmodū album, secundum quod album, albedinem. Sed horū intellectus, ex sequentibus magis patebit.

Albertus.

¶Deniq; libro de coæquis scribit Albertus eadē q̄ iã ex Scripto eius inducta sunt: Nil aliud, inqens, facit psona per se vnã: nisi particulatio formę super hanc materiã. Cūq; in angelis sit esse, & Quod est, esse distinctū super Quod est, facit angelū p se vnū in natura angelica, & esse personã. Hæc ibi. Quibus consonãt scripta eius in cōmentario super de Causis, ubi sæpissimè scribit, ꝙ in intelligentijs aliud est Quo est seu esse, aliud Quod est: & tn̄ dū verba ipsius resoluunē, per esse intelligētię, intelligit formã, naturã seu essentiam eius: per Quod est, suppositū, seu personã eiusdem, q̄ non est nisi hæc forma separata, per se subsistēs, nihil reale de genere substãtiæ superaddens essentiæ. Et si dicatur superaddere proprietates, seu accidētalia, illa ſm Albertū indiuiduationē non faciunt, sed ostendunt, sicut nūc patuit.

Thomas.

¶At verò Thomas: Personalitas, ait, in angelo est aliter, q̄ in hoīe. quod patet, si tria, q̄ sunt de rōne psonæ, considerenē: videlicet subsistere, rōcinari, indiuiduū esse. Subsistit qppe hō in partibus suis ex qbus cōponitur. Angelus vero in simplici sua subsistit natura, nullo indigens partiū, neq; materiæ fundamēto. Rōcinatur hō discurrendo, & inquirendo lumine suo intellectuali per tps, atq; continuū obūbrato, ex hoc ꝙ cognitionē à sensu, imaginationeq; accipit: qm̄ ſm Isaac, rō in vmbra intelligentiæ oritur, sed angelus lumē intellectuale purū, & impermixtū participat, Hinc secundū beatum Dionysiū, sine inqtione deiformiter intelligit. Similiter incōicabilitas, seu indiuiduatio est in hoīe ex hoc, ꝙ sua natura in materię fundamento recepta est, atq; determinata. In angelo aūt in seipsa determinata est, ex hoc, ꝙ in alio recipi non pōt sicut forma determinabilis: & ex hoc ipso satis incōicabilis est, & nō per determinationem recipientis: quemadmodum Deū esse, est proprium, & determinatū non per additionem alicuius contrahentis, imò per negationē omnis additionis. Propter quod dicitur in libro de Causis, ꝙ indiuiduatio sua est bonitas pura. Multo ergo nobiliùs personalitas est in angelo, q̄ in homine, sicut & cætera, quæ eis conueniunt, ut sanctus Dionysius loquitur. Hæc Thomas in Scripto.

Subsistere hominis, & angeli.
Isaac philosop.
Indiuiduatio in homine, & angelo.
Dei indiuiduatio ē pura bonitas.

Alexāder.

¶Cōsonat Alexander, cōcedens, ꝙ indiuiduitas, seu personalitas non sit in angelis ex parte materię. sicq; vr̄ in angelis spiritualem materiã non ponere. Nempè qui materiam in angelis, ponunt indiuiduationem ei attribuunt. Insuper quærit, secundū quã rationē cōueniat personalitas angelo, & circa hoc ponit tres modos, quibus secundū Richardum diuersi angeli diuersimodè inter se personaliter distinguuntur, sicut iam in responsione Alberti prætactū est. Atq; ad quæstionem respondet, ꝙ in angelis est distinctio personalis secundum absolutã, & naturalē qualitatem hypostasis naturæ angelicæ, quæ qualitates sunt perspicacitas intelligentiæ, ac voluntatis facultas, quæ sequuntur simplicitatem essentiæ. Deinde qualitates sic distinguentes, sunt officia, dignitates, & opera. Verum quia distinctio per accidētalia ista non inducit substantialem distinctionem, ut tactum est, concedit Alexander, ꝙ personæ illæ differunt, seu distinguuntur seipsis: quod videtur concordare Thomæ dicentis, quòd natura angeli in seipsa determinata, incommunicabilisque consistit, quia in alio recipi nequit. In idem uidetur coincidere Alberti responsio, secundum quam dici non valet, quòd indiuiduatio angelorum fiat per aliquid reale superadditum eorum naturæ, quamuis per talia ostendatur, ac innotescat.

Ad quæstionem respōsio.
Thomas.

Petrus.

¶Amplius Petrus respōsionē Alberti assequiē, & addit, ꝙ indiuiduatio secundum quosdã fit non tm̄ per sensibilē, sed spiritualē quoq; materiã. Insuper quærit qualiter distinguanē quatuor attributa angelorū præfata. Rn̄det, In vnoquoq; ente completo inueniuntur substãtia, qua est, & potētia, qua agit. Substantia dupliciter dr̄, utpotè natura, & res naturæ. i. suppositū. Penes primū attribuitur angelo simplicitas essentiæ, penes secundū discretio personæ. Potentia etiã duplex est. Quædã determinata, q̄ agit per modū naturæ: quædã indeterminata, q̄ agit per modū liberæ voluntatis. Penes primã accipiē pspicacitas intelligentię, seu triplex potentia imaginis:

penes

penes secundam, libertas arbitrij. Idem Alexander.

Richard⁹.
Vtrum angelus sit substantia vna numero formaliter.

¶Præterea qrit Richardus, Vtrū angelus sit substãtia vna numero formaliter p aliqd superadditū suæ essentiæ. Quæ qō prēinductam respicit qōnem. Rn̄det, qdã dixerunt ꝙ sic, de quorum opinione vr̄ Auicenna fuisse. Dicunt. n. ꝙ denominatiua significant accidens. vnū aūt est denominatū. Item aliter esset nugatio, dicere vna substãtia. Sed ista opinio irrōnalis esse vr̄. Propter quod Cōmentator sup quartū metaphysicæ de hoc redarguit Auicennã, dicendo: Auicenna multū peccauit, æstimando, ꝙ ens, & vnū designant dispositiones additas essentię rei, & mirū est de hoīe isto, qūo errauit tanto errore. Si. n. res esset qd vnū per aliquid superadditū, nihil esset, vnū per se & per suã substantiã, sed per rem substantiæ additã: & illã res, q̄ est vna, si dicatur vna per intentionē additã suæ essentiæ, qritur etiã de illa per quã fit vna: an sit vna per se, an per intentionē additã. & sic reuerteē, ac procedet in infinitum. Hæc Cōmenator. Vr̄ ergo mihi dicendū, ꝙ substantia angeli est numero vna formaliter, nō per qd superadditum, sed per suam essentiã sub rōne, quã indiuisibilis, salua sua integritate: quod dico pp vnitatē speciei. Natura namq; humana ut intellecta præter vnitatē, & multitudinē, intelligitur, non vt multiplicata: tamē vt multiplicabilis, salua sua integritate. Qm̄ quicqd debetur hoī, vnde hō est, totum saluatur in quolibet hoīe singulari. Porrò indiuisibilitas nō dicit rem aliquã positiuã: & sic naturalis vnitas eius, & suã essentia, nō differunt nisi rōne, eo ꝙ vnitas super essentiã non addat nisi indiuisibilitatē prędictã. Hinc Cōmētator super quartū metaphysicę, loquēs de ente & vno: Eandē, inqt designant rē, sed modis diuersis, non diuersas dispositiones adiūctas: & substantia cuiuslibet rei est essentialiter vna, non per rē additã ei. Hæc Cōmentator. Et sic vnitas indiuidualis est ipsa essentia, inquantū indiuisibilis salua sua integritate. Sed obijci pōt, quia ſm Dama. 3. li. c. 11. indiuiduatio fit per accidētia. Idē affirmat Porphyrius. Auicēna quoq; 3. metaphysicæ suæ ait: Vnitas substantiæ non recipit in certificatione quidditatis alicuius substantiarū, sed est quiddam substantiam concomitans. Dicendum, ꝙ auctoritates illæ Damasceni, atq; Porphyrij, intelliguntur de principio indiuiduationis manifestatiuo, non factiuo. Auctoritas verò Auicennæ in hoc abijcitur. Hæc Richard⁹.

Auerrois cōtra Auicennam.
Respōsio.
Auerrois.
Obiectio.
Auicenna

Bonauen.

¶Bonauentura quoq; hic scribit: Quidã dixerūt, ꝙ in angelis est discretio personalis, sed non pura: qa vt dicunt, in angelis tot sunt species, quot indiuidua, quod reprobabitur infra. Est ergo sobria, & catholica positio, ꝙ in angelis est distinctio personalis tm̄modo, aut in omnibus, aut in aliquibus saltē. Et si obijciatur, ꝙ distinctio solū personalis causatur ex diuisione materiæ: dicēdū, ꝙ falsum est. Sed multitudo per generationem venit ex materiæ diuisione: qm̄ generans dat genito partem suæ substantiæ. Diuersitas autē angelorum non est per generationem, seu multiplicationem vnius ab altero, sed oēs immediatè à Deo creati sūnt. Hæc Bonauentura.

Bonauen. Quæstio.
Responsio Opinio 1.

¶Qui insuper quærit, Vtrū personalis proprietas sit in angelis accidentalis: & est eadē quæstio hęc cū mox præhabita qōne Richardi. Ad quam Bonauentura respondet: Circa hoc triplex opinio. Vna, ꝙ psonalis discretio est accidentalis proprietas: qm̄ dicit id, quod est in genere accidentis, & quod causatur etiã ab accidentibus, sicut discretio numeralis. In hoc tamen differentia est, qa differentia numeralis causatur à diuersitate proprietatum in qbus cōicat creatura rōnalis cum irrationali. Discretio verò personalis à pprietatibus proprijs creaturæ rōnali. Hinc dixit Porphyrius: Indiuiduū constat ex proprietatibus quarū collectionē impossibile est in altero reperiri. Sed ista opinio nequit saluari, cū indiuidua differant ſm substantiã, non ſm accidentaliã tm̄. Magister quoq; in litera loquiē: Prima consideratio circa angelū est de substantia eius: & sub illa cōsideratione cōpræhendit discretionē angeli personalē, illa ergo est substantialis. Secūda opinio est, ꝙ personalis discretio dicit proprietatē accidentalē, q̄ tn̄ non ab accidētibus, sed à substãtialibus causaē principijs: quemadmodū vnitas, q̄ est principiū numeri, est in gn̄e accidentis, tn̄ à substantia immediatè accipit ortū. ¶Verum tã huic, q̄ pcedenti opinioni objciē, ꝙ persona non est aliud, q̄ indiuidua substantia naturæ rōnalis: indiuidua aūt substantia rōnalis naturæ, est directè in prædicamēto substantiæ, non reductiuè: non ergo includit aliqd accidētale. Præterea nullū, accidens est, nisi in substantia indiuidua. ergo indiuiduitatē consequitur accidēs tã in rationali, q̄ in irrōnali natura: ergo prioritate naturæ est substantia indiuidua, q̄ habeat accidēs. Tertia ergo opinio est, quòd discretio personalis, si videatur dicere accidens, eo ꝙ dicat per modū accidentis, principaliter tn̄ dicit, qd substantiale: & si aliquo modo importat accidens, hoc est consequēter, & à principijs substantialibus ortū habet immediatè. Quod patet sic, discretio personalis addit super distinctionē indiuidualē, discretio verò indiuidualis duo includit, videlicet indiuiduationem, & consequēter distinctionē. Indiuiduatio aūt ex principiorū substantialiū indiuiduatione, & appropriatione: Ipsa qppe rei principia dum inuicē coniungunē, appropriãt se, & indiuiduum faciūt. Ad quod consequiē, esse discretū, siue distinctū ab alijs, & inde oritur numerus, & per consequens accidentalis, pprietas substantiã sequens: sicq; indiuidualis discretio dicit aliqd accidentale, & aliquid substantiale. Porrò personalis discretio super hãc addit dignitatē personalitas, q̄ dignitas duo dicit, videlicet nobilitatē naturæ rōnalis: quæ est, ꝙ rōnalis natura inter creata tenet priuatū. Propter quod non est ordinabilis ad formã perfectiorē, quæ nobilitas quãuis per modū qualitatis intelligaē, nihilominus rationalis creaturæ est essentialis. Dicit quoq; nobilitas illa eminentiã actualem, ita ꝙ in supposito nulla sit natura tã principalis ut rōnalis. Dicendum ergo, quod sicut indiuidualis dicretio est ex existentia formæ naturalis in materia, sic personalis discretio est ex existentia naturæ intellectualis, ac supereminentis in supposito. quamuis utrobiq; importetur quid substantiale, & item quid accidentale, quod consequitur formam in materia, seu naturam in supposito. Hæc Bonauentura.

Porphy.
Opinio 2.
Obiectio
Opinio 3.
Ad obiecta responsio.

Bonauentura alia quæst.

¶Qui denuo qrit, Vtrū discretio psonalis, seu indiuiduatio sit ex pte formæ, vel materię, seu principij formalis, aut materialis. Rn̄det, de hac qōne fuit cōtentio inter philosophos. Quidã nãq; innitentes vebis philosophi, dixerūt quod indiuiduatio venit à materia, qa indiuiduū supra speciē non addit nisi materiã. Quod dixerunt, qa senserunt vniuersalia nō dicere nisi formas, & tunc primò tãgi materiã, quando ad aliqd peruenit. Alijs visum est, ꝙ indiuiduatio venit à forma; ita quòd vltra formã speciei specialissimę est forma idiuidualis. Et quod mouit istos hæc dicere, fuit quod acceperūt ordinē in formis esse ſm gn̄ationem, & naturã, ſm eundem modū, quo ordinantur in gn̄e: ita ꝙ forma generis gn̄alissimi primo aduenit materię, & sic alię, descēdendo

usque

vsq; ad speciē: nec illa forma constituat indiuiduū: qm̄ non est oīno in actu: sed forma indiuidualis est prius in actu, sicut materia fuit oīno in potētia. Deniq; q̄libet harū opinionum aliqd habet, quod hoī non multū intelligenti rōnabiliter videri improbabile poterit. Valde nāq; difficile est videre, qūo materia, q̄ in oībus est cōis, sit principale principiū indiuiduationis. Rursus valde difficile est capere, qm̄ forma sit tota, atq; præcipua causa numeralis huius distinctionis, cū oīs forma creata quantū ex sui natura, nata sit habere aliā similē sibi: vel quando dicimus duos ignes differre formaliter, seu ēt alia, quæ plurificantur, ac numero distinguuntur, etiā ex sola diuisione continui, vbi nullius est nouæ formæ inductio, Idcirco est tertia positio planior, quòd indiuiduatio consurgit ex actuali coniunctione formæ cū materia, ex qua cōiunctione unū sibi appropriat aliud: quēadmodū patet, dum fit impressio multorū sigillorum in cera, nec sigilla plurificari possunt sine cera, nec cera numeratur, nisi fuerit diuersis in partibus sigillata. Quòd si quæras, à quo principaliter veniat indiuiduatio ista: dicendum ꝓ indiuiduū est hoc aliquid, & quod est hoc, principaliter habet à materia, à qua habet forma positionem in loco, & tempore. Quòd verò sit aliquid, habet magis à forma. Indiuiduatio ergo in creaturis ex duplici consurgit principio. Hæc Bonauentura.

Positio tertia planior.

¶Cuius positio procedit s̄m ipsum, & eos, q̄ materiā spiritualem ponunt in angelis, & numerū de genere quātitatis, quorū nullum ponit positio alia.

Henricus.

¶Præterea circa hæc scribit Hēricus quodlibeto 2. Qō ista tangit difficultatē de causa indiuiduationis, qūo, s.id, quod de se est vnū, & simplex, ac indiuisibile s̄m essentiā fieri queat plura s̄m numerum, de qua diuersimodè loquunt̄ philosophi. Aristoteles nāq; 12. metaphysicę ponit cām huius esse materiā, vbi ait, Quæcūq; sunt multa numero, materiam sortiunt̄. In quo verbo sistit, & de hoc nihil plus dicit. Per quod dat intelligere, ꝓ in solis materialibus possibile est sub eadē specie, naturaq; simplici indiuidua esse plura q̄a materia cū sit quantum est in se, ī potētia ad oīa, & sua natura sit esse sub forma corporea quātitatiua, ut probat Auicenna. forma aūt corporea quātitatiua diuisibilis est naturæ: idcirco materiæ est, ut per quantitatē diuisibilis sit: forma autē ex sua cōi rōne cōicabilis, multiplicabilisq; cōsistit, cū sit subiectū vniuersalitatis. Pōt tamen s̄m philosophū esse aliunde impedimentū, ut dū tota materia sub vna forma cōclusa est, sicut in sole, & luna: ex quo primo cęli cōcludit Phhilosophus, quòd nequeunt esse plures cęli, seu mundi: qm̄ cęlū, & mundus ex tota sua constāt materia. Hinc in formis immaterialibus non posuit Philosophus plura indiuidua sub specie vna. Verūtū q̄quid circa hoc dicat, & sentiat, opinio sua nullā habet necessitatē, nec in formis materialibus, q̄ s. in materia sunt, aut esse possunt, neq; in formis immaterialibus, quod de formis materialibus declaratē. Nā quamuis quædā earū stent sub tota sua materia, q̄ possibilis est ad eas, possibilitate naturæ: non tamē simpliciter cōtinent omnē materiam possibilem ad eas: qm̄ Deus posset alias materias similes creare, q̄uis hoc multū abhorreret philosophus, q̄ diceret Deū non alia posse facere in rerū naturis, q̄ quæ fecit. Patet etiā idem ex immaterialiū parte formarū: qm̄ essentia creaturæ quantūcūq; immaterialis, & simplicis, non est actu existēs ex hoc, ꝓ est absoluta essentia: qm̄ esse extra rationem essentiæ, nec cōuenit essentiæ ex se, sed ex causa prima efficiente, seu creatore. Quod verò ita in se quædā essentia est, indifferentiam habet ad esse in vno, aut in pluribus: quod etiā bene declarat Auicenna 5. metaphycæ suæ. sed per existentiā, quā habet à Deo, essentia determinatur ad existendum in isto, aut illo. & sic pōt multiplicari effectiuè quidē à causa agente: cōpletiuè verò siue formaliter, per actuale esse, seu subsistere, quod suppositorum est, sicut, & operari. Hinc multū errant, qui in intelligentijs ponunt spiritualem materiā, ad saluandum earum indiuiduationem, & multiplicationē: quasi aliter indiuiduari, & multiplicari non valeant: quę vtique fieri queunt per actualem existentiam illam, quam à causa efficiente suscipiunt. Hæc Henricus.

Aristotel. Quæcunq; sunt multa numero materiam sortiuntur.

Philosop.

Error philosophi.

Auicenna

¶Qui in determinationē q̄onis istius fatet̄, ꝓ materia, & quantitas sunt causa, & rō indiuiduationis in corpalibus, & in inferioribus rebus. Veruntū in ista q̄one inserit multa, quæ & alibi sæpè affirmat, videlicet quod intētio, & mēs Aristotelis fuit, intelligentias nō esse productas ab aliquo, nec creatas à Deo: sed vnāquāq; earum esse quendam Deū in ordine suo, & habere necesse esse, nec in ea distingui esse ab essentia. Verū istud nunquā fuisse de mente Philosophi, euidenti s̄imè super primū oīdi ex verbis, & doctrinis philosophi, p̄sertim cū in metaphysica sua solidissimè tractet de actu, atq; potentia, & tandē insolnbiliter inferat, & cōcludat, ꝓ solum primum ens est purus actus, & oīum princeps, ad quē totum vniuersum, sicut exercitus ad principē ordinatur. In cæteris omnibus ponit actū, & potentiam esse, solūq; Deum asserit simpliciter, & absolutè perfectum, & per consequens intrinsecè formaliter, & perfectionaliter infinitū. De quo & alibi protestat, quòd ab hoc ente oībus deriuatū est esse, & uiuere. Itemq; ꝓ ipse sic cæteris cunctis causa entitatis, & veritatis. Scribit etiā hic Henricus, ꝓ Auerrois in p̄dictis Aristoteli consensit, cū tū in libro de substantia orbis Auerrois apertissimè fateatur nunquam fuisse de mente Aristotelis, ꝓ cœlum sit à Deo solum per conseruationē, aut dependentiā, sed quòd sit ab ipso per verā emanationem, seu productionē realē, imò, ꝓ oīum cæterorum esse à Deo effluxerit, nec vlla rō hoc permittit, ut dicātur plura increata ad vnū principium non relata: quanto minus putādum est, ingeniosissimum illum Philosophum hoc sensisse, quæ & à magistro suo Platone toties didicit, quod omnis multitudo procedit ab vno?

Dionysi⁹.

Aristotel. defendit.

Gulielm⁹.

¶Deniq; de his secunda parte libro de vniuerso, multa scribit Parrhisiensis, quasi Peripatetici præcipui nullā discretionē numeralem, aut personalē diuersitatem in separatis posuissent substātijs: Restat, inqens, p̄scrutatio de hmōi substantijs, an sit diuersitas apud eas & multitudo. & intelligo an diuersentur numero, & an numero tm̄, an etiā specie. Et de primo horū fuit sermo Aristotelis, & Alphorabij, ac Auicennæ, aliorūq; q̄ in his Aristotelē sunt secuti: q̄ oēs concordarunt in hoc, ꝓ oīs diuersitas, oīs numerus à materia est corporali. Propter quod aīas nostras cū fuerint separatæ, dixerunt numerū nō habere, nec facere: sed oēs eas unam substantiā esse, & prorsus unum, nec inuenire apud eas hoc & hoc. Hæc Gulielmus, qui conseguenter hæc reprobat.

Dionysi⁹.

¶Sed agnoscendum ꝓ verba, non mentem philosophorum illorum redarguit. Non.n. quemcunque numerum abstulerunt illis substantijs, sed eum, q̄ est de genere quantitatis, & ex diuisione causatur cōtinui. vocaturq; numerus materialis, atque in solis corporalibus locum sortitur. Alioquin verum non esset, quod ipsemet Gulielmus multo ties refert Aristotelem posuisse intelligentias nouē, aut decē iuxta

Auicenna & Algazel.

ta numerū cælestium orbium. Auicēna quoq; & Algazel cōtestantur aīas hominū separatas esse actualiter infinitas, vt dictū est supra. Nec oēs peripatetici concorditer asseruerunt aīas hominū post separationē fieri, vnā, aut vnum quid: sed Auerrois, & qui dā perpauci eū sequentes, mentiti sunt animas hominū corruptibiles esse, & mori cum corpore: ficq; post destructionē earū non remanere nisi intelligentiam quandam cōem, quam & animabus nostris in hac vita coniungi dixerunt per irradiationē, applicationē q; quandam. Nec verisimile est Aristotelem hoc sensisse, quāuis Auerrois ex verbis illius hoc conetur probare. Propter ꝓ sanctus Thomas in speciali tractatu cōtra hoc edito diligentissimè probat oppositū, Aegidius quoq; in libello suo de vnitate intellectus: prout domino concedente, suo patebit in loco. Hinc demū in libro de causis habetur, quod causa prima est de se maximè hæc, & quod ipsa nō habet hyliathin. Et si dicatur habere hyliathin, hyliathin illud est indiuiduū eius: qm̄ ipsa indiuidua est per propriam bonitatē, quæ omnia secula bonitatibus, & gratijs implet. Deus quippe eo ipso quo est purus actus, & bonitas pura, nulla est cōmiscibilis, neq; alicui secundorum essentialiter cōmunicabilis: sed in se & per se summè cōsistens, ab vniuersis, & singulis infinita excellentia segregatus, nec cōparem habens, nec coæquæuum, neq; contrarium.

Thomas.

Aegidius.

Scotus.

¶Præterea Scotus de his tractās: Primò, quęrit de materialiū indiuiduatione substātiarum, ut ex hoc clarius pateat, qualiter substātijs immaterialibus indiuiduatio competat. Itaq; quærit, utrū materialis substantia indiuidua sit ex se, uel ex sua natura. vr̄ quod sic, quia Philosophus septimo metaphysicæ cōtra Platonē probat, ꝓ substantia cuiusliber rei est propria illi, cuius est, nec alteri inest: ergo per eā est distincta ab alijs, & propriū quid substātēs. i. indiuiduū. Hic respondetur, ꝓ sicut natura formaliter est natura, ita ex se est singularis, ita ꝓ non oportet q̄rere aliā causam singularitatis naturæ, quasi natura priùs tēpore, aut naturali ordine sit natura antequā sit singularis, & tunc per aliqd adueniens trahatur, vt fiat, & sit singularis: quod probat per simile. Nam sicut natura per se habet esse ver ū extra animā, non autē habet esse in anima nisi ab alio. i. ab ipsamet natura in re, videlicet per abstractionē à singularibus, (etenim esse verū conuenit rei simpliciter, sed esse in aīa, est esse s̄m quid) ita vniuersalitas non conuenit rei nisi s̄m quod habet esse secundum qd, puta in anima. Singularitas aūt conuenit rei s̄m suum verū, realeq; esse, & ita ex se, atq; simpliciter. Hic ergo quærēda est causa, cur natura sit vniuersalis, & dādus est intellectus q̄siti. Itaq; dico, ꝓ substātia materialis ex sua natura non est de se hæc: quia si sic, intellectus non posset eā intelligere sub ratione opposita. Aliqua ergo est vnitas in re realis, absq; oī operatione intellectus, minor vnitate reali, seu vnitate propria singularis. Nēpè ut 5. metaphysicæ suæ asserit Auicenna, equinitas est tantū equinitas, nec ex se est vna nec plures, nec vniuersalis, nec particularis. Non est inquā vna ex se vnitate materiali, nec plures pluralitate opposita huiusmodi vnitati, nec vniuersalis actu eo modo, quo aliqd est vniuersale, put est ipsius intellectus obiectū, nec particularis de se. quāuis enim realiter nūquā sit sine aliquo horū, non tamen est de se aliquid istorū, sed est naturaliter prior oībus istis, & secundum prioritatem hanc naturalem, est quod qd est, seu quidditas rei per se, & est obiectū intellectus per se, atq; vt sic, consideratur à metaphysico, & per diffinitionē exprimitur.

Ex quibus materialis substantia sic indiuidua.

Cur natura sit vniuersalis.

Auicenna.

Prima ergo intellectio est naturæ, prout ei non cōintelligit̄ aliqs modus, neq; quem habet in intellectu, neq; quē habet ad extra: & sicut s̄m illud esse, non est natura de se vniuersalis, imò vniuersalitas accidit ei s̄m primā ratiouem eius, s̄m quā est obiectum intellectus: ita etiā in re extra, vbi numerus est cū singularitate, non est illa natura de se determinata ad singularitatē, sed prior est naturaliter ratione contrahente ad singularitatem: & inquantū est naturaliter prior huiusmodi cōtrahēte, non repugnat sibi esse sine illo. Quemadmodū etiam obiectum in intellectu s̄m illā suam entitatem, & vniuersalitatē, habet verè esse intelligibile, ita in rerum natura s̄m hanc entitatē, habet verū esse reale extra aīam, atq; s̄m illā entitatem habet unitatem sibi proportionalē, estq; indifferens ad vniuersalitatem, & singularitatem, ita ꝓ illi vnitati non repugnat de se, ꝓ cum quacunq; vnitate singularis ponatur. Hæc Scottus.

¶Cuiu positio vr̄ erronea, & sibijpsi contraria. Res.n. creata nō habet esse nisi in intellectu causante, seu cognoscētē: & in re & in intellectu duntaxat cōuenit sibi rō cōitatis, seu vniuersalitatis, seu absoluti, aut qualitercunq; abstracti, nec æqnati, aut humanitati cōuenit rō illa tā absoluta, & propria, quā dr̄ tm̄ esse eqnatas, siue humanitas, s̄m quod est re, sed solum s̄m quod constat in cōsideratione intellectiua, eā s̄m se nudè, & absolutissimè apprehēdenti. Hinc cōiter dicunt Philosophi Aristotelē assecuti, ꝓ intellectus facit vniuersitatē in rebus. Et rursus, ꝓ vniuersale est dū intelligit̄ particulare, seu singulare, dū sentitur. Et rursus, ut ait Boethius: Oē quod est, extra intellectū videlicet, ideo est, quia vnū numero est. Siquidē esse actualiter, & in re, non cōuenit nisi enti determinato limitatū, & proprium esse habenti. Hinc Damasc. 1. lib. c. 11. pandēs qualiter natura increata, puta diuina essentia, & natura creata sicut humanitas, diuersimodi sint in pluribus, seu in distinctis personis: Oportet, inquit, scire: qm̄ aliud est re cōsiderari, & aliud rōne, & cogitatione: q̄a in oībus creaturis diuisio. i. distinctio hypostasiū, seu suppositorū, consideratur re. i. realiter, ac substātialiter sunt distinctæ. Ideo subdit: Re.n. Petrus à Paulo separatus consideratur. Intelligimus aūt intellectu, ꝓ Petrus, & Paulus eiusdē sunt naturæ, & communē habent naturā: quasi dicat, cōmunitas ista est per intellectus conceptum fundatū in rebus, in quibus est realis distinctio: nō vnitas, neq; cōitas actualiter, secundū quod realiter sunt subsistētes: imò ut sic, non conuenit eis vnitas, neq; cōitas, nisi aptitudinaliter, & quasi in potentia. Hinc addit Damasc. Hæc ergo cōis natura, rōne est considerabilis. Neq; .n. hæ hypostases, s̄ Petrus, & Paulus, in se inuicem sunt, sed seorsum vnaq̄q;, & s̄m seipsam separata. In summa autē trinitate est econtrario, quia in illa vnū re considerat̄. i. diuina essentia realiter vna est, permanēs vna, & eadē, ac indistincta. Hæc Damasc. Erroneū ergo est dicere, imò oppositū in adiecto, ꝓ natura creata habet esse verū reale extra aīam, indifferens ad singularitatem, & uniuersalitatē: qm̄ eo ipso, quod est in rerū natura, est ad singularitatem, seu particularitatē contracta, seorsum, & separatim consistens. Nihilominus verū est, ꝓ in natura sic existente fundabilis est per actū intellectus rō uniuersalitatis, & cōmunitatis, imò speciei, ac generis, & etiam absoluti secundum se, ita ꝓ nihil illorū est de sua intrinseca ratione, & proprio intellectu, ac q̄ditatiua diffinitione, prout Auicenna intēdit, & Hēricus diffusè explanat. Idcirco substantia materialis non est indiuidua ex sua natura, ita quòd indiuiduitas

Dionysi.

Boethius.

Damasce.

uiduitas sit de ratione ipsius, aut quasi cõitas ei repugnet. Attamen secundum esse, quod habet in rerũ natura, indiuidua est, & numero vna, iuxta intẽtionẽ Boethij, aliterq; sentire, reputatur Platonicũ.

Scoti secũda quæst. ¶Secundò interrogat Scotus, Vtrum substantia materialis per aliquid positiuũ intrinsecum, sit de se indiuidua. Quocirca narrat quorundam opinionem dicẽtiũ, quòd indiuiduum dicit negationem, videlicet indiuisionem à se, & priuationem identitatis ad aliud: propter quod nõ potest partes subiectiuas habere, nec prædicari de pluribus. Contra quod arguit, quia nihil simpliciter repugnat alicui enti per solam priuationem: quod probat: quoniã quantuncunq; negatio tollat potentiam proximã: non tamẽ ponit repugnationem formalẽ. Ad quod videtur dicendum, quod negatio, imò & priuatio, sic ponit repugnantiam formalem, quòd eis inexistentibus rei, nequeunt eidem rei conuenire opposita: sicut nec cæcus, stante cecitate sua, potest videre: nec surdus ut sic, audire. Rursus sic arguit: Negatione non ponitur aliq̃d in entitate perfectiori, sed prima substantia, seu indiuiduum est maximè substantia secundum philosophum, ergo non ponitur in tali eminentia sola negatione. Contra quod argui potest, ꝙ essentia diuiditur in essentiam creatã, & increatam. Increatum verò dicit negationem, & tamen increata essentia incõparabiliter dignior est, quàm creata. Multa similia obijci possent. Attamen verum est, ꝙ negatio vt pura negatio, positiuum, & dignificatiuum nõ habet effectum, sed per positiuũ substratum, seu subintellectum. Agere equidẽ presupponit esse. Deinde Scotus suam ponit opinionem: Necesse est, inquiens, huic lapidi, seu materiali indiuiduo per aliquid positiuum intrinsecum tãquam per rationem propriã repugnare, partes habere subiectiuas: & illud positiuum erit, quod dicitur per se esse causa indiuiduationis: quia per indiuiduationem intelligo indiuisibilitatem, seu repugnantiam ad diuisibilitatem præfatam. Hæc Scotus.

Opinio Scoti.

Quæstio. Qui adhuc non exprimit quid sit illud. Ideo tertiò quærit, An substantia materialis per actualem existẽtiam sit indiuidua, Ad quod dicit, quod nõ: qm̃ existentia est extra coordinationem prædicamẽtalem substantiæ, & ipsa existentia de se communis est sicut essentia. Ad quæ faciliter respondetur, ꝙ existẽtia vel realiter est ipsa essentia, vel non extranea ab eadem: sed immediatè reducenda ad idem genus, nec in prædicamento accidentis ponenda. Et insuper ipsum esse, vt est terminus realis ꝓductionis est quid limitatum, & indiuiduale seipso. Ista scholasticè tango, infra dicturus quid potius videatur tenendum.

Dionysij

Quæstio. Quartò quærit, Vtrum substantia materialis, per quantitatem indiuidua sit. & multipliciter, atq; (vt reor) efficaciter probat, quod non, imò ex multis præhabitis constat, quòd non, & in hoc specialiter confligit contra Aegidiũ, cuius positio non

Quæstio. videtur probabilis. Quintò igitur quærit, Vtrũ materialis substantia indiuidua sit per materiam. Quo circa fatetur, & probat, quòd ex varijs auctoritatibus philosophi videt sic esse, propter quod à multis tenetur quod imò. Et quia quæstionis illius, auctoritatum quoq; Philosophi pẽdet solutio ex alia quæstione: ideo quærit, an materialis substantia sit indiuidua per entitatem aliquam positiuam, per se determinantem ipsam naturam ad singularitatem. Circa hoc loquitur, & tuetur quod imò, quod probat sic: quemadmodum vnitas in communi per se consequitur entitatẽ, vnitatẽ in communi, ita quæcunq; vnitas cõsequitur per se aliquam entitatem; ergo vnitas simplex, qualis est vnitas indiuidui, cõsequitur in se aliquam per se entitatem. Non autem consequitur entitatem naturæ, quia illius est aliqua vnitas propria per se realis: ideo sequitur aliquã entitatẽ aliam, determinantem istam entitatem naturæ, cum qua faciet per se vnum: qm̃ totum cuius est vnitas, perfectum est de se. Si dicas, si est aliqua vnitas realis minor vnitate numerali, aut est alicuius numeraliter in eodẽ, aut in aliquo alio. Non in eodem numero: qm̃ quicquid in eodem numero est, vnum est numero: non in duobus: qm̃ in duobus nihil est vnum, idemq; numero. Dicendum, quod naturaliter natura prior est, q̃ hæc natura, & vnitas propriè consequens hanc naturã: nec natura prior est numeraliter sua vnitate, ut hæc natura. Sicq; cõsiderat Metaphysicus eam. In eodẽ ergo quod vnũ est numero, est aliqua entitas, qua consequitur minor vnitas, quàm numeralis. Porrò, quæ sit entitas ista, declarari potest per simile ad entitatẽ, à qua sumitur differentia specifica: differentia namq; specifica, seu entitas, à qua sumitur ipsa, comparari potest ad id, quod supra se, vel ad id, quod est infra se, vel ad id, quod est iuxta se. Primo modo differentiẽ specificæ, & entitati illi specificæ repugnat per se diuidi in plura essentialiter specie vel natura: atq; per hoc repugnat toti, cuius entitas illa est per se pars: ita in proposito huic entitati indiuisibili repugnat diuidi in partes subiectiuas, & per ipsam repugnat talis diuisio toti, cuius ista entitas est pars. Estq; solum differentia in hoc, quòd vnitas ista naturę specificæ minor est vnitate hac numerali. propter qd̃ ista non excludit omnem diuisionem, quę est secundum partes quantitatiuas, sed tantum eam, quæ est partium subiectiuarum. Sicq; realitas indiuidui similis est realitati specificæ, cum sit quasi actus determinãs realitatem specificam tanquam potentialẽ. Sed quo ad hoc, dissimile est: qa realitas indiuidui nunquã sumitur à forma addita, sed præcisè ab vltima realitate formæ. Realitas autẽ differentiæ, seu speciei, aliquando sumit ab eo, quod aliud est à forma generis, quando videlicet species addit realitatem aliquam super naturam generis. Item quo ad aliud, dissimile est: quia realitas specifica constituit compositum, cuius ipsa est pars in esse quidditatiuo. Ista autem realitas indiuidui, est primò diuersa ab omni entitate quidditatiua: quoniam intelligendo quamcunq; entitatem quidditatiuã limitatam, non habetur in quidditate intellecta vnde ipsa sit. Hæc itaq; quidditas specifica constituit in esse formali, & quidditatiuo, realitas verò indiuisibilis cõstituit præcisè in esse materiali. Verũ si quæras, quæ est ista entitas indiuisibilis, à qua sumitur differentia indiuisibilis, seu indiuidualis, & numeralis, est ne forma, aut materia, aut certè compositum? Respondet quod entitas ista non est materia, nec forma, neq; cõpositum, inquãtum quodlibet istorum est natura: sed est vltima realitas entis, quod est materia, vel entis, quod est forma, aut quod est compositum: ita quòd quantumcunq; cõmune adhuc: potest tamen determinabile distingui, quantumcunq; sit vna res, in plures realitates formaliter distinctas, quarum vna non est formaliter alia: & hæc formaliter entitas singularitatis, & ita est entitas naturæ formaliter: nec possunt istæ realitates esse res, & res, sicut possunt esse realitas, vnde accipitur genus: & realitas, vnde accipitur differentia, ex quibus realitas specifica sumitur: sed semper in eodem, siue parte, siue toto, sunt realitates eiusdem rei formaliter distinctæ. Hæc Scotus.

Ad quæstionẽ responsio.

¶Cuius

Dionysius Positionẽ Scoti fictiũ quid p̃ferre.

Cuius verba sunt intrincata, & positio sua videtur esse fictitium. Quid.n. sunt istæ realitates, quas dicit non esse accidentia, sed potius in gñe substantiæ, si non sunt forma, nec materia, nec quid compositum ex eisdem? Si autem vult dicere, ꝙ non realiter, sed formaliter, iuxta suum modum loquendi, ab inuicem distinguunt̃, non erunt nisi entia rõnis, seu entia sola rõne distincta, seu vnum, & idem multipliciter consideratum. Manifestum est.n. iuxta omnem doctrinam peripateticorum, imò, & Platonicorum, ꝙ species specialissima dicat totum esse quidditatiuum, & essentiale indiuiduorum suorum plenariè: & ea, quæ vltra in indiuiduo considerãtur, nil prorsus essentiale adijciunt: quamuis variæ considerationes formales, ac proprię, in tali esse quidditatiuo indiuidualiter participato queant fundari, uel potius fingi, quæ in re ipsa nil addunt, nec ponunt realem hunc effectum. Nempè quid reale de gñe substãtiæ superaddit humanitas Socratis humanitati secũdum se absolutè, & abstractè consideratæ, quo illa contrahatur, ac indiuiduetur?

Durandus Opiniones duæ de principio indiuiduationis.

¶Durandus demum hic narrat duas de principio indiuiduationis opiniones, Vnam, dicentium, ꝙ materia sit illud principium: qm̃ ei non conuenit esse in multis, sed alia potius recipere in se. Quæ persuasio est inutilis. Materia.n. ꝛm se est quid cõe, & ipsa est in materialibus rebus tanquam pars substantialis in toto. Aliam, ꝙ quantitas sit indiuiduationis principium. Quod reprobatur, quia subiectum naturaliter priùs est accidente. Cum ergo quantitas accidens sit subiecti indiuidui, naturali ordine sequitur illud. Rursus, si quantitas esset de rõne indiuidui in genere substantiæ; indiuiduum illud non esset ens per se, neq; ens vnum, nec in prędicamento substantiæ: quia in suo intellectu includeret accidens. Istud quoq; superiùs satis est improbatũ. Hinc addit Durandus: Dicendum ergo, ꝙ nihil est principium indiuiduationis, nisi quod est principiũ naturæ, & quiditatis. Quod primò probatur sic. Species, & indiuiduum sunt idem ꝛm rem, & differunt ꝛm rõnem: quia quod dicit species indeterminate, indiuiduum dicit determinatè, quæ indeterminatio, & determinatio sunt ꝛm intellectum. Vniuersale namq; est vnũ tantummodò ꝛm intellectum: indiuiduum autem solum secundum esse singulare. Quemadmodum.n. actio intellectus constituit vniuersale, sic actio agentis naturalis terminatur ad esse singulare. Eadem ergo secundum rem differentia secundum rõnem, sunt speciei, & indiuidui. Secundò: qm̃ id, quod cũ ente conuertitur, & de eadem re prędicatur, non dicit aliquid additum super ea, de quibus prędicatur: sed esse indiuiduum cõuertit̃ cum ente accepto ꝛm esse reale. Nil enim existit ad extra in re nisi indiuiduum, nec conuenit alicui per aliquid sibi additũ, sed per id, quod est esse indiuiduum: omnisq; alia vnitas est rationis. Per quid itaque Socrates est indiuiduum? vtique per id, quod est existens, quod extrinsecè sunt causa finalis, & causa efficiens, cuius est producere singulare. Intrinsecè autem sunt hęc materia, & hæc forma. Quod si quæsieris, per quid forma est hæc: dicendum, ꝙ per id, quod est in re extra: & hoc extrinsecè est agens: intrinsecè autem materia: quia materia cõmunicat esse formæ, quæ absque materia non existeret. Idem dico de materia, nisi ꝙ indiuiduatio sua plus dependet a forma, q̃ econtra. Forma quippè est magis causa essendi materiæ, q̃ viceuersa. Porro substantiæ separatæ nullo alio intrinsecè indiuiduãtur, nisi seipsis. Itaque quãtuis duo indiuidua specie eiusdem conueniant in

Duo indiuidua eiusdem speciei qualiter, & qm̃ differant.

natura abstractè, absoluteq̃ sumpta secundum rationem: differunt tamen in ea secundum realem existentiam sumpta. Similiter differunt in principijs, seu partibus suis essentialibus, existentialiter sumptis. Cumq; opponitur, ꝙ forma non est hæc, nisi quia recipitur in materia signata, hoc est, per quantitatem determinata, atq; diuisa: Dicendum, ꝙ falsum est: qm̃ forma per seipsam intrinsecè est hæc, & non per hoc, ꝙ recipitur in materia, nisi concomitanter: quia ꝙ sit hæc, non habet nisi in materia, nisi sit separabilis forma, ut anima. Hęc Durandus.

Dionys. ¶Cuius opinionem recitatiuè induco: qm̃ multa includit, quæ a communi doctorum doctrina dissentire videntur, præsertim, ꝙ dicit materiam communicare esse ipsi formæ: quod tñ videtur ad hunc sensum dixisse, quia est causa sine qua non.

Ad primũ ¶Ad primum in principio quæstionis obiectum, dicendum, ꝙ in vniuersitate corporalium rerum causa indiuiduationis fertur materia, aut materia hæc, vel quantitas. Angeli autem superioris sunt ordinis, & alius modus indiuiduationis iuxta præhabita competit eis.

2 ¶Ad secundum, quòd angelo secundũ esse abstractũ sumpto, & inquantum est forma ꝛm cõem rationem formæ, conuenire põt cõicabilitas, & ratio vniuersalis: tñ inquantum est talis forma, cõuenit ei per se indiuidualiter, substantialiterq; existere. Verum de hoc paulo post pleniùs refertur.

3 ¶Ad tertium, quòd in rebus materialibus abstractio a materia ponitur vniuersalitatis, communicabilitatisque causa, De immaterialibus verò est aliter iudicandum: imò quo angelus minus habet de proprietate, & natura materiæ, atq; potentiæ, eo plus competit sibi per se suppositaliter esse, vtpote plus de formalitate, & actualitate habente.

4 ¶Ad quartum, Species intelligibilis est quid commune per repræsentationem, non per existentiam, neque per inhærentiam in subiecto. Postremò de indiuiduatione materialium substantiarum loquitur Thomas in tractatu suo de esse, & essentia; quia materia indiuiduationis principium est, ex hoc fortè sequeretur, ꝙ essentia, quæ materiam, & formam complectitur, sit tantum particularis. Idcirco sciẽdum, ꝙ nõ quæcunque, sed solum signata materia, quæ sub determinatis dimensionibus continetur, indiuiduationis consistit principium. Et hæc materia non ponitur in diffinitione hominis, sed Socratis, si diffinitionem haberet. Hæc ibi. Quibus obijci

Obiectio. potest, ꝙ materia signata, quæ in diffinitione indiuidui poneretur, si diffinibile esset, est materia indiuidua, seu indiuiduata. Materia namque de se nominat quid commune, quòd per quantitatem certam seu determinatam, & qualitatem indiuiduatur: ergo ipsa non est indiuiduationis origo, & radix, sed quod eam indiuiduat, limitat, & designat. Quòd si quis dicat ipsam esse principium indiuiduationis materialium substantiarum primarum, puta indiuiduorum: non autem simpliciter totius indiuiduationis in genere corporalis substantiæ: Obijcietur, quia quod est causa causæ, est causa causati, & quod prima causa in omni ordine plus cæteris Influit. Id ergo, quod est causa indiuiduationis materiæ, erit potissima causa indiuiduationis eorum, quæ per materiam signatam indiuiduantur. Denique materia signata in sua ratione, seu intelligentia includit non solum materiam de genere substantiæ, sed & aliquid de genere quantitatis, aut etiam qualitatis, quemadmodum homo albus: Ergo non est quid vnum simpliciter, neque

in prædicamento substantiæ, sicut nec album. ergo nec indiuiduum, de cuius intellectu, seu rōne est talis materia. Sicq; primæ substantiæ materialium rerum, ac specierū, vt Petrus Iohannes, non essent in prædicamento substantiæ. quòd prorsus absurdum est, Insup posset sic argui: Compositio prima, videlicet vnio formę substantialis cū materia, præcedit compositionem secundam, quę est coniunctio materię cū forma accidentali, qualis est dimensio. Cū ergo indiuiduationis principium, qnòd ſm hanc opositionem, materia est signata, includat compositionem secundam, vtpote coniunctionē materiæ cū quantitate, includit, & compositionē primā: sicque talis materia esset iam quid informatū forma substantialis: & ita non esset pars substantialis substantiæ primæ, quæ dr indiuiduari per eam. Preterea si materia ſm se sumpta, dicat indiuiduationis principium, vtpote terminans fluxum formæ, vt Albertus, & alij multi videnr sentire: obijci potest, quod iuxta Philosophum forma est, quæ distinguit, & separat, actuat, atque determinat. Et sicut forma generaliter sumpta dat esse materiæ, ita hæc forma dat materiæ huic hoc esse indiuiduale, & substantiale. Sicq; forma multo plus limitat, determinat, indiuiduatq; materiam, q̄ econtra: præsertim cum materia sit de se pura potentia, indifferens, & indeterminata ad formam quācunq;, aut saltem ad istam, seu illam. Qūo ergo conferet alteri determinationem indiuidualem, potissimè ei, quo eius in determinatio specificatur, ac terminatur, atq; ad indiuiduale esse perducitur? Vr ergo mihi magis dicendum, quòd cum res ab eodem habeat esse, & hoc esse ab eodem inquam efficienter, atq; ſm realem influxum: quemadmodum etiam in eodem realiter idem sunt, esse, & hoc esse, loquendo de esse simpliciter, cum vnius, & eiusdem non sit nisi vnum, & idem esse simpliciter dictum, illud est effectiua causa indiuiduationis in omni indiuiduo supposito, & persona, quòd est effectiua causa illorum: ipsumq; esse actualis existentiæ, inquantū est terminus ꝓductionis realis, ac effectiuę, est proxima formalis, atq; intrinseca causa indiuiduationis. Hoc etem esse de se, est quid indiuiduale, eo ipso, quòd est terminus realis productionis, cū ꝓducere, & ꝓduci sint suppositorū, seu indiuidualium, aut particularium rerum. Essentia quoq;, seu forma vt hoc esse actuata, subsistens est, seu consistens, & cōicabilis pluribus imò, & alteri cuicunque. Porro quid huic positioni obijci possit, cum sua solutione prætactum est. Quamuis ēt esse, cōissime accipi queat sicut essentia, tn vt est terminus realis productionis, necessario est quid indiuiduale, & limitatum. Ista quoq; positio potest teneri tam ſm eos, qui inter esse, & essentiam statuunt distinctionem realem, quàm secundū aliam traditionem. Nec oportet indiuiduationē fieri per quid realiter ab indiuiduatio distinctum, vt etiam Thomas fatetur in angelis. Præterea si obijciatur, quòd iuxta hæc esse existentiæ esset de intellectu, & ratione indiuiduj, & mentiretur Porphyrius loquens, Siue Socrates sit, siue non sit, Socrates tn est homo: Dicendum, quòd multa concurrunt, requiruntur, ac pertinent ad esse actuale, seu indiuiduale existentiā hominis, quę nō sunt de intellectu, & rōne ipsius, vt accidentales dispositiones diuersę. Istud scholasticè dictum sit, vt studiosis prębeat inqsitionis acutioris occasio. Nec enim in opinabilibus istis materijs, in quibus etiam magni tam diuersimodè opinantur, aliquid cum temeraria assertione est ꝓferendum, aut quasi cercitudinaliter determinandum: quanquam nonnulli in talibus nimis assertiuè loquantur, quasi ipsi soli sano, ac præcellenti pollerent ingenio.

Dionysij opinio.

QVAESTIO III.

TErtiò principaliter quæritur de differentia essentiali angelorum inter se, videlicet, *An omnes angeli sint eiusdem speciei.* ¶ Et ista quæstio complectitur multas, quæ simul sunt expediendæ, vt uitetur immoderata prolixitas. Potest etenim quæri: An sub vna specie angeli sint, aut esse ualeant plura indiuidua, seu personæ, præsertim si in ipsis nulla consistat materia. Iterum quæri potest, an angeli vniuersi sint speciei eiusdem. Deinde, an cuncti angeli vnius chori, seu ordinis, sint speciei vnius. Circa quas quæstiones varia fiunt argumenta ad partem utranque, quæ in processu partim tangentur.

An oēs angeli eiusdem sint speciei.

¶ Itaq; ad quæstionem, qua quæritur, An angeli differant specie, Alexander respondet, quòd imò. Quoniam angeli supremę hierarchiæ plus differunt ab angelis infimæ hierarchię, q̄ angeli infimæ hierarchiæ ab inuicem. Sed angeli, qui sunt eadem hierarchia, aut idem sunt specie, & differunt numero: vel idem sunt genere, & different specie. Ergo angeli, qui sunt in superiori hierarchia, cum plus differunt a b his, qui sunt in infima, differunt ad minus specie ab eiusdem. Insuper angeli de ordine Seraphin inter se magis conueniunt, quàm cum angelis de ordine Cherubin. Aut ergo conueniunt specie, & differunt numero: aut conueniunt genere, & differūt specie. & quodcunq; horum dicatur, consequens est, quòd angeli inter se differunt specie. Præterea chori, seu ordines angelorum inter se distinguuntur secundum officia, & dignitates, atq; prelationes vnius super alium, sicut, & nomina ordinum pandunt, quæ sunt: Archangeli, Principatus, Potestates, Virtutes, & Dominationes. sed ipsa officia differunt specie, ergo, & angeli. Iuxta hoc quæritur, An ordo naturaliter angelis insit vel accidentaliter tantū, videlicet ex meritis. Videtur, quòd naturaliter, quoniam sapientis est ordinare, & ordinatio sapientiæ attestatur. angeli autem a diuina sapiētia omnia ordinante, creati sunt. Respondendum, quòd ſm Augustinum duodecimo de Ciuitate Dei, ordo inæqualitatem requirit: ideo ab exordio creationis inerat angelis ordo. Ordo tamen ille non tantum respicit naturam, sed etiam gratiam. Vtroq; enim modo ordinem habent angeli boni. Mali verò angeli quamuis non habeant ordinem gratiæ: tamen ordinem habent naturæ: ita quòd ex natura quidā sunt perspicacitatis maioris, quidam minoris, & ita de alijs naturalibus donis. Quemadmodum etiam in hominibus aliqui constituti in officijs, deijciuntur propter suam indignitatem, & transgressionē: sic angeli mali de cœlo eiecti, & ab honore, quem habuissent, si perstitissent.

Alexāder.

Ordines angelorū inter se distinguunt.

Quæstio.

Respōsio.

¶ Præterea ad quæstionem hanc, An in angelis sub vna specie sint plures personæ; respondet Alexander, quòd sic. Maior namque est virtus, essentiam suam communicare pluribus sine diminutione, quàm vni soli: ergo hæc virtus in eminentioribus, ac virtuosioribus pleniùs inuenitur. Cumque spiritualis creatura sit virtuosior corporali, & in corporalibus talis virtus consistat, multo plus in spiritalibus erit. Nam, & diuina essentia indiuisa, & simplicissima perseuerans, tribus cōmunicatur personis. Cumq; natura angelica præcæteris similior, atq; uicinior sit diuinę essentię, conuenit ei communicabilitas ista secundum modum ipsius. Veruntamen obijci potest: quoniam causa multiplicationis indiuiduorum sub una specie, videtur esse corruptibilitas indiuiduorum, contingēs ex parte materiæ, vt species conseruetur. Rursus spiritualis creatura magis assimiliatur creatori in vnitate, q̄ corporalis: sed in corporalibus rebus superioribus, inuenitur vnum indiuiduum tantum esse sub specie vna, vt in Sole, & Luna, ergo magis in angelis. Dicendum, quòd alia est ratio multiplicationis indiuiduorum in spiritibus sub specie vna, q̄ in rebus corporeis. In spiritibus quippè est ad manifestationem bonitatis diuinæ, quæ vult alijs communicare participationem beatitudinis suæ, quatenus sicut multiplicatur numerus indiuiduorum in specie rei naturalis, ita multiplicetur numerus angelorum sub quacunq; specie ad fruitionem beatitudinis. Deniq;, potentia regis terreni, & decens dispositio in aula eius ostenditur, dum multi consimilis dispositionis seruiunt ei in officio aliquo, magis, q̄ si vnus duntaxat: ut dum multi pincernæ sunt, non vnus tantummodo. Cumq; potestas, & magnificentia regis superni sit prorsus improportionalis, atq; in infinitum sublimior omni potestate regis terreni, dispositio quoq; aulæ cœlestis in immensum decentior sit omni dispositione terreni palatij, conueniēs est, angelo, qui sunt serui ministeriales altissimi, plures esse sub specie vna. Ad aliud, quod diuina essentia non se communicat nisi ei, quod vnum cum ea est, cum nō sit possibile plures resistere ueros Deos: non autem ita in angelis est, imò eis plus congruit pluralitas personarum. Nec est simile de domino, & ministris; quoniam vnitas, & indiuisiō perfectio ni domini amplius cōuenit, iuxta illud Philosophi, pluralitas principium mala. seruis uero plus conuenit multitudo, atque pluralitas, quum & Salomon in prouerbijs protestetur: In multitudine populi dignitas regis. In paucitate plebis, ignominia principis. Angeli autem sunt administratorij spiritus. Nec est simile de Sole, & Luna, quia in eis plurificatio suppositorum sub specie vna obesset ordini, & bono communi.

Alexāder.

Alexāder.

Quæstio.

Obiectio.

sponsio

Simile.

Ad aliud.

Prou. 14.

Alexāder.

Ionæ 2. & 4.

¶ Consequenter quærit Alexander de causa tantæ multitudinis angelorum. Respondet, Ad hoc dicendum videtur, quòd cum angeli sint ministri potestatis diuinæ in creaturis mundi, cum eius iussa per angelorum obedientiam desuper ministrantur, peruenit iussio Dei non solum ad homines, aues, & pecora, imò, & ad ea, quæ latent sub aquis, sicut ad cœtum, qui deglutiuit Ionam, & ad vermem, qui corrosit (Deo iubente) cucurbitam, seu hederam. Si enim dominium donauit Deus homini, vt carnē portans possit non solum pecora, & iumenta suis vsibus deputata, nec solum aues domesticas, verum etiam ferocissimas bestias capere, mansuetasque facere, & eis imperio rationis, non robore corporis præsidere: quanto magis hoc angeli possunt, qui iussa Dei, quem perpetuò intuentur, incommutabili veritate perspecta, valent efficere, & implere, mouendo se per tempora, & corpora sibi subdita, per locum, & tempus mira agilitate, vt quocunq; venire opus est, imperceptibiliter adducantur? Ex quibus Augustini verbis elicitur, quòd necessaria est multitudo angelorum secundum cōgruentiam: non quòd mediantibus paucis, Deus nō queat creaturas has dispensare, ac ministrare: sed quoniam potius condecet fieri ista per multos ministros, quē madmodum, & in terreno cernimus regno. Veruntamen quamuis non essent ista terrena, adhuc decere esse multitudinem angelorum ad assistendum regi supremo, tamquam paratam semper parere eius imperio. Deniq; pluribus verum est, quòd distantiā a Deo secundum similitudinem concomitatur maior multitudo rerum distantium. Propter quod maior est multitudo mineralium, quàm plantarum, & plantarum, quàm animalium: sed utrum ita sit de angelis, soli Deo est cognitum. Attamen finitus est numerus erundem, hominibus verò incertus est, ut ait Glossa super illud Iob: Nunquid est numerus militum eius? Illud etenim est de his, quæ spectant ad altitudinem sapientiæ Dei, cuius incomprehensibilia extant iudicia. Verum, quod maxima sit multitudo angelorum, conijci potest ex dictis. Quo circa quæri pōt, Vtrum numerus angelorum certus sit angelis. Dicendum, quod sicut ex Enchiridio Augustini hr, angeli sancti noscunt ex quot electis hominibus eorū ruina sit reparanda. Vnde videtur, quod vident in verbo æterno numerum omnem suorum conciuium. Hæc Alexander. Cuius dicta, & rōnes inæstimabilis multitudinis angelorum sanctorum, infra magis patebunt.

Iob 25.

Vtrum numerus angelorū certus sit angelis.

¶ His per omnia concordat Bonauentura, qui ēt addit: Quidam dixerunt, quòd in angelis tot sunt species, quot indiuidua: quorum opinio vr prę sumptuosa, cum non appareat ad hoc aliqua rō cogēs, & neq; per scripturas, neq; per dicta sanctorū, neq; per officia angelorum, innotescat nobis tantā eis in esse diuersitatē: imò sicut in inferioribus cernimus, quòd omne animal naturaliter appetit consortium similis sibi in specie, & delectabilius illi conuiuit, ita in angelis esse videtur; quorum naturale desiderū frustrari non ualet. Hęc Bonauentura.

Bonauent.

¶ Petrus verò hic recitat aliorum opiniones, non se diuertens ad vnam potius, quàm ad aliam: sed declarans qualiter quælibet posit defendi. De numero autem angelorum dicit sicut iam tactum est, & sicut post pauca ex Thoma dicetur. dicit quoq; angelos esse in genere, & sub illo diuersas species specialissimas accipi, posse consistere, sicut hoc supra clariùs est ostensum.

Petrus.

¶ Præterea de hoc, An sint plures angeli vnius speciei, scribit hic Tnomas: De hoc sunt tres opiniones. Quidam namque dixerunt, quòd omnes angeli sunt speciei unius, intantum quòd quidam etiam posuerunt angelos, & animas rationales vnius consistere speciei. Alij dicunt, quòd angelus, & anima differunt specie, & item, quòd angelus vnius ordinis differt ab angelo alterius ordinis specie. Omnes verò angelos vnius ordinis, eiusdem esse speciei affirmant. Alij dicunt, quod quilibet angelus differt a quolibet alio, specie, ita quòd tot sunt species in angelis, quot personæ: quòd consonat dictis Philosophorum, & sancti Dionysij, qui decimo capitulo cœlestis hierarchiæ in eodem ordine perhibet esse primos, ac medios, & infimos. Huic autem positioni est necessarium consentire, tum ex angelorum immaterialitate, tum ex eorum incorporalitate. Si enim immateriales ponantur, cum nulla natura, seu forma multiplicetur nisi ex diuersitate materiæ, oportet, ꝙ forma simplex, & immaterialis non recepta in materia aliqua, tantum sit una: ideo quicquid est extra eū, alterius est naturæ; & distat ab ea secundum formam. Talis verò differentia causat diuersitatem in specie. Insuper idem de necessitate sequitur, quamuis ponantur materiales, dummodo non ponantur corporales. Quorumcunq; namq; materia secūdum se differre asseritur,

Thomas. Opiniones tres de angelorū differentia.

1

2

3

oportet si illa materia eiusdem sit ordinis in vtroque, quemadmodum materia generabilium, & corruptibilium vna est, quòd diuersæ formæ sm quas diuersum esse accipitur, recipiantur in diuersis materiæ partibus. Non enim vna pars materiæ, diuersas formas oppositas, & disparatas, simul recipere potest. Diuersitas autem partium in materia intelligi nequit, nisi præintelligatur in ea quantitas dimensiua ad minus interminata, vt libro de substantia orbis, & primo Physicorum loquitur Commentator. Hæc Thomas in Scripto.

Diuersitas partiũ in materia qũo neq; intelligi.

¶ Hoc idem fortiter asserit in 1. parte Summæ 50. qõne: Impossibile, inquiens, est angelos eiusdem hierarchiæ, aut ordinis esse speciei vnius. Ea quippè, quæ conueniunt specie, & differunt numero, in forma conueniunt, & materialiter distinguuntur. Cumq; angeli non sint ex materia, & forma compositi, impossibile est duos eiusdem speciei angelos esse. Si etiam angelus haberet materiam, nec sic possent esse plures angeli speciei vnius: oportet enim, quod principium distinctionis vnius ab alio, esset materia, non secundum diuisionem quantitatis, cum sint incorporei, sed potentiarum: quæ diuersitas materiæ causat diuersitatem non solum speciei, sed generis. Hæc in Summa.

Idẽ Tho.

¶ Ampliùs in Summa contra gentiles libro 2. cap. 91. idem defendens: Substantiæ, ait, separatæ, sunt quidditates per se subsistentes. Species autem rei est, quam significat diffinitio. Quidditates igitur subsistentes sunt species subsistentes. Ideo substantiæ separatæ nequeunt esse plures, nisi sint specie differentes. Multiplicatio quoq; specierum magis confert ad nobilitatem, perfectionem, decorem, & ordinẽ vniuersi, q̃ multiplicatio sm numerum: idcirco plus competit ordini, ac decori vniuersi, quod singuli angeli differant specie. Hæc ibi.

Substãtiæ separatæ nequeunt esse plures nisi differãt specie.

¶ In his verbis Thomas non solum testatur, quod angeli omnes, ac singuli differant ab inuicem specie, sed etiam, quòd impossibile sit plures esse speciei eiusdem. Et si intelligit hoc sic, quòd simpliciter impossibile sit, ita, vt nec a Deo fieri queat, eo quòd implicet, saluari non poterit, vt infra patebit. An verò secundum naturam impossibile sit, infra discutietur.

¶ Deniq; Thomas in his a doctrina Magistri sui Alberti extremè recessit: cum tamen Albertus motina Thomæ soluerit clarè. Qui item Albertus in doctrina peripatericorum eminenter fuit exercitatus, qui scribit hoc loco. Circa istam materiam sunt tres opiniones solennes: Vna, quod singuli angeli a singulis differunt specie, propter rationes præhabitas. Alij probabilibus tenent, quòd omnes angeli vnius ordinis eiusdem sint speciei, dicentes, quòd sapientia increata multiplicat sub uno communi, quod est spiritus, personas angelicas, propter multiplicitatem ministeriorum, atque officiorum ad cœlestis regis ornatum spectantium. Tertij dixerunt, quòd omnes angeli vnius sunt speciei, hierarchijs, ordinibusque differentes, eo quod quidam eorum sunt algamata, seu exemplaria iuxta Deum existentia. Alij verò secundum diuersa dona, dignitates & opera diuersimode distinguuntur. Et quia sententia plus congruit dictis sanctorum, & in eam magis consentire videntur: ideo apparet ei consentiendum. Nam & diuinus Dionysius in libro de angelica asserit hierarchia, quòd omnes dicuntur cœlestes essentiæ, & omnes dicuntur cœlestes virtutes, omnes quoque angeli appellantur: redditque causam nominum horum, dicens, quòd omnes vocantur cœlestes essentiæ: quoniam hoc commune, quod est cœlestis essentia, æqualiter participant. Omnes quippè in cœlo creati sunt, omnes etiam ad ministerium regni cœlestis sunt ordinati. Dicuntur demum cœlestes virtutes: quoniam omnes ad actus ministeriorum suorum virtutem, efficaciamq́ue fortiti sunt plenè: propter quod in singulis ordinibus extant dispositi. Omnes insuper angeli nuncupantur: quoniam angeli infimum habent chorum: idcirco omnes superiores perfectionem ipsorum includunt. In omnibus etenim potestatibus virtualibus, superiores dona inferiorum continent eminenter, non econtrario. Apparet ergo, quòd omnes vnius sint speciei secundum naturam, quæ est cœlestis essentia, & nõ nisi donis, ac potestatibus differant. Adhuc autem proportio est, & quædam similitudo militiæ regis terreni ad militiam regis cœlestis. In militia autem regis terreni, omnes vnius sunt speciei, inter se differentes dignitatibus, ac potestatibus, & ornatu pertinente ad illos. Rursus, vt sanctus Dionysius contestatur, omnes diuina sunt lumina, & clarissima specula, increati luminis manifestatiua: & ipsorum est vna perfectio, vnusque modus Deiformiter intelligendi, atque ad finem ordinati sunt vnum. Cum ergo obijcitur, quòd multiplicatio ex æquo facta sub vno communi, quod commune est ad multa differentia non per materiam, fit per differentias, & species diuidentes illud commune: angeli autem multiplicantur sub genere hoc communi, quod est substantia spiritualis intellectualis, ergo per differentias, & species distinguuntur: præterea, commune substantiale non contrahitur ad hoc, aut illud, nisi per differentiam constitutiuam, aut materiam: in angelis verò commune illud substantiale præfatum, non contrahitur per materiam, ergo per formam, seu differentiam constitutiuam: dicendum, quòd maiores obiectionum istarum non semper sunt veræ, sed in logicis, & naturalibus tantum: non autem in ciuilibus. In ciuilibus namq; multiplicatio est ad ministeria per ordinationem politici sapientis. Distributio autem, seu dispositio, seu ordinatio regni cœlestis, similior est politicis, atq; ciuilibus, q̃ logicis, ac naturalibus. Cuius signũ est, quòd regnum cœlorum, ciuitas, & domus, ac patria nuncupatur. Hæc Albertus.

Omes angelos eẽ speciei eiusdẽ magis dictis sanctorum congruit.

Thomas ab Alber. dissentit. In Summa de quatuor coæquæuis vt Alber. sentire, quodlibet ab alio differt spẽ, & non numero tãtum, vt hic fatetur.

S. Diony.

Obiectio.

ad obiecta responsio.

¶ Cuius positio vt deficere in hoc, quod vniuersos, & singulos angelos vnius dicit speciei consistere, sicut partim ostensum est, & infra probabitur. Idcirco in hoc Vdalricus quoq; eius discipulus recessit ab ipso, scribens quarto suæ Summæ libro:

Dionysius

Vdalricus

¶ Quamuis præfata naturæ angelicæ attributa cũ ctis cœlestibus essentijs existimant communia, nulla tamen earum participat aliquod eorum æqualiter cum altera, sicut nec in essentia sunt æquales. Cum enim secundum Dionysium sanctum, illuminationes descendant a superioribus inferiores, nec solum veniant a hierarchia in hierarchiam, atque ab ordine vno in alium hierarchiæ eiusdem, imò etiam in eodem ordine veniant ab angelo vno in alium: propter quod diuinus Dionysius in eodem ordine ponit primum medium, & vltimum: patet, quòd omnes angeli inter se differant, sicut differũt plura gradatim descendentia ab vno principio: quia non esset ratio, cur angeli eisdem ordinis, essent in gradibus primi, & medij, ac vltimi, & nõ alij. Porro in talibus, nec in essentia, nec in perfectionibus, nec in essentialibus attributis est æqualitas vnius cũ aliquo alio: sed ille angelus est alijs spiritualior,

S. Diony.

alior, cuius natura consistit formalior, ex eo, quòd sua actualitas est potentialitati minus permixta, & hoc ex propinquitate sua ad actum primum, ac purum. Simplicior quoq; est ille effectus præ omnibus, qui ordine naturæ emanauit immediatè a simplicissimo primo. Minus etiam habet mutabilitatis, quia plus habet actualitatis, & altioris est immortalitatis. Sed & propter minorem a creatore distantiam, manet in clariorè, plenioreque lumine intellectus. Ex his soluitur quæstio de differentia angelorum, an quilibet ab alio differat specie, vel aliqui tantum numero a se differant, an etiam differant genere.

De angelorũ differẽtia.

Differunt namque sicut diuersi gradus eiusdem naturæ, causati ex distantia ab vno primo eorum principio, eiusdem inquam naturæ, non secundum vnitatem vniuocationis realiter, sed solum secundum vnitatem analogicæ communitatis: talia autem nec genere, nec specie vnum sunt. Ideo verò dixi, loquendo realiter: quoniam si sumamus illam naturam secundum logicam intentionem, & non secundum esse reale, tunc ipsa est vnum genus subalternatum substantiæ, quod vocatur natura intellectualis. Et vltra diuiditur in genera sibi subalterna, & illa rursus subdiuiduntur, donec tandem deueniatur ad singulas species, quarum quælibet non habet nisi indiuiduum vnum. quemadmodum etiã secundum dona, & gradus gratiæ, quibus correspondent gradus naturæ, diuiduntur primò in tres hierarchias: quælibet quoque hierarchia in tres ordines, & vnusquisque ordo in primos, & medios, ac vltimos. Cumque natura rationalis non sit propriè natura intellectualis, sed vmbra eius constat, quòd anima rationalis, nec in specie, nec in genere proximo conuenit cum angelis. Hæc Vdalricus. Cuius positio consonat Thomę.

Durãdus.

¶ Præterea de ista materia, scilicet, An plures angeli possunt sub eadem specie esse, scribit Durandus satis subtiliter, ac diffusè: Hic est, dicens, vnũ præintelligendum, videlicet, quòd quando effectus dependet ex vna sola causa, tunc tota possibilitas, seu impossibilitas illius effectus dependet ex conditione, & potestate illius causæ. Entitas autem, seu esse angelorum, & per consequens vnitas, pluralitasque eorum, immediatè, ac solum dependet a causa prima. Hinc tota possibilitas vnitatis, ac pluralitatis ipsorum sub specie vna, ex natura diuinæ potentiæ est pensanda. diuina autem potentia ad omnia, quæ contradictionem non implicant, se extendit. Quærendum est ergo. Vtrum plures angelos esse sub vna specie, implicat. Et dicunt quidam, quod sic, propter rationem præhabitam, vtpote quia differentia secundum formam, est differentia secundum speciem, præsertim quando accipitur secundum absolutam rationem ipsius formæ. Itaque primo inquirendum est hic, quid sit principium multitudinis indiuiduorum, & an quantitas sit talis plurificationis principium. Est autem aduertendum, quòd si in materialibus natura speciei priùs esset vna secundum numerum, & postea diuidiretur in plura secundum numerum, quemadmodum vnum numero lignum in ligna numeraliter plura diuiditur, nemo ambigeret quantitatem esse principium plurificationis huiusmodi. sic autem non diuitur natura communis in indiuidua plura, sed ipsa præcedit, & vna solum secundum rationem: imò nec propriè in plura diuiditur, sed potius vnitas eius ex indiuiduis multis colligitur per actum intellectus, qui vniuersalitatem facit in rebus. Hinc ista diuisio differt ab illa in tribus.

Quæstio.

Primum est: quoniam quantum est vnum secundum rem, species autem secundum rationem. Secundum est, quòd partes quanti diuisi, sunt partes integrales, nec totum illud prædicatur de unaquaque earum. Indiuidua verò sunt partes subiectiuæ speciei, de quibus, & species prædicatur. Tertium est, quia in diuisione quanti, surgit multitudo præcedente vnitate reali: in diuisione autem speciei, seu vniuersalis, ex multitudine actuali, seu potentiali indiuiduorum, oritur vnitas speciei operatione intellectus abstrahentis. Vniuersale namque aut posteriùs est, aut nihil, vt dicitur primo de anima. Postquam verò ita formatus est conceptus specificus, rursus secundum rationem diuiditur in indiuiduorum pluralitatem. & ita secundum rationem vnitas pluralitatem aliquo modo præcedit. Cumque tam differens sit diuisio quanti, a diuisione speciei, patet, quòd quantitas non est causa plurificationis indiuiduorum sub specie modo prætacto. Veruntamen aliquo modo causa est eius secundum quosdam, inquantum videlicet materia, quæ est altera pars indiuidui in corporalibus, non posset plures recipere formas, nisi mediante quantitate, non secundum esse subiectum formæ, sed secundum quod est medium in transmutati, aut fieri: tamen nec istud est uerum. Primò: quoniam eadem ratione quantitas esset causa plurificationis specificæ: quia sicut duæ formæ eiusdem rationis non recipiuntur in materia nisi per quantitatem diuisa, videlicet cum diuisio facta est secundum rem: ita nec plures formæ diuersarum rationum recipi queunt in materia tali, nisi eodem modo diuisa. Nec tamen propter hoc ponitur, quod quantitas sit causa plurificationis secundum speciem: ergo nec propter hoc ponendum est, quod sit causa pluralitatis secundum numerum. Secundò, quia opinio ista non assignant causam plurificationis formæ, sed solum materiæ. Tertiò, Nam quamuis diuersæ formæ coexigant diuersas materiæ partes, in quibus sint: nec tamen oportet id esse causam plurificationis formæ, quod est causa diuisionis materiæ. Non enim ex hoc sunt diuersæ formæ, quia recipiuntur in partibus diuersis materiæ: imò econtra, quia diuersæ sunt formæ, idcirco requirunt diuersas partes materiæ, in quibus recipiantur: cui tamen receptioni præintelligitur, formarum diuersitas. Cum ergo principalior pars rei sit forma, cuius multiplicationis causa non redditur: ideo insufficienter assignatur principium pluralitatis indiuiduorum sub specie ex sola materiæ plurificatione per quantitatem. Dicendum, quòd causa principalis, atque intrinseca, quòd aliqua forma sit plurificabilis, est latitudo suæ naturæ, ex qua conuenit ei posse esse in pluribus. Porro, quòd possibilitas, seu aptitudo ista pducatur ad actum, possunt esse variæ causæ extrinsecæ, seu concausæ. Denique quædam formę, vt animę rationales manent naturaliter multę sine materia, & quantitate: & formæ inferiores per omnipotentiam Dei possunt a materia separari, & separarim manere. Hæc etiam latitudo conuenit formis a causa agente, seu creante, & potest omni naturæ competere, vt probabiliter dicitur: cum materia, & formæ accidentales, ac naturales insint pluribus sub specie vna. De substantijs quoque separatis idem probatur auctoritate, ac ratione. Ratio talis est, Omnis natura, quę producitur ab agente actione reiterabili, potest secundum numerum plurificari: sed omnis natura creata est talis. Quemad-

Vniuersale, aut posterius est, aut nihil est.

Plures angeli possint eẽ sub vna specie

modum enim agens vna productione producit vnum, sic pluribus plura. Et sicut actio iterabilis est, ita, & terminus actionis. In his namque tota, posibilitas vnitatis, pluralitatisque actionis, & producti, est ex uirtute, & efficacia producentis. Hinc in diuinis esse non valet nisi filius unus: quoniam actio. qua producitur, non potest interrumpi, nec iterari sicut creatio. Omnis igitur creatura potest plurificari numero, præsertim substantiæ separatæ, cum tota ex Deo dependeat. Auctoritatē etiam patet hoc Augustini, tertio libro de libero dicentis arbitrio, vbi loquens de angeli peccato, supposito, quòd omnes peccassent, ait: Nec bonitas Dei tædio aliquo, nec omnipotentia eius difficultate deficeret alios creando, quos in eisdem sedibus collocaret. Postremò, fundamentum alterius opinionis, quo dicitur, Omnis differentia secundum formam, est differentia secundum speciem, falsum est; imò breuiter dico, quòd nulla differentia est nisi per formam. Siquidem per materiam, quæ est pura potentia, res non possunt differre ab inuicem: quia differre supponit esse. Per materiam autem nihil habet esse, sed tantum per formam. Quæcunque ergo differunt, & qualitercunque differunt, totum est per formam in habentibus formam, atque materiam. Nihilominus materialia ab immaterialibus penes materiam differunt secundum affirmationem, & negationem. Nam vnum habet materiam, aliud non. Hoc item sciendum, quòd quamuis conseruatio speciei sit causa multiplicationis indiuiduorum sub specie corruptibilium rerum: non tamen est causa in omnibus, nec sola, nec tota causa. Aliàs non multiplicaretur plus quàm necesse est ad speciei conseruationem, Multiplicantur ergo, & propter alias multas utilitates, quas Deus præordinauit prouenire ex eis, tam corruptibilibus, quàm in incorruptibilibus, Hęc Durandus.

¶In cuius dictis sunt aliqua, quę recitatoriè tango: attamen satis videtur probare, posibile esse plures angelos sub vna specie esse, quod & infra clariùs, ac efficaciùs ostendetur.

Scotus. ¶Scotus quoque: Dicentes, inquit, principium indiuiduationis esse quantitatem, aut materiam, consequenter dicunt in angelis non posse plures sub vna specie esse. & habent dicere quod hoc non solum imposibile sit ex proprietate intrinseca, sed etiam proprietate extrinseca, ita, quòd imposibile sit: quia naturæ huic repugnat distinctio solum indiuidualis, eo quòd sibi repugnet id, quod præcisè potest esse principium talis distinctionis. Fundamenta autem huius opinionis improbata sunt supra; idcirco tenenda est conclusio simpliciter opposita. Omnis etenim quidditas quantum est de se, communicabilis est, etiam quidditas Dei. Nulla autem communicabilis est pluribus in identitate numerali nisi sit infinita. Ergo quælibet alia communicabilis est cum distinctione numerali. Porro quidditatem communicabilem esse, probatur: quia hoc sibi non repugnat ex perfectione, cum conueniat diuinæ essentiæ: neque ex imperfectione, cum conueniat inferiorum naturæ. Iterum, quælibet quidditas potest intelligi sub ratione vniuersalis, ergo, & sub ratione communicabilis. Rursum, Deus potest quemcunque angelum in nihilum redigere, conseruationem suam abstrahendo eidem, & alium eiusdem speciei producere, sicque ordinem uniuersi recuperare: & sicut potest duos eiusdem speciei producere successiuè, ita, & simul, cum non sit incomposibilitas ad hoc, Oppositū tenendū. Ampliùs, nisi in angelis essent plures personæ in una specie, multæ species vniuersi intellectualis naturæ essent totæ damnatæ, quod multi habent pro inconuenienti. Dico ergo, quod omnis natura quæ non est actus purus, potest communicari, & plurificari secundum illam realitatem, quę est in potentia: quoniam indiuiduatur per eam. Cumq; obijcitur, quòd differentia formalis est differentia specifica: dicendum, quòd differentia formalis dupliciter dicitur, scilicet differentia in forma, & differentia formarum, quamuis non sit in forma, ut in ratione distinguendi. Primò modo potest assumptum illud concedi. Quilibet autem angelus, quamuis sit simplex, ac forma immaterialis; non tamen superaddit cuilibet alteri angelo gradum essentialis perfectionis: ideo non distinguitur ab alio quocunque specificè. Hæc Scotus. Qui plura super his scribit, quæ satis præhabita sunt. & ipse per modum alium saluat pluralitatem angelorum sub una specie, quàm Durandus. Henricus verò adhuc saluat hoc alio modo.

Ad obiectionē responsio.

Henricus. ¶Itaque quodlibeto secundo, octaua quęstione, differuit, quòd essentia intelligentiæ de se communicabilis, multiplicabilisque consistat. & quamuis secundem mentem Philosophi id fieri nequiuerit: quoniam materiam, & quantitatem non habet: illa tamen positio sua necesitatem non obtinet: quoniam alio modo indiuiduatio, & multiplicatio essentiæ intelligentiæ fieri ualent, uidelicet per esse actualis existentiæ, sicut expositum est in fine quæstionis præhabitæ. Imò ex illa opinione Philosophi inconuenientia duo magna sequuntur. Primum, quòd aliquid sit in potentia creaturæ, & in fundamento naturæ, utpote multiplicatio naturæ, atque pluralitas eius in indiuiduis: quę tamen nunquam per quodcunque agens posset ad effectum perduci: sicque frustra esset aliquid in natura, quod nec ipse concedit Philosophus. Secundum est, quòd aliquid esset in potentia creaturæ, quod nec per infinitam Dei virtutem posset in actum reduci: & ita non esset Deus verè omnipotens, quia non posset omne id, quod ex parte rei est posibile, fieri. Hinc inter erroneos articulos nuper ab Episcopo Parrhisiensi, scilicet domino Stephano, quia fuit doctor theologiæ, damnatos, est illa positio. Vnus namque illorum fuit articulorum, Quòd Deus non posit multiplicare indiuidua sub specie una sine materia, Error est. Alius fuit, Quod formæ non recipiunt diuisionem, id est, multiplicationem nisi secundum materiam, Error, nisi intelligatur de formis ex materiæ potentialitate aductis, Tertiùs est, Quia intelligentiæ non habent materiam, Deus non posset facere plures speciei eiusdem. Error. Hinc sancti nostri testantur in qualibet specie angeli plurima indiuidua esse. Vnde, & Damascenus: Creator, inquit, multitudinem specierum instituit. Hypostasim verò secundum unāquanque speciem constituit differentem, vel hypostasium differentiam, & copulationem fecit inter has naturalem. Omnes quippè sub eadem specie hypostases, ratione naturæ vnitæ sunt. Differentiam autem hypostasium habent: quoniam characteristicis proprietatibus discernuntur. Propter hoc autem, quòd secundum vnumquenq; ordinē angelicarum uirtutum; differentes hypostases condidit non solum: sed & s̄m unamquāq; speciem, quatenus communicantes naturam, id est, in natura specifica cōuenientes, ad inuicē gaudeant: ac naturali habitudine copulati, securè, & amicabiliter ad inuicem disponantur. Hypostasium verò differentia propriam discernit ab alieno. Omnis itaque creata essentia in eo, quod est Dei creatura, participat esse: & ipsa essentia intelligentiæ, seu angeli, nulla alia re adiecta, fit persona, hac sola intentione adiecta, qua habet esse effectus Dei actualiterve subsistens. Hinc duo angeli in Solis substantialibus existentes, dato, quòd nullum accidens reale ab eorum essentia realiter differens in se habeant, vtpote nec actum, nec habitum, nec quicquam huiusmodi, indiuidualiter sunt distincti hoc solo, quod subsistunt: nec subsistere unius, est subsistere alterius: sicque duplicatur in eis speciei natura. Denique vniuersaliter verum est, quod per nulla accidentia fit substantiæ indiuiduatio. Substantia enim prior est accidente, diffinitione, cognitione, & tempore: ideo nullo modo potest intelligi indiuiduatio substantiæ immaterialis per additionem alicuius diuersi a se secundum rem. Oportet ergo, quod sit additione alicuius tantum secundum intentionem: quoniam esse non addit super essentiam, nisi respectum ad causam efficientem, vt supra ostensum est. Hæc Henricus.

Articuli dānati ab Episcopo parrhisiē.

In q̄libet spē angeli plurima sunt indiuidua.

Idē Hēri. ¶Porro quodlibeto vndecimo, prima qustione inquirit, vtrum Deus facere potest angelum de nouo in aliqua specie specialissima eiusdem naturæ cum angelo iam creato.

Dionysius ¶In cuius decisione quæsiti pro magna parte scribit, quæ in quodlibeto nunc allegato, & tenet, quod imò, præsertim quia oppositum Parrhisijs est damnatum. Quocirca sciendum, quòd sanctus Thomas diu præcesit diuū Stephanum Parrhisiensem Episcopum, qui de consensu, & approbatione vniuersitatis Parrhisiensis damnauit prætactos, aliosque diuersos articulos. Ideo reor, quòd si Thomas tempore damnationis articulorum illorum fuisset, aut postea, non defendisset scienter cōtrarium. Hinc non decet nunc quemquam Thomistam contra illam damnationem defendere Thomæ opinionem, cui & tam multi solennes doctores iam nominati, ac alij plures rationabiliter contradicunt.

Richardus ¶Vnde Richardus: Deus, inquit, potuit creare plures angelos in eadem specie. Illæ namque creaturæ in eadem sunt specie, quæ similitudinem habent vniuocam in essentia, nec in aliquo gradu essentiali suæ completæ essentiæ se excedunt. Propter quod Philosophus tertio Metaphysicæ dicit, quod in indiuiduis eiusdem speciei non est hoc priùs, & illud posteriùs in dignitate essentiæ. Aliàs eiusdem speciei non essent, cum quilibet gradus in gradu essentiali posit designari in differentia essentiali, quæ constituit speciem. Esse autem plures angelos tales, nullam contradictionem includit, siue habeant materiam, siue non. Nam quamuis supradicto modo sunt similes, adhuc seipsis formaliter possunt distingui: quia vt dictum est in ista distinctione, res formaliter vna est per essentiam propriam, inquantum indiuisibilis salua integritate. Per quod autem res est numero una, per id distinguitur ab alijs. Hinc dominus Stephanus Parrhisiēsis Episcopus, magister in theologia, excommunicauit istum articulum, Quod Deus non potest multiplicare indiuidua sub vna specie sine materia. Nō tamē credo, quòd omnes angeli unius sint speciei. Hæc Richardus.

Philoso.

Articulus condemnatus.

Culielm⁹. An apud ¶Præterea, secundo libro de vniuerso Gulielmus super his scribens: Tentabo, inquit, scrutari an apud substantias separatas sit diuersitas secundum speciem. Dico ergo, quòd secundum doctrinam Christianorum dicentium excellentiorem illarum corruisse, & principem dæmonum factam, difficile est respondere rationibus, quibus probatur diuersitas specifica esse in illis.

substātias separatas sit diuersitas secundum speciem

¶Primò: quoniam cuncta eiusdem speciei indiuidua, habent omnia essentialia, & naturalia sua æqualia, ita quòd inæqualitas in his non est, nisi ab accidenti: & quicquid de hoc dicatur in corporalibus: in substantijs tamen simplicibus separatis omnino sic esse conuincitur. Cum ergo supremus, & primus angelus ille apostata factus, longè inæqualis, atque disimilis fuerit alijs in sapientia naturali cęterisque uirtutibus, ex necesitate alterius extitit speciei. Amplius, naturalis disimilitudo, seu inæqualis in angelis, non fuit ex naturali, & necessaria influentia creatoris, cui non competit de necesitate, sed liberè operari ad extra, nec ex receptibilitate, seu capacitate illorum. quia ante eorum creationem reale nil erat nisi creator, ergo ex solo beneplacito creatoris procesit. Quòd si dicatur, mirum videtur cur tantam excellentiam dederit ei, quem nouerat mox ab usurum omnibus donis illis, conuersurumque omnia illa in contumeliam largitoris: inferioribus verò præstitit dona minora, quos præscierat bene illis vsuros, ac conuersuros in cultum, gloriamque ipsius: rursus, si nulla esset in angelis disimilitudo naturalis, & essentialis siue specifica, non esset in eis ulla causa, seu ratio alterius diuersitatis, aut disimilitudinis nisi ex parte creatoris, quod habet admirationem non paruam. Vt quid enim apud eos essent tot gradus dignitatum, ac differentiæ tantæ, ut in scripturis habetur? Itaque alij throni, alij dominationes, alij virtutes vocantur. & cur Raphael dixit, Ego sum vnus ex septem, qui astamus ante Dem? Si autem in natura essent æquales, irrationabiliter, & sine causa videretur facta a creatore in illis tanta dignitatum varietas. Quòd si quis dixerit quia secundum istam probationem non deberet inter homines esse differentia dignitatum, ac potestatum, cum sint natura æquales: Respondeo, quia reuera si sola natura in hominibus operaretur, non essent hi gradus, aut ordines apud eos, sicut nec in bestijs vnus equus vult alijs dominari. In hominibus vero præter naturales perfectiones, unus plus habet industriæ, aut sapientiæ, vel uirtutis, quàm alter. habent quoque studia, ac artificia multa.

Thob. 12.

¶Denique inter vires sensitiuas exteriores, visus oculorum, interiori uisui, id est, intellectui ritè similior perhibetur. Visus autem exterior in diuersis animalibus multipliciter secundum speciem diuersificari videtur. Visus etenim cati, & visus vespertilionis, ac noctuæ, cæterorumque animalium, quæ uident in tenebris, nequaquam videntur esse speciei eiusdem cum uisu humano. Similiter nec visus aquilæ, quem iuuat fulgor solaris, qui obtundit uisum humanum. Porro lynceis (ut dicitur) oculis densissimi parietes peruij sunt. Sunt autem, & aliæ multæ differentiæ apud sensum uisus. Nam, & uisus columbæ, ut aucupes dicunt, a cæcitate nonies reuiuiscit. Si ergo tanta inuenitur diuersitas apud visum corporalem, qui eousque similis est visui spirituali: quomodo non tanta, aut maior diuersitas est apud visum spiritualem, quæ diuersitas

Visus cati, & vespertilionis different.

Visus columbæ nouies a cecitate reuiuiscit.

tas in angelis eſſe non ualet in ſpecie vna? Dico ergo, quia difficilè ualde eſt inuenire diuerſitatem ſecundum ſpeciem in ſubſtantijs iſtis, propter elongationem earum a conſuetudine, & experientia noſtra. Prophetis autem, & alijs viris ſanctis, qui familiaritatem aliquarum ex illis habuerunt, atque alloquiorum frequentiam, & apparitionum, poſſibile fuit, ac facilè, ſi ad hoc intendere voluiſſent. Quod vero dictum eſt: quoniam quicquid eſt naturale vni indiuiduorum cuiuſcunque ſpeciei, naturale eſt omnibus indiuiduis cæteris, non eſt verum, ut patet de primis hominibus, quorum naturalis diſpoſitio in corporibus, & animabus eorum, alterius fuit habitudinis, quàm poſterorum. Corpora namque eorum integra facta ſunt a creatore in fortitudine, & magnitudine. Vnde, & decuit eorum corporibus infundi animas ſapientia, uirtutibusſque perfectas, quæ ad motum, & gubernationem illorum ſufficerent corporum. Idcirco ſcientiæ, & virtutes fuerunt eis naturales, ſtatimque inditæ, & innatæ in plaſmatione eorum; quod animabus poſterorum non conuenit. At verò veriſimile eſt, ſapientiſsimum creatorem non omnes ſpirituales, ſimplicesque ſubſtantias, quamuis eiuſdem ſpeciei eas creauerit, creaſſe eas per omnia æquales, & in omnibus ſimiles: quemadmodum neque in aliqua ſpecie ſenſibilium ſubſtantiarũ hoc ei facere placuit, ſicut nec omnes æquos. Præuidit namque, quòd ex ipſa inæqualitate, diſſimilitudine, ac varietate augeretur inæſtimabiliter ſpecioſitas præclariſsimæ ciuitatis ſupernæ, ſicut militiam ornat veſtium precioſa varietas. Hæc Gulielmus. Qui in his verbis videtur ad hoc diuertere, ac ſentire, quòd omnes angeli, ſeu immateriales illæ ſubſtantiæ ſint ſpeciei vnius: quod & ita perſuadere conatur, Quemadmodum formæ accidentales eiuſdem puritatis, & immixtionis, ſeu ſimplicitatis, ſunt unius ſpeciei ſpecialiſsimæ, ut omnes albedines: ſic vniuerſæ ſubſtantiæ ſeparatæ, quarum vna nihil ſuper aliam habet, nihil habet naturaliter admixtum, ſunt unius ſpecialiſsimæ ſpeciei. Vnde enim eſſet diuerſitas ſpecialis, ſeu ſpecifica inter eas? In coloribus enim diuerſitatem ſpecificam extremorum ad medios, & mediorum ad inuicem, ſola facit admixtio. Cumque in ſimplicibus illis ſubſtantijs non habeat locum admixtio, aut depuratio, nec diuerſitas talis ſpecifica inter eas conſiſtere poteſt. Rurſus, quæcunq; ſunt eiuſdem ſimplicitatis, & puritatis in eſſe, non diuerſificantur, nec diſsimilantur ad inuicem. Tales autem ſunt omnes ſubſtantiæ illæ. Hec Gulielmus.

Omnes angelos eſſe ſpeciei vnius ſecundum Gulielmum.

Dio.Car. ¶ Quo circa ſecundum quod hæc motiua modici ſunt uigoris, & ex præhabitis ſoluuntur facillimè, nec aliquam uidentur ſapere ſubtilitatem. Quamuis enim angeli ſunt ſimplices formæ ſuppoſitaliter ſubſiſtentes: nullus tamen ſapientum ambigit, aut ignorat formas illas non eſſe actus puros, ſed aliquid potentialitatis habere admixtum, inquantum ſunt dependentes, & diſtantes a puro actu, qui eſt Deus glorioſus, ac adorandus: atque inceſſabiliter indigentes conſeruatione, ac influentijs eius. Idcirco eorum puritas, ac ſimplicitas non eſt omnifariè perfecta, aut plena, ſeu impermixta, quamuis careat admixtione, & impuritate non ſolum omnis peccati, ſed etiam omnis materiæ, ac diuerſitatis eſſentialium partium. Imò in eis eſt compoſitio varia, & ſpiritualis permixtio: quia vt diuinus Dionyſius proteſtatur, diuerſificantur in eis, eſſe, poſſe. & agere: ac iuxta Boethium, differunt in eis, Quod eſt, & Quo eſt. Nec ſunt eſſe purum in ſeipſo ſubſiſtens. Nec oportet, quod actus, & potentia, ſeu Quod eſt, & Quo eſt, ſint in eis eſſentiæ, ſeu naturæ realiter ab inuicem differentes: ſed una, eademque eſſentia, inquantum eſt quædam participatio, & ſimilitudo primi puri, & increati actus, uocatur Actus, & quo eſt, ſeu Eſſe: atque inquantum a primo actu illo diſtans, occumbens, deficiens, ipſoque iugiter indigens, nominatur potentia, imò, & Quod eſt, ſecundum quod recipit influentias eius, prout iſtud ſuperiùs frequenter eſt declaratum. Sic quoque facilè eſt penſare, qualiter in eis accipiantur genus, & differentia, diſtinctioque ſpecifica. Hinc itidem eluceſcit, quod omnes non ſunt æqualis poteſtatis, & ſimplicitatis: imò quæ maioris ſunt actualitatis, & formalitatis, ac puro actui per participationem diuinæ perfectionis propinquiores, maioris ſunt puritatis, vnitatis, ac ſimplicitatis: quamuis in hac ſimplicitate, & puritate communicent, quòd non componuntur ex forma, atque materia. Denique cum ſint ſimplices formæ, non habent in eis locum diuerſitas illa in naturalibus, quæ ex parte contingit materiæ. Remotiſsima quoque, & debiliſsima ſimilitudo, eſt inter formas accidentales, & formas illas digniſsimas ſubſtantiales, non informantes, ſed foris manentes, in ſe perſonaliter ſubſiſtentes. Sed & argumentum a ſimili debiliſsimum perhibetur. Nec verum eſt, quod in angelis eſſentia vnius ſuper eſſentiam alterius nihil habet adiunctum, ac additum: imò vna ſuperaddit alteri gradum eſſentialis perfectionis, quæ ſpecialem conſtituit ſpeciem, & a qua perfectione differentia conſtitutiua accipitur. Poſitio itaque dicentium omnes angelos eſſe ſpeciei eiuſdem, cæteris improbabilior, debiliorque videtur. Opinio verò dicentium in angelis eſſe tot ſpecies quot indiuidua, ſicut iam patuit, a Parrhiſienſi Epiſcopo excommunicata eſt, & damnata, conſentiente tota illa vniuerſitate, & a magnis, & multis doctoribus improbata. Media ergo poſitio verior reputatur, videlicet angelos eiuſdem chori, ac ordinis eſſe ſpeciei eiuſdem. Nec tamen aſſerere audeo omnes angelos chori vnius in ſpecie ſpecialiſsima conuenire, obſtante ſacratiſsimi Dionyſij auctoritate, qui iuxta prætacta in ſpiritibus illis eiuſdem ordinis perhibet eſſe ſupremos, & medios, ac infimos. Quod quamuis ad diſtinctionem in accidentalibus poſſet referri: incertum tamen eſt mihi qualiter princeps ille theologorum intellexit hoc ipſum. Imò in iſtis quæſtionibus de angelis ſanctis, uitanda eſt omnis incauta aſſertio, ac irreuerentialis locutio, præſertim diſputatio contentioſa. Nempè cum reuerentia, formidine, & cautela de ſubſtantijs illis digniſſimis, dominis, ducibus, adiutoribus, protectoribus, & cuſtodibus noſtris, nos loqui oportet: aliter fando de ipſis, offendamus beatiſsimos, ac benigniſsimos vultus eorum. Præterea ſic loquendo de ipſis, non apparet cur, iuſtus, ac ſuperſapiens Deus largitus fuiſſet eiuſdem tam inæqualia gratiarum, poteſtatum, & dignitatum chariſmata, ſi in natura ſpecifica pares fuiſſent, niſi forſan propter differentias meritorum ipſorum, quod Gulielmus non exprimit, & infra dicetur probabilius eſſe, quod qui excellentiores erant in donis, perfectionibuſque naturæ, fortiùs, & perfectiùs ſe cõuerterunt ad creatorẽ, & ita eminetiores

S.Diony.

Angeli nõ ſunt æqualis puritatis, & ſimplicitatis.

Opinio q̃dã dãnata

Poſitio verior angelos eiuſdẽ chori eſſe ſpẽi eiuſdem.

Cũ reuerẽtia, & formidine dẽ beatiſſimis intelligentijs eſt diſſerẽdũ.

in

in donis gloriæ ſunt effecti, atque in ſuperiori ordine collocati: ita, quod excellentia gratuitorum, & glorioſorum donorum correſpondet in ipſis, excellentijs, ac differentijs naturalium. Nam & Deus omnipotens unicuiq; influit ſecundum capacitatem, dignitatem, diſpoſitionem, ſeu merita eius, quemadmodum in euangelio faſſus eſt: Tradidit illis bona ſua, vnicuiq; ſm propriam virtutem. Poſtremò, argumenta ad oppoſitum introducta, ſatis ſoluta ſunt, hoc dempto, quod tangit Thomas, Cum ordo, & decor uniuerſi in ſpeciebus conſiſtat, videtur potiſsimè ad decorem, ac ordinem cœleſtis patriæ pertinere, quod ibi ſunt tot ſpecies, quot ſuppoſita angelorum. Ad quod puto dicendum, quòd ordo utranq; diuerſitatem includens, utpote tam diuerſitatem plurium perſonarum ſub una ſpecie, q̃ plurium ſpecierum in vno choro, aut certè in vna hierarchia, multo plus confert ad decorem & venuſtatem, ac delectabilitatem paradiſi cœleſtis, atq; angelicorum ſpirituũ, quàm ſola diuerſitas ſpecierũ, ęqualis numero ſuppoſitis angelorum. quemadmodum ét in eccleſiaſtica hierarchia multo ſpecioſior, atq; iucundior eſſet ſeſsio, proceſsio, multitudo, in qua eſſent multi archiepiſcopi, multi epiſcopi, multi abbates, multi archidiaconi, &c. multi etiam reges, multi duces, multiq; comites, & barones: q̃ illa, in qua eſſet de uno quoq; iſtorum vnus duntaxat, quamuis eſſent tot gradus in vnitatibus illis, quod æquarentur numero perſonarum illarum.

Matt.25.

Argumẽti Thomæ ſolutio.

Gulielm⁹. ¶ Nunc proſequenda eſt quæſtio de numero, & multitudine angelorum, ad quam inducta eſt reſpõſio Alexandri, de qua re Gulielmus ſecundo libro de uniuerſo, conſcripſit: Quæſtio iſta multam habet difficultatem, tum propter ſermones authenticos, & antiquos, qui ſibi inuicem videntur contrarij, tũ propter urgentiſsimas rationes. Quibus reſponderi oportet: Ait quippè antiquorum ſapiẽtum vnus, Nunquid eſt numerus militum Dei? quaſi dicat, nõ. quod per hyperbolen dictum eſſe intelligere, non eſt nouum, nec in ſcripturis inuſitatum. Alter vero ſapiens ait: Omnia in numero, pondere, & menſura conſtituti. Verum quia ex tropis, ſeu figuris locutionum, & uaria expoſitione auctoritatum, non poteſt numerus angelorum ad liquidum deprehendi, ad rationes, ac probationes eſt recurrendum. Dico ergo in primis, quia ſi in angelis eſt reſtrictio, aut determinatio numeri, illa eſt, aut ex parte creatoris, aut ex parte ipſarum ſubſtantiarum, aut vtriuſque. Non ex parte creatoris, cum ſit poteſtatis, bonitatis, & munificentiæ penitus infinitæ. Nec ex parte angelorum, cum nulla inter eos fuerit contrarietas, qua ſe inuicem impedirent. Non enim anguſtant ſe locis, nec inuicem contrariantur: quemadmodum beſtiæ feræ, ſicut leones, ad paucitatem (Deo prouidẽte) redactæ ſunt, ne hominibus noceant. Reſpondeo, quod defectus infinitatis angelorum fuit ex irreceptibilitate, incapacitateq; rerum, quę nec infinitæ magnitudinis, nec infinitæ multitudinis ſunt capaces: imò de ratione numeri eſt, eſſe finitum. Et ſicut mundo non capaci magnitudinis infinitæ dedit Deus magnitudinem limitatam ſuæ naturæ congruentiſsimam, qua omnia capere, & intra ſe claudere ualet: ita angelis infinitæ multitudinis incapacibus, præuidit, præfixit, & contulit infinita ſapientia Dei congruentiſsimum numerum. Quem autem numerum deceat eſſe angelorum, & quis ille ſit, nõ eſt leue determinare, propter quod non paruam habet admirationem ſermo eius, qui dixit: Quod legio una proportionaliter eſt medio loco inter ordinem vnum, & angelum vnum. quod eſt dicere, Ordinem vnum tot legiones continere, quot angelos continet legio vna. Porro huius ſermonis declaratio non peruenit ad me, neque quis dixerit hoc. Quia vero notus eſt numerus legionis unius, facilis eſt quadrati numeri huius inuentio. Hoc enim eſt ducere ipſum in ſemetipſum, ſeu multiplicare ipſum per ſe, id eſt, toties ſumere ipſum, quot in ſe continet vnitates. Videri interea poteſt, vt quoniam iuxta legem, atque doctrinam Chriſtianorum, animæ hominum electorum ęquandæ ſunt angelis ſanctis in felicitate, & gloria, etiam coæquandæ ſint eis in numero: quod & decor ſupernæ Ieruſalem ex angelis, & hominibus conſtruendæ, videtur requirere. Decet etenim omnem domum æqualitas parietum, omnemque ciuitatem æqualitas laterum. Parietes verò, & latera domus ciuitatis ſupernæ, erunt vniuerſitas angelorum bonorum, & vniuerſitas hominum electorum: quorum numerus admodum magnus erit, & nobis adhuc incertus eſt. Quoniam autem lex, & doctrina Chriſtianorum, ac hebræorum, & vtriuſque legis prophetæ crebro nominãt millia millium, & decies millies centena millia, opinabitur forſitan aliquis denarium eſſe radicem numeri illius. Denarium quoque dixerunt Pythagorici primam quadraturam, ipſumque eſſe numerorum conſumationem. nec vltra ipſum propriè numerum eſſe, ſed ipſius cum additione repetitionem. Quoniam ergo cubitus denarij, millenarius, primus videlicet cubitus, qui additionem in ſe nec habet, nec continet, ſed nec diminutionem a denario, per ipſum maximè uidetur numerari ſpiritualium militiarum exercitus: ſimiliter, & per centeſimum medio loco proportionalem, & eſt quadratus denarij, latus uerò millenarij. Cum ergo cubitarius millenariorum excreſcat in millies mille millia, & nam cum quadraueris millenarium, prouenit quadratus eius, videlicet mille millia: in quem ſi duxeris latus ipſius, id eſt, mille, cubitatis illud, & prouenient millies mille millia. Quem ſi iterum cubitaueris, excreſcet in millia, quæ vix capiet imaginatio tua, & erit tertius cubitus in ordine millenariorum: quem ſi rurſus cubitaueris, exurget in tot millia millium, in quorum apprehenſione intellectus tuus laborabit, & indubitanter omniũ numerabilium mundanorum numerum ſuperabit. Non tamen intelligas; aut arenam maris, aut pluuiæ guttas, vel grana quæque hic me vocare numerabilia, ſed ea, quæ in mundo ſolent numerari, ſicut exercitus, & greges, ac alia, quæ verſantur in contractibus hominum. Hi ergo inter numeros videntur pulcherrimi, atque ab ipſo conſurgentes denario, qui numerus eſt tam cœlorum, quàm ordinum per multitudinem perfectiſsimam, utpote cubitum. Decem autem dicuntur cœli, videlicet nouem mobiles, & cœlum empyreum: & decem chori, ſeu ordines angelorum, ex quibus vnus aſſeritur corruiſſe, id eſt, tot de nouẽ, quod poſſet inde unus cõſtare, vt infra clariùs exponetur. Veriſimile ergo videtur, ac decens, elegiſſe creatorem in hac ordinatione numerorum numerum iſtum, quo numerari ei complacuit militias ſuas & exercitus tam angelorum ſanctorum, quàm hominum electorum. Poſtremò ſi quis dicat æqualem eſſe numerum ſtellarum fixarum, quæ ornamenta ſunt cœli ſtellati: & ciuium ſupernorum, qui ornamenta ſunt cœli empyrei, nõ video ad hoc validam rationem, cum nec ſtellæ ex illis dependeant, nec econtra: nec ad finem ordinantur eundem. Hæc Gulielmus.

Iob.25.

Sapien.11.

Reſpõſio.

Mirũ qd.

Angeli boni, hoĩesq; electi parietes erũt & latera ciuitatis ſupernæ.

Apoc.5.

Dan.7.

Denarius numerus a pythagoricis quis dictus ſit.

Decem dicuntur cœli.

Opinio quorũdam inualida.

¶Inſuper

Thomas.

¶ Insuper Thomas: Ratio, inquit, humana deficit à cognitione substantiarum separatarum, quæ tamen notissima sunt naturæ, id est, ex sua natura, vtpotè excellenter astualia, immaterialia, atq; formalia, ad quæ intellectus noster se habet sicut oculus noctuæ ad lucem solis. Hinc vndecimo de animalibus dicitur, quòd de his valde pauca cognoscere possumus, quod tñ delectabile valde est, & amatũ: idcirco philosophi de illis quasi nihil demonstratiuè, & pauca ꝓbabiliter sunt locuti. Quòd ostendit eorum dissentio in ponendo numerũ angelorum.

Dissensio philosophorum in ponẽdo numerum angelorum.

Quidam namq; posuerunt numerũ substantiarũ separatarum secundum numerum motum cęli, vt Aristoteles undecimo Metaphysicę. Quidam ſm numerum sphærarum, vt Auicenna. Aliqui penitus negauerunt incorporea esse. sicut Empedocles, atq; Democritus, & Saducæi Iudęi. Nonnulli dixerunt vnũ tantum angelum esse, qui secundũ actus suos diuersos diuersa sortiretur vocabula, vt quidam hæretici. Rabbi Moyses uerò posuit angelos in numero nobis indeterminato: sed per angelos significari asseruit in scripturis omnem uirtutem, seu corporalem, seu spiritualem, tanquam diuinæ potentiæ nuncium, per quam Deus suæ prouidentiæ exequitur ordinem, intantum quòd etiam uim concupiscibilem nuncupauit, angelum concupiscentiæ. Substantias verò separatas perhibuit esse secundum numerum, quem posuerũt philosophi. Porrò fides catholica docet numerum substantiarum illarum, quas angelos appellamus, Deo esse finitum, nobis autem infinitum, id est, innumerabilem. Vnde in Glossa Danielis septimo Gregorius dicit numerum angelorum excedere omnem multitudinem naturalem.

Gregorius

S. Diony.

sanctus quoque Dionysius decimoquartò cælestis hierarchiæ capitulo, idem fatetur. Et hoc satis probabile est. Videmus namque corpora nobiliora, vt cælestia, diuinam bonitatem eminentiùs participantia quasi incomparabiliter excedere corpora inferiora in magnitudine, & virtute. Quod est, quoniã bonites Dei, quam creaturis voluit communicare, est causa, & ratio creationis rerum: ex quo videtur, quòd spirituales naturas, in quibus bonitas Dei relucet, præcipuè creauit in numero, quasi improportionabiliter excedente numerum corporalium naturarum.

Obiectio.

Si autem obijciatur, quòd numerus est species quantitatis discretæ, ergo in materialibus non est. Rursus secundum philosophos. In his, quæ sunt sine materia, numerus esse non valet, nisi secundum causam, & causatum, sed vnus angelus non est causa alterius. Præterea motor, & mobile proportionantur, & parificari videntur in numero, ergo tot sunt substantiæ separatæ, quot orbes. Iterum numerus angelorum determinari uidetur, cum dicitur in Daniele: Millia millium ministrabant ei, & cætera.

Dan. 7.

ergo, & nobis finitus est, præsertim cum secundum philosophos ea, quæ primo vni, ac simplicissimo sunt propinquiora, sunt minus multiplicata, vtpotè Deo similiora. Propter quod ait Auerrois ea, quæ diminuta sunt, non ea, quæ perfecta sunt, multiplicari. Vnde diuina essentia multiplicari non potest. Dicendum ad primum, quòd unum dupliciter dicitur.

Ad 1. Vnum dici dupliciter

Primò communiter, prout conuertitur cũ ente, quod non determinatur ad aliquod genus. & multitudo, seu numerus sequens vnum sic sumptum, non est in genere quantitatis, sed transcendens: quia non sequitur diuisionem quantitatis, aut materiæ, sed distinctionem naturarum. Talem ergo multitudinem, & numerum non posuerunt philosophi in substantijs separatis, neque nos in angelis. Secundò dicitur vnũ, prout est principium numeri, qui est quantitas discreta, ex cõtinui seu materiæ diuisione causata. Talisq; numerus non est nisi in rebus corporeis.

Ad 2.

Ad secũdum, quod ſm philosophos qui distinguunt numerum substantiarum separatarum per causam, & causatum, causa & causatũ nõ sunt per se distinguentia, imò secundum eos consequũtur ad distinctionis principia. Cum enim distinctio sit (per se loquendo) per hoc quod est compositio maior, aut minor, atque secundum distantiam actus, & potentiæ, consequens est secundum philosophos, id quod est plus in actu, esse causam eius, quod minus in actu est. Secundum quem modũ dicunt multitudinem ab vno primo simplici processisse. Quem tamen modum Commentator vndecimo Metaphysicæ dicit insufficienter probatum. Vnde concedit ab vno primo simplici potuisse plura immediatè procedere, sicut & nos cõcedimus omnes naturas intellectuales à Deo immediatè fluxisse distinctas secundum ordinem sapientiæ disponẽtis diuersos gradus spiritualium naturarum. Idcirco remoto quod infidelitatis est, videlicet ordine causalitatis angeli vnius ab alio, & retẽto eo, quod fidei consonat, utpotè gradu simplicitatis, habemus eundem distinctionis modũ, quem illi.

Ad 3.

Ad tertium, Quod motores orbium benè parificantur orbibus inquantum motores, nõ ut intelligentiæ, aut angeli: sic enim ordinantur ad finem superiorem, nec propter corporalia principaliter facta sunt, sed ut Deo assistant, vacent, inhæreant: honorificentiam, laudem, gloriamq; impendant.

Ad 4.

Ad vltimum, Quod auctoritas Danielis à diuersis diuersimodè exponitur. Sanctus quippe Dionysius, & Gregorius in hoc concordant, quod angelorum numerus non est nobis determinatus. In hoc autem differunt, quia secundum beatum Dionysium cum dicitur, Millia millium: vnum mille multiplicat aliud, ac si diceretur, millesies mille. sicque æqualis numerus importatur, cum dicitur, Millia millium, primo: & cum dicitur, decies centena millia, secũdo: prout habet litera vna.

Angelorũ numerus, non est nobis determinat⁹ secundum Dionysiũ, & Gregorium.

Tantum enim sunt decies centũm milia, quantum millies millia. & iuxta hoc datur intelligi, quod æqualis sit numerus angelorum ministrantium, & assistentium.

Dan. 7.

Vel secundum aliã literam, quæ habet, Millia millium ministrabant ei, & decies millies cẽtena millia, &c. insinuatur, ꝙ numerus assistentium ob suã nobilitatem excedat ministrãtium numerũ. Quod consonat ei, quod dictũ est, quod secundum diuini Dionysij intentionem, nobiliores creaturæ sunt plures.

Nobiliores creaturæ numero sunt plures.

Hinc ait, quòd in præfata auctoritate maximus numerus apud nos nomen habens, scilicet mille, multiplicatur per omnes maximos numeros, utpotè limites nominatos. Hoc est per seipsum, cum dicitur, millia millium: & per denarium, cum dicitur, decies millies: per centenarium quoque, cum dicitur, centena millia, In quo ostenditur numerositas maxima intellectũ nostrum excedens.

Gregori⁹.

Gregorius verò vult, quòd sit constructio partitiua, dum dicitur, millia millium. quasi dicatur, millia de numero millium. Sicq; vult quòd designetur maior numerus ministrantium, quàm assistentium, propter hoc, quòd quo ad ministrantes, ponitur numerus non determinatus, cũ dicitur, millia millium: & quo ad assistentes, numerus determinatus. Auctoritas verò peripateticorum bene conuincit, quòd ea, quæ immediatiùs à Deo procedũt, in seipsis, seu in sua natura sunt simpliciora: non tamen per hoc aufertur pluralitas graduum. Hæc Thomas in Scripto.

¶Porrò

Idẽ Tho.

¶ Porrò in prima parte Summæ, qõne 50. Circa numerum, inquit, substantiarum separatarum diuersi diuersis rationibus processerunt. Plato enim posuit ideas separatas esse species sensibilium rerum, sicque substantiæ illæ separatæ essent secundum numerum sensibilium specierum. quod Aristoteles improbauit, quia materia est de ratione sensibilium horum. Posuit tamen, quod substantiæ separatæ habent ad sensibilia ista rationem mouentis, & finis. Hinc secundum primorum, seu cœlestium motuum numerum, posuit numerum substantiarum illarum. Quod cum repugnet scripturis, Rabbi Moyses volens concordare vtrunq;, posuit quòd angeli secundum quod dicuntur immateriales substantiæ, numerantur secundum numerũ motuum, corporumve cœlestium. Angeli verò, vt addidit, dicuntur etiam in scripturis homines diuina annunciantes: & item virtutes rerum naturalium, omnipotentiam Dei manifestantes. Verum hoc a consuetudine scripturarum est alienũ, quòd irrationalium rerum virtutes angeli appellentur: idcirco dicendum, quòd angeli, vt sunt immateriales essentiæ, in maxima multitudine sunt.

S. Diony.

Propter quod 4. cap. de diuinis nominibus, sanctus Dionysius protestatur: Multi sunt mentium supernarum exercitus, infirmam, & constrictam commensurationem numerorum materialium corporum excedentes. Cum enim vniuersi perfectio sit id, quòd Deus principaliter in rerum creatione intendit, quanto aliqua sunt magis perfecta, tanto in maiori excessu sunt creata. Quemadmodum autem in corporibus attenditur excessus secundum magnitudinem, ita in rebus incorporeis potest attendi excessus secundum multitudinem. Videmus autem, quòd corpora incorruptibilia, quę perfectiora sunt alijs, excedunt in magnitudine quasi incomparabiliter corruptibilia corpora. Rationabile ergo est, quod substantiæ immateriales, vt angeli, excedant quasi incomparabiliter secundum multitudinem materiales substantias. Hæc Thomas in Summa.

Idẽ Tho.

¶ At verò in Summa contra gentiles, libro secundo, capitulo nonagesimo: Sciendum, ait, quòd Aristoteles non solum probare conatur non solum esse* substãtiales intellectuales separatas, sed etiam præcisè tantas, quot motus deprehensi in cœlo:

* substantias.

Probat namque non esse aliquos motus in cœlo, qui a nobis nequeunt deprehendi, per hoc, quod omnis motus, qui est in cœlo, est propter motum alicuius stellæ, quæ sensibilis est. Orbes quippè deferunt stellas: motus autem deferentis, est propter motum delati. Probat quoque, quòd non sunt aliquæ substantiæ separatæ, a quibus non proueniãt motus in cœlo; quia cum motus cœlestes ordinentur ad substantias separatas sicut ad fines, si essent aliæ substantiæ separatæ, quàm illæ, quas numerat, essent aliqui motus ordinati ad eas, sicut ad fines: aliter essent motus imperfecti. Hæc autem probatio necessitatem non habet: nempe in his, quæ sunt ad finem, necessitas sumitur ex fine, vt ipsemet docet secundo physicorum, non econtrario &c. ut supra. Restat ergo probandum, multo plures esse substantias separatas, quàm sint motus cœlestes.

Substãtiæ intellectuales trãscẽdunt oẽm naturam corporeã.

Substantiæ enim intellectuales secundum genus suum transcendunt omnem naturam corpoream. Oportet ergo accipere gradum in ipsis secundum eleuationem earum supra naturam corpoream. Sunt autem quædam intellectuales substantiæ eleuatæ supra corporalem substantiam secundum generis sui naturam tantum; quæ tamen corporibus vniuntur vt formæ, vt animæ rationales. Cumque intellectuales substantiæ secundum esse suum nullam ad corpus dependentiam habeant, inuenitur huiusmodi substantiarũ altior gradus: quæ etsi non vniantur corporibus, vt formæ: sunt tamen proprij corporum determinatorum motores. Similiter natura intellectualis non dependet ab actu mouendi, cũ mouere sit actus consequens ad principalem eorũ actum, qui est intelligere. Erit ergo, & adhuc altior gradus intellectualium substantiarum, qui non sunt orbium motores, sed eis superiores. Hæc ibi. Multa quoq; consimilia inducit ibi motiua ad idem probandum. Concordat Petrus.

Dionysius

¶ Quocirca mirum videtur, quòd Aristoteles dixerit non esse aliquos motus in cœlo, quia nobis deprehendi non possunt, eo quòd omnis motus cœlestis sit propter motum alicuius stellæ sensibilis. Non enim omnes stellæ nobis apparent distinctè.

Richard⁹.

¶ Insuper, qualiter numerus sit in angelis, ostendens Richardus: Quædam, inquit est vnitas substantialia: quoniam essentia est vna numero per substantiam suam, non per accidentale quid additum. quia hæc vnitas non superaddit nisi indiuisibilitatem, quæ non dicit aliquid positiuum. sic & qualitas vna est formaliter per suam essentiam, quantitasque similiter, & ita de alijs. Cum ergo tam ex vnitatibus substantialibus, quàm ex vnitatibus, quæ sunt quantitas, & qualitas, possit constitui multitudo, & omnis multitudo sit numerus, sequitur, quòd numerus circuit omne prædicamentum quemadmodum vnitas.

Ex qbus multitudo cõstituit.

Cumque in angelis sint vnitates substantiales, quæ sunt eorum substantiæ sub ratione indiuisibilitatis, constat, quòd in eis sit numerus, qui super eorum substantiam non addit quid positiuum. idcirco reducitur ad genus substantiæ. Conformiter est in eis numerus, qui constituitur ex vnitatibus, quæ sunt qualitates. nec superaddit eis nisi rationem indiuisibilitatis, seu negationis: sed non est in eis numerus constitutus ex vnitatibus, quæ sunt quantitates dimensionales. Hęc Richardus.

Albertus. Duplex cã multitudinis angelorum.

¶ Præterea de inęstimabili multitudine angelorum scribit Albertus: Causa multitudinis angelorũ est duplex. vna est multiplicitas ministerij ad indigẽtiam hominis ordinati, quod fit non solum in rebus vno, aut certo numero comprehensis, sed in omnibus huius mundi creaturis, ex quibus erudiri, corrigi, aut iuuari corporaliter, aut spiritualiter potest. 1

Aliam est: quoniam bonitatis, ac liberalitatis diuinę est, non tñ vno modo, aut paucis modis, comprehẽsove numero cõicare lucem, ac beatitudinem suam in theophanijs, id est, apparitionibus, seu illuminationibus descendentibus ab ipso, sed omnimodo ad regni ornatum pertinente, omnique modo potestatis perfectę, & omni modo operationis complete, vt diuinus Dionysius dicit. ideo infinitos, quo ad nos angelos condit, quatenus omnis modus cõicationis illuminationum in angelis manifestetur. 2

Dan. 7.

quod intendit propheta, dicẽdo: Millia millium ministrabant ei, per hoc innuens ministerij multiplicitatem: atq; addendo, Et decies millies centena millia assistebant ei, per hoc innuens superfluentẽ suæ magnificentiæ bonitatem, in infinitis, quo ad nos modis participationis, & illuminationis, ac beatitudinis suę: qui ad nullum numerum materialium, & apud nos coartatum redigi queunt. Sic namq; limitaret, & coartaret superfluẽs modus participationis bonitatis ipsius. Ideo scriptũ est in Iob: Nũqd est

Iob. 25.

numerus

numerus militum eius?&c.His causis duabus aliqui tertiam addunt,quæ est quasi ciuilis,dicentes,ꝙ sicut inhumanis de magnificentia est regali, ꝙ innumerabiles habet ministros ad Curiæ regalis frequētiam pertinentes, innumerabiles quoque proceres regali gloriæ assistentes magis spectat ad maiestatem immensam regis cælestis,vt innumerabiles milites ei ministrent,innumerabiles quoqueprincipes ei assistant: quod insinuatur 3.Regum,vbi Micheas

1.Reg.22.

ait propheta : Vbi dominum sedentem , & omnem

Mat 26.

exercitum cæli assistentem ei à dextris,& à sinistris. Hinc dixit Saluator,Putas,ꝙ non possum rogarepatrem,& exhibebit mihi plus,quàm duodecim legiones angelorum? Itaque sicut in cęlestibus multiplicantur lumina à diuina sapientia non per materiæ diuisionem,sed in administrationem generationis, & corruptionis inferiorum,in quibus (vt dicūt philosophi) orbis lunæ mouet aquam , & orbis solis ignem,orbesq; aliorum quinque planetarum,puta Saturni,Iouis,Martis,Veneris,& Mercurij,mouent aerem, propter, quòd in aere multi sunt motus,orbis verò stellarum fixarum mouet terram ad figuras,ac formas multiplices generatorum, & corruptorum : sic eadem sapientia ordinans cælestis curiæ magnificentiam,causa est multitudinis cælestiū spirituum ministrantium,ac assistentium summoreg .

Rabbi Moyses.

Porrò Rabbi Moyses,& Rabbi Isaac, Iudæi philosophi,friuole uolētes dicta philosophorum reducere ad verba legis Mosaicæ,dixerunt,quòd angeli sunt intelligentiæ,quibus datum est mouere corpora cælestia, atque ad numerum cælestium corporū ac motuum multiplicantur.Hinc Rabbi Moyses ait ꝙ angeli non ueniunt ad nos nisi in signis per uisiones somniales,& in effectibus per corporum immu

Gene. 38.

tationes.Vnde super illud Genesis,Iudas vidit Thamar in biuio , perhibet, ꝙ angelus concupiscentię tetigit eum . Hæc autem secundum fidem catholicam sunt friuola,& absurda.Hæc Albertus.

¶Quocirca sciendum, ꝙ iuxta prætacta Rabbi Moyses,& eius sequaces asseruerunt per angelos interdum intelligi intellectuales substantias, sicq; esse tot angelos,seu intelligentias, quot sunt orbes cælestes.Interdum uerò quascunque virtutes naturales diuino imperio obsequentes,quandoque homines angelicum habentes officium, vt sacerdotes.

Vdalricus Angelisuorum conciuiū agnoscunt numerum.

¶ Cōcordat Vdalricus per omnia. qui etiam verba sancti Dionysij, protestantis, ꝙ angeli sancti agnoscunt suorum conciuium.i. angelorum omniū numerum,& verba Gregorij,affirmantis, quòd numerus ille soli creatori est, agnitus, ita concordat: ꝙ angeli non nisi ex diuina sapientia noscunt hunc numerum.Veruntamen certum est,quòd etiam naturalem, & omnem scientiam suam habent à Deo.

Tot eē species, quot indiuidua angelorū.

¶ Insuper secundum Vdalricum tot sunt species quot indiuidua angelorum : species autem rerum ad ordinem pertinent vniuersi,angelis verò naturali cognitione competit ordinem vniuersi cognoscere. Meliùs ergo uidetur dicendum , quòd soli Deo numerus angelorum dicitur cognitus per inclusionem domesticorum patrisfamilias domus , ac patriæ super cælestis : sicut interdum dicimus solum patrēfamilias terrenum esse in domo sua,quoniam nullus extraneus secum est , iuxta quem modum

Damasce.

loquitur Damascenus libro secundò , quòd soli Deo cognitæ sunt species specialissimæ angelorum .

Durādus

¶ Præterea circa hæc Durandus multa conscribit, ꝓbans, quòd rōnes præhabitæ de innumerabili nobis multitudine angelorum,necessitatem nō habeant. ¶Ad quod dico, ꝙ pręallegati doctores non introducunt huiusmodi rationes tanquam demonstratiuas, sed sicut probabiles, ac rōnabiles persuasiones, quemadmodū ad cætera, quæ fidei sunt,argumenta formantur.

Duplex modus intelligendi verba S. Dionysij.

Tangit quoq; duos modos intellıgēdi verba sancti Dionysij recitata.Primus est, quòd plures sunt species angelorum, q̃ sint species materialiū rerum. Secundus, quòd plures sunt angeli, q̃ res materiales. Iuxta primū modum non sequeretur multū excessiuus numerus angelorum, præsertim si sub vna specie non ponātur angeli plures. Species enim materialium non videtur tam excessiua, sicut de angelis legitur, Millia milliū ministrabāt ei, & decies millies &c.Porrò secundus sensus vr̄ incredibilis.

Ad obiectionē responsio.

¶Circa quod reor dicendum, quod intentio diuini Dionysij est loqui de multitudine inæstimabili suppositorum angelicorum . Et si obijciatur, quòd secundum hoc plures essent angelorum personæ, q̃ guttæ aquarum, gramina terræ, arena & pili:dicendum iuxta inducta ex Gulielmo, quòd per numerum materialium rerum intelligen

Aequalis hominum & angelorum numerus, auctore Grego.

da sunt indiuidua rerum, quæ in numerationē hominum solent venire, sicut sunt supposita communitatis,pecora gregum, & consimilia. Verum contra hoc esse videtur quod addit Durandus: Nihil prohibet plures esse animas hominum, q̃ supposita angelorum : loquendo de animabus omnibus,quæ fuerunt, sunt, &erunt, Circa hoc dico,hoc probabiliter posse defendi secundum positionem sancti

Gregori⁹.

Gregorij, perhibentis,quòd tantus est numerus hominum prædestinatorum, quantus,& angelorū sanctorum : ita quod tot homines saluabuntur, quot angeli sunt beati : Nempè cum numerus hominum reproborum intantum excedat numerum hominū electorum, vt electi respectu reproborum dicantur pauci: de angelis verò multo pauciores ceciderint quàm manserūt, videretur probabile, quòd plures essent homines condemnandi, quàm sint electi homines,electiq; angeli, atq; diaboli. Verum de positione ista Gregorij, alij lōgè aliter sentiunt.Scriptura quoquè Deuteronomij, quam allegat, videlicet

Deut. 32.

ista , Statuit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei, alias habet translationes, alias etiam

De numero angelorum ex reuolationibus Brigidæ.

expositiones, vt infra patebit. Porrò in reuelationibus sanctæ Brigidæ continetur, ꝙ bene tot sunt angeli sancti, quod quamuis vniuersi homines, q fuerunt,sunt,& erunt, essent collecti:adhuc unicuique homini possent decē sancti angeli deputari, cui narrationi consonant verba Thomæ iam inducta.

Vnicuique hoī etiam nondū nato deputatus est angelus bonus.

Denique cum vnicuiq; homini etiam infideli, imò, & nōdum nato ex vtero, deputatus sit angelus bonus de infimo choro existens , ad minus sunt tot angeli de infimo choro , quot vnquam eodem tēpore homines fuerunt, in seculo isto . Cumq; inter nouem ordines angelorum, tanto in quolibet ordine plures sint spiritus angelici , quāto ipse ordo est altior, ut infra ex verbis sancti Dionysij innotescet:consequens est , ꝙ in supremis primæ hierarchiæ ordinibus sint quasi inæstimabiliter, plures, quàm in choris infimæ hierarchiæ . Potissimè phalanga illa sacratissimorum seraphim , indicibiliter superat felicem catalogum angelorum ordinis imi. Constat q̃ inenarrabiliter, & nobis innumerabiliter multi sint in toto angelici spiritus, quos omnes valde diligere, ac reuereri debemus , atque ad eorum gloriosa consortia feruide aspirare .

Gulielm⁹.

¶Insuper de his circa principiū secundi libri, de vniuerso scribit Gulielmus :Causę, q̃ induxerūt Aristotelē ad ponendum nouem intelligentias , fuerūt

nouem

nomen motus cœlorū mobilium . Dixit namq; in cœlis illis esse animas mouentes , animabusq; illis posuit ꝓportionata intelligibilia abstracta , videlicet intelligentias,quarū pfectionem animæ illæ iugiter intuerenē cupientes intelligentijs illis uehementissimo effectu assimiliari:Imò,& ipsos cœlos, quorū sunt animę conformare intelligentijs . Hanc aūt perfectionem dixit esse cōpletam actualitatem, qua nihil haberent in potentia:sed totū quantū ipsis possibile est,in actu:quod ad earū spectat perfectionem, sicut nos ponimus de statu animarum, ꝑsertim post resurrectionem futurā.Hac de causa dixit animas illas continuè reuoluere suos orbes . & hoc,qm̄ situs posuit pfectiones esse partibus cœlorū quemadmodum natura prefixit corporibus mobilibus naturalia loca.Qm̄ ergo cœlorū partes nō pn̄t simul habere omnes situs, satagit anima cuiusli bet cœli ea velocitate, qua pōt qualibet partem sui cœli,ad hmōi producere situs.Sed istud erroneum est:qm̄ ex situum talium acquisitione nulla perfe

Opinio Aristotelis erronea.

ctio partibus cœli accideret.Contra hanc opositionē doctor iste multipliciter arguit: cuius tn̄ argumenta a peripateticis ꝓ maxima parte faciliter soluerenē, quanquam opinio illa sit falsa.

¶Veruntn̄ non vr̄ hic doctor Aristotelis positionem rectè referre. Aristoteles nāq; sicut ꝑhabitum est 11. metaphysicæ) dixit tot esse intelligentias, quot sunt motus cœlestes.Et ita referunt Thomas, Albertus,Durādus,ac reliqui.Nihilominus alio capitulo iterum refert Gulielmus:Circa numerū intelligentiarum non tam errasse,q̃ insanissimè delirasse vr̄ Aristoteles.Atq; interdū affirmat,ꝙ Aristoteles posuit intelligentias decem,interdum,ꝙ nouem:qa cum illa ,quam dixit sphęræ actiuorū, & passiuorū præesse, essent decem.Deinde satis idoneè ꝓbat, ꝙ perfectio animarum cœlestium,seu nobilium vltimata,ac principalis,nōn pōt esse in vnione earū ad intelligentias,sed ad creatorem,prout hoc suis probabitur locis.Item,ꝙ finis intelligentiarū nō sit ipsos orbes mouere,aut animas orbium in mouendo dirigere,sed potius contemplationi, & amori creationis intēdere,sicut & supra ꝓbatū est:idcirco ex numero mobiliū,aut motorū nō possit intelligētiarū numerus certus,aut determinatus probari.

Vdalricus

¶Preterea Vdalricus in Summa lib.4.conatur dicta theologorum,& philosophorum taliter concordare,vt substantiæ separatæ inquantum sunt gratiæ Dei ministri,& gloriæ conditoris intenti,quasi innumerabiles asserantur:sed inquantum sunt intelligentiæ,ac motores cœlorum , ponantur in numero quem taxant philosophi.

Dionysius

¶Verum ista concordia non est ad rem. Peripatetici.n.dixerunt,ꝙ substantiæ separatæ non essent plures,q̃ motus,& orbes cœlestes.

¶Postremò,vt peripatericorum innotescat intentio,præfatos situs partium orbium non dixerūt esse perfectiones partium illarum,inquantum sunt situs,aut ꝓp situs duntaxat:imò dixerunt intelligentias,& animas nobiles sub Deo,& iuxta dispositionem ipsius intendere bonum vniuersi,illudq; procurare,& conseruare,atq; ob hoc generationū, ac corruptionum periodo,ac uicissitudinis continuare,ad quæ necessarij sunt diuersi respectus,situs, & influxus cœlestium corporū circa inferiora.

QVAESTIO IIII.

QVartò principaliter quæritur, *An angelus in primo instanti suæ creationis fuerit malus.*

¶Hæc autem quæstio duas complectitur, secundum quod dupliciter potest intelligi. Primò, an angelus aliquis naturaliter malus. Secundò, an dato,quòd angelus sit a Deo bonus creatus: fuerit tamen, aut esse potuerit malus in primo suæ creationis instanti . Circa primum argui potest, quòd Deus fecerit angelum malum. Ipse namque omnipotens per Amos prophetam testatur: Si erit ma-

Amos 3.

lum in ciuitate, quod dominus non fecit? Et item

Isa. 45.

per Isaiam Ergo dominus faciens bonum, & creans malum . Insuper malum confert ad vniuersi decorem . Cum ergo ordo, & decor vniuersi a Deo sint , videtur, quòd aliquæ creaturæ sint a Deo malæ creatæ. Præterea argui potest, quòd angelus in suæ creationis primo instanti fuerit malus, atque peccauerit . Quædam enim sensibiles res eodem instanti, quo incipiunt esse, incipiunt operari : sicut lux eodem instanti, quo producitur lucet , & illuminat. Ignis quoque cum generatur, sine mora ascendit. Angelus verò in natura , & operatione est multo simplicior, agilior, & actualior sensibilibus rebus: eodem ergo, quo creatus est instanti, exorsus est operari . Cū igitur operatio eius ex libero procedat arbritrio, apparet, quòd in primo suæ conditionis instanti poterat agere male,seu debitum bonum omittere . Ampliùs,si priùs fuit bonus , & postea malus, signari potest vltimum instans, in quo fuit bonus, & innocens: & primum instans, in quo fuit malus. Aut ergo est unum,& idē instans,& sic simul fuisset bonus,& malus:aut aliud & aliud, sicque cū inter quęlibet duo instantia sit tempus medium, in tempore illo nec bonus fuisset nec malus . Quod cum impossibile sit , non est angelus ex bono malus effectus , sed in principio suæ creationis extitit malus.

1.Tim 4. Gen 1.

¶In contrarium est illud Apostoli: Omnis creatura Dei bona.Et illud in Genesi.Vidit Deus cuncta quę fecerat,& erant valde bona.

Bonauent.

¶Ad hæc Bonauentura respondit: Non solum falsum, sed & hæreticum est dicere diabolum innatam sibi habere malitiam voluntatis . Opus etenim Dei eo ipso , quo est opus Dei , necesse est esse laudabile, ordinabile, acceptabile, perfectum , aut perfectibile . Nihil enim facit Deus , nisi, quod suam condecet maiestatem . Idcirco cum ipse sit in se , & in suis effectibus magnus , laudabilis , gloriosus : impossibile est ꝙ opera sua,s̄m quod ab ipso fluxerunt , uituperabilia sint.Malum autem culpæ, de quo nunc sermo,vituperabile est,dignumq; pœna,non est ergo a Deo.Rursus,id,quod Deus fecit, ordinabile est in finem,& acceptabile creatori,atq; perfectum,aut perfectibile,cum Dei perfecta sint opera:quod totum verum est de opere Dei,quantū ad id,quod habet a Deo.Cumq; malum culpæ non sit ordinabile nec Deo acceptum, neq; perfectum, constat,quòd non sit a Deo.

Idem Bonauent.

¶Porro ad hoc, An angelus in primo suæ creationis instanti fuerit,aut esse potuerit malus : Respondet,Antiqua quorundam positio fuit,quòd simul tempore fuit diabolus , & peccauit,nec unquam

August.

fuit nisi malus. Quod Augustinus super Genesim vndecimo approbare uidetur, dicendo : Non frustra putari potest in initio temporis diabolum superbia cecidisse,nec ullum ante tempus fuisse, quo cum angelis sanctis pacatus uixerit, & beatus , sed in ipso creaturæ primordio,a suo creatore apostatasse.Si dexeris Augustinū istud non dicere s̄m propriam opinionem,sed aliorum:nam , & alias multas recitat ibi opiniones,quas nō tenet:obijcit cōtra

tra

tra hoc, quia Augustini opinio fuit, oia simul esse creata, & per lucem intelligit angelicam creaturã formatam: per tenebras verò intelligit auersam à deo. Ergo si simul facta est lux & diuisa à tenebris, sicut exponit, non fuit ibi mora inter creationẽ, & culpam. Hinc quidam moderni sic tenent. Sed quia secundum Augustinum vndecimo de ciuitate dei, ista opinio est propinqua opinioni hæreticæ, asserẽti angelos malos esse creatos, & ita quasi hæresim sapit: idcirco communis opinio magistrorum Parrhisiensium tenet, ꝙ creatio angeli lapsum eius duratione præcessit, atquæ de communi magistrorum consilio, opposita opinio ab episcopo Parrhiensiẽsi est excommunicata: ideo illam opinionem, magis catholicam, veram, probabilem dico, ꝙ inter productionem & lapsum angeli morula fuit quàmuis paruula. Propter qd̃ sancti, & expositores, ac scriptura, loquuntur de diaboli malitia, quasi fuerit semp in ea, quoniam modicum illud quasi pro nihilo reputatur. Vnde cum dr̃, diabolus ab initio peccauit: sensus est, statim post initium. Augustinus quoque super Genesim verba inducit prætacta secũdũ aliorum opinionem. Nã ipse libro de ciuitate dei dicit contrarium. Cumq̃uæ obijcitur ꝙ ipse potuit oia simul facta, dicendum ꝙ verum est quãtum ad esse, sed non quantum ad bene esse. Posuit quippe ꝙ lux corporalis simul fuit facta & à tenebris diuisa, & ꝙ fuit non materialium ordo dierum: at tamen spiritualium dierum ordinẽ posuit secundum septẽplicem conersionem intellectus angeli super creata. Hæc Bonauentura.

Auguſt. — Creatio angeli lapsum eius duratione præcessit. — Auguſt. — Obiectio.

¶ At vero Thomas. de hoc, inquit, An angelus in principio suæ creationis potuit esse malus, triplex fuit opinio. Vna, ꝙ angelus à deo creatus est malus, quod hæreticum est & impossibile. Nullus enim effectus progreditur ab agente, nisi sc̃dm conditionẽ agentis. Cũq; causa creationis rerum fuerit bonitas dei, quã deus voluit reb̃ cõicare, impossibile est à deo aliqd fieri, nisi sc̃dm quod diuinæ bonitat is est particeps, & hoc ẽ bonũ, nõ malũ. Hic alij asserebãt, ꝙ angelus in principio suæ creationis fuit mal̃, nõ habendo à deo, sed à ꝓpria voluntate malitiã. Hæc aũt opinio vana & erronea est ac falsa. Vana, qa nõ habet firmũ fundamentũ quo probetur, cũ malitia angeli ex voluntate eius dependeat, ideo cũ volũtas ad vtrumlibet se habeat, rõne inueniri non põt. Erronea est, quia primæ opinioni valde vicina, & a magistris damnata. Falsa est, qm̃ ꝓsibile est angelũ in primo suæ creationis instãti peccasse: cuĩ impossibilitatis causa hæc assignatur, quia duarũ operationũ se cõsequentiũ nõ põt terminus esse vnus. Operatio aũt angeli creationem consequitur. Hinc esse non valet vnum & idem instans, in quo primo est ens quod est terminus creationis: & in quo primo est malus, quod est terminus operationis. Verũ hæc ratio non videtur cogens, quia cum operatio voluntatis angeli non sit continua, non oportet quòd vltimum eius differat à principio. Principium autem potest esse simul cũ termino creationis, ergo & terminus operationis potest simul esse cum termino creationis, nec potest dici, quòd oportuit actum voluntatis sequi apprehensionẽ intellectus, nisi ordine naturę: quoniam de eodẽ põt simul esse cognitio & voluntas. Nec iterum potest dici quòd oporteat collationem præcedere appetendo: quoniam intellectus angeli non est inquisitiuus nec collatiuus. Ideo aliter est respondendum, videlicet ꝙ cum intellectus nõ sit nisi boni, non potest aliquod esse volitũ, nisi apprehẽdat vt bonũ ad appetendũ,

S. Tho. — Opinio. 1. — 2 — Duarũ operationũ se cõsequẽtiũ nõ põt esse terminus vnus

Quòd si verè bonũ est appeti, non est peccatum in appetitu: ideo si sit peccatũ, oportet ꝙ sit bonũ verisimiliter, seu apparenter, non verè. Porrò sm̃ Augustinum in libro contra Academicos non põt aliquid indicari verisimile, nisi verum sit cognitũ: ergo oportet vt intellectus veri boni præcedat intellectum verisimilis boni, sicq; appetitus æstimati boni, quo angelus sit malus, non potest sequi primum actum intellectus, quo considerat verum bonũ, sed secundum quo considerat verisimile bonum. Vnde cum impossibile sit intellectu creato plura simul intelligere, non potuit appetitus angeli esse malus in primo instanti suæ creationis. Hæc Thomas.

Auguſt. — Bonauen

¶ Cuius dicta nõ videnẽ consonare verbis Bonauenturę, dicentis: Quãuis aliqui dicãt in nulla creatura simul esse rei productionem, & operationem, quia tamen Augustinus vr̃ contrariũ, dicere in luce, & splendore, concedamus hoc ipsum in angelo: non tamẽ fuit simul in actu electionis: qm̃ illum antecedit deliberatio & præcognitio plurium. Vnde rursus Bonauẽtura sic arguit: Omne peccatũ actuale exit in esse per actũ deliberationis. Sed vbi deliberatio, ibi collatio, atq; successio: ergo si peccatũ sequitur deliberationẽ, angeli peccatum sequitur creationẽ angeli, nõ solum natura, sed itẽ duratione. Si dicas ꝙ angelus ꝓp intellectũ deiformem deliberat in instãti, & simul videt, atq; deliberat, ondo quòd non. Angelus. n. ad hoc, ꝙ appeteret, tria necessariò ꝓcognouit, videlicet appetibile, & cui appetiuit, rõneniq; appetendi. Aliqua erenim rõ fuit, quæ excitauit ad appetendũ. Hæc aũt diuersa sunt, estq; impossibile per naturã, potentiã aliquã simplicem simul, & semel ad plura cõuerti. Propter quod etiam dicit Philosophus, intelligimus vnum solum simul. Hæc Bonauentura. Quo circa apparet ꝙ plura, vt connexa simul apprehendi nil prohibet.

Arguitur rursum. — Ariſtotel.

¶ Insuper circa verba Thomæ vr̃, ꝙ quamuis sm̃ Augustinũ non queat, quid verisimile indicari, loquendo formaliter. i. sub rõne verisimilis, nisi verũ sit cognitũ: nihilominus potest creata mens aliqd cupere, quod materialiter est verisimile, nõ prę-intelligẽdo actualiter verũ bonum, sub ꝓpria rõne.

Thomas.

¶ Deniq; in prima parte Summæ qõne 63. loquitur Thomas: Oẽ quod est, inquantum est, & naturã aliquã habet, naturaliter tendit in aliquod bonũ, vt potè ex bono existẽs principio: qm̃ semper effectus in suum principiũ conuertuntur. Contingit autem alicui bono particulari aliquod malum esse annexũ, vt igni esse consumptiuũ bonorum. Bono autẽ vniuersali nõ põt aliquod malum esse annexum. Si ergo sit aliquid, cuius natura ordinetur in aliquod bonũ particulare, potest naturaliter tendere in aliquod malũ: non inquantum est malũ, sed per accidens, inquantum est coniunctũ cuidã bono. Si verò sit aliquid, cuius natura ordinetur in aliquod secundũ rõnem boni communem, hoc naturaliter, seu secundũ naturam nõ potest tendere in aliquod malũ. Cumq; quęlibet intellectualis natura habeat ordinẽ in bonum vniuersale, quod potest concipere, ut quod est volũtatis obiectũ: non põt diabolus naturaliter esse malus, nec naturalẽ inclinationẽ habere in malum culpæ. Quòd si obijciatur, qa vt decimo de ciuitate Dei recitat Augustinus, quoddã est dęmonum genus natura fallax, similãs Deos, ut aĩas defunctorum. in scriptura quoq; dicitur de qbusdam: Erat. n. naturalis eorum malitia. Sed & bestiæ quædã videtur naturaliter prauæ, sicut vulpes, & pica sunt subdolæ, lupusq; rapax. Dicendum ꝙ Augustinus ibidem reprehendit Porphyrium, qui

Auguſt. de ciuitate Dei li. 10. cap. 11. — Sapiẽ. 12.

& ideo dixit hoc, quia putauit dęmones esse animalia naturam sensitiuam, animamq; passiuam habentia. Porro hominum quorundam multa dr̃ naturalis, vel propter consuetudinem, quæ est altera natura, vel propter naturalem inclinationem ex parte animæ sensitiuæ ad inordinatam aliquam passionẽ: sicut quidam dicuntur naturaliter iracundi, aut cõcupiscentes, non ex parte naturæ intellectualis. Natura autem sensitiua ordinatur in aliquod bonum particulare, cui potest aliquod malum esse coniunctum. Sic, & bruta inclinationem naturalem sortita sunt ad quædam particularia bona, quibus coniuncta sunt aliqua mala: quemadmodum vulpis ad quærendum uictum sagaciter, cui vnitur dolositas. Hinc esse dolosum, non est malum in vulpe, sicut nec esse iracundum in cane, vt quarto capitulo de diuinis nominibus beatus Dionysius ait. Hæc Thomas in Summa.

Malitia quorundã quare naturalis dicatur.

¶ Insuper de hoc, ꝙ diabolus in primo instanti suæ creationis non est malus, ita subiungit ibidem: Impossibile est angelum in primo instanti suæ creationis peccasse per inordinatum liberi arbitrij actũ. Quamuis enim res aliqua in primo instanti, quo incipit esse, posit incipere operari: tamen operatio illa, quæ simul incepit cum esse rei, est ab agente, a quo habet esse: sicut moueri sursum, est ignis a generante. Vnde si aliqua res habeat esse ab agẽte deficiente, quod posit esse causa defectiuæ actionis, poterit in primo instanti, in quo incipit esse, defectiuam operationẽ habere, ut tibia, quæ nascitur claudicare ex seminis debilitate, statim incipit claudicare. Porro causa angelorum, videlicet Deus, non potest esse causa peccati: ideo dæmon in primo instanti suæ conditionis, non potuit esse malus: quod etiã ex scripturis probatur, quia de primo apostata angelo in Isaia dicitur sub regis Babylonis figura: Quõ cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Iezechiel quoque sub regis Tyri persona: In delicijs paradisi Dei fuisti, donec inuenta est in te iniquitas. Verum his obijci põt primo illud Ioannis, Ille homicida fuit ab initio. Secundò, quia angelus in primo instãti suæ creationis potuit mereri, ergo & demereri. Dicendum ad primum secundum Augustinum, quod diabolus peccauit non ab initio creationis, sed suæ transgressionis: quia ex quo cœpit peccare, non desijt. Ad secundum, quòd non est simile: quoniam actio meritoria est a Deo, non culpa.

Idẽ Tho. — Isa. 14. — Iezech. 28 — Obiectio. Ioan. 8. — Responsio

Dionysius cõtra Thomam.

Veruntamen huic rõni, quam assignat hic sanctus doctor, de hoc, ꝙ diabolus non potuit a principio suæ creationis esse malus, sic obijci potest. Videretur enim eadem ratione, ꝙ nunquam potuisset peccare, quia non solum, imò nec plus prima actio eius fuit a causa agente, seu creatore, q̃ actiones eius sequentes. Prima namq; eius actio, fuit solum ab ipso tanquam a principio elicitiuo actionis illius, immediato, & proprio, atque subiecto actionis eiusdem. fuit autem, & a prima causa, tanquam a causa prima, & principali propria virtute agenti, quæ plus influit, in omnem effectum cuiuscunq; causæ secundæ, q̃ ipsa causa secunda, vt in prima propositione libri de Causis, & in Proclo probatur, sed hoc modo creator causa est cuiuscunq; actionis angeli siue diaboli, quòd etiam patet de igne, cuius non solum primus motus, seu ascensio est a generante eo modo, quo secundum Philosophum, grauia, & leuia a generante mouentur, sed etiam motus sequentes. Insuper, Deus est prima principalisq; causa non solum actionis bonæ, ac uirtuosæ, imò etiam actionis prauæ, & vitiosæ, quantum ad id, quod entitatis, & efficaciæ est in illa, vt probatum est super primum. Sicq; diabolus nunquam potuisset peccasse, quia omnis actio sua fuit principaliter a creante. Ampliùs, sicut tibia curua primo incipit claudicare, ita & tibia recta infantuli incipientis incedere, qui protinus cadit nisi sustentetur, quamuis ex virtute seminis sufficiente nata sit recta. Denique, si Deus omnipotens per se immediatè producat, seu creet hominem claudum in dispositione virili, vt Adam: etiam ille claudicabit mox in sui incessus exordio, quamuis tibia sua sit facta ab indefectibili, indeuiabili, omnipotenteque causa. Rursus, prima actio angeli libera fuit, non coacta, præsertim cum (sm̃ doctorem hunc) fuerit, aut esse potu erit meritoria. Deus autem influit causis secundis sm̃ dispositionem, capacitatem, & naturam earũ: sicq; in exordio mouit angelos ad primos eorum actus influentia libera, non cogente, ita ꝙ angeli liberè processerunt in actus potentiarum suarum: ergo poterant agere malè, ut benè, demereri sicut mereri. Ista scholasticè tango, non ad probandum conclusionem hanc ipsam, sed ꝙ ratio illa non sit idonea.

Deus est prima causa tã actionis bonæ, q̃ prauæ. — Simile. — Alexãder. Quod angeli, nec semp fuerunt mali, nec boni.

¶ Præterea de his aliter sentit Alexander: Concedimus, inquiens, ꝙ nec mali angeli semper fuerunt mali, nec boni semper bonitate confirmata, quam sunt postea consecuti. Dicimus ergo, ꝙ in alio instanti inceperunt esse, & in alio se verterunt, seu operati sunt. Nec oportet inter dua illa Nunc, esse medium tempus: ideo dicimus, quòd propositio illa, Inter quælibet duo Nunc est intermedium tempus, intelligitur de instantibus temporis, prout est mensura continuorum: nec tenet hic, imò possunt esse duo instantia quasi contigua siue intermedio. At verò supposito, quòd fuerit aliqua morula intermedia, si quæratur quid angelus egerit in ea: dici potest, quòd tunc mouebatur per intellectum, non per affectum, motu videlicet penes quem determinatur bonitas actualis, seu conuersio, id est, motu meritorio. Non tamen esset incõueniens, dicere, quòd mouebatur motu naturali, non gratuito, quo nec merebatur, nec demerebatur. Sed obijci potest, quia secundum Augustinũ, cœlum, & motus eius sunt coęui: ergo eodem instanti, quo creatum est cœlum, cœpit moueri Angelus autem simplicior, atque agilior cœlo est: ergo primo instanti, quo fuit, potuit velle. Dicendum, ꝙ nec in cœlo, neque in angelo, neque in aliqua creatura contingit hoc, ꝙ in eodem instanti, in quo primo est, habeat aliquem actum. In omnibus namque citra Deum, priùs est potentia, q̃ actus, non solum natura, sed etiam duratione, quãuis in quibusdam simul sint potentia, atque essentia, iuxta quod dicitur, ꝙ in perpetuis non differt esse, & posse: ideo non est verum, ꝙ in primo instanti existentiæ cœli cœpit motus ipsius. Et hoc verbum, incepit, quamuis significet per modum actus: tamen dicit actum, aut motum, sed inclinationem quandam proximam actioni, seu motui, quæ inclinatio est quasi media inter potentiam cœli, & motum eius. Porro, quòd motus dicitur cœlo coæuus, non ideo dicitur, ꝙ in eodem instanti simul fuit cum cœlo: sed qm̃ in eodem instanti incœpit. sed illud, Incœpit non dicit motum, sed inclinationem ad motum. Hæc Alexander.

Obiectio. — Cõfutatio — In perpetui nõ differt esse, & posse.

Verum hæc eius positio, quantum ad hoc, ꝙ ait: Nec in angelo, nec in cœlo, neq; in aliqua creatura in eodem instãti fuisse primo ipsum esse, seu posse, & actionem ipsius, manifestè est contra Augustinũ in pluribus locis, & improbata est super primum. Eodem

Dionys.

dem quoque instanti, quo luna illuminatur à sole, aer illuminatur à luna.

Petrus. ¶ Amplius Petrus: Duplex, ait, est malũ. vnum pęnæ, aliud culpæ. Malum pœnæ seu pęnale, quãuis sit malum per comparationem ad sustinentem: tamen potest bonum esse per comparationem ad agentẽ seu infligentem, quoniam iustum. Malum culpæ malum est tam quo ad sustinentem, puta naturã quæ illo corrumpitur, quàm ad agentem, videlicet voluntatem, quæ per illud à suo fine auertitur. Hinc malum pœnæ potest esse à deo autore, inquantum bonum & iustum. Vnde scriptum est: Si erit malum (Amos. 3.) in ciuitate, quod dominus non fecit? Malum verò culpæ nullo modo à deo est, nisi permissiuè. Deus enim non põt directè esse causa auersionis a seipso, in qua auersione consistit perfecta ratio mali. Hęc Petrus de hoc, an angelus potuit à deo malus creari.

Tarãtas. ¶ De hoc autem, An in primo instanti suæ creationis potuit esse malus, colligit dicta Alexandri, Thomę, & Bonauenturæ in vnum, dicendo: Angelus nec in primo instanti malus creatus est, nec bonus creatus in eodem instanti voluntariè cecidit: imò nec tunc cadere potuit triplici ratione.
Ratio. 1. Vna, ꝑpter naturam intellectus creati, qui plura simul intelligere nequit. Nihil enim mouet apetitum, nisi bonum aut verum, aut apparens. Appetitus veri boni, peccatũ non est: appetitus verò apparẽtis boni, absq; eius præcognitione esse non ualet: nec cognitio boni apparentis, sine ꝑcognitione boni existentis, & vtrũq; bonũ angelus nõ potuit actualiter ꝑcogno-
2 scere in instanti. Alia, propter naturã liberæ volũtatis, quæ cum posset agere & nõ agere, sp̃r suo actui
3 prexisti. Tertia, propter naturã malitiæ culpæ actualis, quæ est priuatio alicuius boni. In eodem autem instanti idem bonum esse per creationem, & non per priuationem, non potuit. Hæc Petrus.

Manichęorũ error. ¶ Qui etiam refert, ꝙ hæretici asserentes angelũ malum esse creatum, fuerunt Manichæi. & addit, Quidam dixerunt ꝙ angelus in primo instanti suæ creationis fuit malus: non tamen ex creatore, sed ex propria voluntate: quod tanquam erroneum Parrhisijs per assensum doctorum, & auctoritatem Episcopi Parrhisiensis Gulielmi reprobatum est: (De angeli malitia.) Quia si primo instanti peccasset, peccatum illud ineuitabile fuisset. Hæc Petrus. Qui in hoc Alexandro consentit, quòd angelus in primo suæ creationis instanti non operabatur saltem eliciriuè.

Richard. Præterea de isto secundo scribit Richardus: Angelus in primo instanti suæ creationis, nõ potuit se à deo auertere: quia obiectũ naturalis actus ipsius voluntatis est bonum absolutè: obiectum autẽ uoluntatis deliberatiuæ, est bonum in relatione siue ad finem, siue ad circunstantiam, siue ad obiectum, siue ad aliquid aliud. Regula quoque creata actus naturalis voluntatis, est dictamen naturalis intellectus. Regula vero ad actus uoluntatis deliberatiuę, est dictamen intellectus infusum, seu acquisitum. Actus etiam uoluntatis naturalis, est à uoluntate inquantum, est natura: actus autem suus deliberatiuus est ab ea inquantũ, est libera. Porro bonum in relatione non ꝑcedit ordine naturæ bonũ absolutum, nec dictamẽ acquisitum dictamẽ naturale, nec uoluntas libera seipsam ut natura: ergo in angelo non potuit esse actus uoluntatis deliberatiuus ante omnem naturalem ipsius actum, sed primus naturalis actus uoluntatis angelicæ, non potuit esse nisi rectissimus rectitudine proportionata suæ naturæ: quia res non impedita, tendit in suum principium naturali motu inquantum potest, cũ omnę generans, seu producens determinat suum effectũ, ad aliquem actum, quo conetur suo coniungi principio. Sic ergo, & Deus creando voluntatem angeli, determinat eam ad actum aliquem naturalẽ, quo nitebatur creatori suo vniri: nec in illo motu potuit esse obliquitas, nec cum actu illo rectissimo poterat simul esse actus voluntatis deliberatiuus vitiosus. Nam quamuis non opponatur ei ratione speciei: opponitur tamen ei ratione generis, inquantũ vno actu tẽdebat in suum principium, & alio actu ab eodem recessit: nec vnus actuum horum ordinabatur ad alium: Ideo sicut videmus, ꝙ quælibet tristitia remittit naturaliter perfectionem gaudij, in eodem, & quòd motus non ordinatus ad alium, naturaliter remittit perfectionem alterius in eadẽ substantia, multoq; plus in eadẽ potentia: sic oportet concedere, quòd prauus actus voluntatis deliberatiuæ remittit perfectionẽ naturalis actus eiusdem: sequitur ergo, ꝙ actus malus voluntatis deliberatiuæ, non potuit præcedere in angelo primum naturalem actum voluntatis ipsius, nec simul esse cum illo. Hinc angelus, ab instanti suæ creationis, nequiuit habere aliquem voluntatis actum iniquũ, ideo nec peccare peccato commissionis, neq; omissionis: quia non est peccatum omissionis, nisi cum voluntas omittit actum, ad quem tenetur, pro illo tempore, vel instanti, quo ad illum tenetur. (Peccatum omissionis quando incurritur.) Angelus autem ab instanti suæ creationis non tenebatur se ad Deum conuertere aliquo actu voluntatis deliberatiuo: ergo in illo instanti auertere se nequiuit, nec peccato commissionis, neq; peccato omissionis. Hæc Richardus.

Albertus. ¶ Præinductis concordat Albertus, quantum ad principale intentum: attamen ait, ꝙ angelus nec in primo instanti, nec in aliquo instãti indiuisibili potuit moueri in bonum, aut malum deliberatiuè. Nõ .n. eodem modo est in motu liberi arbitrij, & in potentijs naturalibus. In motu namq;, seu actu liberi arbitrij, exigitur arbitrario, & æstimatio eius, ac dispositio qualiter pertingatur ad illud, atq; sententia de motu, quo mouetur ad illud: quæ omnia simul exigunt moram temporis, & in vno indiuisibili nullo modo fieri valent. Et præter hæc omnia exigitur affectus, delectatioq; in eo. Hoc dictum Alberti consonat præinductis verbis Bonauenturæ, quamuis aliter senserit Thomas, vt patuit.

Vdalricus. ¶ Vdalricus quoq; Alberto cõcordans: Volũtas, inquit, quæ concomitatur esse rei perfectæ ad esse, & ad operationes naturales, non potest esse voluntas electiua, qua sola consummantur peccata. (Eligere quid sit.) Cum enim eligere sit duobus propositis vnum alteri ꝑoptare: oportet illa ante comparationem absolutè cognoscere, & postea comparare in intellectu, ac voluntate. Sicq; præcedunt hãc voluntatẽ aliæ operationes. Voluntas ergo mox concomitans inceptionem esse rei, est voluntas naturalis, procedens ex imperfectione habitus naturalis, qua omnis voluntas naturaliter diligit suum subiectum, vel obiectum, & Deum, in quibus operationibus non consistit peccatum, & ita in primo instanti productionis suæ angelus non peccauit. Hæc Vdalricus.

¶ Veruntamen q̃uis hæ actiones, & successiones requirantur ad actum deliberatiuum, seu electiuũ mentis humanæ: non tamen apparet, ꝙ ad actum talem mentis angelicæ, quæ ponitur, non collatiua, nec discursiua: præsertim cum & in superioribus fiat per pauciora, quod inferioribus fit per plura.

Scotus. ¶ Amplius de his scribit Scotus sup quintã distinctionẽ, & probauit rõnes quorundã doctorũ præ-

habitas

habitas non esse idoneas, sicut, & mo do probatum est partim. Ratio quoque illa, ꝙ angelus de necessitate peccasset, si in primò instanti suę creationis peccauit, soluta est supra: ubi ostensum, est ꝙ quamuis Deus ab æterno creasset mundum, nihilominus liberè, non de necessitate creasset eum, sicut, & electos liberè ab æterno prædestinauit.

Gulielmus. ¶ Gulielmus demum libro secundo de vniuerso: Necesse est, inquit, malitiam angelorum auentitiam esse, non naturalem, neque innatam. aliàs esset creatori attribuenda. Neq; enĩ possibile est, vt in primo suo Nunc, deprauauerint semeptipsas. hoc nãque est ponere primam eorum operationem fuisse malum. Cum autem bene agere conueniat eis ex naturalibus suis, male verò ager eis sit, acquisitũ, vel ex acquisito, necesse, est priùs in eis fuisse bene agere, q̃ agere male, sicut & priùs est esse bonas, q̃ malas: quia priora sunt vnicuique rerum essentialia, & naturalia sua, quàm aduentitia, & acquisita. Amplius, proportionabilia sunt bonitas, & malitia, bene agere, & male agere: ergo sicut bonitas ꝑcessit in eis malitiam, sic bene agere ꝑcessit in ipsis agere malè, (Ad quęstionẽ rñsio.) Quòd si quis quærat, quale bene agere præcessit in eis malè agere: respondeo, quòd vis apprehensiua, & vis motiua non fuerũt in eis ociosæ: idcirco in ipso Nunc creationis, fuerunt in actu seu effectu operationum suarum, ita, ꝙ vis intellectiua fuit in actu cognoscendi, & uis motiua in actu amãdi. Cumq; intelligere cõueniat eis nõ à rebus, sed ex innato lumine virtutis intellectiuæ, necesse ẽ eas in ipso primò nunc existentię suæ, intellexisse actualiter ea, quorum cognitio innata seu indita eis fuit. De amore quoq; seu actu voluntatis similiter habet se nec dubium, quin omnis actus cuiuscunque virtutis naturalis naturaliter bonus sit. Primum ergo intelligere, & primum amare cuiuslibet angeli, bona fuerunt. Hęc Gulielmus.

¶ Solutio ad obiecta ex pręhabitis innotescit. Malum quoque culpæ directè non confert ad decorẽ aut ordinem vniuersi, sed potiùs bonum, quòd bonus ac sapiens deus elicit inde.

QVAESTIO. III.

QVintò principaliter, quæritur, *An angeli cognoscant per species vniuersales tam communia quàm particularia seu singularia distinctè, ac simul*

1 ¶ Hæc quæstio multa includit. Primum est, An angeli cognoscant per species seu similitudines rerum, & circa hoc inquiretur, an angeli superiores intelligant per species vniuersaliores. Secundum,
2 an per huiusmodi species cognoscant distinctè tã communia, quàm singularia. Tertium, an cogno-
3 scant talia, vt pote plura simul. De his, quidam singilatim diuersas proferunt, quæstiones. Quantum ad primum, apparet, quòd angeli non cognoscant per species rerum. Ipsa enim essentia angeli eminẽtiùs continet, & præsentant inferiorum naturas, q̃ intelligibiles formę seu species, pręsertim quia secũdum Dionysium superiora in rebus sunt exemplaria inferiorum. (Superiora in rebus sũt exemplaria inferiorum.)

¶ In oppositum est doctrina philosophorum, & theologorum, sicut patebit.

Albertus. ¶ Ad hæc respõdet Albertus: Dicũt quidã ut Philippus Cancellarius Parrhisiensis, ꝙ in Deo est rõ cognoscẽdi omnia, & rõ operandi vniuersa: & hãc duplicem potestatem communicauit creaturæ, dãs creaturæ spirituali (videlicet angelo) potestatẽ cognoscẽdi omnia, quæ sunt in mundo sensibili, naturæ verò contulit potestatem agendi ea: iõ angelis in principio dedit rõnes seu species aut similitudines intelligibiles vniuersalis ordinis, in quo est cretus est mundus: atque in illa species ordinis vniuersalis, cognoscunt ea, quæ cursu ordinato, & cõsueto fiunt in mundo. Hi autem innituntur autoritati Maximi, (Maximus) qui super quintum capitulum de diuinis nominibus scribit: Causæ primordiales sunt, quas Græci uocant ideas, hoc est, species seu formas æternas, atq; incommutabiles rationes, secũdũ quas, & in quibus uisibilis mundus formatur, ac regitur. Ideoq; à græcorũ sapientibus poryn appellari meruerunt, (πόροι.) id est, principalia exempla, quæ pater in filio repręsentat, & per spiritũ sanctum in suos effectos cõtinuo diuidit, atq; multiplicat. In his, quæcũque diuina prouidentia fiunt, incommutabiliter ꝑdefinita sunt, q̃ à Platone, Platonicisq; philosophis diuinæ uoluntates appellari solent. quia quæcunq; Deus facere uoluit, in ipsis primordialiter, causaliterq; instituit. Et addit Maximus: Has diuinus Dionysius, ac alij sancti nominant per se bonitatem, ꝑ se essentiam, per se uitam. Nẽpe quęcunq; bona sũt, participatione per se bonitatis bona sunt: & q̃cũq; sunt, participatione per se essentiæ sunt: & quęcũq; uiuũt, participatione ꝑ se uitæ uiuũt. Nulla siquidẽ uirtus siue generalis siue specialis, in natura rerũ est, q̃ ab his primordialibus causis participatione inæstimabili non procedat. Hinc dicũt hi sancti, ꝙ per tales formas seu pecies ideales, id est, ab æternis ideis profluentes, intellectui angelico in eorũ creatione à deo inditas, angeli intelligunt oĩa, q̃ in hoc mundo fiunt, & sunt. Nec obstat, ꝙ in deo nõ est realis pluralitas idearum: qa in mentibus creatis multiplicantur. Ait quippe sanctus Dionysius quinto (Diony.) capitulo de diuinis nominibus: Angelos scire dicũt eloquia ea, quæ fiunt in terra, non per sensum apprehensionem, sed secundum propriã deiformis mẽtis uirtutem. Et uirtus angeli natura deiformis mentis dicitur esse, propter duas causas Vna est ex parte medij, per quod cognoscit. Alia est ex parte actùs cognoscendi. Nam quantum ad primum, est per speciem, & exemplar uniuersalis ordinis omnium rerum, secundum quod fluunt à uerbo æterno, per quod fiunt omnia, & in quo tanquam in primo, & summo exemplari ratio ordinis uniuersorum ab æterno præfulsit, Quantum uerò ad secundum, cognoscit nihil acpipiendo à rebus, & tamen cognoscit res in proprio esse. Angelus namque cognoscendo exemplar causæ, ut est exemplar huius, atque illius, cognoscit hoc, & illud in esse singulari ac proprio: & hoc est cognoscere secundum deiformis mentis uirtutem, ac naturam. Cuius exemplum est forma artis in ipso artifice, per quem artifex cognoscit, & operatur in proprio esse unumquodque eorum, quæ exiguntur ad opus, nihil accipiendo ab opere. Etenim forma artis est ad rem cognoscendam, & operandam, & non est (August.) à res per abstractionem accepta. Denique Augustinus quarto, & octauo super Genesim scribit: Deus ab initio indidit materiæ causas seminales, & causas rõnales, quę ad hoc inditę sunt, ut eis producatur omne opus naturæ. Et causæ illæ, ut dicit Anselmus, (Anselmus) sunt duplices, utpote seminales: quæ ad hoc inditæ sunt, ut ex eis ꝑducatur opus naturæ, de quibus dr̃: (Bene.) Producat terra herbam uirentem, lignumq́ue pomiferum, cuius semen in semetipso sit. Illæ etenim causæ seminales in plantis, animalibusque consistunt. Aliæ causæ sunt, quæ magis dicuntur rationales, quàm seminales, & illæ sunt, secundũ quas in natura non est ut ex ipsis fiat, sed ut ex ipsis uoluntate dei fieri possit, ut miraculum. Nihil enim rationa-

 bili-

bilius est, quaquàm vt creatura obediat creatori, vt loquitur Augustinus. Vnde, & quarto super Genesim asserit Augustinus: Non erat costa Adæ vt ex ea fieret Eua, sed, vt ex ea fieri posset voluntate diuina. Porro ordo iste causarum seminalium, quem indidit Deus naturæ, ab æterno præfulsit in deo, vt vita, & lux, vt ait Iohannes: atque secundum modum, ac ordinem, quo processit à verbo in naturã, sic per similitudinem, & speciem exemplariter in intellectibus refulsit angelicis. Sicque in specie huius ordinis vniuersalis, angeli omnia naturalia ĩ singulari, ac proprio esse ipsorum cognoscunt, etiam dato, quòd ea non operentur. Ea verò, quę sunt liberi arbitrij, noscunt inquantum vestigia sui relinquunt in corpore. Et si talia nulla relinquunt, cognoscere eam non queunt, nisi angeli boni cognoscant ea in verbo. Mali verò ea cognoscere nequeunt. Hinc angeli boni ad cognoscendum singularia non indigent inquisitione, sed simplici intuitu ea cognoscũt ꝑ exẽplar artis diuinæ. Hec Albertus.

August.

Iohan. 1.

Angelico gnoscunt species vniuersales

¶ Ex q̃bus patescit ꝙ angeli cognoscũt ꝑ species, imò ꝑ species vniuersales sibi à sua creatione inditas, & qualiter ꝑ easdẽ particularia quoq; noscat.

Idẽ Alb.

¶ At verò in Commento suo super librum de Causis, declarans qualiter intelligentiæ superiores intelligunt per formas vniuersaliores: Influxus, inquit, formarum ab intelligentijs superioribus descendit ad inferiores. Hinc oportet, quòd formę, quæ sunt in intelligentijs superioribus, sint magis vniuersales, eo quòd sint in pluribus, atque de pluribus. In inferioribus autem intelligentijs sunt magis cõtractæ, & particulares, q̃a in paucioribus & de paucioribus sũt. Formæ.n. superiorũ cõprehendũt, tenẽt, ac regunt formas inferiorũ, nõ ecõtrario: & q̃cquid ptõ inferior, põt superior eminentiùs. In primis quippe intelligentijs propter earum simplicitatem, & vnitatem ac propinquitatem ad primum, est virtus præcipua: in inferioribus verò, est virtus debilior, idcirco minoris est ambitus, & comprehensionis minoris. Hæc ibi, quæ & in libro de Causis, & in cõmento eius pleniùs cõtinentur.

Vdalricus a magistro suo dissentit.

¶ Præterea à dictis istis Alberti videtur dissentire discipulus eius Vdalricus in Summa sua libro quarto: Angeli, inquiens naturali cognitione sc̃dm quosdam cognoscunt per species rerum totius ordinis vniuersi, quæ concreatę sunt angelis. suntque similitudines ideę seu idealiũ rationũ verbi æterni, idcirco angeli per eas cognoscunt res non solũ secundum genera, & species, sed ẽt secundum indiuidua, quemadmodũ Deus per sui intellectus ideam singularia noscit. Quod dictũ, quia nec ratione probatur, nec alicui autoritati innititur, fictum vr̃, iuxta errorem Platonis; qui etiam nostrum intellectum talibus formis adeo dixit perfectum, ꝙ negauit nos aliquid discere, sed immemores recordari. Insuper sequit̃ ex hoc dicto, ꝙ angeli eodẽ modo sciunt oĩa contingentia futura per causas vniuersales, sicut sciunt ea postquam sunt facta, qđ est contra Augustinum dicentẽ: Res futuras cognouerũt in verbo, factas verò in propria natura. Rursus, quales sint species, ꝑ quas vnus angelus cognoscit alios angelos, difficile est fingere, cum nos ex nostro, & non ex aliquo alieno huiusmodi spiritualia cognoscamus. Nos verò in hac materia indubitatam rõnẽ sequẽtes, atq; in certis certa præferentes, dicimus, ꝙ cũ Deus in ordine, & cõnexione condiderit vniuersũ, ordo est talis, ꝙ posterius semper productũ est medietante priore. Talis quoque sc̃dm sanctum Dionysiũ est cõnexio graduũ, ꝙ semper ultima, seu infima priorum, cõiuncta sunt supmis posteriorũ. Hinc sicut anima rationalis virtualiter in se habet oĩum rerum, tam superiorum, ac spiritualiũ, q̃ inferiorum, corporaliumq; naturas, ita ꝙ eius cognitio vr̃ maximè ad oẽm proficere veritatem, vt dr̃ primo de anima: sic & multo plus, quælibet substantia intellectualis naturæ in sua essentia virtualiter hẽt oĩum rerum naturas non solum in gñe, sed item in specie, sc̃dm gradus singulos vniuersi, diuersimode tñ. Nam superiorum naturas habet in se impfectè, sicut, & imperfectè eas participat. Inferiorum verò naturas habet in se perfectiùs, quã sint in seipis. Cũ ergo oĩs tali substantia perfecta sit in suijpsius, cognitione, eo qđ suus intellectus possibilis ad actum perfectè reductus sit, cognoscit suã entiã in oĩa sua virtute: quẽadmodũ aĩa rõnalis nõ cognosceret se ꝑfecte, nisi sciret in se virtutem intellectus, & rõnis, sensitiuæ quoq; potẽtiæ, & potẽtiæ uegetatiuę, hæc aũt sciendo scit oẽs naturas, q̃s in se uirtualiter hẽt. sicq; aĩa rõnalis cognoscendo totã virtutẽ suã, cognoscit aĩam uegetatiuã, & aĩam sensitiuã, & intelligentiã separatã: ergo, & angelus ita scit oĩa, sed superiora impfectè, inferiora ꝑfectè, ut patet in exemplo de aĩa. Cunq; gloria nõ tollat naturalẽ ꝑfectionem, constat, quòd ista cognitio sit etiam angelorum in gloria existentium. Vñ super Genesim asserit August. In superna gloria sp est dies in contemplatione incõmutabilis veritatis, & sp uespera in notitia creaturæ. Si aũt, q̃rat̃, ꝑ qđ hæc cognitio determinetur ad indiuidua cognoscenda, quorũ cognitio eis est naturalis, cũ in dæmonibus quoq; sit: dicimus sine ꝑiudicio, quod sicut noster intellectus per reflexionẽ ad phantasmata determinando speciem uniuersalem ad particularem, cognoscit uniuersale determinatũ in isto, aut illo particulari, ita quod tunc intellectus noster dr̃ phãtasia: ita intellectus angelicus speciem indeterminatã intellectualẽ determinat ad ipm particulare in natura existẽs, siue illud particulare sit oĩno spũale, qm̃ sine homõi applicatione non possent inuicẽ sibi loqui angeli signis ac nutibus; siue sit corporale, qm̃ aliter nõ eẽnt uices in successiua angelorũ cognitione. sicq; ĩ illa specie sic determinata, cognoscit determinate ipsũ particulare. Hinc septimo de noĩbus diuinis capitulo S. Dionysius ꝓtestatur: Angelos scire dicũt sacra eloq̃a ea, q̃ sũt in terra, nõ sc̃dm sensus cognoscẽdo sẽsibilia, sed sc̃dm ꝓpriã deiformis mẽtis naturã, atq; uirtutẽ. quam deiformitatẽ imediatè ꝑmisit, dicẽdo: Deus existẽtia cognoscit sciẽtia, q̃ ẽ suiipsius. Vñ addit Cõmẽtator, Corporales eẽ creaturas spiritaliter ꝑspiciũt angeli ĩ spiritualibꝰ causis. Hęc Vdalricus, de cuius opinione q̃d uideat̃, ĩfra dicet̃.

August.

Obectio.

Thomas.

¶ Pręterea Thomas ad hoc, an angeli ccgnoscant res ver species rerum, uel per essentiam propriam respondes: Intellectus, inquit, angelicus medius est inter intellectum diuinum, & humanum in uirtute, & modo cognoscendi. In intellectu autem diuino similitudo rei intellectæ, est ipsa intelligentis essentia, que est rerum causa finalis, & exẽplaris atq; efficiens. In intellectu uerò humano similitudo rei intellectæ est aliud à substantia intellectus, & est sicut forma ipsius. Ideo ex intellectu, & similitudine rei efficitur unum completum, quod est intellectus actuꝰ intelligens, & huiusmodi similitudo est accepta à re. Porro in intellectu angelico similitudo est aliud à substantia intelligentis, non tamen est acquisita à re, cum angeli non sint ex rebus diuisibilibus cognitionem congregantes, vt S. Dionysius asserit septimo capitulo de diuinis noĩbus: nec tamen

tamen forma illa est causa rerum ẽm fidem, sed est influxa à deo ad cognoscendum. Cuiùs rõ sumi põt ex cõmẽtatore 11. metaphysicæ, vbi dicit, quòd ẽm ordinẽ simplicitatis naturarũ separatarũ, est ordo differentiæ speciei intellectæ ab intellectu. Vnde in prima essentia, cui non admiscerunt potentialitas aliqua, omnino idem sunt intelligens, & intellectũ. In alijs verò secundum quod plus admiscetur, de potentia, est maior distantia inter speciem intellectam, & intellectum. Nihil enim operat̃ nisi ẽm qđ est in actu. Hinc illud cuius essentia est purus actus, intelligit sine receptione perficientis, quod fit extra essentiã eius. Illud verò, in quo est potentia, non poterit intelligere, nisi perficiatur actu per aliquid ab extrinseco receptũ. Et hoc est lumen intellectuale naturale, quod à deo in substantias intellectuales emittit̃. Cũq; vnunquodq; recipiatur in alio ꝑ modũ recipientis, lumẽ illud, quod in Deo est simplex, recipit̃ in mente angeli vt diuisum, & multiplicatũ. Oĩs nãq; potentia receptiua, diuisibilitatẽ habet ex se, ẽm quod nõ est determinata ad vnũ, quod fit ꝑ actũ determinantẽ. Hic dr̃ in libro de Causis: Sicut in natura inferiori multiplicantur singularia, ita & species intelligibiles in intelligentijs. Vtrũq; etẽm est ꝑꝑ multiplicitatẽ potentiæ, & istæ sunt species ꝑ quas ĩtelligũt angeli. verũ his obijci põt, q̃a ẽm philosophũ 3. de aĩa, aĩa est species specierũ: ergo multo plus angelus, q̃ est simplicior, atq; ꝑstãtior aĩa, sicq; angelus ꝑ suã eẽntiã intelligit cætera. Rursus, ẽm B. Dionysius 5. de diuinis noĩbus. Nobiliora in entibus, sũt exẽplaria inferiorũ. Angeli ergo suã eẽntiã intuendo, inferiora cognoscũt. Vnũquodq; eñ in suo exẽplari cognoscit̃ optimè. Dicendũ ad primũ, quòd aĩa dr̃ species specierũ, inquantũ ꝑ intellectũ agentẽ facit species eẽ tinelligibiles actu, sicut manꝰ dr̃ organũ organorũ, q̃a ꝑ ipsas oĩa artificialia fiũt, Ad aliud, ꝙ res nõ cognoscit̃ ĩ exẽplari, nisi à qua ducit̃ seu format̃ ẽm totũ, qđ ĩ ipsa ẽ, sicq; cognoscunt̃ ĩ exẽplaribus rõnibus seu ideis mẽtis diuinæ: Essẽtia verò angeli, nõ ẽ cã, aut exẽplar totius, qđ ẽ in re, nec ẽ cã angeli ĩferioris, Hæc Tho. ĩ Scripto.

Obiectio

Dionysi⁹.

Respõsio

¶ At verò in prima perte Sũmę, quęst. 55. Id, ait, quo intellectus intelligit, cõparatur ad intellectum intelligentem, vt forma eius, qm̃ forma ẽ, quo agẽs agit. Ad hoc aũt, ꝙ potẽtia ꝑfectè cõpleat̃ ꝑ formã, opportet, ꝙ oĩa contineantur forma, ad q̃ potentia se extendit. Hinc in corruptibilibus forma non perfectè complet potentiam materiæ, quia potentia materiæ ad plura se extendit, q̃ sit cõtinẽtia formæ huius aut illius. Potentia verò intellectiua angeli, ad intelligendum omnia se extendit: quia obiectũ intellectus est ens, vel verum communiter sumptũ. sed essentia angeli non comprehendit omnia in se, cum sit determinata ad genus, & speciem, imò hoc proprium est diuinæ essentiæ, quæ cũ sit infinita, cõprehendit simpliciter in se omnia. Idcirco solus Deus cuncta cognoscit per suam essentiã. Intellectum igitur angeli oportet speciębus perficit ad res cognoscendas. Vnde 4. cap. de diuinis noĩbus Dionysius sanctus testat̃, ꝙ angeli illuminantur rõnibus rerum, q̃ eis connaturales existunt. Quamuis ergò tam ea, quæ supra angelũ sunt, q̃ ea, quæ infra eũ sunt, sint in substantia angeli: non tamen secundũ proprias rationes ipsorum. Denique oportet accipere distinctionem, & ordinem spiritualium substãtiarũ, sicut est ordo, atq; distinctio corporalium rerum. Hinc sicut corpora cælestia, & suprema habent potentiam à principio sui omnino completam per formã, potentia verò materiæ corporum inferiorum non completur per formã vnam, sed successiue suscipit plures: sic potentia intellectiua substantiarum superiorum, videlicet angelorum, à sui exordio cõpleta est per intelligibiles species sibi connatas ad oĩa cognoscenda, quę naturaliter cognoscere põt. Potentia vera intellectiua in substantijs inferioribus, scilicet aĩabus, non est in principio sui ita cõpleta, sed successiuè perficitur per abstractionem specierum à rebus Iõ aĩæ rõnales corporibus naturaliter vniunt̃. Hęc ĩ Sũma, de q̃bus, & multa habent̃ in Sũma contra gentiles libro secundo.

Diony. 4. cap. diuinis nominibus.

¶ Amplius de hoc, qualiter angeli per formas seu species intelligibiles vniuersales particularia noscant, conscribit Præter opinionem dicentium angelos particularium notitiam non habere, q̃ hæretica est, & veritati scripturæ contraria, sunt diuersæ opiniones quomodo angelus singularia nouit. Quidam etenim dicunt, ꝙ angeli per formas innatas cognoscũt causas vniuersales, sed ex rebus istis accipiunt, vnde singularia ex vniuersalibus causis producta cognoscunt Hoc autem non vr̃ conueniens. quod nãq; acceptum est à re singulari, non ducit in cognitionem singularis eius, nisi quam diu seruantur in eo conditiones materiales indiuiduãtes, quod non põt esse specie existente in organo corporali, ut in sensu, & imaginatione. Cumque angeli organo careant corporali, etiam si species à rebus abstraherent, non possent per hmõi species singulariũ cognitionem habere. Hinc alij respõderunt, quòd omnia singularia ex causis vniuersalibus prodeunt, vel producuntur ordinatis in natura Cumq; in angelo sint formæ ordinis causarum vniuersis, per huiusmodi formas omnia singularia cognoscere valet, & hæc videtur positio Auicennę. Non tamen videtur ẽm fidem nostram sufficere, q̃a in causis vniuersalibus nõ cognoscitur aliquid ẽm conditiones indiuiduales. Vnde dicit ipse Auicenna, ꝙ Deus pon cognoscit patricularia particulariter, ut pote nunc eẽ, & nunc non esse, & est simile de eo, q̃ cognoscit eclipsim in causis suis vniuersalibus, q̃ tñ non cognoscit hanc eclipsim ẽm qđ ẽ hęc, vt nunc inchoans, & nũc desinẽs, nisi sensu ꝑcipiat. Ideo ad hanc positionẽ aliqui addiderunt, ꝙ ex applicatione harum uniuersalium formarum ad hoc particulare vel illud, determinat̃ angeli cognitio, ut hoc sĩgulare cognoscat. Sed hoc iterũ nõ vr̃ sufficiẽs: q̃a hæc applicatio aut ẽ ad singulare qđ est in ĩtellectu angeli, sicq; supponeret ista opinio id de quo dubitat̃, vt pote singularia eẽ ĩ intellectu angeli: vel ad singulare qđ ẽ in re, ꝑut vñr intẽdẽre, vt si lux solis esset intelligens, intelligeret corpora ad q̃ sui radij applicant̃, sed hoc eẽ non valet. Cũ.n. cognitio nõ sit nisi ẽm assimilationẽ, impossibile ẽ, ꝙ cognitio se extendat vltra id in quo ẽ assimilatio. Si ergo lux solis uel ĩtellectꝰ angeli assimilat̃ rei, quã irradiat, hoc non põt esse nisi uel eo quòd illud, qđ ẽ rei recipit̃ ĩ intellectu. aut ĩ luce solis: hoc ipsi nõ ponũt, q̃a rediret prima opinio. Vel ex eo qđ à sole aliquid circa rẽ ponit̃, & sic nõ cognosceret de re nisi qđ circa eã ponit̃, sicut sol cognosceret naturã lũinis, non ꝓpriã rõnẽ huius uel illius coloris, q̃ est ex diuersa recipientiũ proportione. Similiter angelus ꝑ huiusmodi applicationẽ nõ haberet de rebus ꝓpriã cognitionem, cum propriam naturam rebus non conferat. Alij dicunt, quòd ex cõiunctione uniuersalium, quæ cognoscunt, resultat cognitio particularis, secũdum quod ex pluribus formis cõgregatis resultat accidẽtiũ quędã collectio, quã nõ est reperire in alio. Sed neq; hoc sufficit, qm̃ indiui-

An angelus noscat singularia

Auicenna

duatio formæ, nõ est nisi ex materia. Idcirco quotcunq; formæ aggregent̃, semper remanet collectio illa cõicabilis multis, quousq; intelligatur per materiam indiuiduata. Ideo aliter est dicendũ, videlicet, ꝙ eadẽ est rõ cognitionis singulariũ in deo, & angelis. Iõ attendendũ qualiter deus singularia noscant. Oportet eñ illam virtutẽ seu potentiã, q̃ cognoscit singulare, habere apud se similitudinẽ rei, quantũ ad conditiones indiuiduantes. Et ista ẽ rõ, q̃re ꝑ speciẽ, q̃ ẽ in sensu, cognoscit̃ singulare, nõ ꝑ speciẽ, q̃ ẽ intellectu. Oportet quoq; ut apud artificẽ sit similitudo rei ꝑ artẽ cõditæ, ẜm totũ illud, quod ob artifice ꝓducit̃. Propt̃ hoc ædificator ꝑ artẽ cognoscit formã domus, quã inducit materię, nõ aũt hãc domũ vel illã, nisi ꝑ id, qđ capit à sensu: qm̃ ipse materiã nõ ꝓducit. Porro deus est causa rei nõ solũ quantũ ad formã, sed ẽt quantũ ad materiã, q̃ est indiuiduationis principiũ. Vñ idea in mẽte diuina, est similitudo rei quantũ ad vtrunq;, vz formã, atq; materiã: sicq; per ideã cognoscũtur res nõ tm̃ in vniuersali, sed itẽ in particulari. Formæ verò, quæ sũt in mẽte diuina existẽtibus, tanquã immedietatè, exẽplariterq: deductæ ab eis. Hinc per eas intelligere angeli singularia possũt, cũ sint similitudines rerũ etiã quantũ ad dispositiones materiales indiuiduantes, quemadmodũ, & ideæ mẽtis diuinæ. Itaq; in angelo per lumen intellectuales eis innatum, determinantur species, quibus fit rerum cognitio. Hæc Thomas in Scripto.

Thomas. Quod angeli supiores intelligũt ꝑ species vniuersaliores.

¶ Insuper de hoc, ꝙ angeli superiores intelligãt per species vniuersaliores, loquit̃ in eodẽ: ẜm philosophos, atq; theologos, oportet ponere formas intelligibiles superiorũ angelorũ, esse magis vniuersales. In oĩbus nãq; sciẽtijs seu artibus tã speculatiuis, q̃ practicis, illa, q̃ alterior est, & ordinatiua aliarum, cõsiderat rõnes vniuersaliores, eo ꝙ principia parua sint quãtitate, maxima autem virtute, & simpliciora se ad plura extendũt. Verbi grã, sub ciuili scientia est militaris, & sub militari eq̃stris; sicq; deinceps. Ciuilis verò scia cõsiderat rõnem boni humani absolutè, militaris aũt considerat idem prout determinatur ad bellica. Iõ accipit sua principia à superiori scientia, quæ est quasi demonstratiua ꝑꝑ quid. In speculatiuis quoq; scientijs metaphysica, q̃ aliorum est ordinatiua, considerationem entis absolutè, aliæ autem secundum determinationem: & ita in angelis est ẜm nos & philosophos, qm̃ angeli superiores ordinant actus, atq; officia inferiorũ, eos purgando, illuminando, & perficiendo. Hinc 11. metaphysicæ asserit Cõmentator.
Auerrois.
Secundum ordinem differentiæ inter intelligens, & intellectũ, est etiam ordo multiplicationis intellectorum: quia in intellectu superiori, qui minus habet de potentialitate, minor est compositio intelligentis, & intellecti. Idcirco in eo pauciores sunt intelligibiles formæ. Quo etenim minus habet de potentia, eo lumẽ intellectuale minus in eo diuiditur, & multiplicatur. idcirco intelligit per formas vniuersaliores, minus multiplicatas, atq; diuisas. Vñ & scientia dei est vniuersalissima, quia per vnam similitudinem, quæ est sua essentia, intelligit oĩa, veluti si quis per rationem entis intelligere possit cuncta sub ente contenta: & quanto quis per pauciores intelligit formas, tanto eius scientia extat perfectior, & scientiæ diuinæ similior. Sunt itaq; formæ illæ vniuersaliores in repręsentando, imò vniuersaliores sunt tam quãtum ad cognitionem, quàm quantum ad operationem. Quantum ad cognitionem, tam ex parte specierum [illegible] quia ad plura extendunt se, quàm ex parte rerum cogitarum, quoniam angeli superiores perfectiùs, clariusq; cognoscunt eadem cognita, quàm inferiores. Propter quòd illuminant eos. Nec etiam est remotum à veritate, quin plura subiaceant naturali cognitioni superiorum, quàm inferiorum. Similiter quantũ ad operationes, tam secundum philosophos, qui ponunt ordinem intelligentiarum ẜm ordinem motuum, ex quo oportet, quòd causalitas formarum illius intelligentiæ superioris sit vniuersalior, cuius motus est in causando communior, quàm secundũ nos, qui ponimns angelos ordinatos secundum diuersa officia, ita, ꝙ superiores angeli ordinant inferiores in suis officijs, non econtra. Hinc relinquitur nobis eadem via ꝓcedendi secundum doctrinam sancti Dionysij, sicut, & philosophis. Si autem objiciatur, ꝙ cognitio per medium vniuersale est imperfecta: dicendũ,
Ad obiecta responsio.
quòd verum est, loquendo de medio vniuersali, quod non est efficax ad cognitionem omnium propriorum. Si autem per medium vniuersale omnia propria efficaciter cognoscantur, perfectissima est cognitio: quia quo aliquid est magis simplex, & vnum, tanto est virtuosius, atq; nobilius. Tales autẽ sunt formæ seu species vniuersales, per quas intelligunt, angeli præsertim superiores. Hæc Thomas ibidem.

¶ Hinc in Summa, quęstione quinquagesima prima, disseruit:
Thomas.
Ex hoc in rebus sũt aliqua superiora, ꝙ vni primò, videlicet Deo, sunt propinquiora. In Deo autem tota plenituto intelligibilis cognitionis continetur in vno, quòd est diuina essentia, per quã Deus vniuersa cognoscit. Hæc intellectualis plenitudo in intetellectibus creatis inferiori, minusq; sĩplici nõ cõsistit. Hinc qua Deus cognoscit per vnũ, per inferiores cognoscunt per multa: & tanto per plura, quanto inferiores cognoscunt extiterint iõ angelus, quanto sublimior, tãto per species pauciores vniuersitatem intelligibiliũ capere põt. Nam & inter homines, quidã sunt tardioris ingenij, qui veritatẽ capere nequeũt, nisi eis particulatim ꝑ singula explicetur: qui verò fortioris sunt intellectus, ex paucis uulta capere possunt. Veruntamẽ cognoscere aliquid in vniuersali, contingit dupliciter Primò ex parte cogniti, ita vt solũ noscatur vniuersalis natura ipsius. sicq; cognoscere rẽ in vniuersali, est imperfecta cognitio, sicut qui solum cognosceret de homine, quod est animal.
Quemadmodũ aliqd in vniuersali cognoscitur.
Secundò ex parte modi cognoscẽdi, & ita ꝑfectius est cognoscere aliquid in vniuersali Perfectior quippe est intellectus, qui per unum mediũ vniuersale potest singula distincte cognoscere, quàm qui hoc nequit. Hæc ibi.

¶ Præterea de primò horum, videlicet, An angelus cognoscat res per earum species, an ꝑ suã essentiam, respondet Petrus concorditer dictis Thomæ:
Tarãtasius. Quęstio.
Nulla, inquiens, creata essentia, cum sit determinata, & in gñe determinato existens, habet distinctã similitudinẽ diuersorum: ideo esse nõ põt sufficiẽs rõ distinctæ cognitionis diuersorum. In oñi quoq; quod est citra deum, differũt Quod est, & Quo est: ergo multo plus, quòd intelligit, & quo intelligit.

¶ Insuper de eo, quod quærit̃, Angeli per species innatas, vel acq̃sitas intelligũt, sic loquit̃: Circa hoc est triplex opinio. Oẽs tñ cõueniunt in hoc, ꝙ oñis
Quęstio.
intelligẽtia plena in formis vniuersalibus, per quas habet cognitionẽ etiam materialium rerum vniuersalẽ: sed differunt opiniones istæ circa particulariũ
Opinio 1.
cognitionẽ. Quidam enim conformantes se opinioni, ꝙ visus fit extra mittendo, dixerũt qđ angelus noscit materialia ꝑ eorũ formas ñ à reb⁹ abstractas,

nec

nec innatas, sed intellectui eorũ obiectas, & immediatè repræsentatas. quemadmodum enim lux contingendo colorata, videret ea, si visiuã haberet potentiam: lux quoq; intellectus agẽtis, imaginabiles intelligit species, super quas radiat, ita lux intellectus angelici dirigendo radios ad res ipsas, quodã contactu contingit eorum formas. sicq; cognoscit eas, q̃si se multiplicando in ipsis. Aliter quippe perficitur actiua potentia, scilicet se multiplicando: aliterq; passiua, vt pote recipiendo.
Opinio aliorum 2.
Alij dicunt, ꝙ singularia quædam, id est, quę habent esse necessariũ, & determinatũ, cognoscit per formas innatas: ea verò quæ habent esse contingens, per formas ẽ rebus acceptas. Habet namq; naturam speculi in recipiendo, & lucis in agendo, multo quoque perfectior, lux angelici intellectus, q̃ nostri. Hic immediate à rebus materialibus potest abstrahere formas, sicut à phantasmatibus.
Opinio 3.
Tertia opinio est, ꝙ omnia noscit per formas abstractas, & nihil per acquisitas. Istæ verò formæ exemplatæ sunt à formis idealibus mentis diuinæ: idcirco per ea cognoscit perfectè quo materiam, & formam, & accidentia ipsas res, quemadmodum filius artificis si à formis paterni intellectus reciperet formas, agnosceret ꝑ easdẽ res à patre fiendas. Harum opinionũ secunda probabilior mihi vr̃, quia non video quomodo (vt dicit prima opinio) possit angelus res cognoscere, nisi informetur earũ essentia, aut similitudine. Nec video quomodo (vt tenet opinio tertia) vna forma creata, cum determinati sit generis, valeat intellectum angeli ad diuersa in propria rõne cognoscenda sufficiẽter informare, cũ hoc ꝓpriũ videat̃ ideæ mentis diuinæ, eo quòd non sit in aliquo genere determinata.

¶ Amplius de hoc, Quõ angeli singularia noscunt:
Quæstio.
respondet, Oẽs fatẽtur, quòd angeli noscunt singularia. Verũtñ de modo sunt positiones diuersę.
Opinio. 1.
¶ Prima, namq; iam tacta opinio, dicit, ꝙ cognoscunt ea immittendo ipsi rei intelligibile lumẽ: quemadmodũ sol inferiora cognosceret, si radius vim
2 visiuã haberet. ¶ Alij dicũt, ꝙ accipiendo speciẽ similẽ speciei materiali ipsarũ materialiũ reorũ, tñ immaterialẽ: qa recipit eã scđum modũ suũ.
Obiectionis cõfutatio.
Quòd si obijciatur, quia intellectus non recipit immediatè à sensibilibus, sed mediante sensu: dicendũ, ꝙ verum, est hoc de intellectu cõiuncto, nõ separato: qa lux intellectus separati liberior, efficaciorq; cõsistit, q̃ lux intellectus cõiũcti. Hinc sufficit ꝑ se formã materialẽ ad intelligibile esse ꝑducere.
3 ¶ Tertij dicũt, ꝙ per species innatas. Et horũ positio triplex est.
Positio 1.
Aliqui etem dicũt qđ species illa, qua cognoscũt singulare, vniuersalis est in se, sed per eius applicationẽ appropriat̃ singulari. sicq; per eã ab angelo singulare cognoscitur. Sed cõtra, qa aut angelus ꝑcognoscit id cui applicat speciẽ vniuersalẽ, & ita sine illa, & ante applicationẽ huismodi cognoscit singulare: aut nõ, & sic fortuitè applicat eã, nõ electiuè.

¶ Alij dicunt, quòd habet species vniuersales totius uniuersi scđum genera, & species oĩum decem generũ, atq; per cõparationẽ diuersarũ specierũ singulare cognoscit:
Secunda.
sicut quis noscit aureos montes quos nũquã uidit, cõiungendo aurũ cũ mõte. Sed contrà, quia cõiunctio vniuersaliũ formarũ nũquã facit singulare, nisi determinata addat̃ materia.
Tertia.
¶ Alij dicũt, ꝙ angelus cognoscit singulare, neq; ꝑ pse cies vniuersales, neq; singulares, sed quasi habẽtes vim singulariũ. Quemadmodũ eñ deus per formã vnicam in se, solaq; ratione, seu respectibus multiplicatã, multa cognoscit sic angelus ꝑ formas specierum sub diuersis respectibus singularia noscit Porro hæ species, seu formæ intelligibiles vniuersaliores sunt, & nihilominus efficaciores, quia simpliciores, atq; æternis ideis similiores tam in superioribus, q̃ in inferioribus angelis.
Obiectio.
¶ Contra istud obijcit̃ quia sic angelus vno cognosceret multa, qđ proriũ esse videtur cognitioni diuinæ. Hæc Petrus. qui inter has opiniones nõ præeligit vnã alteri, sed qualiter vnaquæq; ꝓbabiliter queat teneri, declarat

¶ Porro Richardus determinãs, An intelligentia, seu angelus cognoscat per species:
Richard⁹. Quęstio.
Angelus, inquit, cognoscit aliquid per essentiam suã, videlicet se, qm̃ ĩtellectui, quẽ corruptibile corpus nõ aggrauat,
Sap. 9.
similitudo non est necessaria ad cognoscendũ aliquod creatũ, nisi ad hoc, vt intellectus similior fiat intelligibili, actualiorq; respectu illius, & determinetur ad intelligibile ipsum, atq; ꝑ similitudinẽ suam intelligibile aliquo modo sit in intelligẽte. Angelus aũt per essentiam suã, est similior sibijpsi, q̃ ꝑ aliquam intelligibilem speciem: actualior quoq; respectu suijpsius, & sufficienter determinatus ad se, ac veriùs in seipso per essentiam suã, q̃ intelligibile sit in intellectu per speciem. Deniq; alia à se realiter in se existentia, ut habitus, cognoscit per ipsa non ꝑ speciem: quia per ipsa intellectus angelicus est sufficienter informatus, & determinatus ad habitus cognoscẽdos? Non tñ est ita de aĩa mole corporis prægauata, cuius cognitio à posterioribus incipit, Alia etiam à se, quæ non sunt realiter in angelo, cognoscit per species rerum, vt probatur ex introductis.
Ad obiecta respõ
Si aũt objiciatur illud ex libro de Causis, Oĩs intelligẽtia scit res per hoc, quod est intelligẽtia, est aũt intelligentia per essentiam, suã ergo cognoscit, ergo per essentiam suã cognoscit res: dicẽdũ est, ꝙ intelligit res per hoc, quod est intelligentia, qa ꝓprietas intelligẽtię est sciẽtia, vel intelligit res per hoc, quod est intelligentia speciebus entiũ informata.
Idẽ Rich.

¶ Amplius de hoc, An oĩa, quę angelus cognoscit per species, cognoscat ꝑ species cõcreatas: rñdet,
Quęstio
Nõ oñia, quæ angelus naturali cognitione cognoscit per species, ꝑ species cognoscit cõcreatas: imò aliqua ꝑ concreatas species noscit, vt vniuersalia omnium naturalium rerũ, multa quoq; singularia incorruptibilia: quędam verò cognoscit per species à rebus acceptas. Experimur quippe in nobis, quod habemus in intellectu speciẽ alicuius rei, modo actualiter non existentis, & postea existentis. Si ergo vis apprehensiua mea non recipit de nouo aliquid à re illa, nec aliter disponitur cognitio, non mutatur, quàm antè de re illa habebam: ergo si angelus nil penitus recipit ab his rebus, non aliter cognosceret eas naturali cognitione dum sunt, quã antè: sicq; sequeretur, ꝙ naturali cognitione multorũ futurorum contingentium haberet notitiam: quod est falsum, cum, & Damascenus libro secũdo
Damasce.
testetur, ꝙ futura scilicet cõtingẽtia, nec angeli nec dæmones naturali cognitione nouerũt. Vñ quod aliquid cõtra hæc dicũt, quod res existens aliã habet relationem ad suã speciẽ, qñ est, & antequã est, parũ valet, qa manẽte eadẽ dispositione intellectus angelici, res existens non habet aliam relationem sub ratione, q̃ repræsentata est ad intellectum angelicum, quàm habuit autequam esset. manente verò æquali dispositione intellectus, atq; ęquali relatione rei ad intellectũ sub rõne, qua repræsentata est, potest intellectus æqualiter rẽ illam cognoscere naturali cognitione. Itaq; angeli ab inferioribus istis intelligibilem recipiũt similitudinẽ, nõ ꝑ virtutẽ inferiorũ nisi instrumentaliter: qm̃ angelus ꝑ suum intelle

ctũ actiuũ principaliter, & p similitudines inferiorũ instrumẽtaliter educit de potẽtia sui possibilis speciẽ itelligibilẽ, q quã hẽt de nouo aliquã inferiorũ notitiã, estq; illã opatio naturalis, sicut ĩ nobis ẽ operatio naturalis intellectus agẽtis. Hæc richardus.

Dionysi⁹.

¶ Qui in his parumper à Thoma recedit, nec apparet quõ per similitudines inferiorum instrumẽtaliter angelus agat hoc, nisi similitudines illæ mentẽ mouerent angelicam ad hmõi eductionẽ: nec vĩ eã posse mouere, nisi ei aliquid imprimendo, quod nõ videtur possibile. Verum de his non audeo assertorie iudicare, cũ certũ sit nos à plena, clara, & certa notitia angelicarũ ꝓprietarũ, viriũ, & operationũ, tam naturaliũ, q̃ gratuitarũ, vehementer deficere: quippe, qui à sensibilium cognitione eatenus caligamus. Euidens quoq; huius est signũ, ꝙ doctores de his tam diuersimodè sentiunt. Nam & Bonauentura circa hæc recitat præinductam rñsionem Alberti, cui & Tomas concordat, ac improbat eam: Difficile, inquiens, est videre, qualiter species q̃ant in angelo multiplicari. Species enim vnius rei non generat speciem rei oĩno differentis à se, nec eadem species multiplicat se in aĩa secundùm numerum, cum in vna sit anima, quemadmodum & vnius obiecti vna est species in vno speculo indiuiso.

Bonauẽt.

¶ Deinde positionem ex Richardo narratam referet & reprobat: Hæc, dicens, positio videtur includere duo opposita, puta, quòd angelus habeat species vniuersalium, postq; suscipiat species singularium. Species quippe intelligibiles eiusdẽ natũræ specificę, non nisi numero differunt, & impossibile est, accidentia eiusdem species in eodem subiecto numero esse diuersa. Nullus igitur intellectus põt habere duas intelligibiles species hoĩs: ergo si habet unã innatam, non põt aliã eiusdem speciei recipere, sicut nec duæ albedines in eodẽ sunt corpe. i. in eadem corporis parte. Quòd si dicas duarũ albedinũ similitudines in eodẽ aere esse, diuersa quoque lumina eiusdem naturæ, vt diuinus Dionysius ait, & facies duorum hominum in eadem imagine, non est simile, qm̃ idola seu similitudines & lumina distinguuntur in medio per suas origines: sicq; vĩ dicta positio implicare cõtraria Amplius, si species est totũ esse formale indiuiduorum, vt dicit Boethius, nec est indiuiduatio nisi ex coniunctione formę cũ materia, si species in intellectu existens oĩno abstrahit à materia, nullo modo est in eodem intellectu, ponere formas seu species diuersas solo numero differentes. Si ergo intellectus angelicus habet oĩum vniuersaliũ species innatas, nullã vlterius recipit speciem, sed sufficienter per illas oĩa nosci t. Consequenter tertiã ponit opinionẽ, q̃ cõplectitur in se positionem, quã sequitur Thomas, & vnã earũ, qua recitat Petrus. Hinc, inquit, est tertia positio, ꝙ angelus oĩa noscit p species innatas, non quia, non posit, de nouo recipere species: quia si deus nouã crearet naturã, angel⁹ aut illã nesciret, aut de nouo speciẽ eius reciperet: iõ hæc nõ est rõ, sed hoc quòd deus gloriosus & benedictus, intellectũ angelicum possibilem tot speciebus impleuit, ꝙ p eas põt cognoscere oĩa sine noua receptione. Iõ dĩ intellect⁹ angelicus esse in actu respectu rerũ, non quia seipso sit in actu, vel qa sit actus purus; sed, quia p species factus est in actu. De⁹ etenim angelis cõcreauit species vniuersales rerũ oĩm fiendarũ, per quas possũt uniuersa cognoscere etiam singularia: sed non nisi componat eas ad inuicem, vt si habeam apud me speciem figuræ hominis, speciem coloris, & temporis, & componam ad inuicẽ, cognoscam sine noua speciei receptione indiuiduũ in ꝓpria natura. At tñ qm̃ talis cõpositio esset fictio, atq; deceptio, nisi eẽt ſm certitudinẽ, & corrñdentiã ad rẽ ipsã: iõ angelus singularia nõ cognoscit, nisi dirigat suũ aspectũ supra cognoscibile ipm, & ſm qd̃ illud est in re, ipse cõponat species in se. sicq; habet tã clarã, & certam cognitionẽ de re, ac si speciẽ eius statim reciperet. Hęc positio magis placet, qm̃ concors est rationi, & philosophię, ac scripturę. Hęc Bonauẽtura.

Positionẽ Richardi reprobat Bonauẽt.

Boethius.

Positio tertia.

Dionysi⁹.

¶ Verũ huic opinioni obijcit põt, ꝓut tangit Richardus, quòd directio intellectus angelici sup cognoscibile, non potest esse nisi illud cognoscat, & ita cognosceret singulare, antequam cõponeret in se diuersas species ad illius habendam notitiam.

Obiectio.

¶ Insuper de his Alexander multa cõscribit, atq; de mõ, quo angeli cognoscũt se inuicẽ, tractãs: Quadruplex, ait est modus cognoscẽdi angelum vnum ab alio. Primus est p effectum, q modus angelo, ac aĩę est cõis. Quemadmodum em̃ vna aĩa noscit aliã in suis effectibus, vt ẽ, mouere corpus, cõferre sensum, & locutionẽ, atq; hmõi actus deuenimus ad cognitionẽ potentiarum, p agnitionẽ quoq; potẽtiarum ad agnitionẽ eẽntiæ, sic vnus angelus põt cognoscere alium p suos effectus. Sunt nanq; q̃dã opationes mirabiles, q̃ nequnt fieri nisi ab angelo, p q̃s ẽt hõ põt deuenire ad cognitionẽ angeli. Verbi grã, Scim⁹ ꝙ aĩa ꝓna ẽ ad lapsũ, nec ex se habet nõ labi freq̃nter: sicq; deꝑhendim⁹ quòd nõ labi frequẽter ex alterius habet custodia, vc3 dei aut angeli. Deiñ elicimus, ꝙ hoc non est solũ ex dei custodia, sed magis ex q̃dã speciali custodia, q̃ data est ei ob suã nobilitatẽ. & hæc ẽ custodia angeli Si ergo nos p cognitionẽ actuũ angelorũ deuenimus ad eorũ notitiã, multo fortiùs vnus angelus ad cognitionẽ alterius, qm̃ vñr angeli effectus suos ĩter se magis q̃ aĩę suos: & angeli boni, ac aĩæ sãctæ meli⁹, q̃ angeli mali & aĩæ paruę ꝓpĩ mai⁹ posse quod in sctis ẽ ex grã. Alius modus cognoscendi ẽ p scripturas, ex q̃bus cognoscim⁹ eos diuersos, ac diuersis modis appuisse, atq; in diuersis locis. Tertius & q̃rtus sunt circũ scripta oĩ operatione, & hoc est simpliciter noscere: quod cõtingit duplici ĩ, vt pote in verbo æterno & in ꝓprio gñe. His etem̃ modis vnus angelus cognoscit aliũ, & ſm hũc modũ vnus angelus cognoscit aliũ p speciẽ nõ innatã, sed poti⁹ acquisitã, quã ipse sibi facit in se. & concedimus, quod in angelo est duplex natura seu potentia, vna dãdi formas intelligibiles, alia recipiendi eas alio. Hæ quoq; naturæ extant in angelo sicut in aĩa. Et em̃ in eis ꝓprietas speculi, & sic possunt recipere formas itelligibiles: & rõ luminis, & sic possũt eas dare, nõ tñ ſm rõnẽ luminis ꝓprij, sed diuini sup influẽtis. Dicimus ergo, ꝙ vnus angelus cognoscit aliũ p speciẽ seu similitudinẽ suã, & accipit illã à specie alteri⁹ ꝓangeli: qm̃ similitudinẽ accipit speciei illi⁹, quã fert accipe ac sibi cõferre, qm̃ facit quod in se scit. Contrario aũt mõ est hoc ĩ intellectu angelico & in intellectu possibili aĩæ. Intellectus quippe angelicus non abstrahit dum alium vnus intelligit, cũ immateriales sint angeli. Concedimus quoq;, quòd non sufficit mutua angelorum præsentia, sed vltra requiritur conuersio cognoscentis supra cognitum, accipiendo similitudinẽ eius, vt dictũ est, nec requiriẽ adiutoriũ extinsecũ. Vñ Bernar. homilia sup Cãt. 5. Nec brutus nec angelicus spũs ad ea capiẽda, q̃ beatã & spũalẽ faciũt creaturã, suis aliquo mõ corpib⁹ adiuuant: ille q̃dẽ ꝓ innata stoliditate nõ capiẽs, iste verò ꝓ excellẽtioris gloriæ ꝓgatiua non indigens.

Alexãder Quadruplex modus cognoscẽdi vnũ angelum ab alio.

Angel⁹ vnus cognoscit alium p speciem.

Bernard⁹.

¶ Prætera q̃riẽ, Au vn⁹ angelus aliũ noscat tripliciter,

Quæstio.

Quæstio

citer, puta in verbo, & in seipso cognoscente, atquę in proprio gñe rei, sicut tripliciter noscit cæteras creaturas. Dicẽdũ ꝙ imò. Cognitio. n. qua angel⁹ cognoscit aliq̃d in seipso, non est tñ de re fiẽda, sed ẽt de re facta: quemadmodum artifex põt videre in se tã rem fiendam, q̃ factam. Omnia quoq; cognoscit in verbo æterno, atq; in genere proprio.

Quęstio

¶ Insuper quæritur, quæliter angelus cognoscat corporalia, & inferiora, q̃ in ipsum agere, aut speciẽ ei imprimere neq̃unt. Dicimus, ꝙ sicut lux habet potentiam multiplicandi se in diuersis partibus aeris, & ẽt ipsa species colorati: sic angelus cum sit lumen, habet tñ posse vt similitudini corporali det esse spirituale, ac intelligibile: sicq; intelligit illa. Iõ illa non agunt in angelum, sed ipse potius agit in illa sicut nobiliùs in ignobiliora.

Quęstio

¶ Iterũ q̃ritur, Quõ angelus bonus, ac malus cognoscant habitus naturales, & acquisitos, atq; grauitos, vt iustitiam naturalẽ, & acquisitã, ac grauitã. Habitus namq; cognoscunẽ per proprios actus. Cũ igitur angelus malus non habeat actus illos, vĩ ꝙ illos non noscat. Dicendum ꝙ noscũt iustitias naturalẽ & acquisitã per species suas, quæ tñ species non sunt aliud, q̃ res ipsę. Veruntamen ſm Aug. angelus bon⁹ cognoscit iustitiã speculatiuè, & practicè, qm̃ ꝑsens est in suo intellectu, atq; affectu. Sed mal⁹ speculatiuè tñ, habẽdo eã cognitiuè tñ in intellectu: sicq; hẽt eã ſm qd̃, bonus vero angelus habet eã simpliciter, imò angelus malus cognoscit iustitiã, non solũ per speciẽs, sed itẽ per priuationẽ. Si vero q̃rat, vñ habet angelus malus speciẽs iustitiæ, ac habituũ cæterorũ: dicẽdũ ꝙ ab exordio creationis datæ sũt ei adeo, nec eas amisit peccãdo, & eas habere, ẽ ei pęna. Porro de iustitia gratũ faciẽte dicimus ꝙ angelus bonus eã cognoscit p seipsam. Malus vero p eius effectum, videndo gratuita opa: q̃ & subtili⁹, ac maiori experiẽtia videt, q̃ hoĩes, vt asserit Aug. lib de diuinatiõe dęmonũ. Gratiã aũt nõ videt, nec per seipsã nec per speciẽ, qa nec eius intellectus, nec ei⁹ affectus ẽ deiformis. Hæc oĩa Alexander, q exprimẽdo qualiter angel⁹ cognoscit inferiora, loquiẽ iuxta doctrinã illorũ, q dixerũt visionẽ fieri extrà mittendo: & alia q̃dã scribit. q̃ opinabiliter sũt ꝓlata. Obscurum quoq; vĩ, quòd dicit angelũ malũ cognoscere iustitiã naturalem, & acquisitam per speciem, quæ sit ipsa res, puta iustitiæ habitus: cum tamen nullam in se realiter iustitiam habeat.

Actus primus quid

Durãdus. Quęstio.

¶ Præterea Durãdus circa hæc scribit ꝓlixè rũpẽdo ad hoc: An angeli cognoscũt p eẽntiã suã, an per species: Duo, ingens, sunt videnda. Primò, quõ intelligere fiat ĩ nobis: scdo, quõ in angelis. De primo est duplex opinio. Vna ꝙ intelligere in nobis sit act⁹ intellectus informati p species rei, quæ opinio vĩ inepta, qa ſm hoc actus, intelligendi magis principiaret à specie illa intelligibili, q̃ ab intellectu, cum species illa esset quasi formale principiũ. Alij dicũt ꝙ intelligere, & sentire p hoc solũ fiũt in nobis, ꝙ obiectũ mouet potentiã, nõ causãdo in ea speciem aliquã obiecti repsentatiuã. nec actionis elicituam, sed ĩmediatè causãdo ipm intelligere atq; sẽtire. Illud em̃, ad quod aliq̃d se habet in potentia, fit actu in ipso ab agẽte proportionato, & nõ per aliud: sed potentia apprehensiua, vt sensus, & intellectus, solũ est in potentia ad apprehẽsionem: ergo per obiectum proportionatũ sensui, aut intellectui, solũ fit in actu. Verũ vt horũ veritas clariùs pateat, sciendũ ꝙ intelligere & sentire nõ dicũt aliquid reale superadditũ potentiæ sensitiuæ, & intellectiuæ, faciẽs cõpositionem realem. Nam actus primus est forma, vt intellectus in homine, & calor in igne. Actus vero secũdus est operatio, vt intelligere & calere. Operatio autem formæ nõ potest esse ab ea distincta, qui nisi actus primus: quia tunc operatio non esset actus secundus, sed primus. Forma nanq; quæcunquæ substantialis, vel accidentalis, dicit actũ primũ. Et rursus si operatio secundum se esset aliqua forma eius, esset aliqua operatio, sicq; procederetur in infinitũ: qm̃ formæ esset forma, & operationis opatio formæ non est forma ei addita. Insuper dico q̃d intelligere, & sentire sunt in nobis per se à dante sẽsum vel intellectum, quod est creans vel gñans. ab obiecto autem, sicut à causa sine qua non. Cum. n. nil addant supra potentiam, sunt ab eodem à quo ipsæ potentię. Actus quoque proprius speciei, est à dante formam, per quam res in specie ponitur. Insuper species nullo modo requiritur ad actum intelligendi, nisi solũ vt repræsentet obiectum, & in hoc est causa sine qua nõ. Angelus vero intelligit se & alia: se quidem per essentiã suam, non per species, vt cõcedunt philosophi, atq; theologi. Alia vero ſm communem opinionẽ intelligit per species ei influxas, non acquisitas. Sed hoc stare non valet, quia ſm hoc semper de necessitate intelligeret actu oĩa, quorum species habet cum ad actualem intellectionem nõ plus exigatur, q̃ intellectus, & obiecti præsentia. Dicendum ergo ꝙ angeli non intelligũt alia à se per species, nec etiam per suam essentiam, sed per ipsarum rerũ prę̃sentiam, in se aut in causis suis: quæ præsentia non attenditur ſm situm, sed secũdũ ordinem, qui hoc facit in spũalibus, quod situs in corporalibus. Quem ordinem non puto esse nisi proportionem intellectus angelici ad omne, quod naturam entis perticipat. Hæc Durandus.

Actus secundus.

Actus prius

Durandus.

¶ Verum quid de ista materia sit tenendũ, dictũ est supra primũ distinctione 7. vbi errores huius opinionis sũt reprobati. Iõ sufficit ista hic breuissimè tetigisse. Et breuiter in hac quæstione scribit iste Durãdus tot & tam manifestos errores, vt videatur indignũ contra eos arguere. Sunt ẽt contra cõem solidãq̃ doctrinã oĩum autenticorũ scholasticorum doctorũ. Alexãdri, Thomæ, Alberti, Bonauẽturæ, Petri, Richardi, Aegidij, Gulielmi Parrhisiẽsis, & domini Antisiodorẽsis. Quid em̃ est dicere, ꝙ operatio mẽtis creatę non differat realiter ab eius essentia, seu potentia, & quod non superaddat potẽtiæ quid reale, ita ꝙ contenplatio & dilectio nõ sint aliquid superadditum intellectiuæ potentiæ, ac volũtati? Quo dato, mox sequitur, quod merita, & demerita, seu actiones meritoriæ & demeritoriæ interiores, nõ sunt aliquid reale vltra ꝑfatas vires, sicq; non sit aliq̃d reale in sanctis, & electis angelis, mẽtibusq; hũanis, p quod creatori cõplaceãt, & uita æterna cõdigni sint, ꝑter & ultra id, quod ẽ in dęmonib⁹, atq; iniqs hoĩbus. In oĩbus em̃ his sũt potẽtia intellectiua, & volũtas. Et si actiones ĩmanẽtes viriũ harũ, nõ sunt aliquid reale supadditũ viribus istis, nec realiter distinctæ ab eis, cõstat quod nihil reale sit ĩ electis & virtuosis, p q̃d cõplaceãt deo, & beatitudine digni sũt, quod nõ existit in reprobis ac iniqs. Iõ error iste ẽ stolid⁹, ne dicã hrticus. Persuasiones quoq; à Durãdo ĩductæ, leuissimæ sũt, ac nulli⁹ valoris. Vnũ nãq;, & idẽ, respectu diuersorũ, vocat actus primus & actus scdus, quemadmodũ ẽt vnũ acidẽs respectu diuersorum est formale, ac materiale. Nõne anima est actus primus sui corpis, & vltrà forma substãtialis suæ materiæ? & tamen anima respectu creatoris est actus secundus, & p modũ rei materialis se habẽs, recipiẽdo ĩfluẽtias suis actoris,

Indignũ ut contra errores Durandi arguatur.

Durandi error hęreticus.

Esse quoq; dicitur actus primus, & operatio actus secundus: & tamen esse per comparationẽ ad formã seu essentiam, à qua fluere perhibetur, est quasi actus secundus, & sequens. Similiter operatio interior, quæ est actus secũdus respectu ipsius esse, est actꝰ primus respectu actus exterioris ab interiori actu manantis: quemadmodum loqui, & consilium, auxiliumq; foris impendere, procedũt ex cõceptu interno, & dilectione seu pietate mẽtali. Deniq;, quãuis species intelligibilis sit principiũ formale inexistẽs, atq; ad actualem intellectionem causaliter cõferens & concurens: ex hoc tamen non sequitur qd̃ species, illa sit magis causa intellectionis, quàm ipsa uis intellectiua: imò dico, quod ipsum suppositum est potissimè principium actionum, deinde forma substantialis, tertiò potentia. Suppositorũ quippe est, esse, & agere, atq; pati. Species vero intelligibilis quamuis vno mõ se habeat per modũ formalis prĩcipij, non tñ per modum formalis principij principalis, sed concausalis: præsertim cum sit accidẽs debilis entitatis, in intellectu sortiẽs fulcimẽtum. Amplius, non est inconueniens, quòd formæ sit forma, sicut potentia est in anima, & virtus in potentia, & actio in vtroq;. In talibus tamen vnum se habet aliquo modo per modum materiæ, & aliud per modum formæ, inquantum vnum perficit aliud, sic & operationis potest operatio esse, secundum quod vna procedit ex alia: non tamen in infiuitum. Infinita his consimilia possunt erroribus obijciã prętactis, sed his in dignum est immorari.

Henricus qdlibe. 5 ¶ Verum Henricus in suis quodlibetis partim cõcordat cum positione ex Durando narrata, affirmans quòd angelus non cognoscat intelligibilia per species eorundem, sed per habitus scientiales: ita quòd ad actualem intellectionem sufficiunt tria hæc, intellectus seu uis intellectiua, habitus scientialis, & intelligibile obiectiuè præsens & in ipso habitu splendẽs, non inhęrens. Quòd autem in angelis non sint ponendæ species intelligibiles, probat qm̃ sequeretur, ꝙ infinitę essent species in ipsis, sicut in deo sunt infinitæ ideæ, eo quòd nati sint intelligere intelligibilia omnia. Et item, si per species intelligerent omnia simul, etiam de necessitate intelligerent, cum species illæ eis indefinenter præsentes consistant, naturaliterq; præsentent. Deinde grandem inducit perscrutationem, qualiter intellectus angelicus fiat de potentia actu intelligẽs: quocirca inter cætera scribit: Intellectus angelicus non intelligit, neque de potentia in actum perducitur per obiectum sibi ab alio præsentatum, sed habet in habitum scientialem perfectum ad omnia à se naturaliter cognoscibilia, qui habitus est virtualiter, omnia ab angelo ipso scibilia, naturalemq; colligantiam correlationis habet ad ipa: & angelus in habitu tali creatus, mox naturaliter inclinatur ad concipiendum rerum simplices quidditates: & tãto plus ad istas, quàm ad illas, quanto essentialiùs ordinaf ad istas, quàm ad alias, vt forte ad cognoscendum quodditatẽ essentiæ suę, seu creaturæ magis abstractę, & actualis plus de intelligibilitate habentis. & tunc demum cũ perfectus est in actu primo, libero voluntatis imperio ex habitu scientiali discurrit ad singularia tam complexa, quàm incõplexa intelligenda discursu, quo cognoscitur, hoc potest hoc, non hoc ex hoc. Hęc Henricus.

Dionysiꝰ. contra Al Ganda. ¶ Contra cuius positionem disputatũ est satis supra primũ, nec.n. apparentiam habet, nec eius motiua concludunt. Non.n. oportet in angelis aut intelligentijs tot ponere species, quot in deo benedi-

ideas, cum ipse incõprehensibilis, & incircũscriptibilis deus i infinitum plura intelligat, quàm aliqua mens creata, præsertim intelligentiæ simplicis visione. Sufficit quoq; in angelis ponere species uniuersi, etsi alia quoque quædam cognoscere queãt: non tamen eorum capacitas est immensa. Insuper speciebus intelligibilibus suis vtuntur secundũ suæ dispositionẽ naturæ, videlicet intellectualiter, & liberè, & prout sunt cognoscitiuæ, sicut paulo infra tãgetur. Nec magis necessariò vtuntur speciebus q̃ habitu scientiali, quorũ vtrumq; inseparabiliter ad actum intelligendi cõcurrit, imò scd̃m Henricũ sequi vr̃, quod cuncta cognoscerent simul, cum dicat habitum scientialem vnicum esse in quolibet angelo, quod item reputatur erroneũ. Quamuis.n. plura cognoscant per habitum vnũ, q̃ intellectus humanus: non tamen creatorem, & creata. Immaterialia quoq; & materialia, naturalia & supernaturalia, substantialia, & accidentalia, vnico habitu scientiali cognoscunt, nec oia ista tam distincta, diuersa, & varia in eodẽ habitu scientiali resplendent tam clarè, vt per eum distinctè intelligantur, ideo propriè intelligibiles species requiruntur, & habitus plures. De hac quæstione inueniens præfatum doctorem quodlibeto quinto loquentem. Eroneum quiddam.

¶ Aut vero Scotus quoquæ hic recitat ac improbat opinionem Henrici, sic arguens: Inconueniens est intellectus creatus perfectus ex toto causarum naturalium ordine non possit in actum intelligẽdi intelligibile ei proportionatum: quia hoc põt imperfectior intellectus, puta humanus, qui cum phantasmatibus, & intellectus agente potest exire in actum suum. Sed hoc sequitur, si angelus non intelligit nisi per habitum istum. quoniam habitus iste à solo deo est, & sic omnes causæ naturales non possunt habitum hunc causare. Scotus cõtra Henricumi

¶ Verum hæc ratio Scoti videtur infirma. Quamuis enim hic habitus scientialis angeli, à solo sit deo per concreationem: tamen cum naturaliter competat angelo, quemadmodum calor igni, inter causas naturales est computandus respectu actus intelligendi. Eadem quoque ratio contra positionem Scoti posset adduci. Ipse etenim ait, quòd angelus intelligit se per essentiam suam, ita quòd sua; essentia sibi sit ratio cognoscendi se sine aliquo repræsentante actum intelligendi naturaliter præcedente. Certum est autem, quòd essentia angeli à solo sit deo per creationem, quemadmodũ scientia illa habitualis, seu habitus scientialis. Secundo sic arguit Scotus: Si angelus non potest intelligere essentiam, nisi vt relucet in habitu illo: aut hoc est, quia obiectũ non est intelligibile, nisi sit relucẽs in habitu: aut quia nõ est huic intellectui (puta angelico) intelligibile, nisi vt ita relucens: aut quia non est proportionabiliter præsens in ratione intelligibilis, nisi vt relucens in habitu. Non primo modo, quia sic deus non posset illa cognoscere: quia non potest cognoscere aliquid nisi sit intelligibile. Nec secundo modo quoniam huic intellectui, scilicet angelico, est intelligibile illud, videlicet eẽntia angeli, summè proportionatum. Nã oẽ intelligibile est alicui intellectui proportionatũ, nec est obiectũ magis adæquatum, & proportionatum alicui intellectui, quàm suo. Nec tertio modo: quoniã non requiritur præsentia per informationẽ ad hoc, quod intelligibile aliquod sit intellectui pręsens, alioquin Deus nõ cognosceret essentiam suam. Hinc sufficit, quod sit præsens sub ratione, qua intellectus potest ad eam redire, reditione completa. Est ergo proportio- Dionysi. contra Scotum

portionatum intellectui eius, præsentatum eidem, & ita est alio modo intelligibile, quàm per habitum scientialem. Multa consimilia ad idem probandum Scotus iuducit.

Scotus. ¶ Insuper prætactam suam positionem, videlicet quòd angelus intelligit se per suam essentiam, probat sic: Obiectum habet causalitatem aliquam particularem respectu intentionis, & hoc obiectũ (inquantum est intelligibile) & intellectus habent suã causalitatem particularem respẽctu eiusdem actus, ita ꝙ duo hæc quando vnita sunt, sunt vna integra causa respectu intentionis, & ex hoc arguo sic: Omnis causa particularis, quæ est in actu perfecto sibi proportionato, secundum quod talis causa potest causare causalitate sibi correspõdente effectum, & quãdo vnita est alteri causę particulari in suo actu, potest cum ea perfectè causare: sed essentia angeli est de se in actu primo correspondente obiecto, qa de se actu intelligibilis est, atq; ex se vnita intellectui, sicut obiectum, quod est altera causa particularis: ergo potest immediatè cum alia causa partibili vnita, habere actum perfectum intentionis respectu essentiæ. Hæc Scotus, qui in his rationabiliùs Henrico loqui videtur.

Scotus Quæstio. ¶ Insuper quęrit Scotus, Vtrum ad hoc, quòd angelus distinctè cognoscat, quidditates creatas alias à se, necessariò requiratur, quòd habeat proprias, ac distinctas rationes cognoscendi illas. Quo circa refert, & impugnat opinionem Henrici: Gandensis, inquiens, quodlibeto 5. dicit, quòd angelus cognoscit omnes quidditates per vnũ habitum scientialem. Nam quamuis habitus ille sit in intellectu, vt forma in subiecto: tamen obiectum nõ est in eo nisi obiectiuè splendens in habitu: & quãuis habitus ille sit vnus, atq; i prima specie qualitatis: tamẽ in ipso plura obiecta resplendent: qm̃ super ipsum fundatur essentialis sui respectus ad scibile, qui respectus ab eo separari, non valet, propter naturalẽ colligantiã correlationis ad scibile. Per unum quoque habitum sciẽtialem possunt plura obiecta esse præsentia mẽti: qm̃ habitus ille virtute continet intelligibilia multa, circa quæ versatur scientia. & tãto actualiùs, quãto simplicior est: ita quòd si essent infinitæ species creaturarũ, vnicus habitus iste sufficeret ad intelligendum easdem, etiã in infinitum procedendo, vnam post aliã: & hoc tanto faciliùs, atq; lympidius singula intelligendo, quãto habitus ille magis fuerit indeterminatus in sua natura, secũdum quod angeli superiores dicuntur intelligere per habitus vniuersaliores, & simpliciores. Alia opinio dicit, quòd non oportet in angelo ponere proprias rationes respectu singularũ, quidditatũ creaturarum: qm̃ licèt inferior angelus intelligat quidditates diuersas per plures rationes noscendi, superior tñ bene potest cognoscere per vnam aliquam rõnem, prout duodecimo angelicæ Hierarchiæ diuinus Dionysius probat, ꝙ angeli superiores vniuersaliorem habent scientiã, q̃ inferiores. Hæc opinio cũ præcedenti coincidit in hoc, ꝙ sicut illa ponit, ꝙ infinitę quidditates cognosci possunt per vnicum habitum, quantũ ex parte ipsius est: sic ista ponere habet, ꝙ in vno, seu summo aliquo angelo sit vna rõ repræsentans omnia, & non tot quidditates quin plures, aut saltem per paucæ rationes, seu species, Sed hæc opinio stare non valet: qm̃ oĩs vna ratio cognoscendi, habet vnum obiectum, adæquatũ, in quo includuntur perfectè oĩa per hanc rationem cognoscibilia. sed hæc ratio una, quam ponit prætacta opinio, non habet obiectũ aliquod inclu- S. Diony.

dens virtualiter omnes alias quidditates secũdum totã cognoscibitatem ipsarum. Ponitur nãq; præcisè habere pro obiecto cuncta creata, nullaq; creatura sic oẽs includit. Hinc etiam prima opinio est inepta. Non.n. in vno habitu possunt tam diuersa, & multa distinctè relucere. Ideo dico, ꝙ angelus, ad cognoscẽdũ distinctas quidditates, habet rationes cognoscendi distiuctas. Habet.n. rõnes cognoscendi, alias ab ipsis essentijs cognitis, repræsentantes eas, quæ verè, & propriè dicuntur rationes, seu intelligibiles species: & si ab aliquibus nominẽtur habitus, hoc accidentaliter conuenit eis: rõ etenim habitus accidentaliter cõuenit speciei in intellectu à quo difficulter deletur. Insuper dico, ꝙ angelus quamlibet quidditatem aliã à se, & etiam suam potest cognoscere per species, & itẽ per ipsarum essentias: per essentiam quidem, cognoscendo rem cognitione intuitiua sub ratione, qua præsentatur in actuali essentia: per speciem verò cognoscẽdo cognitione abstractiua. Hæc Scotus, qui contra dicta Henrici argumentatur diffusè, & (ni fallor) idoneè.

¶ Insuper Parrhisiensis libro secundo de vniuerso: Restat, inqt, scrutandum de naturalibus angelorũ scientijs, qui à sapientissimis appellantur clarissima specula, ac lucidissimi libri rerum ab eis naturaliter cognitaũ: & dictum iam est, ꝙ non decuit eas in scientijs, naturalibusq; virtutibus esse æquales propter decorẽ earum, ac vniuersi, q̃ prouenit ex varietate, & inæqualitate pulchritudinum harũ. Cũq; scientiæ dicãtur æquales, aut claritate, aut certitudine, aut amplitudine, qa scientia propter qd, & scientia qa, amplitudine possunt esse æquales: vt qñ versantur circa eadem tm̃, aut circa æqualia numero: attamen certitudine, aut claritate nequeunt esse pares, cum scientia propter quid, semper luminosior, certiorq; consistat, vtpotè prior, atq; ex ipsis principiorũ luminibus tanquam ex maximis splendoribus scientialibus emicans: scientia verò qa ex minoribus. Hinc scientiæ angelorum non sunt ẽm claritatẽ, certitudinemq; æquales, sicut nec naturales eorũ virtutes. Si verò æquales sint secundũ amplitudinẽ, & extensionem, ita vt nihil cadat in scientiã vnius ipsorum, quod non cadat in scientiam singulorum: nihilominus restat inuestigãdum, vtrum omnia scibilia in vniuscuiusq; eorum cadant scientiam, an quædam sic, & quædam non: & rursus, an cuncta scibilia cadant in quarundam scientiam, in quarundam verò non, nisi quædam: & quæ vel cuiusmodi sint illa, & quæ causa diuersitatis huiusmodi. Dico ergo in primis, qa si virtus, intellectiua in eis perfecta est sua naturali perfectione, habet totũ in effectu, seu actu, quicquid naturaliter in potẽtia habet: oĩa ergo scit actu, quæ in potentia noscit. Cõstat autẽ quòd intellectus purus à corruptione, & obscuratione naturaliter habet sciẽtiã omnium pteritorum, pręsentium, & futurorum. Quemadmodũ.n. visus se habet ad visibilia, sic intellectus talis ad omnia intelligibilia. Quare sicut si perficeret potentialiter visus, ita quòd totaliter, ac perfectè redigeretur ad actũ, omnia visibilia apud ipsum essent visa in effectu: sic apud intellectum huiusmodi omnia intelligibilia sunt intellecta, seu scita in actu, ergo vnusquisq; angelorum est sciens omnia præterita, præsentia, & futura in effectu. ¶ Amplius, si quis eorum non est sciens, nisi quædam, & non omnia, imperfecta est virtus intellectiua ipsius, & in parte perfecta. Hæc autem dimidiatio non decet diuinæ munificentiæ largitatem in angelis suis. Amplius, id, quod deest perfectioni angeli, aut est acquisibile Gulielmꝰ.

per

per doctrinam, aut expectat largitionem creatoris'. Si per doctrinam, iam dudum est acquisitum, cũ tot millia annorum à creatione fluxerint angelorũ, nisi forsitan quis delirans, dicat eis defuisse doctorem. Si verò à creatore danda est angelis illa perfectio, quid retardauit, aut prohibuit largitatem ipsius, vt cum dederit alteram partem perfectionis istius, nõ donauerit, & reliquã? Sed forsan quis dicet, quia ea rum rerum scientiã contulit angelis Deus, quarum scientia eis vtilis, aut necessaria fuit. Multa quippe esse videntur, quorum scientia eis non prodesset, vt est scientia numeri arenæ maris, aut guttarum pluuiæ, seu muscarum, quæ quotidie generãtur, vel pereunt. Dico quòd iste est sermo hominis ignorantis perfectionem angelorum, & animarum nostrarum, ipsamq; veritatem, atq; nobilitatem perfectionis. Etenim si nulla videatur necessitas, aut vtilitas nosse numerũ arenę maris, aut aliquid de alijs talibus: gloria tamen non modica est, scientia tam difficilium intellectui nostro in isto statu sciri impossibilium. Gloria etiam magna est, imò complementum pulcherrimum gloriæ, qualem vis intellectiua naturaliter potest habere impressio, vel impleto possibilitatis naturalis, absq; diminutione, & euacuatio integra potentialitatis, & imperfectionis. Nam & imperfectus est liber, qui non est totus inscriptus, indecorumq: caput, quod non est totũ pilis ornatum. Cum igitur ista sit natura angelorũ, vt naturaliter creari non valeant, nisi perfectè naturali perfectione, quantum ad intellectum, cuius naturalis perfectio est completa scientia naturalis', hoc est, naturaliter indita, sea innata eorũ, quæ naturaliter sunt scibilia: quemadmodum pisces multi nequeunt nasci, nisi perfecti integritate membrorum suorum, suorum virtutibus quoque animalibus motiuis, & apprehensiuis, propter quod nati, mox natant ad pastum; quod & in uolatilibus multis ita se habet: Quanto magis in substantijs separatis ita se habere oportet: præsertim cum earũ perfectio, nec tempus, nec moram vllam requirat: quemadmodum in hominibus, qui & sine dentibus generantur, & animalibus multis videmus? Virtus uerò intellectiua nihil per partes, aut successiuè recipere potest, sed ex necessitate tota simul, ac subito illuminatur. Similiter vis motiua, seu affectiua angelorum, uirtute tota simul, & repente perficitur: idcirco in eorum creatione oportuit eos illuminari totaliter, ac subitò scientia naturali completa, quãtum ad uim intellectiuam: perfici quoq; totaliter, ac subito bonitate integra, quæ est totus decor naturalium virtutum quantum ad uim motiuam. Amplius, tota eorum perfectio desuper venit, nec ab inferioribus quicquam recipiunt. Nec ita prædicta intelligo, qn adhuc à creatore possint recipere dona ipsius. & ipse in eis pōt augere naturalia dona sua. De supernaturalibus etiam, & secretis mysterijs pōt eos docere. Verum naturalis substantiarum separatarũ scientia duobus modis est limitata. Primũ limite, seu termino naturalium rerũ, quarum fines scientia illa exire non finitur. Secundò, necessitate vel vtilitate rerum, quarum solarum cognitio ipsis necessaria, utilisve consistit. Hæc Gulielmus.

Obiectio. Angelis naturaliter notus est numerus arenæ maris &c.

Confutatio.

Scia substantiarum separatarum duobus modis limitata.

¶Præterea in his verbis quædam contineri videtur obscura, & à cõmuni doctorum dogmate aliena, vt quod testatur, & persuadere conatur angelis naturaliter notum esse numerum arenæ maris, pluuialiumq; guttarum, muscarum & consimilium rerum, omnia quoq; præterita, præsentia, & futura, de quibus in Ecclesiastico habetur: Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies seculi quis dinumerauit? Per quod insinuari videtur, quod creatori propriũ sit illa cognoscere. ¶Rursus quod ait & probat angelos in sua creatione in omni naturali scientia, atque virtutibus cõditos fuisse perfectos, actuliterq; suscepisse, & habuisse, quod capere poterant: & tamen postea loquitur, quòd dona naturalia poterãt in eis augeri, non apparet inuicem consonare. Insuper quod ait. Vim intellectiuam eorum nihil per partes, aut successione posse suscipere, videt à philosophis discordare, secundum quos inferiores intelligentiæ à superioribus diriguntur, & illustrantur. Vnde in libro de Causis asseritur, quòd intelligentiæ inferiores procijciunt vultus suos super lumina intelligentiarum superiorum, ut perficiantur ab ipsis. Ait etiam inter hæc: Prophetici splendores & aliæ illuminationes, quæ de sursum sunt, totaliter simul, ac subitò infunduntur. Cõtra quod objici potest, quòd propheticæ reuelationes communiter factæ cum imaginaria uisione, diuq; sæpius durarũt, & successiuè completę, angelis sanctis loquentibus cum prophetis, & exponentibus ipsis per allocutionem internam, aut certè externam, seu alio modo significationes imaginariarum, & prophetaliũ uisionum, sicut in Isaia, Ieremia, Iezechiele, Daniele, & in Apocalypsi sancti Iohannis ostẽditur: imò & Paulus apostolus in raptu suo diu detentus fuit, & verba audiuit arcana, atq; secreta didicit plura, nec totum hoc factum est in instãti. Denuo scribit: Quis dicat creatorem ab initio instituisse arithmeticum, aut geometricum, qui nihil habuit numerare, aut mensurare? Cui dicto obuiare uidetur, quod secundum doctores communiter primo parenti cõ creata est naturalis scientia rerum, quæ & postmodum Salomoni infusa est. Nec dubium, quin primus homo habuit aliqua numerare, ac mensurare, suamque sobolem de talibus informare. Sed de hoc infra pleniùs conscribetur.

Eccl. 1.

Obiectio.

2. Cor. 12.

¶Nunc restat exprimere, An angeli plura intelligant actu simul. Quocirca loquitur Thomas. Causa quare non possunt plura simul actu intelligi est, quã assignat Algazel, dicens: Oportet intellectum cõfigurari actu per speciem suam intelligibilẽ rei, quam actu intelligit, ut fit assimilatio utriusq;, quæ ad rei cognitionem exigitur. Quemadmodum autem impossibile est, corpus secundum eandem partem diuersimodè figurati: sic impossibile est, eundem intellectum simul diuersis speciebus ad diuersa intelligenda actualiter informari. Hinc quicunque intellectus plura intelligit per species plures, oportet, quòd ea nõ simul intelligat, ut patet in intellectu humano secundum statum prę̃sentem à rebus accipiente. Porrò intellectus diuinus: quoniam uno (puta per propriam essentiam) uniuersa intelligit, ideo simul actu est omnium. Intellectus verò angeli cognoscit res dupliciter. Vno modo per plures species, quæ in suo sunt intellectu. sicque non cognoscit simul plura, nisi inquantum reducuntur ad vnam speciem, qua noscuntur. Alio modo cognoscit res in uno, quod est causa earum, puta in verbo æterno, & sic potest simul esse in actu cognitionis omnium, & ista cognitio est quasi formalis respectu precedentis, à qua angeli nunquam cessant. Ideo inuenitur sæpius dictum à sanctis, atque philosophis, quòd in intellectu angelorum non est successio, nec renouatio, scilicet quo ad cognitionem rerum in Deo: quamuis sit in eis uicissitudo, inquantum intelligunt res in propria natura per species concreatas. Si autem objiciatur, quia

Quæstio. Thomas.

Intellectus angelicus res dupliciter cognoscit.

Obiectio.

quia (ut sanctus DIONYSIVS docet) intellectus angelicus est deiformis, ergo instar Dei plura, aut omnia simul intelligit: rursus, secundum Augustinum, in patria non sunt uolubiles cogitationes, nõ ergo intelligunt angeli unũ post aliud, sed omnia simul. Iterum tertio de anima dicitur de intellectu agente humano, quòd non quandoque intelligit, & quandoque non, sed semper: multo ergo plus intellectus angeli indefinenter intelligit, quòd cognoscit. Dicendum ad primum, quòd intellectus angelicus dicitur deiformis, nõ quòd omnia simul, & uno actu intelligat nisi in verbo, sed quia agnitionem à rebus non accipit, & sine inuestigatione, discursuq; rationis, & absq; adminiculo sensus cognoscit. Ad secundum, quòd cogitationes beatorum dicuntur non esse uolubiles, quantum ad cognitionem rerum in verbo. Ad tertium, quòd intellectus agens, & possibilis, est in angelis, & in nobis modo diuerso: quoniam intellectus noster uocatur possibilis respectu specierum acceptarum à rebus per lumen intellectus agentis actu intelligibiles factas, in angelis uerò possibilis appellatur, respectu luminis à Deo in eos procedentis. Similiter lumen intellectus agentis in nobis, non sufficit ad distinctam rerum cognitionem habendam, nisi secundum species receptas, quas informat, quemadmodum lux colores. Lumen autem intellectuale in angelis est ad habendum distinctam rerum cognitionem, quia hoc ipsum lumen est, ex quo formæ intellectuales multiplicantur, quibus intelligentiæ plenę dicũtur. Sicut ergo intellectus agens ipsorum dicitur, semper in actu esse: quoniam incessanter ad aliquid intelligendum actu lucet in angelis, quẽadmodum & in nobis, quantum in ipso est non tamen oportet ut semper ad unam speciem fiat conuersio. Hæc Thomas iu Scripto.

Ad obiecta responsio.

Idem.

¶ Præterea in prima parte quæstione quinquagesima octaua, hoc ipsum declarans: Quemadmodum inquit, ad unitatem motus requiritur unitas termini, ita ad unitatem operationis exigitur unitas obiecti. Contingit autem aliqua accipi ut plura, & ut unũ sicut partes continui (si unaquæq; per se accipiatur) sunt plures, nec una operatione, nec simul cognoscuntur per sensum, aut intellectum. Secundum accipiuntur, ut unum in toto, sicq; una operatione, ac simul noscuntur tam per sensum, quàm per intellectum, dum totum continuum consideratur, ut dicitur tertio, de anima. Sic quoque intellectus noster simul cognoscit subiectnm, & prædicatum, prout sunt partes propositionis unius. Hinc multa secũdum quod sunt distincta, non possunt simul intelligi, sed prout in uno intelligibili uniuntur. Porrò unumquodque est intelligibile actu, secundum q̃ eius similitudo, seu species consistit in intellectu. Quæcunque ergo per unam speciẽ intelligibilem queunt cognosci, cognoscuntur ut vnum intelligibile: ideò simul noscuntur. Quę uerò per diuersas cognoscuntur intelligibiles species, ut diuersa intelligibilia capiuntur. Quæ ergo angeli cognoscunt in uerbo, intelligunt una intelligibili, quasi specie, quæ est diuina essentia: sicque omnia simul cognoscunt, etc. ut supra. Ex his constat qualiter illud philosophi secundo Topicorum sit intelligendum: Contingit multa simul scire, sed unum solum intelligere. Hæc in Summa.

Idem.

¶Insuper in Summa contra gentiles libro secundo capitulo ultimo: Omne, ait, hoc est actu intellectũ, cuius species intelligibilis est actu in intellectu, ita q̃ intellectus utitur ea. Cum enim substantia intelligens sit etiam uolens, atq; per hoc domina sui actus in potestate ipsius est, dum habet speciem aliquam intelligibilem, ut ea utatur ad intelligendum actu: ut si habeat plures, ut utatur, una earum. unde & ea, quæ scimus non omnia actu consideramus. Substantia ergo intellectualis per species plures cognoscens, utitur una, qua uult, cum per hoc simul actu cognoscit omnia, quę per unam intelligit speciem omnia. quippe illa sunt quasi unum intelligibile, inquantum per unum sunt cognita. Est ergo in intellectu substantiæ separatæ quædam intelligentiarum successio: non tamen propriè motus, cum non succedat actus potentiæ meræ, sed actus actui. Hæc ibi.

¶De hac demum materia in quibusdam, aliter sentit Durandus. Negat namque, quod dictum est, quòd sicut corpus, non potest simul figurari diuersis figuris, sic intellectus simul informari non ualet diuersis speciebus. Omnes enim species intelligibiles, in intellectu existentes quãtum ad actum informãdi sunt in actu simpliciter, siue intellectus consideret, siue non. Secundò negat, quod dictum est, quòd angelus cum sit liber, & uolens potest ut specie una non alia. Contra quod scribit: Non potest esse, quin agente, & passo approximatis fiat actio, neque possibile est, quin præsentes obiecto potentiæ cognitiuæ neccessariò fiat cognitio: idcirco in potestate uoluntatis non est, quòd intellectus noster, non intelligat præsentato sibi obiecto in phantasmate, sed quia uolũtas facere ualet, quod phantasia, non phantasietur de aliquo potest ex cõsequentia facere, quòd intellectus nihil de illo consideret. Cum igitur intellectus angelico per species, quas habet, omnia obiecta æqualiter præsententur, impossibile uidetur, quòd in potestate sit eius intelligere unum, non aliud: & uti specie una, non alia. Ideo respondendum, quòd angelus semper in actu intelligit se: quoniam indefinenter præsens est sibi. Alia quoque, quæ ex solis naturalibus causis dependent, incessanter intelligit actu: quoniam etsi talia, non sunt præsentia menti angelicæ secundum esse existentiæ propriæ: attamen ei præsentia sunt secundum esse, quod habent in suis causis'. Si uerò objiciatur: quoniam sicut unitas motus requirit unitatem termini, operationis unitatem obiecti: ergo uno actu, non potest angelus intelligere plura dicendum, quod cũ intelligere fiat in nobis per hoc, quod intelligibile fit intellectui præsens, cõsimiliter quoq; in angelo, quam præsentiam facit, non situs, sed ordo, omnia illa habent rationẽ unius obiecti intelligibilis, unoq; actu ab angelo possunt intelligi, quæ ei sub uno, ualent ordine præsentari. Omnia namque, quæ angelus naturaliter noscit, præsentantur ei sub ordine uno, atque in ordine ad unum puta in ordine ad uirtutem cęlestem, quam plenè nouit, & cui omnes causæ inferiores, cum suis effectibus subijciuntur in aliquo: & omnia talia habent rationem obiecti, actuq; uno queunt intelligi: quæ autem angelo reuelantur, sub alio ordine cadunt, & alio actu intelliguntur. Hæc Durandus.

Diur and

Obiectio.

¶Inter has duas opiniones, uidetur uia media eligenda, utpotè, quòd angelus, uti potest specie una, non alia, conuertendo se liberè super unam magis, quàm ad aliam. Nec in omnibus uerum est, quòd agente, & passo approximatis, seu applicatis, neccessariò fiat actio: sed in his, quę naturaliter inuicem aguntur. Intellectus quoque participat libertatem. Vnde secundum Augustinum super Iohannem,

Dionysi.

August.

hannem, Nemo credit nisi volens. Denique sicut in tellectus liberè vtitur habitu scientiali, ita & specie intelligibili, quamuis quidam aliter opinentur. In cæteris, vt in solutione instantiæ, defendi potest Durandi opinio: imò si intellectus non posset simul informari pluribus speciebus, videretur redire opinio Auicennæ, quòd scilicet, actuali intellectione cessante, species intelligibiles non manerent actualiter, seu realiter in intellectu. Denique visus exterior simul videt colores diuersos, prout sub aliquo ordine situs ei repræsentantur: ergo visus interior, scilicet intellectus, qui visu exteriori multo potentior est, plura simul apprehendere potest, atque ad plures se conuertere species modo præfato. Veruntamen de angelis sanctis sub eorum pia supportatione, & correctione omnia dico, quorum eminentia & perfectio, pro maxima parte, nos latet. Cum enim à certa, & plena notitia proprij intellectus, & eorum, quæ ei insunt, & competunt, tam vehementer deficiamus: quanto magis à cognitione angelorum sanctorum, qui præclarissimi sunt omnipotentis Dei effectus, ad quorum cognitionem se habet intellectus humanus, quemadmodum ad intuitum solis noctuæ oculus?

QVAESTIO VI.

Arguitur primò.

SExtò principaliter quæritur, *An angelus cognitione naturali, nouit diuinam essentiam in seipsa absque omni medio, & creaturæ adminiculo.* ¶ Videtur quòd sic: quoniam Deus præsentissimus fuit angelicæ menti. Secundò, omne cognoscibile per se, aut cognoscitur per sui essentiam, aut per speciem. Si ergo angelus Deum naturaliter nouit, vt habetur in litera: aut cognouit ipsum per speciem, aut in sua essentia: non per speciem, cum species videatur esse maioris simplicitatis, abstractionis, & puritatis, quàm, id cuius est species. Deo autem nihil est purius, neque simplicius, ergo cognouit in sua essentia. Tertiò, si angelus cognouit Deum, aut ergo per medium, aut sine medio. Si sine medio, ergo vidit Deum in seipso. Si per medium, hoc est contra Augustinum dicentem, quòd inter Deum, & angelum nullum est medium: imò, & contra rationem: quoniam medium illud, aut erat magis, proportionale Deo, quàm angelus, aut minus: si magis, ergo creatura aliqua est superior angelo: si minus, ergo potius impediuit cognitionem Dei, quàm iuuit.

In contrarium.

¶ In contrarium est, quòd Deum clarè in seipso videre, est beatitudo, & præmium electorum, ad quod nulla per naturalia sua, potest pertingere creatura.

Bonauen. responsio.

¶ Ad hoc Bonauentura respondet: Angelus naturali cognitione diuinam essentiam in seipsa, seu propria, increataque claritate videre non potuit. Diuina enim lux per eminentiam suam inaccessibilis est cunctis viribus naturæ creatæ, hinc per quãdam benignitatis condescensionem facit, & dat se, cognosci, ita quòd in illa cognitione cognoscens, multo plus agitur, quàm agit. Illaque condescensio bonitatis, est quid gratuitum. Non tamen designat diuinæ essentiæ humiliationem, cum illa non valeat minorari, sed importat alicuius radij gratuitam immissionem, per quam mens clarè cognoscit, cum immissio illa fuerit in abundantia sicut erit in patria. Angelus ergo diuinam essentiam, in seipsa non potest cognoscere per naturam, quemadmodum ex primo capitulo mysticæ theologiæ colligitur. Et quamuis sit præsentissimus mẽti creatæ vt principium conseruans: non tamen vt obiectum immutans. Cognoscitur quoque naturaliter non per essentiam, neque per speciem propriè, sed per effectus visibiles, & per spirituales substantias, per influentiam etiam luminis naturalis, quod similitudo est cogniti. Sicque cognouit angelus Deum per medium, scilicet per effectum: non quia medium, illud fuit Deo magis proportionale, sed intellectui angelico. Vnde Deus naturaliter videbatur per speculum, & per vestigium: quamuis non per ænigma, quod obscurationi correspondet. Augustinus autem vnlt dicere, quòd inter Deum, & mentem non est medium in ratione causæ efficientis. Hæc Bonauentura.

Alexãder

¶ Alexander verò hic loquitur: Deus vno modo sine omni medio cognoscitur seipso ab angelo, & in creaturis conspicitur per similitudinem, seu effectum. Lux namque non videtur per idolum: quoniam idolum est rei habentis propriam figurationem. Lux igitur summa, & increata idolo caret. Hinc non intelligitur ab angelo, neque ab anima sub similitudine aliqua illo modo iam tacto, sed seipso: nec aliquid aliud, ex parte sui requiritur, tamen ex parte cognoscentis requiritur assimilatio: quæ assimilatio fit in intellectu, cognsocente, vel per donum naturę, quo facta est ad imaginem creatoris, & hæc est assimilatio prima: vel per gratiam, & ista est maior: siue per gloriam, & ista est maxima. Potest quoque cognosci per suos effectus, vt dictum est primo libro. Hæc Alexander.

¶ Cuius positio bene intellecta, concordat Bonauenturæ. Deus quippe ex sua natura seipso summè cognoscibilis est, & à beatis videtur sine medio ab ipso re ipsa distinctio, hoc est, per suam essentiam, seu per speciem increatam.

Petrus.

¶ At verò Petrus: Diuina, inquit essentia consideratur dupliciter: Primò in se, & ita est obiectum omni creato intellectui improportionatum, nec potest ad ipsam attingere, nisi super sua naturalia eleuetur. Secundò, prout in creaturis resultat, & ita Deus est aliqualiter menti creatæ proportionatus, ita quòd per suos cognosci potest effectus. Intellectus quidem humanus, ex sensibilium cognotione incipit ad Dei cognotionem ascendere. Angelus uerò ex immaterialium notione, & propria essentia, utitur tanquam similitudine ad intelligendum Deum naturali notitia: seipsum uerò cognoscit angelus per suam essentiam, alios uerò angelos per eorum species sibi connatas, quamuis aliqui dicãt, quòd per species acquisitas. Hæc Petrus.

Scotus Quæstio.

¶ Amplius Scotus hic quærit, An angelus habeat naturalem notitiam distinctam diuinæ essentiæ. Ad quod respondet: Quidam cõcorditer dicunt, quòd non: quoniam omnis ratio, propria intelligendi obiectum, per adæquationem illud præsentat. Nulla autem essentia speciesve creata potest adæquatè diuinam repræsentare effigiem: quoniam quodlibet tale finitum est. Finiti autem ad infinitum, non est adæquata proportio.

Aliorum opinio.

¶ Alij dicunt, quòd angelus cognoscat Deũ per essentiam suam angelicam: quia essentia angeli, est imago, similitudoq; Dei. Circa hæc dico, quòd duplex est cognitio de obiecto: Vna abstractiua, quæ est ipsius quidditatis, secundum quod abstrahit ab existentia actuali, & non existentia. Alia est intuitiua, quæ est ipsius rei, secundum actualem existentiam eius, seu sicuti est in se, & talem cognitionem expectamus habere de Deo, non talem qualis

posit haberi de eo, dato impossile, quòd non esset. Itaque dico, quòd quamuis secundum communiter loquentes, non valeat angelus ex puris naturalibus habere cognitionem Dei intuitiuam: nõ tamen videtur negandum, quin naturaliter posit habere cognitionem de Deo abstractiuam, sic intelligendo, quod species aliqua distinctè repræsentet illam essentiam, quamuis non repræsentet eam, vt in se præsentialiter existentem, tuncque possibile est habere intellectionem eius distinctam, licèt abstractiuam: quoniam abstractiua diuiditur in cõfusam, atque distinctam, iuxta aliam, & aliam rationem cognoscendi entitatem. Et talem speciem repręsentantem diuinam essentiam, non videtur inconueniens ponere inditam esse intellectui angeli, à principio, ita quòd licèt species illa non sit ita intellectui angelico naturalis, quòd posit eam ex naturalibus suis acquirere: neq; quòd posit eam habere, ex actione alicuius obiecti naturaliter agentis: attamen sicut perfectiones angelo datæ in sua prima creatione, licèt non necessariò sequebantur naturam eius, dicerentur naturales, distinguendo naturale contra merè supernaturale gratiæ, & gloriæ donum: sic ista perfectio data intellectui angelico, qua diuina essentia, esset ei præsens, quamuis abstractè, potest vocari naturalis, & ad naturalem angeli cognitionem spectare: ita quod quicquid angelus de Deo cognoscit huius speciei virtute, aliquo modo naturaliter nosci, & aliquo modo non naturaliter, inquantum species ista non est principium gratuiti actus, nec gloriosi, & inquantum ad ipsum, angelus nequit pertingere ex naturalibus, neque ex actione aliqua naturali. Denique, quod talis species sit ponenda, sic persuadetur. Naturalis beatitudo angeli, excedit naturalem hominis beatitudinem, etiam loquendo de eis secundum innocentiæ statum. ergo cum homo, pro statu naturæ lapsæ posit habere cognitionem de vltimo fine in vniuersali, sequitur, quòd pro statu innocentiæ potuit aliquo modo habere notitiam eius distinctam. volitio quoque summi boni sequitur cognitionem summi veri. Consequens est ergo, quòd in tali cognitione summi veri, volitioneq; summi boni posit angelus felicitatem habere maiorem, quàm homo. Præterea aliquis videns in raptu diuinam essentiam cessante raptu, potest habere memoriam obiecti sub ratione eius distincta, qua fuit obiectũ, quamuis, non sub ratione actualiter præsentis: quoniam præsentia, non manet post actum in ratione cognoscibilis. Hæc Scotus.

Thomas.

¶ Præterea Thomas in prima parte, quæstione duodecima: Impossibile, ait, est quòd aliqui s intellectus creatus Dei essentiam videat. Cognitio enim est, secundum quod cognitum est, in cognoscente: cognitum verrò est in cognoscente secundum modum cognoscẽtis. Hinc cuiuslibet cognoscentis cognitio est, secundum modum suæ naturæ. Quòd si modus cognoscendi alicuius rei cognitæ, excedat modum cognoscentis naturæ, oportet, quòd cognitio illius cogniti sit supra modum cognoscentis. Multiplex verò est modus essendi rerum. Quædam enim sunt, quorum natura non habet esse, nisi in hac indiuiduali materia, vt corporalia. Quorundam verò naturæ sunt per se subsistentes sine materia, quæ tamen non sunt suum esse, vt angeli. Deo autem proprium est, quod est suum esse. Itaque connaturale est nobis cognoscere ea, quæ habent esse in materia indiuiduali, eo quòd anima nostra forma est corporis: quæ tamen duas habet vires cognoscitiuas: vnam organicam, cui connaturale est noscere res, secundum quod sunt in indiuiduali materia: Alia est in organica, scilicet intellectus, cui conuenit cognoscere naturas in materia indiuiduali existentes: non tamen secundum quod sunt in ea, sed ut sunt ab ea per considerationem abstracta, sicque per intellectum noscuntur in uniuersali, quod est supra sensuum facultatem. Intellectui autem angelico connaturale est cognoscere naturas, quæ in materia non sunt, quòd excedit facultatem intellectus humani in statu præsenti. Relinquitur ergo, quòd cognoscere ipsum esse subsistens in se, intellectui diuino sit connaturale, & omnis creatæ mentis, facultatem transcendat. Hęc Thomas Summa.

Multiplex est modus essendi rerum.

Trib⁹ modis contingit, aliqd cognosci.

¶ Insuper in eadem Summa quæstione quinquagesima sexta: Tripliciter, inquit, cognoscitur aliquid. Primò, per præsentiam essentiæ suæ in cognoscente, sicut si lux videatur in oculo, & sic angelus, seipsum intelligit. Secundò, per præsentiam similitudiuis suæ in potentia cognoscentis. Tertiò, per hoc, quòd similitudo rei cognitæ sumitur non immediatè à cognito, sed à re alia, in qua similitudo illa resultat, ut cũ videtur homo in speculo. Primæ cognitioni assimilatur cognitio, qua Deus per essentiam cernitur, ad quam cognitionem nullus per naturalia sua, pertingere ualet. Tertiæ cognitioni assimilatur cognitio Dei, qua eum in uita hac per creaturas cognoscimus. Inter has media est cognitio, qua angelus Deum, per naturalia sua cognoscit, & assimilatur notitiæ, qua res videtur per speciem ab ea acceptam. Cum uerò natura angeli, imago sit Dei, angelus Deum, per suam cognoscit essentiam, inquantum ipsa sua essentia est Dei similitudo non tamẽ Dei uidet essentiam per hoc: quoniam nulla similitudo creata sufficies est ad repręsentandum diuinam essentiam. Vnde, & ista cognitio magis se tenet, cum speculari notitia, quia natura angelica, est speculum quoddam diuinam similitudinem repræsentans. Hæc ibi.

Causa ex suo effectu multipliciter, potest cognosci.

¶ Deniq; de hac ipsa materia scribit subtiliùs, in Summa contra Gentiles libro tertio capitulo quadragesimo septimo: Causa, inquiens, ex suo effectu multipliciter potest cognosci. Primo, prout effectus sumitur, ut medium ad cognoscendum de causa, quod sit, & quod talis sit: ut fit in scientijs: quæ causam per effectum suum demonstrant. Secũdò sic, quod in ipso effectu causa conspiciatur, inquantum similitudo causæ in effectu resultat, sicut homo per similitudinem suam uidetur in speculo. Et differt hic modus à primò, quia in primo, sunt duæ cognitiones effectus, & causæ, quarum vna est causa alterius. cognitio quippe effectus, est causa cognitionis suæ causæ. Sed in modo secundò est, una cognitio, utriusque. simul enim, dum uidetur effectus, videtur, & causa in ipso. Tertiò, ita quòd similitudo causæ in effectu, sit forma, qua cognoscit causam sui effectus, quemadmodum si arca haberet intellectum, & per formam suam cognosceret artem, à qua forma sua tanquam eius similitudo processit. Nullo horum modorum potest per effectum cognoscit de causa, quid sit, nisi sit effectus, in quo tota virtus causæ reluceat. Porro substantiæ separatę cognoscunt Deum per suas essentias, sicut cognoscitur causa per suum effectum. Non primò modo, quia sic eorum cognitio esset discursiua: sed secundo modo, inquantum vna videt Deum in alia. Tertiò quoque modo, inquantum quælibet earum videt Deum in seipsa. Cumq; nulla

nulla earum sit effectus adæquatus virtutis diuinę, non est possibile, vt per hunc modum cognitionis videant Dei essentiam. Hæc ibi, vbi & alia multa circa hæc scribit, quæ & in quarto locum potius habent.

Dupliciter res cognoscitur. 1

¶Postremò in commẽto super Boethium de Trinitate respondet: Dupliciter, dicens, res cognoscitur. Primò per propriam formam, quemadmodum oculus videt lapidem per speciem lapidis. Secundò, per formam alterius similis sibi, ut noscitur causa per similitudinem sui effectus, & homo per formam suæ imaginis. Per formam quoque suam aliquid dupliciter cernitur. Primò per formam, quæ est ipsa res, sicut Deus cognoscit se per suam essentiam. similiter angelus se per essentiam suam intelligit. 2 Secundò per formam, quæ est ab ipso, siue sit ab ipso abstracta, quando videlicet forma est immaterialior, quàm res, sicut forma lapidis abstrahitur à lapide: siue sit impressa intelligenti, ut quando res est simplicior, quàm similitudo, qua noscitur, iuxta quod Auicenna asseruit, quòd intelligentias cognoscimus per impresionem earum. Cumque intellectus noster in vita hac habeat similitudinem determinatam ad formas, quæ à sensu abstrahuntur, cum ad phantasmata comparetur, quẽadmodum visus ad colores: non potest nunc Deũ cognoscere per formam, quæ est ab essentia Dei, imò sic cognoscitur in patria. Absens enim similitudo quæcunq; à Deo impressa intellectui humano, non sufficit ad hoc, quòd faciat essentiam Dei cognosci, cum infinitè excedat, omnem formam terminatam. Nec in via cognoscibilis est à nobis per specie, quæ sit aliqua similitudo ipsius, propter connaturalitatem intellectus nostri ad phantasmata. relinquitur ergo vt solum cognoscatur per formam effectus, sed effectus est duplex &c. vt supra. Hinc non valemus in statu isto pertingere ad cognitionem Dei, nisi quia est. Veruntamen vnus cognoscentium, quia est, cognoscit perfectiùs alio; quoniam causa tanto perfectiùs, cognoscitur per effectum, quanto perfectius per effectum apprehenditur habitudo causæ ad suum effectum: quæ habitudo in effectu non pertingente ad æqualitatem suæ causæ attenditur secundum tria, uidelicet penes progressum effectus à causa, & secundum hoc quòd effectus consequitur de similitudine suæ causæ, atque secundum hoc, quod deficit à sua causa, sicque mens humana tripliciter proficit in Dei cognitione, quamuis ad cognoscendum quid est, nõ pertingat. Hæc ibi.

Dionysi⁹.

¶In eodem commento magis accedens ad rem, sciscitatur an possimus diuinam formam siue essentiam, in statu uiæ inspicere. & arguit, quòd non, quia beatus Dionysius in epistola ad Gaium protestatur. Si quis videntium Deum intellexit, non intellexit ipsum, sed aliquid eorum, quæ sunt eius. Forma autem dinina est Deus, ergo non possumus formam illam in hoc statu inspicere. Præterea forma Dei est diuina essentia, sed Deum per essentiam seu diuinam essentiã nemo in vita hac valet agnoscere, iuxta illud: Deum nemo vidit vnquam. Insuper quicunque inspicit formam alicuius, aliquid de re ipsa cognoscit: sed ut primo mysticę theologiæ capitulo diuinus Dionysius loquitur. Intellectus noster, secundum quod melius potest, Deo vnitur, quando omnino nihil eius cognoscit. In oppositum est illud Apostoli, Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, à creatura mundi conspiciuntur. Item super illud Genesis, Vidi dominum facie ad faciem, ait glosa Cregorij: Nisi homo diuinam veritatem utcunq; conspiceret, non sentiret se non posse eam conspicere. Respondendum quod dupliciter cognoscitur aliquid. Primò, dum scitur de eo an est, seu, quia est. Secundò, dum scitur de ea, quid est. Ad hoc autem, quod de re sciamus, quid est, oportet, quòd intellectus noster feratur, in ipsius rei quidditatem, siue essentiam, vel immediatè, vel mediantibus aliquibus, quæ sufficiẽter eius quidditatem demonstrent. Immediatè autem ferri non valet intellectus noster pro nunc, in diuinam essentiam, neque in substantias separatas: quoniam ad phantasmata immediatè extenditur. sicque immediatè potest conspicere, quidditatem rei sensibilis, non rei immaterialis. Vnde secundo capitulo cœlestis, hierarchiæ sanctus Dionysius fassus est, quòd nostra analogia nequit immediatè extendi in inuisibiles contemplationes. Sed quædam inuisibilia sunt, quorum quidditas, & natura perfectè exprimitur ex quidditatibus sensibilium notis, & de talibus intelligibilibus possumus scire, quid est, sicut ex hoc, quod scitur, quid est homo, & quid est animal, sufficienter innotescit habitudo vnius, ad aliud. Porrò naturæ sensibiles intellectæ, non sufficienter exprimunt diuinam essentiam, nec substãtias separatas, cum non sint vnius generis. Ideo quidditas, & omnia eiusmodi nomina ferè æquiuocæ dicuntur de sensibilibus, & separatis substantijs. Hinc similitudines sensibilium rerum translatus ad immateriales substantias diuinus Dionysius secundo capit. cælestis hierarchiæ vocat dissimilitudines: idcirco per viam similitudinis substantiæ illę ex istis, non sufficienter innotescunt. Nec etiam per viam causalitatis, quia effectus earum in inferioribus istis, non adæquant virtutes ipsarũ. Hinc de illis substantijs scire nequimus, quid sunt in statu hoc, neque per viam naturalis cognitionis, nec per viam reuelationis: quoniam radius reuelationis peruenit ad nos secundum modum nostrum, videlicet per conuersionem ad phantasmata, prout beatus Dionysius fatetur: Impossibile est nobis superlucere diuinum radium, nisi circunuelatum varietate sacrorum velaminum. Separata igitur illa cognoscimus solum cognitione an est, siue loquamur de cognitione naturalis rationis ex effectibus, siue de cognitione, quæ est ex reuelatione per similitudines à sensibilibus sumptas. Veruntamen aduertendum, quod de nulla re potest scirri an est, nisi aliquo modo de ea sciatur, quid est, vel cognitione perfecta, aut saltem cognitione confusa, quẽadmodum ait Philosophus, in principio Physicorum, quod distincta sunt præcognita partibus diffinitionis. Scientem quippe hominem esse, & quærentem, quid est homo per diffinitionem, oportet scire hoc nomen homo: sic quoque de Deo, & separatis non possumus scire an est, nisi sciamus, de eis, quid est sub quadam confusione, quod esse nõ potest per cognitionem alicuius generis proximi, aut remoti, eo quòd Deus in nullo sit genere: intelligentiæ verò, seu angeli sunt in genere. Et quamuis logicè loquendo conueniant cum inferioribus in genere remoto, quod est substantia: naturaliter tamen loquendo, non conueniunt cum eis, in genere. sicut nec corpora cælestia cum inferioribus. Corruptibile namque, & incorruptibile non conueniunt genere, ut dicitur decimo metaphysicæ. Logicus verò considerat intentiones, secundum quas nil prohibet materialia cum immaterialibus, & corruptibilia cum incorruptibilibus conuenire,

Dupliciter aliquid cognoscitur

S. Diony.

Aduerte lector.

Auicenna

Johan. 1. Intellect⁹ noster nõ potest intelligere substãtias separatas, secundum positionẽ. 2 homæ. Rom. 1.

Gene. 1.

Natura-

Naturalis verò, & metaphysicus considerant essentias, secundum quod habent esse in rebus: ideo vbi inueniunt diuersum modum essendi, dicunt genera esse diuersa. Verum in his loco generis habemus cognitionem de eis per negationem, dicẽdo quòd sunt immateriales, incorporales &c. & quo plura talia negatiua de eis cognoscimus, tanto cognitio est minus confusa: quoniam per negationem sequentem negatio prior contrahitur. Per hæc patet ad obiecta solutio. prima enim procedunt de cognitione quid est perfecta, alia de cognitione, quia est imperfecta.

Alia quæstio.

¶Iterum quærit ibidem, an ad formam, seu essentiam Dei inspiciendam, per scientias speculatiuas possit peruenirí. Videtur quòd sic, quia tam metaphysica, quàm theologia tractat de Deo, & ad eius inspiciendam essentiam ordinatur. Dicẽdum quod in scientijs speculatiuis semper ex aliquo priùs noto proceditur, tam in demonstrationibus propositionum, quàm in inuentionibus differẽtiarum, nec est ire in infinitum. Ideo omnis consideratio scientiarum speculatiuarum reducitur in aliqua prima principia, quæ quilibet homo nõ necesse habet addiscere, aut inuenire. Hinc nihil potest sciri in speculatiuis scientijs, nec per uiam demonstrationis, nec per viam diffinitionis, nisi ea, ad quæ prędicta principia se extendunt. Huiusmodi uerò homini naturaliter cognita, monstrantur ei lumine intellectus agentis, quod est homini naturale: quo lumine, nihil homini manifestatur, nisi inquantum per ipsum phantasmata fiunt intelligibilia actu. Phantasmata quoque à sensibus accipiuntur. hinc principium cognitionis prædictorum principiorum ex sensibus est, atque memoria. idcirco principia illa non ducunt nos, nisi ad ea, quorum cognitionem acquirere possumus ex his, quæ sensu apprehendunt, inter quæ non continentur substantiæ separatæ. Vnde per nullam scientiam speculatiuam potest hic sciri à nobis de substantia separata quid sit, ut tertiò, de anima loquitur commentator, quamuis quidam contrarium dixerit, quia putauit quidditates sensibilium sufficienter exprimere quidditates immaterialium: quod vt ibidem commentator testatur, est falsum, cum quidditas de vtrisque dicatur, quasi æquiuocè. Hæc Thomas, quæ secundum eius opiniones procedunt, quibus ait omnem intelligentiam, in vita hac oportere phantasmata speculari, cuius oppositum infra probabitur: & ipsum esse ab essentia differre realiter, quod improbatum est supra.

¶Verum de isto, An in hac vita habeamus conceptum distinctum de Deo, seu de diuina essentia, aut solum confusam, & indistinctam notitiam, dictum est pleniùs super primum: atque vt ibi ostensum est, si conceptus, seu notitia vocetur distincta, & propria, quia verè, & solum conuenit rei conceptæ, seu cognitæ, sic multa de Deo cognoscimus cognitione distincta, saltem quantum ad quia est, vt quod ipse purus actus, virtus omnipotens, veritas prima, bonitas summa, esse incircunscriptum, simplicissimum, separatissimum, in se subsistens, & consimlia multa: attamen nihil horum cognoscimus quantum ad quid est. Præterea, quod Thomas hic asserit, prædicata præfata perfectionalia, Deo & creaturis conuenire, quasi æquiuocè, videtur parumper dissentire ab eo, quod alibi ait multoties, talia, neque vniuocè, neque æquiuocè, sed analogicè enunciari de ipsis.

Impugnatur Scot⁹.

¶At verò contra dicta Scoti potest sic argui: In Deo, ex natura rei penitus idem sunt esse, & essentia, vt vniuersi theologi, atque philosophi bene fundati fatentur. ¶Ad quod insinuandum, Rabbi Moyses, & Auicenna dixerunt causam primam consistere quoddam actualissimum, ac purissimum esse sine essentia. Nec minus illimitata, & illuminata, & incomprehensibilis est diuina essentia, quàm esse diuinum, ergo non potius potest haberi distincta notitia de essentia Dei, quàm de esse ipsius, præsertim cum & vtrunque sit omnifariè, æquè inuariabile. Rursus, cum de ratione propria formali intrinseca Dei, seu diuinæ essentiæ sit, esse perfectionaliter infinitum purumq; actum, & ens absolutè perfectũ, repugnat, & implicat Deum, seu diuinam essentiã, cõsiderare cum abstractione, ab existentia actuali. Vnde & in primo ex Anselmo, Alexandro, Alberto, & Bonauentura monstratum est, quòd Deus nõ potest cogitari non esse. Amplius, cum omne cognoscere sit quoddam intueri, & intelligere sit spiritale videre, constat, quòd omnis cognitio sit intuitio, & intuitiua ritè dicatur: idcirco distinctio illa de cognitione intuitiua, & abstractiua, modici ponderis esse censetur: tamen de vsu terminorum, non est superfluè contendendum.

Moyses & Auicenna

Henricus.

Quæstio.

¶Porrò Henricus quodlibeto quintodecimo, sciscitatur: An actus intelligendi quo mens angelica, seu humana intelligit se, sit ei essentialior, quàm ille, quo intelligit Deum. Ad quod respondendo multa scribit, vel incerta, vel communi doctrinæ non consona idcirco pertranseo, & breuiter dico, quòd in omni mente creata actus intelligendi realiter differt à mente. idcirco in nulla actus intelligẽdi dici potest essentialis, quasi essentialiter idem menti huiusmodi. Potest tamen diei essentialis, id est, naturalis, atque essentiam statim concomitans, quamuis, non absque intermedia intellectiua potentia. Si autem quæratur, an mens creata præsens intelligat se an Deum: constat de intellectu humano, quòd eius cognitio ex creaturis, ad creatorem ascendat, & ab vniuersalioribus, ad particulariora descendat, à sensibilibus quoque ad separata, ac diuina progrediatur. Et quamuis Henricus quodlito ultimo, & in Summa affirmet, quòd intellectus quoque angelicus primo intelligat vniuersale directo, ac lineali aspectu, particulare verò, siue se, siue quodcunque aliud, secundariò, ac reflexè, & quasi obliquè: alij tamẽ probabiliùs tuentur, & tenent oppositum. Non enim angelus sicut homo, intelligit abstrahendo: eodemque actu potest uniuersale, & particulare saltem aliquod intelligere, & ipse, per suam essentiam intelligit se directè, & ex sui notitia creatorem cognoscit,* quam per suã angelicã essentiam intelligere perhibetur, non sine intermedio actu suæ propriæ agnitionis. sicque intelligere se, conuenit sibi per priùs: sed intelligere Deum, principialiùs, atque finaliùs. & istud de naturali intellectione angeli dico. De actu uerò intelligendi competente ei per dona gratiæ, aut gloriæ, acutiùs considerare restaret.

Aliorum opinionẽ, vt probabiliorem affirmat. * quem

QVAESTIO VII.

Septimò principaliter quæritur, *An angelus dilectione naturali magis dilexit Deum, quàm seipsum, & proximos suos sicut seipsum.* ¶Videtur, quòd non, quia vt asserit Auicenna, Natura creata ex se auara est, & cupida proprij commodi. cui consonat, quòd sanctus testatur Bernardus: Natura semper in se curua est. Vnde & rursus in metaphy-

sica

Auicenna sica sua loquitur Auicenna: Nullius naturæ actio merè liberalis est, nisi solus Dei. omnem namq; alterius actionem sequitur aliquod commodum agẽtis. Dilectio autem, qua creatura diligit Deum propter ipsummet Deum, non fertur ad proprium cõ
2 modum. Secundò, intellectualis creatura naturaliter appetit suam fęlicitatem, quæ est optima operatio eius, & ad eam refert cætera vniuersa. ergo,
3 & Deum. Tertiò, diligere Deum ob suam propriam bonitatem nõ intuitu præmij, videtur actus præcipuus charitatis: non ergo est actus naturalis dilectionis.

¶In oppositum est, quòd nullum purè naturale est vitiosum: sed diligere se plusquam Deum, est inordinatum, peruersum, & vitiosum: non ergo est actus naturalis dilectionis, sed libidinosę affectionis.

Antisiodorensis. ¶Ad hoc Antisiodorensis in Summa sua libro secundo respondet: Angelus naturali dilectione magis diligebat seipsum, quàm Deum: nec sequitur, ergo peccauit, propter fallaciam consequentis. Dilectionemque, qua quis diligit se magis, quàm Deum, dupliciter habet se. Primò sicut libido, ita quòd frui vult creatura, quod est mortale peccatum. & ista dilectio est innaturalis. Secundò, ita se habet naturalis dilectio, per eam mens diligit suã creatam vtilitatem, & conseruationem: nec est peccatum, si tali dilectione naturali creatura plus diligat se, quàm Deum: quoniam non est datum ei aliquid, quo diligat Deum plusquam se, nec per seipsam hoc potest. Sed contra, Angelus naturaliter Deum cognouit, & voluit, ergo maximè delectabatur in ipso, videlicet plusquam in seipso: quoniam angelus habuit cordis palatum nõ infectum. Deus quoque ex sua natura dulcissimus est, ergo maximè delectabat gustum mentis angelicæ: ergo, & maximè afficiebatur ad Deum. Insuper, omnis potentia magis se habet ad id, ad quod principaliter est instituta, ac ordinata, quàm ad cætera: sed vis concupiscibilis potentiæ, appetitiuæ angeli, principaliter, & per se, ordinata fuit ad summum bonum: ergo ad illud potissimum ferebatur. Amplius, sicut se habet habitus ad habitum, ita potentia ad potentiam: sed habitus, quo diligitur creatura, maximè habet se, & tendit ad creaturam: ergo, & potentia, qua diligitur Deus, puta voluntas, maximè tendit in ipsum. Dicendum ad primum, quòd vis concupiscibilis magis se habet ad diligendum Deum, quàm temporalia, seu creata: quia ad diligendum Deum se habet naturaliter, quia ad hoc fuit collata, non ad temporalia diligenda. Attamen talis est facta, quòd potuit inclinari ad ea, quẽ admodum enim intellectus habet apprehendere transitoria, & æterna, sic concupiscibilis ei annexa habuit ea appetere. Veruntamen non valet hoc argumentum: Concupiscibilis magis se habet ad diligendum Deum, quàm temporalia, sed sola per se potest diligere temporalia propter se, & super omnia, ergo sola per se potest diligere Deum propter se, & super omnia. Quoniam non concludit, quod proposuit. proposuit quippe de simplici dilectione, & concludit de dilectione perfecta, ad quam vis concupiscibilis non magis habet se, quàm ad diligendum temporalia perfectè, propter quatuor
1 causas. ¶Prima, quia ad opus perfectæ dilectionis requiritur deliberatio multiplex, sed ad actum vitij nulla: quia ut asserit Origenes, virtus est tarda, uitium præceps. ¶Secunda est, quia vis concu-
2 piscibilis habet se ad diligendum Deum propter se non nisi per charitatem: quoniam aliter ferri non potest super se. Immediatè verò se habet ad temporalia diligenda. ¶Tertia est: quoniam Deus 3
hic manifestè nõ cernitur, tẽporalia verò videntur apertè. ¶Quarta est fames & indigẽtia quotidiana. 4
Ad secundum conformiter respondendum. Nam & naturaliùs habet moueri vis affectiua ad Deum, & naturalem habet aptitudinem ad hoc: sed executio exigit charitatis infusuſæ auxilium, atq; præsentiam. Hęc Antisiodorensis.

Adducuntur quędã in partem contrariã.

Quatuor cuiusdam causæ.

Origenes.

Quęstio. ¶Qui insuper quærit hic, vtrum angelus naturali dilectione fruebatur se. Videtur quòd sic, quia sicut se super omnia, & plusquam Deum dilexit, sic maximè sibi ipsi inhæsit. & hoc frui, videlicet ali cui propter se inhærere amore. Contrarium huius probauit, quia hoc fuisset iniquum: & modo inductum est, quòd amor angeli non fuit culpabilis. Dicendum quòd amor naturalis sui, est ille, quo, quis naturaliter vult sibi bonum, vt esse, viuere, intelligere, qui amor non tendit nisi ad conseruationem, vtilitatemque sui. Secundò, amor sui dicitur amor proprię excellentię, qui est superbia, & amor libidinosus vitæ præsentis. estq; fundamentum Babylonicę ciuitatis, & causa, ac radix vitiosæ fruitionis, nec fuit in angelis ante lapsum.

Quæstio. ¶Terriò quærit, an angelus illa dilectione fecit de uia finem, & de creatura Deum suum. Videtur quòd sic: quoniam se plusquam Deum diligendo seipsum constituit sibi finem, & Deum: finis enim summè diligitur. Respondendum, quòd naturali dilectione, qua quis diligit se propter sui vtilitatem, non peccat: quoniam illa dilectione non fruitur se, nec tendit ad sui fruitionem: quod esset seipsum facere sibi finem supremum. Cum verò quis diligit creaturam propter naturalem aliquam vtilitatem, talis dilectio non excludit vltimum finem. imò ex hoc, quòd diligit se propter suam vtilitatem, potest pertingere ad veram Dei dilectionem. Cumque dilexerit Deum, tunc perfectè diligit se propter suam vtilitatem: quoniam omnia desideria, & opera nostra referre debemus ad gloriam Dei, vtilitatemque nostri. Gloriam quippe Deus vult sibi asscribi, vtilitatem verò vult esse rem nostram: quoniam bonorum nostrorum non eget. Psalm. 15.
Hinc dilectio naturalis non est charitati Dei contraria, sed potest esse via ad eam & quamuis dilectio illa naturalis careat fine, non tamen illum excludit, sed susceptibilis eius est, sicut in actionibus indifferentibus accidit.

Quęstio. ¶Iterum quærit, An dilectio illa naturalis iu angelo, in primo statu fuerit Simoniaca. Videtur quòd sic, quia per actum suum spiritualem, videlicet dilectionem, intendebat acquirere suam vtilitatem. Propter hanc obiectionem, ac similes, quidam dixerunt, quòd angelus, seu homo in principio diligebat se non propter se, sed propter Deũ, & Deum propter se tantum: atque quòd naturali dilectione diligebat Deum super omnia, & propter ipsummet Deum. Naturali namque dilectione non diligit quis, nisi propriam vtilitatem: ergo maiorem sui utilitatem plus diligit, & maximè summam: sed Deus est summa sua utilitas, seu summum utile sibi. Item præceptum hoc, Diliges Deut. 6.
dominum Deum tuum ex toto corde tuo, morale est: ergo à principio naturaliter fuit scriptum in Matt. 22. Matt. 12.
mente angelica, & sic illud non adimplendo, transgressus fuisset legem naturalem. Sed contra, quia Deum propter se, & super omnia diligere, est modus excellentissimus diligendi, & vera iustitia: quia sic diligens Deũ, est rerum integer æstimator, iustæ

æstimationi nil addens nec subtrahens. sicq; sola naturali dilectione iustè viuerunt, quod fuit heresis Pelagiana. Respondendum, quòd duplex est dilectio naturalis, scilicet uoluntaria, & inuoluntaria, seu rationalis, & irrationalis Dilectio, quoq; inuoluntaria duplex est: vnam, quam habemus cum brutis communem, qua homo, diligit se, & suę uitę conseruationem, sanitatem, ac membra, sicut, & bruta per uim æstimatiuam sequntur conseruatiua, fugiuntq; nociua. & ista dilectio non est culpa, cum nõ sit voluntaria. Alia ergo est dilectio inuoluntaria, quæ est homini propria, qua naturaliter diligit anima summum bonum, appetens beatitudinem, sine omni deliberatione, & prælectione. Hæc dilectio cum sit rõnalis, & inuoluntaria, non potest esse peccatum. Dilectio uerò rõnalis, ac uoluntaria, in duas diuiditur species, s. in concupiscentiam, & amicitiã, seu beneuolentiam. Cõcupiscentia est dilectio, qua diligimus omne id, quo frui appetimus, habereve cupimus, sicut gulosus diligit vinũ. Dilectio amicitiæ est, qua diligimus id, cui volumus bonum, seu cuius bonis congratulamur. Vtraq; hac dilectione diligimus Deum per naturam sine adiutorio gratiæ, & item per gratiam. Per naturam quidem, qñ dilectio est inducta per testimonia creaturarum, quorum cõsideratio ostendit Deum esse suauem, & optimum: sicq; accendit in anima quandam eius concupiscentiam. Possunt, quoq; creaturæ testari, ac persuadere Deum esse dignum, cuius bonum diligatur, & cuius bono congaudeatur: qm̃ ipse fecit nos. sicq; inducunt in nobis dilectionem Dei, quæ amicitia nuncupatur: & talis amor est per naturalia ãcquisitus sine gratia gratum faciente, nec est Simoniacus: quia natura non facit eum uiam ad aliud acquirẽdum. hinc tali amore summum bonum volumus Deo, & eius bono congratulamur, quamuis nobis nil boni eueniat. estq; gratuitus ex parte causæ finalis, licet non ex parte causæ efficientis, cum ex naturalibus rõnibus sit inductus, & innitatur eisdem, quemadmodũ amor, quo pater diligit magistrum filij sui ꝓp filium suum, qui amor ex parte causæ finalis est gratuitus, licet inductus sit ex filij amore, cui vult bonũ. Amor verò, qui charitas dicitur, gratuitus est ex omni parte, siue sit concupiscentia, siue amicitia.

Duplex est dilectio.

Cõcupiscẽtia quid. Dilectio amicitiæ

¶Ex his patet solutio ad obiecta. Ad primum enim dicendum, quòd amor naturalis, quo anima diligit Deum tanquam sibi optimum, ac utilissimum, est idem amor, quo diligit se: quoniam regula est, quòd diligens se amore concupiscentiæ, diligit quicquid aliud illo diligit. Et dicimus, quòd illo amore diligit homo Deum summè secundum statum, in quo est, id est, secundum posibilitatẽ naturæ similiter angelus in primo statu naturali dilectione Deum dilexit, nec magis, nec minùs, quàm se, neq; æqualiter: sicut iste non magis diligit dulce, q̃ vinum, nec minùs, neq; æqualiter: quia eadem numero dilectione, atq; eodem modo se habente, qua diligit dulce, diligit uinum. Quòd verò supra dictum est, quòd angelus, seu homo naturali dilectione plùs dilexit se, q̃ Deum, dictũ est de dilectione amicitiæ, qua diligitur Deus.

¶Ad secundum, quòd præceptum illud dilectionis insitum est cordi creato, quantum ad scientiã, non quantum ad faciendi potestatem: quoniam hæc est potestas, solius gratiæ, ut quis diligat Deum plusquam seipsum, & vt leuet se supra se.

Quæstio. ¶Postremò circa hæc quærit, an dilectio angelorum naturalis, fuit ordinata, an inordinata. Si ordinata, ergo charitas fuit: quia ut loquitur Augusti nus, charitas est ordinata. Si inordinata, ergo fuit peccatum, cum ordo dilectionis sit in præcepto. Dicendum, quòd naturalis dilectio angeli in primo statu, differebat a charitate præcipuè in duobus, puta in causa efficiente seu originali, & in causa inducente, seu motiua. Causa namque efficiens dilectionis naturalis, est potentia, seu volũtas creata. Causa autem motiua sunt beneficia Dei. sed neutrum istorum, imò nec vtrunq; simul facit contrarietatem inter dilectionem naturalem, & charitatem, sed solum finis dilectionis. Dilectio quippè, qua tendit mens creata ad fruendum creatura, vel ad delectandum in ea, contraria est dilectioni, qua quis fruitur Deo, uel tendit ad fruendum eo propter seipsum.

Quę sit cã efficiẽs ex q̃ motiua dilectionis naturalis.

¶Hinc una istarum est uirtus, alia vitium: quia de creatura facit Deum suum, Itaque dilectio naturalis non est inordinata, prout inordinatum sonat in uitium: tñ non est ex toto ordinata, nec habet aliqd̃ contrarium ordini charitatis, sed est disparata, nõ contraria charitati. Hæc Antisiodorensis, cuius positio ab alijs in aliquibus sicut patebit, dissentit. Rãsio Bonauẽturę.

¶Igitur Bonauentura respondens: Tempore, inquit, naturæ iustitiæ, tàm homo, q̃ angelus habilis erat ad diligendum Deum propter se, & super omnia. Nam impossibile fuit eum aliter esse rectum. Rectitudo etenim mentis cõfistit radicaliter in amore diuino. Amor verò rectus esse non ualet, si aliquid diligat supra Deum, vel æquè, aut aliquid diligat propter se, & Deum propter aliud. Si igitur Deus fecit hominem, ac angelum rectum, patet, ꝙ vnicuiq; dedit habilitatem ad amandum se, Deum super omnia, & proper se. Hinc effectus angeli Deũ cupiebat habere propter se, id est, ꝓp ipsummet Deum: qm̃ summè bonum, & summè reficiẽs fuit, non boni alteriùs gratia. Deo quoq; uolebat bonũ propter se Deum, multo plùs, q̃ amicus amico. Similiter pro nullo commodo, aut incommodo uoluit Deum offendere. ideo dico, quòd dilexit Deũ naturali dilectione propter se, & super omnia. Hinc auctoritas sancti Bernardi intelligenda est de natura, ut lapsa est. Nec impossibile est rationali, atq; intellectuali creaturæ eleuari super se, id est, ad altiora sua natura per contemplationem, & dilectionem naturalem, sed super suum posse eleuari non ualet nisi alieno auxilio. Cumq; obijcitur, quòd Deum ꝓp se, & super omnia diligere, est perfectissimus actus, ac Deo gratissimus. Dicendum, quòd actus ille aliter attribuitur gratiæ, aliter naturæ institutæ: quia naturæ institutæ conuenit ex quadam habilitate, & rectitudine respectu boni: gratiæ vero est, quia captiuatus est affectus in obsequium Christi, quemadmodum intellectus per fidem. Tunc autem capiuatur intellectus in obsequium Christi, dum contra illud, quòd naturalis ratio dictat, primę ueritati assentit, sicuti, & affectus, quando id, ad quod diligendum naturaliter inclinatur, amore Christi est partatus odire: seu econtrario, dum id, ad cuius odium naturaliter inclinatur, amare paratus est. Talis affectus est, qui conuenit uitam carnalem, & honores, omneque desiderabile seculi huius, & diligit odientes, persequentes, atque ledentes se, propter Deum: & iste est affectus, qui Deo famulatur, & placet, ac coronari meretur, & est a gratia, non a natura. Aliter etiam differt hic actus ab illo: quoniam ille, scilicet actus dilectionis naturalis, est ex naturali cognitione: alius, a cognitione fidei. Et, differt cognitio ista ab illa: quia cognitio naturalis cogno- Obiectio. Solutio. 1 Cor. 10.

cit Deum summè bonum, ex diffusione, & cõicatione suæ bonitatis in naturalibus suis effectibus, & creatis; fides aũt, ex cõicatione diuina ad intra. Vtraque ergo cognitio fatet Deum summè bonum, & summè amandum. veruntã cognitio gratuita fidei multo præclariùs. sic, & vtraq; dilectio Deum super oĩa pp se diligit: sed dilectio gratuita multo sublimiùs. Alia differentia dari solebat, videlicet, ꝙ dilectione naturali diligit animus Deum; qm̃ bonus est sibi; & ideo summè diligit ipsum: qm̃ summè bonus est sibi, & omne bonum, quod est, & quod habet animus, pendet ex Deo, & nihil esset nisi per ipsum, ideo plus diligit Deum, q̃ seipsum: Porro dilectione gratuita diligit Deum: qm̃ bonus in se: & qm̃ summè bonus, summè diligit eum. Cumq; nec ipse homo bonus est, nisi inquantum diligit Deum, non diligit seipsum nisi pp Deum. Sic ergo inter has dilectiones est differentia triplex, prima ex parte modi diligendi, secunda ex parte cognitionis disponentis, tertia ex parte motiui. Hæc Bonauentura.

Magis diligere aliqd tripliciter Quæstio.

¶ Qui etiã ad qõnem hanc, qualiter angelus vnus habeat se circa aliorum angelorum dilectionem, rñdet: Magis diligere aliquid, põt esse tripliciter: utpote, aut rõne boni optati, aut rõne affectus intensi, aut rõne effectus. Primò modo magis diligit aliquem, q̃ magis bonum appetit ei, sic, ꝙ angelus inferior angelum superiorem plùs diligebat, volendo ei bona desuper sibi collata. Rõne aũt intensionis effectus, quis ampliùs diligit aliũ, qm̃ affectio sua plùs trahit ad illum, atq; libentiùs est cum illo, & de ipsius præsentia pleniùs consolatur. & sic angeli eiusdem ordinis magis se inuicem diligunt, sicut, & compatriotę magis se mutuò amant, dummodo moribus sint conformes. Similiter hoĩes eiusdem officij, & professionis, seu ordinis, nisi vices suas interponat inuidia, sic, ꝙ angelus angelum eiusdem secum naturæ, ac conformis officij maiori dilectione amplectitur naturali, præsertim cum non sit ibi morum diuersitas, nec rancoris malignitas. Rõne autem effectus beneficij ve impensi, quis ampliùs diligit illum, cui plùs benefecit, & circa quẽ magis solicitatur, quemadmodum mater circa prolem tenellam, in qua indigentiam videt maiorem: sic angelus inferiorem plùs diligit, quem purgat, illustrat, & perficit. Hæc idem. Per hanc etiam distinctionem faciliter soluerentur obiecta, quæ sunt in contrarium.

Alexãder subscribit Antisiodorẽsis sniæ.

¶ Præterea Alexander in his sequitur Antisiodorensem, dicendo: Dilectione naturali, quæ est concupiscentiæ, Deus naturaliter diligitur maximè, in qua dilectione non est magis, aut minùs, aut æquè diligere Deum, & se: quia dilectio ista nõ distinguit inter bonum, quod concupiscitur, quasi sint duo cõcupiscibilia: imò est vna dilectio huius, & illius. Vnde assignatur hæc regula, quòd amore naturali, q̃ est concupiscentia, diligitur vna dilectione id, quòd maximè concupiscitur, & cui concupiscitur. Si aũt diligere dicatur adhærere alicui bono per affectum, seu delectabiliter affici circa bonum, inquantum hmõi, vt in dilectione, quæ ex deliberatione procedit: sic angelus magis, & minùs potuit diligere, put distinguebat vnum alio magis, aut minùs bonum esse, & ſm hoc Deus est naturaliter magis diligendus angelo, q̃ angelus sibijpsi. Sic. n. diligere sequitur electionem, quæ est vnum alteri præoptare, & sic angelus naturali dilectione concupiscentiæ Deũ maximè diligebat, tanquam summè concupiscibilem, vtilem, ac necessarium sibi, sed seipsum maximè diligebat tanquam rationem propter quam Deum maximè concupiscebat. Hæc Alexander.

¶ Qui in his Antisiodorensem omnino sequi videtur, quorum opinio, vt infra patebit, minùs est probabilis: quia se facere rationem diligendi Deum, est seipsum Deo pręferre, & Deum ad se referre, non se ad Deum, quod est seipsum sibi facere ultimum finem, & Deum medium, quod est prorsus peruersum, & Deo uti, seipsoq; frui. In alijs Alexander Bonauenturæ concordat, & ait, ꝙ unus angelus naturali dilectione diligit alium angelum, seu proximum suum sicut seipsum; non tamen tantum quantum seipsum. Diony. cõtra Alexãdrũ, & Antisiod.

¶ Denique Thomas: Circa hæc, inquit, est duplex opinio, quidam namq; distinguunt dilectionem in dilectionem concupiscentiæ, & amicitiæ, q̃ differũt ſm duos actus voluntatis, quæ sunt appetere, quod est rei absentis non habitæ, & amare, quod est rei habitæ ſm Augustinum. Est ergo dilectio concupiscentiæ, qua quis aliquid desiderat ad adipiscẽdum, quod sibi est bonum aliquem modum, & tali dilectione in statu naturalium angeli Deum plusquam se diligebant, uehementiùs appetendo bonum diuinum, q̃ suum, quia hoc eis delectabilius erat. sicq; totam dilectionem hanc in seipsos retorquebant. Thomas. Dilectio cõcupiscẽtiæ.

Dilectio amicitiæ. Dilectio autem amicitiæ est, qua quis similitudinem eius, quod in se habet amat in altero, volens bonum ei, ad quem similitudinem habet. Propter quod ait Philosophus, quod est simile simili amicum, quemadmodum vnus virtuosus diligit alium, in quibus tantum est amicitia vera, & tali dilectione angeli quodammodo diligebant Deum supra se, quia optabant ei magis bonum, q̃ sibi: videlicet esse Deum, quod sibi non volebant. Attamen intensiùs sibi volebant bonum creatum, quàm Deo bonum diuinum, & increatum. Verum ista solutio stare non valet, quia oportet concedere angelos in statu illo dilectionem amicitiæ habuisse ad Deum, cum diuina similitudo resplenderet in ipsis per naturalia sua. Aristo. Hoc autem est de ratione amicitiæ, quòd quamuis habeat delectationes, & vtilitates sibi annexas: non tamen ad has respicit oculus amantis, sed ad bonum amatum: ergo in corde amantis præponderat bonum amatum omnibus vtilitatibus, & delectationibus consequentibus ex amato. Nullum autem bonum erat in angelo nisi ex Deo amato: ergo plùs diligebant Deum, seu bonum diuinum, quàm seipsos, & hæc est secunda veriorque opinio. Hæc Thomas in Scripto.

¶ At verò in prima parte qõne 60. Falsitas, ait, illius primæ opinionis, apertè apparet, si quis in naturalibus rebus consideret, ad quid res naturaliter moueat. Inclinatio namq; naturalis in his, quæ ſm rõnem est, demonstrat inclinationem naturalem in voluntate intellectualis naturæ. Vnumquodq; verò in naturalibus rebus, quod secundum naturam hoc ipsum, quod est, alteriùs est, magis, principaliusq; inclinatur in id, cuius est, q̃ in seipsum. & hæc demonstratio naturalis demonstratur ex his, quæ naturaliter aguntur: quoniam vnumquodquè sicut naturaliter agitur, ita aptum natum est agi, prout 2. dicitur physicorum. Videmus autem, quòd pars naturaliter se exponit pro conseruatione totius: & quoniam ratio, imitatur naturam, imitationem huius in virtutibus inuenimus politicis. Est etenim uirtutis ciuis, ac militis, ut se exponat periculis mortis pro conseruatione reipublicæ. & si homo esset naturalis pars huius ciuitatis, hæc inclinatio ei existeret naturalis. Cumq; Deus sit bonum vniuersale, sub quo continetur omne bonum particulare creatum, etiam angelus, (Omnis equidem creatura secundum

cundum id, quod est, naturaliter est Dei creatoris sui) sequitur, quòd tam homo, quàm angelus naturali dilectione plùs, ac principaliùs diligat Deũ, quàm se. aliàs naturalis dilectio esset peruersa, neque per charitatem perficeretur. Hæc in Summa.

Petrus.

¶ Petrus demum in his omnino sequitur Bonauenturam, etiam pene sub verbis eisdem, & ambo consonat Thomæ.

Richard.

¶ Richardus quoq; quantum ad primum, concordat eisdem. Quidam, inquiens, dicunt, quòd angelus ex puris naturalibus non poterat Deum diligere plusquã se, quia ex naturalibus nequiuit Deum amare, nisi inquantum est naturę dator, & conseruator: sed contra hoc est, quod quidam homines et gentiles ex naturali amore ad bonum commune, exposuerunt se morti pro bono huiusmodi. Cum igitur Deus sit totius naturę summum, & cõsissimum bonum, poterat angelus ipsum plusquam seipsum diligere. Porro quantum ad aliud, Richardus pauli sper a Bonauentura, ac Petro recedit, dicendo: Angelus ante suam conuersionem, seu auersionem magis diligebat angelum superiorem, quàm sibi æqualem, aut magis propinquum, magis bonum illi volendo, & etiam bonum illius intensiùs cupiendo: quia cum gloria sit naturæ rectę perfectio, & modo in gloria angelus inferior magis diligat superiorem utroque modo præfato, videtur, quòd, & ante lapsum sic fuit. Hinc mihi apparet, quod quilibet angelus magis diligebat Deum, quàm seipsum: plùs quoq; seipsum, quàm quemcũque alium angelum, atq; inter alios magis dilexit, qui Deo fuerunt propinquiores. Hæc Richardus.

Albertus.

¶ Præterea Albertus, positionem præhabitam Antisiodorensis, & Alexandri secutus est: Antiqui, dicens, sicut Præppositiuus, & Gulielmus Antisiodorensis, dixerunt, quòd duplex est amor, videlicet cõcupiscentiæ, & amicitiæ &c. sicut præhabitum est.

Vdalricus

¶ Vdalricus verò in hoc ab Alberto recedit: Dilectione, inquiens, naturali angelus plùs diligit Deum quàm se, ut patet per Augustinum, qui in libro de fide ad Petrum, disseruit: Tales Deus creauit angelos, ut ipsum præ se diligerent, cuius opere tales se esse creatos agnoscerent. Quod quidam asserunt verum esse de amore concupiscentiæ, quæ est dilectio propter utile, aut delectabile, vel propter vtraque, quæ amans percipit ab amato, aut percipere cupit, si non recipit. Cum ergo angelus naturaliter plùs concupiscit bonum diuinum, quàm proprium tanquam sibi melius, ac delectabilius, patet propositum. Non autem concedunt hoc de dilectione amicitiæ, qua amans uult amato bonum propter ipsum, non propter se: quia ad hunc actum (vt dicunt) charitas perficit naturam in se curuam. Verum hi erant: quoniam naturalis uoluntas sequitur naturale iudicium intellectus. Intellectus uerò ex naturali rectitudine sua iudicat summum bonũ præ omnibus, & supra omnia esse amandum. Hæc Vdalricus, qui de dilectione, qua angeli inferiores diligunt superiores, sequitur iam prætactam positionem Richardi. August.

Henricus.

¶ Præterea Henricus quodlibeto quarto super his tractat diffusè: Oportet, dicens, videre quid sit amor, & qui sint gradus eius, quæ differentia inter amorem naturalem, & liberalem. Itaq; Amor, seu dilectio est inclinatio, aut motus in bonum, ita quod amans semper mouetur in bonum amatum, nisi habeat impedimentum, quòd in amore naturali (qui est sine cognitione, nèc est nisi quidam naturalis appetitus) est vnicum, puta contrarium: quemadmodum terra gignens naturali amore inclinatur in actum pullulandi, ac germinandi, & exit in opus, nisi calor viuificus impediatur per frigus cõtrariũ. In amore uerò naturali, qui est per cognitionem, est duplex impedimentum: videlicet ignorantia boni, in quod esset tendendum, & uiolentia, seu aliud aliquid impediens exteriorem motum siue tendentiam, quamuis non interiorem: & iuxta hæc diuersi sunt gradus dilectionis, quibus fit motus in bonum dupliciter. Primò, per impetum naturæ, cui non potest resistere motum, seu amans, vel appetens. Secundò: per libertatem electionis, quæ est dilectionis liberalis, seu deliberatiuæ. Hinc dilectio naturalis naturæ impetum sequens, est quasi pondus naturaliter inclinãs ad motũ, & actum, sicut grauitas trahit deorsum. Vnde in libro confessionum loquitur Augustinus: Amor meus pondus meum. eò feror, quocunq; feror. Motus autẽ dilectionis liberalis, est quasi pes voluntariè se extendens ad processum: ſm quod asserit Augustinus super id Psalmi, Comprehensus est pes eorum: Pes animę rectè intelligitur amor. Psal. 9. Amoris naturalis duplex impedimentum.

Hæ ergo duę dilectiones differunt, sicut impetuosum, & liberum, suntq; duæ species dilectionis, distinctæ penes modos inclinationis in bonum. Porro hæc quæstio intelligitur de amore naturali intellectualis creaturæ ex cognitione nascente, quæ est dilectio uoluntatis, ut natura est, atq; per hoc etiam de illa, quæ est uoluntatis, vt uoluntatis, utpote, ut est libera, & deliberatiua. Dilectio demum naturalis non est nisi boni simpliciter, quamuis voluntas, ut libera, habeat se indifferenter ad bonum simpliciter, & apparens. Cumq; nihil queat amari nisi aliqualiter cognitum, si Deus diligitur, hoc est ſm quòd cognoscitur. Sed cognitio de Deo est duplex. vna in particulari, qua cognoscitur, quòd ipse est singularitas quædam, quæ est necesse absolutè, seu finis beatificans creaturam. De hac cognitione Dei, siue per fidem, siue per speciem, nihil ad propositum: qm̃ omnis talis cognitio solum dirigit dilectionem deliberantiuam, qua Deus est diligendus in speciali, quemadmodum cognitio illa est in speciali: sed ad propositũ spectat cognitio Dei in creaturis, aut in seipso, qua dirigit dilectionem Dei purè naturalem, qua cognoscit in uniuersali solum, quemadmodum dilectione naturali non diligit nisi dilectione in vniuersali. Eodẽ etenim cursu pcedunt cognitio, atq; dilectio circa Deũ. Itaq; loquendo de dilectione beneplacentiæ, qua diligit bonum ipsi amanti, Deus diligit naturali dilectione a quacunq; voluntate creata super omnia, inquãtum est bonus simpliciter: & qm̃ bonus, & rõ diligẽdi oĩs alterius boni, vniuersaleq; bonum, sine cuius participatione nihil est diligibile: nec diligens diligit seipsum, seu aliquid aliud, nisi inquantũ aliqua rõ boni in se, aut in alio creato consistit, quæ rõ perfectè continetur in Deo, qui in illo bono creato diligitur. Verũ ista dilectio naturalis, qua super oĩa diligitur Deus, valde est imperfecta, habetq; perfici dilectione deliberatiua, quæ sequit cognitionem Dei in creaturis in speciali: & hoc, quo ad bona naturalia, seu moralia: & cũ informata fuerit charitate, quo ad bona gratuita. Sed vtrum dilectione naturali amicitiæ, & beneuolentiæ Deus super oĩa diligat, non est ex his manifestum: quia nec in se manifestũ est, vtrũ tali dilectione absolutè diligendus sit. Est ergo dicẽdũ, ꝙ cũ amicitia ſm philosopum quærat æqualitatẽ, nimia distãtia amicitiam corrumpat, Deus, ꝓpriè loquendo nullo modo diligendus est dilectione amicitiæ, qa non decet eum, Duplex est cognitio de Deo.

Hinc propriè loquendo, dilectione deliberatiua amicitiæ nulla creatura diligit Deum. quare multo fortiùs, nec dilectione naturali amicitiæ, cum dilectio deliberatiua perficiat naturalem: & sicut Deo non debetur dilectio amicitiæ, ita nec beneuolentiæ, cum dilectio beneuolentiæ sit pedissequa dilectionis amicitiæ. Vtraq;.n.respicit bonum, quod quis vult sibi, ac alij, & incipit a se. Nihilominus Deo debemus aliquo modo dilectionem amicitiæ, ac beneuolentiæ, quandam ſm superabundantiam volēdo ei optimum bonum, quod ipse est, & cętera bona, q̄ decent eum, ut.s.honoretur, & diligatur ab omnibus. Nempè quicquid recta rōne consiliata magis diligibile est in quocunq; genere dilectionis, hoc plus diligit voluntas naturalis, ut natura est, naturali inclinatione absq; motu extrinsecùs inclināte, ita ꝙ appetitus naturæ, ut natura est, semper est in meliùs simpliciter: cui si uoluntas deliberatiua concordaret, semper quod meliùs esset, eligeret, ac magis diligeret, ad quod etiam eam dirigit charitas, perducendo eam perfectè ad id, ad quod eam inclinat natura, quamuis per se pertingere, complereq; nequeat. Dicendum est ergo summatim, quòd absolutè est concedendum, Deum a creatura naturali dilectione super omnia diligi, ita ꝙ dilectione amicitię, ac complacentiæ per excellentiam, & superabundātiam quandam amatur, non propriè: quia ſm Philosophum in Ethicis, amicabilia ad altera sunt ex amicabilibus ad seipsum. Hæc Henricus.

Dionysi. ¶Cuius positio ad responsionem Thomæ, ac Bonauenturæ facili concordatione reducitur, quibus, & Hanibal consonat. Aliqua tamen obscura in dictis continentur Henrici, ut quod ait particularem Dei cognitionem non concomitari naturalem eius dilectionē. Angeli enim naturali cognitione mox, vt conditi sunt, cognouerunt Deum non confusè, aut in uniuersali duntaxat, sed multo clariùs, & particulariùs, q̄ aliquis homo in hac uita Deum cognoscere queat, saltem naturali notitia: & ex illa prima cognitione incitabuntur ad amorem Dei super omnia naturalem. Verum hoc dictum Henrici vr̄ ex eo procedere, ꝙ opinabatur etiam angelicum intellectum primò in uniuersali cognoscere, deinde in particulari, ut supra narratum est, & improbatum. (Quæ opinio sit probabilior.) Tenendum est ergo, ꝙ omnis mens creata in naturalibus bene disposita, naturali amore diligit super se, & super omnia incōparabiliter Deum. Hoc etenim naturalis dictat, & exigit ratio. Angeli verò naturali sapientia eminebant, & clarissimè hac nouerūt, imò nisi sic esset, posset quis certitudinaliter, & experimentaliter scire se esse in charitate: qm̄ homo ſm naturam uiuens, ad hoc potest pertingere, vt Deū super omnia naturalia amet affectu, & hoc ipsum experiatur in se: præsertim cum, & bonum creatum uirtute politica, aut etiam vitioso amore plus possit amare, q̄ se, quemadmodum aliqui uirtuosè exposuerunt se morti pro bono cōi reipublicę, seu principis sui, quidam etiam vitiosè pro uoluptate venerea, aut certa persona impiè concupita: imò, & iuxta euangelica documenta debemus pro ꝓximis naturalem, corporalemq; uitam exponere, dicente glorioso Iohanne: Nos debemus pro fratribus animas ponere. (1. Ioan 3.) Possent autem hic aliqua de libero arbitrio quæri, sed inde infra pleniùs differetur.

A

An perfectos, & beatos creauit angelos, an miseros, & imperfectos. Distinctio IIII.

Post hæc videndum est, vtrum perfectos, & beatos creauit Deus angelos, an miseros, & imperfectos. Ad quod dici potest, ꝙ nec in beatitudine, nec in miseria creati sunt. (Prouer.14.) Miseri.n. ante peccatum esse non potuerūt, quia ex peccato miseria est. Nam si non fuisset peccatum, nulla esset miseria. Beati quoq; nunquam fuerunt illi, qui ceciderunt: quia sui euentus ignari fuerunt.i. peccati, & supplicij futuri. Si.n. lapsum suum præsciuerunt: aut uitare voluerunt, sed non potuerunt, & ita erant miseri: aut potuerunt, sed noluerunt, & ita erant stulti, & maligni. Ideoq; dicimus, quia non erant præscij euentus sui, nec eis data est cognitio eorum, quæ futura erant super eos. Boni verò, & qui perstiterunt, fortè suæ beatitudinis præscij fuerunt. (Aug. super Gene. lib. 11. c. 22.) Vnde August. super Genesim, Quō, inquit, beatus inter angelos fuit, qui futuri peccati, atq; supplicij præscius non fuit? Queritur aūt cur non fuerit. Fortè hoc Deus reuelare diabolo noluit, quid facturus, uel passurus esset: ceteris verò reuelare voluit, ꝙ in veritate mansuri essent. His verbis vr̄ Augustinus significare, ꝙ angeli, qui corruerunt, non fuerunt præscij sui casus: ideoq; beati non fuerunt. Et ꝙ angeli, qui perstiterunt, beatitudinem sibi affuturam præsciuerunt, atq; de ea certi in spe extiterunt: vnde quodammodò iam beati erant. Et reuera si ita fuisset, posset illos dici aliquo modo fuisse beatos, alios vero non, qui nesciuerunt euentum suum.

B

Quòd opinando Augustinus hoc dixerit, non asserendo, scilicet, quòd angeli, qui perstiterunt, præscij fuerunt futuri sui boni.

Sed hæc magis opinando, & q̄rendo dicit August. q̄ asserēdo. Vn̄ & huic opinioni op ponens, consequēter subdit: Sed quare discernebant illi a cæteris? Vt Deus istis, quæ ad ipsos pertinerent non reuelaret, alijs uero reuelaret, cum non priùs sit ipse vltor, q̄ aliq s peccator. non.n. damnat ipse innocentes. Hic videtur innuere, ꝙ non peccaturis futurū malum, nec permansuris futurum bonum reuelauerit. Ideoq;, nec illi, qui ceciderunt, vnquam nec illi, qui perstiterunt vsq; ad consumationem, beati fuerunt: quia beati non poterant esse, si de beatitudine certi non erāt, vel si dānationis incerti erant. (Aug super Gene. lib. 11. c. 27.) Vn̄ Augu. in eodē: Dicere, inquit, de angelis, ꝙ in suo gn̄e beati esse possunt damnationis, vel salutis

tis incerti, quibus nec spes esset, quòd mutandi essent in melius, nimia præsumptio est. Quomodo enim beati esse possunt, quibus est incerta sua beatitudo?

C

Summam colligit prædictorum, confirmans omnes angelos ante cōfirmationem, vel lapsum non fuisse beatos, nisi per beatitudinē quis accipiat illum statum innocentiæ, in quo fuerunt ante casum.

Ex p̄dictis cōseq̄tur, ꝙ angeli, q corruerunt, nūquā beati fuerūt: nisi beatitudinē aliqs accipiat illū statū innocētiæ, in quo fuerūt ante peccatū. Illi verò, qui perstiterunt, aut suam beatitudinem futuram Deo reuelante præscierunt, & ita spei certitudine aliquo modo beati fuerunt: vel incerti extiterunt suę beatitudinis, & ita aliter beati non fuerunt, q̄ reliqui ceciderunt. Mihi aūt, ꝙ posteriùs dictūm est, probabiliùs videtur.

D

Responsio ad id, quod quærebatur, an angeli essent creati perfecti, aut perfecti: & dicitur quòd imperfecti fuerunt secundum aliquid, & imperfecti secundum aliquid.

Ad hoc autem, quod quærebatur, vtrum perfecti, vel imperfecti fuerint creati: dici potest, quia quodam modo perfecti fuerint, & quodam alio modo imperfecti. Non.n. vno modo aliquid dicitur perfectum, sed pluribus.

E

Quòd tribus modis dicitur perfectum, secundum tempus, secundum naturam, & vniuersaliter perfectum.

Dr̄ namq; perfectum tribus modis. Est.n. perfectum ſm tempus, & est perfectum ſm naturam, & est vniuersaliter perfectū. Secūdū tempus perfectū est, quod habet q cquid tempus requirit, & cōuenit ſm tempus haberi: & hoc modo angeli erant perfecti ante confirmationē, vel lapsum. Secundū naturam perfectū est, quod habet quicq d debitum est, vel expedit naturæ suæ ad glorificationem: & hoc mō perfecti fuerunt angeli post cōfirmationē, & erunt sancti post resurrectionē. Vniuersaliter, & summè perfectū est, cui nihil vnquam deest, & a quo vniuersa proueniūt bona: quod est solius Dei. Prima ergo perfectio est naturę conditę, secunda naturæ glorificatę, tertia naturę increatę.

F

Prædicta breuiter tangit, tradens quales fuerunt angeli in conuersione, & auersione.

Quales fuerūt angeli in creatione, ostēsum est: boni.s. & nō mali, iusti.i. innocentes, & ꝑfecti quodā mō, alio vero mō imperfecti. Beati uero nō fuerūt vsq; ad confirmationē, nisi beatitudo accipiat (ut iā dictū est) ille status inocētię, & bonitatis, in quo cōditi sunt.

(Summa distin. 4.) Præcendenti distinctione determinatū est de angelis, quantū ad essentiā, & innocentiā, atq; malitiā, & quantū ad naturales eorū ꝓprietates, seu attributa: iam tractat de eis quantū ad eorū gloriā, quæ debetur innocentię, & miseriam, quæ infligitur, ac debet malitiæ. & circa hæc primò inquiritur, an creati sint beati, aut miseri. Secūdò, an suā beatitudinē, vel miseriā præcognouerūt. Tertiò, an conditi sint iusti, & perfecti, an non. Et hæc est materia distinctionis istius.

QVAESTIO I.

Hic quærit primo, *An angeli creati sunt beati, ita quòd beatitudo, seu gloria eis seu concreata* ¶Vr̄, sic: Primò, q a Dei ꝑfecta sunt opera, perfectio aūt in felicitate cōsistit. (Deut. 32.) Secūdò, q a de primo apostata angelo in Iezechiele habet. (Iezech. 28.) In delicijs paradisi Dei fuisti. Tertiò, primi homines facti sunt in donis gratię, ergo angeli in donis gloriæ, cū sit hominibus perfectiores in specie. Quartò, q a, aut uiatores, aut comprehēsores ꝑducti sunt. Non uiatores, q a non ambulauerūt p̄ fidē, nec cognouerūt p̄ speculū in ænigmate, ergo cōphensores creati sunt. (1. Cor. 13.) Quintò, In libro de Ecclesiasticis dogmatibus Aug. effat: Angeli, qui in illa, qua creati sunt, beatitudine perseuerant, &c. (August.) ergo isi beatitudine sunt plasmati.

¶In oppositum sunt, quæ tanguntur in litera.

¶Ad hoc Thomas rn̄det: (Thomæ responsio) Beatitudo angeli, ac hoīs, est perfectissima operatio eius cōtēplatione altissimi intelligibilis, ſm philosophos, atque theologos, quæ beatitudo inæqualiter inest eis, ſm quòd magis, aut minùs clarè intuent summū illud obiectū: imò, & aliter conuenit Deo, & angelis, atq; hoībus ſm eorum naturalia cōsideratis. Deus q̄ppè se videt p̄ suā essentiā, nō p̄ similitudinem aliquam. Angelus verò uidet eā p̄ similitudinē eius acquisitā, seu sibi infusam, & p̄ suā essentiā, inquātū est similitudo q̄dā increatæ essentiæ, sicut præhabitū est. Intellectus aūt humanus ad hāc visionē nō ducitur naturali notitia, nisi p̄ similitudines ex creaturis acceptas. Prima harū visionū est sicut oculus videt lucē existentē in pupilla, quā videt p̄ se, nō p̄ speciē aliā. Visio aūt qua angelus Deū videt, est similis visioni, qua q s cōspicit hoīem p̄ similitudinē ab ipso īmediatè acceptā. Tertia verò uisio assimiliat visioni, qua quis speculū intuēdo, videt in eo hoīem p̄ speciē ab hoīe in speculo resultātē, & in hac naturali beatitudine uisionis diuinę angeli sunt creati, nō aūt in supnaturali beatitudine, qua diuinā cōtēplant essentiā non p̄ speciē creatā receptā, sed increatā: per quā increatæ felicitati conformes sunt, quam meruerūt. Miseria quoque non potuit in eis pręcedere culpam. Hec

Thomas in Scripto, Idem in prima parte Summæ, quæstione.62.

Petrus. ¶Petrus quoq; : Beatitudo, inquit, dupliciter dr. Primò largè, pro statu quodam, in quo est carentia omnis mali culpæ, & pœnæ, sic erant beati. Secũdò propriè, p statu ultimo perfectè salutis, in quo est copia omnis boni & sic non erant beati. Hæc.n.beatitudo consistit in nobilissimo actu nobilissimæ potentiæ circa summũ obiectum præstantissimo mõ per immediatam primæ veritatis visionem, quæ appellatur visio per essentiam, quã non habebãt; ideo non fuerunt beati simpliciter. Hæc Petrus.

Richard. ¶Idem Richardus. Gloria, dicens, ppriè consistit in clara, & immediata Dei uisione, & perfecta eius fruitione, ac tentionis securitate, a qua gloria nullus cadere põt. Insuper quærit Richardus, Vtrũ quilibet angelus priùs ordine naturæ naturali cognitione intellexerit se, q̃ Deũ. Ad quod rndet, p sic, sicut præcedenti distinctione rñsum est. Iterum quærit, An quilibet angelus naturali cognitione certiùs intellexit se, q̃ Deum; & rndet, p imò. siue loquamur de cognitione quid est, siue de cognitione quia est, Naturali.n.cognitione cognouit Deum per hoc, quòd cognouit se, ficq; cognitio sui, præstitit certitudinem cognitioni alterius. Hæc Richardus.

Quæstio.

Dionysij contra Richardum. ¶Cui obijci põt, quòd iuxta præhabita Deus nõ põt cogitari nõ esse. Iterũ, pluribus, & infallibilioribus rõnibus angelus sciuit Deũ esse, seu quia est, q̃ se esse. Rursus, Deus ex sua natura cũ summa certitudine cognoscibilissimus est. & quãuis nobis nõ sit ita certissimè notus, atq; notissimè certus, quantum ad quid est, ob suæ actualitatis excessum; tñ quãtum ad quia est, non excedit nostræ mentis intuitum, cũ ipse in omni suo effectu clarè, multipliciterq; reluceat, quo ad hoc. Hinc dici solet, quẽadmodũ nihil incertiùs, incomprehensibiliusq; consistit, q̃ quid sit Deus; sic nihil certiùs, & clariùs est, q̃ Deũ esse. Vñ ad minùs vr dicẽdũ, quòd extẽsiuè loquẽdo, angel⁹ certiùs nouit Deũ ee, q̃ se. Reor aũt, quòd ẽt itẽsiuè,

Bonauent. ¶Ampliùs Bonauentura; Quorundam, ait, opinio fuit, quòd angeli in primo instanti suæ creationis fuerunt in actu conuersionis, & auersionis, & sicut in prima illa auersione auersi æternaliter sunt damnati; ita in prima illã conuersione conuersi, æternaliter sunt glorificati, & hoc dictum intendisse Augustinum, dicendo, q̃ aliqui angeli conditi sunt beati: qm̃ simul tempore, quamuis posteriùs natura factũ est cœlum, & lux, id est, angelica natura informis, & formata. Sed ista opinio reprobata est supra, quantum ad hoc, quod dicit angelos in primo instanti fuisse auersos: & nunc quantum ad alteram partem, est improbata. Hæc Bonauentura.

Scoti opinio. ¶Scotus demum hic loquitur; Angeli boni in primo suæ creationis instanti potuerunt esse beati beatitudo namq; non potest inesse creaturæ capaci, nisi a Deo. ergo in quocunq; instãti potest dari a Deo, atq; inesse creaturæ, potest esse creatura beata: sed pro quocunque instanti potuit eam Deus conferre, & tam bene in primo instanti, vt in secundo, uel tertio. creatura quoque angelica quolibet instanti sui esse, fuit ipsius capax. Attamen angeli boni non fuerunt de facto beati in primo instanti, quia (ut

August. ait Augustinus quarto super Genesim) non plùs discernebat Deus bonos a malis, quàm pro tunc erãt distincti. si ergo fuissent beati in primo illo instanti, ergo omnes fuissent beati: quoniam vniformes erant creati, sicque nullus eorum peccasset, cum certitudo assecurationis, & confirmatio in bono,

Obiectio. ad beatitudinem exigantur. Sed obijci potest, angeli enim in primo instanti fuerunt beati beatitudine naturali, ergo, & beatitudine supernaturali: quoniam causa supernaturalis beatitudinis, scilicet Deus, efficacior est causa beatitudinis naturalis, quæ fuit ipsa mens angeli, seu causa naturalis creata. Item in primo instanti fuerunt in gratia, ut patebit. ergo in eodem fuerunt in gloria, quia angelus sine discursu perfectionem suam confestim consequitur habitis requisitis. Dicendum ad primũ, quòd Solutio.
non sequitur de causa efficiente, agente sponte, ac liberè. Ad secundum, quòd dubium est an fuerint in gratia conditi. & esto, p sic: adhuc tamen non sequitur. Nam quamuis sine discursu mox naturalem habuerint vnionem: non tamen oportet, quòd & supernaturalem. Est enim quædam dispositio in fieri tantum, non in facto esse remanens, ad supernaturalem beatitudinem requisita. & huiusmodi dispositio est meritoriùs actus. idcirco nõ pariter insunt. Ad naturalem beatitudinem non requiritur dispositio talis. Hęc Scotus.

¶Hanibal etiam scribit: Beatitudo perfectionem Hanibal.
importat, perfectio autem est duplex: vna secundũ genus determinatum, alia simpliciter. Sic, & beatitudo est duplex. una per quam quis habet perfectionem, seu operationem perfectam secundum modũ propriæ speciei; sicque homo, & angeli sunt beati creati, quia in suæ creationis principio habuerũt perfectam cognitionem de Deo, ad quam se eorum extendebat natura; quia natura a perfectis sũmit exordium, ut in de consolatione scribit Boethius. Boethius.
Alia est beatitudo supernaturalis, qua creatura intellectualis habet operationem perfectam, simpliciter videndo Deum per speciem, quam nullus reproborum habuit angelorum. Hæc Hanibal.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd perfectio Dionysiu
multiplex est, quemadmodum in textu habetur: videlicet, secundum tempus, secundum naturam, & secundum omnem modum, seu uniuersaliter.

¶Dei ergo opera sunt perfecta secundum exigentiam, & dispositionem naturæ eorum, & tempore suo, quia ad congruam sibi perfectionem ordinantur, ac tendunt. Opera quoq; Dei simul sumpta, sunt eminenter perfecta, sicut & valde bona.

¶Ad secundum, quòd per delicias illas intelligũtur naturalis felicitas, omnisq; concreata excellentia angelorum.

¶Ad tertium, quòd non sequitur. sed dato, q̃ primi homines facti sunt in gratia, argui potest, quòd angelis excellentiùs concessum est hoc.

¶Ad quartum, quòd viatores fuerunt, habuerũtq; fidem, aut aliquid fieri correspondens, & ꝓportionale, ut infra dicetur.

¶Ad quintum, quòd Aug. per beatitudinem intelligit prætactam angelorum eminentiam in naturalibus, donisq; gratiæ eis collatæ, prout Augustinus sentire vr. Conformiter sunt soluendæ similes Augustini, seu aliorũ auctoritates, ut quòd in libro de mirabilibus scripturæ Augustinus deprompsit: Angelus in summo sui ordinis honore constitutus, collapsus est. In libro quoq; de fide ad Petrum, Angelici spiritus pro eo, quod rationales facti sunt, æternitatis, & beatitudinis donum in ipsa naturæ suæ spiritualis creatione diuinitùs acceperunt.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur, *An angeli in gratia gratumfaciente creati sint.* ¶Videtur, quòd sic, per Augustinum

gustinum libro de Ciuit. dicẽtẽ: Angelos Deus creauit, simul in eis condens naturam, & largiẽs gratiã.

¶Secundò, sanctificatio nõ fit in intellectuali creatura sine gratia gratificante, sed Damascẽ. lib. secundo effatur, per verbum Dei creati sunt angeli oẽs, & a spiritusancto per santificationem perfecti.

Oseæ.3. ¶Tertiò, super iliud Oseæ, dilexerunt vinacea vuarum, ait Glossa Hieronymi: Per vinacea uuarũ, dæmones designantur, qui in magna pinguedine spiritus sunt creati, sed a superabundantia arefacti, corruerunt de cœlo.

¶Quartò, primi parẽtes in originali iustitia, & supnaturalib⁹ donis cõditi, ergo plus angeli. Salomõ quippè testatur: Fecit Deus hominem rectum.

Eccle.7. ¶Quintò, infinitam munificentiam, bonitatem, & misericordiam creatoris * condecuisse videtur, vt excellentissimas illas creaturas non decorari ab exordio donis gratiæ.

* non decuisse.

August. ¶In contrarium est, quia si fuerunt creati in gratia gratumfaciente, ergo, & in charitate. ergo primus eorum actus, qui non potuit esse malus, fuisset meritorius, & fuissent per charitatem ad Deum conuersi, præsertim cum nulla passione, nulla suggestione retraherentur, aut impedirentur a Deo in primo actu: sed conuertentibus se ad Deum per charitatem, mox data est merces, uisioq; beata. Cumq; sit eadem ratio de angelis vniuersis, nullus corruisset ex eis. Insuper Augustinus super Genesim contestatur: Diabolus continuò, vt factus est, cecidit, nõ ab eo, quod accepit, sed quod ab eo acciperet, si Deo subijci voluisset. cecidit autem a charitate, & gratia, ergo eas nondum acceperat. Rursus, Magister in litera fatetur: Angelus in sua creatione accepit id, per quod poterat stare, non id, per quod quiuit proficere: non ergo charitatem, gratiamq; accepit, quia per illas proficitur.

Alberti responsio. ¶Ad hoc respondet Albertus: In hac quæstione diuersificati sunt aliqui, sicut hic narrat Magister. Quidam enim concedunt, quòd omnes angeli in gratia gratumfaciente creati sint, cuius opinionis fuit Præpositiuus, allegans illud Augustini duodecimo de Trinitate: Deus creauit angelos in casto amore, simul in eis condens naturam, & largiens gratiam. Ad omnes verò auctoritates, & rationes, quæ dicunt, quòd Deus primo creauit informes, & postea eos formauit in conuersione ipsorum ad se dicunt, quòd priùs, & posteriùs non notant ibi successionem alicuius moræ, aut temporis, sed prioritatem, ordinemq; naturæ, quo ordine naturalia præcedunt gratuita in eodem, sicut, & esse est antè bene esse. quòd cõfirmant per August. super Genesim, vbi aliqua scribit, in quibus videtur absurdum reputare, quòd angelus aliquando sine gratia fuerit.

Anselmus ¶Anselmus quoque in libro de casu diaboli: Angeli, inquit, qui maluerunt illud, quod eis Deus nondum dare decreuit, quàm stare in iustitia, in qua facti erant, eadem iustitia iudicante, & illud propter quod Deum contempserunt, nequaquam obtinuerunt: & quod tenebant bonum, amiserunt. ex quo patet, quòd in iustitia facti sunt: & constat, quòd loquitur de formata iustitia, quæ sine charitate, & gratia non habetur. Augustinus item duodecimo confessionum loquitur Deo: Moyses scribens

August. Genes.1. te in principio fecisse cœlum, & terram, tacet de temporibus, silet de diebus. Creatura etenim intellectualis tibi nequaquam coæterna: particeps tamen tuę æternitatis, mutabilitatem suam præ dulcedine felicissimæ contemplationis tuæ cohibet, & sine ullo lapsu, ex quo facta est inhærendo tibi, excedit omnem uolubilem vicissitudinem temporum. Ex hoc habetur, quòd angeli, ex quo facti sunt inhærent Deo felicissima contemplatione: ergo ex tunc felices, imò, & felicissimi sunt. Iterum duodecimo de Ciuitate Dei differuit: Quidam dicunt angelos secundum aliquem temporis processum sine gratia extitisse, dicentes; quòd primo tenebræ erant. hi non rectè dicunt, sed simul vt facti sunt, lux facti sunt. His, & consimilibus auctoritatibus innitentes, dicunt, quòd intellectualis natura non est perfectè formata, nisi per confirmationem beatitudinis. ideo ante illum statum uocatur aliquo modo informis, quod dicunt sensisse Augustinum, dicendo, quòd priùs facta est informis, & cœlum dicta, postmodumque formata, & lux, ac dies appellata. Ampliùs dicunt hi, quòd per diuisionem lucis a tenebris, non designatur distinctio naturæ, ac gratiæ: quia natura angelica nunquam est tenebra, cum per dona gratiæ gratis datæ multum sit illustrata, per nobilitatem quatuor attributorum ipsius, de quibus præhabitum est. Propter August.
quod etiam beatissimus Dionysius quarto capitulo libri de diuinis nominibus testatur, quòd hæc Dionysi.
naturalia in dæmonidus integra, ac splendidissima manent. Hinc dicunt, quòd per diuisionem lucis a tenebris signatur separatio bonorum angelorum a malis, inter quam separationem, & eorum creationem concedunt fuisse moram: & quidam eorum dicunt, quòd morula fuit parua, quæ sufficit ad cogitationem de propria potestate, & ad delectationem morosam. Alij dicunt, quòd secunda die facta sit separatio illa, prout Magister in historijs narrat. Propter quod secundam feriam Opinio
celebrant in honore stantium angelorum. hæc opinio ualde probabilis est, & plura sanctorum originalia videntur consentire in illam, Veruntamen, quorundã.
quia Magister in litera aliam sequitur uiam, videlicet, quòd angeli in Solis naturalibus sunt creati, & postmodum quadam morula interposita gratiam sunt sortiti: opinionem eius multi secuti sunt, hac ratione præsertim inducti, quia non est in angelo sicut in nobis. Homo quippè semel conuersus ad gratiam, iterum labi potest: & relapsus, potest rursus resurgere. Angelus verò semel conuersus ad gratiam, denuo cadere nequit: & si semel cadat a gratia, surgere rursus non valet. Ideo dicunt, quòd angelus ante suam confirmationem nullam habuit gratiam gratumfacientem, & cur dicitur, quòd angeli in creationis suæ primordio boni fuerunt, glossant sic: id est, sine vitio, & cum fertur, quod iusti fuerunt, glossant: idest, innocentes: & dicunt, quòd postea per gratiam sunt confirmati. Dicunt namque aliquam fuisse morulam inter creationem, & inter confirmationem bonorum, ac lapsum malorum. Porro ad argumenta alterius opinionis respondent, quòd vbicunque sancti affirmant angelos creatos in gratia, intelligendum sit de gratia gratis data beneficio creationis. Cumque dicitur, quòd iusti creati sunt, exponunt hoc de iustitia innocentiæ, non de iustitia supernaturali formata per gratiam. Quòd etiam asseruntur in amore casto conditi, exponunt de ingenita inclinatione ad charitatem, & gratiam. Cumque inquiritur, cur liberalissima bonitas creatoris non contulit eis gratiam in primo creationis instante: respondent, quòd sapientia Dei uoluit, vt primo experirentur quid eis conueniret ex se, & ex natura: deinde quid ex gratia. Deus autem dat gratiam creaturis secundum rationem, ac ordinem sa-

pientiæ suæ. Postremò hi etiam dicunt primum hominem non fuisse in gratia gratumfaciente creatũ, sed potius in gratia gratis data: sicq; gratuitis dicit spoliatus. Et ista positio non habet aliquid figmento simile. Hæc Albertus. qui ut ex his verbis conijcit, hic opinioni hic magis consentire uidetur.

Alberti opinio. ¶ Veruntamen in libro de coæquæuis, primæ opinioni magis consentiens: Quidam, inquit, testantur, q̃ in Solis naturalibus creati sunt angeli. Alij, q̃ in gratia gratis data, non in gratia gratumfaciente. Tertij, quòd etiam in gratia gratificante, quibus cõsentire uidentur omnia originalia sanctorum, siquis ea bene inspexerit. Hæc Albertus.

Vdalricus ¶ Concordat Vdalricus in Summa sua libro quarto: Cum diximus, inquiens, angelos primò creatos informes, & postea gratia, ac sapientia esse formatos, intelleximus hoc secundum Augustinum de prioritate, qua materia corporalis omnino informis, dicitur priùs creata, quàm formata, uidelicet ordine naturæ, non temporis, unde dicit August. Augustinus duodecimo confessionum: Angelica natura mox, ut facta est, eleuata est sine temporis interuallo ad hoc, ut fieret lux eius. Cumque Augustinus frequenter dicat eos factos in gratia, & alij sancti communiter sentiant ita, reputamus præsumptuosum, quòd aliqui dicunt oppositum, præsertim cum de primo angelo dicat Iezechiel: Tu signaculum similitudinis, quantum ad naturam: plenus sapientia, quantum ad intellectum: & perfectus decore gratiæ, ac uirtutum, quantum ad effectum: in delicijs paradisi Dei fuisti, per actum fruitionis Dei, elicitæ ex vtroque genere donorum tã intellectus, quàm ipsius affectus: non tamen loquendo de fruitione gloriæ consummatæ. Et si quis dicat hæc intelligenda esse de sapientia naturali, & decore naturalis perfectionis, obuiat, quòd subditur ibi: Perdidisti sapientiam in decore tuo, id est, cum decore tuo, ex quo patet, quòd locutus fuit de sapientia, & decore gratiæ gratumfacientis quæ peccando perduntur: quæ non sunt naturalia, sed gratuita dona. quia secundum diuinum Dionysium, naturalia in dæmonibus integra permanserunt, Dicitur quoque ibi, omnis lapis preciosus operimentum tuum, sardius, topazius &c. per quos secundum expositiones sanctorum, singulæ virtutes intelliguntur, quæ sunt omni rationali naturæ operimentum decoris. Quòd si dicatur hoc de naturalibus verum esse uirtutibus, quæ etiam in nobis sunt secundum imperfectam inchoationem: in angelis autem naturaliter sunt perfectè: contra hoc est, quod subditur ibi, Foramina tua in die, qua conditus es, parata sunt. per quæ secundum Glossam, mentis capacitatem significat. quo constat, quòd naturalis habilitas ad virtutes infusas distinguitur contra ipsas. Si uerò obijciatur, quod secundum Gregorium per lapides intelliguntur nouem ordines angelorum, obuiat, quod additur ibi: In medio ignitorum lapidum ambulasti. Psal. 103. Hebr. 1. quod nequit intelligi, nisi de igne charitatis, per quam Deus facit ministros suos ignem vrentem. quo patet inferiores angelos in charitate fuisse, multoque plus conuenit hoc angelo primo. Hęc Vdalricus. Iezech. 28.

Thomas. ¶ Consonat Thomas hic scribens: Harum opinionum, quæ verior sit, non potest efficaci ratione deprehendi, eo quod creaturarum exordium ex sola, ac simplici creatoris voluntate dependet, quam ratione inuestigare est impossibile: tamen secundum conuenientiam ad alia opera Dei, potest vna pars, vel alia probabilius sustineri. Opinio quippè ponens angelos in naturalibus tantum creatos consonat opinioni dicentium omnia simul creata in materia, non per distinctas formas, seu species. Nam sicut se habet materia informis ad formas corporales, ita agelica natura ad gratiam. Porro positio ponens angelos creatos in gratia, magis concordat positioni, qua ponitur, omnia fuisse distincta a creationis exordio, quæ opinio mihi placet absque alterius præiudicio partis: quoniam huic opinioni præcipuà quantum ad gratiam angelorum, plures sanctorum auctoritates consonare videntur. Hæc Thomas in Scripto. Opinio Thomæ.

¶ Denique in prima parte, quæstione sexagesima secunda: Hoc, inquit, probabiliùs tenendum videtur, & dictis sanctorum magis est consonum, quòd angeli creati fuerunt in gratia gratificante. sic enim videmus, quòd omnia, quæ processu temporis per opus diuinæ prouidentiæ causantur sub Deo operante, in prima rerum productione producta non secundum quasdam rationes seminales, ut Augustinus super Genesim ad literam dicit, quemadmodum arbores, & animalia, & cuncta huiusmodi. Manifestum est autem, quòd gratia gratumfaciens sic comparatur ad beatitudinem, sicut ratio seminalis in natura ad naturalem effectum. Vnde in euangelio gratia semen vocatur. Matth 13 Lucæ. 8. sicut ergo secundum Augustinum statim in prima creatione corporalis creaturæ, inditæ sunt rationes seminales uniuersorum naturalium effectuum, ita mox in principio angeli in gratia sunt creati. Hæc Thomas in Summa. Thomas.

¶ Petrus quoque circa hæc loquitur: Gratia tripliciter sumitur. Primò largissimè, pro omni dono gratis dato, & sic naturalia etiam appellantur gratuita. Secundò minus largè, pro omni dono spirituali gratis superaddito donis naturæ. Tertiò strictè, & propriè, pro gratia gratumfaciente. Primò, & secundò modo, in gratia conditi sunt angeli. Nam, & Damasceno testante, Angelus gratia immortalitatem sortitus est. De tertiò modo dixit Præpositiuus, quòd in gratia sunt producti, quia ad gratiæ susceptionem suffecit dispositio habitualis, quam habebant. Alij tenent contrarium, dicentes, quòd ad gratiæ susceptionem exigatur dispositio actualis, id est, motus aliquis voluntatis in habente liberi arbitrij usum. Hæc Petrus, non magis vnam, quàm aliam opinionem approbans. Tarãtasi⁹.

¶ At verò Richardus consentit opinioni dicentium, quòd non fuerunt creati in gratia: Non videtur, dicens, probabile, quòd a gratia gratumfaciente recessissent, si in ea creati fuissent. Nec videtur probabile, quòd gratia eis data, gloria eorum fuisset dilata. & pro hac opinione est, quòd primo super Genesim loquitur Augustinus, dicendo: Principium creaturæ intellectualis est sapientia illa summa, quòd principium in se incommutabiliter manens, nullo modo cessabat occulta inspiratione vocationis loqui ei creaturæ, cui principium est, ut conuerteretur ad id, a quo est, quòd aliter formata, ac perfecta esse non posset. Idem videtur sentire Gregorius super Iezechielem exponens illud Iezechielis, Omnis lapis preciosus operimentum tuum: Huius, inquit, lapidis foramina præparata sunt: quoniam capax charitatis conditus est, qua si repleri voluisset, stantibus angelis tanquam positis in regis ornamẽto lapidibus, inhærere potuisset. Et interpositis Richard. Iezc. 28.

tis paucis, Habens ergo lapis iste foramina, sed propter superbiæ uitium charitatis auro non sunt repleta, Vnde apparet, quòd lucifer, de quo loquitur, gratiam, seu charitatem non habuit. Hæc Richardus.

Bonauent. ¶ Præterea Bonauentura: Quæstio, inquit, hæc facti est, & non inuenimus de ea aliam rationem, quàm congruitatis. idcirco vtrunque de ea possumus probabiliter opinari. quidam namq; dixerunt, quòd fuerunt creati in gratia. & ratio eos mouens, fuit ex parte Dei perfecta liberalitas eius: atque ex parte creaturæ, idoneitas eius. quia enim ab initio erant uasa munda, receptiuaq; gratiæ, & Deus promptus est gratiam impartiri nisi habeat obstaculum ex parte creati, non dimisit uasa illa uacua ad momentum, sed talia exierunt de manu eius, vt statim essent prompta, & apta in vsum bonum, seu meritorium. Vnde sicut probabiliter conijciunt aliqui, Cõiectura quorũdã. quòd Deus in principio fecit arbores fructibus plenas, alia quoque in nobilissimo statu: sic, & naturam angeli ornauerit gratia in primo suę creationis instanti, quę in primo vsu bono erat perpetua, & in prima de ordinatione perpetualiter amittenda. Motiuum verò alterius opinionis, fuit dipositio naturę angelicę, qua fertur in id, quod appetit, sine retardatione nam sicut ex conuersione ad malum, in profundum auersi sunt, vt redire non valeant: sic, imò, & multo plus ex conuersione ad bonum, & habilitate ad illud, ita bono totaliter adhæsissent, quòd nunquam lapsi essent. Huic opinioni tanquam probabiliori est concordandum. Hæc Bonauentura.

Hales. ¶ Alexander demum frequenter insinuat, & tanquam probabilibus tenet, quòd nec angelus nec homo in gratia gratumfaciente sit conditus: ad quod potissimè introducit, quod in libro de correptione, & gratia loquitur Augustinus: Saluberrimè cõfitemur, & rectissimè credimus, Deum, qui creauit omnia valde bona, & mala ex bonis exortura præsciuit, sciuitque ad omnipotentissimam bonitatem pertinere, etiam de malis bona facere magis, quàm mala esse non sinere: sic ordinasse angelorum, & hominum vitam, vt in ea primò ostenderet quid eorum posset liberum arbitrium, deinde quid posset gratiæ suæ beneficium, iustitiæ quoque iudicium. Rursus, per charitatem, & gratiam sit spirituale matrimonium inter Deum, & mentem creatam. cuius lex est, vt sine mutuo non fiat consensu: ergo in mente creata consensus eius gratiæ infusionem præcessit, saltem in utentibus ratione. Hæc Alexander. qui de his tractat diffusè, sed dicta eius uirtualiter sunt inducta.

Durandi sententia. ¶ Præterea Durandus doctoribus ordinis sui, Thomæ, Alberto, Vdalrico, in his magis consentiens: Probabiliùs, inquit, videtur, quòd angeli fuerunt creati in gratia: tum, quia ad hoc sunt expressè auctoritates sanctorum: tum, quoniam rationes probabiles hoc conuincunt. Non enim minoris dignitatis fuerunt angeli, quàm primus homo, qui fuit creatus in gratia. fuit enim conditus in originali iustitia, quæ non videtur fuisse sine gratia concomitante: quoniam consistebat in perfecta obedientia corporis ad animam, inferiorum quę uirium ad superiores, & rectitudine voluntatis ad Deum. & sicut duo illa prima non videntur fuisse sine gratia gratis data, sic tertium, scilicet rectitudo voluntatis ad Deum, non vt fuisse sine gratia gratumfaciente. Item sicut est in esse naturali, sic & suo mõ in esse supernaturali: sed sic est in esse naturali, quòd quęcunque &c. sicut supra in Thoma. Hęc Durandus.

¶ Scotus quoque: Videtur, ait, probabile, quòd quilibet angelus aliquando fuit in gratia, siue in instanti creationis, seu postea. & quamuis non sit necesse ad hoc, quòd aliquis peccet, quòd priùs sit in gratia: congruum tamen est, quòd illi, videlicet angeli, non solum non fuerunt iniusti: quoniam acceperunt libertatem naturalem, per quam potuerunt saluare iustitiam naturalem; sed quòd etiam acceperunt iustitiam gratuitam, secundum Anselmum libro de casu angeli, duodecimo, & sextodecimo capitulis. Denique Deus non discernit inter istos, & illos, antequam ipsi per actus suos se discernunt: quia secundum Augustinum super Genesim, Non priùs est Deus ultor, quàm aliquis sit peccator. ergo vsque ad instans meriti, atque demeriti, omnes erant vniformes. & si tunc primo gratia bonis apponebatur, apparet, quòd debuit tunc apponi, & alijs. Nam ante illud instans non demeruerunt. quare ergo non debuit eis apponi gratia, vt alijs, qui meruerunt? Si verò istius erant demeriti, ergo prius illam habuerunt: quia gratia, & culpa non sunt simul. Hęc Scotus. Quid Scotus sentiat. Secũdum Aug. Deus non priùs est vltor. q̃ aliquis sit peccator.

¶ Antisiodorensis autem dicit in Summa sua libro secundo, quòd angeli ante lapsum fuerunt in statu bono, ac innocenti. sed responsio hæc ad partem potest flecti vtranque. Nam, & vtranque præfata opinio hoc defendit, quamuis secundum diuersum sensum, vt patet ex dictis. Antisiod.

¶ Ampliùs Henricus quodlibeto octauo super his scribit: Vtrum gratia iustificans fuerit angelis in eorum creatione collata, nihil iudicio nisi, quòd sic potuit esse factum. sed an fuerit factum, quia a mera Dei voluntate dependet, scio, quòd nulla naturali ratione valeat certitudinaliter deprehendi. Modus autem aliquis, quo congruentiùs fieri potuisse apparet * quæritur, cum semper præsumendum sit, Deum fecisse, quod rationabilius conuenientiusque erat agendum. Nempè vt in libro de libero arbitrio Augustinus fatetur, Si recta ratione deprehendi valet, quòd decimum cœlum congruat esse credendum est Deum illud fecisse Itaque secundum decentiorem, congruentiorémque modum credendum est, Deum gratiam angelis contulisse. Cumque gratia non ordinetur nisi ad meritum congrui, quo ad gratiam gratisdatam: aut condigni, quo ad gratiam gratumfacientem, & usque ad horam, qua deliberare potest, intellectualis creatura non meretur: actus voluntatis eius non est nisi purè naturalis, quo nec de congruo, nec de condigno habetur aliquod meritum; frustra fuisset angelo gratia data ante horam, qua quiuit deliberare. Hinc mihi apparet potius esse credendum, quòd usque tunc angelus fuit in naturalibus tantum, in quibus, & fuit creatus; atque in naturali beatudine perstitit, quousq; deliberare potuerat; deinde Deum omnibus gratiam contulisse, antequam aliqui peccarunt ex seipsis. Sic ergo secundum Anselmum libro de casu diaboli, creator adiecit creaturę angelicę gratiam, atque iustitiam, qua non naturaliter tantum, sed, & iustè, & condecenter concupiebant facilitatem. Verum si gratiam istam iustificantem angelis datam censemus, tunc angelos bonos, ac malos in gratia pares fuisse ante quàm mali prolapsi sunt, iudicamus: quod tñ Augustinus Henricus. * Quare. August.

gustinus, non audet asserere; idcirco, nec nos affirmare audemus, imò rationabilibus nobis apparet, quòd primò omnibus angelis, data sit gratia, & iustitia aliqua gratis data, qua stare, & ad gratiã gratificantem, se de congruo præparare valebant, qua qui bene vsi sunt, gratiam gratificantem mox acceperunt, atque per eius meritorium vsum, & actũ supernaturalem beatitudinem de condigo meruerunt. Cæteri abutentes demeruerunt gratiam gratificantem recipere, qui peccando deiecti sunt, ruinam eorum videntibus, angelis bonis, & ex ea Deum reuerenter timentibus, seq; ad ipsum, conuertẽtibus, quod agendo beatitudinem meruerunt, atq; iũ bono sunt, confirmati, reprobis priùs lapsis, damnatis, & obduratis, prout pleniùs tractat Gregorius, exponens illud beati Iob: Cum sublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur. Vnde secundum hæc angeli reprobi nunquam gratiam gratificantem sunt adepti. Propter quod moralium libro trigesimoquarto, capitulo octauo ait Gregorius: Secundum hoc ponamus angelos peccatores gratiam iustificantem non habuisse, sed simul illam, ac gloriam demeruisse. Hec Henricus.

Gregorius. Iob. 14.

Quę opinio veritati proprior.

¶ Inter tot opiniones probabilius error, quod omnes angeli in gratia gratificante sunt conditi, non æquali, sed quòd altioribus in natura specifica, data sint dona gratuita magis perfecta: quia ex hoc, vt mihi apparet, eminentiùs commendatur bonitas, charitas, & munificentia Dei in ipsis. Electorum quoque angelorum dignitas ex hoc amplius commendatur, sicut, & reproborum ingratitudo, facinorositas, ac iusta damnatio ex hoc clariùs innotescunt. Autoritas verò Augustini ab Alexandro contra istud inducta faciliter soluitur: quia per hoc, quòd Deus omnipotens mentes angelicas per dona gratuita non coegit ad bonum: sed in propria libertate reliquit, satis monstratur, quid illi per naturam, quid isti per gratiam possent. Etenim ex hoc consecuta est reproborum ruina, in qua naturalis illorum angellorum fragilitas, vel magis, quædam malitia patuit: & electorum angelorum libera, ac meritoria ad eum conuersio, in qua diuinæ gratiæ efficacia splenduit. Postremò quod Henricus obijcit frustra fuisset, datam gratiam in creationis instanti seu ante deliberationis facultatem, nil obtinet: quia ex gratiæ infusione mox disponebantur ad meliora, & in ea apparuit bonitas, liberalitàsque diuina. Infantibus etiam in baptismo diu, ante deliberationis horam gratiarum infunduntur charismata.

Soluũtur autoritates Augustini & aliorũ quorundam.

QVAESTIÒ. III.

TErtio quæritur, *an angeli boni suam felicitatem, & gloriam præuiderunt. & vtrum angeli reprobi suam præuiderunt ruinam.*

¶ Videtur, quòd sic, quia fuerunt multo maioris scientiæ, quàm homines viatores, qui tamen saltem conditionaliter, seu ex præsuppositione prænoscunt se saluandos, si perseueranter deo adhæserint, aut damnandos, si à deo finaliter se auertant. ergo & angeli omnes antequam meruerunt, aut demeruerunt, præcognouerunt hoc ipsum.

¶ Secũdo, hoc, ad diuinã videtur pertinuisse pietatem, atque iustitiam, ut per comminationem ac prænunciationem pęnarum cohibuerit ipsos à culpa, promissioneque præmiorum incitauerit illos, ad obedientialem subiectionem, quemadmodum facit hominibus: præsertim cum istud ad omnem prudentem uideatur legislatorem spectare.

¶ Tertiò, angeli diuinam pietatem iustitiamq; nouerunt lympidiùs, quàm aliquis hominum viatorum. sed homines ex illa sciunt, quòd Deus nullum peccatum deserit impunitum, nec ullum bonum irremuneratum. Angeli ergo hoc agnouerunt. Et quia, nec bene, nec male egerunt, nisi bonum, aut malum præconcipiendo, in illo præconceptione nouerunt pœnam, aut gloriam eis retribuendam &c.

¶ In oppositum sunt, quæ habentur in litera. — In contrarium.

¶ Ad hæc Alexander respondet: Angeli boni non habuerunt prescientiam suæ stabilitatis, seu mansionis. Ait enim ad Orosium Augustinus: Omnes angeli æquales creati sunt, sed cadentibus per superbiam impijs, cæteri domino pia obedientia adhæserunt, accipientes certam scientiam suæ stabilitatis, quam reprobi illi nunquam habuerunt. ficque deinceps angeli boni sunt, vndique gratia Dei circundati, vt nequaquam cadere valeant, à vita beata. Porrò angeli mali casum suum non præuiderunt. vnde libro de correctione, & gratia loquitur Augustinus: Diabolus, & angeli eius se in miseriam casuros non præsciebant. Anselmus quoque in de casu angeli, arguit sic: Scientia non est, nisi circa ea, quæ certa sunt ratione intelligibilia. quod autem potest non esse, non potest certa ratione intelligibile esse, sed angelus potuit, non peccare.

Alexãder. — August. — August. Anselmus

¶ Insuper ait Bernardus, loquens Lucifero: Si vidisti præcipitium, quæ fuit insania, vt cum tanta miseria cuperes principatum, vt miserè malles præesse, quàm beatè subesse? Nec obstat, quòd iterum dicit Bernardus: Si in præscientia Dei tuum præuidisti principatum, cur non, & præcipitium tuum? quasi dicat, similiter præuidere potuisti vtrunque. Dicendum enim, quòd non est simile de vtroque: quoniam principatum proprium præuidere, non includit supplicium, quemadmodum proprium prægnoscere casum, quem prænoscere est pœnale. pœna autem in angelis, non potuit præcedere culpam. Rursus obijcitur illud Augustini in quæstionibus veteris testamenti: Præuidit diabolus, quòd ad accusationẽ eius factus est homo. Accusatio autem non est, nisi de culpa, ergo præuidit suam culpam, igitur & ruinam. Dicendum, quòd Augustinus dicit hoc de lucifero pro statu suo, quem habuit post ruinam. Præterea si quæratur, an principatum suum præuidit: respondendum, quòd dominatio duplex est. Vna qua peccator subditur diabolo, acquiescendo voluntati, & suggestionibus eius, quæ non est sine peccato diaboli præcedenti, nec hanc præuidit. Alia dominatio est in angelo ex conditioue naturæ, vel beneficio gratiæ. hancque potuit præuidere. Hæc Alexander.

Bernardus. — Cõcordat Bernardũ. — Obiectio August. — Dilutio. — Duplex dominatio.

¶ Thomas quoque: Aliquid, inquit, potest cognosci dupliciter, scilicet certitudinaliter, vt quæ habent determinatas, & infallibiles causas, quemadmodum solem lucere: coniecturaliter, ut ea, quæ habent causas determinatas, ut in parte maiori, sicut medicus noscit sanitatem futuram, nautaque tempestatem. Cumque confirmatio, & casus angelorum ex libero dependeant arbitrio, quòd non est causa determinata ad vnum, non poterant certitudinaliter præsciri, nisi à Deo, qui omnia

Thomas.

nia præsentialiter intuetur. coniecturaliter autem poterant præsumere se omnes beatitudinem adepturos, quia ad hoc erat eorum natura instituta, ac inclinata, casum verò suum præscire non poterant, neque ex se, neque per coniecturam, neque per certitudinem, sed tantum cadendi potentiam. Nec congruebat eis desuper reuelari, ne pœna culpam præcederet: si tamen eis hæc reuelata fuissent, intellexissent non quasi per certitudinem, sed cautelam, & auisationem. per quod soluitur istud obiectum, Christus Petro prædixit suum peccatum. Dato quoque quòd lucifer præsciuisset se super iniquos dominum habiturum: non tamen sequitur, quod casum suum, seu culpam præsciet. Dum enim ad aliquid consequens per diuersa media pertingitur, potest consequens sciri sine hoc, quòd antecedens determinatè sciatur: quemadmodum Ioseph præuidit dominium suum super fratres: non tamen venditionem suam, & alia, ex quibus consecutum est illud dominium. Ita de dæmone est dicendum, præsertim quia bonus existens, potuit principes esse malorum. Hęc Thomas in Scripto.

Implicitę cuiusdam obiectionis solutio. — Genes. 37.

¶ Idem Petrus, qui etiam ait, quòd angeli omnes habebant spem beatitudinis etiam sine afflictiuo timore contrarij; quoniam non sentiebant inse aliquid retractiuum a bono.

Petrus.

¶ Concordat Richardus saltem pro parte maiore: qui tamen inter cætera arguit sic: Angeli, aut suam futuram conuersionem certitudinaliter præsciebant, aut credebant. sed non credebant: quoniam fides est ænigmatica cognitio, qua ipsi carebant. ergo eam cum certitudine præcognouerunt. Ad quod respondet, quòd nullum illorum est verum, quia nec certitudinaliter suam præsciebant conuersionem, neque credebant propriè loquendo de credere, quòd actus est fidei: sed probabiliter eam opinabantur ob causam præhabitam. Verum cum hoc dici non queat de illis, qui mali fuerunt futuri, quia in eis falsa fuisset opinio ante peccatum; hinc alijs dicendum videtur, quòd angeli post suam creationem statim respicientes suam naturam, fuerunt per modicam moram in quadam admiratione suspensi: & paulo post bonitatem boni Dei recogitantes, mox se conuerterunt ad Deum: alij suam nobilitatem, & excellentiam intuentes, nec eam ad Dei laudem referentes, protinus se auerterunt a Deo. Hæc Richardus.

¶ Concordat hic Bonauentura, narrans de ista materia duas opiniones, sicut in textu habetur. — Bonauent.

¶ Albertus quoque super his scribit diffusè, inter cætera recitans verba Anselmi. libro de casu diaboli inquientis: Quæri potest vtrum existimationem, vel opinionem aliquam de casu suo potuit angelus præhabere. Et ostendit Anselmus, quòd nõ, per deductionem ad impossibile, sic: Si angelus adhuc in bona voluntate consistens præsciebat, existimabat, aut opinabatur se casurum, aut volebat sic fieri, aut non &c, sicut supra. Insuper Anselmus sic arguit: Est, & aliud, quo ostenditur angelum malum suam præuaricationem nullatenus prę sciuisse. Nam, aut coactam eam putasset, aut spontaneam: sed nil erat, quo se cogi posse suspiciaretur similiter suspicari nequiuit quandiu in veritate voluit perseuerare, se illam ueritatem spontaneè deserturum, quia adhuc rectam habuit uoluntatem, & in ea proposuit permanere. Quapropter volẽdo tenere perseueranter, quòd tenebat, nullo video modo vnde potuerit suspicari: nulla alia causa accedente, deserturum se illam sola propria voluntate.

Albertus. — Anselmus

¶ Quæritur quoque, an angelus malus ante casum suum sciuit se non debere, id est, licere non posse deflecti a bono, in quo erat. Et apparet, quòd sic: quoniam intellectualis fuit naturæ cum intellectu deiformi, ergo sciuit, quid agẽdum, quid cauendum. Quocirca vlteriùs quæritur, an sciuit tantam pœnam esse infligẽda pro tanta culpa si fieret, an non sciuit hoc. Et videtur, quòd sciuit namque Deum esse iustum, ergo sciuit eum unicuique pro suis meritis reddituruum. Ad quæ respondendum, quòd sciuit se non debere deflecti a bono in quo erat: non enim potuit latere ratio iustitiæ eum, quæ deiformis extitit intellectus. Denique ex ratione iustitiæ, quam cognouit, sciuit, & pœnam debere assequi culpam: attamen eandem pœnam fore secuturam, non præsumpsit. Nam quia iudicia Dei abyssus multa, & inuestigabiles uiæ eius, nequiuit comprehendere an Deus faceret, quòd iustè facere posset. Sed, & si quis dicat, quòd nullatenus credere potuit Deum damnaturum esse propriam creaturam pro culpa ipsius, quam tanta condidit bonitate, præsertim quia adhuc nullum præcessit exemplum vltionis diuinę iustitiæ: certusque esset, numerum illum angelorum, in quo facti erant, qui Deo fruerentur, tanta sapientia esse certum, ac præfinitum, quòd sicut nihil superfluum habuit, ita si diminueretur, perfectus non esset nec certus, nec tam præclarum opus Dei ex alia parte imperfectum esse mansurum, nequaquam scire potuerit: si, inquam aliquis dicat hoc, quæ inconuenientia est? vtique nulla. Angelus etim bonus non præsciuit neque prænoscere debuit culpam, & casum angeli mali: quia tunc non solum amore iustitiæ, sed & formidine pœnæ cauisset peccatum. non autem decuit eum timore supplicij a malo recedere, cum hoc ad imperfectionem pertinet. Hæc Albertus ex verbis Anselmi, & addit Beatus Bernardus libro de gradibus humilitatis, aliter ad vnum prædictorum respondet, dirigendo sermonem ad diabolum sub his verbis: Credibiliùs est, quòd non præuidisti casum tuum, aut propter causam, quam dixi, videlicet: quoniam bonitatem Dei attendens, dixisti in corde tuo, Non requiret Deus. propterea impiè pustati Deum non ulcisci peccatum. aut: quoniam

Quæstio. — Quæstio. — Psal. 35. Rom. 11. — Bernar.

uiso

Dionysius

¶ In cuius verbis incertum apparet, quòd dicit angelos ante beatificam visionem fidem nõ habuisse, cuius oppositum multi tuẽtur, sicut, & Thomas, vt infra tangetur. Item secundum verba Richardi uideretur, quòd nec probabilis coniectura salutis fuisset in angelis reprobis, quia oppositum contigit. Sicq; ante culpam fuisset in eis coniectura falsa erronea.

¶ Porro ad quæstionem, qua quæritur, an angelis reprobis reuelari potuit sua futura auersio siue damnatio: respondet, quòd non, quia cum certitudine futuræ damnationis non stat confidentia, sed necessario sequitur desperatio de salute, ficq; Deus compelleret desperare, essetq; causa desperationis, & culpę. Idem Alexander, & Antisiodorensis. Anselmus quoq; sic arguit libro de casu diaboli: Si angelus adhuc in bona stans voluntate, casurum se præsciebat, aut volebat sic fieri, aut non: si volebat, ergo voluntate iam cecidit, reusq; fuit: si non volebat, ergo ante culpam dolebat. Hęc Richardus.

Anselmus

viſo, concupitòque principatu, quod ſupra aſtra cæli exaltares ſolitum tuum, ſtatim ſuperbiæ trabs excreuit: qua interpoſita, caſum tuum videre non potuiſti. Hæc Bernadus.

Elucidat Auguſtini dicta.

¶ Quod autem aſſerit Augnſtinus ſapientiam eſſe fructum pietatis, ideòque diabolum non præſciſſe ſuam ruinam, intelligi poteſt de increata iuſtitia: quę idcirco non fecit diabolum ſui caſus ſapientem, ſeu pręciſum, quoniam induxiſſet diabolum reuelatio talis in triſtitiam, ſeu timorem ante ſuum peccatum. Poteſt item exponi de pietate creata, quę dicunt theoſebia, & eſt cultus dei: ex cuius cultu oritur ſapor diuinorum internus, qui eſt ſapientiæ quidam affectus; quem impediuiſſet releuatio talis. Sed contra hæc fortiùs obijcit Anſelmus: Quoniam primò homini adhuc innocenti Deus reuelauit, in quo peccaret, videlicet ſi de fructu ligni ſcientiæ boni, & mali comederet: pœnam quoque, quam ſuſtineret, addendo: In quacunque die comederis, morte morieris, ergo & angelo potuit, & debuit reuelare vtrunque. Et reſpondet, quod non eſt ſimile de vtroque. Hominum namque natura propter priorum trangresſionem parentum innumerabilibus incommodis eſt ſubiecta, paſſibiliſque effecta, ex qua paſſibilitate multis modis gratia operatur incorruptibilitatem in nobis. Angelus verò nullo præcedente peccato, nullius mali meruerat pasſionem. Idcirco per reuelationem, ſui caſus in triſtitiam quæ maxima pœna eſt, induci non debuit. Alij quidam dixerunt, quòd duplex eſt pœna, videlicet promouens, & ſuffocans, Promouens eſt, quæ valet ad meritum. Hauc deus interdum infligit ſine culpa, vt patet in Iob. Suffocans eſt, quæ non inducit niſi deſperationem, atque triſtitiam, quę mortem ſecundum Apoſtolorum operatur, Hinc deus hanc non infligit ſine præuia culpa, Hæc Albertus, ex quibus etiam patet obiectorum ſolutio.

Theoſebia quid. — fortiſſima Anſelmi obiectio. — Rane. 2. — duplex pœna. — Iob. 1. 2. — 2. Cor. 7.

Obiectio. — Sene 2.

¶ Veruntamen contra hęc obijci poſſet, quòd deus primo homini non reuelauit ſuam tranſgresſionem abſolutè, ſed conditionaliter: vt pote, ſi de prohibito ederet fructu. Nempe quòd dixit, In quacunque die ex eo comederis, dixit præauiſando, & admonendo, ne inde comederet, non præinſinuando, quod ex illo manducaturus exiſteret. Pœnam quoque ei abſolue prędixit, ſi violaret pręceptum: nec tâmen ex hoc primus homo, aliquam incidit pœnam, puta triſtitiam, aut dolorem. Ergo, & ſimili modo decuit angelo reuelari ſuam culpam, pœnamque, nec tamen ex hoc vllam incidiſſe afflictionem. Præterea ſummus ille angellus, qui peccauit, non ignorauit deum tam infinitæ eſſe iuſtitiæ, quàm infinitæ conſiſtit clementię, idcirco nequaquam permitteret culpam inultam: ſciuit quoque Deum eſſe omnipotentem, ideo poſſe eum faciliter reintegrare numerum minoratum, & reparare, ac recuperare deperditum. Rurſum, ſciuit deum eſſe ſanctitatis immenſæ, ideo impietatem vehementisſimè deteſtari, odire, atque punire: imò talia ſciuit multo ſubtiliùs, quàm aliquis viatorum. quod totum ſic eſſe exiſtimo, ita quod omnia iſta habitualiter ſciuit, quamuis fortasſis ea actualiter non penſauit, neq; diſcusſit, an deus ſuam rebellionem vlciſceretur an non, & forſan de hoc vel actualiter cogitauit. ſed agnita dei maieſtate, atque propriæ pulchritudini ac eminentiæ cum complacentia, & delectatione intentus, mox ei ſubrepit conceptio peſſima, & ambitio intoleranda, ſequens ex ea, quæ fuit trangreſsio ſua grauiſsima: quam (ni fallor) non incidiſſet, ſi poſuiſſet, cor ſuum ſuper vias ſuas. quod non faciendo, negligenter, & omiſſiuè ſe habuit.

Agg. 1.

Albertus.

¶ Amplius ea, quæ de hac materia ſcribit Albertus in libro de quatuor coæquæuis, per omnia conſonant præhabitis verbis ex Scripto. Dicta quoque Vdalrici in Summa ſua libro quarto, omnino concordant eiſdem.

Gulielm⁹.

¶ Poſtremò Antiſiodorenſis in Summa ſua, libro refert ſecundo: Dixerunt quidam, quòd Deus potuit angelis reuelare caſum ſuum futurum, ipſi tamen non potuerunt illum præſcire: quoniam non habebãt poteſtatem hoc præſciendi: quam ſi Deus eis dediſſet, potuiſſent hoc ſcire: ſicut ego non poſſum miracula facere, quia non habeo poteſtatem, ad hoc: quam ſi Deus mihi conferret, poſſem miracula operari. Sed hęc opinio per præhabita reprobatur, quia ſic in angelis, pœna culpam præceſsiſſet, & deſperare coacti fuiſſent.

Refutatio.

Matt. 16. Mar. 14. Luce 22. Iohan. 13.

¶ Si autem obijciciatur, quia Deus potuit dicere angelo, Tu per ſuperbiam cades: quemadmodum dixit Petro, ter me negabis: dicimus, quòd argumentatio iſta non valet, Deus potuit angelis culpam eorum prædicere, ergo potuit eos de ſuo caſu certificare: quoniam eſt fallacia conſequentis, à ſuperiori ad inferius affirmando. Porrò ſi Deus dixiſſet angelo, Tu per ſuperbiam cades, angelus debuit hoc intelligere ſub conditione, aut comminatione, aut præauiſatione, ſicut Niniuitæ intellexerunt verba Ionæ, de eorum ſubuerſione, & Petrus verba Chriſti de ſua negatione. Hæc Antiſiodorenſis, qui etiam in hac quæſtione ponit prætactam diſtinctinem de duplici pœna, videlicet promouente, & ſuffocante.

Ionæ. 3. Matt. 26.

QVAESTIO IIII.

QVæritur, quartò, *qualiter cognitio matutina & veſpertina diſtinguuntur in angelis.* Ex cuius diſtinctionis aſsignatione patebit, qualiter fuerunt in angelis, ante confirmationem bonorum, & lapſum malorum, & qualiter poſtea.

Diuerſæ opiniones Auguſt.

¶ Quo circa ſcribit Bonauentura: Circa hęc ſunt poſitiones diuerſæ, quæ conſurgunt ex diuerſificatione verborum Auguſtini in iſta materia. Quidam namq;, attendentes ad verba Auguſtini ſuper Geneſim ad literam, dicunt, quod dum quæritur, utrum angeli à principio ſuæ creationis cognitionem habuerunt matutinam, facienda eſt vis, de quibus quæratur: quia aut quæritur de omnibus, aut de aliquibus. Si de omnibus, dicunt, quòd non omnes eam habuerunt: quoniam lucifer, & ſecum prolapſi, nunquam eam ſortiti ſunt: quoniam lucem diuinam in ſeipſa nunquam viderunt.

¶ De alijs angelis dicunt, quòd omnes eam habuerant: quia (vt dicunt) ſimul tempore fuerunt creati, atque per gloriam ad Deum conuerſi, & in eodem inſtanti ſunt formati, & à tenebris diuiſi: In eodem quoque inſtanti res omnes cognouerunt ſecundum ſuum ordinem, & connexionem, & hoc in verbo, quæ res, etſi in eodem inſtanti, ac ſimul cum angelis ſunt creatæ: attamen natura, ac dignitate poſteriores ſunt angelorum productione, & conuerſione ad Deum. ideo dicitur, quòd angeli in verbo cognouerunt res fiendas.

¶ Iſtud expreſsè videntur prętendere verba Auguſtini

Auguſt.

ſtini tertio, & quarto ſuper Geneſim. Sed: quoniam Auguſtinus vndecimo de ciuitate Dei videtur expreſsè ſentire oppoſitum: dicens, quòd fuerit mora inter creationem, & lapſum, & quòd ante lapſum nec boni præſcij fuerunt ſuæ beatitudinis, nec mali ſuę miſeriæ: ita quòd in principio nec boni fuerunt lux, nec mali tenebræ: idcirco ne ſibi contradicere videatur, diſtingunt aliqui cognitionem matutinam dupliciter. Cognitionem quippè matutinam uocant, cognitionem rerum in verbo. Porro in verbo angeli dupliciter dicuntur cognoſcere. primo perfectè, uidelicet intuendo ipſum verbum in ſe, & alia in verbo, quæ cognitio facit beatos. Secundò, ſuſcipiẽdo illuminationem a verbo, & in illa ſuſceptione, cognoſcere alia. hæcque cognitio angelis fuit innata: quoniam indidit eis Deus omnium ſpecies, & lumen intellectuale expandit ſuper mentes eorum, quo cognoſcerent fienda, & facta. & iſta cognitio matutina eſt, de qua loquitur Auguſtinus ſuper Geneſim. fuitque in angelis omnibus, quam, & dicunt in dæmonibus remanſiſſe, ſed obſcuratam per culpam, idcirco nec matutinam uocari. Et ſicut diſtinguunt in cognitione, ita in luce, & tenebris, quod vno modo dicitur angelus lux propter irradiationem ab alia ſuperna luce prodeuntem, ſecundum ſtatum naturæ, per quam irradiationẽ cognoſcunt res in proprio genere, cognitione, quę dicitur ueſpertina, & prout res ad Deum dicitur matutina. Tenebra quoque per oppoſitum dicitur ignorantia, quæ ab angelis eſt excluſa. propter quod dicuntur ſapientia fuiſſe repleti. Alio modo dicitur lux ipſe angelus, propter irradiationem manantem a ſumma luce ſecundum plenitudinem gratiæ conſummatæ, ſeu gloriæ; qua angeli dicuntur illuminati, vt beatę ſapienterque viuerunt. atque in hoc ſtatu propriè appellatur cognitio matutina, quæ nunquam niſi in angelis fuit beatis. ſicque Auguſtinus diuerſimodè loquitur. per quod ſoluuntur rationes, & auctoritates, quæ hinc inde ad partem fiunt utranque. Iſtud demum curialiùs ſonat, quàm dicere, quòd Auguſtinus ſibijpſi contrarius ſit, & tamquam inſtabilis, nunc hoc, nunc illud affirmet. Veruntamen cum ſit de opinione Auguſtini circa rerum productionem, quam ita exponit, quod alijs contradicere ſanctis videtur: non tamen credendum eſt, quòd tantus homo ſibijpſi contradicat, maximè in his quæ non retractat. ſed qualitercunque uerbo eius intelligantur, magis ſtandũ eſt hic, quę in libro de ciuitate digeſsit, ubi loquitur aſſerendo, Super Geneſim verò ipſemet fatetur ſe loqui inquirendo. Cumq; in libro de ciuitate Dei teſtetur, quòd mora fuit inter creationem, & lapſum angelorum, ac per hoc inter creationem, & glorificationem eorum, & cognitio matutina propriè ſit glorioſa, tenendum eſt, quòd angeli eam nõ habuerunt a ſua creatione, & quòd angeli mali nunquam hanc habuerũt, Hęc Bonauentura.

Quæ cognitio dicatur matutina. — Duplex cognitio matutina. — Auguſt.

Bonauent. — Quæſtio. — 1. Iohan. 1

¶ Qui conſequenter reſpondens ad quæſtionem, qua queritur, Vtrum in angelis ſit cognitio ueſpertina poſt eorum glorificationem: Omnis, inquit, creatura quantum eſt de ſe, tenebra eſt, vt vult Auguſtinus. Deus verò lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ, vt dicitur in prima Iohannis. Dies autem dicit illuminationem a luce fluentem ſuper hæc tenebroſa. Manè verò, & ueſpera ſunt media inter diem, & noctem, ſecundum abſceſſum luminis, & regreſſum. Itaque lux diuina illuminans angelum illuminatione perfecta ad ſui cognitionẽ efficit angelum lucem: & ipſa eius cognitio, dicitur dies in ſe, quia purè eſt lux, & cognitio, ac ratio cognoſcendi.

¶ Inſuper lux iſta angelica, ſeu angelus, qui eſt lux ſic illuminata, habet cognoſcere creaturam: ſicque quia cognoſcit id, quod tenebra eſt, cognitio eius appellatur manè, ac ueſperè: ſed ueſpera, prout cognoſcit creaturam in ſeipſa: manè autem, prout ex illa cognitione ad creatoris laudem conſurgit, & refert, ac ordinat eam ad cognitionem ipſius in verbo. Vnde vndecimo de Ciuitate capite ſeptimo loquitur Auguſtinus: Scientia creaturæ comparatione ſcientiæ creatoris aduerſperaſcit, iterumque luceſcit, & manè efficitur, cum ipſa refert in laudem, delectationemq; creatoris: nec in noctẽ uertitur, ubi nequaquam creator amore creaturæ relinquitur.

Auguſt.

Nota.

¶ Hinc nota, quòd quamuis ad ſimilitudinem huius viſibilis lucis dicantur in angelis manè, & ueſpera: differt tamen dupliciter. Primò: quoniam ibi ueſpera in noctem non uertitur. Secundò: quoniam ipſi manè non ſuccedit meridies, nec ueſpera diei, ſed totum eſt ſimul. Hinc Auguſtinus ſuper Geneſim quarto: Simul, ait habent diem, ueſperamq;, & manè. Itaque in angelis beatis eſt nunc cognitio ueſpertina cum matutina, nec habent ſucceſsionem, & ordinem temporis, ſed ordinem dignitatis: quia vt loquitur Auguſtinus vndecimo de Ciuitate, cognitio creaturæ in ſeipſa decoloratior eſt, q̃ cum in Dei ſapientia noſcitur. Vnde diuerſitas huius duplicis cognitionis non eſt niſi ratione diuerſi modi cognoſcendi: qui tamen nõ ſunt oppoſiti, ſed vnus alteri famulatur, & vnus perficit aliũ, non excludit. Hęc Bonauentura.

Auguſt.

Alexãder.

¶ Præterea de his mouet Alexander plurimas quæſtiones. Prima eſt, quare dicatur cognitio matutina, & ueſpertina. Reſpondet, de hac duplici angelorum cognitione loquitur Auguſtinus ſuper Geneſim, & libro de ciuitate Dei, & ad Oroſium. Itaque ſm Auguſtinũ, cognitio angelorum dr̃ dies, cuius ſunt duæ partes, videlicet manè, & ueſpera, vult igitur cognitionem comparare diei, ſeu luci, ignorantiam verò nocti, ſeu tenebris. Cumq; manè ſit principium diei, ueſpera finis: vult ſimiliter iuxta hoc, quòd cognitio angeli in verbo ſit matutina, cum ſit tanquam in principio rerum: ſed cognitio eius vel rerum in ſeipſo vel rerum in proprio genere, eſt ueſpertina, cum ſit in creatura: quæ inquantũ eſt creatura, eſt in declinatione, & caſu, & a ſumma luce occumbit. veruntamen iſta ſimilitudo non attenditur quantum ad omnia.

Cõparatio

Quæſtio. — Auguſt.

¶ Si autem quæratur, cur cognitio angeli non vocetur diurna, dicimus, quòd benè poteſt ſic appellari. Vnde vndecimo de ciuitate Dei aſſerit Auguſtinus: In verbo cognoſcunt angeli tanquam diurna cognitione, in ſeipſis tanquam in ueſpertina. In quarto quoq; ſuper Geneſim: Cognitio, quę eſt in verbo, ad diem pertinet: quæ eſt in ſeipſis, ad veſperam.

Quæſtio. — Dilutio. — Quæſtio.

¶ Sed fortaſsis quæretur, cum meridies ſit quaſi media pars diei inter manè, & ueſperam, videtur, quòd ſecundum hoc erit tertia angelorum notitia, quæ dicetur meridiana. Dicendum, quòd hoc non oportet. non enim poteſt cognoſcere angelus, niſi aut in creatore, aut in creatura: hoc eſt. in Deo, aut in proprijs rerum generibus. Secundò quæritur, An cognitio angelorum matutina, ſeu ueſpertina ſit naturalis. Dicendum, quòd cognitio poteſt naturalis vocari dupliciter. Primò, dum cognoſcun

tur

tur res in genere suo secundo, dum ex rebus aut ex natura cognoscentis sine adminiculo gratiæ ascendit angelus ad notitiam dei. Naturale quoque dupliciter dr̃ primò id ad, qd̃ sufficit natura: secundo, quod à principio est datum naturæ, reputatur veluti naturale, & hoc secundò mõ cognitio vespertina dici poterit naturalis, imò & primo modo, quæ vespertina est, angelorum notitia dicitur naturalis, qua angeli ex sua naturali perfectione potuerunt cognoscere res in seipsis vel in proprio genere.

Naturale dr̃ dupliciter.

¶ Tertiò quæritur, An diuiso ista cognitionis angelicæ in matutinam, & vespertinam, sit sufficiens. Videtur, quòd non: quia secundum Augustinum, Angelus res cognoscit in verbo, & in ipso, & in proprio genere rerum: ergo erit vna cognitio matutina, alia meridiana, tertia vespertina. Dicendum, quòd cognitio dicitur vespertina, non solum qua cognoscuntur res in genere suo, sed item illa, qua cognoscuntur in angelo speciebus rerum pleno.

Questio. Auguſt. Enucleatio.

¶ Quarto quæritur, quæ harum cognitionum sit dignior. Respondendum, quòd cognitio matutina: quia per illam noscuntur res in Deo per speciem increatam clariùs, ac puriùs, quàm in aliqua re creata. Potior quoque est cognitio vespertina per speciem angelo concreatam, videlicet, quæ est in angelo ipso, quàm cognitio rerum in proprio genere, & prout sunt in ipsa existentia actuali.

Questio. Respõsio.

¶ Quintò quæritur, vtrum cognitio, qua angelus intelligit verbum æternum seu in creatũ obiectũ, sit mututina. Videtur, quòd non, quia secundum Augustinũ cognitio dicitur matutina, qua res creatę videntur in verbo: ergo sicut aliud est intueri lumen solis, aliud res in lumine: sic aliud, aliaq; cognitio est, videre res in verbo, & ipsum conspicere verbum. Dicendum ex verbis Augustini, ad Orosiũ sic dicentis: Hoc posse intelligi arbitror, quòd Deus non in ipso die septimo requieuit tanquàm indigẽs die illo, vt in ipso esset beatior: sed ipsum diem septimum, id est naturam angelicam perduxisse ad requiem suam, vt viderent in Deo sicut omnem creaturam formandam, ita & illum qui nullam creaturam pro indigentia sua, sed ex sola sua fecerat bonitate. Ex quo videtur, quòd eadem sit visio beatifica, qua angeli vident verbum, & ipsas res in verbo, sic autem non est eadem visio, qua res videtur in lumine, & qua sol videtur. Hinc visio verbi in ipso verbo, est cognitio matutina.

Questio. Auguſt. Enodatio.

¶ Sexto quæritur, an dæmones habeant cognitionem vespertinam. Dicendum, quòd extendendo nomen vespertinæ cognitionis, dici potest, quòd naturalis cognitio qua dæmones in principio cognouerunt res in se & in proprio genere, vocari valeat vespertina respectu cuiuslibet cognitionis gratuitæ. Hæc Alexander.

Questio. Eluçidatio. Dionysi.

¶ Qui in harum solutionibus quæstionũ aliqua scribit iuxta præhabitas suas opiniones, qbus opinatus est angelos non esse creatos in gratia, & quod à rebus creatis recipiant species, quarum oppositum supra probatum est. idcirco pertranseo.

Thomas.

¶ Porro de his Thomas nõ tractat in Scripto, sed in prima parte Summæ, quæstione quinquagesima octaua: Id inquit, ꝙ dicitur de cognitione matutina, & vespertina, inductũ est ab Augustino, qui sex dies, in qbus legitur Deus cuncta fecisse, exponit nõ de vsitatis diebus, qui solis circuitu peragunt, cum sol quarto die factus legat, sed de vno die, puta cognitione angelica sex rerum generibus præsentatõ. Quemadmodum autem in die consueto, mane est diei principium, vespere terminus: ita cognitio ipsius primordialis esse rerum, dicitur cognitio matutina. Et hoc est secundum quod res, sunt in verbo: Cognitio autem ipsius esse rei creatæ, secũdum quod in propria natura consistit, dicitur vespertina. Nam esse rerum fluit à verbo æterno, sicut à quodam primordiali principio. & iste effluxus terminatur ad esse rerum, quòd in propria habent natura. Si autem objiciatur, quia inter vespere, & mane cadit nox, & inter mane, & vespere cadit meridies: ergo si angelus est ponenda cognitio matutina, & vespertina, pari ratione meridiana, atque nocturna. Dicendum quòd matutina, & vespertina cognitio spectat ad diem, id est, ad angelos illuminatos, qui à tenebris sunt distincti, id est, ab angelis malis. Angeli verò boni cognoscentes creaturam, non figuntur in ea, quòd esset tenebrescere, noctemque fieri: sed referunt eam ad Dei laudem, in quo sicut in principio omnia noscunt. Idcirco post vesperam non ponitur nox, sed mane: ita quòd mane sit finis præcedentis diei. principiumque sequentis, inquantum angeli cognitionem operis præcedentis ad laudem referunt creatoris. meridies autem comprehenditur, sub nomine diei, tanquam medium inter duo extrema, vel potest referri meridies ad Dei cognitionem, qui non habet principium, neque finem. Hæc Thomas.

Obiectio. Refutatio.

¶ Denique ad quæstionem hanc, vtrum sit vna cognitio matutina, & vespertina: respondet, Iuxta præhabita cognitio dicitur matutina, secundum quod angelus noscit, esse rerum in propria eorum natura, seu prout in seipsis existunt, quòd per medium duplex cognoscit, puta per species innatas: atque per rationes rerum ideales existentes in verbo. Nempè videndo verbum, non solum cognoscunt esse rerum, quod habent in verbo, sed & illud esse, quòd in propria habent natura: quemadmodum Deus videndo se, cognoscit esse rerum, quod habent in ipso, & etiam esse, quod in natura propria habent. Si ergo dicatur cognitio matutina secundum quod angelus noscit res, in propria natura, videndo in ipso verbo: sic secundum essentiam, vna eadem est cognitio matutina, & vespertina, differens solum secundum cognita Si autem cognitio vespertina dicatur secundum quod angeli cognoscunt esse rerum in propria ipsarum natura per formas innatas, sic alia est cognitio matutina, & vespertina. sicque videtur loqui Augustinus, dicendo vnam respectu alterius imperfectam. Si autem objiciatur, quòd impossibile est vnam potentiam, simul duas operationes habere: cunque angeli indefinenter cognoscant actualiter cuncta in verbo, nunquam cognosceret ea in proprio genere: respondendum, quòd duæ operationes eiusdem potentiæ possunt, simul consistere, dum vna refertur ad aliam: vt dum voluntas, simul vult finem, & ea, quæ sunt ad finem, Intellectus quoque simul intelligit principia, & conclusiones per ipsa principia, quando acquirit scientiam. Cognitio verò in angelis vespertina refertur, ad matutinam secundum Augustinum. ideò simul esse possunt. Hæc idem.

Respõdet quæstioni Thom. 1. Obiectio. Euasio.

¶ At verò Petrus his consonans: Cognitio, inquit, matutina in verbo potest dici dupliciter, scilicet imperfecta per speciem cratam acceptã à verbo: & perfectam per speciem verbi ipsius. ¶ Primã angeli à principio habuerunt, secundam in glorificatione

Petrus.

catione acceperunt. Sed quoniam prima illa cognitio non videtur differre a cognitione rerum in proprio genere per species innatas, hinc ueriùs videtur, quòd angeli mali futuri, nunquam viderunt in verbo. Hęc Petrus.

Richard.

¶ Richardus verò: Cognitio, ait, matutina tripliciter dicitur. ¶ Primò, cognitio rerum in diuina essentia, quam angeli intuentes, simul in ea intuentur, & alia. Sicque ab Augustino accipitur quæstione decimasexta ad Orosium, ubi testatur: Creaturæ cognitio in semetipsa vespera, in Deo erat manè: quoniam plus, & clariùs videtur in Deo, quàm in seipsa. Vnde propter claritatem cognitionis istius uocatur ab Augustino aliquando meridiana, vt cum super Genesim hoc affirmat: Cum sit una dies, ea, quæ facta sunt in creatore primitus, & in ipsis angelus consequenter agnoscens, nec in ipsis remanens, sed eorum cognitionem posteriorem ad Dei referens dilectionem, vesperam, & manè, atque meridiem in omnibus præbuit, non moras temporum, sed propter ordinem conditorum. hanc cognitionem matutinã angeli mali nunquam habuerunt, sicut, nec Deum per speciem conspexerunt.

Auguſt.

¶ Secundò dr̃ cognitio matutina, qua angeli cognouerunt res in seipsis per sapientiam eis concreatam, hoc est per species rerũ sibi innatas, referendo deliberata voluntate illam cognitionem ad cognitionem, laudemq; creatoris. sic quoq; angeli mali cognitionẽ matutinã nunquã sortiti sunt. ¶ Tertiò, cognitio matutina improprijsimè dr̃, clara quędã cognitio creaturæ in seipsa per speciem concreatam, siue referatur uoluntate deliberata in dilectionem, laudemq; Dei, siue non. sicq; angeli mali dici possunt ante lapsum suum magis habuisse cognitionem matutinam, quàm postea: qm̃ per peccatum in eis est obscurata. Angeli autem electi adhuc post suam glorificationem habent vespertinam cognitionem, imò simul habent cognitionẽ matutinam, & diurnam, ac vespertinam, sicut ostensum est. Hęc Richardus.

Alberti opinio.

¶ Albertus demum: Si quis, inquit, attendat verba Augustini super Genesim: Angelus malus nunquam factus fuit dies ex illustratione luminis diuini, ideo nunquam fuit in visione matutina, aut uespertina, quæ visiones diem illum distinguunt: & si cognouit res in seipsis naturali cognitione: non tm̃ attollebatur in laudem creatoris, vt uisio matutina formaretur in ipso, sed potius delectatione proprię potestatis, & sui amore cõuersus est in tenebras noctis: ideo cognitio illa non terminabatur ad manè, quòd proprium est notitiæ uespertinæ, ꝛm Augustinum, vt scilicet ad matutinam lucem terminetur nõ interposita nocte. Hinc cognitio matutina non appellatur simplex cognitio rerum in seipsis, sed potius rerum in seipsis ex luce diuina ipsas res illustrãte, atq; ex assurectione in pręconium creatoris. Hęc Albertus.

Dionysius

¶ Cuius dicta quamuis a præhabitis videatur aliqualiter dissentire, nihilominus per distinctiones prætactas faciliter concordantur. Veruntamen, quòd ait, angelum malum nunquam factum fuisse diem ex illustratione lucis diuinæ, videtur contrariari auctoritatibus Augusti. præallegatis, in quibus fatetur angelos omnes in gratia gratumfaciente esse creatos, quod, & ipse Albertus libro de coæquęuis, probat, & sequitur. libro quoque de coæquæuis plus scribit de his, quæ cum sententialiter sint inducta, pertranseo.

Vdalricus

¶ Insuper Vdalricus in Summa sua libro quarto super his contestatur: Naturalis perspicacitas intellectus in angelis, in duplici consistit cognitione secundum Augustinum in quarto super Genesim, scilicet in matutina, quæ est in lumine uerbi, & in uespertina, quæ est cognitio rerum in umbra naturarum suarum. Dicit etenim Augustinus, quòd primi septem dies intelliguntur vel secundum successionem temporum ex illustratione lucis corporalis, vel diffusio luminis intellectus primi in esse formali septem generum operum, ita, quòd manè sit perfectio creaturæ ex participatione lucis diuinæ: & uesperè, sit obumbratio lucis illius per imperfectionem, & priuationem, quas habet omnis creatura ex se. Vel tertio dies intelligitur forma operis, uespera terminus, manè initium alterius operis. Vel quarto dies illi sunt duffusio lucis create intellectualis, idest, angelicæ, per operationem cognitionum super eadem genera operum. Manè autem, & uesperè distinguuntur modo prædicto Tria prima istorum non consonant Augustino. Nec est intentio Augustini, quòd cognitio ista rerum in uerbo, sit cognitio beatorum, qui Deum clarè cernendo omnia perhibentur uidere in ipso. Quod probat Augustinus per hoc, quòd etiam primus homo, qui non uidit Deum per speciem, habuit cognitionem hanc duplicem, quemadmodum enim in creatione angeli duo dicuntur, uidelicet, dixit Deus, fiat lux, & facta est lux: sic in creatione hominis dicta sunt duo, utpote, Faciamus hominem &c. &, Fecit Deus hominem, Nam & ista creatura rationalis, est etiam lux sicut, & illa. Hinc illa cognitio est naturalis cognitio intellectus posibilis, multo fortioris in angelis, quàm in nobis, qui cognoscit verbum non solum se, sed etiam vt est omnium idea causalis, ita cunctis communis per sui in se identitatem, quod singulis est propria per singulorum singularem ad ipsum relationem. Nec loquimur nunc de illuminationibus gloriæ, sed de illuminationibus in distributionibus naturalibus, quibus verbum æternum, in quo omnia sunt uita, & lux, sicut dispositis ad formas uitæ, & esse, infundit eas: ita dispositis prætacta dispositione ad lucem, se sub ratione lucis intellectualis communicat: in quo etiam philosophi in nobis constituerunt intellectum assimilatum. quod enim in materialibus operatur cõtractus materialis, hoc in spiritualibus facit proprinquitas similitudinis, ut scilicet vnum in aliud agat, & vnũ ab alio recipiat. Vnde constat, quòd omnes angeli ante casum quorundam, cognitionem hanc habuerunt: sed mali nunc ipsa carent, quia ipsorum amentia, & irrationabilitas excludit uerbi illuminationes ab eis. Porro uespertinam cognitionem oẽs moderni doctores dicunt esse per species rerum totius ordinis uniuersi angelis concreatas. Hæc Vdalricus.

Dionysi.

¶ Qui in his ab Alberto recedit, tam matutinam, quàm uespertinam cognitionem attribuendo angelis reprobis, ante eorum lapsum, atque specialiter ab alijs multis, asscribendo illis matutinam notitiam ante ipsorum ruinam. Rursus in hoc, quod hanc duplicem cognitionem dicit in naturali perspicacitate angelici intellectus consistere. In hoc, quoque deuiare ostenditur, quòd ait intentionem Augustini consistere, quòd cognitio rerum in verbo non sit cognitio beatifica. cuius oppositum constat ex dictis, sed uerum est, quòd non solum illa cognitio dicitur matutina ab Augustino.

De

A *De conuersione, & confirmatione stantium, & auersione, & lapsus cadentium. Distinctio. V.*

Post hæc consideratio adducit inquirere,quales effecti sint, dũ diuiderentur, auersione, & conuersione.Post creationẽ.namq; mox quidã conuersi sunt ad creatorẽ suum,quidã auersi. Conuerti ad Deũ,fuit ei charitate adhęrere:auerti,odio habere vel inuidere.Inuidię nãq; mater est superbia,qua voluerũt se parificare Deo.In cõuersis quasi in speculo relucere cœpit Dei sapiẽtia,qua illuminati sunt.auersi verò,excæcati sunt.Et illi q̄dẽ conuersi sunt,& illuminati à Deo,gr̄a apposita:isti verò sunt excæcati,non immissione malitię,sed desertione gratiæ:à qua deserti sunt, nõ ita vt priùs dedita subtraheretur,sed q̄a nunq̄ est apposita, vt conuerterent̄.Hęc est ergo conuersio,& auersio,qua diuisi sunt,q̄ natura boni erant, vt sint alij supra illud bonũ per iustitiam boni:alij,illo corrupto,per culpã mali.Cõuersio iustos fecit,& auersio iniustos.Vtraq; fuit voluntatis,& voluntas vtriusq; libertatis.

B *De libero arbitrio breuiter tangit, docens quid sit.*

Habebant enim omnes liberum arbitrium:quod est libera potestas,& habilitas volũtatis rationalis.Poterant enim voluntate eligere qnodlibet,& ratione iudicare,id est,discernere.in quibus constat liberum arbitrium.Nec creati sunt volentes auerti, vel conuerti,sed habiles ad volendum hoc vel illud. (Gene. 1.) Et post creationem spontanea voluntate alij elegernnt malum,alij bonum:& ita discreuit Deus lucem à tenebris,sicut dicit scriptura, id est, bonos angelos à malis. & lucem appellauit diem, noctem verò tenebras: quia bonos angelos gratia sua illuminauit,malos verò excæcauit.

Post creationem aliquid datum est stantibus, per quod conuerterentur,

C *nec merito aliquo, sed gratia cooperante.*

Si autem quęritur, vtrum post creationem conuersis aliquid collatum sit,per quod conuerterentur,id est,diligerent Deum:dicimus, quia est eis collata gratia cooperans, sine qua non potest proficere rationalis creatura, ad meritum vitæ. Cadere enim potest per se,sed proficere non potest sine gratia adiuuante.

D *Qua gratia indigebat angelus, & qua non.*

Non indigebat angelus gratia per quã iustificaretur, quia malus non erat:sed qua ad diligendum Deum perfectè,& ad obediendum adiuuaretur.Operans quidem gratia dicitur, qua iustificatur impius.i.de impio fit pius,de malo bonus.Cooperãs verò gratia, qua iuuatur ad bene volendum efficaciter,& Deum præ omnibus diligendum,& operandum bonum,& ad perseuerãdũ in bono,& huiusmodi: de quibus postea pleniùs dicemus.Data est ergo angelis,qui perstiterunt,cooperans gratia,per quam cõuersi sunt, ut Deum perfectè diligerent. Conuersi ergo sunt à bono,quod habębant non perdito, ad maius bonum, quod non habebant: & facta est ista conuersio per gratiam cooperantem libero arbitrio,quæ gratia alijs, qui ceciderunt,apposita non fuit. (Quæ sit gratia operãs, & quæ cooperãs.)

E *An sit imputandum illis, qui auersi sunt.*

Ideoq; à q̄busdã dici solet,nõ esse imputãdũ illis,q̄ auersi sunt,& nõ conuersi:q̄a sine gr̄a cõuerti non poterãt,sed illa nõ est eis data:nec culpa illorũ fuit,ꝙ nõ est data,q̄a in eis nulla culpa adhuc p̄cesserat. Ad quod dici põt:qm̄ q̄bus apposita est ipsa gr̄a,nõ fuit ex meritis eorũ: alioquin iã non esset gratia, si ex merito, quod esset ante gratiã,daret̄.

Qua culpa gratia non est data eis, qui ceciderunt.

Quod verò alijs non est data, culpa eorũ fuit: q̄a cũ stare possent,noluerunt quousq; gratia apponeret̄:sicut alij perstiterunt,donec illis cadẽtibus per superbiã,eis gratia apposita est.Apertè ergo cadentiũ culpa in hoc deprehendi potest, q̄a licèt sine gratia nequirẽt proficere, quã nondũ acceperant: per id tamen, quod eis collatũ erat in creatione,poterãt non cadere.i.stare:q̄a nihil erat, quod ad casum eos cõpelleret,sed sua spõtanea volũtate declinauerunt: ꝙ si non fecissent,quod datũ est alijs,vtiq; daretur,& istis.

Quòd angeli in ipsa confirmatione beati fuerunt, sed vtrum eam

G *meruerint per gratiam tunc sibi datam, ambiguum est, de hoc enim diuersi diuersa sentiunt.*

Hic q̄ri solet,vtrũ in ipsa confirmatione beati fuerint angeli,& an ipsã beatitudinẽ aliquo modo meruerint. Quod in ipsa confirmatione beati fuerint, plures contestan-

tur

tur autoritates, & ideo pro constanti habendum est. Vtrum vero per gratiã tũc sibi datam, ipsam beatitudinem meruerint, ambiguũ est Quibusdam enim placet, quòd eam meruerint per gratiã,quã in cõfirmatione p̄ceperunt:simulq; in eis meritũ, & præmiũ fuisse dicũt.Nec meritũ p̄cessisse præmiũ tẽpore, sed cã. Alijs verò uidetur,quod beatitudinem,quã receperunt in cõfirmatione per gratiã tunc appositam, nõ meruerint:dicentes tunc nõ fuisse eis collatã gratiam ad merẽdum, sed ad beatè viuendum: nec tũc eis datum esse bonũ,quo mererentur,sed quo feliciter fruerẽtur. Quòd autem tunc in præmium acceperunt,per obsequia nobis exhibita Dei obedientia, & reuerẽtia mereri dicunt & ita præmium præcessit merita,& hoc mihi magis placere fateor.

(Summa distinctionis V.) Hic tractat Magister, quales effecti sint angeli in sua conuersione,& auersione, hoc est,quales in sua conuersione ad Deum facti sit angeli boni,quales itẽ cõstituti sint angeli reprobi in sua auersione à Deo,& circa hæc introducit qualiter in huiusmodi.ↄuersione,& auersione aliquod donũ gratuitũ sit cõuersis appositũ, & auersis subtractatum. Inserit quoque aliquid te naturalibus attributis viribus seu proprietatibus angelorum,sicut, & supra:& quid per naturalia illa,p̄sterti p̄ liberũ potuerunt arbitriũ. Pręterea tangit opinionem stultorum quorundam dicentium angelis prauis non esse imputandum,quòd peccauerunt.quam reprobat. Postremo producit in medium,An in angelis bonis meritum præcesit præmium,an econtra. quo circa tangit,quid sibi probabilius visum sit.

QVAESTIO I.

Hic quæritur primò, *Vtrum angeli potuerunt peccare, & qualiter atq; qua specie peccati transgressi sunt.* ¶ In quæstione hac tria tanguntur. Primum est,an angelus fuit peccabilis,fallibilis seu deuiabilis.Sed'm est, qualiter inductus sit, ad peccandũ, an.s. à seipso,vel an vnus alium induxerit ad peccandum.Tertium est, quod fuit peccatum cadentium angelorum.De primo apparet,ꝙ non potuerũt pec-

1 care. Primò,quoniam omnis error voluntatis procedit ex aliquo errore, defectu,seu negligentia intellectus, qui est director,& oculus voluntatis.Angeli secundum diuinum Dionysium, habent deiformẽ intellectum,in quo error non cadit neq; fallacia.¶

2 Secundò, quia vt Aristoteles,Auicenna,& alij peripatetici contestantur,supra orbem lunæ non potest esse malum. ¶ Tertiò, Auerrois ait, ꝙ intelligentia

3 est agens infallibile,& non errans. Angelus autem est intelligentia. (Auerrios.) ¶ Quartò,secundum philosophũ, intellectus semper est rectus. Phantasia verò recta

4 est, & non recta. In angelis autem non est phantasia; ergo eorum intellectus semper fuit, & est rectus.

5 ¶ Quintò, origo,& causa errorum ipsius intellectus,sunt ea,quæ fiunt in parte sensitiua, videlicet passiones,fragilitas carnis,solicitudo,& occupatio circa extrema,quæ in angelis non fuerunt: (Aristo.) Hinc secundum philosophũ septimo physicorum,oĩs variatio virtutis,ac uitij reducitur in alterationem, q̄ est secundũ passiones partis sensitiuæ, quæ in ange-

6 lis locũ non habet. ¶ Sextò, si angeli peccauerunt, vel ergo ex habitu,aut ex infirmitate,aut ex ignorãtia. Non ex habitu, quoniam ante primum eorum peccatum nõ fuit in eis aliquid vitiosum,Nec ex infirmitate,quia non ex vehementia passionis:neque ex ignorantia,quoniam pleni erant scientia. ¶ In contrarium est auctoritas scripturarum, sicut quod ait saluator: (Luce. 10.) Vidi sathanã sicut fulgur De cælo cadentem.Et rursus,In ueritate nõ stetit, &c. (Iohan. 8.) Illudque Iob, Ecce qui seruiunt ei,non sunt stabiles.& in angelis suis reperit prauitatem, (Iob. 4.) Item omne creatum ex se labile est, cum ex nihilo sit productũ. & distans à suo fine,indigensque indesinenter conseruatione,ac manutenentia creatoris.

¶ Ad hoc Gulielmus Parrhisiensis secunda parte libri de vniuerso respondet: (Gulielm. Parrhisiẽsis rñsio.) Aristoteles expressè negauit malitiam posse inesse substantijs separatis, contra quem dico:quia malitiam quarundam talium substantiarum indicat idolataria, quasi se coli volunt cultu soli vero Deo debito.Neque enim creator ullam illis irrogauit iniuriam, ob quam hoc iustè facere possint, quasi exercendo vindictam: imò intantum processit earum infidelitas, atque malitia, quòd creatoris cultum, & honorificentiam penè exterminauerunt De terra. Crudelissimas quoque mortes veri Dei cultoribus procurauerunt per tyrannos infligi. Aliud item indicium maleuolentiæ earundem, sunt maleficæ artes, & opera earum, quibus nocumenta innumera tam corporalia, quàm spiritualia sunt innocentibus irrogata. Rursus,indicium harum malitiarum, est eorum eiectio ab arreptitijs, & obsessis, & quòd à sanctis hominibus fugiunt, ac vincuntur, atque, quod persuaserunt hominibus esse se Deos immortales,prouisores, ac saluatores suorum cultorum. (Aristoteles cẽsuit dęmoniũ vexationẽ morbũ eẽ) Porro Aristoteles, & sequaces ipsius, vexationes dęmonicas interpretati sunt esse morbos. Vnde & incubum nocturnum. quem ephialtem aliqui vocant, opinatus est Aristoteles potius esse humorem cor comprimentem, quàm dæmonem. Similiter morbum, quem medici vocant lupinum dæmonium, non dæmonium, sed morbum putauit. Lunaticos quoque, & occasionatos, non à dæmonibus,sed certis ęgritudinibus pati veaxtiones existimauit. Hinc admirationem habet, non paruam, qualiter tantum philosophum quiuit latere tam patens, ac sęuiens per totum orbem malignitas dæmonum, præsertim cum ipse quendam dæmonem familiarem habuisse, & nefando sacrificio obtinuisse dixerit. (Mirũ q̃) Qualiter enim opinari potuit bonum esse spiritum,quem sacrificio tam impio acquisiuit? uel qualiter potuit esse spiritus bonus, qui sibi sacrificium offerri permisit, nisi forsitan illud creatori obtulerit? quod ipsa eiusdem uerba,locusque sacrificij nullatenus patiuntur. Cur etiam credidit spiritum illum sibi missum de cælo Veneris,magis, q̄ De alio cælo? (Rõnes quibus Aristoteles inductus sit in p̄fatum errorem.) Præterea rõnes Aristotelem inducentes,ad præfatum errorẽ,fuerunt:ꝙ dixit substantias illas esse intelligentias puras,immateriales, nõ receptibiles influẽtiarũ,aut passionũ ab iferioribus:sed desuper tantum, à quo nil mali imprimitur ipsis. Præterea malitia non potuit intelligentijs esse innata,aut essentialis,ergo est eis aduẽtitia,& acquisita: aut ergo ex seipsis,aut aliunde Non ex seipsis,cum sint simplices:ideoq; nõ potuerunt se mouere,& al-

terare à bonitate ad prauitatem, cum nihil secundum idem sit mouens, & motum, alterans, & alteratum. Nec à superiori ad malum culpæ inductæ sunt. Verum istę rationes supra solutæ sunt. Nec.n. penitus simplices sunt, sed sunt in ipsis actus atque potentia, voluntatis libertas, dependētia, & susceptibilitas, quædam. Vnde, & supra ostensum est, ꝙ in scientia possunt proficere, inferior quoq; à superiori intelligentia valet influxum recipere, ex quibus patebit, qualiter angeli potuerunt peccare. Hæc Gulielmus, qui consequēter declarat qualiter peccauerunt, prout infra ponetur.

Gulielm⁹.

¶ Insuper super his in diuersis locis subtiliter, & apertè conscribit Thomas, & ait in Scripto: Apud vniuersos catholicos certum est, angelos peccasse, dæmonesq; effectos. Quomodo autem peccauerūt, difficilè est videre: quia non pōt esse pctm̄ in volūtate, nisi sit aliquo mō deceptio in intellectu, aut rōne; pp quod omnis malus, & peccans est aliquo mō ignorans, vt quarto dicitur ethicorum: quod qualiter verum sit, videndum est ad quæstionis propositæ intellectum. Ipse quippe philosophus septimo ethicorum distinguit duplicem operandorum cognitionem, videlicet vniuersalem, & particularem. Cumque operationes sint circa singularia, contingit aliquem in vniuersali bene intelligentem circa singularia deuiare, atque peccare. Singularia quoq; cognoscuntur dupliciter, vtpote actu, & habitu. Hinc contingit aliquem peccantem habere rectam æstimationem de aliquo singulari operabili in habitu, non tm̄ in actu: quia in homine habitus passione ligatur, ne progrediatur in actum circa considerationem particularis agendi, vt ira, & concupiscētia: in tantum vt, etsi verba veritatis, ac virtutis pronunciet, sensum tm̄ mente non teneat. inquantum iudicium rōnis absorbetur vehentia passionis, iuxta quod sexto ethicorum habetur, ꝙ delectatio corrumpit existimationem prudentiæ. Quamuis aūt in angelis iudicium intellectus ita corrumpi non valeat: quoniam passiones in eis non sunt, potest tm̄ ligari inquantū considerando vnum, retrahitur à cōsideratione alterius, eo, ꝙ plura simul intelligere nequeant, nisi inquantum connexa, aut condependētia sunt, prout supra dictum est pleniùs. Contingit aūt aliquid esse eligendum secundum vnā rei cōsideratiōē, quod tm̄ eligendum non est, oibus conditionibus cōcurrētibus cōsideratis. sicq; in angelis error electionis potuit esse peccatū. Hæc Thomas.

Thomas

Aristo.

Singularia cognosci dupliciter

Aristo.

¶ Porro in prima parte, quæstione sexagesima tertia scribit: Tā angelus, quām quæcunq; creatura rōnalis, si sola sua attendatur natura, potest peccare. & quęcunq; peccare non ualet dono grāe, nō cōditione naturæ, hoc habet: quia peccare non est nisi declinare à rectitudine actus, quem debet habere, siue accipiatur peccatum in naturalibus, siue in artificialibus, siue in moralibus. solus autem actus ille à rectitudine non potest declinare, cuius regula est virtus agentis: si enim manus artificis esset regula incisionis, non posset artifex incidendo errare: sed si rectitudo incisionis sit ab alia regula, potest incisio recta, & non recta consistere. Cumq; nulla voluntas creata rectitudinē in suo habeat actu, nisi inquantum à uoluntate regulatur diuina, quæ sola est regula sui actus, & ad quā pertinet ultimus finis quemadmodum, quælibet volūtas inferioris regulanda est secundum voluntatem sui superioris, vt volūtas militis volūtate ducis: hinc in sola voluntate diuina nequit eē peccatum, in qualibet verò voluntate creaturæ potest ex conditione suæ naturæ.

Thomas.

¶ Sed objici potest, Appetitus non est nisi boni veri, aut apparentis, in angelis autem non potest esse bonum apparens, quod non sit verum bonum: quia in eis error esse non valet saltem culpam non potest præcedere: ergo non possunt appetere nisi, quod verè est bonum, quod appetere non est culpabile. Dicendum, quòd peccatum in actu liberi arbitrij potest eē dupliciter. primo, ex hoc, ꝙ aliquod malum eligitur vt adulterari, & tale pctm̄ semper procedit ex ignorantia, aut errore. Nam malum sub rōne mali nequaquām eligitur, & adulter in particulari errando decipitur, eligendo actum vitiosū propter delectationem annexam. ¶ Secundo peccatur per liberum arbitrium eligendo aliquid secundum se bonum: attamen absque ordine debitæ regulæ, aut mensuræ: ita, quòd defectus culpam inducens, sit solum ex parte electionis, quæ debitum ordinem non habet, nec seruat nō ex parte rei electę, sed solum ex parte electionis, quæ recto ordine caret, vt si orare eligeret, non attendens, ad ordinationem ab ecclesia institutam: & tale peccatum nō pexigit ignorantiam in peccante, sed solum absentiā, seu defectum considerationis eorum, quæ meritò consideraret. sicque peccauit angelus, conuertendo se per liberum arbitrium ad proprium bonum, absque ordine ad voluntatem diuinam. Hæc Thomas in Summa.

Obiectio.

Solutio

Pctm̄ ē libero arbitrio dupliciter.

Thomas.

¶ Insuper in Summa contra gentiles, libro tertio capitulo decimotertio: Siquis, inquit, sequi uellet Platonicos, facilis esset responsio. Dicunt enim dęmones esse animalia corpore aerea. sicque esset in eis pars sensitiua. Vnde, & passiones, quæ in nobis sunt causa peccandi, eis attribuunt, vt iram, odium. Propter quod ait Apuleius, ꝙ animo sūt passiua. Propter hoc quoque, quòd vniti corporibus perhibentur, posset forsan in eis aliud genus cognitionis poni, q̄ intellectus. Nempe secundum Platonem, ēt anima sensitiua incorruptibilis est: idcirco oportet, quòd habeat operationem, cui non cōmunicet corpus. Verum opiniones illæ erroneæ sunt. Ad euidentiam igitur propositæ, quæstionis, sciendum quòd sicut est ordò in causis agentibus, ita, & in causis finalibus: ut scilicet secundarius finis, à principali dependeat, sicut secundarium agens à principali agēte. Accidit autem peccatum in causis agentibus, dum secundarium agens exit ab ordine principalis agentis: sicut dum tibia ob suę curuitatem ab executione deficit motus, quem uirtus appetitiua impe rauit. vnde sequitur claudicatio. Conformiter in causis finalibus cum finis secnndarius non continetur sub ordine primi, principalisque finis, peccatū est voluntatis, cuius obiectum est bonum, & finis.

Apuleius.

Volūtatis conditio.

¶ Porro unaquæque voluntas naturaliter uult proprium bonum volentis, videlicet ipsum esse perfectum, nec potest velle huius contrarium. In illo ergo volente nullum potest voluntatis peccatum accidere, cuius proprium bonum est vltimus finis, quod non continetur sub ordine finis alterius, imò sub eius ordine omnes fines alij continentur: talisque volens est Deus, cuius esse est bonitas summa, quæ est omnium ultimus finis. In omni autem alio volente, cuius proprium bonum necesse est sub alterius boni ordine contineri, potest peccatum accidere uoluntatis, si secundum propriam considereturnaturam. Quamuis enim naturalis uoluntas vnicuiuque insit volenti, ad volendū, atq; amādū sui ipsius perfectionem: non tamē naturaliter ei est inditum, vt sic ordinet suā perfectionē in alium finem, quòd deficere ab eo nō queat, cū finis superior

quo differunt uoluntatē habentia ab aliis.

rior non sit suæ naturæ proprius. Relinquitur ergo suo arbitrio, quòd propriam perfectionem in superiorem ordinet finem. In hoc quippe differunt voluntatem habentia ab alijs, quòd voluntatē habentia ordinant se, & sua in finem: cætera à superiori agente ordinantur, & quasi aguntur seu impellūtur in finem. Potuit ergo in voluntate substantiæ separatæ esse peccatum ex hoc, ꝙ proprium bonum atque perfectionem suam non ordinauit in vltimū finem, sed inhæsit proprio bono vt vltimo fini. Cūque ex fine necesse sit regulas accipi actionum, cōsequens est, ꝙ ex se regulariter disponeret alia, & vt eius voluntas non regularetur à superiori, quòd soli Deo conuenit, ac debetur. sicque intelligendū est, quòd appetijt Dei æqualitatem, non sic ut suū esse diuino, & increato bono æqualē, quod sciuit impossibile esse, nec in eius intellectu poterat cadere: imò hoc appetendo appetere se non esse, cum distinctio speciem secundum diuersos rerū proueniat gradus. Velle autem alios regulare, ac regere, voluntatemq; suam à superiori non regulari, est velle præesse, non subijci, quod est peccatum superbiæ. ideo conuenienter asseritur, quòd primum pctm̄ dęmonis fuit superbia. Verum quia ex vno error circa principium uarius, ac multiplex error cōsequitur, hinc ex prima illa inordinatione uoluntatis in dæmone, consecutum, & cōstitutum est multiplex peccatum in voluntate ipsius, uidelicet iræ, & odij, contra resistentem suæ superbiæ, & punientem iustissimè culpam ipsius, inuidia quoq; contra hominem, & multa similia. Præterea aduertendum, ꝙ dum proprium alicuius bonum ordine habet ad plura superiora, liberum est uolenti, ut ab ordine alicuius superiorum recedat, & alterius ordinem nō relinquat, siue existat superior, siue inferior: sicut miles qui ordinatur sub rege, & sub principe militiæ, potest uoluntatem suam ordinare in bonum principis, & non regis aut econuerso. Si uerò princeps militiæ ab ordine regis recedat, bona erit uoluntas militis recedentis à uoluntate principis, non dirigētis uoluntatem suam in regem, & manentis sub imperio regis, mala autem esset uoluntas militis, sequentis uoluntatem principis contra uoluntatem regis: quoniam ordo inferioris principij, dependet ab ordine superioris. Denique substantiæ separatæ non solum ordinantur sub Deo, imò, & una earum ordinatur sub alia. Cumque in quolibet uolente post Deum secundum se considerato, potuit esse peccatum modo prætacto, possibile fuit, ꝙ aliqua superiorum aut certè suprema secundum uoluntatem peccaret, quod satis probabile est. Nōnim in bono proprio quieuisset, nisi illud ualde perfectum, & excellens fuisset. Potuit etiam fieri, quòd aliquæ inferiorum sua uoluntate proprium bonum ordinarent in bonum illius superioris substantiæ separatę, per hoc à diuino ordine recedentes, quæ similiter peccauerunt. Aliæ autem in motu seu actu uoluntatis seruantes ordinem rectum sub Deo, & recedentes ab ordine superioris sui secundum naturam recedentis à suo superiori, uidelicet Deo, non peccauerunt: imò sub summi regis obedientia permanserunt. Hæc Thomas ibidem. Ex quibus patet, qualiter angeli potuerunt peccare, & qualiter peccauerunt: & item, qua specie peccati transgressi sunt. Attamen circa quædam nunc tacta, quidam aliter opinati sunt, ut patebit.

Thomas

Præterea de his etiam alibi Thomas scripsit. Siquidem ad hanc quæstionem, utrum diabolus appetijt Dei æqualitatem, respondet: Circa hoc est triplex opinio. Quidam namque simpliciter, & absolutè concedunt, quòd angelus peccauit, Dei æqualitatem optando, non obstante rei impossibilitate: quoniam teste Augustino, cæca ambitio semper plus præsumit, quàm possit. sed hoc non uidetur conueniens. Nam quamuis homo plus ualeat desiderare, quàm queat habere: non tamen plus potest uelle, quàm æstimare: quia uoluntas intellectum sequitur, non excedit. Præterea in angelo non est passio, quæ ex appetitu honoris liget indicium intellectus, sicut in nobis. Hinc alij dicunt, quòd Dei æqualitatem non appetiuit directè, sed indirectè: quia appetijt aliquid, quo habito, sequeretur, quòd esset Deo æqualis, uidelicet nulli subesse: sed nec hoc conueniens esse uidetur: quoniam totum bonum angeli consistit in hoc, quòd Deo subest: quemadmodum tota claritas aeris in hoc, quòd subijcitur radijs solis. & ita hoc non potuit ab angelo appeti. Ideo aliter est dicendum, quòd scilicet non appetijt æqualitatem Dei simpliciter, quantum ad substantiā desiderati, ut scilicet uelle tantam bonitatem, & perfectionem habere ut Deus. Apetijt tamen æqualitatem secundum quod, & quantum ad modum habendi. Bonitas quippe, & beatitudo in Deo, est ex sua natura, atque fontaliter, ita quòd ab ipso alijs communicatur. Videns igitur angelus dignitatem suæ naturæ, qua creaturis cæteris prēminebat, uoluit à se bonitatem, & beatitudinem in omnia inferiora deriuari. Voluit quoque per naturalia sua in bonitatis perfectionem pertingere: ideo dicitur, quòd sine merito uoluit obtinere, quod ex meritis suis habuisset, si perstitisset. Nec etiam quantum ad modum habendi, uoluit Deo simpliciter æquiparari. Non enim uoluit à se felicitatem habere nec esse primum transfundens in alios, sed à Deo, & sub Deo, secundum quod Deus in omni operatur natura. Hæc Thomas in Scripto.

Triplex opinio.

1 August.

2

3

¶ Ad quæstionem demum hanc, Vtrum peccatum dæmonis, fuit superbia, respondendo: Superbia, inquit, tripliciter sumitur. Primò habitualiter, pro inclinabilitate ad superbiendum ex flexibilitate naturæ, aut fomitis corruptione. sicque superbia uocatur initium omnis mali. Secundò actualiter, prout quis effert se extra, & supra limites iussionis, ut precipienti non subijciatur. & ita non est speciale peccatum, sed generalis quædam conditio oē peccatum consequens ex parte auersionis. Tertiò superbia dicitur inordinatus propriæ excellentiæ appetitus præsertim in honore, aut dignitate. & sic est speciale peccatum, & vnum septem capitalium vitiorum. sicque primum peccatum angeli fuit superbia: quod patet tamen ex re desiderata, quoniam eminentiam dignitatis appetijt: quàm ex motiuo, quia ex consideratione propriæ pulchritudinis corruit in peccatum. Sed objici potest, quicunque enim non agit, quod tenetur, peccat per omissionem, sed angelus debuit intra se conferre, & cogitare de diuina ordinatione, ne eam excederet, qd non fecit. Dicendum, quòd omissio quandoque est speciale peccatum, quando uidelicet dimittitur, ꝙ fieri debet, & specialiter iussum est. Interdum est conditio omne peccatum concomitans, secundū quod est dimissio alicuius circunstantiæ in opere obseruandæ. & sic in primo angeli peccato fuit omissio. Attamen dici potest, quòd non tenebatur actualiter tunc conferre, quia & alio modo potuit peccatum vitare. Hæc idem ibidem.

Superbia tripliciter accipitur.

Eccl. 10.

Obiectio.

Cōsutatio

Thomas.

¶ Præterea in prima parte quæstione sexagesima

Pctm̄ pôt in aliquo eē dupliciter.

tertia respondens ad istud, quale malum culpæ possit in angelis malis esse: Peccatum, inquit, pôt in aliquo esse dupliciter. Primò, secundum reatum. Secūdò, secundum affectum. Primo modo vniuersa peccata in dæmonibus possunt esse, quia dum hoīnem, ad cuncta peccata inducunt, oīum vitiorum reatū incurrunt. Secundum affectum verò illa duntaxat peccata in eis sunt, ad quę natura spiritalis afficit, quæ non afficitur ad bona corpori propria, sed ad ea, quæ in rebus inueniri spiritualibus possunt. Nil enim afficitur, nisi ad id, quod suæ naturę aliquo modo est conueniens. In spūalibus aūt bonis non potest esse peccatum dū aliquis ad ea afficitur: nisi per hoc, ꝙ in tali affectu regula superioris non obseruatur. & hoc est pctm̄ superbiæ, non subdi superiori in eo, quo præsidet. Hinc primum peccatū diaboli non potuit esse nisi superbia, cōsequenter verò potuit in eis inuidia esse. Eiusdem etenim rōnis est, quo affectus tendat in aliquid appetendum, & ꝙ renitatur opposito. Inuidus aūt de bono alterius dolet, quia bonum illius reputat sui proprij boni impeditiuum: nec poterat bonum alicuius reputari impeditiuum boni affectati per angelum malū, nisi inquantum affectauit excellentiā singularem, q̄ per alterius singularitatem iam cessat. ideo post pctm̄ superbiæ consecutū est in dæmone peccatū inuidiæ, secundum quod doluit de bono hoīs, & de excellentia creatoris, secundum quod Deus vtit ea contra voluntatem diaboli. Porro in obscœnitatibus carnalium vitiorum dæmones nō delectant, quasi ipsi ad vitia illa afficiant; sed hoc totum ex inuidia oritur, ꝙ in qbuscunq; hoīm excessibus delectant, inquātū sunt impeditiua salutis humanæ. Hoc quoque sciendum, ꝙ in superbia, & inuidia, prout in dęmonibus esse dicuntur, comprehenduntur vitia cuncta, quæ nascuntur ex ipsis. Hæc ibi.

Thomas.

¶ De hoc demum, ꝙ dæmon peccauit dei similitudinem inordinate appetendo, scribit eodē loco: Angelus sine dubio peccauit, appetēdo esse vt De⁹, quod intelligi potest dupliciter. Primò, per æquiparantiam: secundò, per similitudinem. Primo modo non potuit hoc optare, quoniam sciuit hoc naturali cognitione impossibile esse. nec primū actum peccandi præcessit in angelo habitus aut passio ligans cognoscitiuam potentiam, ita vt in particulari errando eligeret impossibile. & dato, ꝙ esset possibile, adhuc esset cōtra desideriū naturale, Appetendo namq; essentialem gradū altioris naturæ, appetisset se non esse Veruntamen in hoc imaginatio fallitur. Nam quia homo apetit esse in altiori gradu, quantum ad accidentalia aliqua, quæ crescere queunt absque corruptione subiecti, æstimatur, quod possit appetere altiorem gradum naturæ, in quem peruenire non posset, nisi esse desineret.

Duplex modus appetēdi esse vt deus p similitudinem.

¶ Deniq; appetere esse vt Deus per similitudinē, contingit dupliciter. Vno modo, quantū ad in quo natū est Deo assimilari: & sic si quis appetat esse similis Deo, non peccat, dummodo similitudinē Dei debito ordine appetat adipisci, vt scilicet eā à Deo obtineat. Peccaret autē, si appeteret Deo assimilari virtute propria, non diuina. Secundò pôt quis appetere esse similis Deo in eo, in quo non est aptus ei assimilari, vt si quis appeteret cælū, & terram creare. quod Deo est proprium, in quo appetitu esset peccatum. Sicq; diabolus appetijt esse similis Deo non vt Deo assimilaretur quantum ad hoc; quod est nulli subesse simpliciter: quia sic etiam suum nō esse appeteret, cum nulla creatura valeat esse nisi per hoc, quòd Deo esse participat, & sub eius conseruatione subsistit: sed in hoc appetijt indebitè esse similis Deo, quia id, ad quod virtute suæ naturæ poterat peruenire, appetiuit vt finem vltimum beatitudinis suæ, auertens appetitum suum à supernaturali beatitudinè, quæ est ex gratia Dei: vel eam finaliter appetiuit: tamen voluit eam acquirere virtute suæ naturæ, non ex Dei auxilio, iuxta dispositionem ipsius: quod consonat Anselmo, dicenti, quòd appetijt id, ad quod ꝑuenisset, si stetisset. Istaq; duo in idē quodammodo redeunt, quia secundum vtrunque modum apetiuit finalem beatitudinem per suā naturalē virtutem habere, quod est propriū Deo. Cūque id, quod est per se, sit causa eius, quod est per aliud: idcirco ex primo illo, videlicet habere beatitudinem sua virtute, consecutum est aliud, quod appetijt principatum quendam super alia inordinate, in quo etiam voluit Deo inordinate assimilari. Hæc Thomas ibidem.

Anselmus

Diony.

¶ Videtur autem sanctus doctor in Scripto reprobare, quod in Summa contra gentiles affirmat, videlicet, quòd diabolus voluit nulli subesse: quod tamen dupliciter potest intelligi: Primò, vt nulli obediret, Secundo, vt à nullo influxum, aut conseruationem acciperet, & primo modo (vt reor) inteligit Thomas, & (ni falor) etiam illis, quos improbat.

Petrus.

¶ Porro scripta Petri dictis Thomæ omnino concordant, & comprehenduntur in eis. Attamen Petrus concedit, ꝙ in angelis lapsis aliquis error intellectus præcesit vitium voluntatis, non ꝙ error ille fuit propriè culpa, sed imperfectio considerationis seu, quędam omissio, iuxta sensum inductum: aut si extitit culpa, in peccato voluntatis includitur, tanquam via ad illud.

Richard.

¶ Circa hæc scribit Richardus: Peccatum Luciferi fuit superbia. Non enim fuit gaudium inordinatum: quoniam gaudium est quies ipsius appetitus in re amata præsenti: Ideo præsupponit inordinatum amorem. Nec fuit inordinatum odium. Nā quicquid oditur, oditur in quantū apprehenditur vt repugnans rei amatæ: ergo præsupponit inordinatum amore. Nec fuit inordinatum desiderium, quoniam desiderium est respectu boni futuri, amor autem boni simpliciter, ergo inordinatum desiderium præsupponit inordinatum amorem, quod homo potest experiri in se. quandocunque enim desiderat aliquod bonum non habitum, iō illud desiderat, quoniam complacet sibi in illo: hoc est, quia in affectu suo est cooptatio quædam ad illud, quæ est amor. Nec fuit fuga, neque tristitia, vt constat. Nec fuit inordinata spes, quoniam spes est respectu boni desiderati. sicque præsupponit desiderium inordinatum. Hæc Richardus, qui istud prolixè de diuersis passionibus, & peccatis prolequitur.

Diony.

¶ Veruntamen contra id, quòd ait inordinatum desiderium non fuisse peccatum Luciferi, obijci potest. fuit enim appetitus propriæ excellentiæ nondum adeptæ, sed separatæ vel magis præsumptæ, talisque appetitus desiderium propriè appellatur. & sicut præhabitum est, in angelo ante actualem suā superbiam non fuit aliquis amor habitualis inordinatus, aut passio.

Richard.

¶ Quærit quoque Richardus, An peccatū angelorum cum primo apostata illo peccantium, fuit superbia an pusillanimitas. Respondet, primū peccatum illorum fuit superbia: quia secundum Anselmū libro de casu diaboli, Id quod impij angeli appetierunt, fuit aliquid ad quod crescere potuerūt, qđ in sua creatione nō acceperunt, quatenus merito suo

Anselmus

ad

ad illud ꝑficerent. quemadmodum enim Lucifer excellentiam, ad quam conditus fuit, propria virtute mox uoluit obtinere absq; merito suo, ita & angeli ei consentientes: tamen ope Luciferi, & hac de causa sibi subesse volentes. Posset tamen videri, ꝙ prima ipsorum superbia fuit in diligendo deliberatiuè magis excellentiam propriā, quàm diuinam. Hacq; intolerabili superbia obtenebratus Lucifer, putauit obtinere se posse excellentiam suam per naturam, virtutemq; propriam, alij verò per eius potentiam: quæ excellentia eis cōuenire nequibat nisi per gratiam. & sicut ęstimauerunt, sic appetierunt. Taliter quoq; approbare falsum pro vero, non fuit in eis ante omne peccatum: imò æstimatio talis, nec in angelo, neq; in homine fuit ante peccatum. Vnde Augustinus libro tertio de libero arbitrio; Approbare falsa pro veris, non est natura hominis instituti, sed pœna damnati. Quod à simili potest dici de angelo. Porro, ꝙ angeli illi peruersi magis voluerunt subesse seruo, quàm dn̄o seu. Lucifero, quàm Deo: hoc non fuit humilitatis aut pusillanimitatis, sed elationis: quia ad hoc maluerunt subesse Lucifero, vt magis manerent propriæ voluntatis, quod fuit superbiæ: quemadmodum, quidam superbi malunt subesse principi impotentiori, quàm præpotenti, vt minus coerceantur. Hæc Richardus.

August.

Obiectio.

¶ Verum his obijci potest, ꝙ actio intellectus, prior est operatione voluntatis. sicque æstimatio illa falsa Luciferi, qua putauit se suis viribus posse excellētiam tantam acquirere, præcessisse videtur eius superbiam. Nec enim optasset hoc, nisi possibile æstimasset. & sic ęstimatio illa tā erronea fuisset pctm̄ elationē præcedēs, quod & in cęteris angelis reprobis magis apparet si namq; putabant se adiutorio Luciferi posse ex viribus suis excellentiam, seu beatitudinem, ad quam facti erant, acquirere, vitiosè errauerunt ante commissionem suæ superbię. Rursus, nos viatores scimus per naturalem rationem, quòd impossibile sit omni menti creatæ ad beatificam dei visionem per speciem naturali virtute pertingere, cum beatitudo illa sit prorsus supernaturalis: ergo multo plus Lucifer, & eius societas, omni naturalia scientia pleni, sciuerunt hoc: non ergo videtur, ꝙ beatitudinem, & excellentiam illam supernaturalem, ad quam erant creati, voluerunt per naturalia adipisci. Nam & illa fuit hęresis Pelagiana. Sed ad hæc forsan quis dicet, ꝙ quamuis in generali loquendo, actio intellectus præcedat actionem volūtatis: non tamen quælibet actio intellectus quàmlibet voluntatis. ideo Lucifer primò per intellectum apprehendit appetitum excellentiæ suæ, moxq; intensè afficiebatur ad eam: & ita ambitioso cæcatus affectu, errauit in intellectu, ęstimando sibi possibile, quod sibi impossibile fuit: & quod habitualiter sciuit, actualiter non attendit.

Suasio.

Obiectio

¶ Sed tunc denuo obijci potest, ꝙ appetitus excellentiæ non habuit rationem culpæ mortalis, nisi ex consensu intellectus, qui consensus fuisset culpabilis, & sic priùs fuisset culpa intellectu.

Refutatio.

¶ Ad, quod forsan dicetur, quòd actiones intellectus, & voluntatis connexæ sunt, Pariterque concurrunt ad complementum peccati mortalis. & in quibusdam mortalibus principale, à quo fit denominatio, seu tenet ex parte voluntatis, sicut, & in superbia. De his nil temerè assero.

Alber.

¶ Preterea Albertus: Dicendū, inquit, cū sanctis, ꝙ diabolus nihil apetijt nisi beatitudinem, ad quā peruenisset, si stetisset. In beatitudine verò tria principaliter attēduntur, videlicet perfectio potestatis, ꝑfectio, scientiæ, & perfectio bonitatis. Desideratū autem ab angelo, fuit perfectio potestatis, non considerata perfectione scientiæ nec bonitatis. Desideratum autem primi homines, fuit perfectio sciētiæ, non considerata perfectione potestatis, & bonitatis. Appetibile demum Antichristi erit perfectio bobitatis, non considerata scientia, ac potestate, quod secundum Anselmum ita est accipiendum: Ad perfectionem potestatis tria exiguntur. Primum est, vt à se non ab alio habeat potestatem. Secundum, vt statim habeatur, & non proficiatur ad eam per meritum. Tertium, ut in subiectis non patiatur resistentiam per alterius potestatem. Ad pefectionem quoque scientiæ tria his consimilia requiruntur, vt s. habeatur à se, nec ab alio per meritum expectetur, nec in scibilibus resistentiam seu ignorātiā habeat. Hinc in Genesi dixit diabolus: Eritis sicut dij, scientes bonum, & malum. Conformiter tria ad perfectionem pertinent bonitatis. volet equidem Antichristus à se mox bonitatem habere, non ab alio expectare, & ꝙ in bonitate nihil sit ei comparabile, iuxta illud Apostoli. & c. Extollitur super omne, quod dicitur aut, quod collitur. Dicimus demum cum sanctis, Augustino, Gregorio & Anselmo, ꝙ primum peccatum dæmonis fuit superbia, ex qua surrexit in eo inuidia, qua hominem vicit. Hinc in tractatu de conflictu virtutū, & vitiorū, assertitur: Quàm densissimus superbiæ vitijs putamus in terræ lutum inuolui, si potuit in cælo stella, quæ mane oriebatur, lucis suæ globos amittere? Vndecimo item super Genensim loquitur Agustinus: Inuidia sequitur superbiam, non præcedit. Non enim, causa superbiendi est inuidia, sed contra. Amando etenim quisque excellentiam suam, aut paribus inuidit, quod ei æquātur, aut inferioribus ne ei æquentur, aut superioribus, quòd eis non æquatur. superbiendo igitur inuidus: non inuidendo quisque superbus est. Verum tamen secundum Præpositiuum, superbia tripliciter sumitur. Primo generaliter pro appetitu excellentiæ seu altitudinis in quocunque, siue in laude, siue in alio. Hæcq; superbia proprie dicitur tumor mentis. Vnde Gregorius: Tumor mentis est obstaculum mentis. Qui quatuor modis contingit: Primò, dum quis credit se ex sese habere bonum, quod habet. Secundò, dum proprijs meritis credit se id accepisse. Tertiò, dum falsè se iactat habere, quod nō habet. Quartò, quando se putat cæteris plus habere. Hæc quatuor antiqui comprehenderunt hoc versu:

Tria in beatitudine. principaliter attenduntur,

Anselmus Ad pfectionē potestatis tria requiri.

Gene. 3. Tria ad p fectionē pertinent.

2. Thes. 2.

Isa. 14. August.

Prepositiuus. Supbia triplex.

Gregor. Timor mētis fit quatuor modis.

¶ Ex se, pro meritis, falso, plus omnibus, inflant.

Secundo generaliùs appellatur superbia amor proprij boni, cum auersione à summo bono, prout super Genesim vndecimo libro Augustinus testatur. Nempe per hoc, quòd se auertit à summo bono, induit rationem superbiæ. & ista superbia non est speciale peccatum, sed initium omnis peccati. Tertio superbia specialissimè nūcupatur appetitus excellentiæ in potestate ad dignitatem spectante. & hæc fuit primū peccatum diaboli, & etiam hominis primi. Dæmon nāque excellere uoluit in potestatis propriæ dignitate, homo in dignitate excellētiæ propriæ. Similiter auaritia duobus sumitur modis, videlicet generaliter, & specialiter. Generaliter auaritia nominatur nimius amor cuiuscunque boni creati. & hæc non differt à superbia nisi rōne. siquidem amor ille vocatur suꝑbia, secūdū quod à summo bono auertit: auaritia uerò, secūdum qđ ad cōmutabile bonum conuertit. Hinc super illud, Radix omniū malorum est cupiditas, Augustinus: Caueamus,

Eccl 10.

Duobus modis sumitur auaritia.

1. Timo. 6.

mus, inquit, superbiam,& auaritiam,non duo ma-
le sed vnum. Hinc superbia fertur initium oīs ma-
li,quia principium culpæ est ex parte formę,quę est
auersio ab incommutabili bono. Auaritia verò est
radix,quia ex parte conuersionis ad cōmutabile bo
nū, trahit succum delectationis,atq; libidinis, quo
nutritur in vitijs. Secundò auaritia specialiter dici
citur nimis appetitus pecuniæ seu bonorum fortu-
nę,quæ secundum philosophum quinto Ethicorū,
numismate mensurantur,quæ propriæ philargyria
August. nominatur.Iō vndecimo super Genesim asserit Au-
Eccl 10. gustinus:Meritò initium oīs peccati scriptura diffi-
1.Timo.6. nit,dicendo: Initium oīs peccati superbia. Cu ap-
tatur illud Apostoli,Radix oium malorum est aua-
ritia, si auaritiam generalem intelligamus,qua quis
que amplius,quàm oportet, pp excellentiā suam,
& quendam propriæ rei amorem, qui rectè amor
priuatus vocatur, quod potiùs à detrimento, q̄ ab
incremento dictum elucet. Oīs nanq; priuatio mi-
nuit. Vnde itaq; vult eminere superbia, inde in an-
gustias,& egestatem contruditur,cum ex commu-
ni ad proprium damnoso sui amore redigitur. Hac
generali auaritia diabolus cecidit,qui pecuniā non
dilexit,sed propriam potestatē. Hic amore peruer-
Obiectio sus sancta societate priuauit turgidum spūm, eūq;
artauit in miseria, iā per iniquitatē satiari optantē.
¶ Porro si obijciatur, quòd in oī rationali natu-
ra rex,qui appetibilibus,& faciendis regere debet,
Prouer.21. est ratio, secundum illud Prouerbiorum: Rex qui
sedet in solo iudicijs, dissipat omne malum intuitu
suo: sed ratio tunc ita non rexit, ergo omissio fuit
Solutio eius peccatum: Dicendum, quòd ibi error fuit ra-
Anselmus tioni admixtus, qui error (secundum Anselmum)
fuit impunitatis pręsumptio. nec est speciale pec-
catum, sed error electionis, & inquisitionis, vel
Aristo. ignorantia pręcedens omne peccatum, prout ter-
tio Ethicorum ait Philosophus, quòd omnis ma-
lus est ignorans: quæ tamen ignorantia non mere
tur ignoscentiam aut miserationem, sed obiurga
tionem, & vituperationem. Præpositiuus, & An-
tisiodorensis responderunt ad hoc, quòd angelus
non tenebatur conferre, quoniam aliter potuit cul
pam euadere: ideo non omisit. potuit enim eua-
dere declinando ab appetitu proprij boni, ac de-
lectatione propriæ potestatis. Hæc albertus. Qui-
bus concordant scripta eius libro de quatuor coæ-
Vdalri. quęuis, vbi eadem scribit de his quæ hic. ¶ Deniq;
Vdalricus in Summa sua libro quarto: Qualiter in-
quit, creatura deiformi prædita intellectu, errare
potuerit, difficile est videre: præsertim cum de ho-
1.Timo.2. mine,quia diuina mente pręditus extitit, dicat Apo
stolus: Adam non est seductus in pręuaricationem,
August. mulier autem seducta est. Rursus, cum dicat Augu-
stinus,quòd omnis actus peruersus, ex aliquo est er
rore. atque secundum philosophum, omnis ma-
lus, ignorans sit: patet difficultas quæsiti. Verum
hoc faciliter soluitur, si modus sui peccati perpen
ditur. Id namque,quod appetijt habuisset, si persti
tisset: quoniā debitum fuit naturalibus suis debito
congruitatis, non obligationis iustitiæ,cum sit di-
uinæ beneficium gratiæ. primum horum actualiter
intuens angelus,potestateq; propria delectatus,per
didit secundæ considerationis sapientiam in suo
decore,id est, decoris sui occasione: perdidit, in-
quantum ad habitum, sed quo ad vsum, ita quòd
ad hoc oculum considerationis non deflexit, sed
voluit voluntate electiua hoc consequi à deo so-
lum naturalium ratione, ad quod etiam gratia re-
quirebatur, ac meritum. & hoc fuit superbia. Quē
admodum enim passiones in nobis ignorantiam
pariunt particularis in actu, quod scitur in vniuer-
sali,imò & in particulari secundum habitum: sic ve
hementia affectionis ad propriam potestatem incli
nat in angelo ad vnam cōsiderationem, excluditq;
aliam. Propter quod) in libro de ciuitate loquitur
Augustinus:Angelus mox ut factus est, continuo se Augu.
à ueritate auerti propriæ potestatis eleuatione seu
elatione deprauatus.Porrò peccando appetijt simi
litudinem dei,non similitudine imitationis,quia in
ea consistit bonum omnis creaturæ: sed similitudi
ne æquiparantiæ, de qua dixit: In cælum conscen-
dam,quòd intelligendum est de cælo trinitatis:non
tamen appetijt simpliciter deo assimilari, cum sci-
rèt hoc impossibile esse.Voluntas verò electiua im
possibilium non est secundum philosophum. Ap-
petijt ergo illam æqualitatem tantum in quodam
modo habendi illud, quod possibile fuit consequi
eum: imò quod consecutus fuisset,si debito modo
id appetisset Propterea Augustinus nono super Ge Augu.
nesim dicit eum ab illa altitudine impia superbia
cecidisse:quam si voluisset,fuerat percepturus.Nē-
pe cum secundum naturalia angelis data sit maior,
aut minor beatitudo,& super alios influentia,atque
prelatio, ipse qui præ omnibus in naturalibus emi
nebat, maiorem omnibus felicitatem accepisset à
deo, & super omnes angelos alios: imò per conse-
quens super omnia, quæ eorum ministerio guber-
nantur, influentiam habuisset. Idque appetijt, di-
cens: Super astra cæli, id est, angelos, exaltabo so- Isa.14.
lium meum,id est,potestatem prælationis,atque re
giminis mei,vt Augustinus exponit. Sedebo in mō-
te testamenti,idest,in supremo vertice æternæ feli-
citatis, quam ab æterno Deus ordinauit, & ab ex-
ordio seculorum frequenter testatus est se daturū
electis. In alteribus aquilonis, qui est locus caligi-
nis, & designat tenebras, quas Deus posuit latibu Psalm.17.
lum suum. Vnde,& in Paralipomenon fertur:Deus 2.Para.6.
pollicitus est,vt habitaret in caligine: quæ (secun-
dum diuinum Dionysium) inuisibilem, plenitudi-
nem, & incomprehensibilem excellentiam lumi- Diony.
minis increati designat. Hac Vdalricus.
¶ In cuius dictis duo præsupponuntur: unum,
quod primus ille apostata summus extitit angelo-
rum. Secundum quod angeli altioris naturæ, al-
tioris quoque facti sint gloriæ, per hoc, quòd intē
tiori affectu sed ad deum conuerterint. Porro, ꝙ
ait, angelum sapientiam perdidisse, non quantum
ad habitum, sed quo ad usum, seu actum, intelligi
nequit de sapientia supernaturali infusa charitati
semper annexa, in qua secundum præhabita creati
sunt angeli,sed de sapientia naturali, quæ donum
est gratiæ gratis datæ.
¶ At uerò Bonauentura: Aliqui, inquit, dixerunt, Bonauēt.
ꝙ diabolus simul tpe peccauit pluribus generibus
uitiorū:principaliùs tamen superbia, quod non ui-
detur.Cum enim affectiua uis dæmonis simplex sit,
quemadmodum intellectus: ideo sicut intellectus
non potest simul intelligere plura nec plures cogi-
tationes habere,sic neque affectus in eodē instanti
potest plura peccata cōmittere: præsertim, quæ ad
diuersas pertineāt actiones,ut infidelitas,superbia,
inuidia. Iō aliter est dicendum,utpote,quod con-
tingit loqui de pctō scdm tripliceun statutum, uez
quantū ad inchoationē,& cōsummationē,& cōfir-
mationē.Pctm̄ aūt diaboli initiatū est in sua p̄sum-
ptione.Mox.n.ut pulchritudinē suā uidit,p̄sumpsit.
Cōsummatū ē in ambitione,qa p̄sumens de se,appe
tijt qđ oīno supra se ē.Sed cōfirmatū ē auersiōe iui
diæ

diæ,& rācoris.Ex que.n.obtinere nō valuit, quod
optauit,inuidere cœpit,affectuq; odijci contraire,
atq; in hoc pertinaciter est firmatus, qm̄ hoc sepa-
Obiectio. rauit eū oīno à Deo,& perfectū obstaculū posuit,
sicut perfecta charitas Deo plenè coniūgit.¶ Si ve-
Ingratitudo duplex rò obijciat,ꝙ pctm̄ diaboli fuit ingratitudo,dicen-
dum,ꝙ ingratitudo dupliciter dr̄.s.negatiuè,& cō-
trariè.Negatiuè,dū qs nō est Deo gratus vt debet:
& ita est circunstantia oīm vitiorum Priuatiuè ve-
rò,seu cōtrariè,qn̄ non solū nō est gratus,imò & cō
trariè mouet,vtpote dū cogitat de beneficio,vt est
beneficiū,& paruipēdit illud,seu benefactorem, &
ita est speciale peccatum:& sic non peccauit diabo
lus,quia nō cogitauit de beneficijs dei, vt erāt dei,
sed inquantum erant sua propria bona: idcirco ela
Duplex ē similitudo dei tus est. Hæc Bonauentura.
¶ Qui declarans qualiter diabolus voluit Deo
parificari:Duplex est, ait, similitudo dei, vtpotè æq-
parantiæ,seu æqualitatis,& imitationis. Similitudo
imitationis pōt appeti ordinatè, & inordinatè. Or-
dinatè,qn̄ apperit in his,quæ nr̄æ sunt aptitudinis,
& diuinæ acceptationis,ut sunt perfectiones virtu-
tū.Inordinatè,dū appetit,quod non decet aut Deo
non placet, vt p̄esse, vlcisci.Similitudo aūt æqualita
tis nullatenus pōt appeti ordinatè,pōt tn̄(vt credo)
aliquo mō appeti in aliq̄ conditione,vt in dn̄io,p̄si
dentia,scientia Sciēdū ergo,ꝙ diabolus aliquo mō
appetijt similitudinē imitationis, & aliquo modo
æqualitatis:quod patet, si attēdatur appetibile eius,
modusq; appetendi.Diabolus quippe appetijt alijs
p̄sidere,propria tamen autoritate.Quod appetiuit
p̄esse,fuit imitationis, quod & obtinuisset, si p̄stitis-
se.Quod aūt,propria autoritate,ita quòd sine me-
ritis,& sine p̄ordinatione datoris,ita quod nulli su
Gregori⁹ besset,æquiparantiæ fuit, quod & multæ sanctorū
Bernard⁹ autoritates testātur, Ait nāq; Gregorius, ꝙ voluit
Anselmus esse sui iuris,ita ꝙ nulli subesset. Bernadus,ꝙ appe-
tuit æqualitatem potētię.Anselmus,ꝙ optauit p̄esse
sine meritis.Oēsq: verum dicunt,& verbis diuersis
idem circunloquūtur,videlicet,quòd voluit præes
se propria autoritate. Hæc idem.
Pctā angelorū lucifero adhęrētiū. ¶ Qui etiam aliorum angelorum prauorum pec
cata describit,planum est,dicens ex dictis sāctorū,
& glossis, ꝙ angeli minores peccato superbię, sūt
auersi:tn̄ in mō ponēdi, diuersitas ē. Nā aliq dicūt,
ꝙ inferiorū superbia fuit in hoc,ꝙ cōsenserūt pctō
luciferi superbientis,quod fuit superbia:quēadmo-
Gen.3. dum Adam dr̄ superbisse,qm̄ superbienti consensit
vxori,Sed hoc videtur probabile, quòd scilicet an-
geli minores priùs appetierūt alteri,puta lucifero,
qđ bonū cūmutabile,q̄ sibijpsis, cum vnuiscuiusq;
affectus maximè iunctus sit sibi,& priùs appetat in-
Aliorum opinio. ordinatè sibi q̄ alteri:etsi alteri,tn̄ propter se. Hinc
alij dicunt,quòd superbierunt non solū consentiē-
do,sed & sibijpsis excellentiam appetendo,Cumq;
cernerent se non posse ad aliud pertingere sine lu-
ciferi sublimitate,qui erat vt caput, tam sibi,quā il
li excellētiam optauerunt:sicq; p̄priè superbierūt,
atque superbię consenserunt. Fuit quoq; eorū su-
perbia conformis superbiæ principis tenebrarum,
qui naturaliū suorum strenuitatem, excellentiam,
præcellentiamq; conspiciens, voluit præsidere, &
in sua autoritate quiescere.Porro dæmones eisubie
cti,non sunt ausi tm̄ appetere: sed naturalium suo-
rum strenuitatem pensantes, voluerunt sub vmbra
illius quiescere, ita ꝙ non ministrarent, sed q̄dam
sub illa potirentur voluntaria libertate, quam vide
bant se non posse sub diuino habere impio.Cogno
uerūt etem̄ augeli, factos se ad participandā q̄etis
btitudinem,ad acquirendum eā per operā,atq; ob-
sequia sua.In hoc ergo superbierunt,ꝙ sine meritis
voluerūt esse beati,& sine ministerio quiescere, ac
sine limite p̄priam voluntatem implere: quod totū
fuit superbię,quamuis non tantæ, sicut oībus vel-
le præesse,& nulli subesse.Hæc Bonauentura. Alexāder.
¶Concordat Alexāder inter cætera loquens:Pec
catum diaboli fuit superbia,& radix eius cupiditas,
nec est oppositio inter hæc se ita habētia. Superbia
quippe,quæ est speciale pctm̄, est amor seu appeti-
tus propriæ excellētiæ,ita ꝙ hoc,quod dico, p̄priè,
sonet in culpā.Nam potest,quis amare, seu velle p̄-
esse pp deum,quod non est apostatare, nec amare
excellentiam propriā:sed excellentiam quasi cōem,
qm̄ ad cōem ordinatur vtilitatē,Hinc radix super-
biæ diaboli fuit cupiditas,quia p̄esse appetijt ob p̄-
prium commodū,vel honorē. Veruntn̄ nō appetiit
æqualitatē diuinā in propria rōne, nec esse vt deus
sub hac rōne simpliciter:sed appetijt aliquid,quod
si obtinuisset eo modo, quo appetijt, esset æqua-
lis deo, seu sicut Deus Etem̄ cunctis p̄esse, & nulli
subesse,Deo est propriū.Similiter habere btitudinē
ex nullo merito, nec suo, nec alieno, cōuenit soli
Deo Multiplex quoque est similitudo,videlicet na-
turæ,& gr̄æ ac gloriæ, quarum quælibet potest ap-
peti ordinatè: quarta est similitudo æquiparantię,
quæ nullatenus est optanda.Hec Alexander.
¶ Insuper de his Antisiodorensis scribit diffusè, Antisiod.
cuius dicta sentialiter sunt inducta.Veruntn̄ tenet,
ꝙ angelus reprobus appetijt similitudinē ęquiparā
tiæ dei.i.æq̄litatē cū Deo, volens p̄esse,& non subes
se:sicq; voluit rapere deitatē,pp quod amisit felici
tatem. ¶Cumq; obijcitur, ꝙ fuit p̄spicacissimæ rō-
nis,ergo sciuit hoc impossibile esse: rn̄det,ꝙ habi-
tualit̄ hoc agnouit,sed pulchritudinis suæ conside
rationi intētus,actualiter non aduertit nec cōtulit.
Recitat quoq; quēadmodū quidā dixerūt, primū
pctm̄ luciferi esse omissionē, dicentes, ꝙ quicūque
actualit̄ peccat,peccat ēt per omissionem,sicut qui
fornicatur, peccat fornicationē nō vitando. Cūq;
à sanctis asserit,ꝙ primū peccatū illius fuit supbia,
exponūt hoc de primo pctō actuali illius. sed cōtra
hoc est, p̄ angelus potuit pctm̄,pulchritudinē suam
non conferendo:quia cū fuerit liberi arbitrij,potu
it flectere illud ad bonū sine collatione: ergo nō cō
ferendo,non peccauit omissione, imò cōsideratio
p̄priæ excellentiæ potuit,esse via ad laudē, & reue-
rētiā dei sine collatione:quod cōcedimus, dicētes,
ꝙ p̄positio ista, Tenebatur vitare motū superbiæ,
dupliciter pōt intelligi: qa hoc verbū vitare pōt te-
neri tm̄modo priuatiuè,& valet tm̄,tenebat̄ nō mo
ueri elatione, & ita ē vera Pōt quoq; accipi positi-
uè,sicq; est falsa.Dicimus item,quòd nullus peccat
per appetitum,nisi priùs peccet p̄ consensū illicitū.
Vn̄,& lucifer antequā appetijt præesse,& non subes
se, cōsensit in illū appetitū, q cōsensus fuit morta-
le pctm̄,sed fuit idē peccatū cū illa supbia. ¶ Si aūt Questio
quærat̄ de causa illius primi pcti, dicendū, ꝙ causa Solutio
eius fuit nō necessaria cā,sed libera,& contingens,
vcz ipa volūtas creata, & defectiua: q̄ potius fuit
cā deficiens, q̄ efficiens,in quantū peccans,p̄sertim
loquendo De formali ipsius peccati.Sed obijci pōt, Obiectio.
qa si voluntas angeli fuit causa primi pcti, uel er-
go bona uolūtas,uel mala. Non bona, quia bonum
ut tale,non est cā mali. Nec mala,quia ante primū
pctm̄ uoluntas non fuit mala. Dicimus, quòd re
uera liberū arbitrium fuit causa primæ voluntatis, Cōfutatio
sed non fuit eius cā per se,nec necessaria. Ideo ni-
hil est causa efficiens primæ malæ uolūtatis. Libe-

tum verò arbitrium est causa ipius per accidens, s. per defectum, qui duplex est, vnus est quasi materialis, qa ex nihilo: alter quasi formalis, puta priuatio vtilis actionis, seu salubris considerationis à vitio retrahentis. Aliorum autem angelorum peccatum fuit, quòd lucifero consenserunt, &c. vt infra dicetur. Hæc Antisidorensis.

Durãdus. ¶ Porro Durandus: Voluntas, inquit, angeli inititur regulæ defectibili, vtpote suo intellectui, in quo cadere quiuit defectus, etsi non erroris aut nescientiq, tñ inconsiderationis. Iõ potuit peccare. In

Defferẽtia quorũdã. hoc verò differũt, error, ignorantia seu nescientia, & inconsideratio, ꝙ error est approbare falsa pro veris, ideo falsam æstimationẽ includit. Ignorantia aũt est nescientia horũ, q̃ quis scire tenetur, & põt. Inconsideratio est solus defectus actualis cognitionis eorum, q̃ habitualiter sciunt. Quamuis ergo in angelis nõ ponat ꝓpriè error, aut ignorãtia, ponit tñ in eis incõsideratio. Non.n. oportet ꝓ oĩa, quę circũstare possũt, & rectificare volũtatẽ, angelus ꝓ cõsideret actu, ꝑsertim in his, quæ naturalẽ rõnem transcendunt, vt ea, per quę ad beatitudinẽ est tendendum: atq; ob huius considerationis defectum, fuit in angeli electione peccatum, dum appetijt id, quod ex genere suo fuit bonum, non cum circunstantia sine qua non fuerat appetendum, quia de illa non cõgitauit. Hæc Durandus.

Dio. Ricl. & Dion. ¶ Quibus obiicit, quia diuinus Dionysius ponit in angelis nesciẽtiam, seu ignorantiã, à qua superio

Obiectio. res sua illuminatione purgant inferiores. Iterum dictum est, ꝙ angeli cõsenserunt in motum superbiæ, qui consensus fuit erroneus. Rursus, appetere beatitudinem non appetendo media requisita ad eam: non tamen excludendo eadem, non est malum. sicut nec intellectus est falsus, apprehendendo vnũ eorum, quæ consistunt in re, non apprehendendo aliud, nisi apprehendat vnum sine alio esse.

Scotus ¶ Præterea Scotus: Cõiter, ait, hic dr, ꝙ angelus nõ potuit æqualitatẽ dei appetere propter quatuor

Rõ prima rationes Prima est, qm̃ nõ peccauit ex passione aut ignorantia, sed electione. Electio aũt non est impossibilium, sed angelum Deo esse æqualem, est impos-

2 sibile. Secunda, quia angelum esse Deo ęqualem, includit contradictionem, videlicet ipsum esse, & nõ esse. Tertia, nihil potest voluntas velle nisi sit p̃conceptũ ab intellectu: sed intellectus angelicus nequa-

3 quã potuit hoc p̃concipere: imò si hoc pręcõcepisset, errasset. sicq; fuisset in eo error, & pœna añ primum suum pctm̃. Quarta, qm̃ angelus nõ potuit vel-

4 le se nõ esse, sed creaturã esse Deo æqualẽ, includit eã non eẽ: qa non põt esse creatura, nisi sit creatore

Cõsutatio inferior. Veruntũ, qm̃ rõnes istæ nõ concludũt, põt aliter rñderi, vtpote, ꝙ angelus potuit appetere æqualitatẽ dei. Voluntas namq; duplicẽ habet actum

Voluntas duplicem habet actum amãdi. amandi, vc3 amorẽ amicitiæ, & actũ concupiscẽdi aliquid amato. Et ꝓm vtrũq; actum, habet totũ ens pro obiecto, ita, ꝙ sicut quodcunq; ens põt aliqs amare amore amicitiæ, ita qd̃cunq; ens põt ipse cõcupiscere ipsi amato. Ergo angelus potuit seipsum amare amore amicitię. Potuit ergo sibi concupiscere quodcunq; concupiscibile. Cumq; æqualitas dei sit quoddã bonũ cõcupiscibile ꝓm se, potuit ange-

Aristotel lus illud bonũ cõcupiscere. Præterea, ꝓm Philosphũ tertio. Ethicorũ, voluntas ẽ impossibiliũ ergo ꝑpossibilitas illa nõ ꝓhibet angelũ appetisse dei æqualitatẽ. Insuper, angeli praui odiunt deũ, ergo volunt eum non esse, quod tñ impossibile est oĩno, & sicut volũt deũ nõ esse, ita possunt velle eminẽtiam dei esse in alio: ergo velle possunt eã esse in se, qd̃ est dei æqualitatem appetere, Hæc Scotus.

Dionysius contra Scotum ¶ Cuius positio vr prorsus absurda. Primo in hoc, quod tot solenniũ doctorũ concordi determinationi contradicit, imò, & tot patrum sanctorum, sicut iam patuit. Secundò, quia ꝑsuasiones eius nullius vigoris sunt. & si quid concludunt, non est ad ꝓpositum, nec contra mentem doctorũ. Siquidem prima persuasio sua hoc solummõ probat, ꝙ angelus potuit dei ęqualitatem velle, atq; appetere obiectiuè & sic angeli boni eam voluerunt, dixerunt, & appetierunt, ad perfruendũ ea, & ad honorandum eam plenariè, & ut conseruarentur ab ea in esse ad honorẽ, gloriamq; ipsius. Angeli verò iniqui voluerũt, & appetierunt dei æqualitatem, ad vtendũ ea, & vt cõseruarent ab ipsa ad propriũ cõmodũ, & honorem. Nec istud intendunt sancti patres, ac ꝓbi doctores negare. Verũ nec angeli boni, nec angeli reprobi appetierunt, neq; appetere potuerunt deliberatiua electione æq̃litatẽ dei effectiue: hoc est, ita, ꝙ æqualitas Dei essentialiter Deis cõpeteret, & in esset, sic, ꝙ ipsi verè essent Deo æquales, & per conseques veri Dij. imò, & ex cõsequenti non essent creati, nec dependẽtes, nec indigentes, qd̃ certissimè cognouerũt, ꝓrsus impossibilissimũ esse. Ex his patet ad alia duo rñsio, qa (vt habitum est) & beatus August. hoc asserit: Primum peccatum angeli non fuit nec esse potuit odiũ Dei, neq; inudia, q̃ necessariò ex inordinato sui amore, & elatione nascentur. Prima quoq; inordinata voluntas angelicæ creaturæ non potuit esse tã cæca, & impossibilium, ac implicantiũ reorum, sicut, & infra in solutionibus quorundam argumentorum magis patebit.

Scotus. ¶ Amplius, de hoc an pctm̃ luciferi formaliter fuit superbia, scribit Scotus: Cõiter dr, ꝙ pctm̃ luciferi fuit superbia. Sed ad videndũ veritatẽ, primo est attendendũ q̃ fuit malitia in angelo primo: deiñ, ad qd̃ genus peccati ꝓtinuit. Primo quoq; videndũ

Actus volũtatis q̃ sint. de ordine actuũ voluntatis, q̃ sũt, velle, & nolle. Est equidẽ nolle actus positiuus uoluntatis, quo fugit seu refilit ab obiecto disconueniẽti. Velle aũt est primus actus uoluntatis, quo accepta obiectũ cõueniens. & ẽ duplex, ut dicat velle amicitiæ eẽ obiecti, cui, qs uult bonũ: uelle aũt cõcupiscentiæ, esse obiecti, qd̃ qs uult amato, istorumq; actuũ patet ordo: qm̃ oẽ nolle, præsupponit aliquid uelle. A nullo

Velle duplex est. quippe refugio, nisi qd̃ stare nõ ualet cũ quodam, quod tanquã cõueniẽs accepto. Velle quoq; cõcupiscẽtiæ præsupponit uelle amicitiæ. Cũ enũ amatũ sit respectu cõcupiscẽtis quasi finis, cui uolo bonũ, nã ꝓp amatũ concupio sibi bonũ quod ei uolo, cũque finis habeat primam uoliti rõnem, patet, quod uelle amicitiæ, ꝓcedit uelle concupiscentiæ. Hinc similis est processus in uelle, & nolle deordinatis. Hinc primus actus uoluntatis inordinatus, fuit uelle amicitiæ primum respectu eius, cui uoluit bonum. Hoc uerò obiectum non fuit Deus, quia non potuit deum inordinate ex intentione amare ex amicitia: quoniam Deus est tale amabile, quod ex sola sui ratione ut obiectum est, completam dat rõnẽ bonitatis actui perfectè intenso. nec est uerisimile, qd̃ aliquid aliud à se nimis intẽse dilexerit actu amicitiæ: tum, quoniam naturalis inclinatio magis inclinat ad se, quàm ad aliud quodcunque creatũ amandum: tum, qm̃ non uidetur ꝙ aliquid aliud creatum à se, sic intellexit ut se: tum, quia amicitia super unitatem fundatur, 8. Ethicorum: & amicabilia ad alterum procedunt ex amicabilibus ad seipsum,

August. 9. Ethicorũ: ergo primus actus innordinatus angeli, fuit actꝰ amicitiæ respectu suijpsius, Vñ ꝓm Augu.

amor

amor sui crescens, vsq; ad contemptũ Dei ciuitatẽ fecit diaboli, in quo cõtemptu cõsummata est ista malitia. Porrò loquendo de prima inordinatione ipsius velle concupiscentiæ, apparet ꝙ angelus ille primo cõcupiuit sibi immoderatè beatitudinẽ. Processit, nãq; ex affectione proprij cõmodi, prout cõmodũ comprahendit delectabile. Hinc apparet, ꝙ angeli primò concupierunt beatitudinẽ. Verum in hoc potuerũt tripliciter inordinatè habere se. Primò, plus appetendo beatitudinẽ sibi, q̃ summo bono, seu plus beatitudinẽ cupiendo, q̃ Deũ amando. Secundò, volendo eã habere nimis citò, & ante finẽ morulæ in qua quasi in via erãt. Tertiò volendo eã ex suis naturalibus adipisci. ¶ Vlterius dici põt, ꝙ angelis inordinatè cõcupiuit sibi aliquod bonũ creatũ, videlicet excellẽtiã respectu aliorũ. Deniq; de prædicto inordinato amore cõiter dr, ꝙ fuit superbia: & vr esse intentio Augustini libro de Trinitate, quo ait ꝙ præsumptio est, nimis sibijpsi placere: idcirco superbi, in scripturis dicunt sibi placentes. Hæc Scotus. Qui de his scribit ꝓlixè, & tandem

August. concludit, ꝙ ꝑsumptio fuit simpliciter primũ peccatũ luciferi, & non vt est prima species superbiæ. Nec peccatũ luciferi fuit simplex, & vnicũ, imò fue-

Peccatum luciferi non fuit simplex & & vnicũ, sed multiplex. rũt multa peccata. Malitia quippe ipsius incepit ab immoderato amore ipsius, & deuenit ad desideriũ beatitudinis inordinatũ: deinde ad excellentiæ, ac præsidẽtiæ super alios appetitũ, & consummabatur in odio Dei, quod maximum est peccatum, quia ex hoc sequebatur, ꝙ nõ potuit habere volita Deo manẽte. Hinc ex inordinato appetitu priùs potuit velle Deũ non esse, & ita odire. Itaq; primũ illud peccatum luciferi, scilicet inordinata dilectio sui, non erat irremediabile, seu irremissibile ex sua natura, neq; grauissimũ: imò & quando peccauit secundo peccato, beatitudinem inordinatè optando, adhuc fuit in via, & potuit pœnitere de primo peccato, sicq; recipere veniam, & mĩam. Ergo primum eius peccatum ex se non fuit irremissibile: sed quia ex illo deuenit ad terminũ, oĩa eius peccata irremissibilia facta sunt. Omne nãq; peccatũ peccatoris perdurans usq; ad terminũ inclusiuè, est irremissibile.

Dionysi. cõtra Scotum. ¶ In his Scoti verbis videnr aliqua contineri documentis sanctorũ, & præallegatorũ doctorum nõ consona, præsertim in eo, ꝙ vr sentire peccatum luciferi formaliter non fuisse superbiã, sed magis pręsumptionẽ, nisi forsan sumat præsumptionẽ pro specie quadã superbiæ. Cõiter etiã sancti testantur, ꝙ lucifer ob suã superbiam de cælo eiectus sit: sicq; in superbia illa videtur sua iniquitas, quã ante eiectionẽ habuit, consummata: & sicut probatũ est, ante illã eiectionẽ non optauit Deum non esse, cũ sciret se sine Dei conseruatione nõ posse subsistere. Rursus, vr in verbis eius contrarieras quædã, dum ait. Primũ peccatũ illius fuisse inordinatũ suijpsius amorẽ: & iterum, ꝙ primũ eius peccatũ fuit præsumptio.

Henricus. ¶ Deinceps Hẽricus quodlibero 8. In actibus, inquit, intellectualis substantiæ, præsertimq; angeli intellectus primo ex habitu cõcreato cõprehẽdit vniuersales rerũ essentias, & simul mox cõplacet naturaliter suæ uoluntati in illis, absq; deliberatione: in qua complacentia, q̃ necessariò est primus actus ipsius, cũ nõ sit circa particularia, non põt esse bonũ, aut malum moris. In cõprehensione aũt particulariũ sub uniuersali, cũ simul plura cõprehendere nequeat, sed solũ per discursum vnũ post alterum, nõ vnum ex altero, sicut angelus in naturalibus superior, priùs suam particularẽ essentiã tanq̃ sibi præsentem intelligat, cuius cognitionẽ concomitatur cõplacentia naturalis in ea, & sic in quolibet successiuè, ꝓm quod ab intellectu cõprehenditur vnũ post aliud. Nec in aliquo actu hmõi uoluntatis põt esse bonũ, aut malum moris, sed solummõ bonũm naturæ. Vlterius uerò, cum intellectus angeli primi essentiã propriam cõprehendit sub cõparatione ad inferiorũ essentias, q̃bus ex naturalibus suis natus est præesse, ac dñari, atq; ꝙ hoc bonum esset sibi, & alijs, in hoc uerũ dixit intellectus ipsius, absq; errore: Cũq; talẽ intellectionem sequitur complacẽtia voluntatis, cõplacẽtia illa adhuc purè est naturalis, & absq; oĩ deliberatione. Vnde fistẽdo in ea, adhuc oẽs actus uolũtatis, q̃ necessariò plures sunt, boni sunt: bonitasq; illorũ in Deũ est retorquẽda, quod ita se habet, siue angeli in gratia sint creati, siue nõ. Siue itaq; angelus malus cõplacentiã illam sub moderamine tenuisset, nõ peccasset. Sic.n. etiam boni angeli superiores progatiuam suã super inferiores conspexerũt, atq; in hoc eis cõplacuit: sed non peccauerunt, quia sub moderamine iuxta exigentiã ultimi finis, ꝓm instinctũ grꝫ eis datæ sese continuerunt. Angelus verò malus nequaquã, sed cũ eo, ꝙ sibi ꝑeminentia sua cõplacuit, in singularitatis tumorẽ erupit, & cõplacentię moderamen excessit, bonũ sibi singulare singulariter reputans, & bonũ aliorũ despiciens: sicq; in hoc se sup alios altissimo similiẽ iudicans, ac per hoc se aliorũ cõstituit finẽ. Et qa à sine, ac ꝓm finis exigentiã regulanda sunt ea, quæ sunt ad finẽ, idcirco seipso & ꝓm seipsum disposuit alia regere, ac ipsis præesse. Cumq; ꝓm Gregorium quatuor sint species elationis. Prima, dũ qs à seipso habere se bona putat: secunda, dũ data sibi desuper bona pro suis se meritis acqepisse existimat: tertia, dũ iactat se habere, quòd non habet: quarta, qñ de spectus alijs singulariter videri appetit habere, qd̃ habet: non peccauit lucifer prima superbiæ specie, qa ex naturali scientia nouit se accepisse à creatore quicqd fuit, & habuit. Nec secũda specie, quia ex nihilo sciuit se factũ. Nec tertia specie, qa de nullo est gloriatus, ꝙ non habuit, quãuis de eo, quod habuit male gloriando, ulteriùs habere appetijt, quod non habuit: ideò quarta specie arrogãtiæ est trãsgressus: qm̃ singulariter videri, & præsidere appetijt de eo, ꝙ habuit, quod non processit ex aliqua de ordinatione, errorẽve rõnis, qa non proposuit uoluntati, nisi ꝙ fuit, nec rõ ante peccatũ voluntatis errare nequiuit. Vnde rõ in angelo non errauit, nisi postquã elatus fuit. Nẽpè post primam eius elationem rõ in ipso est obscurata, circa appetibilia, q̃ proposuit voluntati, non pertractãdo quod sibi ex puris naturalibus non cõpetebat: qa voluntas hoc pertractare intellectui non pręcepit. Hinc pertractationem, seu collationẽ huiusmodi, non pertractans, prælationẽ optauit, eãq; ex naturalibus suis assequi, & quasi in possesionẽ se ponere nisus, non curauit de modo, ac ordine pertingendi ad illã. Veruntñ non sic istã cõcupiuit prælationẽ, ut quasi non sub Deo eã voluerit obtinere: qa ex naturali sapĩa sciuit nullã creaturã naturali ordine posse alios regere, sine influẽtia virtutis diuiuæ: sed ꝑsumptuosè putauit, ꝙ gñalis Dei influẽtia sibi sufficeret, & ꝙ vlterius ex puris naturalibus deberet habere alia regere: cũ tamẽ hoc se recepturum nõ nisi ex speciali dono Dei debuerit ꝑstolari, & si Deus sic vellet. Ideo de eo, qd̃ concupiuit, suspẽdere debuit iudiciũ rõnis appetitũq; voluntatis, quousq; præceptũ accepisset diuinũ, sicut fecerũt angeli boni. Itaq; nihil optauit inordinatè, nisi ꝙ à Deo ordinatè per gratiã accepisset, si humiliter expectasset. Hinc vanũ est dicere, ꝙ

Quatuor species elationis iuxta Gregorium.

bonum

bonũ spirituale visionis Dei, aut alicuius huiusmodi ex naturalibus voluit obtinere. De tali quippe bono, nec tunc, nec nunc aliquã potuit æstimationem ex naturalibus puris habere. Hæc Henricus,

Dionysi. ¶In cuius positione multa dicuntur ſm cæteras eius opiniones, vt ꝓ non posit esse error in rõne, aut intellectu, nisi præcedat culpa in voluntate; de qua re infra dicetur. Atq; ꝓ ait, Angelos non appetiuisse ſpũale bonum uisionis diuinę, cuius oppositũ ex Scoto probatũ est: nec uerisimile reor, ꝓ creator nõ manifestauerit angelis mox ut condidit eos, ad quem finem creauerit ipsos. Aliàs uiderẽtur de sua excusabiles prauitate. imò & primis patentibus reuelauit, ad quam beatitudinem instituerit eos.

Gulielmꝰ. ¶Postremò Parrhisiensis lib. 2. de uniuerso: Attẽde, inq̃t, quemadmodũ primũ peccatum necesse est fuisse superbiã. i. actũ euntis super id, quod fuit, aut habuit: hoc est, à ministerio in dñium, quasi à seruitute in altũ exemptionis. Ex alia verò parte videri potest primum illud peccatũ fuisse auaritiæ, & furti atq; rapinæ, cum scriptũ sit, radicem oĩum vitiorũ

2.Timo.6. auaritiã esse. Egregiorũ quoq; unus doctorũ, perhibuit auaritiã non solũ esse pecuniæ, sed etiã altitudinis, atq; scientiæ In Genesi etiã legitur euidenter,

Gen.3. ꝓ promissione altitudinis ac sciẽtię primi parentes ad peccandũ inducti sunt. Nam dictum est eis. Quacunq; die comederitis inde, eritis sicut elohim, sciẽtes bonũ, & malũ. Elohim aũt interpretatur, dij, aut

Elohim quid. iudiciariæ ptãtis. In eo verò ꝓ additur, Scientes bonũ, & malũ, ꝓmissa est eis scientia boni, & mali, non qualiscũq;: sed æminẽs, ac nobilissima, cũ illo in sta tuſpditi essent, & naturali boni, ac mali scia, & item gratuita, q̃ oĩ naturali sciẽtia longè est præstãtior. Angelorũ ergo peccatum una consideratione fuit superbia, à supereundo, hoc est abeundo super id,

Superbiæ etymologia. quod erat, aut quod habebat in naturalibus virib. suis. Alia aũt consideratione fuit auaritia, seu cupiditas, à cupiẽdo, seu rapiendo quod fuit alienũ. Vẽdicate namq;, aut vsurpare in re aliena dominiũ, in qua uẽdicãs, seu vsurpans nõ habet nisi ministeriũ, superbia, & auaritia simul est. Sicq; cõstat nõ discordare, quod dictũ est, Initium ois peccati superbia

Eccl.10. est, ab eo, quod dr, Radix oĩum malorũ est auaritia.

1.Tim.6. Porrò supbia angeli fuit, ꝓ inordinatè appetijt Dei

Quæ fuerit supbia angeli. similitudinem. non.n. verisimile est, ꝓ appetijt Dei æqualitatẽ, à qua & ex cõditione suæ naturæ sciuit se incomparabiliter plus distare, q̃ dister rusticus ab imperij dignitate. Si ergo rusticus tanquã stultissimus spernerent, q̃ se ad dignitatẽ integereret imperialẽ: quãto magis angelus ille imperitissimus fuisset, si ad Dei aspirasset æqualitatẽ? Amplius, ignorare, nõ potuit quin tanta esset sua à creatore distantia, ut nec genere, imò, nec p̃dicamento ei appropinquaret: ideo certũ ei fuit, non nisi per suæ substãtiæ corruptionem, suæq; speciei mutationẽ ad creatoris dignitatẽ, seu æqualitatem posse pertingere. Si autem quis dicat, ꝓ uidẽs se signaculum similitudinis Dei præ omni creatura, inaniter eleuatus, in gloriam pulchritudinis, ac similitudinis, tam ad ipsum patrem, q̃ ad eius filium uoluit compar haberi, cũ se simillimum patri conspiceret, ideoq; recusauerit esse seruus, non ꝓ essentialiter, aut personaliter voluerit esse vnigenitus patris, sed sicut ipse in hoc, ꝓ non subesset, sed tantum præesset omnibus se inferioribus, quemadmodum vnigenitus patris: cuius exemplum est in magnatibus, qui vehementer exaltati, & honorati à regibus, pręesse volũt alijs, & nequaquam subesse eidem, interdum, quoque seruire renuũt & subesse eis, à q̃bus ita sunt honorati. Porro lex creatoris est, quàm Christus expressit, ac adimpleuit, vt quibus vnusquisq; præesse videtur, illis maximè seruiat, subditusq; consistat, & tũc quisque ritè, ac rectè multitudini præest, dũ in officijs iniunctis diligenter, ac fideliter seruit eis, vel potius creatori gubernatione illorũ. Primus verò ille apostata econtrario habuit se volẽs oĩbus, se inferioribus, per naturam, pręesse, ac dominari, & nec ipsis nec creatori in ipsorum regimine deseruire: sicut & vnigenitũ dei dominari cõspexit, ipsum imitari volens peruersè Deinq; hæc est peruersitas in oĩ, præsidẽte creato aliud quærere in subditis, quàm creatori placere, atq; seruire, & ipsis prodesse. Quærere autem, seu amare ipm dominari, quæstumve alium ex subiectis, diabolica peruersitas, ac ferina existit rapacitas. Itaq; si ita q̃s dicat, non longe à probabilitate consistet, cũ, & manifestũ sit, homines ad dominandi libidinẽ esse tã pronos, vt nec magnis subditorum multitudinibus sint contenti: imo totis studijs, viribus, ac fraudibus dñationẽ suam in plures extendere enitantur, quanquã à tanta peruersitate angeli tanto longiùs esse debuerant, quanto, & a tenebris ignorantiæ, & ab originali corruptione creatæ sunt immunes, ac liberę. Nec video qualiter primus ille peccator præesse voluit, non subesse, nisi modo prætacto. Difficillime nãq; maiores ad minorum, ac subditorum officia inclinant, nisi dei munere adiuuẽtur, & sua officia, ac dignitates difficulter reputant onera esse. ¶ Præterea si quærat vnde lucifero tantus ausus, tãq; intolerãda pręsumptio, vt creatori subesse modo, prædicto noluerit: Rñdeo, quia ipsum præesse tanta libidine ei cõplacuit, vt subesse nõ curauit, adhærens ipsi Præesse amore non solum peruerso, sed ẽt nimio, & penè insano. Probatur, quod pro tunc non vidit, ꝓ verè, & ritè subesse sit verè, præesse: & quod mirabilius est, non sensit iucunditatẽ, quam habet seruirtus creatoris, quę incomparabiliter maior est, q̃ delectatio, quam somniat, ac mẽtitur ambitio in falsi noĩs dñatione. Et quamuis oẽe vitium obtenebret suũ subiectum, maximè tñ ambitio, q̃ appropriatè cæca vocatur, q̃ & tantæ vehementiæ fuit in impio illo, ꝓ tam illuminosam eius cæcauit scientiam. Si demũ, quis admireẽ, qualiter tam subito rapere, quiuit luciferum honoris illius illusorij pulchritudo: attendat quàm citò, atque faciliter pulchritudo mulieris rapiat in se sapientium corda: ipsæq; fœminæ interdũ ex sua pulchritudine tam intensè, ac fatuè extolluntur, ut alios spernant, & ab hominibus penè cupiant adorari. Multipliciter quoq; constat, qualiter quidã sic ambitione, vana ve gloria, aut amore carnali vincuntur, & excæcantur, vt desiderio honoris, voluptatis aut famę, grauissimos subeãt sumptus, labores, curas, afflictiones, & læsiones, quemadmodũ in exercentibus torneamenta, in hypocritis, in regibus, & tyrannis, sua dominia augere optantibus patet. Addo, & hoc, quia vix separantur ab inuicem tres illæ partes, seu species, aut rami, seu filiæ superbię, q̃ sunt dñandi libido, amor inanis gloriæ, & honoris ambitio. Nec verisimile, primum illum apostatam ab aliqua earum fuisse immunem. Porro si dicas, Tu qui hæc dicis, & disputas, que audacia te hæc uidere præsumis, & primum angelum illum, quem sapientissimũ extitisse dubitat nemo, ista non vidisse cõtendis, pſertim cum inuolutus sis tũbris, atque distantia quasi immensa à luce sapientię eius te lõge esse negare non valeas. Respondeo, quoniã quantũcunq; expedita, & clara sit virtus visiua: non tamen

Matt. 20. Luc.22. Mar.10. Qñ q̃s bene pręest.

Dubium.

Solutio.

Tres filię superbię

ita

ita clarè, vt cęcutiens, seu lippiens oculis intueẽ ea, in quæ aciẽ non conuertit; sic fidelis, & illuminatus viator clariùs cõspicit falsitatẽ, ac vnitatem illusoriæ dñationis, q̃ angelus ille, qui vanæ illius dominationis amore, & ambitione captus, & excæcatus, eã interiùs non perpendit, q̃ vana, vilis, & enormis cõfisteret: imò quemadmodum oculorũ quantacũq; claritas cęspitare permittit, ac cadere eũ, qui visum non dirigit in discrimina viæ: sic splendor sapiẽtiæ angeli reprobi, intentus in alia, & profundatus in illis, non retraxit ipsum à casu. Ex quibus apparet, subitum, & non deliberatũ fuisse ipsius peccatum, sicut in eo, qui visa fęmina speciosa, mox ardet in eã, non requirens, nec consulens, neq; deliberans, an sibi sit appetenda. Subitaneitas, autem, atq; temeritas magis insunt superbię, quàm alicui vitio, propter quod vento à philosophis, ac theologis comparatur. Hæc Gulielmus in diuersis capitulis libri præfati, in quibus de his etiam aliã multa cõscribit.

Superbia vento assimilatur.

¶Verum quod peccatũ illud luciferi dicit fuisse non deliberatum, sed subitum, non videtur præhabitis concordare, cum in creatura intellectuali locum non habeat mortale peccatum ante plenum consensum. & rationis deliberationem.

Aug. vnus sapientũ. ¶Insuper: Qñ, inquit, vnus sapientiũ (vt potè Augustinus) primũ malum fuisse affirmat auersionem ab incõmutabili bono, congruit super hoc perscrutari. Itaq; maximũ malum in moribus, atq; moralibus, est priuatio contraria adhæsioni, qua bono incõmutabili adhęretur. Cumq; res cui adhæret, bona est, & salubris siue expediens bona est adhæsio, sicut dũ virtutibus adhæretur: si verò sit nociua adhæsio, mala est, sicut lepra dr alicui adhærere, & de

Isaiæ.2. Iudæis loquitur Isaias: Pueris alienis adhæserunt. Adhærendũ est igitur maximè creatori, de quo ait, propheta, Mihi autem adhærere Deo bonũ est. Ipse quippe sponsus est cuiuslibet animæ virtuosæ, ſm tres nobiles eius vires, videlicet ſm intellectum, inquantũ veritas luminosissima: ſm concupiscibilem

Psal.72. superiorẽ, vt bonitas suauissima: ſm irascibilem, vt gloria magnificentissima, & honor, seu decus, post quẽ non est alius honor, aut decus. Circa hæc.n. versantur cuncta nobilia humanarũ desideria animarũ, & ista sunt, quæ sola rectè, & magnificè, ac laudabiliter ab eis, quærunt. Vnde ab alijs omnibus, q̃ propter ista non quæruntur, illuditur eis, & remanent vacuæ etiã cum ea fuerint assecutæ; sed ad alia tria est bona animarũ nostrarum cõuersio, puta ad Deum, in quo ista sunt vnum, ad quod omne bonũ creatũ est ordinandum. Hinc constat primũ peccatũ fuisse separationem, recessum, seu auersionem à summo bono, de ipso peccato loquendo formaliter: quæ auersio fuit priuatio debitæ adhæsionis, cũ Deo. Nempè vt Aristoteles bene ait, Per se est, quo posito, aliquid ponitur: & quo remoto, remouetur. Posita autem hæc adhæsione cum Deo, boni sumus: & ea remota, mali: sicque priuatio ei apposita, est malitia, qua per se mali sumus. Hæc idem.

Thomas. ¶Pręterea tractat, An luciferi culpa prima fuit in uidia: Nec ira, inquiens, nec dolor, nec odiũ, primò inesse angelis potuerunt, nisi forsan dolor inuidiæ, sicut nonnullis est visum, q̃ dixerũt luciferum inuidisse filio Dei, quẽ vidit sibi infinita glorię superemi nentia pręcellentẽ. Conueniens ergo est, de hoc aliquantulũ perscrutari. Non. n. prætereundi sunt tantorũ sapiẽtum sermones in rebus tam arduis, & à nostra consuetudine tã longè distantibus. Dico ergo, ꝓ dolor inuidię locũ sortitur, vbi ex aliena quacunq; pręstantia, aut præeminẽtia quoquo modo, quis cognoscit, aut timet extollentiæ suæ diminutionem, læsionẽ, seu obscurationẽ, suæve apparentiæ minorationẽ. Nã vbi nil horũ est, quæ causa potest esse inuidiæ, aut doloris? nisi forte q̃s dicat amorẽ singularitatis in bonis quibuslibet dolorem huiusmodi generare, quod in angelo nequaquam locũ habuisse vr. Eadem etenim ratione inuidisset parri, atq; spiritui sancto, quorũ vterq; in infinitũ eminet ei. sicq; per vnũquẽq; eorum impeditur singularitas, seu solitudo, quã fertur amasse. Nec singularitas illa potuit esse, nisi in hoc, ꝓ noluit creaturã habere maiorẽ, aut patrem, quod & ita fuit. Nempè vt dictũ est, non concupiuit, nec cupere potuit esse simpliciter Deo æqualis. Alia igitur causa fuit, cur filio Dei inuidit, nec apparet, quid verisimilius dici posit ſm eum, q̃ ista dixit, puta beatum Bernardũ, nisi quod lucifer ille præuidit filio Dei regnũ ex humano genere acquirendũ, & congregandũ, siue in terra, siue in cælo, & terra. Ergo ſm istam sententiã, ambiuit simile regnũ in hominibus, quamuis cõtrarium regno illi ordinato, ac iusto. Sed cur non similiter, & in angelis regnũ sibi ambiuit, cum videret filiũ Dei tunc in angelis regnantem, ac postea regnaturũ? Adducit autem sanctus ille verba Ionę, dicentis: Si propter me tempestas hæc orta est, mittite me in mare. Hæc, inquã, dicentis in persona Christi ad patrẽ, ac spiritum sanctum. Hancq; tempestatẽ intellige totius generis humani laptum in corruptionẽ, ac mortem. Hanc filius Dei dixit propter se ortã, tanquam in inuidiam suã à primo angelo concitatã. Veruntamen admirationem habet non leuem. quo angelus ille hæc appetiuit, aut appetere potuit qui se sciuit ab oĩmoda subiectione filij Dei nullatenus eximi posse. Nec ignorauit se nihil posse in se, aut in subditis, nisi inquantũ daret, aut permitteret Deus, cum nec homines, id nesciant etiã stulti: ergo sciuit se, nec regem, nec dñm posse esse cõtra illius dispositionẽ, nisi nominatione stulta, & vana, præsertim cũ sciret oẽm potestatem, & regnũ in manu consistere vnigeniti Dei, ex cuius parte, sua non minuebatur, sed dependebat fælicitas. Cur ergo illi inuidit? Cogimur ergo fateri, primũ illius peccatum fuisse superbiã, quod & sacri doctores cõcorditer dicunt, qui & inuidiã protestantur esse superbiæ filiã, aut certè primogenitã eius prolem. Quod si dixerit q̃s, quod dederit Deus angelis nõ ministeriũ, sed liberã dominationem in rebus, ac viribus suis. absq; legis restrictione, destruit hoc: quia secundũ hoc nequaquã peccassent, imò ſm hoc potuissent oĩbus donis creatoris vti in contumeliã, atq; iniuriã eius sine peccato. Deinq; error hic intũ Sarracenos seduxit pro magna parte, vt credant se omnibus rebus suis liberè posse vti, siue abuti, ꝓ quod & seruis masculis abutũtur, & aĩalibus multis. Rursus, nil magis est nostrum q̃ propria membra & partes, vitesq; animæ. Ergo & linguis nostris liberè vti possemus ad mentiendũ, & periurandum, imò ad blasphemandũ, manibus quoq; ad furandum, & rapiendũ, & intellectu, ac voluntate ad cogitandum, ac appetendũ quæcunq; placentia, diuinæq; legi cõtraria. Tenendum est igitur, angelis legẽ viuendi esse innatã, naturaliterq; inscriptam, nec à iure naturali fuerunt exempti. Porrò de eo, quod tactum est, principem istum malitiæ inuidisse filio Dei, qm sanctus, ac sapientissimus vir in rebus diuinalibus dixit hoc, nec tutum, nec bonum est cõtradicere eius sermoni. Reuerentia etenim multa honorandi sunt tãti, ac tales viri, & eorũ sermones: imò intolerãda stultitia est, statim contradicere ipsis, & putare eos errasse,

Ionæ.1.

Sarracenorũ error.

Nota.

errasse, q̃uis veritas, & causa, q̃ induxit eos ad sentiendũ, atq; dicendum sic, ignoretur, & difficulter inueniatur: Fortasis aũt nec verisimile est, nisi multũ exercitatis, ac eruditis in diuinis, principem illũ præuidisse, aut præcogitasse futura in genere humano de colligendo, seu cõgregando regno sanctorũ per filiũ Dei, & de hoc, quòd filius Dei esset regnaturus in eis in natura humana. Nẽpè cum angelus ille solũ habuerit naturalẽ cognitionem, nec ex illa prænoscere, aut cogitare potuerit ea, quæ supra naturalẽ cursum, & ordinẽ erant futura, vtpotè quæ in rebus naturalibus, neq; indicia vlla, nec coniecturas suę futuritionis habebant: constat, ex illis nõ potuisse inuidiã principi illi fuisse. Nihilominus verũ est, quod ait scriptura, Inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ. Sap. 2. Potuit namq; conijcere ex eminentia, in qua vidit conditã naturam humanam, præsertim ex supernaturalibus ei adiectis transferẽdã ad angelicę fælicitatis æqualitatem, longèq; altius eleuandã, q̃ fuit status, de quo ipse corruerat: quod poterat esse occasio inuidendi hominibus, cũ quanto in naturalibus ipso erant inferiores, tanto futuros perpenderet esse se superiores, ex quo & contra filiũ Dei ira suæ malignitatis excandescere potuit, ac rancore torqueri. Non.n ignorabat beni gnissimam Dei solicitudinem circa homines primos, seq; deiectũ, ac iustè despectum: ideo non improbabile est, quod inuidit filio Dei regnum quod habiturus fuit in genere humano. Tũc ergo primò in inuidia illa exarsit, dum cõditos nouit homines primos. An verò de deitate, & gloria filij Dei voluerit, non est mihi adhuc aliquo sermone authentico declaratũ. Præterea quamuis sciret se aduersus Deũ nil posse: tamen præfato modo ex cõsideratione excellentiæ suæ in arrogantiã eleuatus, cæcatus fuit: nec actu attendit, quod meritò attendisset. Nam & serui vilissimi à suis dominis magnificè honorati, atque ditati, aduersus dominos ipsos aliquando intumescunt. Hæc Gulielmus.

Dionys. ¶In quibus nõ vĩ sufficienter responsum ad verba sancti Bernardi, qui in sermone, quo scribit hæc, vĩ sentire, quòd lucifer ante ruinam, & eiectionem suam, cõcepit inuidiam etiã contra hominem protoplastũ. Nihilominus idem sanctus frequenter & euidenter testatur, luciferum ob suã superbiam lapsum, & cõdemnatum. Idcirco quod scribit primũ angelũ primumq; hominẽ inuidisse filio Dei, vĩ intelligendũ, non quod primum vtriusq; peccatũ formaliter fuerit inuidia, sed quod vterq; per quandã appropriationem peccauerit in filiũ Dei, inordinatè appetendo similitudinẽ creatoris: quia cum filio approprietur, seu propria sit imago, similitudo, atque æqualitas patris, eo ipso, quo angelus primus, & homo protoplastus appetierunt inordinãter, & immoderanter assimilationẽ diuinam, & quandam quodammodo adæquationẽ, saltem angelus ille: palam, quod appropriatè peccauerunt in filium Dei, eiusq; maiestati, & gloriæ derogauerũt, qui confortari stolidè præsumpserunt: & quia qui alterius excellentiã taliter appetit, eidem inuidere faciliter solet, aut per modum inuidentis se habere, hinc ex sequela, & concomitantia quadam, seu æquiualenter vel quãtũ ad similitudinem effectus, vnigenito Dei filio inuidisse dicuntur. Postea verò diabolus inuidit Deo formaliter. Etenim hoc modo sanctus, & illuminatus Bernardus in sermone quodã de aduẽtu, præallegata verba Ionæ inducit, pertractat, exponit, in persona filij Dei loquens: Duas rationales creaturas condidit Deus pater, videlicet angelum, Ionæ. 1. & hominẽ, sed vrranq; propter me perdidit, id est, propter peccatum in me appropriatè commissum abiecit. Et rursus: Omnes, inquit, inuidẽt mihi. Pater verò zelans pro filio, iniuriam filij vultus est, filius autem paternæ maiestatis honorem recuperare desiderans, deceptoq; homini subuenire intendens, dixit: Si propter me tempestas hęc orta est, id est, vehemens illa vindicta, atq; expulsio vnius de cęlo, alterius de paradiso, mittite me in mare, id est per incarnationis mysterium in mundum inferiorem, in abyssum tribulationum, & persecutionum, profunditatem, ad redimendum genus humanum. Vnde in Psalmo est dictum: Veni in altitudinem maris, & tempestas dimersit me. Ibidem. Psal 68.

¶Rursus de qualitate, & specie peccati luciferi, mouet Gulielmus hoc dubium, nec prætereundũ, vtrum ab initio suæ creationis apostata ille ambierit cultum, & honorificẽtiam creatoris: hoc est, An instat creatoris adorari, & coli voluerit, quẽadmodum postea multi ex eius cõsortio, qui & genus humanum ad idololatriam induxerunt, seq; in idolis adorari, ac coli procurauerunt. Nec parum est admirãdũ, eos ab initio istam incidisse insaniam, cum nullus hominum, nisi mente captus huiusmodi cultum sibi vnquã impendi voluisse legatur, donec hominibus est suasum, quosdam in Deos transire, ac deificari propter egregios suos, atque magnificos actus. Inualuit demum hucusq; ista opinio de hominum translatione in Deos, vt quidã adhuc in carne viuentes, vellent dij reputari, & coli, ac statuas sibi erigi præciperent, vel gauderent. Vnus quoque ex regibus Babylonis in dementiam eam profilijt, quòd Deos omnium gẽtium exterminari præcepit, quatenus ipse solus à gentibus sibi subditis, Deus colleretur, & adoraretur, sicut in Iudith libro describitur. Ex quibus alicui põt videri, quòd ab initio apostatæ angeli in hanc elationis amentiã proruperunt, hęcq; sit similitudo, quam primus eorum optauit: Similis, inquiens, ero altissimo, vtpotè in honorificentissima huius culturæ. Nec istud à probabilitate, & verisimilitudine longè est, cum homines, qui ignorare nequibant se esse mortales, ad tantam corruerint cordis amentiam: angeli verò se immortales esse sciebant. Hæc Culielmus. Gulielmus mouet dubium. Vtrum luciferi cultum creatoris sibi vsurparit. Iudith. 3. Isai. 14.

¶In supra inductis autem verbis huius doctoris, aliqua continentur, quæ sibi inuicem non consonare videntur, vt quòd angelum illũ primum solam, ait naturalem habuisse cognitionẽ: & rursus, quòd præsupponit, & ait eum habuisse notitiam filij Dei: imò & totius supergloriosissimę trinitatis, quamuis nondum per speciem. cognitio autem filij Dei, seu trinitatis, naturalem transcendit scientiam. Dicta Gulielmi sibi mutuo cõtraria.

¶Amplius, si quis cum sancto Bernardo dicere, aut verba sancti illius defendere velit in eo, quod tangit luciferum ante suam deiectioueṁ homini inuidisse, posset forsitan opinari, quod & supernaturalinm, & futurorum, quorundam scientia concreata, aut data fuit lucifero ante ruinam, de quo iuxta probabiliorem opinionem tenetur, quod in charitate, & gratia, atq; in sapientia illa, quę donum est spiritusancti, creatus sit sicut probatum est. Denique, secundum doctores communiter primo homini ante suam transgressionem desuper fuit reuelatum, vnigenitum patris ex suo semine incarnandum. Potuit ergo & tale, quid angelo illi multum in naturalibus digniori diuinitùs reuelari, quamquam de his nil temere sit promouendum. Bernard. Doctorũ opinio.

¶Restat nunc tertia pars quæstionis huius soluẽda: videlicet, an angeli alij lapsi ex inuestigatione luciferi Gulielm.

ciferi peccauerũt, an magis proprio motu, atq; cõceptu. Quo circa scribit Gulielmus: Restat, inq̃ens, inquirẽdum qualiter tanta angelorum peccauerit multitudo, an adhærendo lucifero in sua stultitia, vel per seipsos superbiendo; & vtrũ ipse hæc procurauerit aliqua suggestione, aut suasione, & vtrũ inter eos tractatus aliquis fuerit, seu deliberatio de conspiratione agenda contra creatorẽ, & de erigẽdo, eligendoq; regẽ alium, & principem ex aduerso. Constat aũt, q̃ apud nos non fiunt tales aggressus sine fautoribus, atq; cõplicibus. Aut ergo lucifer nõ intendebat aliquid in creatoris iuiuriã attentare, cũ sciret se contra eũ nil posse: aut fretus fiduciã multitudinis, ac potentiæ sibi adherentium, hoc præsumpsit. Verũ hoc faciliter reprobatur: qm̃ sciuit se contra creatorẽ nihil valere, etiãsi totus angelorum sibi astaret exercitus. Amplius, quo terrore, aut fauore, qua suggestione, promissione, adulatione, q̃bus signis, aut miraculis, potuit angelos illos inducere, vt se pro summo Deo adorarent, aut collerent, quẽ secum simul creatum videbant, nec sine creatoris volũtate, & influxu posse esse, viuere, aut manere sciebãt. Insuper, aut isti tractatus latebant angelos alios, aut non: si latebant, cur potius eos latebant, q̃ cæteros, cũ ipsis posset impius ille propositũ suum suggerere, quemadmodũ bonis? si non latebant, ergo peccauerunt nõ retrahẽdo, nec arguẽdo iniquũ. Quicquid ergo de his dicatur, mihi apparet, q̃ naturalis ordo institutione naturę hæc prohibeat, etiam si hæc naturalis non efficeret. Multa nãq; natura per seipsam plerũq; facere nequit, quæ tamen in suis substantijs nõ prohibet naturaliter ab alio effici: sicut aer seipsum illuminare non potest, sed illuminationẽ promptè suscipit aliũde. Deniq;, in substantia intellectuali nondum peruersa, naturalis institutio habet, vt ex donis sibi à creatore collatis, prosit, ac seruiat alijs: sicut & pastor suis pecudibus, reges, & princeps suis subiectis: ergo & angeli sua scientia naturali multo plus potuissent, si voluissent quibusdam prodesse. Idcirco si creatori subesse, & inferioribus prodesse spreuerunt, aut noluerunt, manifesta fuit eorum superbia. Hinc apparet, superbiã extitisse primum, atq; cõmune vniuersorum illorũ peccatum, & omnes, ex eadem causa, videlicet ex pulcpritudine excitatos ad ipsã superbiã, appetentes prefatam libertatem inanẽ, dominationemq; falsam, seu inordinatam super inferiores. Itaq; probabiliùs reor, vnumquenq; illorũ proprię malitiæ fuisse auctorem, ita q̃ primus, & maximus iniquorũ illorum, cæteros non seduxit, neq; subuertit. Nec.n.ex contractu, aut tractatu video seductionem illã peractam. ¶Quod si quæratur, cur potiùs peccauerunt quidam eorum, q̃ cæteri omnes dico nullũ illorum violento impulsu ad peccandum inductũ, sed vnusquisq; propria voluntate peccauit, liberè eam auertẽs à verò bono, & applicans eam bono falso: nec aliã causam, aut occasionem habuit quisquam eorum, q̃ dixi. Porrò si quæras cur causæ illæ potius induxerũt quosdam in culpam, q̃ alios, respondeo, quia ipsi dederunt se huinsmodi causis, seu occasionibus, quod dare, fuit nisi velle, seu appetere falsum bonũ. Si quæris, cur eandem causam non habuerunt illi, quæ non peccauerunt, respondeo: qm̃ voluntatẽ suam falso bonõ non applicuerunt. Contingit etenim in duobus gladios æquales habentibus, q̃ vnus gladio suo se perimit, alter nõ. Nec in hoc est alia causa, nisi q̃ alter voluntatẽ suã stultissimè applicat tanto malo, alter non. Conformiter est de duobus, vires, & rationes habẽtibus ad ambulandum, aut negociandum: vnus graditur de fiderio lucri attractus, alter non: quod à voluntate procedit, quæ tantæ libertatis, & imperiositatis cõsistit, vt nequaquam cogatur. In actibus igitur malis non habet auctorem nisi se, in bonis verò creatorem, cuius iussio venit ad eam per lumen innatum, aut per inspirationem gratuitam, vel per legem, siue doctrinam. Hæc Gulielmus. An lucifer angelos inferiores ad peccandum induxit. Cur potiũ aliqui angelorum peccarunt quàm cęteri omnes. Quæstio.

¶Albertus quoq; his consonans: Lucifer, inquit, princeps dęmonum, nulli actualiter suam voluntatem persuasit, sed vnusquisq; propria voluntate cõsensit ei. videntes namq; decorem eius in naturalibus, reputauerunt eum dignũ Dei æqualitate, atq; quod propria regeret potestate seipsum, ac alios, nulli subiectus: & hoc fuit peccatum eorũ, nec fuit ibi persuasio, nisi occasionaliter, secundũ quod excellentia pulchritudinis eius quilibet inferiorũ persuasus est. Propter quod super Cãtica sermone 14. dicit Bernardus, quòd lucifer in lumine diuino prę uidit tantam Dei esse benignitatem, quòd aliquam creaturam rationalem Deus assumpturus esset in suæ personę vnitatem. Videnśq; lucifer suæ naturæ decorem, ac potestatem, & potestate propria delectatus, æqualitatem Dei concupiuit, nulli volens subesse, & cæteris præsidere. Hæc Albertus. Albertus. Bernard.

¶Quibus obijci potest, q̃ nullus angelorum tam hebes, aut simplex fuit, quin sciuit creatorem omni creatura, ac ipso lucifero in infinitum perfectiorem, pulchrioremq; esse, cum & ipsis philosophis, in lumine naturali hoc ipsum constiterit. Denique prætactam responsionem ponit Albertus etiam libro de coæquæuis, dicens cæteros angelos propria eligentia, & voluntate peccasse. Obiectio.

¶Porrò Vdalricus super his aliter sentiens in Sũma sua asserit libro 4. Ceciderunt isti, videlicet cæteri angeli, suggestione luciferi. Hęc quippe est cauda, qua (vt in Apocalypsi legit) draco traxit in terram tertiam partem stellarũ. Nil demum aliud fuit illa suggestio, nisi cõceptæ malitiæ insinuario, vniuersaliter omnibus angelis facta per intellectus locutionem, in quam aliqui cõsenserunt, cum per eũ & cum eo beatitudinem virtute naturalium suorũ obtinere conati sunt. Alij verò dissentiẽtes, ad creatorem cõuersi sunt, eius bonitate, & gratia fælicitatem, & gloriam adipisci optantes. & de hac appetitiuum cõtrarietate anagogicè exponitur prælium illud magnum factum in cęlo, quod asseribitur Michaeli nõ ratione ordinis, cum nõ sit de supremis, sed nominis, quod interpretatur, quis vt Deus? Cui competit resistere illis, qui voluerũt esse vt Deus. i. esse altissimo similes. Quamuis autem malitia luciferi præcesserit casualitatẽ peccatum inferiorum, nõ tamen duratione, aut tẽpore. Cum enim instar fulguris cecidisse dicatur, protinus vt peccauit, peccatum eius non fuisset alijs peccandi occasio, cum eũ vidissent deformatum, atq; damnatum: sed potius fuisset timoris occasio, & cautelæ, nec simul corruissent cum ipso. Nec irrationabile, quod plura dicimus simul esse duratione, quorum vnum cosequitur alterum vt effectus. Hoc namq; contingit in cũctis operibus momentaneis, & indiuisibilibus, ab inuicem non discretis, sed simul iunctis: quoniã indiuisibile contingit indiuisibile totum secũdum se totum tam in loco, quàm in duratione, sicut simul sunt aeris illuminatio, coloris abstractio, ipsorum in visu receptio, & iudicium de receptis. Sic enim etiàm hic omnia hæc simul fuerunt, appetitio luciferi, elocutio eius ad angelos, consensus malorum, casus omnium simul, conuersio bonorum ad Deũ, infu- Vdalric. Apoc. 12. Ibidem. Luc. 10.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

infusio gratiæ. Hæc Vdalricus.

Alber. argumenta soluuntur. ¶Ex quibus solui videtur argumenta Alberti, dicentis: Si angelus primus persuasit alijs uoluntatē suam iniquam, ad persuasionem illā exigebatur mora, in qua, quod persuadere voluit, concepit, & ordinauit ad alios, ut eos ad consensum induceret: ergo aliquo tempore malus fuit in cælo, quod est contra Augustinum, dicentem: Superbiæ suæ demerito mox fuit depressus. Rursus, secundum Augustinum, qui per alium peccat, per alium redimi potest: si ergo angeli mali suggestione luciferi peccauerunt, redimi possent. Hoc tamen ex verbis illis Vdalrici non soluitur, sed infra soluetur.

August.

Thomas. ¶At verò Thomas: Hæc est, ait, opinio multiplex. Quidam dicunt, quod inter peccatum angeli primi, & aliorum, non attenditur aliquis ordo, nisi secundum quantitatem culpæ: quia peccatum angeli primi cæteris fuit enormius: quod non videtur conueniens, quia ex modo loquendi scripturæ designatur causalitas aliqua primi angeli ad aliorum peccatum. Hinc alij dicunt quod præcessit tā gratuitate, quā causalitate: & item duratione. Sed nec hoc videtur conueniens, quia secundum Damascenum: Quod in hominibus est mors, hoc angelis est casus: ideo sicut moriētes in peccatis mox condemnantur, sic angelus peccans statim suam dānationem recepit, & à bonorum consortio est eiectus: sicq; alios non potuisset trahere ad peccandū. Idcirco dicendum, quod peccatum luciferi aliorū præcessit peccata non tantum gratuitate, sed etiam causalitate, non tamen duratione. Quod qualiter contigerit, sic potest videri. Angelus primus id consequi voluit, vt sicut natura alios præcellebat, sic eis, quodammodo causa esset obtinendi vltimam perfectionem, seu fælicitatem. Cumq; modus desiderij indiuisibilis fuerit, non continuus: idcirco principium eius nō præcessit terminum eius. Ideoque motus alius ab ipso causatus, qui incepit in termino eius, simul omnino fuit cum ipso, secundum quod id, quod desiderauit ad actum perduceret, alijs suum desiderium exponendo. & simul cum hoc fuit aliorum inspectio, desiderijque consensus, persuersus, sicut contingit in omnibus operationibus instantaneis, vt supra.

Damasce.

Obiectio. ¶Verum his obijci potest, quia si lucifer alios instigauit ad sibi consentiendum: ergo iam viderunt culpam, & turpitudinem eius, & ita non consensissent ei. Rursus, in angelis bonis non ponitur, quod vnus fuit alteri causa conuersionis ad Deum: ergo nec in malis ponendum, quod vnus alteri fuit causa auersionis: dicendum ad primum, quod deformitas culpæ consecuta est in angelo primo ex actu suo simul cum actu visio autem angelorum inferiorum non referebatur in angelum primum, secundum quod ex actu relinquebatur in ipso deformitas, sed secundum quod actus processit ab ipso. Quæ enim coniuncta sunt tempore, per actum animæ separantur, præsertim dum vnum naturaliter prius est altero. ¶Ad secundum, quod conuersio efficaciam habuit per gratiam, quę non est ab aliqua creatura, sed creatura ex se sufficit ad auersionem. Attamen non est remotum à veritate, dicere, ꝙ conuersio vnius angeli fuerit occasio. & exemplum conuersionis aliorū: imò videtur ex eo, quod scriptum est, Michael & angeli eius. Nec ex his habetur, ꝙ peccatum angelorum sit remissibile: quoniā alio instigante transgressi sunt: quia nec illa est causa, quod peccatū angeli primi est irremissibile, sed est cōgruitas quædam. Hęc Thomas in Scripto.

Euasio.

Apoc. 12.

¶Porrò in prima parte, qōne sexagesima quarta: Peccatū, ait, angeli primi fuit alijs angelis causa peccandi non cogens, sed admonens: cuius signū est, ꝙ oēs dæmones ill. supremo subduntur, vt manifestē apparet per verba Christi, dicentis: Ite maledicti in ignē æternū, q paratus est diabolo, & angelis eius. Habet. n. hoc ordo diuinę iustitiæ, vt cuius suggestioni aliqs consentit in culpa, eius potestati subdatur in pœna, iuxta illud Petri in prima sua canonica. A quo qs superatus est, huius & seruus est. Hæc in Summa, quibus per omnia Petrus concordat.

Thomas.

Matt. 25.

2. Pet. 2.

¶Consonat, & Richardus, q̄uis videatur in verbis aliqualiter dissentire, dicendo, ꝙ peccatum luciferi non fuit propriè causa peccati aliorum, quia eorum peccatum ex propria ipsorum ortū est voluntate. Fuit tamē occasio per hoc, ꝙ ipsis suū insinuauit conceptum, & prauum dedit exemplū. Circa quod dico, ꝙ omne actuale, & personale peccatum ex propria peccantis voluntate procedit. Nihi lominus vnus dr̄ causa peccati alterius varijs modis, puta hortando, comminando, iubendo, &c.

Thom. de Argētina. Bonauen.

¶Thomas quoq; de Argentina, fatetur, ꝙ lucifer alios secū traxit ad culpam. Insuper Bonauentura recitat hic tres opiniones, sicut & Thomas, & magis consentit opinioni dicentiū, ꝙ lucifer fuit alijs causa, occasiove peccandi. Tertia, dicēs, opinio est, ꝙ in peccatis luciferi, & aliorum angelorū fuit ordo, quantum ad gradū peccati, quia peccatum luciferi fuit enormius: & quantū ad occasionē: qm̄ alijs præbuit exemplū: & quantū ad durationem; qm̄ sicut in lucifero necessariò fuit esse prius, q̄ actus peccandi, qa in primo instāti non potuit esse malus: sic in minoribus angelis oportebat, ꝙ priùs aspiceret, quid angelus voluit, deinde respicerent commoda sua, sicq; peccatū luciferi duratione præcessit eorū superbiā, & quia aspectum habuerunt ad peccatum luciferi, idcirco eodē gne peccati transgressi sunt. Hæc via intelligibilior esse videtur, & iuxta hoc diceretur, ꝙ ceciderunt simul. i. non eodem instanti, sed repente, quasi in imperceptibili tempore. Vel lucifer non statim cecidit vt peccauit, sed postquam peccatū eius fuit cōsummatum, & confirmatū per odium, atq; inuidiā. & postquā diuisio facta est bonorum angelorū à malis, de quorū consortio mox, post beatificationē ipsorū, angeli mali repulsi sunt. Nec ex his sequitur, ꝙ peccatū luciferi aliquando sine decore iustitiæ, quia peccatū semper habet pœnā internam sibi adiunctam. Vnde quemadmodum homo nō statim fuit eiectus de paradiso postquam peccauit, sed protinus internā habuit pœnā, puta carnis rebellionē, & erubescentiam nuditatis: ita de angelo primo vr̄ dicendum, ꝙ non in eodem instāti cecidit, quo peccauit. Deniq; iuxta hanc viā peccatum luciferi præcessit tā conuersionem angelorū bonorū, q̄ auersionem malorū. Ipse etenim primus superbiuit, & suā superbiā omnibus indicauit. Atq; ex tunc ei aliq adhæserunt, alij restiterūt, & Deo adhæserunt. sicq; simul isti lux, & illi tenebræ sunt effecti, ita ꝙ eodem instanti fuit angelorum bonorum conuersio, & malorum auersio. Hæc Bonauentura.

Alexāder.

¶Alexander quoque de his aliorum narrat opiniones, nil pro certo determinans.

Durand.

¶Durandus vero positionem sequitur Thomæ: tamen veritatem huius quæsiti, dicit infra certitudinem esse, cum sit de facto, nec scriptura aliquid clarè inde determinat.

Scotus.

¶Porrò Scotus opinat, & probat, ꝙ actus pfati, videlicet conceptio supbię luciferi, & insinuatio, qua eā alijs patefacit, suggestio, & angelorū aliorū perceptio

ceptio, seu apprehensio, quam illam apprehenderunt, atqne consensio, siue adhęsio, non potuerunt esse in eodem instanti.

Henricus. ¶Idem tuetur Henricus, &' de hoc infra magis tractabitur.

¶Inter tot opiniones vr̄ positio Thomæ scripturis cōformior, ac rōnabilior, dempto ꝙ dicit omnes actus illos pfatos in eodē fuisse instanti: imò quo ad hoc, Bonauenturæ magis cōsentio: nec simile vr̄ de illuminatione aeris, diffusione, & immutatione coloris, informatione, apprehensioneq; uisus, in qbus est cōdependentia, seu cōnexio naturalis, non sic autē inter actus illos prætactos. Auctoritatibus quoq; hęc positio consonantior esse cēsetur. Ait. n. Damascenus libro 2. Simul cū lucifero euulsa est, quæ secuta est, multitudo infinita eorū, qui sub ipso fuerāt ordinati. Isidorus quoq; Bernardus, & alij sancti, testantur, ꝙ dæmones lucifero in malitia cōsenserūt, consensus verò sequi solet persuasionem, sed, & rō consonat. Cū enim quæreret omnibus prę̄sidere, & sciret se non posse angelos, ad hoc cogere, probabile est quòd nitebatur eos sibi per blanda allicere.

Quæ opinio probabilior.

Damasce.

Isidorus. Bernard.

QVAESTIO II.

Secundò quer̄it, *An angeli indiguerunt gratia ad hoc, quod conuerterentur ad Deum.* ¶ Videtur ꝙ non, quia habebāt liberū arbitrium sine intrinseco retrahente, & sine culpa grauante, cū ratione perspicaci, intellectuq; deiformi, & per hæc potuerunt se liberè ad creatorē conuertere. Nō ergo ad hoc operę gratiæ eguerunt. Secundò, conuersio ad Deū, est dispositio ad gratię receptionem, si ergo cōuersio illa esse non ualet sine gratia præcedēte, nec iterum illa gratia sine prēparatione alia, alioquin cunctis daretur, uidetur hoc modo esse processus in infinitum.

In oppositum.

¶In oppositū est, ꝙ ex naturalibus solis, nec hō, nec angel' pt̄ saluari, imò nec pmereri, uec vitā glorię adipisci, qd̄ totū efficit per conuersionē ad Deū.

¶Ad hoc Thomas rndet: Circa hoc ē duplex opinio. Vna, ꝙ ad cōuersionem meritoriā exigitur gratia duplex. Vna gratum faciens, quæ actū conuersionis informat, ac meritoriū reddit. Alia gratia data, ex qua elicitur substantia actus, per quam liberū arbitriū inclinatur ad volendū: sed hanc gratiā ponere non vr̄ necesse, nisi libertas arbitrij gratia appellet, quā à Deo habemus, uel aliquæ occasiones, quæ interdum conferuntur à Deo hoibus ad conuersionē dispositiuè, ut instructio legis, castigatio humilians, &c. sine quibus tamē possibile est gratiā obtinere, hoīe quod in se est faciente, ad quod non exigitur aliquid aliud. Id nāq; ad quod per se non ualet, nec sufficit liberum arbitrium, nō est in homine ut faciat illud. Hoc quippe in nobis dr̄ esse, cuius nos dn̄i sumus. Hinc ista positio implicat, ponendo ꝙ liberum arbitrium nr̄m non sufficit ad faciendū, quod in nobis est. Hinc dicēdū, ꝙ liberum arbitriū sufficit ad eliciendum actum conuersionis, per quē disponit se ad gratiam obtinendā. Veruntamen efficacia conuersionis ad meritū, non est nisi per gratiā grarificantem. Vnde unus & idem est actus in quo gratia infundit, & est dispositiuus ad gratiā, secundū quod exit à libero arbitrio: & meritorius, secundū quod gratia informatur. Et simile est in motu contritionis, quo primo impius iustificat, quod qualiter fiat, pōt videri in his, quæ in natura continguntur. In eodem, nāq; instāti, in quo prima est dispositio necessitatis in materia, forma substantialis inducitur. Cum. n. generatio sit terminus alterationis, oportet in eodē instanti alterationem terminari ad dispositionē, quæ est necessitas, & generationē ad formam substantialē. Verum cum alteratio sit motus continuus, ideo principium alterationis, & medium, qua materia ad formā substantialem disponitur, præcedunt tempore formæ introductionē. Motus uerò uoluntatis disponens ad gratiam, simplex est, non continuus: & vel vnus tantum est sufficiēs ad gratiā dispositio, vel vltimus inter plures, agens in uirtute omnium præcedentium actuum: idcirco cū illo infunditur gratia. Hæc Thomas in Scripto.

Duplex gratia.

Thomas.

¶Porrò in prima parte Summæ, quæstione sexagesima secunda: Angeli, inquit, indiguerunt gratia ad hoc, quod conuerterentur ad Deum tāquam in supernaturalis beatitudinis obiectum. Naturalis etē nim inclinatio uoluntatis, est ad conuenientia secūdum naturam. Ideo ad supernaturalia ferri nō valet, nisi aliquo supernaturali dono adiuta, quemadmodū ignis naturaliter calefacit, non autem generat carnem, nisi vt instrumentum animæ nutritiuæ. Cūq; visio Dei per speciem sit supernaturalis, nulla creatura potest habere motum uolūtatis ad illam, nisi adiuta supernaturali agēte, quod nuncupamus auxilium gratiæ, loquendo de agente formali. Nec tamen itur in infinitum. Nam quilibet motus uolūtatis in Deum, dici pōt cōuersio ad ipsum. Hinc triplex est in Deū conuersio: vna per dilectionem perfectam, quæ est creaturæ Deo perfectè fruentis, ad quā requiritur gratia consummata, vtpote gloriæ. Alia est cōuersio quæ est beatitudinis meritum, ad quā requiritur gratia gratūfaciens habitualis, quæ est merendi principium. Tertia est, qua qs præparat se ad gratiam illā, & ad hanc non exigitur gratia habitualis, sed operatio Dei animā ad se cōuertentis, iuxta illud Threnorū: Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Hæc in Summa. Hoc idem probat in summa contra gentiles, tertio libro, & quarto.

Cōuersio in Deum triplex.

Thren. 4.

¶At uerò Petrus: Conuersio, ait, angelorum, ad Deū, fuit secūdum actum dilectionis. Actus autem dilectionis est actus naturæ, & gratiæ, ac gloriæ, sed ut naturæ, sic est meritorius solum de congruo: ut gratiæ, de condigno: ut glorię, sic est de præmio. Dico ergo, ꝙ angeli actu dilectionis naturalis per naturalia, actu conuersi sunt in Deum super omnia diligendum: & quia natura non pōt plus, hinc in ipso actu tanquam in præparatione sufficienti, infusa est eis gratia actum illū informans: & quia natura angelica, ad quod cōuertitur, tota conuertitur, infusa est etiam ei gloria confirmās, eam à suo obiecto, ac fine immobilem faciens. Fueruntq; tria ista in eodem instanti ēm priùs, & posteriùs, natura, & causalitatē, ita ꝙ primò fuit in actu illo perfectio naturę, secundo perfectio gratię, tertio perfectio gloriæ. Nec fuit necessaria gratia *gratis, aut gratum faciens, ad abijciendum substantiam actus contrarij, vt quidā dixerunt: quia natura illa fuit sana, & integra, nulli vitio subdita. Hęc Petrus.

Petrus.

*gratis data

¶In cuius verbis aliqua videntur cōtineri obscura, præsertim, ꝙ dicit in eodem instanti tria illa fuisse, de quo infra dicetur, nec consonat hoc positioni dicentium, quòd angeli fuerunt creati in gratia.

Dionysi.

¶Richardus quoq; Petro concordans: Conuersio, inquit, angelorū bonorum fuit per naturam inchoata, per gratiā gratum facientē promota, Deoq; placita facta, atq; per gloriam consummata. & quāuis inter ista non fuit ordo secundū priùs, & posteriùs in duratione: tamen inter ea fuit ordo secundū priùs, & posteriùs ordine naturæ. sic. n. primò fuit motus liberi arbitrij in Deū, in quo motū fuit conuersionis illius inceptio. Secundò, promota fuit per gratię gratum facientis adiutoriū, dum facta est angelo

Richard.

gelo gratię gratum facientis infusio. Tertiò recepit angelus gloriæ habitum, per quam facta est suæ cõnersionis consummatio. Hęc Richardus.

Bonauen. ¶Deniq; Bonauentura: In cõuersione, ait, angelorũ ad Deum, attenditur, & consistit rectitudo spiritualis substantię quantũ ad eius mentem, prĕsertim quo ad vim motiuã, nec potest esse recta, nisi actu, aut habitu sit ad Deum conuersa, quemadmodum ergo duplex est rectitudo, ita & duplex conuersio. Est quippe quædã rectitudo naturæ institutæ, & penes hanc est originalis iustitia, & est rectitudo gratiæ, penes, quam est iustitia meritoria, quam iudex summus acceptat ad retributionem æternam: quoniam videt in ea pulchritudinem gratiæ, merito cuius animam traducit in sponsam, eiusq; opera sunt sibi amabilia, & accepta. sic est duplex conuersio, quædam à rectitudine naturali, quædam à rectitudine gratuita. Primam absque gratia angeli potuerunt habere, non secundam: cætera, sicut supra in Richardo. Hæc Bonauentura.

Alexãder. ¶Insuper Alexãder dicens angelos non esse creatos in gratia, asserit eos profecisse ad eam, & in cõuersione ad Deum ipsos eam sortitos.

Albertus. ¶Super his scribit Albertus: Angeli efficaciter cõuerti non poterant sine gratia apposita, quam Magister vocat gratiam cooperantem. Distinguit etenim Augustinus gratiam in duo, videlicet in gratiã operantem, & in gratiam cooperantem. Vocatque gratiam operantem, in qua solus Deus operatur, quę est gratia iustificationis impij. Iustificationem, namq; impij Deus operatur in nobis, sine nobis, vt
August. Isaiæ. 43. per Isaiam ait: Ego sum qui delco iniquitates tuas
Matth 8. propter me. Et in Euangelio dicitur: Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Hac gratia non indiguit angelus, Omnes. n. erant iusti iustitia innocentiæ naturalis. Gratia verò cooperãs est, q̃ coopera-
Quæ gratia cooperans. tur libero arbitrio sicut virtus gratuita eleuãs potentiã liberi arbitrij, vt efficaciter, ac meritorię velit, & posit in bonum, quod supra se est, quod est bonum æternum. Cumq; conuerti per amorem, sit Deo inhærere propter se, & super omnia, conuerti est meritorius actus, & charitatis effectus. Hinc angelus in actum illum ex naturalibus solis non potuit. Hæc Albertus. Concordat Vdalricus.

Hanibal. ¶Hanibal demũ hic loquitur: Motus liberi arbitrij in Deum, est duplex. Quidam imperfectus, sicut
Motus liberi arbitrij in Deũ est duplex in homine gratiam non habente, & est quasi tendere ad virtutem, & ad hunc nõ requiritur gratia gratum faciens, sed exigitur gratiã gratis data secundũ quosdam. quod verum est, si per gratiam gratis datam intelligitur quodcunq; diuinum auxilium, sine quo, nil possumus boni: non autẽ si intelligatur habituale aliquod bonum, quia iretur in infinitum. Alius liberi arbitrij motus in Deum est perfectus, similis actui, qui est à virtute, in quem motum non valet liberum arbitrium sine gratia, quæ ei perfectionem largitur. Talisq; fui conuersio angelorum in Deum, idcirco ad eum gratia requirebatur. Hæc Hanibal & in ista concordant catholici.

¶Verum vt infrà patebit ad actum meritorium præter liberum arbitrium, habitualemq; gratiam, seu charitatem requiritur, & cõcurrit actualis quæ dũ motio spirtussancti. Postremò prætacto his verbis Alberti. Iustificationem impij Deus operatur in nobis sine nobis, objici potest verbum illud Augu
Obiectiuncula. stini commune. Qui creauit te sine te, non iustificabit te, sine te: quod in adultis, & ratione utentibus constat sic esse, quamuis in infantibus baptizatis sit aliter.

QVAESTIO III.

Tertiò, quĕrit, *Vtrum angeli suam beatitudinẽ meruerunt, ita quòd in eis meritum præcessit præmium.* ¶Quo circa est inquirẽdũ de mora, quæ fuit inter angelorũ creationem, & cõuersionem, ac glorificationẽ, de qua re iam dicta sunt aliqua in q̃one præhabita. Vr autem, ꝓ in angelis meritum eorum præmiationẽ nequaq̃ præcesserit. Primò auctoritate Magistri, q̃ in textu magis hoc approbat. Secundò, ex Petro, & Richardo inductũ est, ꝓ actus dilectionis naturalis, cõuersio actualis, & glorificatio, fuerũt in angelis bonis in eodẽ instãti. Tertiò, angelus se totũ, inflexibiliterq; cõuertit ad id, ad quod se cõuertit. Ergo primò actu suæ cõuersionis ad Deũ, immobilitatus fuit in eo, & per consequens cõprehensor, non ergo meruit beatitudinem actu illo, aut in eodem instanti fuit uiator, & comprehensor.

In contrariũ est, ꝓ sicut via est ante terminũ, sic meritũ ante præmiũ. Rursus, Deus nõ est personarũ acceptor: ideo sicut non tribuit aĩabus, ita nec angelis felicitatẽ, & gloriã sine præuijs gratia, ac merito. In contrarium.

¶Ad hæc Albertus rndet. Magister hic innuit tres opiniones: Prima est, ꝓ angeli, nec ante, nec postea perceptam beatitudinẽ meruerunt. & addit, ꝓ gratia in confirmatione data est angelis, nõ ad merendũ, sed ad beatẽ uiuendum. Secunda est, ꝓ meruerunt gloriam per conuersionem liberi arbitrij gratia informati ad Deum, atq; ꝓ meritũ illud præcessit beatitudinem causa, non tẽpore, quod dictis sanctorum uidetur magis congruere. Tertia, ꝓ meruerunt beatitudinẽ non ante, sed postea per obsequia hoĩbus exhibita ex iussione diuina, ita ꝓ præmium fuit priùs merito, non causa, sed tpe. Hanc opinionẽ Magister dicit sibi magis placere. Verũ sequendo Augustinũ & Anselmũ, dicendũ, ꝓ angeli se con
August. Anselmus uertendo ad Deũ per liberum arbitrium gra informatũ, meruerunt beatificari, & in beatitudine cõfirmari: ita ꝓ meritũ priùs fuit præmio causa, non tẽpore. Porro per obseqa nobis exhibita merent̃ præmiũ accidentale, ꝓ est gaudiũ de profectu ministerij sui, iuxta illud Lucæ: Gaudiũ ẽ angelis Dei super
Luc. 15. vno peccatore pœnitentiã agẽte. Hæc Albertus de primo. Idẽ Vdalricus in Summa sua, IIbro quarto.

¶Insuper de mora, quæ fuit inter angelorũ creationẽ, & conuersionẽ, seu auersionẽ, scribit Albertus. Tẽpus, & momentũ, casus angelorũ malorũ incertũ est, nec ex scripturis determinatũ. Ideo dicit Magister, Alijs vr morulam fuisse inter creationem, & lapsum. Cumq; saluator ait. Ille homicida fuit ab
Iohan. 8. initio: glossa sic. i. subito post initum. Attamen dici potest, ꝓ aliud sit initiũ tpis, aliud initũ creationis angeli, & aliud initiũ status eius: atq; ꝓ uerbũ Christi intelligendũ sit nõ de initio tẽporis, aut creationis, sed status. Status etenim fuit ante consumationẽ, sicut res impfecta est in sui exordio, perfecta autẽ in statu pleno. Magister verò in historijs dicit Bedã, & quoldã sanctos dixisse, ꝓ secundo die angeli
Bedæ, & aliorũ sanctorũ triplex ratio. ceciderunt; assignantes ad hoc triplicẽ rationem. Prima accipitur ex numero, qa binarius est primus numerus recedens ab vnitate, per quod cõpetenter significabatur recessus angeli, à monade Deo. Secun-
Gen. 1. da rõ, quia dum dicitur in Genesi: Fiat lux, intelligitur, ꝛm Augustinum natura angelica formata per gratiam: similiter cum dicit, diuisit Deus aquas, quę
Ibidem. sunt super firmamentũ, ab his, quæ erant super firmamentum: per aquas, quæ erant subtus, intelligũtur angeli, qui ad loca caliginosa descenderunt. Vt de duodecimo confessionum loquitur Augustinus,
August. Per aquas, quæ descenderunt in præcipiti, significantur

Iob 16. tur angeli, qui descenderunt in abyssum, de quibus in libro Iob scribit: Ecce gigantes gemunt sub aquis
Gene. 1. & qui habitant cum eis. Tertia ratio est: qm̃ in Genesi opus secundæ diei benedictione caret: quia non dr̃ ibi, uidit Deus, ꝓ esset bonum: quod dicunt omissum pp ruinam cadentium angelorum. Hinc in honore stantium angelorum faciunt secunda feria celebrari. Hęc Albertus.

Antisiod. ¶Prĕterea Antisiodorensis in Summa sua libro 2. testatur: Cum dns ait, diabolus mendax fuit a principio, hæc propositio a, non est inclusiua, sed exclusiua principij: ut sic sensus, paulo post principium. Et creditur, ꝓ angeli ceciderunt secunda die: quod vr reuelatum fuisse ecclesię, quę secunda die cantat de angelis ad honorem stantium angelorum, qui confirmati sunt quando alij angeli corruerunt. Sed
Gene. 1. super illud Genesis, diuisit Deus lucem a tenebris: dicit Glossa, angelos bonos a malis, quod factũ est
Ecclesiæ testimonium. prima die. Vñ ueriùs creditur, ꝓ lapsi sint prima die. Ecclesia uerò cantat de angelis sanctis secunda die, quia post Deum debemus angelis ꝛm honorem, qui nos ex Dei præcepto custodiunt, & secundam dignitatem naturaliter habent post Deum. Hæc Antisiodorensis.

Alexãder. ¶Ampliùs Alexãder ad utramq; huius pũcti partem multipliciter arguit, & tandem rndet: Vtramq; opinando dictum est, id est, q̃ ꝓ utraq; parte adducta sunt, non assertiuè, sed opinatiuè prolata sunt. Non. n. ex scriptura alterum horum est manifestum.
August. Vnde, quod Augustinus super Genesim ait, Angelus factus continuò se a luce ueritatis auertit, superbia tumidus, & ꝓpriæ potestatis dilectione cor-
Isidorus. Iezech. 28 ruptus: & quod ait Isidorus, Mox ut factus est, in superbiam erupit, atq; ꝓ in Iezechiele conscriptũ est, Ambulasti pfectus in uijs tuis. donec inuenta est iniquitas in te: non oportet sic accipi, quasi angelus statim post instans suę conditionis peccauit, aut quòd longo tempore in uia iustitię stetit: sed quòd diu nõ stabat, nec per tempus notabile perseuerauerit, & quòd pfectio naturalis bonitatis fuit in eo quousq; transgressus est. Hęc Alexander.

Quæstio. ¶Qui etiam circa hoc quærit, An diabolus ante
Isidorus. hominis creationem peccauit. Vr, quòd sic, quia in libro de summo bono dicit Isidorus, priùs de cœlo cecidit diabolus, quàm hõ conditus fuit. Rursus, homo factus est sexta die, diabolus aũt lapsus est prima, aut saltem secunda die, sicut iam patuit. Dicendum, quòd ꝛm positionem dicentium oĩa simul esse creata non solum in materia, sed itẽ in forma, priùs creatus est hõ, q̃ ille transgressus, sicq; distinctio illa dierum, ad ordinem naturæ rerũ, & angelicæ illu-
August. minationis referr̃. Vñ iuxta hoc loquitur August. quòd diabolus statim postquam superbiuit, inuidit, utpote homini iam existenti. Ad quod ét allegatur
Iob 40. illud Iob: Ecce Behemoth, quem feci tecum. Per Behemoth aũt designatur diabolus. Si ergo simul cum homine factus est, & transgresio sua suam creationem secuta est, ergo ante eius præuaricationem, & lapsum homo est conditus. Hęc Alexander.

Thomas. ¶Prĕterea Thomas de primo horum: Sustinẽdo, inquit, angelos in gratia esse creatos, meritum certissimè præcesit præmium, seu beatitudinem angelorum. Si aũt dicantur non esse creati in gratia, sed gratia eis fuit data cum gloria, tunc sunt hic tres opiniones, &c. ut supra in Alberto. Opinio aũt dicẽtium, ꝓ angeli beatitudinem nequaquã meruerunt, iam improbata est. Illa quoq;, quòd beatitudinem merentur per obsequia nobis exhibita, improbatur: quoniam beatitudo habet rationem termini: meritum autem cum sit tendens in aliquid, habet rationem uiæ. Hinc beatus non potest esse in statu merendi. Nihilominus secundum aliquid potest saluari illa opinio, ut dicantur mereri præmium accidentale: quod est gaudium conceptum ex his, qui per eorum saluantur officia. Hinc cum alijs videtur dicendum, quòd meritum in eis non præcessit præmium tempore, sed natura. Quemadmodum enim actus liberi arbitrij est dispositio ad gratiam, sic actus gratia informatus est meritum gloriæ. sicque unus, & idem motus conuersionis, est præparatio ad gratiam, secundum quod ex libero procedit arbitrio: & meritorius gloriæ, prout est gratia informatus: & rursus fruitionis actus, secundum quod completur per habitum gloriæ. Hæc Thomas in Scripto:

¶Consonat Petrus, qui opinionem Magistri dicit fuisse Præpositiui. & addit: In angelis duplex est Petrus. uis, puta contemplatiua, cuius obiectum est Deus, qua modo non promerentur, sed præmiantur. Alia ministratiua, cuius obiectum est creatura. hac merentur non essentiale, sed præmium accidentale. Hæc Petrus. Concordat Hanibal.

¶Richardus quoque. Opinio, ait, Magistri hic Richard. communiter non tenetur. Magis quippè congruus ordo est, ut meritum præcedat mercedem, quàm econtra. In hoc etiam magis patescit, quantũ Deus appreciatur motum uoluntatis ex gratia, & quanta sit gratiæ uirtus, quo uoluntas unico actu tam intẽ se potuit, ac perfectè moueri, ita, quod vnico actu, & motu tantam, & tam æternalem potuit beatitudinem promereri Denique, dato, quod homines nõ fuissent, angeli eis non ministrassent: & tamen beatitudinem suam promeruissent, sicut & meruerunt. & quamuis meritum illud non fuit multiplicatum nec iteratum: hoc tamen recompensatum est intensione, perfectionęque actus, seu conuersionis illius. Hæc Richardus.

¶Concordat Bonauentura: qui tamen dicit Magistrum rationabiliter motum. Cum enim non sit Bonauent. meritum sine gratia, nec magnum meritum sine magno obsequio, atque in angelis propter naturæ suæ uelocitatem, & idoneitatem simul duratione datæ sint gratia, & gloria, videtur quòd in angelis meritum non potuit præcedere præmium. Veruntamen opinio alia rationabilior est, & sufficit, quòd meritum præcesit mercedem natura, & causa. Hæc Bonauentura.

¶At uero Durandus prædictis in hoc concordat, Durandus quòd meritum priùs fuit præmio angelorum in hoc uerò dissentit, quòd dicit meritum illud etiam tempore præcesisse mercedem: quoniam actus oppositionem circa statum operantis includentes, nequeunt simul esse: sed tales sunt actus meriti, & præmij circa eundem. Mereri namque est eius, qui est in statu acquirentis, ac tendentis ad terminum. Præmium uerò respicit statum non acquirentis, sed posidentis: nec tendentis ad terminum, sed iam existentis in termino. Quæ apertè opponuntur: ergo necesse est meritum duratione præcedere præmium, non econtra, quamuis Magister dicat contrarium. Quod & quidam confirmant, dicentes Magistri opinio reprobatur. per simile, quod miles per actus sequentes strenuè præliando, meretur equum, seu donatiuum sibi priùs a rege collatum. Sed istud non ualet, quia aut rex dat militi equum gratis, & absolutè, aut sub conditione. Si primum, tunc opera sequentia non sunt nisi quædam recompensationes gratitudinis pro beneficio dato, non merita: quia

per meritum sit aliquid alicui debitũ, seu attinens, quod prius sibi non debebatur, nec attinebat. Nullus aũt meretur, quod suum est. Si ꝓm, tunc miles per actus suę militiæ non mereret, quod priùs fuit suum, sed aliquid sibi accommodatum. Beatitudo aũt confertur a Deo, simpliciter ergo priùs datam nullus meretur. Hęc Durandus.

Dionysius ¶ Qui in his contradicit Thomæ, Bonauenturæ, Alberto, Petro, Richardo, ac alijs multis, & quicquid sit de veritate conclusionis, motiuum tñ Durandi non conuincit. Non enim incongruum est, unum, & idem alicui conuenire ex pluribus causis, ac meritis: quemadmodum Christo ꝓm naturam assumptam conuenit iudicaria potestas ministerialis. & quantum ad prolationem sententiæ, rõne hypostaticæ unionis suæ humanitatis cum uerbo ęterno: & item rõne suę humiliationis, dijudicationis, & passionis, sicũt ait Apostolus: Humiliauit se factus obediens usq; ad mortem. Propter quod, & Deus exaltauit illum. sic quoq; & ipse pro suę humanitatis glorificatione, accidẽtaliq; pręmiatione oranuit, dicendo: Pater, clarifica filium tuum. Quæ tñ sibi conueniebant, ac debebantur rõne unionis præfatæ, ac suæ conuersionis sanctissimæ, & passionis amarę. Deniq; omnis actio ex charitate procedẽs, est meritoria uitæ æternæ: non tñ crescit homo in pręmio essentiali. nisi, & crescat in charitate, ut cõis tenet positio. Qui ergo in charitate est, & ex charitate eiusdem gradus, plura peragit opera, idest, præmium pluribus actibus promeretur. sicq; meretur, ꝙ etiam debebatur, ut ei ex pluribus meritis, aut rõnibus debeatur. Iusuper dici potest, ꝙ in casu prætacto rex det militi equum, ueraciter tñ cum onere, seu obligatione obsequij. Iterum, Actus oppositionem circa statum agentis ponentes, quærunt simul inesse, quamuis non ꝓm idem: quemadmodum idem homo põt simul esse seruus, & dominus, serui tutis, quoq;, atq; dominij exequi actus.

Philip. 2. Iohan. 17.

¶ Verùm circa hæc oritur dubitatio grandis, difficultasq; ingens. Nempè ut ex præinductis verbis Thomæ, Alberti, Bonauenturæ, Petri, Ricardi habetur, meritum, & pręmium angelorum bonorum eodem fuerunt instanti: nec vnum aliud tempore, seu duratione præcessit, sed solum natura, seu causalitate. Si ergo iuxta Thomam, Albertum, Vdalricum, Præpositiuum, multosq; alios, dicantur angeli in gratia gratum faciente: vr, quod in primo suæ creationis instanti habuerunt, aut certè potuerunt habere actum meritorium, ex gratia huiusmodi procedentem. Cumq; ꝓm iam tacta simul in eodem instanti fuerunt meritum, & præmium, sequitur, ꝙ in primo suę creationis instanti fuissent beati: quod est contra prehabita distinctione quarta, nec a quo quam conceditur: & si omnes fuerunt creati in gratia, omnes habuissent meritorium actũ. Cumq; cõuersi ad Deum, beatitudinem protinus sint adepti, omnibus fuissent glorificati. Deniq; sanctus doctor in his videtur sibijpsi contrarius. Siquidẽ hic fatetur, quod meritum, & pręmiũ simul duratione fuerunt in angelis. Porro in prima parte Summę qõne sexagesima secunda, articulo quinto, scribit in corpore qõnis: Angelus post primũ actum charitatis, quo habitudinẽ meruit, statim beatus fuit, ita quod statim post meritum beatitudo fuit consecuta in eo. Ex qbus uerbis apparet, quod meritũ fuit priùs pręmio illo, & nõ in eodem instanti. Quod si dixeris, qa intentio Thomę est, quod fuit priùs nõ duratione, sed natura, seu causa, ut tactum est, obuiat, quod in solutione secundi argumenti eiusdẽ qõnis testatur, Angelus est supra tempus corporalium rerũ. Vñ instantia diuersa in his, quę ad angelos pertinent, non accipiuntur nisi ꝓm successionem in actus meritorius ipsorum: non aũt potuit simul in eis eẽ actus meritorius beatitudinis, & ipse beatitudinis actus. i. meritũ, & pręmium, cum unus sit gratiæ imperfectæ, alius gratiæ consummatæ. Idcirco oportet diuersa instantia accipi, in quorum uno beatitudinem meruit, atq; in alio beatus fuerit. Hęc ibi, ex quibus patet propositum. ¶ Præterea in eadẽ Summa, qõne 63. articulo quinto sic arguit: Natura angelica uirtuosior est, quàm natura corporea, sed res corporalis statim in primo instanti suæ creationis incipit operationem suam habere, quemadmodum ignis in primo suæ productionis instanti incipit sursum moueri: ergo angelus in primo instanti suæ creationis potuit operari, agere, & mereri. Aut ergo habuit operationem rectam, aut non rectam: si rectam, ergo cum habuerit gratiam, per eam meruit beatitudinem. In angelis aut statim ad meritum sequitur præmium, sicut est dictum: ergo fuissent statim beati, & nullus eorũ peccasset. Hoc argumentum sic soluit: Deus non discreuit in angelos ante cõuersionem quorundam, & peruersionem malorum, ut asserit Augustinus undecimo de ciuitate Dei. Ideo omnes angeli in gratia creati, in primo instanti meruerunt: sed quidam eorum statim impedimentum præstiterunt beatitudinis suæ, præcedens meritum mortificantes: ideo beatitudine, quam meruerunt, sunt priuati. Hæc ibi. Ecce in his uerbis Thomas apertissimè dicit, quòd angeli condemnati in primo suæ creationis instanti se ad creatorem actualiter, & metitoriè conuerterunt, & uitam meruerunt æternam, ita, ꝙ per charitatem erant in Deum conuersi, sine qua nullus uitam gloriæ promeretur. Si ergo meritum, & pręmium simul fuerũt in angelis, uniuersi fuissent beati. Si verò dicatur, ꝙ uerbum illud intelligatur de angelis bonis, ergo illi fuissent beati in primo suæ conditionis instanti. Deniq; solutio illa sancti Thomæ non vr posse saluari. Si enim lucifer, & angeli eius fuissent per actum charitatis in Deum meritoriè, actualiterq; conuersi, fuissent in dispositione ꝓpinqua: imò, & proxima, ac sufficienti ad susceptionem gloriæ, ac mercedis a Deo, præsertim cum & Thomas testeẽ, ꝙ angelo ex sua natura conueniat unico actu, & meritorio, motu beatitudinẽ adipisci. Gra, inquit, perficit naturam ꝓm modũ naturæ, sicut, & omnis perfectio recipitur in perfectibili ꝓm perfectibilis modum. Est aũt hoc proprium naturæ angelicæ, ꝙ naturalem suam perfectionem non per discursum acquirat, sed statim habeat per naturã. Quemadmodum aũt angelus ex sua natura habet ordinem ad ꝓfectionem naturalem, ita ex merito ordinem habet ad gloriam: idcirco post meritũ statim in eo consecuta est gloria. Ex quibus ipsius sancti doctoris uerbis vr haberi ꝓpositũ. Si verò rñdeatur ꝓ eo, ꝙ præallegata ipsius verba sint uera, & intelligẽda, nisi aliũde occurrat impedimẽtũ: ideoq; lucifer, & angeli eius non fuerunt felicitatẽ adepti: qm̃ protinus obicẽ posuerunt, contra hoc multipliciter argui põt. Deus namq; omnipotens ex sua bonitate, & liberalitate immensa, suam influit largitionem, gratiam, & gloriã ubicunq; uidet sufficientẽ, & condignam præparationem: & hoc ꝓm statũ, ac naturã rei creatæ dispositiuę. Cũ ergo naturę angelicę cõpetat vno meritorio actu sufficienter disponi & aptari ad gloriã, vr, ꝙ Deo cũctis angelis se ad ipm ita cõuertẽtibus, disponẽtibus, & idoneè, ac sufficiẽter

Dubiũ intricatum.

Solutio Thom. refutatur.

Proprium naturæ angelicæ.

Thomas. sibimetipsi vr contrarius.

teraptantibus, mox sine dilatione influxerit gloriam. Rursus faciente mente creata, quod in se est, creator mox adest, confert, & perficit actum, & conatum illius. Iterum, conuersio illa angelorum ad superglorioſissimum creatorem, non fuit temporalis successiua, sed instantanea, totaq; simul. Non ergo apparet ratio, cur Deus in uno magis, q̃ in altero gloriam addidisset, & felicitatem ꝓ merito tribuisset, aut dignum distulisset præmium impartiri. Amplius, sicut præhabitum est, communiterq; tenetur, angelus se totum conuertit ad id, ad quod se cõuertit. Vnde & Albertus, & alij plures conscribunt, ꝙ angeli in suæ productionis primordio se, uel inauertibiliter conuerterũt ad bonum, uel inconuertibiliter se uerterunt ad malum. Si igitur Lucifer in primo suæ creationis instanti, aut etiam statim post hoc, conuertit se per gratiam, & charitatem ad Deum, inauertibiliter, atque totaliter se uertisset ad eum, & sic nunquam se auertisset ab eo. & idem argui potest de angelis. Insuper communiter dicitur, & Thomas hoc ipsum fatetur, quòd quanto angeli fuerunt altioris naturæ, tanto eminentiorẽ gloriam meruerunt, uidelicet, quia intensiori affectu ferebantur in Deum. Cum igitur Lucifer creatur fuisse summus inter angelos vniuersos, sequeretur, quòd ipse præ angelis vniuersis amorosius, feruentiùs, atque perfectiùs conuertebatur in superdignissimum creatorem: ergo præ cunctis dispositissimus fuit pro tanto charitatis ardore, beatitudinem mox sortiri. Adhuc autem, cum perfectio in actu charitatis consistat, sequitur, quòd Lucifer fuit perfectissimus angelorum: sed ut loquitur Origenes, nullus eorum, qui in summo, perfectoque gradu extiterit, subito, & simul totaliter euacuatur, siue subuertitur, sed paulatim, atque per partes. Non ergò apparet probabile, quòd Lucifer tam instantaneè, aut repentẽ, ac prorsus omnino a tanta perfectione, & bonitate ad tam extremam corruisset malitiam. Probabiliùs igitur reor, quòd tenendo cum Augustino, alijs multis sanctis, Luciferum cum suis fuisse creatum in gratia, dicendum sit, quòd nec ipse, nec angeli eius vnquã vsi actualiter fuerit gratia illa, nec ex charitate, & gratia se unquam conuerterunt ad supersanctissimum creatorem. Etenim liberi erant arbitrij, poterantq; gratia vti, & non uti.

Cõis opinio.

In actu charitatis Oĩs perfectio consistit Origenes.

Augustini opinio ꝓbabilior.

¶ Præterea, de mora, quæ fuit inter angelorum creationem, & auersionem, seu conuersionem, scribit beatus Thomas in prima parte Summæ, quæstione sexagesima tertia, Circa hoc est duplex opinio, Sed probabilior, & sanctorum dictis consona, est, quòd statim post primum instans suæ creationis diabolus peccauit. & hoc necesse est dicere, si ponatur, quòd in primo instanti suæ creationis in actum liberi arbitrij prorupit, & in gratia conditus fuit. Cum enim angeli per vnum actum meritorium ad felicitatem pertingant, si diabolus creatus in gratia in primo instanti promeruit, statim post primum actum beatitudinem accepisset, nisi statim impedimentum dedisset peccando. Si uerò ponat, ꝙ angelus in gratia creatus non fuerit, aut quòd in primo instanti liberi actum arbitrij habere nequiuerit, nil prohiberet aliquam moram inter creationẽ, & lapsum fuisse. Hæc Thomas.

Thomas.

¶ Et idem dicendum de creatione, & conuersione angelorum bonorum, iuxta ꝙ dictum est, eodem instanti bonos conuersos, reprobosq; auersos. Verum de hac re alij aliter sentiunt, sicut iam patuit, & patebit.

Dionysius

¶ Etenim Scotus: De hoc, inquit, quot fuerunt moræ inter angelorum creationem, & damationem siue saluationem, communiter dicitur duas fuisse moras. Vnam in uia, aliamque in termino. Nam ponitur, quòd non simul præmiabantur, & meruerunt, nec boni, nec mali. Sed vtrum prima mora in uia fuit vnica, dicit vnus doctor, quòd imò: quoniam omnes angeli in primo temporis instanti distincti gratiam habuerunt, per quam in eodem instanti potuerunt meritorium elicere actum, & per consequens instanti temporis obicem posuerunt: ideo non fuerant præmiati. cuius dicti ratio est inducta. Contra quod objcitur: Quicunque ꝓ tota mora viæ manet in merito, necessariò maximè in termino erit beatus, iuxta illud: Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. In ultimo namq; instanti uiæ, in quo debuit recipere beatitudinem, non potuit ponere obicem. aliter instanti non fuisset terminus. sed pro mora viæ, per te boni, & mali fuerunt æquales in merito, pro tota moræ viæ siue pro instanti temporis discreti. ergo in termino fuerunt æquales in præmio. Dico ergo, quòd boni, & mali angeli fuerunt distincti ad inuicem in uia, aliter non fuissent distincti finali distinctione in termino In uia ergo fuerunt necessariò tres moræ. Vna, seu prima mora, in qua fuerunt vniformes in gratia, si volumus dicere, quòd mali gratiam habuerunt, uel uniformes saltem in natura. Secunda mora, in qua adhuc in uia existentes fuerunt difformes, ita quòd boni angeli ultimatè meruerunt, & mali vltimatè demeruerunt. Tertia mora fuit finalis distinctio unius ab alio. Probabile quoque est, quòd in secunda mora, in qua fuerunt difformes in via, fuerunt morulæ multæ: quoniam in illa peccauerunt multis speciebus peccati, videlicet superbia, odio, inuidia. & hi actus ordinati non fuerunt vno instanti eliciti, ut patet distinctione secunda, & est auctoritas Augustini. Hoc iterum patet per illud Apocalypsis: Factum est prælium magnum in cœlo, & dicitur ibi, quòd Michael fecit victoriam, quæ cesit in laudem angelorum bonorum. quod non fuit, nisi quia peccatum angelorum malorum fuit incentiuum tentationis bonorum, qui tentationem illam vicerunt. Cum ergo. Michael non fuerit præscius suorum euentuum, priùs fuit elicitum peccatum ab angelo malo, antequam ipsum fuisset bonorum tentatio. Ideo in secunda mora fuerunt multæ morulæ, seu culpæ a malis elicitæ. Sed de prima mora, in qua fuerunt vniformes, potest probabiliter sustineri, quòd in primo instanti fuerunt vniformes in statu naturæ creati sine gratia, postea in secundo instanti fuerant vniformes in gratia, deinde in tertio instanti vię mali multipliciter demeruerunt, & boni multipliciter meruerunt, & in quartò instanti fuerũt in termino. quod rõnabile esse apparet. sic namque experti erãt de omni statu, atque maiorem habebant occasionem eliciendi intensiùs meritorium actum. Postea simul gratiam habuerunt ex hoc, ꝙ erant experti, quòd ex naturalibus in primo instanti hoc non potuerunt. Vel dici potest, quòd in primo instanti erant uniformes creati in gratia, & in secundo instanti boni promeruerunt, & mali demeruerunt ante terminum: quoniam Deus non discreuit eos, antequam fuissent inter se discreti. Nec ualet quod dicebatur superiùs, quòd si stetissent in primo instãti, debebant beatitudinem recepisse. ideo boni tunc fuerunt in termino. Longiorem enim fuit uia illorum, quàm mora vnius instantis: imò fortè per duo

Scotus.

In uia necessariò tres fuerũt moræ.

Apoca. 12.

Quorũdã reprobantur.

duo, aut tria instantia sequentia habere beatitudinem non debebant. si autem dicamus, quòd in primo instanti erant in naturalibus uniformes, ita, quòd nunquam erant uniformes in gratia, tunc dicendum est, quòd in secundo instanti dabatur gratia non ponentibus obicem. quæ fuisset data malis, nisi obicem posuissent. Potueruntque obicem ponere respectu gratiæ recipiendæ, quamuis non respectu præmij recipiendi in instanti, in quo debuit recipi: quoniam tunc non erat recipiens in uia, sed in termino. Tuncque ipsi demeruerunt, ac boni promeruerunt omnes adhuc in statu uiæ existētes. atque in termino boni erant beati, mali obstinati: ita, quòd non credo, ꝙ omnino pares in uia, fuerūt dispares in termino. Sed quantæ sint istæ moræ, dicit unus doctor, ꝙ sunt discreti temporis. sed alibi dictum est. ꝙ nulla est necessitas ponēdi tempus discretum. Hæc Scotus.

Quæ opinio magis sit probabilis.

¶ Ex his constat diuersitas opinionum circa hæc, & quòd ueritas horum infra certitudinem nobis sit, nec aliquid hic asserendum incautè. Veruntamen modus ille prætactus, videlicet, quòd fuissent omnes primò creati in naturalibus purè, deinde in secundo instanti omnes gratiam recepissent, improbabilis reputatur. Si enim angeli reprobi adhuc in naturalibus consistentes, profecissent, seu pertigissent ad gratiam, se disponendo ad eam, fortius (ut apparet) gratiam iam sortiti, ac per eam roborati, profecissent, ac pertigissent ad gloriam. Hæc quoque opinatio multifariam Scoti, non consonant documentis dicentium, ꝙ angeli totaliter, & inauertibiliter siue finaliter se conuertunt, aut auertunt.

Henricus.

¶ Porro Henricus quodlibeto octauo, a positione illa Thomæ longè discedens: Si quis, ait, non distinguat inter actum voluntatis naturalem, & deliberatiuum, dicere potest, quòd creatura intellectualis potest primum actum habere malum. Vnde dicentes, quòd deliberatis naturæ intellectualis fieri ualeat subito, quia intelligit sine discursu, dicere possunt, quòd in primo instāti actio eius in prima esse poterit mala.

Dionysius

¶ Circa hæc verba Henrici dico, quòd quamuis Thomas dicit angelum in instanti posse deliberare, imò, & in sui exordio in primo suæ creationis instāti deliberasse: attamen non concedit primum ipsius actum potuisse existere malum ob causam supra inductam: nec ex dictis Thomæ hoc sequitur, qui nihilominus inter actum uoluntatis naturalem, & deliberatiuum distinguit, quamuis aliter, quàm Henricus, prout infra magis patebit.

¶ Insuper loco prælegato scribit Henricus, de liberatum motum, affectum, seu actum voluntatis angelicæ deliberatiuæ necessariò præcessisse quosdam actus, & complacentias uoluntatis naturalis, ut supra expressum est, in quibus actibus naturalibus non consistit ratio meriti, neque demeriti: & ita secundum eum primus actus uoluntatis angeli, nullatenus fuit, nec esse potuit meritorius. Vnde subiungit: Quòd aliqui dicunt angelos fuisse creatos in gratia gratum faciente, atque quòd omnes in primo instanti suæ creationis meruerunt, non uideo, quòd tunc potuerunt mereri, cum quantum est de natura sua, & angelus tunc de nullo quiuerit deliberasse, imò necesse sit actus ipsos complacentiæ naturalis omnem deliberationem præisse Consequēter defendit, ꝙ omnes angeli per aliquod temporis spatium fuerunt in cœlo antequam peccauerunt, ut pote actibus uoluntatis naturalis intenti, & confide rationibus suæ naturæ, aliarumq; rerum quarundā infixi, quousq; deliberauerunt, & deliberatè adhæserunt, uel creatori, aut creaturæ. Insuper addit, Potest quis bonum velle temperatè tripliciter. Primò, ex puris naturalibus secundum dictamen ingenitæ rationis. Secundò, ex naturalibus cum adiutorio gratiæ gratis datæ naturam iuuantis. Tertiò, ex dono gratiæ gratum facientis, naturam perfectiùs adiuuantis, ita, ut ex primo actu nullum omnino meritum esse ponamus, ex secundo autem meritum congrui tantum ex tertio meritum condigni.

Inepta quorundā reputatur sententia.

Alia positio Hērici

Temperatè bonum velle pōt, quis tripliciter.

¶ Cumque, quod aliquo merito dari alicui pōt, congruentiùs (ut videtur secundum communem cursum) datur merito congrui præcedente, & denegatur propter demeritum congrui, quàm ut absque omni merito, aut demerito tribuatur, aut deneget, quemadmodum (iuxta Anselmum) beatitudinem congruentiùs est conferri ex merito, quàm sine eo: hinc quamuis non pono omnes angelos in gratia gratificante creatos, potius tñ puto, ꝙ omnibus primo data sit gratia, seu iustitia aliqua gratis data, qua stare potuerunt, & bonum temperatè uelle, atque mereri de congruo: qua qui benè usi sunt, gratiam gratum facientem adepti sunt, & per eam gloriam meruerunt: cæteri abutendo gratiam demeruerūt, & gloriam perdiderunt. Hæc Henricus.

Anselmus

¶ Postremò Gulielmus, & Albertus, cæteriq; dicentes Luciferum non instigasse angelos ad sibi cōsentiendum, minorem indigent ponere moram inter angelorum creationem, & auersionem, atq; cōuersionem, quàm prætacta positio.

Dionysius

A

Quòd de maioribus, & minoribus quidam ceciderunt, inter quos unus fuit celsior, scilicet Lucifer. Distinctio. VI.

Iob 40. c
Iezec. 28. c

Præterea, sciri oportet: qm̄ sicut de maioribus, & minoribus quidā perstiterūt, ita de utroq; gradu quidā corruerūt. Inter quos unus fuit omnib⁹ alijs cadētibus excellentior, nec inter stātes aliquis eo fuit dignior, sicut testimonijs auctoritatū monstrat. Ait n. Iob: Ipse principium uiarum Dei. Et in Iezechele legitur: Tu signaculū similitudinis, plenus sciētia, & pfectione decorus, in delicijs paradisi Dei fuisti. Quod Grego. exponēs, ait: Quāto in eo subtilior est natura, eo magis in illo imago Dei similitudinis insinuat impressa. Itē in Iezechiele legit: Oīs lapis preciosus operimentū eius. i. oīs angelus quasi operimentū eius erat. quia ut dicit Gregorius, In aliorum comparatione cæteris clarior fuit. Vnde uocatus est Lucifer, sicut testatur Isaias: Quō (inq̄t) cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? &c. qui non unus ordo, sed unus spiritus accipiendus est. Qui (teste Isidoro) postquā creatus est, eminentiam

Greg. lib. 32. Moral. cap 24. & Hom. 34.
Iezec. 28 c
Grego. homil. 34.
Isa. 14. c
Isidor. de sum. bo. li. 1. c. 25.

nentiam naturæ, & profunditatem scientiæ suæ perpendens, in suum creatorem superbiuit: intantum, quòd etiam Deo se æquare voluit. ut in Isaia dicitur: In cœlum ascēdam, super astra cœli exaltabo solium meum, & ero similis altissimo. Similis quidem Deo esse voluit, non per imitationem, sed per æqualitatem potentiæ. Isa. 14. d

B

Unde, & quo deiectus fuerit merito suæ superbiæ.

Et naturæ superbiæ merito de cœlo, id est, de empyreo, in quo cum alijs fuerat, deiectus est in istum caliginosum aerem cum omnibus suæ prauitatis consortibus. Nam ut Iohannes ait in Apocalypsi, Draco de cœlo cadens, secum traxit tertiam partem stellarum: quia Lucifer ille alijs maior non solus cecidit, sed cum eo alij multi, qui ei in malitia consenserunt: eosq; cadentes huius caliginosi aeris habitaculum recepit. Et hoc ad nostram probationem factum est, ut sit nobis exercitationis causa, vnde Apostolus: Colluctatio est nobis aduersus principes, & potestates mundi huius, & aduersus rectores tenebrarum, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus: quia dęmones, qui sunt spirituales, & nequam, in hoc turbulento aere nobis propinquo (quod cœlum appellatur) habitant. Vnde & diabolus princeps aeris dicitur.

Apoc. 12. a
Ephe. 6. b
Luc. 12. a

C

Quòd non est concessum eis habitare in cœlo, uel in terra.

Non. n. est eis concessum habitare in cœlo, quia clarus locus est, & amœnus: nec in terra nobiscum, ne homines nimis infestarent: sed iuxta apostoli Petri doctrinam in epistola canonica traditam, in aere isto caliginoso, qui eis quasi carcer usq; ad tempus iudicij deputatus est: tunc detrudentur in barathrum inferni, secundum illud: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.

2. Petri. 2.
Matt. 25 d

D

Quòd dæmones alij præsunt, & habent etiam alias prælationes.

Et sicut inter bonos angelos alij alijs pręsunt, ita, & inter malos alij alijs pręlati sunt, & alij alijs subiecti: quandiu durat mundus, angeli angelis, dæmones dæmonibus, homines hominibus præsunt. Sed in futuro omnis euacuabitur prælatio, ut docet Apostolus. Habent quoque secundum modum scientiæ maioris, uel minoris, prælationes, *alias maiores, uel minores: Quidam enim uni prouincię, alij vni homini, aliqui enim vni vitio pręsunt. Vnde dicitur spiritus superbię, spiritus luxuriæ, & huiusmodi: quia de illo uitio maximè potest homines tentare, a quo denominatur. Inde etiam est, ꝙ nomine dæmonis diuitiæ uocantur, scilicet mammona. Est enim mammon nomen dæmonis, quo nomine vocantur diuitiæ secundum Syram linguam. Hoc autem non ideo est, ꝙ diabolus in potestate habeat dare, uel auferre diuitias, cui uelit, sed quia eis utitur ad hominum tentationem, & deceptionem.

1. Cor. 1.
*alij.
Lucæ. 16.

E

An omnes dæmones sint in hoc aere caliginoso, an aliqui sint in inferno.

Solet aūt quęri, utrū oēs in isto aere caliginoso sint, an aliqui iā sint in inferno. Quòd in infernū quotidie descendant aliqui dęmonū, uerisimile est: quia animas illuc cruciandas deducūt. Et ꝙ illic, aliqui semper sint alternatis fortè uicibus. nō procul est a uero: q illic animas detinent, atq; cruciant. Quòd aūt animæ malorum illic descendant, atq; illic puniant, ex eo constat, ꝙ Christus ad inferos descendit, vt iustos, qui ibi tenebātur, educeret. Si enim iusti illuc descendebant, multo magis iniusti: & sicut tradit auctoritas, cum iustos eduxit, iniquos ibi reliquit. Momordit enim infernum, non absorbuit.

Zachar 9
Oseæ 13.

F

Quidam putant Luciferum esse in inferno religatum, ex quo tentauit Christum, & victus fuit, quem dicunt primum hominem tentasse, & uicisse.

De Lucifero aūt quidā opinant. ꝙ ibi religatus sit, & ad nos tētādos nūc accessum nō hēat, quia in Apocalypsi legit: Cum cōsummati fuerint mille anni, soluet sathanas de carcere suo, & exiet, & seducet gentes: quæ erit nouissimo tpe Antichristi, qn̄ erit tāta tribulatio, vt ēt si fieri pōt, moueantur electi. Quem ibi religatum dicūt ab eo tpe, quo tentauit Christum in deserto, vel in passione, & victus fuit ab eo. Ipsum putant primum hoīem tentasse, & uicisse, & secūd Deū: sed ab eo victum esse, & ideo in inferno religatum. Alij aūt dicunt, ex quo cecidit, pro peccati sui magnitudine illuc fuisse demersum

Apoc. 20 c
Matt 24 b
Matth. 4.
Lucæ. 4.

G

Quòd Lucifer nunc habet potestatem, quam habebit in tempore Antichristi.

Sed siue in infernū demersus sit, siue non: credibile est, eū non habere potestatem ac-

cedendi

cedendi ad nos,quam habebit in tempore Antichristi,in quo fraudulenter , ac violēter operabitur.Et ideo fortè dicitur tunc soluendus,quia tunc dabitur ei potestas a Deo tē tandi homines,quam modo non habet.

H *Quòd dæmones semel victi à sanctis,non accedunt ampliùs ad alios.*

Alijs quoque,qui a sanctis iustè,& pudicè uiuentibus uincuntur,potestas alios tentandi videtur adimi.vnde Origenes : Puto,inquit,sane quia sancti repugnantes aduersus istos incentores,& uincentes,minuant exercitum dæmonum,uel ut quamplurimos eorum interimant : nec ultra fas sit illi spiritui,qui ab aliquo sancto castè, & pudicè viuendo uictus est,impugnare iterum alium hominem. Hoc autem putant quidam intelligēdum tantum de illo vitio,in quo superatus est,ut si de superbia aliquem virum sanctum tentat,& uincitur,ulteriùs non liceat illum,vel alium de superbia tentare. (Origenes.)

(Summa distin 6.) Hic pleniùs tractat Magister de angelis lapsis, ostendens, de quibus fuerint choris , & de quo ordine fuerit primus ille apostata : deinde, de quo loco eiectus sit ; & in quem locum fuit detrusus.insuper tractat qūo inter dæmones sit quædam prælatio,& ꝙ diuersi diuersis hominibus sint ad exercitium deputati : specialiter quoque de Lucifero aliqua introducat, ac tandem inquirit , an dæmones ab hominibus semel victi, ampliùs eos tenent .

QVAESTIO I.

Hic quæritur primò, *An primus ille apostata Lucifer fuit non solum cadentium,sed etiam omniū angelorum supremus* . ¶Vr̄ , ꝙ non , quia quo mens creata est increatæ menti propinquior , & eo similior. Cum ergo mens increata sit summè impeccabilis, infallibilis,& infinitę actualitatis , sequitur, ꝙ angelus summus præ omni creatura sit ex sua natura minùs peccabilis , fallibilis , & ad passibilitates , ruinas,mutabilitates minimè pronus:non ergo tam citò,enormiterq; peccauit .

(Damasce.) ¶Secundò:qm̄ Damascenus in lib. 2.cap.4. apertè testatur : Ex his angelicis virtutibus, is qui præerat terreno ordini,& cui terræ custodia a Deo commissa erat,non ferens illuminationem,& honorem quem illi conditor largitus fuerat , eleuatus est aduersus factorem suum,ei rebellare uolens : Ex quibus verbis probatur, ꝙ fuit de infimo choro, aut saltem de ultima hierarchia;quia ſm diuinum Dionysium ministerijs inferioribus,ac terrenis,atq; humanæ custodiæ , & Ecclesiasticæ hierarchiæ præfecti sunt,ac deputati angeli infimæ hierarchiæ . (S.Dion.)

(Iezech.28) ¶Tertiò,ad apostatam istum dr̄ in Iezechiele: Tu Cherub extentus, & protegens.ergo fuit de ordine Cherub , non Seraphin . Seraphin autem est ordo supremus .

(Aristo.) ¶Quartò , secundum Philosophum Deus,& natura nil agunt frustra,nec in præcipuis suis frustrantur effectibus : increata ergo , & infinita sapientia , quæ omnem rationalem , & intellectualem creaturam ad suiipsius beatificam plasmauit fruitionem, non est in præclarissima creatura sua ordinatione , intentione,& institutione frustrata .

(In oppositum.) ¶In oppositum sunt , quæ introducuntur in textu ex scripturis , & sanctorum eloquijs , præsertim ex verbis Gregorij .

(Alexāder. Gregori.) ¶Ad hoc Alexander respondet : Multis sanctorum auctoritatibus comprobatur , quòd impius ille fuit de supremo ordine angelorū , & summus in ordine illo. Ait etenim Augustinus in libro quæstionum veteris testamenti: Lucifer erat quasi princeps multorum ,inter quos clarior erat , quorum societate ad impium descendit certamen . Gregorius quoque Moralium tricesimo secundo , primum angelum * Deum reliquis angelis, quorum nouem sunt ordines , eminentiorem constituit Rursus in Moralibus contestatur : Quoniam comparatione claritatis suæ cęterorum claritatem obumbrasse creditur , ipse extentus , & protegens perhibetur . Reliquos enim quasi obumbrando operuit , qui magnitudinem eorum excellentia maiore transcendit. Nec obuiat his , quod vndecimo super Genesim ad literam loquitur Augustinus : Dicere de aliquibus angelis, quòd in suo genere beati esse possint, futuræ iniquitatis , vel salutis incerti , uix ferenda est præsumptio : nisi fortè dicatur , ita creatos hos angelos mundanis ministerijs distributos, ut pro rectè gestis præpositis accipiant uitam beatam , de qua possunt certissimi eius spe gaudentes dici beati , ex quorum numero si diabolus cecidit cum socijs iniquitatis suæ , simile est hoc ei , quòd cadunt a iustitia fidei etiam homines superbia præuaricati . In quibus uerbis insinuari uidetur, quòd diabolus de ordine fuit inferiori, cui administratio terrenorum commissa est. Ad quod dicendum , quòd Augustinus hoc scribit non asserendo , sed potius aliorum opiniones narrando . imò in libro quæstionum veteris testamenti disseruit : Vidit Lucifer infra se multas spirituales creaturas quippè , cum in paradiso Dei præstantior esset cognitione ministerij cœlestis . Gregorius item exponens illud Iezechielis, Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius . Omne lignum paradisi Dei non est assimilatum ei , & pulchritudini eius , ait ; Per cedros , & abietes , cœlestium virtutum proceræ celsitudinis agmina designantur : quæ quamuis excelsa sint condita : huic tamen non sunt prælata , nec adæquata . tanta species illum pulchriorem reddidit , quanta ipsum supposita angelorum multitudo decorauit. Hæc Alexander . (Gregori. * Deus. Iezech.28 Auguſt. Idem. Iezech.28 Gregori. Iezech.31)

(August.)

(Bonauent) ¶ Concordat Bonauentura , dicendo : Sicut testantur scripturæ,& auctoritates sanctorum , Lucifer valde fuit excellens , & si stetisset in supremo ordine collocatus fuisset. Deniq; ipse appetijt cunctis præesse , & putauit se posse hoc obtinere , quod nō est probabile ipsum optasse , aut attentasse , nisi uidisset se omnes præcellere dignitate naturæ . & si de minoribus fuisset , sufficere sibi putasset supremo angelo æquari . Rursus, peccatum eius fuit grauissimum inter peccata omnium angelorum , imò, & omnium creaturarū.Peccatum aūt est tāto enormius,quanto eminentioris naturæ,ac gradus est,peccans . Si aūt obiectis , Lucifer fuit excellentissima creatura,ergo & creatori charissima : non est ergo credibile, (Quanto quodque peccatum grauius.)

credibile.quòd creatura ita præclaram permisit sic perire,quam tam facillimè potuit conseruare . Dicendum,quòd in hoc mira Dei iustitia commendatur,quæ intantum conseruat iustitiam ,ut ordinem institutum nullo modo infringat : atq; intantum odit peccatum,vt propter illud etiam, quos charissimos reputauit,abijciat.Hinc credo,quod tam pauendum mysterium diuinę seueritatis in angelo sūmo,ac nobilissimo, ac homine primo, quorū vtrunque proprijs manibus plasmauit,ac decorauit Deus infirmis nobis apposuit,& ostēdit,ut discamus quā tum odit peccatum,præsertim superbiā, ꝙ pro uno motu cordis nobilissima omnium creaturarū ęternaliter,& sine spe veniæ est damnata:ac pro vno esu pomi Adā , & tota eius posteritas usque ad finē mūdi mortalitati, & multiplici pœnalitati est subiecta. Quo constat,q̄ horrēdum sit incidere in manus Dei viuentis.Nempè si superbienti nobilissimo angelo non pepercit,quid erit de vilissimo cinere, & abiectissimo in altum se extollēte,cum iacere debeat in cinere,& cilicio,imò in sterquilinio ipso ? Hęc doctor deuotus. (2. Petri. 2. Iere. 8. & 25.)

(Thomas.) ¶Insuper Thomas: Hanc, inquit, qōnem Augustinus mouet 11.super Genesim, & indeterminatam relinquit:quia de his,quæ ad angelos pertinent,pauca uoluit asserendo conscribere.Postea uero Gregorius expresè determinauit, ꝙ Lucifer altior fuit cæteris non solum peccantibus,sed etiam stātibus: cui consentit cōis sententia.quæ quidem probabilis est: tū,propter multas auctoritates scripturæ, quæ hoc figuratiuè videntur exprimere;tum,quia non est ꝓbabile,quòd creatoris æqualitatem ille appetijt spiritus,q creaturæ fuit subiectus.Hęc Tho.in Scripto.

(Thomas. In peccato duo considerantur) ¶At verò in prima parte,qōne 63.In peccato,ait, duo considerantur , videlicet pronitas ad peccandum,& motiuum peccandi. quantum ad primum, minùs apparet , ꝙ superiores angeli peccauerunt , quàm inferiores propter quod dixit Damascenus , ꝙ maior eorum , qui peccauit, fuit ordini terrestri prælatus.& vr̄ ista positio consonare opinioni Platonicorum , quam recitat Augustinus 8. & 9.libris de Ciuitate Dei. Dicebant namq;, ꝙ omnes Dij sint boni, sed dæmonum quidam sunt boni,& aliqui mali : Deos nominantes substantias intellectuales, quę erant a globo lunari superiùs:dæmones verò , substantias intellectuales,quæ sunt a globo lunari infesriùs, superiores hominibus ordine naturæ . Nec est abijcienda ista opinio,s.Damasceni,tanq̄ aliena a fide:qm̄ tota creatura corporalis administrat a Deo per angelos, ſm Augustinum tertio de trinitate. Vnde nil prohibet dicere,inferiores angelos diuinitus distributos ad administrandum corpora inferiora: superiores ad administrandum corpora superiora: supremos, ad assistendum creatori . Sicq; loquitur Damascenus, ꝙ illi, qui ceciderunt, fuerunt de inferioribus,in quorum ēt ordine aliqui boni angeli ꝑmanserunt. Porro si consideretur motiuum ad peccandum,hoc magis in superioribus inuenitur. Peccatum etenim dæmonum fuit superbia, cuius motiuum est excellentia,quæ fuit in superioribus maior. Hinc dixit Gregorius, ꝙ primus ille peccātium, fuit inter angelos vniuersos superior . & hoc probabilius vr̄,quia peccatum angeli non processit ex pronitate,sed ex solo libero arbitrio. Hinc magis vr̄ pēsanda rō ex parte motiui ad peccandum . Veruntn̄ alij opinioni non est præiudicandum : qm̄ etiam in principe inferiorum angelorum potuit esse aliquod peccandi motiuum. Hæc Thomas in Summa, (August. Gregori.)

(Dionysius) ¶Cuius responsio videtur egregia. obscurum tamen apparet,quòd ait peccatum Luciferi non processisse ex aliqua pronitate,sed ex solo libero arbitrio : quia ex libero arbrtrio non oritur culpa inquantum liberum arbitrium. Alioquin angeli sancti adhuc possent peeare:imò & Deus,in quo excellentissimè consistit libertas arbitrij. Non itaq; peccatū progreditur ex libero arbitrio, nisi inquātum illud est aliquo modo pronum ad malum.imò secundum Augustinum in libro de Ciuitate , & alibi, omnis voluntas creata inquantum ex nihilo , ex se est prona ad malum. Et nisi Lucifer fuisset ad vitium pronus, quomodo tam citò , ac subitò ex se , nullo penitus instigante, ad tam enormissimam corruisset impietatem ? (Laudat responsionem Thomę. August.)

(Petrus.) ¶Petrus præterea consonat , dicens : Luciferum summum angelorum fuisse , perpenditur ex motiuo peccandi:quoniam vniuersalis superioritas mouit eum ad appetendum vniuersale omnium creaturarum dominium liberum,ac regimen per se vsurpandum. Item ex termino, quia ad quandam Dei paritatem conscendere uoluit.quod nō usurpasset , si aliquem se superiorem inter Deum,& se uidisset. Item ex consortio , quia de singulis ordinibus ei tanquam principi magna multitudo adhæsit . Hæc Petrus.Idem Richardus. Cōcordat Albertus in Scripto , & libro de coæquæuis, atque Vdalricus in Sūma libro quarto. (Albertus)

(Durandus) ¶Durandus uerò scribit : De quo ordine fuerit Lucifer, non potest certitudinaliter sciri, quia nec scriptura super hoc aliquid loquitur . quod enim Isaiæ decimoquarto de Lucifero dr̄,de rege Babylonis ad literam exponitur . & quod Iezechielis vicesimooctauo de rege scribitur Tyri, non nisi allegoricè exponitur de primo apostata angelo . Hæc Durādus,qui alia plura circa hæc scribit, quæ in respōsione Thomæ contenta sunt .

(Dionysi.) ¶Verum circa hæc uerba Durandi sciendum , ꝙ uerba illa Isaiæ,& Iezechielis a diuersis diuersimodè exponuntur.quidam enim totum passum vtriusque prophetæ exponunt ad literam de regibus illis, quidam de primo impijssimo angelo, nonnulli partim de regibus illis,partim de apostata primo: quorum expositio aptior esse videtur . Quamuis enim totum aliquo modo queat de regibus illis interpretari , & non de angelo illo prauo : attamen certum est , intuentiq; constat,aliqua ibi dici , quæ exponi non ualent de regibus illis ad literam, nisi multum impropriè : aliqua quoque ibi conscripta accipi nequeunt de perditissimo illo apostata ad literam, nisi impropriè valde : sicq; credendum censetur, ꝙ scriptura illis in locis ad literā de transgressione,& dānatione loquitur primi reprobi angeli, iuxta vnam septem regularum ad intellectum scripturæ necessariarum,quæ est , ꝙ scriptura interdum sub eodem contextu sermonis a diabolo ad membra ipsius , & econuerso : ascribendo , quæ unius sunt alteri , & econtra, sicq; occasione descriptionis iniquitatis , atq; damnationis regum Babylonis , ac Tyri, transeunt sancti illi prophetæ ad describendum præuaricationem principis,& capitis regum illorum , & omnium iniquorum,videlicet primi apostatę,sicut in Psalmo loquitur scriptura de bonis,ac malis hominibus,quasi de eisdem,dicendo: Cum occideret eos,quærebant eum , & reuerrebantur, & diluculo veniebant ad eum,& constat, ꝙ qui occidebantur, non reuertebantur ad eum diluculo . (Psal.77.)

(Dilutio obiectionis primę) ¶Ad primū ergo dicēdū, ꝙ quātūcunq; Lucifer fuit eccellens:tn̄ eoipso,quo fuit creatura,ac liberè volūtatis,ex seipo habuit deficere,&peccare sibijpsi reli-

relictus, nec gratia conformatus: sed quanto minorem habuit inclinationem, & pronitatem ad culpã, eò inexcusabilior fuit.

2 Ad secundum Petrus, & Richardus respondent, ꝙ Lucifer fuit ordini terrestri prælatus prælatione generali, & mediata, tanquam cunctis ordinibus altior, non prælatione immediata, & speciali. Albertus uerò, & Alexander respondent, ꝙ dicitur ordini terrestri prælatus, quia & eos, qui terrenis præsident, habuisset illuminare, atq; dirigere.

Damasce. ¶Veruntamen istæ, & similes solutiones non procedunt ſm Damasceni intentionem, cuius si uerba ritè pensentur, certum est, ꝙ dicere intendebat, ꝙ Lucifer fuit in loco sublunari, & de ordine inferiori. pp quod ſm Damasceni intentionem dixit. In cęlum, puta empyreum, conscendam. Ideo meliùs ſm Thomam dicendum, ꝙ Damascenus fuit illius opinionis, & (ut in Scripto suo testatur Albertus) idem

Gregori. Richard. omnino cũ Damasceno dixit Gregorius Nyſenus, qui fuit sancti Basilij frater. Hinc quoq; Richardus pleniùs respondendo: Damascenus, inq̃t, huius opinionis, ꝙ substantiarum intellectualium quædã sunt à globo lunari superiùs, quarum quædam sunt assistentes, quædam corpora cœlestia administrantes: & ꝙ nulla istarum peccauit. quædam uerò sint infra globum lunarem, & suprema istarum, multæq; aliæ peccauerunt: & quæ ex eis steterunt, inferiora hæc

Gregori. administrãt. Sed opinio Gregorij Papæ rõnabilior, communiorq; consistit: ideo ei magis est acquiescẽdum, q̃ Damasceno. Hæc Richardus.

Dionysius ¶Deniq; meliùs reor, mentes auctorum uerè, & syncerè exprimere, q̃ glossis fucatis concordãtiam apparentem non existentem inducere: quamuis etiam sanctus Thomas dicat opinioni Damasceni non præiudicandum: tamen, ut recitat Alexander,

August. beatus August. 11. super Genesim, positionem illam recitatoriè tangit, & improbare vr, dicendo: Mirum si dici hoc põt. & certè ſm concordem patrum doctrinam, omnes angeli sunt in cœlo empyreo, quãuis interdum ad inferiora mittantur.

3 ¶Ad tertium, ꝙ apostata ille dicitur Cherub, non

1. Cor 8. quia de ordine Cherubin fuit, se ad insinuandum suæ iniquitatis incitamentum, qualitatem, & enormitatem: quoniam per superbiam corruit. scientia autem inflat, & eminentia sapientiæ suæ extulit eũ,

Iezech. 28 quemadmodum in Iezechiele habetur: Eleuatum est cor tuum in decore tuo &c.

4 ¶Ad quartum, ꝙ sapientia Dei in nullo suo effectu fallitur, aut frustratur, nec aliquid ei non prącognitum accidere potest. & ꝙ ex vna parte uidetur egredi ordinem prouidentiæ Dei, ex alia parte relabitur in eandem.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur, *An de quolibet ordine angelorum aliqui lapsi sunt.* Vr, ꝙ sic, quia ſm Gregoriũ in sermone de angelis, ad singulos ordines angelorum aliqui homines assumuntur electi. Hugo quoq; apertè hoc dicit. communiter etiam dicitur, ꝙ angelorum ruina per homines reparatur.

In contrarium. ¶In contrarium arguitur, quia dæmones nunquam in scripturis designantur nominibus throni, & Seraphin: cum tamen aliorum uocabulis ordinum exprimantur: ergo saltem de illis duobus choris cecidit nullus.

Bonauent ¶Ad hoc Bonauentura rñdet. Sancti ex scripturis accipiunt, & affirmant, ꝙ de singulis choris aliq; lapsi sunt, quod & rõ persuadet. Cum. n. de supremo ordine aliqui sint euulsi, credendum, ꝙ cęteri, in seriores q; ordines senserunt ruinam. Veruntã in scripturis dæmones non uocãtur throni, aut Seraphin, qa hæc nosa in sua significatione, & rõne aliquid includunt virtutis. Seraphin quippè dr charitatis incendium. throni verò sessionis quietem per gratiosam inhabitationem ad iudicandum, quæ in dæmonibus non inueniuntur, in quibus tñ sunt principãtus, potestates, & dominationes, &c. quamuis inordinate. Hæc Bonauentura. Idem Alexander. Alexãder. Thomas.

¶Porro Thomas in Scripto qõnem istã non mouet, sed in prima parte, qõne 63. eam sic soluit: Secũdum dicentes, ꝙ primus apostata fuit de infimo ordine, constat, ꝙ non de quolibet choro quidam sint lapsi, sed de infimo tantum. Verum secundum dicẽtes, ꝙ primus impius ille fuit de choro supremo, probabile est, ꝙ de quolibet choro aliqui corruerunt: in quo etiam libertas arbitrij comprobatur, quæ secundum quemlibet creaturæ gradum flecti potest in malum. Hæc Thomas, cuius cætera dicta de hoc sunt præhabita.

¶Ad qõnem demum, qua quęritur, An plures peccauerunt, q̃ steterunt: Alexander, & Thomas rñdẽt, Quæstio. Alexãder. Thomas. ꝙ plures manserunt, cum peccatum sit contra naturalem inclinationem, & præter naturam, ac ordinẽ: & talia, vt in paucioribus accidunt, quamuis in hominibus ex corruptione fomitis, & sensualitatis rebellione aliter fiat. Hinc, quòd ait Philosophus, malum, vt in pluribus fieri, bonum, ut in paucioribus, quãtum ab homines accipi debet. Quòd aũt plures manserunt, probatur ex eo, quòd 4. Regum loquitur Eliseus: Plures nobiscum sunt, q̃ cum illis. ubi p 4 Reg. 6. plures intelliguntur angeli sancti.

¶Concordant Petrus, & Richardus: qui addit, Petrus. ꝙ per homines electos angelorum ruina dr reparãda, non ꝙ ob hoc principaliter factus sit homo, aut quasi factus non esset, nisi angeli corruissent: sed qa, & hoc bonum, uidelicet reparatio illa, creationem hominis est secutum. & ad hoc allegat Hugonem libro de Sacramento id, asserentem, atq; quorũdam imperitiam increpantem, qui ob reparationem illã putant conditum genus humanum: quasi institutũ non extitisset, nisi angeli fuissent collapsi. De hoc diffusiùs scribit Anselmus libro, Cur Deus homo. Anselmus Nempè cum homo ad complementum, ac ordinẽ pertineat vniuersi, constat, ꝙ fuisset creatus, quãuis angelus non fuisset transgressus. In his concordant doctores communiter, nec immorari oportet.

QVAESTIO III.

TErtiò quæritur, *An angeli transgressores in aerem caliginosum sint deiruſi, & collocati in eo, vel potius in inferno.* Vr, ꝙ in inferno locus namq; congruit locato. Cum ergo peccatum sit vtilitas maxima, & ipse mortaliter peccans indignus sit omnium creaturarum obsequio, apparet, ꝙ nullus locus tam proportionatus, & congruus ei sit, sicut infernus. Secundò, summæ, & grauissimæ elationi superbiæ debetur ima, & extrema depressio, utpote collocatio in inferno. Tertiò, in secunda Petri cano 2. Petri. 2. nica hr, ꝙ dęmones rudẽtibus inferni detracti sunt. rudentes autem inferni detrahunt in infernum, non in aerem tetrum. Quartò, in Apocalypsi legitur, Pro Apoc 12. iectus est draco magnus, serpens antiquus, qui uocatur diabolus, & sathanas, in terram, & angeli eius cũ eo missi sunt. Additur quoq; ibi: Vę terræ, & mari, quia descendit ad vos diabolus, habens iram magnam: ergo terra, & mare, non aer, est locus illorum

rum. Apparet præterea, quòd alius locus deputetur

Apoc. 20. diabolo ante Christi passionẽ, & alius postea, aliusque post diem iudicij, cum in Apocalypsi scriptum sit: Angelus, qui habeat clauem abyssi, & catenam, apprehẽdit draconem, qui est diabolus, & misit eũ in abyssum, & clausit, & signauit super eum. & cum consummati fuerunt mille anni, soluetur sathanas, & seducet gentes Gog, & Magog, &c. quòd Antichristi tempore erit. & nunc tempore gratiæ, quòd per mille annos signatur, est relegatus.

Albertus. duplicem ponit locũ in quẽ prę uaricator cecidit. ¶Ad hoc respondet Albertus: Duplex est locus, in quem cecidit dæmon. Vnus, in quem cecidit ſm meritum suæ superbiæ. Alter, ſm ordinem prouidentiæ Dei, quæ non sineret fieri mala, nisi sciret bona, quæ ex malo eliceret. Vnde ait Gregorius. Etiam illud Deo militat, quòd per malitiã voluntatis contrariatur, & obstat. Primus locus casus illius est profundum inferni. Talis etem̃ locus: qm̃ infimus, est

Isa. 14. tantæ debetur superbiæ, ut in Isaia dicitur: Veruntã ad infernum detraheris in profundũ laci. Secundus locus est aer caliginosus, in quo usq; ad diem iudicij ad tentationis exercitium continẽt Nempè hoc bonum, quòd est exercitium uirtutis sanctorũ, elicuit prouidentia diuina de tanto malo. Itaq; quantum ad exercitiũ hoc, potestatẽ diuersimodè habet. Nam usq; ad tempus antichristi habet potestatem ligatam, & refrenatam, eo quòd in deserto tentauit.

Matth. 4 Christum, atq; succubuit. In passione quoq; conatus est per uxorem Pilati passionem impedire filij

Matth. 27. Dei. Vnde, & tunc uictus, potestatẽ interim habuit religatam. Sed tempore antichristi pp demerita hominum, qui ueritate abiecta iniquitati consentient, laxabitur eius potestas. Hęc Albertus.

Thom. de Argẽtina. ¶Concordat Thomas de Argentina: Casus, inquiens, diaboli est duplex, scilicet spiritalis in culpam, & localis: qui duplex est, utpote in aerem, & infernum. Tria verò considerantur in eo: Natura, peccatum, officium. Naturæ suæ competebat cœlum empyreum, peccato infernus, officio aer caliginosus. Nec conuenit ei superior aeris regio ob suam luciditatem, nec in fima, ne homines nimis infestet. Hęc ille.

Vdalricus ¶Hinc Vdalricus in Summa sua libro quarto diffusiùs scribens: Qm̃, inquit, dæmones superbiæ uitio obdurati fuerunt, de cœlo empyreo sunt eiecti, rudentibus inferni detracti in tartarum, idest, in pœnam tartari, non in ipsum locum: quia in episto

Iudę. 1. la Iudæ apostoli legitur, Angelos, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, idest, cœlum empyreum, reseruauit Deus uinculis æternis, idest, reatu inexpiabilis obligationis in iudicium magni Dei, idest, usq; ad diem iudicij, in quã die exaltabitur Deus solus, ut dicit

Isa. 2. Isaias, sub caligine, idest, aere caliginoso, quod a philosophis medium aeris interstitium nominatur. Nam usq; ad diem iudicij non sunt in inferno religati, quia utitur Deus eorum malitia ad profectum iustorum: nec concessus est eis locus circa nos, quã tenus ipsa loci discretione ostenderet Deus uerum

1. Cor. 10. esse illud Apostoli: Fidelis Deus, qui nõ patietur uos tentari supra id, quod potestis sustinere. Quod non uideretur nobis verum esse, si semper apud nos existentes, continuis intercisionibus nos pulsarẽt. nos concessum est eis habitare propè cœlum, idest, in sphęra ignis, aut ęthere, quę loca sunt luminosa: qm̃ iuxta Christi sententiam, damnationi tenebrarũ in

Matth. 12. 22. 25. teriorum debentur tenebrę exteriores. Mediũ ergo aeris interstitium, quod est tenebrosum, & tempestuosum, ac frigidum, competens dæmonibus obtenebratis per culpam, inquieris per tentationum inuasionem, frigidis a charitate, usq; ad diem iudicij ipsis concessum est. Porro in iudicio congregabun tur congregatione vnius fascis cum reliquis condemnatis, & mittentur in lacum. Ratio horum est, Isa. 24. quia ex ordine naturæ fuit angelus ordinatus a Deo, ut ministerialiter coopereratur in salutem electis. Cumq; diuina ordinatio, ac prouidentia prorsus frustrari nõ queat, decens est, ut pmissione diuina per accidens, & præter suam intentionem cooperetur ipsis in bonum, ipsas tentando, & succũbendo. Ipse namq; est draco formatus ad illuden- Psal. 103. dum ei. Hęc Vdalricus.

¶Præterea Thomas: Angelo, ait, secundum suam Thomas. essentiam non debetur locus, sed solum quantum ad suam operationem, uel per modum congruentiæ, ut in actu contemplationem, uel per modum necessitatis, ut in his, quæ circa nos operantur. Operatio aũt angeli, cum sit intellectualis substantia, est contemplari. Hinc omnes in loco contemplationi apto, idest, in cœlo empyreo, sunt creati. Operatio uerò gloriæ non differt ab operatione naturæ eorum, nisi sicut perfectum ab imperfecto: ideo idem locus debetur angelis conditis, & gloriosis. Sed quantum ad statum culpæ, aut miseriæ, potest eorum operatio attendi tripliciter. primò, secundum lucem naturæ, quæ in eis angelis peccantibus remansit, quamuis obtenebrata peccato. Secundò, quantum ad tenebras culpæ. sicq: locus eis debetur tenebrosus, atq; pœnalis. Tertiò, quantum ad ordinem diuinæ sapientiæ, quo ex eorum malitijs elicitur bonum nostræ exercitationis. sicq; debetur eis media regio aeris: quia inquantum est diaphanum per naturam lucis, consonat eorum perfectæ naturæ: quantum ad turbulentiam, competit vt pœnalis contra culpam. inquantum verò nobis propinqua, conuenit nobis ad exercitium. Infernus demum competit eis contra culpam, inquantum pœnalis, tenebrosus, ac horridus. ¶Verum his obji- Obiectio. 1 ci potest. Primò: qm̃ dæmones cum sint incorporales, nullam a loco recipiunt impressionem, nec illuminationem, neq; infrigidationem: ergo inutiliter eis locus corporeus deputatur in pœnam. ¶Se- 2 cundò, Philosophus refert in secundo libro de cœlo, & mundo, ꝙ Pythagoras dixit ignem esse carcerem iniquorum, seu damnatorum: non ergo in aere sunt. ¶Tertiò, dæmones cum hominibus sunt li- 3 berter nõ ex charitate, ut prosint: sed ex inuidia magna ut noceant, ergo hoc eis admitti non debuit, quia concessio placiti exhilarat potius, q̃ affligit.

¶Quartò, peccatum dæmonum grauius est pec- 4 cato animarum, sed animæ sceleratæ mox, ut a corpore separantur, ad infernos deprimunt, ergo multo plùs dæmones. ¶Quintò, ſm Glossam Iacobi se- 5 cundo, Dęmones quocunq; uadunt, secum deferũt ignem suum, puta tartareum. ergo semper in igne sunt. ¶Dicendum ad primum, ꝙ dicuntur esse in lo- Rñsi ad 1. co non quasi a loco aliquid recipientes, sed quasi circa locum operationes aliquid cõlonum proprietatibus loci. ¶Ad secundum, Pythagoras loquebatur de igne, quem in medio uniuersi ponebat, ut ibi Ad 2. Pytago. dem habetur, quem dicimus esse ignem inferni, horridum, tenebrosum, atq; pœnalem dæmonum locum. Ignis uerò elementaris est inter generabilia, & corruptibilia omnia subtilissimus, magisque luminosus: ideo angelis obtenebratis nõ conuenit. imò Deus fons luminis, & angeli lucis, per proprietates ignis, & secundum metaphoras sumptas ab igne, frequentiùs describunt, ut in fine cœlestis hie-

ad 3. rarchiæ diuinus Dionysius docet. ¶ Ad tertium, Pœna dæmonum ex præsentia eorum nobiscum non minoratur, nisi quod æstimant sibi pœnale, quòd nobis nocere non uolent, quando in inferno tenentur. ¶ Ad quartum, error Gregorium fuit, animas ante diem iudicij nec infernum, nec regnum intrare cælorum, & deriuatus est à fabulis Pythagoricis, ac poetarum dicentium animas occisorum circuire sepulchra usque ad mortis uindictam, & iterum non redire, ad comparem stellam ante completam periodum uitæ, quæ ante terminum in naturali morte finita est. Sed ista sunt falsa, nec simile est de dæmonibus, & animabus: quia (ut dictum est) dæmones secundum gradum naturæ suæ constituerant medij inter deum, & nos, &c. ¶ Ad quintum quidam dixerunt, sensibilem dæmonum pœnam esse dilatam usque iudicij diem, quod est contra sanctorum autoritates, & contra diuinam iustitiam, quæ animas iniquorum mox pœnis inferni immittit, quarum peccatum peccato dæmonum non est maius, Hinc alij dicunt, quòd igne infernali semper ardent, quem etiam secum deferunt, nec tamen ignis ille comburit alia corpora, quoniam agit instrumentum diuinę iustitię tantum in ea, quæ eius punitionibus sunt addicta. Sed cum dæmones sint incorporei, non uidetur probabile, quòd corporalem ignem secum deportent. vnde dicendum, quòd igne infernali iugiter ardent. non tamen eis semper præsente secundum locum, quia nõ agit corporali modo calefaciendo, & desiccando, sed modo spirituali, propter quod non requiritur ubi determinata distãtia, sicut in actione corporali. Hæc Thomas in Scripto.

ad 4. Pythagore ac poetarum fabulu. ad 5. Quorundã opinio Quẽadmodũ dæmones puniũtur.

¶ In cuius scriptis non placet, quod dicit dæmones non esse loco quasi aliud a loco recipientes, sed ut circa locum aliquid operantes. Nemper per locum non intelligit propriè superficiem continentis, cum nec circunscripiuè in loco ponantur: sed corpora, quibus alligantur, aut deputantur, ut aerẽ caliginosum &c. à quibus si nihil pœuã recipiunt, sequitur. quod nec ab igne torquentur. Eadem quoque ratione nec animæ defunctorum in inferno aut purgatorio affligerentur tartareo aut purgatorio ignè.

Dionysi. cõtra Thomã.

¶ Simpliciter ergo tenẽdum, quod à locis illis penalibus, ignibusq; materialibus uerè realiter, imò inæstimabiliter durè torquentur, atque impressionem recipiunt: quamuis non oporteat dici, quod prorsus uniuocè aut omnifariè, modo eodem, quo corpora corporaliter calefiant, prout hoc alibi pleniùs declaraui, ut in tractatu de particulari iudicio, & in libello de quatuor nouissimis, & infra libro quarto, si Deus gloriosus, & sanctus concesserint, diffusiùs elucidabo. Gulielmus quoque Parrihensis, & Henricus idem fatentur. Hæc nunc tantundem tetigisse sufficiat. Quidam uerò uolentes de hac re subtiliter loqui, ruditer sunt locuti, quorum etiam opinio timorem dei minueret in cordibus plurimorum. Postremò quod dictum est, peccata animarũ paruarum non esse minora uitijs dæmonum, non nidetur uniuersaliter etque simpliciter posse intelligi, loquendo de peccatis dæmonum præcedentibus eorum eiectionem, & damnationem, quibus propriè demeruerunt. Quidam enim, ut crucifixores Christi, & hæresiarchæ, ac persecutores ecclesiæ, & alij multi, peccauerunt enormiter, multiplicitèr, & quasi innumerabiliter nimis: ideo potius æstimo, quòd quidam homines grauiùs peccauerunt, quàm dæmones quidam, & per consequens acriora ferant supplicia. At verò si dæmones non affligerentur igne infernali, nisi spiritualiter tantum, & quadam (ut dicitur) alligatione, homines reprobi post diem extremi iudicij multo, & pœnę incomparabiliter pœnaliùs torquerentur ab igne illo, quàm dæmones. Multæ quoque notabiles, ac fide dignæ visiones, apparitiones, imò & experimentationes, frequenter patefecerunt, atque testatæ sunt, animas, ac dæmones, corporeo igne ineffabili mòdo verè, acerrimè, intollerabiliterque torqueri.

Quorũdã hominum grauiora sunt peccata quàm dæmonũ.

¶ De his demum loquitur Thomas in prima parte Summæ quæstione sexagesima quarta, penè eadem, quæ hoc loco. Concordat Petrus. Thomas. Petrus.

¶ Porrò Richardus pro maiori parte his consonans, aliqua addit: Per infernum, inquiens, intellligere infernalem possumus locum, in quem nondum dæmones ceciderunt, & item supplicium infernale. Credo autem, quòd adhuc non receperunt infernalis supplicij complementum, sed differtur vsque iudicium, quamuis magnam, & multam valde habeant pœnam. Vnde dixisse leguntur in euangelio: Iesu fili Dei, quid venisti ante tempus torquere nos? Quocirca loquitur Glossa, sciebant sibi futuram in Dei iudicio damnationẽ. Princeps quoque apostolorum Petrus: Reseruantur, ait, cruciandi in iudicio, tunc scilicet recepturi suæ damnationis complementum. Vnde Glossa: Restat adhuc vltimi pœna iudicij, quia paratus est ignis diabolo, & angelis eius. Non enim permittit eos Deus consumi, sed seruat vt grauiùs puniantur cũ membris suis. Hinc adhuc sunt in statu demerendi, vsque ad diem iudicij. Hæc Richardus. Richard. Matt 8. 2. Pet. 2. Matt. 25.

¶ Verùm his objici potest, quòd scribit sanctus Thomas prima parte quæstione sexagesima quarta: Quidam dixerunt vsq; diem iudicij differri pœnam sensibilem tam animarum, quàm dæmonum, quod est falsum. Alij verò de dæmonibus, sed non de animabus cõcedunt hoc. veriùs tamen est, quòd idem iudicium est de malis animabus, & de angelis malis, quemadmodum idem iudicium, est de animabus iustis, & angelis sanctis. Hinc sicut locus cœlestis ad gloriam pertinet angelorum, quorum tamen non minuitur gloria dum veniunt ad nos: quia considerant illum locum esse suum eo modo, quo dicimus honorem episcopi non minui, dum actu non sedet in cathedra: sic dæmones quamuis actu non alligentur infernali incendio, dum sunt in aere isto caliginoso: tamen hoc ipso, quod sciunt sibi illam allegationem deberi, non minuitur pœna eorum. Nec obstat, quòd Christum rogauerunt ne eos mitteret in abyssum: quia hoc petierunt, reputantes sibi pœnam excludi à loco, in quo hominibus possent nocere: quod à Marco describitur, Deprecabantur eum ne expelleret eos extra regionem. Hæc Thomas. Obiectio. Luc. 8. Mar. 5.

¶ Pro horum concordia forsitan dici potest, q. dæmonum pœna sensibilis differtur pro parte, non autem pro toto: atque quod sunt in statu demerendi non simpliciter, sed quantum ad accidentalia quædam supplicia. Veruntamen pœnam dæmonum aliqualiter minui ex hoc, quòd nondum sunt actualiter in inferno: apparet ex hoc, quòd in Legenda sancti Bartholomæi apostoli narratur, quem admodum angelus sanctus dixit diabolo: Pro eo, quòd apostoli iusionem implesti idolum confringendo, conceditur tibi vt intres, ac maneas in deserto, vbi nulli hominum, queas nocere. Vnde videtur, quod cupiant extra infernum consistere, non Dionysi.

non solum, ut hominibus noceant, sed item ut per hoc eorum releuetur tormentum. Verum hæc quæstio super quartum potius habet locum.

¶ Insuper Bonauentura: Locus, inquit, dæmonum post ruinam, est aer caliginosus. utrum autem quidam eorum detrusi sint in infernum, ignoro, nec a sanctis determinatum inuenio: sed credo, quod quidam ex eis descendant ad infernum ad animas puniendas, secundum quod inter se habent deputata maledictionis officia. Porro in aere sunt ad exercitum electorum: quia (vt asserit Augustinus) nunquam Deus fecisset, quos malos præsciuit futuros, nisi pariter agnouisset quibus bonorum usibus eos accommodaret. Vnde diuina dispositio exigit, vt etiam de preuaricatoribus angelis profectum electorum eliciat. Hæc Bonauentura, quibus etiam multæ uisiones, & reuelationes concordant. Bonauent. Quis locus dæmonũ post ruinã. August.

¶ Præterea quærit hic doctor, utrum dæmones ceciderunt in infernale supplicium, id est, an crucientur ubicunque existunt. Et respondet. Circa hoc sunt diuersæ positiones doctorum. Nam quidam dicunt, quòd sic, non tamen ita intensè, sicut post diem iudicij. Cumque non sit benè intelligibile, quod ignem concremantem ubique circunferant secum, nisi habeant corpora alligata: fatetur, quòd a casus sui principio habeant sibi aptata huiusmodi corpora, in quibus torquẽtur, atque intrinsecus circunferunt reale incendium quocunque discurrunt: instar febricitantis, qui secum suum defert ardorem. Sed quia difficile est istud defendere, alij dicunt, quod in dæmonibus pœna ignis usque post iudicij diem differtur. Quæ harum positionum sit uerior, nescio. Nam glossa illa super canonicam Iacobi si tota aspiciatur, non loquitur de ardore, aut flamma ignis materialis, sed uitiorum iræ, & inuidiæ, quibus torquentur. Hæc Bonauentura. Quæstio.

¶ Circa, quæ uidetur non esse ad intelligendum, seu credendum difficilè, qualiter dæmones sine corporibus sibi taliter alligatis deferant secum ignem materialem, cum materia corporalis quantum ad motum localem, subsit spiritualium potestati substantiarum, frequentissimè etiam exterioribus uisum sit oculis, corporalia quædam huic inde deferri, nullo uidente a quo deferebantur. certumque fuit ea deferri a spiritu quodam, prout etiam Gulielmus secunda parte de vniuerso, pleniùs scribit. Vidi puellam, quæ personaliter retulit mihi, qualiter diabolo scripsit suæ perditionis chirographum. In brachio quoque suo cicatricem uulneris mihi monstrauit, ex quo sanguinem traxit, quo chirographum illud conscripsit. quam diabolus ille frequenter ad loca tulit remota, & subito reportauit. Quamuis etiam dæmones grauiter affligantur: ex hoc tamen eorum impugnatio non impediretur: quia ex suis supplicijs ad phantasiam proteruam, & furorem amantem, uehementiùs excandescunt. Dato etiam, quod post peccatum, aut lapsum habeant corpora sibi apta, & alligata: si tamen ex ipsis, & illis corrporibus non fit unum simpliciter, seu unum suppositum, non uidentur ex illa connexione pati ab igne. Rursus, si in suæ simplicitate naturæ manendo, non possunt ignem circunferre, quomodo possunt circunferre corpora illa? Dionysij sententia. Nota de Gebella postmodũ religiosa.

¶ Circa hæc primo quærit Alexander: Vtrum sit dæmonibus pœna, esse in aere isto caliginoso. Secundò, quomodo ponantur ibidem. Tertiò, an tantum ille casus localis, sit eis in pœnam, an etiam alij casus locales. Quartò, an omnes ceciderunt in habitationem aeris caliginosi, an quidam in illam, quidam in infernum. Alexãder. Quæstiões aliquot.

¶ Ad primum respondet, quòd imò. quia secundum Augustinum super Genesim, sunt ibi quasi in carcere. & uigesimoprimo de ciuitate Dei testatur: In hoc cœlo aereo, & in terris dæmonum, & hominum miserrima uita est, erroribus, ærumnisque plenissima. Cœlum uerò empyreum luminosum, & summum, fuit eis locus con naturalis. Itaque esse in aere tenebroso, pœna est illis: non, quòd pœna esset angelo bono esse tenebroso in loco, ut si mittatur ad partes terræ inferiores: sed idcirco cedit dæmonibus locus ille in pœnam, quia reuerti nequeunt ad regionem luminis sibi connaturalem. Deferunt etiam secum tenebras interiores, quæ magis sunt eis in pœnam, quàm tenebræ exteriores. Ad 1. August.

¶ Ad secundum Alexander respondet: Dicendum videtur, quòd status dæmonum in præsenti mediam teneat rationem inter statum innocentiæ, quem habuerunt, & statum ęternę miserię, cui sunt deputati, congruebat, ut dum essent in statu hoc medio, haberent aliquid de potentia, & aliquid de passibilitate. Ad 2.

¶ Primus quippè ille status ad potentiam pertinebat, alter ad miseriam: & distant extrema loca his statibus congruentia, scilicet cœlum empyreum, & infernus. Conuenit ergo, ut medium locum teneant modo, cogruentem duobus prætactis, ut agere queant, & pati in ipso: agere homines impugnando, & pati a caliginoso ergastulo.

¶ Ad tertium idem respondet: In libro collectionum de sententijs patrum inducitur, & verbum Ambrosij esse videtur: De tribus locis diabolus cecidit. Primò de cœlo per superbiam, secundò de paradiso per homicidium Adæ, tertiò de terra per inuidiam generis humani in infernum. quod dictum videtur per quandam coaptationem. Nempè secundum hęc, si diuersi hi casus essentialiter corresponderent diuersis peccatis prętactis, tunc pro primo peccato superbiæ cecidisset in infernum, iuxta illud Isaiæ: Veruntamen in infernum detraheris. Vbi notatur, quòd pro peccato illo superbiæ inflictus est ei casus gehennę. Vnde per coaptationem de diuersis locis dicitur cecidisse. Nam quia peccauit in cœlo superbiens, de cœlo cecidit per superbiam: quia peccauit in paradiso suggerendo primis parentibus, fertur corruisse de paradiso per homicidium: & quia quotidie peccat in terra tentando homines, dicitur cecidisse de terra, quasi de hominum habitatione. sicque quantum ad terminum a quo, de tribus cecidit locis: sed quantum ad tertium in quem, duo loca ponuntur, uidelicet aer caliginosus, & infernus. Ad 3. Isa. 14.

¶ Ad quartum respondet: In moralibus super Iob beatus Gregorius exponens illud sancti Petri apostoli, Deus angelis peccantibus non pepercit, disseruit: Quantum ad sublimitatem cœli, aer iste caliginosus non immeritò potest infernus uocari: quemadmodum quantum ad eiusdem altitudinem, terra qua inferiùs iacet, potest infernus intelligi. Malignus itaque spiritus de superioribus in hęc inferiora deiectus, ne ad cœlestia ualeat euolare, pœnę suæ pondere coartatur, & hic quasi Ad 4. Gregori. 2. Petri. 2.

quasi in carcere constringitur : quia tentare bonos, quantum desiderat. prohibetur : & ut implere mala, quæ appetit, nequeat, superna districtione religatus angustatur. Ex quibus uerbis colligitur, quòd esse in aere caliginoso, est pœna indifferenter cunctis dæmonibus. Loquitur enim de diabolo, & angelis eius, & ita indifferenter vterque locutus est demonum pœna. Videtur autem quibusdam, quòd pœna aeris caliginosi, sit pœna eorum vsque in diem iudicijs: pœna vero ignis gehennalis : post iudicium. Sed quòd pœna gehennalis sit etiam pœna ipsorum in præsenti, patet per verba Bedæ, dicentis, quòd vbique deferunt ignem suum secum. Præterea primum peccatum diaboli fuit maius, quàm peccata istud concomitantia. ergo & maior pœna inflicta est. Cum ergo pro illo peccato iam iudicati sint, maior, illa pœna, videlicet pœna inferni, eis inflicta est, quàmuis nondum locus ille inferior. Insuper in iudicio vltimo cum proponitur sententia iudicis, nulla fit mentio de iudicio ferendo in angelos malos. sed tantum de iudicio ferendo in homines vitiosos. ex quo probatur, quod iam latum est in eos iudicium, quibus (vt ait saluator) paratus est ignis ille. & ita nunclatum est iudicium contra eos respectu illius pœnæ. Nec pœna aeris tenebrosi est pœna ipsorum principalis: quia in aere illo sunt collocati causa exercendi genus humanum Hæc Alexander. Cuius responsio de vltimo quæsito, videtur responsioni Thomæ penitus concordare.

Luciferi atque eorũ primũ peccũ fuit maius.

Hanibal. ¶ Hanibal quoque videtur quasi in omnibus sequi Thomam, & parum aut nihil conscribere, quód non contineatur in scriptis Thomæ.

Gulielm⁹. ¶ Amplius de his fatur Gulielmus secundo libro de vniuerso: Cum doctrina Christianorum habeat euidenter, in aeris parte caliginosa dæmones quasi in carcere habitare vsque ad diem iudicijs: quæritur, qualiter inde tam liberè exeant, & in multitudine tanta. Aliquando enim quasi totam terram occupasse uidentur in templis, & statuis, ac receptaculis alijs, in domibus, ac penetralibus, limitibusque agrorum, ac syluis, in fontibus atque fluminibus, & locis amœnis, in quibus colebantur, ac respondebant. Aut ergo paucissimi remanebant in aere, aut incredibiliter numerosa est multitudo eorum. Vnde videntur liberum habuisse, imò & adhuc habere egressum, cum ad incantationes, inuocationesque magorum, & nigromanticorum mox veniant. Quid etiam dicam de opere maioris, minorisque circuli, in quibus tanta eorum multitudo apparet, vbi & quatuor reges eorum à quatuor mundi partibus cum exercitibus suis innumeralibus venire dicuntur? De exercitibus quoque nocturnis, quid de fatis, & fatabus, ac dominabus nocturnis, quarum principem vocant Abundiam seu Satiam, ab abundantia, & satietate, quas largiri creduntur domibus quas frequentant, præsertim à mulieribus, quæ anilibus deliramentis intendunt, cum hæc omnia maxime maligni spiritus uideantur? quomodo ligati aut incarcerati censentur, qui ita discurrunt? Nam & euangelium protestatur in vno homine legionem dæmonum vnam fuisse. Veruntamen ob hæc nullatenus debes de veritate doctrinæ Christianorum prætactæ ambigere.

Mar. 5. Lucę. 8.

Audi admonitionem.

Quod si reminiscaris sermonis eius, qui dixit, quod tot legiones, in vnoquoque separatarum ordine substantiarum consistunt, quod sunt personæ in vna legione, videbis in vnoquoque ordine esse sex millia, & sexcentas, & sexaginta sex legiones. Vnde nequaquam putandum est, quod ad libitum possint sæuire in homines. Nec sine permissione prouidentiæ creatoris egredi queunt, & nostram habitationem intrare: imò iusto Dei iudicio illudunt, & pœnas varias infligunt iniquis, in quibus omnibus creatoris intentio sancta, & recta est, vtpotè decor iustitiæ, correctio peccatorum, punitio medicinalis culparum, exercitatio electorum. Porrò de exercitibus nocturnis, & de his, quæ fiunt in maiore, minoreque circulis, non oportet putare, quod sint veri exercitus: vel etiam si veri essent, quod essent ex demonibus illis. non enim omnia, quæ sic videntur, vera sunt, sicut nec ea, quæ videntur à somniantibus, & raptis, ac mente alienatis. Nam multa huiusmodi in visione tantum fiunt, non in re, & veritate. Hęc Gulielmus, qui de his multa disseruit, quorum quędam infra tangentur.

¶Denique de his, & qualiter incorporeus spiritus ab igne corporeo realiter affiigat, scribit Henricus bene, subtiliter, catholicè, & diffusè, quodlibeto octauo: quod tamen ad quartum inferere differo: intantum nunc tangens, quod de hoc ponit sex modos, quorum quinque reputat minus idoneos, sextumque ponit: Oportet, inquiens, dicere sexto modo, quod ignis ille affligit spiritum inquantum calidus, atque eodem genere afflictionis, quo affligeret corporis sensum. Sed cum non sit actiuum sine passiuo sibi correspondente, non potest ignis agere sua naturali actione in spiritum, ipsum affligendo, nisi spiritus possit pari ab ipso ueram passionem, qualem sensus ab igne reciperet. Propria autem potenti a recipiendi huiusmodi passionem, non est nisi sensus, & actus actiuorum sunt in patiente disposito. Diabolus verò vim sensitiuam non habet. Restat ergo difficultas ex parte spiritus, quomodo ab igne corporali possit in sepassionem recipere: nec potest dici, quòd potentia illa passiua sit in spiritu naturaliter, quia tunc indifferenter pateretur, existens in igne infernali spiritus peccator, & non peccator, & magis peccator, & minus peccator, cum peccatum non sit dispositio ad pœnam, nisi meritoriè, quod falsum est, dicente Gregorio quarto dialogorum: Vnus gehennæ ignis, non eodem modo cruciat peccatores. Vnusquisque enim quantum exigit culpa, tantum sentit de pœna. Nec potest dici, quod Deus in hoc mutet naturam spiritus: quia tunc non sustineret pœnam, qui commisit culpam. Restat igitur vt videtur, quòd Deus supernaturaliter imprimit naturæ spiritus angelici, ac humani communem vim, qua pati queat ab igne corporeo. vel ita naturaliter inest eis, quod latet nos, sicque illam temperat Deus, vt ipse spiritus per illam sustineat pœnam peccatis correspondentem, vt secundum quod dicit Gregorius nono moralium. Quamuis angelorum, & hominum sit natura dissimilis, vna tamen pœna implicat, quos unus in crimen reatus ligat. Hæc Henricus.

Henricus.

Gregori.

Gregor.

¶Postremò vt Magister refert in litera, aliqui dicunt luciferum in inferno religatum a tempore, quo a Christo uictus est in deserto, seu tempore passionis. Alij opinantur, quod mox ut peccauit, in infernum projectus sit ob sui enormitatem excessus:

Dionysi.

cessus. Diuersæ quoque uisiones testantur tam in inferno, quàm in purgatorio dæmones plures esse ad puniendum animas reas. & sicut Lazarus per angelos sanctos fuit in sinum Abraæ deportatus, sic per dæmones ducuntur iniqui ad inferos. quod & multi a morte resuscitati, testati sunt sanctique aliqui in reuelationibus suis, prout in diuersis chronicis, & Legendis describitur.

QVAESTIO IIII.

Argnitur primo. QVartò quæritur, *An in dæmonibus sit ordo, atque prælatio.* ¶Videtur, quòd non: quia secundum diuinum Dionysium ordo est optimum quid in rebus. In dæmonibus autem non est quid optimum, sed pessimum. Secundò, peccatum miretur depressionem, ac seruitutem: ergo angeli superiores eo ipso, quo inferioribus grauiùs peccauerunt, uehementiùs opprimi meruerunt. & subesse. ergo non præsunt inferioribus. Tertiò, peccatum deordinatio est naturæ. In dæmonibus autem grauissima sunt peccata, ergo deordinatio maxima. Quartò, in libro Iob legitur. Vbi (videlicet in inferno) umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

2

3

4

Iob 10.

¶In contrarium est illud Iob, Vna uni adhæret, quòd de squamis Leuiatham dicitur, per quas membra diaboli designantur. Rursus, primus ille apostata appellatur princeps tenebrarum, ac dæmonum, & rex super omnes filios superbiæ. Christus quoque in euangelio loquitur: Si sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? Habet igitur regnum, ergo & principatum, ac ordinem tanquam superior.

In contrarium. Iob 40.

Iob 41. Matth. 21. Lucæ 11.

¶Ad hoc Thomas respondet: Ordinem prælationis in dæmonibus esse congruit eorum naturæ, diuinæ quoque sapientiæ, ac pœnæ peccati. Ex natura etenim quidam alijs superiores fuerunt. & quia peccatum naturam non tollit, sequitur, quòd etiam post peccatum quidam alijs superiores remaneant. Ad diuinam etiam sapientiam pertinet, ut ea, quæ ab ipsa sunt, ordinata consistant. Ideo potestas dæmonum ad exercendum homines, puniendumque damnatos a Deo est, & per gradus prælationum debet ordinata consistere. Similiter ex nequitia sua humano generari aduersantur. Eos autem esse inuicem aliquo modo concordes, atque amicos, qui inimici sunt eiusdem, consequitur: idcirco ut magis hominibus noceant, quasi adinuicem confœderantur, ut concorditer, & ordinatè impugnent, faciliùs, copiosiusque præualeant. Quòd ergo in inferno dicitur non esse ordo, intelligendum est de habitudine ad ultimum beatitudinis finem, quem nunquam recuperant. Hæc Thomas in Scripto.

Thomas.

Rom. 13.

¶Insuper in prima parte Summæ, quæstione centesimanona de his duas quæstiones inducit. Prima est, utrum in dæmonibus sint ordines. Secunda, an in eis existat prælatio. Atque ad primam respondens: Ordo, inquit, in angelis attenditur secundum gradum naturæ, & gratiæ. Gratia uero duplicem habet statum, uidelicet imperfectum, qui est status merendi: & perfectum, qui est status gloriæ consumatæ. & quo ad hunc statum perfectum, dæmones nunquam in ordinibus extiterunt angelicis. si verò dicantur fuisse creati in gratia, sic fuerunt in illis ordinibus. Quantum verò ad naturalia, adhuc sunt in ordinibus illis: quoniam naturalia non amiserunt, nec illa tolluntur per culpam. Illa quo que ordinatio dæmonum bona est ex parte Dei omnia bene ordinantis, & malis bene utentis: sed ex parte uoluntatis dæmonum non est sacra: quoniam abutuntur ad malum sua bona natura. Ordinem verò esse in eis docet Apostolus: Non est, dicens, nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates. aduersus mundi rectores tenebrarum harum. ¶ Ad secundam respondet, Cum actio sequatur rei naturam, quorumcunque naturæ sunt ordinatæ, oportet actiones mutuò ordinari, ut motus, & actus corporum inferiorum subduntur motionibus, actibuùsque cœlestium corporum. Quemadmodum ergo dæmones quidam alijs dæmonibus sunt naturaliter inferiores, ita in actibus suis subduntur illis: nec illa superiorum prælatio cedit eis in bonum, sed in maius tormentum: & quanto superiores sunt in natura, tanto sunt uiliores in culpa, & magis depressi seruitute peccati: nec ex uera amicitia, sed ex communi, & pari nequitia obediunt inuicem, qua homines odiunt, ac iustitię Dei repugnant, quem admodum homines parui libenter se subdunt, ac sociant illis, quos uiribus uident potiores, ac suę prauę uoluntati conformiores. Hęc Thomas in Summa.

Ephe. 6.

¶Idem Petrus, qui, & contra hęc objicit: De dęmonibus ait Iudas Apostolus; Non seruauerunt suum principatum, ergo nec prælationem. Item omnis ordo prælationis, & subiectionis, requirit quandam pacis, & concordiæ colligationem, quæ inter dæmones non est, cum sint impij, & superbi atque ut Salomon contestatur, Inter superbos semper sunt iurgia. & Isaias: Non est pax impijs, dicit dominus. Dicendum ad primum, quòd reliquerunt suum principatum, id est, obedientiam ad principatum diuinum. uel non seruauerunt suum principatum, idest, ordinem principatus, quia de suis ordinibus ceciderunt, tamen extra ordinem illum quandam prælationis potestatem sortiti sunt.

Petri obiectio. Iudę. 1.

Prouer. 13. Isa. 48.

¶Ad secundum, concordant in uitijs, non in bonis. & sicut inter latrones non est simpliciter regimen iuris, sed secundum quid, inquantum aliquod ius sociatis inuicem seruant, & deprędata quasi æqualiter inter se diuidunt, sic inter dæmones non est regimen alicuius iuris simpliciter, sed in male agendo aliquam iuris similitudinem seruant. Vnde in Vitaspatrum narratur, quòd quidam princeps dæmonum iussit alios flagellari. Hęc Petrus.

¶Richardus quoque: Prælatio, inquit, dupliciter sumitur. Primò, pro prælatione de iure: secundò, pro prælatione de facto. Primo modo non est propriè in dæmonibus prælatio, quia in cunctis peruersum finem intendunt. Secundo, modo prælatio est in ipsis: quia quos uident in natura nobiliores, & in potestate strenuiores, atque in nequitia subtiliores, libentiùs illis obediunt, non ex amore mutuo, sed Dei, ac hominum odio, ut sic fortificati plùs noceant: & quia in tribus illis lucifer omnibus eminet, ei uniuersi obediunt. Hinc loquitur Augustinus, & habetur in Glossa super illud, Cum euacuauerit omnem prin-

Richard. Prælatio duplex.

August. 1. Cor. 15.

principatum, & potestatem: Dum durat mundus, angeli angelis, dæmones dæmonibus, & homines hominibus præsunt. Hæc Richardus.

¶ Veruntamen prælatio dæmonum potest dici de iure, inquantum ex diuina prouidentia oritur, ac procedit, sicut & homines præsidentes, quamuis iniqui, veram habent autoritatem, & ius præsidendi, suntque verè prælati.

Hanibal. ¶ Hinc Hanibal scibit: In dæmonibus aliquid inuenitur dupliciter. Vno modo ex propria voluntate, & sic nihil pulchrum, & ordinatum in eis consistit. Alio modo, ex natura, & ordinatione diuina. sicque in eis est pulchritudo, & ordo. Nempe vt Deus ex ipsorum malitia decentius bonum eliciat, voluit in ipsis ordinem esse prælationis, qui ad Dei ordinationem relatus, est rectus: sed relatus ad ipsorum voluntatem, est peruersus: & quantum ad finem, ut patuit: & quantum ad ordinis vsum, inquantum superiores per superbiam sibi vsurpant dominium, & inferiores eo acti, renitentesque obsequuntur. Hæc Hanibal.

Albertus. ¶ Cuius hoc vltimum verbum videtur non consonum præinductis, cum dictum sit, inferiores superioribus illis libenter parere. Quo circa videtur. quòd forsan in quibusdam libenter obediunt, vt quæ eorum peruersæ voluntati plus placent: in quibusdam inuitè, vel ex timore non prætualendi, & confundendi, siue ex difficultate iniuncti. Metuunt namque interdum impugnare pefectos, & feruidos, quos noscunt fortiter renisuros.

¶ Concordat Albertus: Vnus, inquiens, dæmon subiicitur alteri, quemadmodum inter tortores regis terreni, vnus alteri subditur ad obiendum, duplici ratione. Primò, quia hoc spectat ad ordinem familiæ regis. Secundò, ex spontanea voluntate, vt inferior secundum mandatum superioris de eodem uitio tentet, De quo alter potestatem tentandi accepit.

Iosuę. 11. Hinc super illud Iosuæ, Omnes bellando cepit, loquitur Glossa: Non est putandum, quòd vnus fornicationis spiritus seducat eum qui in Britannia fornicatur, & eum qui in India seu alijs locis, neque vnum duntaxat esse spiritum iræ, qui in diuersis locis diuersos exagitet homines: sed potius puto fornicationis esse spiritum vnum superiorem, atque innumeros, qui ei in hoc officio pareant: sicque per singulos homines diuersos esse spiritus sub uno principe militantes, qui ipsos homines ad huiusmodi peccata solicitent. Similiter iracundiæ principem unum arbitror esse, innumerosque sub eo, & idem de cæteris vitijs. Ideo plures dicit Apostolus esse principatus, contra quos nobis est pugna. Hæc Albertus. Glossa uerò præallegata, ex sermone Origenis est sumpta.

Vdalricus. ¶ Hinc Vdalricus in Summa libro quarto:

Iob. 10. Quamuis inter dæmones non sit ordo gratiæ, quo iuxta diuinum Dionysium media per prima, vltima quoque per media reducuntur in Deum, propter quod Iob loquitur: Vbi nullus ordo &c. est tamen ibi ordo prælationis, quo inferiores voluntariè superioribus subduntur, ac parent, quia affectus, quo in principio appetierunt excellentiam propriæ potestatis, quam & inferiores voluerunt adispici per superiores, & econuerso superiores per inferiores, manet absque fine in eis: quemadmodum in hominibus decedentibus in peccatis, manent affectus culparum: & hoc in dæmonibus est causa tentationum, quia conantur sedere in lateribus aquilonis, id est, dominari multis iniquis. vnde & princeps mundi apud Iohannem nuncupatur. Idcirco ad hoc consentiunt inuicem sibi in malo, quamuis simpliciter se mutuò persequantur, & odiant. In hac potestate non tenet illud Apostoli: Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Nam quamuis potestas ista à Deo sit effectiuè, prout in natura fundatur: non tamen quantum ad abusum, & executionem suæ malitiæ, nisi permissiuè: imò sic est à Deo, non vt ei obediatur, sed resistendo illudatur, quæ illusio non solum consistit in hoc, quòd à sanctis vincitur, iuxta quod de Laban in Genesi legitur, Sic deluſa solicitudo, quærentis est, sed etiam quoniam victus, confusus, & derisibilis redditur. Hæc Vdalricus. Iohan 12. 14. 18. Rom. 13. Gene. 31.

Alexãder. ¶ Alexander etiam: Præsidentia, ait, angelorum malorum super alios, est ex dignitate naturalium dispositiuè, nec deriuatur ex meritis, sed præsunt in ministerio tentandi, seu puniendi, sicut inter carcerarios, seu tortores vnus alij præest, vt expleatur secundum mandatum regis iustitia. Et quia minores consenserunt maioribus in maleficijs suis, in pœnam, à Deo inflictum est eis, vt subsint eis, tanquam & particeps, & coadiutores ad puniendum. Hæc Alexander.

Bonauen. ¶ At verò Bonauentura: Prælationem, inquit, atque imperium esse inter dæmones, est probabile: tum, quoniam filij tenebrarum imitari conantur, quamuis falso, & imperfectè, filios lucis: ideo sicut dæmones vident angelos ordinatè exequi sua officia secundum imperia sapientiorum, atque maiorum, sic & ipsi agunt malitia: tum, quia filij tenebrarum prudentissimi in generatione sunt sua. Cumque luctentur aduersus genus humanum, & exercitus diuersa, ac capite carens stare non valet: ideò sicut homines in exercitu præliantes quantumlibet præsumptuosi, tamen ex hostium odio libenter habent ducem exercitus, & subdunt se ei, ita & dæmones. Nec illa prælatio est ex electione, neque ex violentia, sed (vt credo) natura, & institutione diuina. Vnde loquitur Hugo, quòd ministerium illud in malo exercent, quod ex conditione perficiendum in bono acceperunt. Sicque sibi inuicem præsunt, sicut pręessent si boni essent. & ita de facto est ibi prælatio, non propriè, aut omnino de iure, cum nihil præcipiant, nisi contra ius, quia ruperunt ius, fregerunt pactum, dissipauerunt fœdus sempiternum. Ideò nulla manet ibi obligatio iuris, videlicet quantum ad impiam voluntatem præsidentis, & executionis, abusum, sed bene per respectum ad præordinationem prouidentiæ Dei. Hæc Bonauentura. Lucæ. 16. Diabolilu ctatur cõtra genus humanũ. Hugo.

Questio. De angelis loqui contingit triplicitęr ¶ Qui etiam quærit hic, Vtrum in dæmonibus sit distinctio ordinum, & respondet: De angelis est loqui tripliciter, seu quantum ad triplicem statum, videlicet gloriæ, & naturæ institutę, ac lapsæ. Quantum ad statum gloriæ, in eis distinctio ordinum est perfecta: quantum ad statum naturæ institutæ, fuit in eis distinctio ordinum imperfecta, quia perfectio distinctionis illius à gratia est: quantum verò ad statum naturæ lapsæ, est inter eos ordo peruersus. Nempè, qui meliora naturalia habuerunt, grauiùs peccauerunt, & magis fuerunt ingrati, acriusq; vexantur. Hæc Bonauentura.

Gulielm⁹. ¶ Insuper Gulielmus libro secundo de uniuerso, super his multa inducit, quæ ab alijs communiter non tanguntur. Incipiam, inquiens, perscrutari de ordinibus malignorum spirituum, si sint, & qui sint, & unde sint. Itaque quidam, qui dixit se habitasse cum inhabitantibus lucem annis triginta, & didicisse ab eis opera malefica, quæ conscripsit, qui non distinxit inter spiritus bonos, & malos, imò nec sensit aliquos esse malos, quantum apparet ex uerbis suis. quo constat, eum intolerabili ignorantia excęcatum, qui tam diu conuersatus cum ipsis, non deprehendit eorum malitiam: aut mira malignitate deprauatum, qui illorum malitiam non solum abscondit, sed etiam fouit, atque, ut foueretur nefarijs cultibus docuit, & omnibus alijs diffusiùs scripsit. Nec mirum si tam diuturna familiaritate ipsis intantum consensit. Hic scripsit duodecim esse ordines spirituum abstractorum, & de octo ordinibus ab errore discrepauit Mercurij, ac aliorum, qui posuerunt vnicuique cœlo proprios spiritus. In circulo quoque signorum posuerunt spiritus ministrantes, similiter in orbe Saturni, & sphæra Iouis, &c. Vnicuique etiam elemento ordinem vnum spirituum. Iste uidetur * suggesse idolatriam ignis, quæ primo uiguit in Chaldæis. quapropter ipsi spiritus in igne colebantur. Vnde, & princeps eorum a Mercurio Deus ignis uocatus est. Vnicuique elementorum deputatus est vnus ordo spiritũ. * fuxisse.

¶ Alium ordinem spirituum aeri deputauit, in quo templa, & phana ædificabantur excelsa Dijs, spiritibusque æthereis, ut idololatræ ibi per sacrificia obtinerent responsa illorum per garritus, seu per exta, aut uolatus earum, aut alijs motibus. Hæc templa consecrata erant dijs æthereis, quorum multitudo magna frequenter in aere se monstrauit, quibus attribuerunt serenitates aeris, tempestates, pluuias, niues, grandines, fulgura, tonitrua, ac cæteras aeris passiones. Hinc Latinorum philosophus nobilis Cicero in libro de natura deorum, & diuinatione, dixit æthera, seu aerem dijs immortalibus esse plenum. Cicero.

¶ Tertium assignauit ordinem horum spirituum aliquis, quorum principes Neptunum, & Tethyn asseruit, iuxta fabulas poetarum, ex quibus spiritibus multi in maribus, atque fluminibus sæpe apparuerunt, deos marium, ac fluminum esse se præsumentes, ut in periculis marium, & fluminum inuocarentur, & colerentur, quasi auxiliari ualentes.

¶ Quartum ordinem dixit terræ præesse, cuius principes dixit Bacchum, & Cererem, in quo ordine posuerunt numina hortorum, quorum principem dixerunt Priapum: numina quoque limitum, quorum principem uocabant * Lintanum. qui omnes credebantur secundum idololatrarum errorem subesse Baccho, & Cereri, propter fructus, utilitatesque terræ. Cæteri demum, qui in templis habitare dicebantur, aut in domibus, sylluis, desertis, ad hunc ordinem pertinebant, his demptis, quos in cœlis habitare dicebant. quanquam uerum sit, quod planetæ responsa non dabant, nec aliquid ad numina pertinens operabantur: sed nomina planetarum sibi vsurpabant, quatenus dij crederentur cœlestes, atque sublimiùs colerentur. Nec mirum si aliquis illorum spirituum nomen Solis præsumpsit, cum permissum sit ei interdum se transfigurare, & instar Solis se exhibere in idolo eius. * Limitanum.

¶ Similis quoque ludificatio de alijs planetis a dæmonibus eorundem nomiuum interdum est attentata, & facta censetur. Verum, quòd phantasticæ fuerunt huiusmodi apparitiones, hinc constat, quòd nullus vnquam planetarum recessit ex sphæra sua, nec domum intrauit terrenam, quam nec præ magnitudine ingredi posset. 2. Cor. 11.

¶ Scitò igitur, quòd homo iste non habitauit nisi cum angelis malis: quos tamen uocat habitatores lucis, & eorum prorsus tacet malitiam. Nec enim angeli boni in arrido tali loco commorari elegerunt, quibus altior, ac mobilior mansio est possibilis: imò quomodo boni fuerunt, qui impium illum nigromantiam, idololatriamq; docebant? Nec vera sunt, quæ dicit de octo ordinibus spirituum, iuxta ordinem octo cœlorum, cum in nullo ipsis cœlis queant ministerium exhibere.

¶ Præterea perscrutandum, quomodo homo ille dicit duodecim esse ordines spirituum abstractorum. Nempè si ordinem intellexit, prout vna hierarchia, est continens tres ordines sublimium, ac beatorum spirituum, prout per reuelationem diuinam acceptum est, impossibile est esse duodecim ordines omnium spirituum, id est, bonorum, & malorum in simul acceptorum. Sed quoniam ex verbis illius habetur, quod non habuit bonorum agnitionem spirituum (dixit namque se idololatriam didicisse ab his, cum quibus se habitasse sex lustris annorum asseruit) sed solummodo malignorum, quorum se uocauit familiarem discipulum: sequitur, eum æquiuocè vsum nomine ordinis, aut uim ordinis non intellexisse. Alioquin sequeretur plures esse spiritus malos, quàm bonos. Ordines enim numero legionum, & numerositate spirituum æquales esse necesse est omnes. Iam autem dixi ordinem tot continere legiones, quot legio continet vnitates. Theologi Christiani tm̃ decimum ordinem cecidisse sentiunt.

¶ Ampliùs, doctrina Christianorum non ponit nisi nouem ordines angelorum ab initio conditos. Vnde ergo corruerunt duodecim ordines?

¶ Præterea theologi Christianorum ponunt decimum ordinem tantummodo cecidisse: non quòd unquam fuerit decimus ordo, sed quia tot ceciderunt quot unus continet ordo, ita, quòd ex uno quoque nouem chorum lapsi sunt aliqui, ex quibus omnibus aggregatis completur summa unius. non ergo uniuocè sunt duodecim ordines malignorum spirituum. Malitia uerò, & iniustitiæ opera non constituunt ordines, neque multiplicant, nec spiritus unius ordinis mutatur, aut transfertur ad alium ordinem. quare princeps malignorum spirituum non habet, nec unquam habuit potestatem transmutandi, vel potius peruertendi ordinationem a creatore constitutam, etiam in his, qui ceciderunt spiritibus, cum nec ante suam potuerit hoc ruinam.

¶ Dico ergo iuxta uerisimilitudinem, non iuxta certitudinem, quòd sicut omnipotens bonitas creatoris permittit * homines principes impios Probabilis assertio * hoim.

pios diuerſos ordines in principatibus, ac ditionibus collocare, qui & malos ſolent exaltare, ac bonos deijcere, imò indignisſimos, ac pesſimos in dignitatibus, poteſtatibusque ſtatuere: ita permiſit, & principi malignorum ſpirituum, iuxta ſuæ peruerſitatis malignitatem alios de malignis ſpiritibus ſublimare, uarijsque operibus malis præficere, alios ab eiſdem officijs remouere: quod Deus permittit propter innumeras utilitates, quas elicit inde, cuius ſignum eſt, quòd in Vitaſpatrum narratur: Apparuit quippe cuidam ſancto uirò

Exēplū e vitas pr̄m

princeps malignorum ſpirituum in ſolio ſedēs regali, & ante eum horribilium multitudo ſpirituum: qui de ſingulis regionibus uenientes, interrogabantur quid perpetraſſent. & quos modicum mali iudicauit egiſſe, flagellari præcepit. quorum cum unus retuliſſet ſe quendam ſanctum eremitam per quadraginta annos tentaſſe, & in ipſa nocte in fornicationis facinus deieciſſe, cum ingenti gaudio, & * feſtinatè ab illo receptus eſt, ita quòd eum iuxta ſe collocauit: & proprij capitis coronam deponens, dæmonis illius impoſuit capiti. Etenim ſicut ab initio ambitioſisſimè affectauit asſimilari altisſimo, ita nunc uſque regnum ſuum tenebroſum, ac ſceleratum contendit inanisſima impietate conformare regno, atque militiæ creatoris, deputando angelos tenebrarum diuerſis iniquitatis obſequiis, ſecundum quod angeli ſancti deputata habent miniſteria pietatis: ſic & eccleſiam malignantium ſuam asſimilare conatur eccleſiæ ſanctorum, quatenus ſicut Deus, & ſaluator in eccleſia ſua conſtituit ueros apoſtolos, uerὸs prophetas, ſanctos martyres, fidelisſimos confeſſores, uirginesque mundisſimas: ſic & ipſe habere ſatagit ſpeudo prophetas, falſos apoſtolos, martyres nanos, fictos confeſſores, ac uirgines fatuos. Enimuero qui ab exordio fuit ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore, factus eſt ſimia ridiculoſæ, ac deformis imitationis: ſic & totum regnum ipſius ſua uanitate, ambitione, & iniquitatem congerie uerſum eſt uelut in ſimiam quandam eccleſię electorum, quæ uerè eſt regnum Dei. Nec mireris malignos ſpiritus ex ſuis acerbisſimis cruciatibus, & tormentis, à ſuis ambitionibus, & impugnationionibus non auerti, cum ſcias Pharaonem ex tot plagis non emandatum, ſed induratum.

* feſtiuitate

Exod. 7. 8. 9. 10. Dęmonū obſtinatio Iob. 41.

De diabolo quoque legiſti: Indurabitur cor eius quaſi lapis, & ſtringetur quaſi incus malleatoris. quemadmodum enim incus malleatoris asſiduis malleorum reſponſionibus non frangitur, nec mollitur, quin potiùs induratur: ſic malignorum ſpirituum corda, id eſt, intimę uoluntatis, nullis cruciatibus emolliuntur, neque à malis aliquibus auertuntur.

Supbię vitiū qd̄ malū operetur.

Vitium namque ſuperbiæ adeo longè facit ſuperbum à fonte gratiæ, adeo inficit, & corrumpit intima ſuperbientis, adeo excæcat intellectum, atque ſubuerit affectum ipſius, ut quaſi nihil relinquat naturæ illius, ſed totum ipſum uendicet ſibi, & totum ſine cōtradictione posſideat.

¶ Præterea opinari quis poteſt inter dæmones eſſe ordines contrarios ſanctorum ordinibus angelorum, contrarijs quoque nominibus nominandos, ut antiſeraphim, anticherubim, antithroni dicantur: ſicque antiſeraphim appellentur, qui grauiori in creatorem odio exardeſcunt: anticherubim, qui maiori cæteris præcellunt aſtutia malignandi: antithroni, qui peſtilentisſimum officium nocendi ſibijpſis aſſumpſerunt, vel à principe militiæ ſuſceperunt. ſic & antidominationes, antiuirtutes, antipoteſtates &c. per contrarium ad ſanctas dominationes, virtutes, & poteſtates ſumuntur, & ita de alijs choris: & iſta eſt ordinatio, vel potius confuſio eccleſiæ malignantium, ſynagogæque ſathanæ.

Pſalm 27. Apoc. 1.

¶Nunc patefaciam tibi, & alium errorem nigromantici iam præfati. Scripſit namque vt tactum eſt, duodecim eſſe ordines abſtractarum ſubſtantiarum. Poſuitque quaſdam earum quotidie creari, & cadere, dicens bonitatem Dei à talium creatione nunquam in toto ceſſare: & dixit quaſdam corruiſſe in diuerſas partes terrarum, & aquarum & deſerti, & fontium, ac gemmarum, atque herbarum, & vnamquanque earum poteſtatem habere in rebus his, in quas corruit. ſicq; ab eis tantas eſſe virtutes, ac vires in gemmis, & herbis: quod eſſe non poteſt, cum caſus ille ſit vltio culpæ, ac pœnalis calamitas. Quocirca meritò inquiritur, an gaudere poſsint de vitijs hominum, aut de vitioſis hominibus, aut tormentis eorum. & videtur quòd imò, quia deſiderant talia euenire, & placent eis dum fiunt. complacentia autem talis non aliud eſt, quàm delectatio. Quod ſi ita eſt, erunt innumerabilia gaudia dæmonum, cum tot, & tanta fiant quotidie mala. ſicque cruciatus dæmonum abſorberi, à tot gaudijs iam videntur.

¶Ad quod dico, quòd quamuis plura ſunt mala, quàm bona in vita hac, & plures iniqui, quàm iuſti, nihilominus ipſa bona virtuoſa, ac meritoria, maiora ſunt magnitudine, ſeu intentione incomparabiliter, prout in tractatu de virtutibus, & vitijs declaraui. quaproqter intentio, & magnitudo bonorum non ſolum recompenſat, ac redimit paucitatem eorum magnitudini multitudinique malorum, imò etiam illos incomparabiliter ſuperat, & excedit. Non ergo neceſſe eſt vt gaudium, ſi quod eſt malignis ſpiritibus de hominum malis, id eſt, vitijs, & tormentis, aut de alijs malis abſorbeat dolores, & cruciatus eorum, nec etiam vt mitiget eos, aut temperet, quamuis mundus duraturus eſſet in ſtatu hoc ſine fine.

Gaudia dęmonum ex hominum culpis nō creſcunt.

Licet enim multiplicarentur hominum mala, & tam numero, quàm menſura in infinitum excreſcerent, bona quamuis malis pauciora, ſimiliter excreſcerent: & quod minus haberent in numero, non ſolum ſuppleretur eis intenſione, ſeu magnitudine, imò longè ſuperabundantiùs adderetur eiſdem. Conſiderandum quoque quantum doleant de immenſitate gloriæ conditoris, de qua indubitanter dolent dolore incomparabiliter maiori omni gaudio, quod de hominum malis valent babere. Quanti ergo dolores ſunt eis de felicitate, & gloria angelorum ſanctorum, ac omnium beatorum? Nec veriſimile eſt, quod tormenta in quibus ſunt, eos vel ad modicum gaudere patiantur: quemadmodum manifeſtum eſt de his, qui iam in inferno ſunt poſiti, quorum immanitas, atque immenſitas, tormentorum non ferunt alicuius generis, gaudium eſſe in ipſis. Nec aliquod gaudium poſſet ei ineſſe, qui cremaretur igne apud nos exiſtente. Et breuiter ſicut felicitas illa ſuperna omnem excludit dolorem, ſic contraria miſeria totius expers eſt gaudij.

Cruciatus ſpirituum malorū eſt multo maior q̄ damnatorum.

¶Porrò cruciatus malignorum ſpirituum longè maior eſt damnatarum ſupplicio animarum: quia maligni ſpiritus contra creatorem ſe erigentes, multo enormiùs peccauerunt.

¶Si

¶ Si verò quæratur, qualiter tanti cruciatus permittant eos tam ſtudioſè intendere inſidijs, tentationibus, atque interdum flagellationibus hominum, ut quaſi à cæteris cunctis vacare, nec aliud habere agere videantur.

¶ Ad quod voluntas, id eſt, permisſio creatoris, in hoc eſt propter multiplices vtilitates electis inde prouenientes. Tanta quoque eſt naturalis fortitudo, & vigor naturę dæmonum, vt tantis tormentis inde non prohibeantur, impediantur, nec retrahantur: ſic verò non eſt in animabus propter longè minorem fortitudinem earundem. Quòd ſi quis dixerit, quia differuntur dæmonum pœnę vſque in diem iudicij: dico, quòd in hoc eis inæſtimabilis gratia fieret, ſi eis per ſeptem milia annorum à debitis cruciatibus parceretur: quod ſine dubio eſſet, ſi pœnæ eorum differrentur uſque in diem iudicij, cum ab exordio mundi vſque ad tempus illud ſeptem milium annorum ſpatium à ſapientibus credatur.

Votandū quid.

Secundum hoc quoque maior eſſet immiſericordia Dei in homines prauos, quàm in ſpiritus malignos, quod nemo rationalis unquam dicit. Etenim ira Dei in magis peccantes eſt maior, & in minus peccantes minor. quapropter cum longe grauiùs peccauerint huiuſmodi ſpiritus mali, quàm homines, ſaltem aliqui: maior eſt ira creatoris in illos, quàm in iſtos. Alioquin quæ eſſet iuſtitia creatoris, ſi illis per ſeptem milia annorum parceret à cruciatibus debitis, hominibus verò, nec ſpatio vnius horæ poſt mortē? Hæc Gulielmus.

Dionyſi. contra Gulielmū.

¶ Cuius verba pro maxima parte conſonant prę inductis. Nihilominus quædam continentur in eis obſcura.

1 ¶ Primum, quod dicit choros omnes angelorum eſſe æquales adinuicēm numero legionum, & numeroſitate ſpirituum ſeu perſonarum. Nempe vt infra pandetur, chori ſeu ordines angelorum quanto ſunt ſuperiores, tanto perſonas in ſe continent plures, iuxta diuini Dionyſii documenta. Verum ſecundum dicta Gregorij eſt ęcontra.

2 ¶ Secundum eſt, quod dicit ordinem angelicum continere tot legiones, quot legio continet unitates, hoc quippe incertum eſt, nec ratione probatur nec auctoritate, vt patuit ſupra.

3 ¶ Tertium eſt, quod ait ab exordio mundi uſque ad diem iudicij eſſe protractionem ſeu ſpatium ſeptem milium annorum. Nempe ut aſſerit Auguſtinus libro de ciuitate dei, Chriſtus dicendo, De die, & hora illa, puta iudicij generalis, nemo ſcit, repreſſit digitos omnium calculantium, ac vaticinantium de quantitate diſtantiæ vſque ad finem mundi, ſeu diem iudicij. Vnde, & dixit apoſtolis. Non eſt ueſtrum noſſe tempora, uel momenta, quæ pater in ſua poſuit poteſtate.

Auguſt. Mat. 24. Mar. 13.

Actu. 1.

¶ Præhabitis demum de dæmonum ordinatione, & principatu, concordant dicta Henrici, quodlibeto quinto in pluribus locis, vbi declarat, quàm inſeparabilis ſit ordo à rebus, & intimus eis, nec per peccaia in toto auferatur.

QVAESTIO V.

QVintò quęritur, *An dæmon ſelme uictus ab homine de cætero a tentatione deſiſtat, & in infernum mox retrudatur.*

¶ Videtur, quòd non, quia ut creditur, primus ille apoſtata tentauit Chriſtum in eremo, fuitque victus. & tamen Chriſtus dixit de illo, videlicet tēpore cœnæ: Venit ad me princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

Mat. 4.

2 ¶ Secundò quia in euangelio legitur, quòd conſummata omni tentatione diabolus receſſit à Chriſto ad tempus. Quo verbo inſinuatur, quòd non receſſit omnino, ſed rediit poſtea.

Lucę 4.

3 ¶ Tertiò tentatorem toties uicimus, quoties eius ſuggeſtioni conſenſum negamus: ſed dæmones quidam leguntur ſanctos nonnullos de eodem uitio pluribus annis tentaſſe, infra quos ſanctis illi hubertim, imò quotidie uel magis asſidue negabāt aſſenſum, ac penitus diſſenſerunt ſuggeſtioni tentantis.

Tētatorē qñ vīcim⁹

4 ¶ Quartò, de beatisſimo patre Antonio legitur, quòd à dæmonibus etiam eiſdem frequenter tentatus eſt, & aliquoties crudeliter flagellatus.

5 ¶ Quintò, communiter dicitur, quòd unicuique homini deputatus eſt angelus bonus, ad cuſtodiam, & malus ad exercitium, qui uſque in finem uitę præſentis non ceſſat temporibus ſuis tentare, quanquam interim frequenter uincatur.

9 ¶ Sextò, cum diabolus ſuperbisſimus inuidioſisſimusque conſiſtat, apparet, quòd ſemel uictus, acriùs mox inuadat, quemadmodum, & de hoc multa leguntur exempla, ut in uita ſancti Hilarionis, &c:

In oppoſitum.

¶ In contrarium ſunt quæ dicuntur in litera. Prę terea humana iuſtitia pugilem ſemel victum, ad conflictum ulteriùs non admittit. Inſuper iuſtus iudex æqualem imponit conditionem ſeu legem pugnantibus, ſed dæmon uicens minuit iuſtorum exercitum: ergo dum vincitur, ab exercitu tentantiū remouetur.

Bonauēturę rñſio

¶ Ad hoc Bonauentura reſpondet: Circa hoc difficile eſt veritatem determinare. quòd enim imminutio fiat in exercitu dæmonum, improbabile non uidetur, cum ita uideamus contingere legem belli ut ſuperatus amoueatur à bello. Veruntamen quantum, & quando, ac qualiter remoueatur tentator, determinare eſſet difficile. Ideo quicquid dicat Origenes, melius eſt ſuper hoc dubitare, quàm aliquid diffinire. Hæc Bonauentura.

Alexāder

¶ Alexander quoque: Adamantius, inquit,) id ē, Origenes) diſſeruit. Qui pudice uniuendo fornicationis ſpiritum ſuperauit, non fas eſt ſpiritum illum victum, alium hominem impugnare. Sed Adamantius opinatiue hoc dicit.

Adamāti⁹.

Poteſt tamen eſſe, ut ſi plene victus eſſet, non ultra tentaret illo genere tentationis. Vtrum quia in hac uita non eſt plena victoria, atque ut ait Gregorius, victis uitijs remanet aliquid minimum, quod uinci uix poteſt: ideo veriſimile, quòd ſemper remanet aliqua materia tentationis. Hincq; non uſquequaque deſiſtit tentare. Cautè ergo tanquam opinatiuè prolatum ſumendum eſt, quòd ſuper illud Ioſuæ, In illo tempore venit Ioſue, & interfecit, loquitur Origenes: Sācti contra iſtos, vtpote dęmones, incentores peccatorum pugnantes, ac uincentes, minuunt exercitium dæmonum. & ſinguli victi, in abyſſum ſeu in exteriores tenebras abducuntur à iuſto iudice Chriſto. Vnde accipitur, quòd dum uicti ſunt, ultra tentare non ualeant. Quid enim eſt mitti in abyſſum, niſi poteſtate tentandi priuari, ac pœnæ magnitudini ſubiacere: Sed ut ſuper Lucam exponit Ambroſius, Abyſſus uocatur profunditas pœnæ. Porro tentatio diaboli

Gregori⁹.

Ioſuę. 11.

Ambroſi⁹.

permittitur ad probationem electorum, pœnamq; reproborum, quod vsque in finem seculi durat: & fieri potest, quamuis diabolus victùs rursus impugnet. & in hoc diabolus seruit Deo. Vnde super illud Iob, Nunquid accipies eum seruum sempiternum, loquitur Glossa: Seruus Dei est, dum laudibus Dei nesciens seruit.

Iob. 40.

Quæstio.

¶ Præterea si quæratur, An diabolus victus super aliquo peccato, queat vltra tentare de illo peccato. Videtur, quòd non, ex præallegata Origenis autoritate. Respondendum, quòd ex illa autoritate non habetur, quòd non possit, sed, quòd non audeat vltra inde tentare, saltem tam audacter vt ante. Nec est simile de pugna corporali, quod dicitur monomachia; quoniam victùs in illo non habet vltra ex iustitia potestatem pugnandi. Nam reputatur infamis tanquam de periurio conuictus. In bello autem spirituali, quia tentationes prosunt electis, permittitur diaboli potestas tentare, propter vtilitatem tentati, non tentantis.

Monomachia, vnip̃ cũ vno singularis pugna.

Alia q̃stio.

¶ Insuper si quæratur, an potestas diaboli sit ligata respectu alicuius determinatæ personæ, vt eam non possit tentare: Dicendum, quòd non, quia Christum, in quo non fuit formes, tentauit, nec in prima tentatione victus cessauit, imò tripliciter tentatione impugnauit eundem continuè. Veruntamen sic est ligata potestas iniqui respectu quorundam, vt non tentet eos vsque ad casum. Est quoque tentatio duplex, puta interior, atque exterior. Atentatione interiori cohibetur in illis, in quibus est formes extinctus, vel vbi non est fomes, sicut in Christo. Attentatione autem exteriori non cohibetur, qua & Christum tentasse cognoscitur. Hæc Alexander.

Matt. 4. Lucę. 4

Tentatio duplex.

Thomas.

¶ At verò Thomas: Omnes, ait, concedunt dæmonem semel victum, aliquo modo à tentatione cessare. Sed circa hoc qualiter cesset, tres sunt opiniones. Vna, quòd ita repellitur, quòd, nec ipsum victorem, nec alium ultra tentare permittitur, nec de eodem peccato, neque de alio. Alij dicunt, quòd potest tentare de alio peccato, non de eodem: nec ipsum vicentem, nec alium, & istæ opiniones ponuntur in litera. Cæteri dicunt, ex quo aliquis dæmonem de alio vitio vincit perfectè, non potest de eodem uitio tentari ab illo, sed de alio; alios verò potest tentare tam, de vitio illo, quàm alio. Hæc autem positio habet causam amplius manifestam: quoniam ille dicitur diabolum uincere de aliquo uitio, in quo passiones ad illud vitium totaliter deuincuntur, ut illis in quibus acquiruntur habitus consuetudinales, & tunc non manet magna pronitas ad illud peccatum: ideo non tentantur à diabolo de hoc peccato, quia uires eorum cognoscit. Aliarum demum opinionum ratio potest esse, quia cum charitas opera bona reddat communia in tota ecclesia, ex victoria actiua vnius fidelis omnes aliquod commodum assequuntur, dum eodem hostes minuntur. Veruntamen, quod horum sit verius, est incertum: quia nec ratione, nec autoritate multum potest probari. Illi quoque, qui dicunt dæmones victos ab omni tentatione cessare, intelligunt tempus determinatum, post quod iterum ad pugnam redeunt Hæc Thomas in Scripto.

Opinionũ istarũ prima.

Rõ aliarũ opinionũ.

¶ Porro in prima parte Summæ, quæstione centesima decimaquarta responder, Aliqui dicunt, quòd dæmon superatus nullum de cætero hominem potest tentare, nec de eodem peccato, neq; de alio. Alij dicunt, quòd alios potest tentare, non eundem: quod probabilius dicitur: si tamen intelligatur de impotentia illa vsque aliquod tempus. Nam scriptum est in euangelio: Consummata omni tentatione, &c. Cuius duplex est ratio: vna parte diuinæ clementiæ, quia (vt dicit Chrysostomus:) non tam diu tentat homines Dei ut uult, sed quàmdiu Deus permittit. qui etsi permittat illum paulisper tentare: tamen repellit tentantem propter infirmatum tentati naturam. Alia ratio sumitur ex astutia diaboli. Vnde Ambrosius asserit super Lucam: Diabolus instare formidat, quia frequentiùs refugit triumphari. Quòd tamen diabolus aliquando redeat ad eum, quem dimisit, patet per illud Matthæi: Reuertar in domum meam unde exiui. Hæc Thomas in Summa.

Lucę. 4.

Chryso.

alia ratio.

Ambrosi⁹.

Mat. 12.

¶ Consonat Petrus: Duplex est, dicens, uictoria, qua homo dæmonem uincit. Vna plena, quando dęmon, nec in multo, nec in modico præualet.

Petrus.

Quædam non plena, quando in aliquo præualet, & aliqualiter lædit. Et quando sic præualet, non recedit: sed quando vinci tur plene, recedit saltem ad tempus, ut usque ad uitam sancti, à quo uictus est, nisi ex speciali permissione aliter permittatur, sicut, & Lucifer in fine permittetur tentare. Hæc Petrus. in cæteris sicut Thomas.

¶ Denique Richardus adhæc clariùs respondens: Diabolum, inquit, uinci ab illo, quem tentat, dupliciter potest intelligi. Primo de uictori tam perfecta, quòd diabolus desperat de illo uicente obtinere triumphum de uitio illo, omnique alio; & quia diabolus est superbus uinci abhorrens, ideo amplius illum non tentat, nisi coniecturet illum postea debiliorem, ac proniorem ad malum. Sed non uideo, cur non tentet alium, quem non æstimat ita fortem, ut illum, quo uictus est. Cur etiam ille, qui uicit diabolum inferiorem, non tentetur à diabolo potentiori, non uideo. Hæc Richardus, &c. In cæteris sicut Petrus.

Richard⁹.

¶ Sed obijci potest, quoniam Iob à diabolo sæpe fuit tentatus, & sæpius vicit. Ad quod aliquid dicunt, quod Iob non habuit tentationes illas ab eodem diabolo: vel diabolus ille victus à Iob in vno, sperauit vincere eum in alio. Qui autem dicunt diabolum semel victum non reuerti, possunt allegare pro se illud Iacobi: Resistite diabolo, & fugiet à vobis.

Obiectio.

Iac. 4.

¶ Hanibal consonat Thomæ.

Hanibal.

¶ Thomas de Argentina nihil determinat, sed opiniones tantum recitat aliorum.

Thom de Argentina.

¶ Durandus magis concordat responsioni Richardi, atque præ cæteris loquitur assertiuè: Dæmon, inquiens, homines tentans de aliquo vitio, quantumcunque perfectè sit uictus: alium tamen potest tentare de eodem peccato, sed eundem eodem modo se habentem non potest de vitio eodem tentare. quod totum probatur hac vnica ratione: Omnis tentãs tentant sub spe alicuius victoriæ. sed demon quantumcunque perfectè victus ab aliquo, potest sperare, quòd alios saltem quosdam vincet simili tentatione: quia non omnes, sunt, æquè virtuosi, potèstque confidere, quòd vincet eundem de alio vitio: quia qui non est pronus ad vnum vitium, sæpe est pronus ad aliud. sed dæmon non

Durãdus.

potest

potest sperare, quod eundem eodem modo se habentem vincet eadem tentatione; quoniam idem manens idem, natus est eodem modo resistere. Hæc Durandus.

Dionysi. contra

¶ Quo oirca pensandum, quod persuasio ista non tenet. scit namque diabolus hominem non tam sua, quàm diuina uirtute atque angelica ope tentationibus præualere. Quamuis autem Deus quantum in se est, nulli suum neget auxilium, non tamen semper vniformiter adest, neque æqualiter præuenit hominem.

¶ Homo quoque mutabilis est, & importuna impugnationis diuturnitate deijci solet. Hinc beatissimos viros, Antonium, Hilarionem, ac similes, non solum eodem modo se habentes, imò quotidie fortiter proficientes, demon fornicationis interpolatis vicibus acerrime impugnauit, vt in eorum narratur Legendis.

2. Cor. 12.

¶ Angelus quoque sathanæ sanctissimum Paulum apostolum iugiter proficientem, ac præualentem importunissime impugnauit, vt ipsemet protestatur. Hinc Richardus de sancto Victore, inter modus, seu species tentationum, vnam nominat importunam.

Richard⁹.

¶ Circa hæc quærit Richardus, Vtrum pœna dæmonum compatiatur secum aliquod gaudium. Et respondet, quòd sic, ante futurum iudicium, non postmodum: quoniam interim pœna dæmonum, quamuis magna, non est tamen completa. ideo sustinet admixtionem gaudij alicuius de malorum euentibus, iuxta illud prouerbiorum: Desiderium si impleatur, delectat animam. Vnde, & quarto de Ciuitate dei loquitur Augustinus, quod turpibus gaudent. Post iudicium verò vltimam nullius gaudij erunt compotes, repleti miserijs.

Prou. 13.

August.

¶ Huic responsioni videtur responsio Gulielmi paulo ante inducta, aliqualiter dissentire

A

Quòd boni angeli a Deo sunt confirmati per gratiam, vt peccare non possint: & mali ita obdurati in malo, vt bene viuere nequeant.

Distinctio. VII.

Vpra dictum est, quòd angeli, qui prestiterũt, per gratiam confirmati sunt: & qui ceciderunt, à gratia dei deserti, sunt. Et boni quidem in tantum confirmati sunt per gratiam, ꝙ peccare nequeunt: mali verò per malitiam adeo sunt obstinati, ꝙ bonam voluntatem habere siue bene uelle non ualent, & si bonum sit, quod aliquando volunt. Volunt enim aliquando aliquid fieri, qd̃ Deus uult fieri: & utique illud bonum est, & iustum fieri: nec tamen bona uoluntate illud volunt.

B

Quòd vtrique liberum arbitrium habent, nec tamen ad utrunque flecti possunt.

Sed cum nec boni peccari possint, nec mali bene uelle, vel bene operari: uidetur, ꝙ iam non habeant liberum arbitriũ, quia in utranque partem flecti non possunt: cum liberum arbitrium ad utrunque se habeat. Vnde Hieronymus in tractatu de prodigo filio, dicit: Solus Deus est in quem peccatum cadere non potest, cætera, cum sint liberi arbitrij, in utranque partem flecti possunt. Hic uidetur dicere, quòd omnis creatura in libero arbitrio constituta, flecti potest ad bonum, & ad malum. Quod si est ergo, & boni angeli, & mali ad vtrunque flecti possunt: ergo & boni possunt fieri mali, & mali boni. Ad quod dicimus, quia boni tanta gratia confirmati sunt, ut nequeat fieri mali: & mali in malitia adeo obdurati sunt, ut non ualeant fieri boni. & tamen vtrique habent liberum arbitrium: quia & boni non aliqua cogente necessitate, sed propria, ac spontanea voluntate per gratiam quidem adiuti, bonum eligunt & malum respuunt: & mali similiter spontanea uoluntate à gratia destitui, bonum uitant, & malum sequuntur: & mali habent liberum arbitrium, sed depressum, atque corruptum, quòd surgere ad bonum non valent.

Hiero ad Damasum papã de filio ꝓdigo. Lucę. 15.

C

Quòd boni post confirmationem liberius arbitrium habent, quàm ante.

Boni uerò arbitriũ habent multo liberius post confirmationem, q̃ ante. Vt.n. Augustinus tradidit in Enchiridio: Non iõ carent libero arbitrio, qa male uelle non possunt multo quippe liberius est arbitrium, quod non põt seruire peccato. Neq; culpanda est volũtas, aut uolũtas non est, aut libera dicenda non est, qua beati eẽ sic uolũt esse miseri nõ solũ nolint, sed nec prorsus uelle possint. Nõ possunt itaque boni angeli uelle malum,

August. in Ench. c. 6. 101. & 102.

lum, vel uelle esse miseri: neque hoc habent ex natura, sed ex gratiæ beneficio. Ante gratiæ namque confirmationem potuere peccare angeli, & quidam etiam peccauerũt, & dæmones facti sunt. Vnde Augustinus in libro contra Maximinum: Creaturarum natura cælestium mori potuit, quia peccare potuit. Nam angeli peccauerunt, & dæmones facti sunt, quorum diabolus est princeps, & qui non peccauerunt: & cuicunque creaturæ rationali præstatur, ut peccare non possit, non est hoc naturæ propriæ, sed dei gratiæ. Ideoque solus Deus est, qui non gratia cuisquam, sed natura, sua non potuit, nec potest, nec poterit peccare. Ecce hic insinuatur, ꝙ angeli ante confirmationem peccare potuerunt, sed post confirmationem non possunt: & potuerunt, fuit eis ex libero arbitrio, quod est eis naturale. Quod verò modo non possunt peccare, non est eis ex natura, id est, libero arbitrio, sed ex gratia: ex qua gratia etiam est, ut ipsum liberum arbitrium iam non possit peccato seruire.

August. contra Maximinum li. 3. ca. 11.

D *Quòd post confirmationem angeli non possunt ex natura peccare sicut ante: non quod debilitatum sit eorum liberũ arbitriũ, sed confirmatum.*

Non ergo post confirmationem angeli de natura, sicut ante, peccare potuerunt: nõ ꝙ liberum arbitrium eorum debilitatũ sit gratiam, sed ita potius confirmatum, vtiã per illud non possit bonus angelus peccare: quod vtiq; non est ex ipso libero arbitrio, sed ex gratia dei. Quod ergo Hieronymus ait: Cætera, cum sint liberi arbitrij, possunt flecti in utramq; partẽ: accipi oportet ꝑm statutum in quo creata sunt. Talis.n. & homo & angelus creatus est, qui ad vtrunq; flecti poterat: sed postea boni angeli ita per gratiam sunt cõfirmati, vt peccare non possint: & mali ita in vitio obdurati, vt bene viuere nequeant. Similiter ẽt illud Isidori intelligendum est: Angeli mutabiles sunt natura, immutabiles sunt gratia: quia ex natura in primordio suæ conditionis mutari potuerunt ad bonum siue ad malum: sed post gratiam ita bono addicti sunt, ut inde mutari nequeant. Ad hoc enim repugnat gratia, non natura.

Quòd boni angeli post cõfirmationẽ non pñt peccare. ẽ ex grã, nõ natura

Aperit quomõ ꝑdicta verba Hie. sũt ĩtelligẽda

Isi. de sũmo bo. li 1. cap. 10.

E *Quòd angeli mali viuacẽ sensum nõ perdiderũt, & quibus modis sciãt*

Et licet mali angeli ita per malitiam sint obdurati: viuaci tamen sensu non sunt penitus priuati. Nam vt tradit Isidorus, triplici acumine scientiæ vigent dæmones, scilicet subtilitate naturæ, experientia temporum, reuelatione supernorum spirituum. De hoc etiam Augustinus ait: Spiritus mali quædam vera de temporalibus rebus noscere permittuntur, patim subtilitate sensus, partim experientia temporum callidiores, propter tam magnam longitudinem vitę: partim sanctis angelis, quod ipsi ab omnipotenti deo discunt, iussu eius sibi reuelantibus. Aliquando autem ijdem nefandi spiritus, & quæ facturi sunt, uelut diuinando prædicunt.

Isido. de sũmo bono li. 1. c. 10

Aug. lj. 2. sup Gene. cap. 20.

F *Quòd magicæ artes uirtute & scientia diaboli valent, quæ virtus & scientia est ei data a deo vel ad fallendum malos, vel ad mouendum, vel exercendum bonos.*

Quorum scientia, atq; uirtute etiam magicæ artes exercentur: quibus tñ tam scientia, q̃ potestas à deo data est, uel ad fallendum fallaces, uel ad * monendum fideles, vel ad exercendam, probandamque iustorũ patientiam. Vnde Augustinus in libro tertio de trinitate: Video, inquit, infirmæ cogitationi quid possit occurrere, cur scilicet ista miracula ẽt magicis artibus fiant. Nam & magi Pharaonis serpentes fecerunt, & alia. sed illud est amplius admirandum, quomodo magorum potentia, quę serpentes facere potuit, ubi ad muscas minutissimas, scilicet cyniphes, ventum est, omnino defecit: qua tertia plaga Aegyptus cædebatur. Ibi certe defecerũt magis, dicẽtes: Digitus dei est hic. Vñ intelligi datur, nec ipsos q̃dẽ transgressores angelos, & aereas potestates in imã istam caliginem tanquam in sui generis carcerem, ab illius sublimis æthereæ puritatis habitatione detrusos, ꝑ quos magicæ artes possunt quicquid possunt: nõ aũt aliquid ualere possunt, nisi data desuper potestate. Datur autem uel ad fallendũ fallaces, sicut in Aegyptios: & in ipsos etiam magos data est, ut in eorum spirituum operatione videren tur admirandi, à quibus fiebant damnandi: uel ad monẽdum fideles, nẽ tale aliquid facere pro magno desiderent, propter quod etiam nobis in scriptura sunt prodita: vel ad exercendam, probandam, manifestandamque iustorum patientiam.

*monẽdũ

Aug. li. 3. de tri. c. 7.

Exod. 7. & 8 e

Exod. 8. e.

G *Quod trãsgressoribus angelis nõ seruit ad nutum materia rerũ visibiliũ.*

Nec putandum est istis transgressoribus angelis ad nutũ seruire hanc visibiliũ rerũ materiã: sed Deo potius, à quo hæc potestas datur, quantum incommutabilis iudicat.

August. li. 3. de Tri. c. 8.

Quod

H *Quod non sunt creatores, licet per eos magi ranas, & alia fecerint, sed solus Deus.*

Nec sane creatores illi mali angeli dicendi sunt, quia ꝑ illos magi ranas, & serpentes fecerunt: non.n. ipsi eas creauerunt. Oĩum quippe rerũ quæ corporaliter, visibiliterque nascũtur, occulta quædã semina in corporeis mundi huiùs elementis latẽt, q̃ Deus originaliter eis indidit: Ipse ergo creator est oĩum rerum, qui creator est inuisibiliũ seminum: quia quæcunque nascendo ad oculos nostros exeunt, ex occultis seminibus accipiunt progrediendi hic primordia, & incrementa debitæ magnitudinis, distinctionesq; formarum ab originalibus, ut ita dicam, regulis sumunt.

De seminibus oĩum corporum quorũ creator ipse solus creator est.

I *Sicut parentes non dicuntur creatores filiorum, nec agricolæ frugum: ita nec boni angeli, nec mali, & si per eorum ministerium fiant creaturæ.*

Sicut ergo nec parentes dicimus creatores hominũ, nec agricolas creatores frugum, quamuis eorum extrinsecus adhibitis motibus ista creanda dei virtus interiùs operet: ita non solum malos, sed nec bonos angelos fas est putare creatores. Sed pro subtilitate sui sensus corporis semina istarum rerum nobis occultiora nouerunt, & ea per congruas temperationes elementorum latenter spargunt: atque ita, & gignendarum rerũ, & accelerandorum incrementorũ præbent occasiones. Sed nec boni hæc, nisi quantum Deus iubet: nec mali hæc iniustè faciunt, nisi quantum iustè ipse ꝑmittit. Nã iniqui malitia voluntatem suam habẽt iniustã: potestatẽ aũt non nisi iustè accipit, siue ad suam pœnam, siue ad aliorum vel pœnam malorum, uel ad laudem bonorum.

August. li 3. de Trin. capit. 8. 2. cap. 9.

Iniquus habet a se uoluntatem malam: a deo vero ptãtem iuste accepit

K *Sicut iustificationem mentis, ita creationem rerum solus Deus operatur, licet ceratura extrinsecùs seruiat.*

Sicut ergo mẽtẽ nostrã iustificando formare nõ põt, nisi Deus: ꝑdicare aũt extrinsecùs euangeliũ ẽt hĩnes possunt, nõ solũ boni ꝑ veritatẽ, sed ẽt mali ꝑ occasionẽ: ita creationẽ rerum visibiliũ Deus interiùs operatur. Exteriores aũt operationes, atq; contẽplationes siue occasiones ab angelis tã bonis, q̃ malis uel ẽt ab hominibus adhibentur. Sed hæc ab hominibus tanto difficiliùs adhibent, quãtũ eis desunt subtilitates, & corporũ mobilitates in mẽbris terrenis, & pigris. Vñ qualibuscunq; angelis vicinas causas ab elemẽtis cõtrahere quãto faciliùs est, tãto mirabiliores in huiusmodi operibus eorũ existũt celeritates. Sed nõ est creator, nisi ꝙ principaliter ista format: nec q̃sq̃ hoc põt, nisi vnus creator Deus. Aliud est.n, ex intimo, ac summo causarũ cardine, uel creaturarum ordine cõdere, ac ministrare creaturarũ, quod facit solus creator Deus: aliud aũt, pro distributis ab illo uiribus, ac facultatibus aliquã operationẽ forinsecus admouere: vt tũc, vel tũc, sic vel sic exeat, q̃d crat. Ista q̃ppe originaliter, & primordialiter ĩ quadã textura elemẽtorũ cuncta iã creata sunt, sed acceptis opportunitatibus postea ꝑdeũt.

L *Quòd angeli mali multa possunt per naturæ vigorem, quæ non possunt propter bonorum angelorum, & dei prohibitionem, id est, quia non permittuntur.*

Illud quoque sciendum est, ꝙ angeli mali quædam possunt per naturæ subtilitatẽ; quæ tñ non possunt ꝑ dei uel bonorũ angelorum ꝑhibitionẽ, id est, q̃a non ꝑmittunt illa facere à Deo vel ab angelis bonis. Possent itaque fecisse cyniphes, qui ranas, serpentesq; fecerunt. Quædam uerò non possunt facere, etiam si permittantur ab angelis superioribus, quia non permittit Deus. unde Augustinus in libro tertio de trinitate, Ex ineffabili potentia dei fit, vt quod possent mali angeli, si permitterentur, ideo non possunt, quia non permittuntur. Neq; enim occurrit alia ratio, cur non poterãt facere cyniphes qui ranas serpentesq; fecerunt, nisi qnia maior aderat dominatio, prohibentis Dei per spũm sanctum, quod etiam magi confessi sunt, dicentes: Digitus Dei est hic. Quid autem per naturam possint, nec possunt propter prohibitionem: & q̃d per ipsius naturæ suæ conditionem facere non sinantur, homini explorare difficile est, imò impossibile. Nouimus hominem posse ambulare: & neq; hoc posse, si non permittatur: uolare autem non posse, etiam si permittatur. Sic & illi angeli quædam possunt facere, si permittantur ab angelis potentioribus ex imperio dei: quædam uerò non possunt, ẽt si ab eis permittantur: quia ille non permittit, à quo est illis talis naturæ modus: qui ẽt angelos suos illa plerunque non permittit, quæ concessit ut possint.

Exo 7 8.

Augu. lib. 3. de Trin. cap. 9.

Quare nõ potuerunt producere cyniphes quo ranas & serpẽtes fecerunt. Exodi 8 9.

Summa distinctionis VII.

HIc tractatur de angelorum bonorum confirmatione, atq; malorum obstinatione, & qualiter nihilominus in vtriusq; liberum permansit arbitrium: & item qualiter in angelis malis post peccatum manet scientia: & de scientia eorum multiplici, de operationibus etiam eorundem, præsertim in actibus magicis.

QVAESTIO I.

Arguitur primo.

HIc quæritur primò, *Vtrum angeli praui sint obstinati in vitijs, ita ut nec pœnitere nec agere valeant.* ¶ Quo circa quærendum, An omnis eorum actio sit vitiosa, ac purè mala, ita vt nil virtutis sit ei admixta. ¶ Quòd aût non sint penitus obstinati; primò probatur ex textu, quia sunt liberi arbitrij, de cuius ratione est flexibilitatis in vtrunque ergò
2 de malo ad bonum existunt flexibiles. ¶ Secũdo, necessitas libertati repugnat, sed obstinatus simpliciter de necessitate malo adhæret, ergò non habet libertatem se inde auertendi, bonoq; adhærendi.
3 ¶ Tertiò, qui flecti nequit ad bonum, nõ peccat: qa peccatum est adeo voluntarium, ꝙ nõ esset pecca-
4 tum, nisi esset voluntarium. ¶ Quartò, natutalia secundum diuinum Dionysium in dæmonibus manserunt integra, ac splendida, ergo ratio dictat eis q̃d ipsis expediat, ut pote pœnitere, ac veniam postulare: & possunt hoc, cum vnicuiq; sit naturale, noci-
5 ua, ac inconuenientia abhorrere, ac fugere. ¶ Quintò, in canonica sancti Iacobi legitur, quòd dæmones credunt, & contremiscunt; qui sunt actus lau- (Iacob 2.)
6 dabiles. ¶ Sextò, dæmones si in omni actu peccant, ergo, & demerentur, cum culpæ debeatur punitio. Cumque perpetuè sint mansuri, pœna ipsorũ, auge-
7 retur in infinitum. ¶ Septimò, ut Origenes in Periarchon, & libris stromatum, ac super Threnos fatetur, decens vr̃ infinita misericordia operi manuum suarum tãdem porrigat dexteram iuxta quod scriptum est: Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Itemque, Nũquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? (Iob.14. Deute. 32. Psalm. 76.)

¶ In oppositum sunt, quæ continentur in litera.

Bonauen.

¶ Ad hoc Bonauentura respondet. Sanctorũ autoritates testantur, ꝙ uoluntas diaboli nullatenus potest rectificari, loquendo de posse habente aliquam ordinationem ad actum. Si verò intelligatur de potentia efficientis absolutè, vtique potens est Deus restituere diabolo bonam voluntatem: sed ex parte diaboli non est ordinatio aliqua ad hoc, imò facta est eius voluntas ad hoc impossibilis, vt sancti testantur. & rõnes ostendunt. Quod si causa huius impossibilitatis quæratur, dicendum, quòd ad rectitudinem, ac rectificationem voluntatis, per actuale peccatum lapsæ, quo cõcurrunt, videlicet pœnitentia ex parte voluntatis, & gratia sanãs ex parte dei: quorum vtrunq; deest diabolo. ideo deest ei uita rectificationis omnino. (Quęstio) Si autem quęratur, quid horũ est ratio defectus alterius: (Solutio) respondendum, ꝙ in pœnitentia diaboli est ratio, ꝙ gratia gratum faciẽs deest ei, qa ad eũ pœnitentia informis disponit. Rursus, si inuestigetur cur deest seu deficit ei pœnitẽtia: Dicendum, ꝙ quia deficit gratia gratis data, q̃ præuenit uoluntatem ut pœniteat, & sine qua se nemo unquam ad gratiam præparat, ut meliùs iã patebit. (Quæstio.) Si quæratur unde uenit defectus gratiæ gratis datæ, vel quæ sit ratio eius, absq; dubio defectus nõ potest habere causam nisi deficientem. sicque nec Deus, neq; natura angeli potest esse prima ipsius cã, sed necessariò culpa, q̃ diabolus ita ægrotauit, & ęgrotat, ut nõ pateat in eo aditus gratiæ: & in hoc cõsentiũt cõmuniter oẽs, q̃ circa materiã hãc sentiunt recte. Sed vnde culpa diaboli hanc habeat irremissibilitatẽ, diuersæ sunt opiniones. (Culpa diaboli q̃re irremissibiles Opinio q̃rundam.) Quidã .n. dixerunt hoc esse ex cõparatione culpę ad seueritatem iudicantis, vt quia diabolus, & angeli eius grauissime peccauerunt, Deus iustus iudex mox eos dãnauit, quemadmodũ iudex magnum latronem in latrocinio deprehensum statim facit suspẽdi, quãuis suspendiũ differat parui latronis, q̃ aliquam forsan excusationem habet: sed hæc ratio cõgruitatis est, Nam esto, ꝙ diabolus minus peccasset, videret posse redire: & nos frequenter uidemus, ꝙ Deus interdum facit misericordiã cũ sceleratissimis hominibus, & interdũ quosdam, qui modicũ peccauerũt, demergit in infernũ. Ideo ratio illa tm̃ congruitas est. (Aliorum opinio.) Alij sũpserunt rationẽ ex cõparatione culpæ ad naturã peccãtis ut pote qa peccãs fuit natura oĩno spũalis, non habens pondus carnis: & qa substãtia est spũalis, ac semp in actu, pp quod non lassat; imo quotidie habet volũtatẽ inordinatã, gratiãq; impugnat quotidie. iõ ei gratia non offertur. Verũ rõnes istæ non sunt necessitatis: tum, qm̃ põdus carnis nõ inclinauit primũ hominẽ ad peccatũ; idcirco nec adeo excusauit eius peccatũ, vt sortiretur remediũ: nec carentia carnis intm̃ aggrauauit pctm̃ diaboli, nec ipsum sic impediuit. Cõsimiliter, nec alia rõ: qm̃ gratiã gratis datã frequenter dat Deus homini existenti in actuali uoluntate peccandi, quia hæc stat simul cũ culpa. Nã Paulus in uia, & actu persecutiõis fidelium fuit admonitus, & cõuersus: (Actuũ. 9) sũt tñ cõgruitates quędã à latere. (Aliorum opinio.) Alij sumpserunt rõnẽ ex parte culpæ relatæ ad modũ peccandi, per oppositum ad hominis peccatum, vt qm̃ homo alio suggerẽte peccauit, dignum fuit eũ alio liberari. Rursus, quia totum genus humanum ceciderat, ne totum periret, congruũ fuit ad rectitudinem illud reduci. Angeli autem per tentationem non peccauerunt. maximè Lucifer. (Gregori.) Hinc Gregorius quarto. Moraliũ. Nunquam lumen primi status accepit, quia non persuasus illud amisit. Similiter, quoniam cecidit secundum partem, ita ꝙ peccatum suum fuit particulare & partiale: ideo rectificari non debuit. (Augu.) Vnde in Enchiridio Augustinus: Placuit uniuersitatis conditori, ut quia non tota angelorum multitudo deũ deserendo perierat, ea quæ perijt, in æterna dãnatione maneret. Verum istæ similiter sunt rationes cõgruitatis: quia si homo peccasset propria voluntate sine alterius suggestione, non uideo quare non posset recuperare bonã uoluntatem deo restituente. (Alij.) Alii rationem sumpserunt per comparationem ad statũ peccantis; quoniam tempus merendi, & status meriti fuit præfixum usq; ad primam operationẽ uel in aliam: ideo sicut homo quantumcunque parum peccauit, dum tamen mortaliter, & qualitercunque peccauit, ultra nõ potest bonã uoluntatem recuperare, postquam tempus merendi pertransiuit: ita de angelis est intelligendum. (Damasce.) Sicq; assignat Damascenus, dicendo: Quod angelis est casus, hoc hominibus est mors. (August.) Augustinus quoque libro de fide ad Petrum: Sic, inquiens, creauit Deus angelos, ut perpetuè boni essent: qui nollent, nunquam eos diuino munere repararet. & ita Deus statum, & tẽpus merendi præfixit in angelis usque ad primum conflictum. & hãc rationem propriam, & necessariã credo: (Diaboli obstinatio) quia dũ aliq̃ passio inest diuersis subiectis, inest ei secundũ aliquid cõmune. Diabolus autem ita est obstinatus, ꝙ bonã recuperare voluntatem nõ ualet. similiter Iudas, & quicũq; dãnatus. cõstat aũt, ꝙ hoc eis nõ inest rõne naturæ, nec rõne modi peccãdi, qa nullũ horũ est eis commune: ergo non inue-

nitur

nitur communitas nisi ex parte status, quia vterq; iam est extra meriti statum. Deus namque decreuit dare gratiã, quãdiu ẽ tp̃s merendi. Cũq; cõtra suam dispositionem nõ faciat, nõ offert gratiã tẽpore pro merẽdi finito, quæ gratia voluntatẽ præueniat, atq; ad pœnitentiam formet. sicque remanet voluntas in impœnitentia, sua in sempiternum.

(Obiectio:) ¶ Præterea si obijcias, Deus Præuidit diabolum protinus peccaturum: cur ergo præfixit ei tam breue tempus merendi, ita vt non habuerit spatiũ redeundi? (Cõfutatio.) Dicendum, ꝙ in conditione rerum non attenditur principaliter rõ misericordiæ siuè iustitiæ, sed sapientiæ. Decuit nãq; diuinã sapientiã in vniuerso producere duplicem creaturã rõnalem, ad hoc, ꝙ vniuersum esset cõpletũ: vnã corpori vnitã, ut animã rõnalem: aliã separatã, & spũalem, vt angelũ. Et quia substantia oĩno spũalis, est oĩno incorruptibilis, nõ potuit unus angelus produci ex altero: ideo simul producti sunt. & sicut pariter sunt creati, sic erant simul glorificandi, seu ad glorificandũ dispositi. Cumq; spirituales, incorruptibilesq; consistãt, nequaq̃ retardationem habentes, in loco gloriæ (ut pote in cælo empyreo) sunt creati, sicq; de ꝓximo ad gloriã erant dispositi, ẽt rõne naturæ loci. ideo tẽpus meriti est eis tam breue præfixum, videlicet vsque ad primam deliberatiuam conuersionẽ, aut auersionem. Homini verò datus est locus, ac tẽpus, distans ad promerendum, videlicet paradisus terrenus, & spatium uitę præsentis: quoniam cõditus est in corpore animali ad generandum. hoc est, quod (August.) loquitur Augustinus in libro de mirabilibus sacræ scripturæ: Angelus de sublimissimo ordinis sui statu cecidit, ideo resurgere non potuit. Et qm̃ extra statum meriti fuit, certissimè fuit sibi reuelata sua damnatio. Vnde ex tunc sperare non potuit, sicut nec angelus bonus potest suam confirmationem timere. Hæc Bonauentura.

(Alexander Irremissibile dupliciter dicit.) ¶ Insuper circa hæc loquitur Alexander: Irremissibile dupliciter dicitur. Primò, quod non remittetur. Secundo, quod non põt remitti, quãtũ est de potẽtia. Primo modo pctm̃ diaboli irremissibile perhibetur sed adhuc est distinguendũ. (Pctm̃ diaboli irremissibile.) Dr̃ enim irremissibile, quod non remittitur, quoniã liberũ arbitriũ non est in statu receptibili remissionis, vt in anima vitiosa post mortem, in qua status merendi finitur. Rursus irremissibile dr̃, qm̃ licet liberum arbitrium sit in statu, in quo posset demereri, non tñ est in statu, in quo posset veniam deprecari pp mentis indurationem, ac desperationẽ: sicq; pctm̃ diaboli est irremissibile. (Isidorus.) Vnde dicit Isidorus: Diabolus nõ petit veniam, qm̃ non compungitur ad pœnitentiã. Penitere quoq; non põt, quia in eo, qui pœnitet, est dolor de peccato, & gaudium de dolore, quæ nõ sũt in diabolo: imò adhuc est in eo gaudiũ De pctõ, qđ (vt ait Gregorius) (Gregor.) appetitũ celsitudinis vertit in rigorem mẽtis, vt iã per duritiã se male eẽ non sentiat, q̃ pesse per gloriã quærebat. Præterea dr̃ irremissibile pctm̃ diaboli rõne excellentiæ status angelici. Sicut .n. dominus protestatur in Genesi, (Bene. 6.) Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: sic per oppositũ dici põt, permanebit spũ ĩdignationis diuinæ ĩ spiritu maligno, qm̃ spũs est. Item rõne excellentię sui status. Angeli quippe adhærentes bono, aut malo immutabiliter adhæserunt. quemadmodum enim ait Gregorius: (Gregor.) Angeli erant natura mutabiles, quatenus aut sua sponte caderent, aut ex arbitrio starent, sed hanc standi mutabilitatẽ uicerunt immutabilitate angeli boni: ideo per oppositum, quemadmodum angeli boni acceperunt immutabilitatẽ in bono, quia steterũt in eo: sic per oppositum, alij obtinuerunt immutabilitatem in malo: quia conuersi sunt ad malũ. Est ergo peccatũ diaboli irremissibile rõne status prefati, videlicet rõne status excellentiæ suæ. (Pctm̃ irremissibile & irremediabile ꝑ aliud.) Denique pctm̃ propter aliud dicitur irremissibile, & ꝑpter aliud irremediabile. Irremissibile etenim dr̃, quia ex parte sui non habet causam motiuam ad remissionem. Irremediabile verò, quoniam nec per se, neque per alium est susceptiuum remedij. Peccatum equidẽ originale, remediabile fuit per aliũ: sicut .n. homo cõtraxit aliunde peccatum, ita per alium est impensum remediũ. Actuale verò hominis, pctm̃ remissibile fuit per pœnitentiã. Nam sicut hõ per se deliquit, ita per datã sibi gratiã satisfecit. (Hõ duplicem habet vertibilitatem.) Habet nãque homo duplicem vertibilitatem, videlicet primam ad bonum seu malum: secundam, à bono in malum, & malo in bonũ: qm̃ anima rationalis est spiritus carni unitus. Angelus uerò primam uertibilitatem tantummodo habet. Hæc Alexander.

(Dionysi.) ¶ In quibus dicit diabolũ esse in statu demerendi, uidelicet quo ad pręmium seu potius suppliciũ accidentale. Dicit quoq; gaudium quoddam esse in eo, quod tñ dicit omni amaritudini esse respersum, & cõcordat præhabitis uerbis Richardi.

(Antisiod.) ¶ Antisiodorensis aũt in Summa sua libro scđo. Huius, inquit, quæstionis solutionem habemus ex verbis beati Dionysij, qui in libro de diuinis nominibus asserit angelum habere intellectum deiformem, animam uerò per discursum, & collationem cognoscere. Cũq; angelus instar Dei in instanti videat q̃d agendũ, hõ uerò in tẽpore: instans aũt infinitè simplicius, atq; celeriùs est tpe: ideo angelus infinitè citiùs conspicit, quod agere debeat, quàm homo. (Diony. cõtra Antisi.) Vnde, & pctm̃ diaboli in infinitum grauius est peccato hominis, ideoque irremissibile est omnino. Hæc Antisiodorensis.

¶ In cuius verbis stare nõ ualet, ꝙ dicit pctm̃ angeli in infinitũ grauius esse pctõ hoĩs. Anima quoque q̃dã in instãti intelligere põt, & sine collatiõe, vt prima principia tã operandorũ, q̃ speculabilum. illa celeritas cognoscendi instantanea grauat pctm̃ diaboli infinitè. & sicut actio virtuosa angeli boni non potuit esse intensiuè meritoria, aut uirtuosa, seu uigorosa in infinitum, ita nec transgressio diaboli fuit infinitæ enormitatis, aut infinitè demeritoria: imò sicut potentia omnis creatæ mentis est finita; ita, & actio eius finitæ est virtuositatis, aut uitiositatis, finitique meriti siue demeriti. Vnum uerò infinitum non excedit aliud finitum, præsertim eiusdem generis, in infinitum.

(Thomas.) ¶ Amplius Thomas: In dæmone, ait, est natura bona à deo creata, sed uoluntas mala, cuius malitiæ ipse est cã. Ideo oĩs actus naturæ eorum, est bonus: actus uerò uoluntatis eorũ, est malus. (Actus dupliciter malus esse potest.) Actũ aũt contingit esse malum dupliciter Primò, quantum ad substantiã actus, ut fornicari. Secundò, quo ad modũ agentis, ut dare eleemosynã pro laude humana. Itaq; dæmones facere queunt actũ bonũ ex gñe, non tñ bona uoluntate. Cuius obstinationis rõ diuersimodè assignatur. Quidã etenim dicũt, ꝙ liberũ arbitriũ angeli mediũ est inter diuinũ, & humanũ, in hoc, ꝙ diuinũ, & inceratũ immobile ẽ ante electionẽ, & post, humanũ aũt mobile ante, & post: angelicũ uerò ẽ mobile añ, sed ĩmobile postea. Verũ hæc rõ psupponit id, cuius rõ q̃ritur, vz immobilitatẽ liberi arbitrij angelorũ post electionẽ. Secundũ eam quoq; assignari non posset rõ confirmationis, & obstinationis animarũ post mortẽ. Iõ

alij rõnem assignant: quia cũ angelus sit indiuisibilis,ad quodcunq;se vertit, se totum cõuertit: quod non uidetur sufficere . Nam quãuis indiuisibilis sit essentia,tñ diuisibilis est virtute, scd'm quod uirtus eius se ad multa extendit ẽm obiecta,atq; ẽm quod magis,aut minus alicui applicatur.& hoc ẽm intensionem,remissionemve actus. ideo non oportet, ꝙ actio sua procedat ab eo ẽm totam suam uirtutem, cum sit dñs sui actus. Alij dicunt, quia homo per alium cecidit, angelus per se. sed nec hoc vr̃ sufficere: quia per se, & per alium cadere circunstantiæ sunt peccati,quæ in infinitum grauare non ualent, ita ut peccato recuperabilitas auferatur.

¶ Præterea,si homo nunquam reparatus fuisset: non tamen ob hoc obstinatus consisteret, vt patet in infidelibus,qui beneficium reparationis non cõsequuntur.non tñ quęlibet eorum actio est pctm̃,ut infra dicetur. Ita etsi casus dęmonis sit irreparabilis,non tñ ex hoc sequitur suæ obstinatio uoluntatis.

Alia ratio

Alij dicunt, quòd quia angelus peccauit contra intellectum deiformem,&c. ut supra, contra quod est, ꝙ intellectus angelicus, & rõ humana non improportionabiliter distant,ut irreparabile,& reparabile, quia utrunque finitum est. Alia rõ assignatur, quia natura humana fuit tota in homine primò corrupta,ut supra &c.sed nec hoc ur̃ sufficere,quia secundum hoc, si primo homine non peccante, aliquis de filijs eius peccasset,peccatum eius irremediabile foret.

Opinio Thomę,

Idcirco dicendũ, ꝙ sicut impossibile est, à uoluntate indeclinabiliter adhærente recto, ac debito fini,procedere culpam:sic econuerso impossibile ẽ,à uolũtate incõuertibiliter adhærẽte fini peruerso, opus rectum oriri.

Pctm̃ contingit dupliciter.

Pctm̃ aũt uoluntatis circa finem contingit dupliciter.Primò,ex passione
1 abducente rõnem ab actuali finis recti cõsideratione.& taliter peccans,mox pœnitet passione cessante.Scd'ò ex certa malitia, quæ ẽm philosophum se-
2 ptimo Ethicorum,corruptiua est finis.Dr̃ nãque ex malitia peccare,qui ex electione peccat finis peruersi: qm̃ qualis est ẽm habitum, talis ei finis uidetur.

Peccare ex malitia

Cumq; error circa finem in operabilibus sit, sicut principium in speculatiuis, circa quod errantẽ non contingit ex alijs principijs dirigi: idcirco sic peccans,est impœnitens,ut dicitur septimo ethicorum :ergo de peccato nullus potest pœnitere, nisi uel passione cessante.uel habitu remoto, qui malũ finem elegit. Porro habitum remoueri non est possibile,nisi in eo qui est in statu uiæ, & mutabilitatis: Vnde quandocunq; aliquis deuenit, ad terminum uiæ,non potest deflecti à fine,cui adhæsit,siue sit bonus,siue malus.Finis uerò uię hominis est mors sua. Finisq; angeli est terminus suæ electionis,qua bono adhæsit,aut malo.Hinc sicut homines post mortem confirmantur in bono,seu malo , ita angeli post auersionem,uel conuersionem.Datur quoque homini longior uia,quàm angelo, quoniam magis distãs erat à Deo,oportuitq;,quòd inquirendo in dei notiam perueniret.Hæc Thomas in Scripto.

Aptissima lapsus angelorũ & hoim mortis comparatio.

Dionysi. cõtra Tho.

¶ In quibus insinuari uidetur, ꝙ angeli reprobi peccauerũt ex habitu prauo.quod stare non ualet, quoniam ante primum eorum actuale peccatum, nõ fuit in eis malum culpæ nec habitus malus. Aut enim fuisset eis innatus, aut acquisitus Si innatus, malitia fuisset eis innata,atque in creatorem redundaret, quod improbatum est supra. Si acquisitus ergo iam ante peccassent. ¶ Insuper,peccatum uoluntatis circa finem non solum contingit ex passione,& habitu,sed item ex ignorantia: sicq; põt qs pęnitere,nec habitu nec passione cessante,sed ignorantia illa sublata. ¶ Amplius,quòd philosophus asserit peccantem ex habitu prauo, pœnitere non posse: non est intelligendum,ꝙ absolutè non possit, alioquin ex necessitate omnino peccaret: sed quia non potest de facili , imò & difficulter raroq; pœnitet, iuxta quẽ modum ẽt quædã peccata in spm̃ sanctũ irremissibilia asseruntur.

Verbaphilosophi qualiter ĩtelligẽda.

Matth. 12 Marc. 3. Lucę. 12.

Pręterea ista quoq; rñsio pręsupponere vr̃,quod petitur,vt pote,ꝙ terminus primæ,aut scd'ę electionis angeli,sit finis, & terminus suæ viæ. nec hoc est aliud dicere, nisi, ꝙ liberũ eius arbitriũ immobilitatur in illa electione, cuius rõnem ista non assignat responsio.Antè Deum narratum est, quemadmodum ẽm Tomã, oẽs angeli fuerunt creati in charitate,& gratia gratum faciente, & immediatè se conuerterunt ad creatorem per gratuitã dilectionẽ,ac mentalẽ adhæsionẽ atq; electionem: & ita ẽm hæc verba Thomæ nunc recitata, oẽs inauertibiliter adhæsissent illi vltimo fini. ¶ Postremo, hæc sancti Thomæ responsio pro magna parte concordat præhabitæ responsioni Bonauenturæ, cuius tñ responsio in hoc plenior, clariorq: videtur, quòd rationem assignat, cur terminus viæ angeli, est prima illa eius electio, seu ruina: hominis verò,mors: cuius rei rationem, & causam dicit esse superglorio sissimi creatoris dispositionem, ac placitum.

Idẽ Tho. Origenis positio erronea.

¶ Deniq; in prima parte Sũmæ, quæstione sexagesimaquarta, sanctus disseruit doctor : Origenis positio fuit, ꝙ oĩs voluntas creaturæ ꝓp libertatẽ arbitrij põt flecti in bonũ, & malũ, dempta anima Christi propter vnionem cum verbo. Sed hæc positio tollit ueram felicitatem à sanctis, q̃a stabilitas, imò,& securitas æternalis,est de rõne beatitudinis. Vnde & vita æterna vocatur.

Matt. 15.

Cõtrariatur ẽt autoritati,ac veritati scripturæ, quæ reprobos in ęternum dãnandos,electos verò in æternũ saluandos,ꝓnunciat.Hinc ista positio est tanq̃ erronea,atq; hęretica cõfutanda,tenendumq; firmiter ẽm fidem catholicam, ꝙ voluntas angelorũ sanctorum est confirmata in bono,& voluntas dæmonũ obstinata in malo. Causam verò obstinationis istius oportet accipere non ex grauitate culpæ,sed ex conditione naturæ seu status . Hoc est.n. hoĩbus mors, quod angelis casus, vt protulit Damascenus.

Damasc.

Oĩ autem peccata quatumlibet grauia, sunt hoĩbus antè mortem remissibilia,non postea. Itaq; ad inquirendum causã obstinationis istius , pensandũ, ꝙ vis appetitiua in oĩbus proportionatur apprehensioni, à qua mouetur,sicut mobile motori. Appeti9 quippe sensitiuus, est boni particularis : voluntas verò, vniuersalis : quemadmodũ sensus apprehensiuus est singularium, intellectus uniuersaliũ. Differt ẽt apprehensio angeli ab apprehensione hoĩs in hoc, ꝓ angelus apprehendit immobiliter per intellectũ, quemadmodũ nos prima principia.

Differt apphẽsio angeli ab apphensione hominis.

Homo aũt apprehẽdit mobiliter discurrendo per rõnem,habens uiã ad utrũque oppositorum. Vnde & voluntas hoĩs adhæret alicui mobiliter, tanquam potens ab illo recedere, & contrario adhærere.Sed uoluntas angeli fixè,immobiliterq; adhæret.iõ si consideretur ut ante adhæsionẽ,potest libere adhærere huic, & eius opposito in his,quæ non naturaliter uult. sed postquam adhæsit,immobiliter adhæret:ideo angeli q̃ peccabant,sunt obstinati. Hæc Thomas.Ex quibus uerbis rursus uidetur, quòd si angeli reprobi Deo unquã per actualem charitatis dilectionem adhæsissent, nunquam fuissent ab eo auersi.Insuper,cũ dicat cęteros angelos reprobos suggestione peccasse Luciferi, ex quo seq vr̃ eos reparabiles eẽ,iuxta quod q̃-

dam

Grego. Bernard.

dam dicũt sanctorum, etiam Gregorius, & Bernardus,ideo primos parentes liberabiles fuisse,q̃a persuasione peccauerunt diaboli : respondet,hoc non esse totam reparabilitatis, redemptionisq; causam.

Thomas.

¶De his etiam scribit beatus Thomas in Summa contra gẽtiles, libro quarto circa finem: ex quibus multa accipi queunt ad horum declarationem accommoda, quæ tamen ad quartum Sentẽtiarũ plus pertinent: & ibi, si Deus concesserit,inducentur.

Petrus.

¶Scripta demum Petri de his , in præhabitis verbis Thomę totaliter continentur. sed Petrus ad nullam opinionum tactarum declinat.

Richard.

¶Porrò scripta Richardi in præinducta positione Bonauẽturę cõtenta sunt. & ipse Richardus causam irrecuperabilitatis, atq; impœnitentiæ dæmonũ tradens, plures rõnes de hoc præhabitas in vnũ commassat, quasi vnaquæq; earũ per se non sit sufficiens : sed oẽs, seu plures simul acceptæ, vnà cum dispositione prouidentiæ Dei, sapientissimè, rõnabiliterq; instituentis, vt via angelorũ terminaretur in prima eorũ electione, nec postea eis daretur auxiliũ redeundi. Pręcipuè autem cõmendat Richardus rõnẽ illam expressam ex parte simplicitatis naturæ angelicæ,ita ꝙ diabolus se toto conuertit conatu ad suam ambitionem, sicut & angeli electi ad diuinam adhęsionẽ, per quod solui posset obiectio contra hãc causam adducta, videlicet, ꝙ diabolus q̃uis sit simplex in natura: tamẽ est multiplex in virtute, & dominus sui actus. Idcirco non oportuisse, ꝙ toto conatu se ad vanitatem conuerterit. Sed & Thomas obiectionẽ hanc faciens, nihilominus fatetur(vt infra dicetur) ꝙ angeli,quo erant altioris naturæ, tanto eminentioris facti sunt gloriæ: quia videlicet toto conatu se conuerterunt,aut auerterũt: Vnde & ratio illa multum videtur fecisse ad obstinationem, impœnitẽtiãq; diaboli, propter quod &

Albertus. Obstinatio dupliciter sumitur.

Albertus eam alicubi tangit. Qui & in Scripto suo hic contestatur: Obstinatio dupliciter sumitur. Primò, pro immobili affectu in malo. sicq; procedit à voluntate diaboli indurata, quæ nec timore pœnarũ retrahitur, nec pietate mollitur, iuxta illud Iob: Ecce cor eius vt lapis indurabitur, & stringeẽ quasi malleatoris incus.

Iob 40.

Secundò sumitur pro pœna, videlicet pro non posse redire ad bonũ, quæ est maxima pœna: & ita à Deo est, & inflicta est iusto eius iudicio, quemadmodum omnis pœna pro peccato inflicta à Dei procedit iudicio. Nempè iustissimum fuit, ꝙ angelus, qui deiformis fuit intellectus,& nihil in se habuit, quòd ad vitium inclinaret, sed propria spontanea electione malũ elegit, in eodem immobilis perseueret. Itaque prout obstinatio ista est pœna punitiua, & sapientis effectus, nec creaturam facit deteriorem, aut turpiorẽ, sed meliorem, ac pulchriorem. Iniquitas namq; impunita, est turpis: punita verò, resplendet decorè, sicut sanctus ait Ambrosius, ꝙ fur pulchrè est in patibulo, & Iudas residet in inferno velut carbunculi gemmula in auro.

Ambrosi.

Prosper.

Hinc loquitur Prosper in libro de vita contemplatiua : Angeli qui se contra creatorem typolœtalis superbiæ hostiliter erexerunt, de superna regione proiecti sunt: quos diuina sententia eo iudicio condemnauit, ut quia noluerunt perseuerare cum possent, nec velint reparari, nec possint. Siquidem præuaricationis eorum demeritum fuit, quòd irreuocabilis iudicij animaduersione percussi sunt. & ad damnationem iustissimã profecto pertinuit, quòd facultatem redeundi, ac voluntatem penitus, amiserunt. Hæc Albertus.

IdemAlb.

¶Qui & in libro de coęquæuis : Propria, inquit causa confirmationis dęmonũ in peccato,est eorũ voluntas : qm̃ ratio sic est creata, ꝙ est boni,& mali,propter bonũ eligendum, & propter summũ bonum adipiscendum. Vnde dum illud acquirit finaliter, tunc non est amplius boni, & mali, sed stat in illo, estq; indeflexa ab illo. Voluntas quippe quandiu in via est, quãuis declinet ad culpam: non tamen induratur in ea, ita vt aliud affectare nõ valeat nisi culpã : quæ verò est in termino viæ, nil amplius vult q̃ peccatũ.

Anselmus

¶Hinc Anselmus in libro, de casu diaboli: Angeli,ait, qui maluerũt illud,quod Deus eis nondũ dare voluit, q̃ stare in iustitia,in qua creati erãt, eadẽ iustitia iudicante, illud propter quod illam cõtempserunt, nequaquã obtinuerunt:& quod tenebant bonũ, amiserunt. Sic ergo discreti sunt angeli, vt inhærentes iustitiæ, nullũ bonũ velle possint, quo non gaudent: & deserentes illã, nullum bonum velle queant quo non carẽt. Hæc Albertus ibidem. Tamen vt supra in verbis Thomæ est tactũ, in his præsupponitur id, cuius ratio petitur, vtpotè ꝙ dæmones prima electione sua ponuntur in termino.

Vdalric9.

¶Concordat prædictis Vdalricus in Summa sua libro quarto: Obdurationis dęmonum,& omnium damnatorum causa, est, qm̃ ipse qui ait: Sine me nihil potestis facere: Dum deserit hominem in hac vita, mox sequitur casus in culpã, secundũ id Psalmi: Dimisi eos secundũ desideria cordis ipsorum, ibũt in adinuentionibus suis. Et illud Isaiæ: Auferam sepem eius, & erit in direptionẽ.

Iohan. 12. Psalm. 80. Isaię. 5.

Cum ergo totaliter deserit qualemcunq; rõnalem creaturam, quãtum ad omne ordinatiuũ in bonum, non potest affectus creaturæ talis consurgere in aliquod bonũ, sed semper ad malũ: & hoc est in termino viæ, q̃ est homini mors, & angelo casus. Hinc diabolus habere nõ potest bonã voluntatem, nec opus bonum: quia quod vult, aut semper est malum, aut si est bonum: tñ vult illud male, aut vult illud imperfecta voluntate, quę nunq̃ pertingit ad actũ completum, nisi sub ratione malitiæ quemadmodũ sanctus Dionysius, ait quarto capitulo de diuinis nominibus, ꝙ dæmones naturaliter appetunt bonũ, videlicet esse, viuere, intelligere : sed naturalis iste appetitus non procedit in actũ, nisi cum deformitate deliberatiuæ voluntatis, qua hæc volunt habere ad vsum peccãdi. Vnde beatus Dionysius ibi præmisit, ꝙ ipsi non vident sua naturalia dona, claudẽtes suas virtutes boni inspectiuas, ne s. videãt ad bonũ vsum, sed malum.

S. Diony.

Vel agit ex necessitate naturæ, sicut synderesis sua remurmurat malo: q̃a in ipsa sunt scripta naturalia iuris præcepta, quæ necessariò renituntur suo contrario: nec aliter esset in eis conscientiæ vermis. Aut ex coactione diuinæ potentiæ, quemadmodũ ex Christi imperio de obsessis exiuit corporibus.

Isaiæ. 66. Matt. 8.

Aut timore seruili, secundũ illud Iacobi: Dæmones credunt,& contremiscunt. Aut intẽtione decipiẽdi, vt cũ vera profert, quatenus falsa commisceat. ideo Christus eum obmutescere iussit, etiã quando vera pronunciauit de se.

Iacob 2. Marc. 1. Lucæ. 4. Actuũ. 16.

Paulus quoq; spiritũ pythonicum vera de ipso dicentẽ, eiecit. Aut simili aliqua prauitate, circsistantia, aut fine peruerso. Nec causam huius credo habitum malitiæ, vt multi dicunt: qm̃ ille non incliuaret ad omne malum, sed tantum ad opera sibi similia secundum speciem peccati. Cum ergo relictũ sit ei liberum arbitrium, patet ꝙ impotentia ista ad bonum nõ tollit ab eo libertatem arbitrij. Quoniã tamen peccatum vulnerat naturalia, quantũ ad habilitates eorum ad bonum, idcirco per immobilem malitię habitum libertas arbitrij multum in ipso est diminuta, quantum ad id, in quo pręcipuè consistit

eius

Diony cõtra Vdalricum. eius libertas, quod est habilitas ad bonũ. Diminuta est aũt non per aliquam ablationem, sed per inclinationem ad oppositum, per habitũ malitiæ, atq; per impotentiam propriæ suæ naturæ. Hæc Vdalricus.

¶In cuius verbis vr obscurum, quod ait, Nec huius causam credo malitiæ habitũ &c. Cũ etenim habitus vitiosus ex multis malis actibus generetur, cõstat dæmones prauis actibus iugiter insistẽtes, vitiosis habitibus esse repletos. Vdalricus quoq; in verbis prætacta verba sequentibus, fatetur habitũ malitiæ esse in ipsis. Quod ergo ait Vdalricus. Non credo causam huius esse habitum malitię, intelligit vel de habitu malitiæ generali, aut speciali. Non generali, cum subdat, quia ille nõ inclinaret ad omne malum, sed tm̃ ad opera sibi similia secũdum speciem culpæ. Nec potest verificari de habitu malitiæ speciali, quia ad specialia vitia ex specialibus inclinantur habitibus. Ipse quoque Vdalricus tales habitus in dæmonibus ponere in verbis prætactis videtur.

Durãdus. ¶Præterea Durandus circa hæc recitat aliorum positiones, specialiter Thomæ, quãuis eum non exprimat. Itaq; arguit rationem, quam Thomas assignat obstinationis diaboli, præinductã, videlicet ꝙ sicut impossibile est à volũtate immutabiliter adhærente recto fini, procedere opus prauũ: sic econtrario impossibile est, à voluntate immutabiliter adhærẽte prauo fini, procedere opus bonũ. Cõtra quod

Obiectio. objicit sic: Non est aliquis finis vnus, cui oẽs malæ voluntates adhærent, sicut est vnus finis, cui omnes bonæ voluntates adhærent. Neq; enim est aliquod summum malum, in quo malę voluntates quietantur: sicut est aliquod summum bonum, in quo omnes bonæ voluntates concordant. Et tamen hoc ratio illa supponit. Secundò, quia à voluntate adhærẽte recto fini, potest procedere opus prauũ quando non refertur ad finem illum: similiter ex voluntate adhærente prauo fini, potest procedere opus bonũ quod non refertur ad illum finem, vt præstituens sibi delectationem adulterinam pro fine, eleemosynam potest conferre. Hæc Durandus.

Diony. cõtra Durã. ¶Quo circa vr dicendum, ꝙ non arguit efficaciter, imò nec contra mentẽ sancti Thomæ, & aliorũ, quorũ est illa positio, puta Alberti, Petri, Vdalrici, Richardi. & dico in primis, ꝙ quãuis nõ sit aliquod positiuũ summum malũ, ꝙ sit essentialiter malum, nec aliquod bonũ creatum, simpliciter cõtentatiuũ mentis creatę, est tm̃ priuatiuè aliquod summũ malum, videlicet carentia diuinæ visionis. similiter est aliquod summũ malũ culpæ, vt odium Dei: est item summũ malũ pœnale. Rursus, sicut honor, & gloria Dei est generalis q̃dam finis omniũ bonorũ electorũ, ac beatorũ, ita est aliqs finis cõis omnium prauorũ reprorum, & damnatorũ, vt bono cõmutabili vltimatè inhęrere. Nã & Lucifer, ac angeli eius perpetuè, & inauertibiliter manẽt in ea affectione, in qua de cęlo eiecti sunt: similiter aię prauæ in illo affectu,

Eccl. 11. in quo à corpore migrauerunt. Quod.n. hoibus est mors, hoc angelis casus. Atq; vt Salomõ fassus est: Vbicunq; ceciderit lignũ, ibi erit, siue ad austrũ, siue ad aqlonem. Hoc tm̃ sanè est intelligendũ, prout infra clariùs exprimet. & de huiusmodi fine vltimato, nõ de quocunq; fine subalternato prefati doctores loquunt, & de adhæsione inuariabili ad huiusmodi finẽ. Adhæsio autẽ inuariabilis interruptionẽ

Durandus ineprè assumit. nõ suscipit. Sed cõtra hoc Durãdus iste ineptè assumit, dicẽdo: A voluntate adhærente recto fini, põt procedere opus prauũ &c. Debuerat ꝙ ppesie assumpsisse: A volũtate inuariabiliter adhęrente &c. q̃ voluntas oĩa sua finaliter refert ad hmõi finẽ suum p-

cipuũ, & ꝗ hoc nõ procedunt illæ instãtiæ. Insuper Idẽ Durã. dicit Durãdus: Bonitate gratię oĩs operatio dæmonis caret: qm̃ gratiam irrecuperabiliter amiserunt. Cumq; malum nõ sit nisi priuatio boni, põt dici, ꝙ oẽs actus dæmonum isto modo sunt mali: tamẽ impropriè: q̃a cum malũ sit carentia perfectionis debitæ, gratia aũt non est perfectio debita inesse creaturæ, alioquin gratia nõ esset gratia: ideo eius carẽtia facit actum defectuosum, sed non propriè malum.

¶Circa quæ verba Durandi dico, ꝙ oĩs homo præsertim fidelis adultę ætatis tenet esse in charitate, & gratia cum primũ, generalissimũq; præceptum sit, Deũ toto corde diligere: sicq; gratia gratũfaciẽtis, est perfectio debita inesse creaturæ ex parte præcepti, q̃a obligatur ad eã: ex parte quoq; præcipiẽtis, inquantũ Deus requirit eam à creatura, illũq; expellens, quẽ non inuenerit ea vt veste nuptiali indutũ. Matth 22. Non autẽ est debita creaturæ, quasi ipsa de condigno eã promereatur, vel quasi eius operibus debeatur, loquendo de gratia prima, quę de cõdigno promereri, non valet, prout ad Ephesios docet Apostolus. Ephe. 2. Porrò Deus eam, sicut & charitatem, ac fidem, requirit ab homine: quia si homo quod in se est fecerit, Dens vtique eam infundet.

¶Præterea Scotus sic quærit, Vtrũ angelus malus Scotus. necessariè velit malè. Et rndet, Hic ponitur triplex causa cõsummationis malitiæ in angelis malis. Prima, qm̃ angelus apprehẽdit immobiliter sine discursu. Homo aũt mobiliter discurrẽdo &c. vt supra in Quæstio. Thoma. Secunda; quãto voluntas est perfectior, tãto perfectiùs se cõiungit volibili, vt voluntas separata, præsertim angelica: nostra aũt voluntas corpori vnita, libertatẽ habet diminutã: separata verò, habet maiorẽ. Nostra quoq; volũtas existens in corpore corruptibili, interdũ immobiliter se iungit obiecto, ita vt ab illo resilire non valeat, iuxta illud Prouerbiorũ: Impius cum in profundũ peccatorum venerit, contẽnit. Qm̃ ergo voluntas perfectè est libera Proue. 18. electione præcedẽte, efficaciter currit in volitũ, ponendo in eo finẽ: veniensq; ad obstaculũ synderesis, nõ ibi sistit, sed cõtemnendo impingit: imò in eã retunditur, vt se retrahere, nec velit, nec possit, velut si ferrũ impingat ossi, retundit, nec retrahi põt, nec eadẽ virtute, neq; maiori. Istis objicit: Si volun- Obiectio. tas humana ex se redire posset ad iustitiã, multo magis voluntas angelica: ergo nec voluntas angelica propter immobilitatẽ suæ cognitiuæ potentiæ, nec pp plenam libertatẽ eius, q̃a est separata, est impossibilis ad iustitiã reuerti postquam peccauit. Vel sic: Anima peccãs in instãti separationis, est obstinata: q̃a est in termino, & non per actum, quẽ tunc elicit: qm̃ in eodẽ instanti quo separatur, totum cõpositũ corrumpit, & in illo non intelligit, nec etiã per actũ præcedentẽ illud instans, est obstinata, q̃a tunc fuit viatrix. Vel sic: Si voluntas hoĩs pp hoc, ꝙ habet apprehensionẽ immobilẽ, reddit se obstinatã, vel hoc est, dũ est in corpore, vel qm̃ est extra corpus. Non primũ, q̃a tunc nõ habet apprehensionẽ immobilẽ, cũ sit viatrix. Nec secundũ, qm̃ instanti separationis obstinat, atq; dãnatur: nec tunc hẽt apprehensionẽ, q̃a illud est instãs corruptionis. Præterea oportet assignare, vnã cõem obstinationis causam in angelo, & aĩa cõdemnata, Itaq; ad horũ solutionẽ sunt duo Solutio pdictorum. videnda. primũ, de gradibus bonitatis, & malitiæ. secundũ, q̃ bonitas possit inesse volitioni dęmonis. De De gradibus bonitatis & malitiæ. primo dico, ꝙ ultra bonitatem naturalẽ volitionis, q̃ conuenit ei inq̃tũ est, ens positiuum, & conuenit cuilibet enti secũdũ gradũ propriæ entitatis, adhuc est triplex bonitas moralis, scdm gradum se habẽs:

quarum

quarũ prima dr̃ bonitas in genere, secunda põt dici bonitas virtuosa, seu bonitas ex circũstantia: tertia est bonitas meritoria, seu gratuita, & ex acceptatione diuina in ordine ad præmiũ. Prima cõuenit volitioni ex hoc, ꝙ trãsit super obiectũ cõueniens actui tali, sm̃ dictamẽ rectæ rõnis, & non solũ quia cõueniens actui naturaliter, vt fol visioni. Hæc bonitas moralis vocatur bonitas ex gñe, q̃a est quasi materialis respectu boni vlterioris in gñe moris. Nam actus ille est, quasi formalis per quãcunq; aliam circunstantiã moralẽ. Secunda bonitas conuenit volitioni ex hoc, ꝙ ipsa elicitur à voluntate cum oĩbus circũstantijs à recta rõne dictatis sibi cõgruere: qm̃ bonũ est ex integra causa. Vnde istud est bonum in specie moris, q̃a iam habet oẽs differentias morales contrahentes bonũ ex gñe. Tertia bonitas conuenit actui ex hoc, ꝙ præsupposita duplici bonitate iã dicta, actus ipse elicit conformiter principio promerendi, quod est charitas, seu gratia, siue sm̃ charitatis, & gratiæ inclinationẽ. Huic triplici bonitati opponit triplex malitia ex opposita rõne accepta, vt facile est pẽsare: quælibet quoq; malitiarũ istarũ accipi põt priuatiuè, & itẽ contrariè. Etenim priuatiuè, solũ priuat, seu aufert bonitatẽ sibi oppositam: econtrariè verò, vltra carentiã ponit, aliqd bonitati repugnans. Angelũ aũt malum non est dubium posse habere, imò & habere volitiones multas bonas ex gñe, q̃ transeunt super obiectum conueniens actui suo, puta amando se, pœnãq; odiendo. Porrò volitionẽ bonã ex charitate, seu gratia, non põt habere, intelligendo in sensũ cõposito: q̃a nõ simul stãt, ꝙ sit malus, & talẽ habeat bonitatẽ. sed in sensũ diuiso põt ibi negari, vel potentia logica, vel realis, vt ista, q̃ dicit rõnem principij, aut ista quæ est differentia entis, quæ ordinem dicit ad actũ. De potentia ergo reali videndum est, qũo nõ habet potentiã, quæ sit principiũ actionis meritoriæ. Habet aũt passiuũ principium, q̃a voluntas sua est, quod dã receptiuũ rectæ volitionis. Quod enim de se est receptiuũ rectæ volitionis, q̃ diu in se manet, non est non receptiuũ illius, illa autẽ voluntas angeli mali aliquãdo fuit receptiua bonæ volitionis, videlicet ante lapsũ. At verò loquẽdo de principio illo actiuo, possumus loq; vel de principio partiali, quod est voluntas angeli mali, q̃ integra manet in eo, sicut & naturalia alia, & eandẽ nunc habet, quã in statu innocẽtiæ habuit. Idcirco non põt ab eo verè negari principium actiuũ partiale volitionis meritoriæ, sed principiũ totale actiuum eiusdẽ, quod principiũ est voluntas simul cũ gratia; si verò intelligatur de potẽtia logica, q̃ dicit modũ compositionis formatæ ab intellectu, hæc impossibilitas est, vel ex repugnãtia intrinseca terminorum inter se, vel extrinseca: q̃ requiritur ad hoc, ꝙ extrema sint vnita. Itaq; impossibilitas ista nõ est ex repugnantia intrinseca extremorũ. In subiecto.n. non est repugnantia ad prædicatum. Si qua ergo est hic impossibilitas, erit ex repugnantia alicuius extrinseci ad vnionẽ extremorum istorũ, & illud extrinsecũ non põt esse nisi Deus, qui solus est gratiæ causa. Ergo impossibile erit angelis, malis bene velle, gratiãq; rehabere, quia impossibile est Deũ eis gratiã dare. Impossibilitas demum ex parte Dei est duplex, videlicet ex parte potẽtiæ ordinatæ, & ex parte potentiæ absolutę. Absoluta est respectu oĩum, quæ contradictionẽ non includunt, & sic nõ est impossibile Deũ ipsis gratiam impartiri. Sed potẽtia Dei ordinata est, quę est cõformis in agendo regulis pdeterminatis à diuina sapiẽtia, vel potius à voluntate diuina: ut sunt regulæ in scriptu-

Triplici bonitati pdictæ opponitur triplex malitia.

Impossibilitas ex pte Dei duplex est.

ris expressæ, videlicet: Vbicunq; ceciderit lignum, ibi erit. Et: Vermis eorũ non morietur, & ignis non extinguetur. Itẽq;: Ibunt hi in supplicium sempiternũ, iusti aũt in vitam æternã. Ex quibus regulis Augustinus 22. de ciuitate Dei, concludit: Certũ est Deũ nunquã daturũ dæmonibus gratiam. sicq; impossibile dr̃ Deo, loquẽdo de potẽtia ordinata, dare gratiã illis. Consequenter videndũ, an possint habere volitionẽ moraliter, seu ex circunstantia, & ex specie bonã. Et dicunt quidã ꝙ non, qm̃ omnem suam volitionẽ deformãt ex circunstãtia aliqua, seu ex fine. Habitus quoq; in eis est perfectè malus, & oĩno inclinat ad malũ, estq; in termino, contra q̃ objicitur, q̃a in eis manet remorsus synderesis, & habent Obiectio. actũ naturalẽ nõ vitiosum, atq; ex libertate sua possunt nõ velle: q̃a sm̃ Aug. nihil tã est in potestate voluntatis, q̃ ipsa voluntas, videlicet quãtũ ad operari. Hinc vr posse dici, ꝙ nõ necessariò habent aliquẽ actũ malum: nec loquẽdo de actu determinato, nec de actu indeterminato, seu vago. Potest.n. se auertere ab vno actu ad alium. q̃uis ergo nõ possit habere volitionẽ moraliter bonam bonitate cõpleta ex circunstantijs singulis: attamen potest habere eam moraliter bonam bonitate incõpleta. Hæc Scotus.

¶Qui de his scribit multũ diffusè, vel magis ꝓlixè, & sicut patebit, scripta eius sunt cõtra excellẽtio res doctores cõiter, nec ritè procedũt. quod vt clariùs innotescat, introducam aliorum scripta de ista materia, ex quibus respondebitur ad nunc tacta.

¶Itaq; Henricus quodlibeto 8. q̃st. 11. Quadruplex, inq̃t, distinguitur bonũ, videlicet naturæ, moris, gratiæ, & glorię. Dãnatis aũt non aufertur bonũ naturæ, quatenus in ipso perseueret malũ pœnę. Vnde in moralibus ait Gregorius: q̃uis diabolus sublimitas potentiã perdidit, subtilitatẽ tm̃ naturæ rõnalis non amittit: & ita sicut habet bonũ naturæ sic habet bonũ naturalis actus in sciendo, intelligendo q̃; multa vera naturali scĩa: naturali etiã uoluntate in cõplacendo bono naturæ, & fugiendo malũ ipsius, imò per synderesim, & cõscientiæ vermẽ detestando malũ culpæ. Si verò intelligatur qõ de bono moris, quod consistit in actu deliberatiuo: dicendũ, ꝙ in actu morali sunt duo, videlicet substãtia actus, & forma, quã imponit intentio operantis: quorũ primũ potest esse in damnatis. Quantum aũt ad formã actus, intentionẽq; finis, dicunt aliq ꝙ in actum bonum põt dãnatus ex pietate naturali: quòd videtur sentire Augustinus super illud, In inferno aũt quis confitebitur tibi? Sic cõfessus est in inferno diues ille. adeo vt etiã suos vellet fratres moneri, ut à suis se cohiberẽt peccatis, quod ex plena deliberatione, voluit, sicut ex euangelio cõprobatur. Contrariũ tamen vr sentire Gregorius 18. Moralium dicẽs: Omnis voluntas dãnati iniusta est: uoluntas autẽ nõ est iusta, neq; iniusta, nisi ex fine. Idcirco ut mediã uiã teneamus in isto, distinguendũ, ꝙ uelle bonũ ex deliberatione q̃s põt dupliciter. Primò per se, propter ipsum bonũ, & eius amorem, ac odiũ mali. Secũdò per accidẽs, propter fugam pœnæ, uel propriæ, uel aliorũ. Si propriæ, sic dico ꝙ possunt in actum bonũ moris, ut uelle nunquã peccasse, ne æternaliter punirentur: quæ tũ uoluntas in hoc nõ est bona bonitate moris, quia nec recognoscunt ex uera pœnitentia illũ actum esse malum, nec displicet eis propter se, quia malus, sed solum rõne pœnæ annexæ, quemadmodũ uellent nõ esse propter acerbitatem pœnæ. Si autẽ propter fugam pœnæ aliorũ, sic posset quis dicere, ꝙ nequaquam, imò absolutè, atque simpliciter oẽs damnati homines, ac dæmones uel-

Eccles 11. Isai. 66. Marc 9. Matt 25. August.

Obiectio.

August.

Cõfutatio

Diony cõtra Scotũ.

Henricus.

Grego.

Psalm. 6.

Luc. 16.

lent

Omnes dã nati velẽt; oẽs secum esse dãnatos.

lent oẽs secum esse damnatos, ac puniendos: & ad nullũ, neq; ad se inuicem, neq; ad Deũ, possunt habere actum amoris deliberatiuum, sed solũ ad seipsos, statuendo finem suũ in seipsis pernersè, imò ad se inuicem, & ad oẽs odium habẽt summum, & maximũ. Per accidens verò possunt taliter velle alteri bonũ. sicq; diues ille petijt suos moneri, quia putauit se posse restitui corpori, & in eo mitti ad suos, sicq; subtrahi à tormẽtis, & ita nec per aliũ à se eos

De diuite epulone.

Luc. 16.

moneri voluit. Vnde dicente Abraam habent Moysen, & prophetas: respõdit. Non pater, sed si aliquis ex mortuis, &c. quasi dicat, Magis idoneus sum. ideò fiat per me, qa & mihi plus credens. Glossa tñ aliter hoc exponit: Seruatur, inquiẽs, diuiti ad pœnã memor a fratrũ, quos reliquit, vt de pœna inutiliter amatorũ, amplius torqueatur. Et vĩ glossa intendere, ꝙ voluit eos secum cõuerti, ne si secum in locũ tormentorum venirent, ex hoc acriùs torque

Gregori.

retur ex pœna, sic amatorum. Quod vĩ sentire Gregorius Nyſenus, dicens: Quasi quodam iusto etiam post mortẽ à vita detinetur affectu carnali. Nam si quis omnino carnalis ſm mentẽ fiat, nec postquam corpus exuerit remouet à passionibus eius. Sed vnde est hoc, ꝙ ex pietate naturali cum deliberatione non possint pro tanto, seũ in tñ reuerti, ut velit bonum moris propter bonũ per se, aut saltem propter bonũ, sicut existens hic in peccato mortali hoc potest? Ad quod dicunt aliq, ꝙ hoc facit alius, & alius status illorum, & horum quod non sufficit: quoniã nulla commutatione facta, seu existente circa uolũ

Aliorum opinio.

tatem, quod potest quis, quantũ est ex parte solius voluntatis, in statu vno, potest in alio. Hinc alij dicunt, ꝙ voluntas quãto liberior est, atq; perfectior, tanto perfectiùs se immergit, seu impingit in volitum: & ideo natura intellectualis separata, cũ sit omnino libera voluntate, in tantũ se inuoluit, immergit, impingit in uolitum, tantoq; illi alligatur amore, vt ab illo auerti non queat, nõ coactione aliqua impellente, sed ipsa voluntate immobiliter illi adhęrere volente, vt etiam exinde homo in statu innocẽtiæ propter corporis aliquantulam corruptibilitatem anima aliqualiter retardetur, neq; omnino immergat se volito per adhęsionem omnimodam: sed separata, aut existens in corpore incorruptibili, totaliter se immergit, ut reuerti non possit: vt propterea quod hominibus mors est, hoc dæmonibus ca-

Gregori.

sus sit, iuxta quod dicit Gregorius: Idcirco diabolus peccans sine venia est damnatus. Magnus quippe sine comparatione fuit creatus: & hoc, quia secũdum magnitudinem suam ex creatione impegit, & immersit se in volitum. Veruntamen hoc non satis explicat modum, quo fiat istud, quod quęrimus.

Proue. 18

Idcirco dicendum secundum illud Prouerbiorum, Peccator cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: quod quando voluntas est in sua perfecta libertate, habita plena deliberatione, tanta efficacia currit in uolitum peccati, ponendo in eo finem, vt veniens ad obstaculum synderesis, nec ibi sistat, sed contemnendo impingat in illam: & ibi retunditur, ut retrahere se, nec possit, nec velit, nec possit velle oppositum: quemadmodum si ferrum acutum penetrãs carnes, in osibus interioribus retundatur, nec extrahi queat. Homo autem viator, quia tanta efficacia impingere nequit, ideo semper potest reuerti in bonum. Porrò si fiat sermo de bono gratiæ, aut gloriæ, siue quo ad habitũ, siue quo ad actũ: sic damnati nũquam valent redire, qa hoc bonum à se habere non possunt, & Deus iusto iudicio decreuit se nunquam daturum illis bonum gratiæ, aut glorię. Quamuis itaq; in damnatis sit liberũ arbitrium: hoc tamen sua affectione est ita in malo ligatum, ut quãuis libertas sit ibi vt in radice: in effectum tamen non valeat prosilire. Hæc Henricus.

¶ In cuius verbis videtur obscurum, quod ait diuitem illum putasse se posse corpori reddi, atq; ad suos mitti, in tantum quod nõ voluit eos per alium admoneri: cum tamen in euangelio legatur dixisse: Rogo te pater, ut mittas eum, videlicet Lazarum, in domum patris mei, &c.

Diony. cõtra Gaudauum.

Luc. 16.

¶ Præterea Albertus circa hæc multas inserit quęstiones: Vna est, Vtrum culpa diaboli aliquid secum compatiatur virtutis. Ad quod respondet, Malitia dæmonis nihil virtutis secum compatitur, nec virtutis informis, neq; formatæ, nec theologicæ, neq; politicę. Cumq; obijcitur quod credunt, & contremiscunt, dicendum quod, nec fidem formatam habent, nec fidem informem. Vtraq; namq; est in voluntate electiua, quia vt loquitur Augustinus: Cætera potest homo nolens, credere autem non potest, nisi volens. Vtraq; quoq; fides, ut diuinus Dionysius contestatur septimo capitulo de diuinis nominibus, est lumen collocans credentes in prima veritate, & primam veritatem in eis Credere igitur dæmonum non est actus virtutis fidei, sed illius fidei, de quo tertio de anima fatetur Philosophus: quod opinio rationibus innata est fides. sicq; dęmones ratione, & experimento suæ pœnę conuicti, credunt: contremiscunt itidem non timore initialii imò neque seruili. Nã timor seruilis retrahit à peccato formidine pœnæ, quamuis (teste Gregorio) in ita timẽte uiuat peccati uoluntas, & sequeretur effectus, si sperareturimpunitas. Dæmon a ũt non cessat à peccato propter pœnam. Quòd uerò contremiscit timens pœnam, atq; iudicium, est ex naturali timore qui oritur ex fide, de qua dictum est paulo ante. Præterea quamuis dæmon sit nobilioris naturæ, quàm homo: attamen bonum naturæ plus est corruptum in dæmone: quia corruptus est secundum oĩa, quibus debebat ordinari ad bonum, secundum rationem, appetitumq; voluntatis, & quamounq; apparẽtiã boni. Nempè secundum rationem, ut tertio capitulo de diuinis nominibus beatus Dionysius docet, malum dæmonis est furor irrationalis, quo irrationabiliter agitatur, atq; irascitur contra omne bonum. Secundum appetitum uerò malum eius est amens concupiscentia: quoniam nulla mente frenatus, concupiscit malum non bonum. Malum uerò ipsius quantum ad bonum apparens, est phantasia proterua, non prout phantasia est potentia animæ sensitiuæ, sed à phanos græcè, quod apparitio sonat latinè: quoniam contra omne, quod apparet in specie boni, ac ratione, proteruit, ac repugnat pro posse. Hæc Albertus.

Albertus.

Iacob. 2.

Augus.

S. Dion.

Credere dæmonũ nõ ẽ actus virtutis fidei.

Aristotel.

Gragori.

S. Dion.

¶ Qui insuper quærit, Vtrum diabolus iugiter in suo perseueret peccato. Respondet, Appetitus dæmonis potest dupliciter cõparari. Primò, ad radicẽ, seu iniquã uoluntatem, ex qua procedit appetitio ipsa. Secundò, ad obiectum, siue ad altitudinẽ Dei, in quã procedit. Et primo mõ adhuc dupliciter uidelicet, quo ad uoluntatis naturã, & quo ad iniquitatem, q̃ informat uoluntatem. Si primo mõ, tunc remorsus contradicit appetitui propter scintillã rationis, quę synderesis nuncupatur. sicq; aliquo modo desistit à uoluntate iniqua, ſm quod ait Glossa super illud Petri: Ibi cruciabuntur iniqui, ubi angeli mali, qui contra Deum superbierant priùs, iamq; puniti sunt, modo non portant, sed magis abijciunt iudiciũ superbiendi contra Deum, quod execrabi-

Idẽ Alb. Vtrũ diabolus iugiter ĩ suo perseueret peccato.

2. Pet. 2.

le

le est cõtra ipsos, quia pro illo graniter puniuntur: & territi magnitudine tormentorũ, ab illo præsumptionis desistũt iudicio, sed istud est desistere tm̃ secundũ quid. Porrò si cõparetur ad iniquã voluntatem, ſm quod talis est, q̃ naturalem rõnem vincit in dæmone, & trahit ad actũ prauum, tũc adhuc vsurpat sibi quod priùs, non tm̃ in eodem, sed simili, vt s. in malis habeat potestatẽ, sicut & Deus in bonis. Si verò cõparetur voluntas ad obiectũ, rursus dupliciter attenditur. Voluntatis namq; obiectũ est volitum, & hoc intelligi potest concretũ, siue coniunctũ culpæ tantum, vel cõiunctum pœnæ per culpã: & si primo modo, sic nõ desistit à volũtate iniqua: si secundo modo, sic decor iustitiæ resultat in culpa punita. Cumq; displiceat dæmoni omnis decor iustitiæ, ideo sic ab iniqua voluntate desistit. Cuius ẽt alia ratio est, quia vt dicit Augustinus, pœnam horret bona natura: & quoniam dæmonis, natura est bona, ac intellectualis, ideo horret pœnam, atque horrore pœnæ aliquando desistit ab actu peccati: cum tamen culpa semper placeat ei. Hæc idem.

Idem Vtrũ diabolus in omni actu peccet.

¶ Qui etiã quærit hic, Vtrum in oĩ actu, seu motu peccet, de quo infra videbit. Ei quoq; quod scribit Albertus, dæmones non habere fidem informẽ, vĩ obuiare, quod ſm quosdam omnes angeli ante cõuersionẽ, & auersionẽ fuerunt creati in fide, quod

Thomas.

etiam Thomas in Secunda Secundę quæstione de fide tuetur: quoniã erant viatores, poterantq; mereri: imò & multi eorum promeruerunt, quæ sine fide non fiunt. Nouerunt etiam Deum esse trinum in personis, vt plurimi attestantur, quod tamen in lumine naturali cognoscere non valebant.

Idẽ Tho.

¶ Verũ de hoc suo loco pleniùs est dicendũ. Præinductæ autem rñsioni Alberti concordat, ꝙ Thomas ait in Scripto: In dæmonibus manet potẽtia naturalis ad bonum vt remota, & indisposita, atq; per contrariũ habitum deprauata: qua potẽtia possent facere bene, si vellent: sed velle nõ possunt, qm̃ habitus malitiæ ab eorũ voluntate remoueri non valet, cũ in statu viæ non sint. Deniq; cũ in angelis natura sit bona, oportet ꝙ naturalis appetitus eorum sit bonus, qui tm̃ per circunstantias deprauatur: quas apponit deliberatiua voluntas, qua viuere volunt sub deformitate peccati, sicut lasciuus vult viuere in turpi, & fœda delectatione. Aliqui autẽ opinati sunt, ꝙ synderesis in dæmonibus non remurmurat culpæ, sed pœnæ: quod nõ apparet, q̃m̃ impossibile est, ꝙ aliquis non renitatur suo cõtrario. In synderesi autẽ sunt vniuersalia iuris naturalis principia. Vnde oportet ut omni ei remurmuret, quod fit contra ius naturale: tm̃ hoc murmur in dæmonibus est actus naturæ, cui voluntas repugnat peruersa, per quã claudunt vires suas cognitiuas à debita cõsideratione. Quamuis etiã aliqui dicant, ꝙ culpa dęmonum crescat vsq; in diem iudicij: hoc tamen nõ vĩ, cum non sint in statu viæ. Propter quod sicut

Psalm. 7. Auctoris sententia.

mutari non possunt in bonũ, sic neq; in peius. Hinc dicendum, ꝙ culpa, seu superbia eorum dicit̃ semper ascendere, seu crescere, non quantum ad intensionem malitiæ, sed quantum ad actuum extensionem, seu multiplicationem. Essentialis quoque pœna eorum non crescit, sed accidentalis, qnæ est ex multiplicatione damnatorum, sicut & de beatorum est præmio angelorum. Hæc Thomas, quæ & supra ex Vdalrico inducta sunt, per quæ etiam patet instantiarum solutio.

Idem.

¶ Hinc itẽ ait in prima parte q. 64. Actus dæmonis duplex est. Vnus ex deliberata voluntate procedens, q̃ propriè notatur dæmonis actus, & semper est malus, ꝙ si aliquando aliquid boni, aut veri dicat, aut faciat: non tamen bene, vt dum asserit veritatem vt fallat. Vnde nec voluntate credit, aut confitetur, sed euidentia rerum coactus. Alius dæmonis actus est naturalis, qui potest esse bonus, & attestatur bonitati naturæ. Nihilominus etiam tali actu bono abuuntur in malum. Hæc idem.

¶ Ad qõnem autẽ, qua quęritur, An diabolus continuè peccet, Petrus rñdet: quamuis motus naturæ in diabolo non sit malus, quia natura bona est: attamen oĩs motus volũtatis ipsius est malus, & quia voluntas eius ab aliquo actu nõ cessat. i. semper alicui actui est intenta. ideò à peccato non cessat. Aut volendo, quod est malum secũdum se, aut quod est malum ex circunstãtia. Quod si objiciatur quia interdum implet præceptum Dei, aut sanctorũ angelorum, vel hominum, quod agendo nõ peccat: rursus, qm̃ nullus peccat in eo, quod vitare non valet, sed diabolus vitare non potest malum: dicendũ ad primum, ꝙ quamuis non peccet implendo tale præceptum quantum ad substantiã actus, sicut ad Christi præceptum de obsessis egrediendo: peccat tamẽ quantum ad modum agendi, quia cũ murmure, & inuitè exequit̃. Ad secũdũ, ꝙ q̃uis vitare non queat in vniuersali: põt tamen in singulari, sicut de venialibus quantum ad homines dici solet Hæc Petrus.

Petrus. An diabolus continuè peccet.

Continuè peccat diabolus. Obiectio.

Alia.

Cõfutatio

¶ Verum his obijci potest, quia nonnulla Dei, & sanctorum pręcepta videtur libenter implere, sicut dum iusto, ac pio Dei iudicio, affligit electos, seu quosdam reos occidit: sicut Ananiam, & Saphirã, & de quibus loquitur Paulus, quos tradidi sathanæ. Itemque. Congregatis vobis in vnum, tradere huiusmodi in interitum carnis. In talibus tamen peccare censetur, non quia obedit, sed quia peruersa intentione, aut ex odio, seu simili praua circunstantia operatur.

Obiectio.

Actu. 5.

1. Cor. 5.

¶ Circa hæc q̃rit Alexander, an diabolus potuit, an adhuc posit peccare veniali peccato. Vĩ ꝙ sic, qm̃ posset vnum verbũ ociosum proferre. Rñdet, diabolus non potuit primò peccare venialiter, nec consequenter. Primò, propter excellentiã sui status: deinceps propter animi sui malignitatẽ. Nec sequitur, potuit peccare mortaliter, ergo & venialiter. Cũ. n. in tanta fuit claritate, vt Deo posset adhærere immediatè, si claritatẽ suæ cognitionis directè fuisset volũtas secuta, non peccasset. ideo primo recedens, maximo recessit recessu: imò primus hõ rõne sui status non potuit primò venialiter peccare. Hęc Alexander. De isto tamen infra plenius inquiretur.

Alexãder.

¶ Insuper Antisiodorensis quærit hic, An omnis actio diaboli sit peccatũ. In cuius rñsione vĩ à prætactis aliqualiter dissentire. Non oĩ, dicens, motu suo diabolus peccat, qa non peccat motu purè naturali. Cũq; obijcit̃, quod super illud Corinthiorũ. Quæ conuentio Christi ad Belial, ait Glossa: Christus oĩa bene egit, diabolus oĩa male: intelligendũ est, quod Christus oĩa egit bene i. meritoriè: diabolus oĩa malè, quia nil meritoriè. Omnia quoq; quæ egit ex libero arbitrio, & liberè, fecit malè. Non autẽ intelligendum est de his, q̃ fecit per violentiam, & coactionem, vt de obsessis exeũdo corporibus: quod agendo non peccauit, quia nõ fecit cum murmure, sed ex Dei coactione, nec fecit ex libertate arbitrij. Hæc Antisiodorensis. q̃ in hac respõsione inter cætera dicit: Cum Christus dicitur oĩa meritoriè egisse, intelligẽdũ est de operibus liberi arbitrij, qm̃ motu sensualitatis nõ meruit Ghristus, nec motu, quo timuit mori, vel quo voluit nõ mori. Quo circa videtur, qa (ut S. fatetur Hieronymus) motus

Gulielm.

Obiectio. 2. Cori 6.

Elucidatio.

Hierony.

&

& affectiones sensualitatis, uel potius sensitiui appetitus in Christo fuerunt potius propassiones, q̃ passiones: qm̃ ex præuio rationis iudicio, atq; voluntatis imperio, secundũ ordinem, & impulsum diuini amoris, seu charitatis, fuerunt in ipso; ideo merito rij fuisse censentur. Amplius quærit Antisiodorẽsis, An credere diaboli sit peccatum. Respondet, Credere diaboli aliquando est peccatum, interdum non. Quando enim credere eius procedit ex mera libertate, peccatum est: quoniam ex superbia credit, vt Deum impugnet, aut ea, quæ Dei sunt. Pigetq; eum credere, & murmurat in credendo. Illud verò credere, quod extorquetur ab eo per pœnas, vel per solas creaturas immittitur, velit nolit, non est peccatum, nec habet alicuius virtutis, seu fidei habitum formatum, neque informem.

Gulielm.

¶Vlterius quærit hic doctor, Vtrum diabolus habet spem, & an peccet sperando. Videtur quod sic, per illud Iob: Spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur. Glossa quoq; Gregorij ait ibidem: Diabolus de misericodia Dei blanda sibi promissione mentitur. Rursus, Gregorius dicit ibi, quod verba intelliguntur de membris diaboli. Ad hoc aliqui dicunt, quòd quamuis diabolus æstimet vehementer se æternaliter puniendũ: tamen ex præsumptione sperat beatitudinem æternalem. Vel quantum ad hoc sperat beatitudinem, & impunitatem, quoniam sperat maiorem dilationem dici iudicij, diutiusq; regnare in impijs, q̃ obtinebit. Attamen posset dici quemadmodum aliqui dicũt, quòd diabolus est tantæ arrogantiæ, & obstinationis, q̃ sperat se habituru m̃ à Deo multa bona, & tandem vitam æternam, quamuis maximè odiat Deum, sicut quis confidit se habere multa bona ab homine aliquo, quem plurimum odit. Verum est autem quod membra diaboli quamuis modo sint in inferno, aliquam spem habent adhuc, propter quod (vt est apud Mattheum) in die iudicij dicent: Domine, nonne in domine tuo prophetauimus? Et, alibi: Domine domine, aperi nobis. Vtrum verò, & diabolus ita speret, nemo potest scire, cum non sit in scriptura determinatum. Hæc Antisiodorensis. Cuius dicta recitatiuè commemoro: quoniam quædam incerta continentur in eis: imò multi sanctorum, atq; scholasticorum affirmant doctorum, quòd damnatis grauissima pœna est, quòd sciunt se æternaliter in inferno puniendos, & quòd in ipsis est desperatio mera.

Idẽ Guli. — Iob. 40. — Gregori. — Matth. 7. — Matt. 25.

¶Quærit quoque hic doctor, an diabolus velit se esse malum, & vtrum velit Deum esse: in quorum solutione prolixus est, ac inferens quædam incerta, idcirco pertranseo.

Idem quærit.

¶Richardus etiam tenet, quòd diabolus semper seu incessanter est in aliquo actu peccati: quia non habet corpus, quo retrahatur ab actu, & quòd vsq; in diem iudicij demeretur, atque in die illo à Christo pro quolibet suo actu malo recipiet pœnam.

Richard. Diabolus semp. peccat, & demeretur.

¶Postremò Gulielmus libro secundo de vniuerso, tractatu de dæmonibus: Hæc, inquit, societas, atque connexio virium apprehensiuarum, ac motiuarum nobilium est, vt simul meliorentur, aut deteriorentur. Manifestum verò iam est innumerabilibus experimentis, vires motiuas malignorum spirituum tanta esse peruersitate depranatas, vt nihil boni velle possint principaliter, & propter se. Interdum quippe aliqua bona hominibus suggerunt, non quoniam bona sunt, aut prosunt, sed vt sint eis occasio nocumenti, seu mali. Cuius exemplum est, quòd hominibus quos noscunt esse instabiles, interdũ suggerunt religionis ingressum, quatenus eos ad apostasiam inducant. Cumq; depranatio, & obscuratio virium apprehensiuarum nobiliũ sit ex depranatione, & peruersione virium motiuarum, sequi videtur, q̃ quãto maior est causa depranationis huiusmodi, tanto sit maior obscuratio eorum. Cumq; supremus malignorũ spirituum sit maximè depranatus in apprehensiuis viribus suis, sequi vr̃, quòd & in vi intellectiua sit maximè obscuratus; sicq; princeps dæmonum insipiẽtissimus esset, atq; astutia minimus, quod nemo dixit vsq; adhuc. Dico ergo, quòd depranatio affectiuę, seu motiuę, maximè obscurat vim intellectiuam propter mutuam propinquitatẽ, & cõnexionem quemadmodum in auaro conspicimus, cuius intellectus ex cupiditatis vitio ita obtenebratur, vt pecuniam intellectualiter dijudicare non valeat, an pecunia appetẽta sit propter se, an contemnenda: imò teterrimum auaritiæ vitiũ intolerabiliter facit, & quasi cogit errare auarum circa pecuniam, intm̃ quòd vnus. Italicorũ dixit philosophorum: Auaritia est inhærẽs opinio, & quasi insita, q̃ pecunia per seipsam sit bona, & propter se appetenda. Hoc ergo est ius, ac ordo naturæ intellectualis, vt minus videat, & cognoscat circa rem, circa quam depranata est eius voluntas, & hæc res est creator omnipotẽs Deus, naturaliter sanctus, & bonus, in quẽ maxima est ira, odiumq; diaboli. Ideo illum minimè noscit ex ea parte, qua illi iratus est: eumq; odit, quia si odit Deum qm̃ iustus est, minimè cognoscit iustitiam eius, si in eo, quod sapiens est, minimè cognoscit sapientiam eius. Eodẽ modo si in eo, quod bonus, & ita de alijs. Quod si quis dicat, quia secundum omnem respectum, & proprietatem creatoris odit eum princeps hic tenebrarum, ideoq; ei ex omni parte ignotissimus est creator, verum est hoc, iuxta meam intentionem. Vera namque eius cognitio est assimilatio cognoscentis ad cognitum, iuxta quod scriptum est: Similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Idcirco impius ille dissimillimus Deo est sua vitiositate. Per effectus autem, & opera Dei ipsum cognoscit, sicut per suam depressionem, & pœnam agnoscit creatoris potestatem, & æquitatem. Nihilominus dico, quòd facillimum fuit Deo reseruare huic maledicto apostatæ innatam suam notitiam, ac naturale in cognoscendo acumen, & hoc in grauius eius tormentum. Hæc Gulielmus.

Dæmones hominib. bona iterdum suggerunt. — Quædam auaritiæ diffinitio. — 1. Ioh. 3.

¶Nunc perscrutãda sunt breuiter præhabita verba Scoti. Itaque quando sic arguit, si voluntas humana ex se ad iustitiam posset redire, multo magis voluntas angelica: constat q̃ istud non sequitur, cuius multiplex ratio est inducta, præsertim quia increata sapientia creatoris, primam electionẽ angeli statuit esse terminum suæ viæ, hominibus verò mortem. Cumq; assumit anima peccans in instanti separationis est obstinata, &c. dico q̃ anima ponitur in termino per vltimũ actum suũ in corpore, in quo adhuc fuit viatrix, ideoq; actu illo meret, aut demeretur. sicq; immediatè post actũ illũ amplius, nõ est viatrix, neq; in statu merendi: sed reddit obstinata, si viam clausit in malo: nec inconueniens, aut impossibile esse videtur, a nimam ipso instanti, quo separat à corpore, esse in aliquo actu, quo collocetur in termino, ita quòd illud instans sit vltimũ nunc suæ viationis. Cum verò sic arguit, si voluntas hominis ob hoc, quòd habet apprehensionem immobilem, reddit se obstinatam, vel hoc est dum est in corpore, vel quando est extra corpus: dico, quòd quãdo est in corpore ad hunc sensum, quòd per

Argumentorũ Scoti perscrutatio.

per vltimum actum suum, quem habeat in corpore, collocat in termino, ita quòd deinceps, seu post illud momentũ, aut instans non est in via, neq; in statũ merendi: sed immobilitata in ea dispositione, seu affectione, hoc est, cõuersione ad Deũ, seu auersio ne ab ea, in qua à corpore emigrauit, & quamuis al[1] qui dixerunt animam particulari iudicio iudicari ante egressum de corpore, aliqui in instãti egressionis, tamẽ vt in tractatu de particulari iudicio in obitu singulorum probaui, magis videtur tenẽdũ, quòd post egressum de corpore, sicut & multi à morte resuscitati, sunt protestati, præsertim cum & Apostolus ad Hebræos testetur: Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium. Aliqui tamen sancti, aut etiam scriptores catholici interdum de hoc loquuntur non multum præcisè, seu determinatè, dicendo quòd hoc fiat in morte, id est, immediatè, seu cito post mortem.

De particulari iudicio uniuscuiusq;. — Hebr. 9.

¶Deinceps dũ Scotus subiungit, Angelum malũ nõ est dubium posse habere, imò & habere multas volitiones bonas ex gñe, quæ transeunt super obiectum conueniens actui suo, puta amando, & pœnã horrendo, dico iuxta præallegatos doctores, quòd huiusmodi actus vt naturales, possunt taliter esse boni. Attamen absolutè loquendo, & prout ex deliberata voluntate procedunt, sunt vitiosi; nec dæmones stant in nudo suo amore naturali, sed i amore inordinato, ac improbo, ad se peruersè reflexo; abutunturq; actibus illis, & horrent pœnam nõ solum, vt malũ naturæ, sed vt effectum iustitiæ. Insuper cum affirmat, quòd diabolus habet passiuum principiũ bonitatis gratuitæ, seu virtuosæ, quia voluntas sua est quoddam receptiuum rectæ volitionis: negandũ est, quia voluntas secundum statũ, & existentiam, in qua est, vtpotę incõuertibiliter auersa à summo bono, non est receptiua rectæ, seu iustæ volitionis, vt clarè ostensum est. Et cum addit probando assumptũ, quod de se est receptiuũ rectæ volitionis, q̃diu in se manet, non est non receptiuum illius, istud videtur valde pueriliter, atq; debiliter dictũ. Nã & simili modo posset probare, quòd animæ iam finaliter condemnatæ essent receptiuæ cõuersionis, seu rectæ volitionis. Similiter angeli sancti peruersæ volitionis, cuius ante confirmationem suam fuerant receptiui. Idcirco dicẽdũ, quia quod de se est receptiuum rectæ volitionis, quandiu in se manet, id est, in eodẽ statu, seu dispositione est receptiuũ illius: non tamen quandiu manet in se. i. inexistentia sua. Hinc quoq; erroneum est, quod dicit de angelo malo nõ posse negari principium actiuum partiale, ad promerendum videlicet volũtatem ipsius productiuam, seu comproductiuam bonæ volitionis. Quemadmodum enim voluntas eius pro statu, & dispositione, in quibus nunc est, non est bonæ volitionis receptiua: ita nec productiua, aut conprincipiatiua: quia nec gratię capax, & indurata est in malo. Ex his facilis habetur responsio ad cætera argumenta istius. Quãuis enim potentia angeli manet integra suo modo, quanquam non parum sit lęsa, debilitata, ligata, & coartata, vt patuit; non tamẽ eadem potest, quia non mansit in statu eodẽ. & ita est in ea repugnantia intrinseca ex parte subiecti ad bonum virtutis; non tamen innata, sed accidentaliter, culpabiliterq; contracta. Quæ autẽ contra hęc objicit iste, nullius vigoris sunt. Quamuis enim sit in dæmonibus aliquo modo remorsus synderesis, & actus naturæ bonus; tamẽ adeo debilis, & ita per liberum arbitrium, deliberatamq; voluntatem repercussus, depranatus, abusus, oppressus, vt idoneitatem non præstet ad actum moraliter bonum. Deniq; cum finis sit potissima circunstantiarum, & ipsi cuncta ad peruersum referant finem, nec aliquam obseruent circunstantiã ad actum virtutis requisitam eo modo, quo est circunstantia talis: sed si quã materialiter videantur seruare, sinistra hoc agunt intentione; ideo nullam possunt habere actionem moraliter bonam, nec bonitate completa, nec incõpleta, nec loquendo de actu determinato, neque de actu indeterminato. Quamuis enim non necessariò indefinenter insistãt huic, aut huic actui prauo, seq; conuertant de vno actu malo ad alium, semper tamen insistunt actui malo, ita q̃ actui moraliter bono nequeunt inhęrere. Postremò, q̃ allegat Augustinum dicentẽ. Nihil ita est in potestate voluntatis vt ipsa voluntas, certum est debere intelligi de voluntate secundũ se sumpta, non quo ad quemcunq; ipsius statum, aut qualificationẽ. Aliàs beati se possent à Deo auertere. Exemplum demũ quod doctor solẽnis inducit de ferro incusso carni vsq; ad ossa, &c. multum conueniens est, quamuis alter illud subsannet. synderesis namq; ob suam soliditatem, qua iugiter remurmurat vitijs, rectè comparata est ossibus. Cæteræ autem vires, actiones, seu habitus, quę facilius cedunt malis, carni ritè assimilantur.

Dion. cõtra Scotũ. — Dion. sententia. — Obiectiones Scoti nullius vigoris sunt. — August.

QVAESTIO II.

De confirmatiõe bonorum angelorum.

Secundò quæritur, *Angeli sancti ita sunt in gratia confirmati, ut peccare non valeant, & tamen in ipsis vere permaneat liberum arbitrium.* ¶Et quod non eisdem potest rationibus persuaderi, quibus in præhabita argumẽtatum est quæstione, quod in dęmonibus libertas arbitrij non sit inflexibiliter determinata, ac versa ad malum: præsertim quia secũdum philosophum potentiæ rationales sunt ad oppositа, liberum autem arbitrium est rationalis potentia, cum sit rationis, ac voluntatis facultas. Insuper sicut rationale non fit irrationale, nec temporale eternum; sic liberum arbitrium ex sua natura mobile, & ad vtrumq; opositorum flexibile, non videtur posse fieri immobile, & inflexibile in vno illorũ, Iterum, in Ecclesiastico scriptũ est: Qui potuit trãsgredi, & non est transgressus, ergo agere bona cum potentia agendi iniqua, est præcipuè commendandum. Hoc igitur potissimè cõuenit angelis sanctis.

Eccle. 31.

¶In contrarium sunt, quæ habentur in litera, & quod æterna securitas, immobilisq; constantia ad beatitudinem spectant.

In oppositum.

¶Ad hoc Thomas respondet: Quemadmodum Deus ex sua habet natura, q̃ peccare, non potest sic angelus, & omnes beati hoc habent ex gratia confirmationis. Principium namq;, & causa mutabilitatis rei, est potentialitas ejus; nec defectus esse potest in re nisi per potentiam incompletam, seu passiuã, Id ergo cui nil admiscetur de tali potentia, nec mutari potest, neque deficere. Illud verò cuius natura commiscetur illa potẽtia; quæ tamen tota per actũ completur: potest quidem quantum in se est, deficere, & mutari, secundum quod suum esse, & complementum non habet nisi ab alio, sed ratione perfectæ receptionis, seu actuationis, quæ nihil potentiæ imperfectum relinquit, immobilitatem indeficientiamq; sortitur, cuius exemplum in naturalibus, & intellectualibus patet. In naturalibus namq; quibusdam potentia naturalis ad esse omnino completa est per suum actum, sicut in angelis, corporibus quoque cælestibus, quæ susceptiua non sunt alterius esse, aut formæ. Vndè immunes sunt à priuatione,

Thomas respondet.

tione, & per consequens à corruptione. In intellectualibus etiam cum peruenitur ad primum principium per se naturaliter cognitum, terminatur potentialitas rationis ad consensum vnius partis cum impossibilitate alterius. Conformiter est de voluntate angeli beati, ad quam ita se habet lumen gratiæ, seu gloriæ, ac virtus, sicut forma, vel actus in naturalibus; & finis vltimus, sicut primum principiũ in speculatiuis. Cumque per lumen gloriæ coniungantur perfectè vltimo fini, per plenam fruitionem, bonitati illius toti affecti, in contrarium non queunt deflecti. Hæc Thomas in Scripto.

Idẽ Tho.

¶Porrò in prima parte Sũmæ, quæstione 62. Angeli, inquit, peccare non possunt, cuius ratio est: quia eorum beatitudo consistit in hoc, quòd Deum per essentiam vident. Essentia autem Dei est essentia bonitatis pura, & infinita. Hinc angelus Deum clarè per speciem videns, ita se habet ad Deum, sicut se habet quicunque non videns Deum, ad rationem boni communem. Impossibile autem est, quod aliquis attendentes ad bonum, velit à bono diuertere inquantum huiusmodi. Angelus ergo beatus nõ potest velle, vel agere nisi bonum: sic verò volens, aut agens, non potest peccare. Hęc in Summa.

Idem.

¶In Summa item contra gentiles multipliciter ꝓbat, quòd de ratione beatitudinis sit æterna securitas. inauertibilis vnio, & contentatio plena, cum beatitudo sit status omnium bonorum aggregatione perfectus. Idcirco beati peccare non possunt.

Petrus. Vtrũ cõfirmatio aut obstinatio minuat liberum arbitrium.

¶Consonat Petrus, qui etiã quærit hic. Vtrum cõfirmatio, aut obstinatio minuat liberum arbitrium. Respondet, duplex est libertas arbitrij. quædam essentialis, quę est à seruitute coactionis: quædam accidentalis, quæ est à seruitute culpæ, atque miseriæ. Quo ad primam, æquè liberum est arbitrium angelorum, ac dæmonum ante ruinam, & post. Quo ad secundam, liberiùs est in bonis, & minus libeeum in malis. Hæc Petrus.

Richardus.

¶Richardus quoq; concordat responsioni Thomæ in Summa, camq; clariùs ponens: Principalis, ait, ratio quare angeli non queunt peccare, est: sicut volũtas nihil potest eligere nisi sub ratione boni, secundum beatum Dionysium quarto capitulo de diuinis nominibus, sic nihil potest respuere, nisi sub ratione mali, seu carentiæ alicuius boni. & quoniam angeli boni Deum videntes, nihil in ipso sub ratione mali apprehendere valent, & quicquid in creatura potest considerari, aut desiderari, in Deo, in infinitum eminentiùs, perfectiùsq; conspiciunt, quamuis non secundum eandem rationem. ideo nihil possunt diligere nisi ipsum, aut propter ipsum. & hãc rationem tangit Anselmus libro de casu diaboli, dicens: Angeli à Deo sunt prouecti, & tantum bonum adepti, vt non videant, quid amplius velle possint. Isidorus quoque libro primo de summo bono fatetur. Quamuis angeli mutabiles sint natura; non tamen sinit eos contemplatio mutari diuina. Hæc Richardus.

S. Dion. — Anselmus — Isidorus.

Albertus.

¶Albertum demum his consonat: Confirmatio, inquiens, angelorum est ex duobus, videlicet ex dono perseuerantiæ datæ eis secundum actum à Deo, & ex immobilitate honestatis secundum voluntatem eorum, quę immobilitas causatur ex hoc, quòd voluntas ipsorum coniuncta est vltimo fini: propter quod in his, quæ sunt ad finem mutabilibus, atque mobilibus, amplius non patientur mutabilitatem. Hinc ista necessitas non est coactionis, sed immobilis honestatis ex consecutione vltimi finis, cum additione doni perseuerantiæ. Quod verò Augustinus, ait in libro de ciuitate Dei contra Tullium, quicquid est ex voluntate, non est ex necessitate, intelligitur de voluntate progrediente ad finem, per mutabilia ad finem illum ordinata. Hæc Albertus.

August.

Vdalric⁹.

¶Cõcordat Vdalricus libro quarto Summæ suæ: Assiduitas, dicens, ministerij angelorum causatur ex confirmatione eorum in conditoris amore, quo nihil possunt velle, nisi diuinæ gloriæ incrementũ. Est quippe cõfirmatio bonorũ angelorum ad hoc, quòd non possunt voluntatem habere malam, sed semper volunt bonum, & bene: aut si nolunt malum, hoc nolunt bene: quia confirmant omnino voluntatem suam iustissimæ voluntati diuinæ: & hoc non posse peccare, non est impotentia, sed grandis potentia, cum habeatur, ac sit per accessum ad perfectionem omnipotentiæ diuinæ: quia hoc habet creatura per gratiam, quod Deus per naturam. Vnde cum perfectio potentiæ non sit minoratio suæ naturæ, uel alicuius suæ conditionis naturalis, patet quod voluntas, seu arbitrij libertas per hoc in angelis magis est aucta, quàm diminuta. Denique substantiam huius confirmationis Augustinus in Enchiridio, atque Hieronymus in tractatu de filio prodigo, Isidorus quoque, dicunt esse gratiam. Decimo verò confessionum testatur causam huius cõfirmationis esse gloriam sempiternam, dicendo: Delectatione felicissimæ contemplationis diuinæ, suam cohibent mutabilitatem, & vtrunque est verum. Cum enim secundum Tullium, habitus virtutis naturalis sit operatiuus per modum naturæ, quę inclinat tantum ad vnum, & quasi immobilitat ad oppositum, multo plus conuenit hoc gratiæ, virtutibusq; formatis per gratiam, quæ sunt habitus diuini, & superessentiales, quod & maximè verum est de charitate, quæ secundum diuinum Dionysiũ extasim facit, id est, transpositionem in amatum, & est vinculum perfectionis, perfectè vinciens, ac vniens nos cũ Deo. Hoc autem imperfectè habẽt habitus isti modo in uia, propter imperfectionẽ subiecti in statu viæ, secundũ cuius subiecti proportionẽ, extat perfectio habituum in præsenti. Cũq; id, quod ex parte est, euacuandum sit adueniente illo, quod perfectum est, tunc habitus isti inclinabunt perfectos cum immobilitate ad actus suos, cum impossibilitate ad oppositum: quemadmodũ beatissima virgo Maria, mater Dei, consecrata fuit, & sanctificata post cõceptionem filij Dei: & charitas semper actualiter transponet, & transferet amantẽ in amatum, puta in Deum, vt impleatur præceptum charitatis cum modo diligendi ex toto corde, totaq; anima, &c. Hæc Vdalricus, qui cõsequenter nititur improbare rationem confirmationis angelorum, assignatam à Thoma. Beatitudo, ait, confirmat eos non propter hoc, quòd implẽdo totam potentiam appetitus, immobilem enm reddat, vt aliqui dicũt: quemadmodum forma cœli totam potentiam materiæ incorruptibilem eam facit. Beati etenim appetunt multa, quæ sunt extra essentialem beatitudinem suam, suorum scilicet corporum glorificationem, sanctorum multiplicationem, & consimilia: sed potius propter hoc, quod mobile coniunctum perfecto motori, sua virtute vincat non solum ipsum mobile, id est, seipsum, sed etiam omne aliud mouens, & nihil in se aliud habens à virtute motiua, necessariò moueretur secundum virtutem illius motoris, sed in patria per actum fruitionis intellectus, & appetitus perfectè vniti sunt summo bono, quod est veritas prima, habens virtutem mouendi

August. Hierony. Isidorus. — 1 Cor. 13. — Nota de beata uirgine. — Idẽ Vdal.

di affectum, & intellectum ad desiderium sui: quæ virtus uincit oẽm affectum, & intellectum, & nihil aliud habet in se, rõne cuius posint intellectus, & affectus non moueri ad ipsum: ideo intellectus semper necessariò mouet ad contemplationem primæ ueritatis: & si mouet in aliud, hoc est sub rõne huius veritatis relucentis in illo. Affectus quoq; semp necessariò mouetur ad summum bonum per fruitionẽ & si in aliquid aliud mouetur, hoc est inquantum in illo est aliqua participatio huius boni: & hęc rõ, ac præcedens cõiter concludunt confirmationẽ angelorum, ac hoĩm beatorum, hoc dempto, ꝙ in hoĩe duplex est appetitus, quorum unus est sensitiuus, qui non mouetur directè, & immediatè a summo bono. Vnde uideri poset, ꝙ ſm ipsum posit homo beatus moueri ad malum, sed hoc non est verum: qm̃ pars sensitiua, quæ nunc solum aliqualiter participat, rõne in patria totaliter conuertetur ad rõnem, accipiens ab ea per redundantiam obiectũ suæ perfectionis, & non a corpore. Ideo summum bonum per redundantiam eandem perceptum ab appetitu sensitiuo, necessariò, & immobiliter mouet ipsum ad suum desiderium, & retrahit ab omni delectabili secundum corpus Hæc Vdalricus.

Duplex appetitus in homine.

Thomę rõ magis conueniens.

¶Quo circa vr̃, ꝙ uerbis istis Vdalrici non obstãtibus, rõ illa Thomæ sit conueniens, & subtilis. Increatum enim obiectum implet totam potentiam, seu uirtutem appetitus creati, quãtum ad id, in quo beatitudo essentialiter est consistens, cuius respectu & cõparatione oẽ aliud, in quo accidentalis consistit felicitas, est uelut arena exigua, & etiam uirtualiter, ac supereminenter continetur in summo bono, nec propriè appetit extra illud, sed in illo, & ſm illud: hoc est, intuitu, & amore ipsius, & ſm uoluntatem eius, atq; per relationem ad ipsum.

Idẽ Vdalricus.

¶Ampliùs, quod scribit Vdalricus, ꝙ summum bonum mouet appetitum sensitiuum per redundãtiam ita ad se. ꝙ retrahit eum ab omni delectabili secundum corpus, non uidetur omnifariè verum: quia nõ retrahit uires sensitiuas, & cognitiuas, & appetitiuas ab intuitu, & amore creaturarum quarundam, quæ & exteriores, interioresq; sensus, imò, & appetitum sensitiuum oblectant, sicut potissimè sunt Christi humanitas, & gloriosissima uirgo. Probabile etiam est, quòd in regno illo superno erit laus Dei uocalis, atq; (ut puto) suauissimus glorificatorum corporum odor. Veruntamen summum bonum sic retrahit sensitiuam partem ab his, quod non delectabitur in eis carnaliter, neq; inordinatè, sed ordinatissimè: sensibiliter tñ, ac multo intẽsiùs, q̃ nunc in quocunq; obiecto sensibili ualeat delectari, sicut & tunc maior erit uiuacitas virium sensitiuarum, & disposito multo melior earundem.

Bonauent.

¶Præterea de præhabitis Bonauentura scribit diffusè. Nempè ad istud, Vtrum in dæmonibus sit malæ uoluntatis continuatio, respondet: Contingit de mala uoluntate loqui tripliciter. Primò, quãtum ad eius deformitatem, & ista iugiter manet diabolus. Secundò, quantum ad pronitatem, sic quoque est in dæmonibus prauæ continuatio uoluntatis. Tertiò, quantum ad actuationem ipsius. & sic etiam est in diabolo uoluntatis iniquæ continuatio, quantum ad aliquem actum peccandi: sed non semper, quo ad actum eundem, nec quo ad idem genus peccati: quia nunc per superbiam, nũc per inuidiam peccat, &c.

An in dęmonibus sit malęvoluntatis intensio, triplex opinio.

¶Insuper ad istud, Vtrum in dæmonibus sit malæ uoluntatis intensio, seu augmentum: respõdet, De hoc est triplex opinio: Vna, quòd sicut in angelis sanctis non fuit profectus, seu meritum, nisi vsque ad terminum primæ electionis, ita quòd bonitas eorum ampliùs non creuit in se, sed solum in effectibus suis circa homnines: sic dæmonum uolũtas in prima eorum electione sit in termino posita, nec de cætero in se ampliùs deprauata, sed in effectibus suis tantum: qm̃ plura mala ex æquali efficit impia voluntate. Cumq; supplicium non solum respiciat intentionem uoluntatis, sed etiam actum, ideo grauiùs punitur diabolus ex his, quæ cõmittit. 1
Secunda opinio est, ꝙ diabolus assiduè in malitia crescit: quia continuè peccat, & nouas nocendi excogitat uias. 2
Tertia est, quod in diabolo crescit malitia voluntatis, quantum ad vim ministratiuam, qua conuertitur ad hominem, non quantum ad vim contemplatiuam, qua a Deo simpliciter est auersus: quæ etiam non habuit tempus, seu statum merendi, nisi usque ad primam suam electionem inclusiuè: administratiuæ: uerò uirtuti, quia concernit homines, præfixum est tempus merendi usq; ad diem iudicij. 3

Vtrum cõfirmatio mutet liberum arbitrium.

¶Porro ad istud, utrum confirmatio, aut obstinatio mutet liberum arbitrium, respõdet, quòd mutat illud non quantum ad suam substantiã, sed quantum ad statum: uel sic, non mutat illud quantum ad esse, sed quantum ad modum essendi.

Alia q̃stio.

¶Ad istud quoq;. Vtrum obstinatio auferat dæmonibus liberi arbitrij usum, respondet: Vsus, ꝓut nunc sufficit, dupliciter sumitur. Vno modo pro actu elicito a potentia, & ita est liberè uelle siue eligere. sicq; in dæmonibus monet: quoniam liberè uolunt, quod uolunt Secundò, pro actu a potentia elicito ad rectum, seu debitum finem, & ita in illis non mansit.

Alia.

¶Adhuc quærit hic doctor, vtrum confirmatio, vel obstinatio minuat libertatis dominium. Respondet, duplex est dominium. Vnum, quod opponitur coactioni, alterum, quod opponitur subiectioni. Primum dominium est libero arbitrio essentiale, quia simpliciter, & absolutè cogi non potest: ideo nec confirmatione augetur, nec obstinatione minuitur, secundum beatum Bernardum libro de libero arbitrio. Dominium autem libertatis oppositum subiectioni, seu seruituti, in prauis, & damnatis depressum est, & minutum, utpote uitijs, miserijq; subiectum, & ita est obstinatione minoratum. In beatis uerò per confirmationem est auctũ, in omnibus tamem omnipotenti subiectum. Hæc Bonauentura.

Bernardus

Alexãder.

¶Circa inducta mouet doctor irrefragabilis plurimas qõnes, in quarum solutione satis concordat prædictis, præsertim nunc tactis ex Bonauentura. Asserit quoq;, quòd dæmones, nec ante peccatum, nec postea habuerunt fidem propriè dictam, qua sit visio specularis, sed habuerunt quandam credulitatem ex Dei, seu Christi operibus sumptam, quæ est cognitio acquisita; & de illa credulitate exponit auctoritates, quæ fidem asscribunt dæmonibus. Ad id demum, quod quæritur, An dæmones uelint Deum non esse, absolutè, & bene respondet, quòd deliberata voluntate odio Dei repleta, uellent Deum non esse: ad quod allegat Augustinum, Innocentiũ quoque papam, in libro de miseria conditionis humanæ id contestantem. Ad hanc autem quæstionem, vtrum diabolus habeat spem planè: respondet qđ non, imò certus est de sua damnatione.

Quæstio. — Vtrũ diabolus habeat spem

An dęmones velint se nõ esse.

¶Quærit item, An dęmones velint se nõ esse: quo circa responsionẽ recitat aliorum, dicẽdo: Secundũ quosdã synderesis in dæmonibus extincta est tribus modis.

modis. Primò, quia nec promouet, nec promouere pōt eos ad bonum. Secundò, quia ex superbia uolunt agere cōtra Deum: quamuis sciant inde acriùs se puniri. Tertiò: qm̄ potius uolunt se esse, q̄ nō esse, ut pugnent aduersus creatorem, quod & ex magna eorum præsumptione, ac dominandi libidine pōt procedere: homines autem damnati mallēt nō esse. Paruulis uero in limbo meliùs est sic esse, q̄ nō esse: qm̄ nullam actualem habent pœnam. Postremò quærit, An dæmones nunc quantum puniātur, quantum post diem iudicij. Ad quod respondet, qd̄ non, & addit, quod malitia dæmonum intenditur, seu augetur, ita, q̄ in malitia crescunt, & deteriores fiunt peccando, quæ superaddunt. sicq; demerentur usq; ad diem iudicij. Hinc ait, quamuis a principio habeant uoluntatem faciendi quodcunq; malum: tn̄ actus additus uoluntati auget malitiā. Rursus, determinatè uolunt aliquod malum, quod ante non uoluerunt. Vnde non tantum augetur eorum malitia ex actu, imò etiam ex ipsa uoluntate: & sicut angeli boni quamuis confirmati in bono pn̄t mereri, sic dæmones quamuis obstinati in malis, pn̄t magis, magisq; demereri. Nec obstat, q̄ sunt in statu retributionis. Nam pn̄t esse in statu retributionis ex præcedenti peccato, & esse in statu demerendi rōne vlterioris tormenti. Hæc Alexander, qui in his a quibusdam præinductis dissentit.

Paruuli in limbo nullam pœnā habent actualem.

Durandus

¶ Porro Durandus: Hic, inquit, sunt duo uidenda. Primum, Vnde conueniat alicui, quod peccare non possit: secundum est, an illa causa reperiatur in beatis. Quantum ad primum, dico, q̄ ex hoc prouenit peccatum in electione, quod præcedit aliquis defectus in ratione: & ubi non potest esse defectus in ratione, nullo modo potest esse defectus in electione, quod patet tripliciter. Primò, quia uolūtas nunquam peccat nisi eligendo malum, aut respuēdo bonum, aut præferendo minùs bonum bono maiori: sed nullum istorum potest esse in uoluntate, nisi præcedente aliquo defectuum prætactorum in ratione. Voluntas enim nil eligit nisi sub ratione boni, nec refutat nisi secundum quod apparet malum: idcirco non potest uoluntas eligere malum, refutare uel bonum, nisi malum appareat bonum, aut bonum appareat malum, quorum utrunq; contingit ex rationis errore, seu inconsideratione. Secundò, patet hoc sic: sicut se habet habitus ad habitum, ita actus ad actum, sed impossibile est esse habitum aliquem uitiosum in voluntate cum perfecto habitu rationis practicæ. Prudentia namq; quæ est habitus rationis practicæ, coexigit cæteras uirtutes morales, quæ & connectuntur in ea, nec ipsa inest uitioso, secundum Philosophum. Ergo non potest in uoluntate esse actus aliquis uitiosus, nisi in ratione sit actus defectuosus. Tertiò, patet hoc, cum uoluntas sequatur practicam rationem, actus uoluntatis correspondent actibus practicę rationis. Actus autem rationis practicæ duplex est. Vnus respectu primorum, & uniuersalium principiorum operabilium, utpote, quod bonum est eligendum, malum uerò uitandum. Alius respectu particularium, quę deducuntur ex uniuersalibus illis principijs per deliberationem, atque consilium, similiter in uoluntate duo sunt actus, prædictis duobus actibus correspondentes. Vnus sequens uniuersale iudicium de agendis, alius deliberationem, & consilium sequens de aliquo particulari agibili. Ex his ita arguitur. Quemadmodum se habet primus actus uoluntatis ad primum actum intellectus, ita secundus ad secundum: sed primus actus uoluntatis non pōt esse

Philosop.

Actus rōnis practicę duplex est.

Argumentum.

uitiosus: qm̄ primus actus intellectus non pōt esse defectuosus: ergo secundus actus uoluntatis eligētis aliquid post consilium, & deliberationem, neq; uitiosus consistere, nisi secundus actus rationis, qui est deliberare, & consiliari, uitiosus existat secundum aliquem prædictorum defectuum. Ex quibus patet secundum, uidelicet quod beati non ualent peccare, cum in ipsis esse non possit rationis defectus, aut error. Hæc Durandus.

¶ Verum Henricus quodlibeto primo circa hoc aliter sentiens: Distinguendum est, inquit, de ignorātia rationis, & deordinatione voluntatis, prout fuerunt in primo homine ex primo peccato, & prout in nobis sunt. Nam primo modo absolutè dicendum, quòd deordinatio voluntatis fuit causa erroris in ratione. Nescientiam namque potuit primus homo habere ante peccatum, sicut & angelus non ignorantiam, cum ignorantia sit pœna peccati. Si uerò loquamur de his secundo modo, uidelicet, prout in nobis sunt, sciendum quod error, seu ignorantia rationis in nobis est duplex. Similiter deordinatio uoluntatis quædam est tantum pœnalis, quædam uitiosa. Pœnalis ignorantia est, quæ nobis inflicta est ex peccato originali duntaxat, & idem dicendum de deordinatione uoluntatis consecuta ex ignorantia illa. Culpabilis uerò ignorantia est ex negligentia nostra discendi, consimiliter deordinatio uolunratis concomitans. Vnde loquitur Augustinus: Non tibi imputatur ad culpam, quod ignoras inuitus, sed quod negligis quærere, quod ignoras. Nam illud, quod ignorans est quisq;, non rectè facit, & quod rectè facere volens non potest: ideo dicuntur peccata, quia de peccato illo liberę uoluntatis originem ducunt: in se autem non sunt peccata: qm̄ sicut ratio est ad capiēdum præceptum, ita uoluntas ad obseruandum. Ex quo autem incipit homo esse capax præcepti, incipit posse peccare. Duobus quoque modis peccat. Primò, non dando se ad accipiendum, seu cognoscendum præcepta: secundo, non implendo, cum nouerit, aut meritò nosceret. Itaque ignorantia rationis', & deordinatio uoluntatis, prout in nobis sunt solū pœnales, præcedunt liberi arbitrij usum: & possumus loqui de eis, ut sunt in habitu, aut in actu. Si primo modo, sic neutrum ab altero, sed ambo simul, ac naturaliter a parentibus primis contracta sunt. Si secundo modo, cum deordinatio illa uoluntatis naturalis sit, non deliberatiua, ex præuia apprehensione rationis deordinatæ non uenit: idcirco adhuc in paruulis est, si qua est deordinatio in uoluntate, uenit a rationis errore. Potest quoq; cum hoc venire ex passione. Verum deordinatio illa non dicitur liberi arbitrij, cum ut talis, sit in his, qui nondum habent liberi arbitrij usum. Statim namq; cum quis est capax præcepti, ad eius notitiam, obseruantiamq; tenetur: & mox uitiosæ redduntur ignorantia rationis, & deordinatio uoluntatis. Loquendo ergo de eis, ut in nobis sunt uitiosæ, distinguendum est de errore. Aut enim est error ex ignorantia scientiæ debitæ haberi, aut ex obnubilatione scientiæ habitæ. Si primo modo, iam error causatus est a deordinatione uoluntatis. Nempè cum ille culpabilis sit, & non habet ortum a culpa nisi a voluntate, ut dictum est, secundum Augustinum: necesse est causam illius culpæ præcedere ipsam uoluntatis deordinationem: & hoc dupliciter, in duplici modo erroris. Vno etenim modo est error ex carentia scientiæ debitæ inesse, quia uoluntas non mouet rationem ad studendum, & inquirendum

Henricus.

August.

Homo incipit capax esse p̄cepti, incipit posse peccare.

August.

rendum, ea quæ legis sunt, & de necessitate salutis. Alio modo, quia uoluntas non retrahit rationem a temerario studio, quo cadit in erroris excæcationem. estque vtroque modo uoluntatis deordinatio præcedens rationis errorem, ubi error voluntarius dici meretur: quia ut tertio libro de libero arbitrio loquitur Augustinus, Nulli homini ablatum est scire vtiliter quærere, quod inuitiliter ignoratur. Porro si error rationis sit ex obnubilatione scientiæ habitæ, quod contingit ex passionis feruore, de hoc est principaliter difficultas quæstionis istius, peccato incontinentis, qui peccat ex passione, de quo dubitatio est, an passio priùs inficiat uoluntatem prauo consensu, & illa mediante obnubilet rationem, ut in suo erret iudicio, uel econuerso, passio illa rationem primò obnubilet, ut erret, sicque deordinatio voluntatis secundum rationis errantis iudicium. Hæc Henricus. Qui de his scribit multum prolixè, duas recitans opiniones, quantum vna est, quod forma, seu species intellectus, qua concipitur cognitum sub ratione veri, determinat, atque specificat motum voluntatis, ita ut per consilium finito iudicio & conclusa sententia rationis de agendis, uoluntas mox ferur, & necessariò sequitur rationis dictamen, ut si apprehendatur bonum secundum communem rationem boni cuiusmodi est bonum beatificans, non potest uoluntas illud non uelle saltem in generali pro statu uitæ præsentis, in qua non apprehendimus naturam eius, nisi ex particularibus bonis. In futuro autem in particulari, quando videbimus eum sicuti est, tenentes istam opinionem, affirmant, quod ordinatio, & deordinatio voluntatis procedit ex ordinatione, & deordinatione rationis. Rationis autem deordinationem in incontinente, dicunt incipere a passione. Sed istud stare non potest: quoniam primus homo peccauit per uoluntatem, nullo præcedente errore in intellectu: imò contra determinatum iudicium rationis agendo, neque ex passione: & si tunc sic fuit, quando voluntas fortior fuit nōdum læsa, nec passioni subiecta, magis nunc ita est, quando voluntas debilior facta, difficiliùs tenet se in rectæ rationis sententia. Dicendum est igitur absolutè, & sana fide stante aliter dici non ualet, quòd omnis deordinatio per errorem in ratione, procedit causaliter ex deordinatione voluntatis per prauam affectionem, non econuerso: nisi occasionaliter, inquantum cognitio est præuia ad uoluntatem. Mon enim ordinatè cupimus, quæ per cognitionem non capimus. Idcirco, ut dicit Philosophus secundo Ethicorum, oportet nos habere circa delectabilia, sicut senes habebant se circa Helenam, dicentes: Fuge fuge, ne eius pulchritudine capiaris. sic; liberè potest agere homo contra certum iudicium rationis, ut tertio Ethicorum expresse testatur Philosophus: Videntur, inquiens, non idem, eligere optima, & opinari, sed opinari quidē meliùs. Propter malitiam verò eligere, quæ non oportet. Si autem præsit electioni opinio, aut sequatur, nihil differt. Opinio autem Socratis fuit, scientem non posse esse incontinentem, nec aliquem posse agere contra id, quod scit esse malum, contra quem docet Philosophus, qualiter scieus, uereq; iudicans in uniuersali, potest in particulari decipi passione, & vinci. Hæc Henricus.

1. Ioan. 3.

Arist.

Qualiter uersari nos oportet circa delectabilia.

Socratis opinio.

¶ De hac materia superiùs introducta sunt aliqua in his, quæ de casu angelorum prolata sunt, vbi ostensum est, qualiter culpam uoluntatis eorum præcesit inconsideratio aliqua intellectus: quæ tamen in se, & secundum se non fuit secundū præallegatos culpabilis: infra quoque inde tangetur in his, quæ de primorum transgressione parentum dicentur, & per hoc Henrici soluitur argumentum. Ad obiecta dicendum, quod rationalis potentia est oppositorum, quantum ad ea, quæ cadunt sub electione, quorum propriè est liberum arbitrium. Electio autem non est de fine, sed de medijs ad illum: & hæc non eliguntur nisi secundum regulam finis, quæ est in æstimatione. Ideo circa finem non potest voluntas contrariè se habere, cū nemo posset effectare miseriam, neque malum, ut tale, imò naturaliter appetit bonum, atque beatitudinem: ad quam tamen assequendam diuersi diuersas eligunt vias, secundum quod per illa æstimant se posse beatitudinem consequi. Hinc potest esse error in electione eorum, quæ sunt ad finem. Vnde apud illos quorum est indeficienter recta æstimatio de fine, & vniuersali, & particulari, ut apud beatos, impossibile est esse uoluntatem alicuius eorum, quæ a fine deordinant. Attamen possunt nelle hoc, aut illud, quorum neutrum a fine deordinant, sicq; saluatur in eis proprietas rationalis potestatis, ac libertatis, inquantum possunt hoc facere & non facere, quamuis non possint in ista opposita bonum, & malum. Denique quamuis libero arbitrio ex sua natura competat quædam mobilitas: non tamen est inconueniens, quòd per gratiam eleuetur ad sublimiorem proprietatem, ita quòd immobilitetur in bono, & ultimo fine, cum & præfato modo perseueret in eo libertas. Sic quoque teste Apostolo, mortale corpus, & homo passibiles induet immortalitatem, & impassibilitatem finaliter. Ampliùs, voluntas beatorum non sic determinatur ad vnum, quin possit hoc facere, & non facere, seu hoc, aut illud peragere, nisi in actibus coniungentibus fini: nec inde consequitur, quòd possit peccare: quoniam posse peccare est impotentiæ, defectuositatis, atq; miseriæ: & quanto plùs quis potest, quod sibi non expedit, neq; laudabile est, tanto miserior, impotentiorq; probatur, ut & Anselmus fatetur. Postremò, posse transgredi, & non trangredi, commendabile est pro statu uiatorū, non quod posse transgredi sit laudandum, sed quia laudabile est potentiam illam a malo compescere, & ad bonum conuertere.

Ad obiecta solutio

1 Cor. 15.

Anselmus

QVAESTIO III.

Tertiò quæritur, *An dæmones sint acuti scientijs, ita quòd in ipsis sit triplex scientia.* ¶ Videtur, quòd non. ¶ Primò: quoniam sicut uoluntas eorum est per malitiam deprauata, ita eorum intellectus est multis, ac magnis uitijs obscuratus.

Argustur primo.

¶ Secundò, quo in aliquo est maior passionum multus, eo obscuratio maior, & minùs de intelligētiæ luce. Passiones namq; excæcant mentem, præsertim improbus sui amor, odium Dei. Hæc autem in dæmonibus præabundant, in quibus etiam teste diuino Dionysio, est amens furor, irrationalis concupiscentia, & phantasia proterua.

2

S. Dion.

¶ Tertiò, tormentorum acerbitas retrahit mentem a consideratione acuta. Siquidem vehemens occupatio, & intentio circa unum, impedit, atq; dirimit attentionem circa aliud: sed iuxta præhabita in dæmonibus acerbissima sunt tormenta, etiā acerbiora, q̄ in animabus damnatis, ergo non viget considerationibus intellectus.

3

 ¶ Quartò,

4 Eccl 10. ¶ Quartò, in Eccleſiaſte legitur: Quodcunq; ue poteſt manus tua, inſtáter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia, ſunt apud inferos. Per inferos autem intelliguntur damnati, de quorum numero ſunt dæmones, qui & infernum ſuum, id eſt, ignem tartareum ubique deferunt ſecum, ergo omni carent ſcientia.

5 Pſal. 103. ¶ Quintò, illud in Pſalmo, Draco eſt quem formaſti ad illudendum ei, a ſanctis exponitur de diabolo, cui a fidelibus faciliter, ac frequenter illuditur, dum eius tentamenta deuincunt: ergo uidetur rudis, & inconſideratus in ſuis congreſsibus, non peritus.

6 S. Dion. ¶ Sextò, illuminatio præſupponit purgationem, ut ſanctus Dionyſius tradit. Cum ergo immundi ſpiritus in ſordibus ſuis iugiter perſeuerent, non uidentur aliquam habere ſcientiam ex illuminationibus angelorum, ut in litera tangitur.

7 ¶ Septimò, proficere in ſcientia per temporis diuturnitatem, & experientiam, conuenit his, qui ex ſenſitiua notitia ad intellectualem conſcendunt. Dæmones autem cum ſint incorporales, ita nó creſcunt notitia.

In oppoſitum. ¶ In oppoſitum ſunt, quæ in textu ſcribuntur, præſertim, quòd ſecundum magnum Dionyſium naturalia in dæmonibus integra, ac ſplendidiſsima permaſerunt, inter quæ perſpicacitas intelligentiæ computatur.

Alexãder. Duplex cognitio Dei. ¶ Circa hæc Alexander multa quærit. Primò, An dęmones ſint priuati notitia Dei. Reſpondet, Duplex eſt cognitio Dei. Vna. Vna per hoc, quod eſt lumen incommutabile, in quo cognoſcũtur cauſæ cardinales, ſeu principales, & quo illuminantur corda piorum. Hac cognitione priuati ſunt dæmones. Alia. Alia eſt cognitio Dei per temporales effectus uirtutis diuinæ, quæ ſunt ſigna, atque ueſtigia ad cognitionem creatoris, ſeu redemptoris ducentia, & hanc dæmones habent. Eſt quoque quædam cognitio Dei per effectus ſuæ iuſtitiæ, & ita cognoſcunt Deum, ut iudicem ſuum. Hinc in libro nono de Auguſt. Ciuitate loquitur Auguſtinus: Innotuit Chriſtus dæmonibus non per id, quod eſt uita æterna, & lumen incommutabile, quod illuminat pios, ſed per temporalia quædam effecta, & occultiſsima ſigna præſentiæ, quæ angelicis ſenſibus malignorum ſpirituum potius, ꝙ infirmitati humanę poſſunt eſſe conſpicua. Et rurſus ibidem: Dæmones non æternas temporum cauſas in Dei ſapientia contemplantur, ſed quorundam nobis occultorum ſigna maiore experientia multo plura, ꝙ homines noſcunt. Hæc Alexander.

Auctoris ſententia. ¶ Quo circa dicendum, quòd dæmones naturali cognitione ab exordio Deum cognouerunt eſſe vitam æternam, & increatam, atq; incommutabile lumen, quod & Philoſophis patuit. Cognoſcũt etiam Deum naturali notitia non ſolum per effectus eius temporales, ſed item per ſpirituales cęleſtes, & immateriales eius effectus, per opera etiam ſuæ pietatis immenſæ, per quam electos angelos uiderunt ſtetiſſe, & gloriam impetraſſe, ac multis hominibus clementer eſſe ſubuentum. Sed ideo dicuntur Deum non cognouiſſe per hoc, quod eſt æternum, & incommutabile lumen, uitaque æternalis: quia priuati ſunt ſuis demeritis cognitione gratiæ, & gloriæ, & omni formata, ac ſalutari notitia.

Quæſtio. ¶ Secundo quærit Alexander, qualiter verum ſit, quod in libro de gradibus humilitatis ſcribit Bernardus: Puto per aquilonem, reprobandos homines eſſe deſignatos: & per ſedem, poteſtatem in illos, quos utique lucifer in præſentia Dei, quanto cęteris perſpicacior præuidens nullo ſapiẽtiæ radio coruſcantes, nullo ſpiritus amore feruẽtes, uelut uacuum repereris locum, affectaſti ſuper illos dominium.

Reſponſio ¶ Ad hoc Alexander reſpondet: Si aliquam habuit angelus ille cognitionem de rebus in præſentia Dei, quantum ad primum ſuum ſtatum, non credo, quòd modo habeat illum modum cognitionis: ſed quod poſt caſum cognoſcit, a parte cognoſcit inferiori, uidelicet ex creatis. Qualis autem fuerit illa cognitio, non plenè uideo ex ſcripturis. Vnde ſi illa cognitio aliqua fuit, fuit naturæ primitus inſtitutæ. Et quamuis naturam habeat adhuc eandem: non tamen cum omni modo cognoſcendi eodem. Tunc quippè cognoſcere potuit a parte ſuperiori, & inferiori, nunc autem ita conuerſa eſt cognitio, ut principium cognoſcendi ſit tantum a parte inferiori, & priuetur modo ſuperiori. De hac autem auctoritate ſancti Bernardi etiam ſupra facta mentio.

Quæſtio. ¶ Tertiò quærit hic doctor, An dæmones cognouerunt myſterium ſapientię Dei de incarnatione, aduentuque Chriſti eſſe impletum: hoc eſt, ipſum filium Dei ueniſſe in carne. Videtur quòd non, per illud Apoſtoli: Si cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent, id eſt, ad crucifigendum inſtigaſſent. 1. Cor. 2. Ad hoc reſpondet, quòd certitudinaliter non cognouerunt hoc, ſed potius ex coniecturis, & ſuſpicione: uel ſi certitudinaliter hoc nouerunt, hoc fuit ex potentia ſignorum ipſius: non tamen ſciuerunt ſe morte Chriſti vincendos, atq; eijciendos. Hęc Alexander. Reſponſio

¶ Veruntamen ad iſtud poſſet ex dictis Auguſtini, & aliorum plenius reſponderi, ſicut, & ſuper tertium, Deo reſpondebitur concedente.

An dęmones noſcãt uirtutes. ¶ Inſuper quærit, An cognoſcant uirtutes. Reſpondet, Cognoſcere uirtutes multipliciter accidit. Eſt enim cognitio quædam uirtutis per ſuam eſſentiam, quædam per ſuos effectus, quędam per eius ſpeciem, & quædam per eius priuationem. Cognoſcunt ergo uirtutes per earum priuationem, & effectum, non per earum ſpeciem, atq; eſſentiam.

Alia q̃ſtio ¶ Amplius quærit, An priuati ſint cognitione rerum in proprio genere. Reſpondet, duplex eſt cognitio rerum in proprio genere. Vna, quæ data fuit angelis a principio, dum res in proprijs generibus fuerunt creatæ. Alia, quæ augetur per experiẽtiam temporum. Prima iterum duplex eſt: Vna naturalis, ſeu cum natura primitus inſtituta, altera uerò ex gratia. Cognitio autem ueſpertina dicitur illa, quę eſt cognitio rerum in proprio genere ex gratia: ſicque angeli boni habuerunt notitiam rerum in proprio genere, ſed & tertio modo, puta ꝑ experientiam tẽporum. Vnde dicit Iſidorus, quòd dęmones triplici vigent ſcientia: Vna, ex ſubtilitate ſuę naturę: alia, longitudine, & experientia temporum: tertia, ex reuelatione angelorum ſanctorũ. Hęc Alexander. Iſidorus.

Bonauent. ¶ Bonauentura quoq; hic ſciſcitat̃, Vtrum in dęmonib⁹ deceptio cadat, aut error. Rñdet, Deceptio, ſeu error venit ex deuiatione, ſeu deordinatione iudicij. Iudiciũ aũt duplex eſt in quolibet rõcinãte. Iudicium duplex eſt in ratiocinante. Vnũ cognoſcendorũ ſub rõne ueri, aliud agẽdorum ſub rõne boni. Primum eſt intellectus ſpeculatiui, nec ad liberum arbitrium pertinet. Secũdũ eſt intellectus practici, & eſt pars liberi arbitrij. Primum

mum iudicium quamuis in dæmonibus permaneat integrum, quantum ad ſubſtantiam potentiæ, eſt tamẽ per culpam aliquo modo obnubilatum: quoniam erant frequenter iudicando de multis, & decipiuntur in multis, præſertim de contingentibus iudicando. Aliud verò iudicium eſt in eis omnino ſubuerſum, & quantum ad hoc, excæcati ſunt angeli mali, ſicut quantum ad affectum ſunt obſtinati, & propter iſtius ſubuerſionem iudicij, dicuntur tenebra facti, & in reprobum ſenſum dati.

Bonauent. ¶ Quærit etiam idem doctor, Vtrum in dæmonibus cadat obliuio circa præterita. Reſpondet, Actus memoriæ accipi poteſt per modum habitus, ut ſpeciem rei cognitæ retinere, & dicitur eſſe hic actus per modum habitus: quia continuè retinet, magiſque notet ſtatum, ſeu conuerſationem, quàm actionem. Alius actus memoriæ eſt actualiter recordari. Primus actus eſt naturalis, nec ſubeſt uoluntati, nec penes ipſum attenditur meritum ſiue demeritum. Secundus uerò actus memorię poteſt ordinari ad bonum, & item ad malum, & ſecundum hunc duplicem modum, diſtinguendum eſt de obliuione. Nam ſi dicatur obliuio per oppoſitum ad ſpeciei tentionem, ſic eſt deletio ſpeciei a memoria, nec conuenit dæmonibus. Si uerò dicatur per oppoſitum ad recordationem, ſic dicit inhabilitationem ad actum reminiſcendi: quod poteſt eſſe bonum, ut dum obliuiſcimur malorum, quæ nobis illata ſunt. Poteſt etiam eſſe malum, ut dum obliuiſcimur utilium ad ſalutem, & ſic cadit, ac cecidit in dæmonibus grandis obliuio: quia obliti ſunt ſuæ ſalutis, beneficiorumque creatoris: ac malis iugiter, ac memoriter intendendo, fiunt inhabiles ad recordationem bonorum. Hæç Bonauentura.

Thomas. ¶ At uerò Thomas ad quæſtionem motam reſpondens: Cum, inquit, peccatum non tollat naturam, ſed tantum diminuat habilitatem ad bonum ſecundum quod facit magis diſtare a gratia, oportet in dæmonibus lumen intellectuale perſpicuum remanere, cum ſint intellectualis naturæ. Cognitio autem eorum de rebus eſt duplex: quædam, ſunt enim, quorum cognitio per cauſas naturales, aut ſigna haberi non poteſt, & talia non cognoſcunt niſi ſupernorum reuelatione ſpirituum. Alia ſunt, quorum cognitio naturaliter poteſt haberi, & hoc dupliciter: Primò, per cauſas determinatas ad naturales effectus, & talia noſcunt ſubtilitate ſuæ naturæ, inquantum in eis reſplendent ſimilitudines uniuerſi totius: uel per aliqua ſigna, ex quibus, ut in pluribus poteſt haberi cognitio alicuius, quemadmodum medici prænoſticant de ſanitate, & morte: & talia dæmones noſcunt per experientiam temporum, ſecundum quod talibus ſignis pluries concurrerunt tales effectus. Reuelatio demum, quæ fit dæmonibus ab angelis ſanctis, non requirit in dæmonibus puritatem uirtutis, & gratiæ, quia non fit per modum illuminationis: ita quòd intellectuale lumen dæmonis uigoretur per applicationem claritatis angelici luminis: ſed per modum locutionis, ita, quòd ſibi exponuntur cognoſcibilia quædam per modum, quo prius non exponebantur. Rurſus, quamuis in dæmonibus non ſit ſenſitiua cognitio, propter quod a rebus cognitionem non capiunt: acuitur tamen eorum ſcientia longitudine temporum: quia per ſpecies rerum, quas habent innatas, cognoſcunt res, & quæ in eis ſunt quando cauſa determinatur ad effectum: ſed antequam ad effectum determinatur cauſa contingens, præſertim ad utrumlibet. non eſt in ea determinatè effectus eius. Idcirco non poteſt in ea cognoſci, qui tamen cognita ipſa cauſa cognoſcitur, quando iam ad effectum eſt determinata. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Præterea in prima parte, quæſtione ſexageſimaquarta: Duplex eſt, ait, cognitio ueritatis. Idẽ Tho. Vna, quę habetur per gratiam, alia per naturam. Et illa per gratiam duplex eſt. Vna tantum ſpeculatiua, ut dum alicui quædam diuina reuelantur ſecreta. Alia affectiua, charitatem inflammans, quæ ad donum ſapientiæ propriè pertinet. Harum trium cogitationum prima in dæmonibus nec ablata eſt, nec diminuta. conſequitur enim naturam angeli, qui ſecundum ſuam naturam eſt quidam intellectus, ſeu mens: & propter ſuæ ſimplicitatem ſubſtantiæ, a natura eius nil abſtrahi poteſt, ut ſic per abſtractionem naturalium puniatur, quemadmodum homo puniri poteſt ſubſtractione manus, aut pedis. Cognitio quoque per gratiam in ſpeculatione conſiſtens, non eſt totaliter eis ablata, ſed minorata: quoniam de ſecretis diuinis tantum eis reuelatur, ſicut oportet per angelos, aut per quædam diuinæ uirtutis affecta, ut nono de ciuitate Dei aſſerit Auguſtinus: Auguſt. non autem ſicut angelis ſanctis, quibus plura, ac clarius reuelantur in uerbo, aut per angelos ſuperiores. Tertia autem cognitione ſunt omnino priuati, ſicut & charitate. Cognoſcunt etiam quædam per experientiam diuturnam, non quaſi a ſenſu accipientes, ſed dum in rebus ſingularibus adimpletur ſimilitudine ſpeciei intelligibilis eis concreatæ: aliqua quoque noſcunt præſentia, quæ non præcognouerunt futura, ut de præcognitione, & ſcientia angelorum dictum eſt ſupra. Myſterium demum regni Dei, quod per Chriſtum impletum eſt, omnes angeli a principio aliquo modo nouerunt, maximè ex quo beatificati ſunt uiſione uerbi æterni, quam dæmones nunquam habuerunt: non tamen cuncti angeli hoc nouerunt perfectè neque æqualiter. Hinc dęmones Chriſto exiſtente in mundo, multo minus, quàm angeli myſterium incarnationis cognouerant. Auguſt. Non enim innotuit eis (ut Auguſtinus diſſeruit) ſicut angelis Dei, qui participata uerbi ęternitate fruuntur: ſed ſicut eis terrendis innoteſcendum fuit per quędam temporalia geſta. Si autem perfectè nouiſſent ipſum eſſe filium Dei, & effectum paſsionis ipſius, nunquam dominum gloriæ crucifigi procuraſſent. Hæc Thomas in Summa. 1. Cor. 2.

Petrus. ¶ Petrus quoque hic conteſtatur: Duplex eſt perfectio rationalis, ſeu intellectualis creaturæ, puta iuſtitia in affectu, & ſcientia in intellectu. In utraque creati ſunt angeli, ſed peccatum opponitur iuſtitiæ, non ſcientiæ. ideo per peccatum ſunt priuati iuſtitia, non ſcientia. Denique euentuum quidam contingunt ſemper, quidam frequẽter, aliqui rarò, & indeterminatè. Primos ſciunt ſubtilitate ſuæ naturæ, ut defectus luminarium. Secundos experiẽtia temporum, ut grãdines, tempeſtates. Vltimos ſciũt reuelatione angelorum, ut ea, quæ dependent ex uoluntate humana. Hæc Petrus.

Idem Pet. ¶ Quomodo aũt ſit in dæmonibus obliuio, docet addẽdo: Triplex eſt actus, officiumq; memorię, vtpote recipere, retinere, & ſuper ſpeciẽ cõuerti reminiſcendo, hoc eſt, actualiter recordari. Triplex actus, officiumq; memorię. Quò ad primum, & 2m, in dæmone non cadit obliuio: ſed quo ad tertium, fuit in eo. Non enim conuertit ad con-

considerandum Dei misericordiam, suamq; culpã, ac consimilia. Hic enim actus solus potest esse meritorius, uel ad meritorium præparatorius. Vnde quo ad actum hunc, est in dæmone memoria deformata Hæc Petrus.

Richard. ¶ Concordat Richardus: Obliuio, dicens, accipi potest primò, prout opponitur actui, atque habitui intelligentiæ conuertentis se super memoriã. Secundò, prout opponitur actui memoriæ tantum, & sic est amissio aliquorum, quæ memoria quasi habitualiter ante retinebat: quoniam actus memoriæ inquantum est memoria tantùm, est retinere duntaxat similitudines rerum. Primò autem modo obliuio est, intelligentiam non conuerti, ut debet super id, quod in memoria continetur: & sic in dæmonibus inuenitur, quia per obstinationem suam inhabiles facti sunt ad reminiscendum multa bona, quorum similitudines intelligibiles in eorum memoria continentur, quæ species ab eorum memoria non delentur: quoniam accidens in subiecto existens non corrumpitur, nisi per aliquam corruptionem circa subiectum factam, uel per introductionem alterius formæ in illud subiectum, incompossibilis accidenti præexistenti, uel per subtractionem uirtutis conseruantis. Potentia autem memoratiua diaboli, est incorruptibilis: species quoque intelligibiles sibi inuicem in eadem potentia non repugnat. Et qua ratione possunt duæ esse simul, eadem ratione in numero quantumlibet magno, sicut habetur quarto Physicorũ, quòd qua ratione possunt duo corpora esse simul in loco eodem, eadem ratione possunt in numero quantumcunque magno. Conseruatio etiam speciei intelligibilis in memoria diaboli, non dependet ab aliqua uirtute creata exteriori, ideo inde nequit deleri. Præterea secundum Philosophum primo de anima uirtutes, seu potentiæ non deteriorãtur: nisi quoniam organa peiorantur. Vnde affirmat, quod si senex haberet organum visus dispositum, ut iuuenis, uideret, ut iuuenis. Memoria uerò diaboli non est potentia organica: non ergo debilitatur, nec deficit in conseruando. Verum his objici posset, quia videtur sequi ex eis, quòd nec a memoria nostra intellectiua species delerentur, cuius apparet oppositum ex hoc, quod obliuiscimur plurimorum. Dicendum, quòd etiam species non delentur ab intellectiua memoria hominis: sed quoniam species imaginabiles delentur de organo, quæ secundum legem communem necessariæ sunt ad intelligendum in statu præsenti, ideo homines multa obliuiscuntur. Hæc Richardus.

Aristo. Obiectio. Cõfutatio

Henricus. ¶ Insuper Henricus quodlibeto vndecimo: In diabolo, inquit, sicut in angelis bonis, duplex habetur scientia. Vna a suæ creationis exordio purè speculatiua circa æterna, & circa uniuersales rerum omnium rationes, ei a Deo naturaliter indita. Altera ex tempore, practica, experimentalis, ex factis, & contingentibus particularibus acquisita. De prima dico, quod circa eam in dæmonibus nulla cadit obliuio: quoniam sicut integra ei manent naturalia, ita, & talis notitia. De secunda dico, quod hæc tria differunt, nescientia, ignorantia, & obliuio: quoniam omnis ignorantia, & obliuio est nescientia, non econtra. Qui enim ignorat aliquid aut oblitus est eius, nescit illud. Quod uerò aliquis nunquam sciuit, nescit: non tamen ignorat illud, neque oblitus est: quoniam nunquam id sciuit. Ignorantia quippè, & obliuio propriè præsupponunt habitum fuisse, vel ad minus, quo ad ignorantiam potuisse. Nescienti autem in dæmone est: quoniam multa sciuisset, si stetisset, quæ postea nũquam sciuit. Multa quoque sunt scibilia, imò, & scita de seipso, quæ a nulla creatura sciri possunt eo modo, quo sciuntur a Deo. Et si nescientia talis largè dicatur obliuio, sic obliuio inest diabolo suo de merito, dicente beato Gregorio 4. moralium super illud Iob: Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis. Per vmbram mortis obliuio debet intelligi. Cumque apostata angelus æternæ obliuioni traditur, vmbra mortis obscuratur. Porro obliuio propriè dicta est carentia notitiæ priùs habitæ per deletionem alicuius interioris, quo habuit eam, sicut hoc dicatur species, seu habitus: & quoniam in diabolo nulla interiùs potest fieri deletio eorum, quæ a natura, & ex creatione habuit, ideo propriè in eo non cadit obliuio. Ignorantia uerò causatur tripliciter. Primò, quia quis nescit, quod potuit scire, ac discere, sed noluit faciendo, aut sponte admittendo, quod eum impediuit ab addiscendo, aut impotentem reddidit ad discendum. Alio modo, quia per deletionem alicuius, quo sciuit interiùs, est oblitus simpliciter. Tertiò: quoniam propter passionem superuenientem non aduertit ad tempus. Primo modo dico, quòd multa ignorat diabolus, quæ beati nunc sciunt. Secundò modo nihil ignorat diabolus, quemadmodum, nec oblitus est. Nempè, ut alibi dixi, Angelus per habitus cognoscit innatos uniuersalia, per quæ absq; omni sua mutatione cognoscit singularia eorundẽ, sm quod sibi succedunt, & contingunt in tempore: sed ex illis tertio modo aliqua cognoscit interdum certa experientia, aliquando coniecturali, sicut de Christo, quod esset filius Dei: superuenientе tamen motu iræ, atque inuidiæ, putauit contrarium: sicq; ad tempus ignorauit ad horam, quod ante sciuit. Aut fortè, quod aliquando sciuit ex habitu interiore, vt quod Deus est iustus, post per passiones obnubilatus ad tempus variatione, non in habitu, sed solum in actu mentis, potuit ad horam ignorare, quod sciuit. Quod autem in actibus mentis, & uoluntatis ponatur mutatio in diabolo, nullum inconueniens est: sicq; ignorantiam istam ad tempus largè uocando obliuionem, in diabolo cadit obliuio non aliter, quàm in obliuio in angelis bonis locum non habet. Vnde Ioannes Saracenus 4. cap. de diuinis nominibus, loquens de dæmonibus, & de eorum obliuione propriè dicta, fatetur: Angeli semper discere possunt, sed nunquam obliuisci. & sequitur, Malitiam omnem superat angelus, & obliuionem. Hæc Henricus.

Gregori. Iob 3. Luc. 4. Io h. Sarracenus.

Verum ex auctoritate illa Gregorij non videtur probari, quòd obliuio insit dæmonibus subiectiuè, sed obiectiue: quia a Deo traduntur obliuioni eo modo, quo reprobi, & damnati. Propriè quoque non est in eis obnubilatio passionum, sed merę malitiæ, ac spiritualium vitiorum, quæ corporalibus sunt vitijs grauiora.

Gulielm.

¶ Præterea de scientia dęmonum, & qualiter in ea crescant, ac multa de nouo addiscant, & sciant, scribit Gulielmus 2. parte de uniuerso prolixè, in primis declarans, quod & omnibus nobis constat, ipsos dæmones particularia quęque cognoscere, & quibusdã aduocantibus aduenire, apparere, loqui, atq; ad interrogata proportionabiliter respondere, quemadmodum, & idololatris per idola dant responsa. Quo circa in primis elucidat, quòd sicut homines minùs astuti ab astutioribus multa addiscunt, sic dæmones inferiores à superioribus dæmonijs,

monijs, qui per inferiores dæmones fraudes exercent innumeras. Deinde subiungit: Omnis affectio siue sit bona, siue mala, multum ex acuit mentem, apprehensiuasq; uires ad ea consideranda, seu obtinẽda, ad quæ affectio ipsa inclinat: sicut in auaris, gulosis, & libidinosis uidemus, qui ad conquirenda luera, seu oblectamenta carnalia, uarias, & astutissimas excogitant uias, qui tamen aliunde sunt interdum rudes, ac simplices. Rursus, sicut teste Philosopho, Virtus omni arte certior, meliorque consistit, sic utique malitia omni astutia nequior extat, & certior. ergo sicut uirtus illustrat scientiam circa pertinentia ad doctrinam, quemadmodum iustitia scientiam iuris: & sic, & malitia ipsam malignandi astutiam, ita, ut quantum crescit malitia, ita, & malignãdi astutia: quemadmodum etiam in uirtuosis quãto plùs in uirtutibus crescũt, tanto plùs augetur in eis lumen salutaris, ac moralis sciẽtiæ. Hæc Gulielmus, qui & dæmones in malitia crescere, & augeri, seu intendi, eorum malitiam protestatur, subdendo: Pertinacia crescit ex mora, ideo pertinacia, & contumacia dæmonum crescit indefinenter. similiter, & ipsorum malitia. Etenim seductionibus, subuersionibus, ludificationibus hominum, atque operi bus magicis inseruiunt incessanter. Quemadmodum ergo ex frequenter malè agere crescit malitia in hominibus, sic & in dæmonibus, præsertim cũ tantas renouationes malorum operum, prauarumque dispositionum, seu passionum in eis fieri appareat euidenter. Sicut igitur incessanter crescit eorum malitia, sic & uersutia. Ampliùs, cum inter eos sint principatus, & potestates, noua iussa mala incessanter imperant eis, nouasque malitias sem per suggerunt ipsis. quomodo ergo non incessanter, & noua mala addiscunt, cum & nouis suggestionibus principum suorum, & noua faciendi experientia eis assiduè reuelentur? Hinc constat eos particularia, seu singularia tam hominum, quàm aliarum rerum incessanter addiscere. Insuper cum dicat Aristoteles obtinuisse se spiritum, qui de cœlo Veneris ad ipsum descendetit, de cuius obtentu, & familiaritate gloriatus est: ergo spiritus ille nouit Aristotelem, & facta ipsius, cui familiarissimus, & cuius iussionibus obedientissimus fuit, secundum quod ipsemet Aristoteles dixit. Itaque supernaturalia, & quæ naturaliter sciri nequeunt, nec prę sciri, dęmones non cognoscunt, nisi, uel supernorum reuelatione spirituum, uel coniecturis. Vnde de talibus precidere, ac diuinare nituntur. Enimuero dum iustissimo creatoris iudicio quidam homines malignis spiritibus traduntur uexandi, hoc eis ex relatione innotescit, quos, & quantum debent uexare, ne illos uexent pro suæ malignitatis desiderio, sed pro Dei arbitrio, cuius præcessit exemplum in sancto Iob. Porro qualiter nouæ scientiæ particularium, & sensibilium rerum in eis fiant, quæstionem habet difficilem, cum a rebus illis nihil recipiant. Dico ergo, quòd apud Christianos aliosve quoscunque, ponentes animas ante futuram resurrectionem igne torqueri gehennæ, non reputatur multum mirabile, si ab alijs rebus sensibilibus patiatur immateriales, & separatæ illę substantiæ, præsertim passionibus, quæ eas non lædant, sed potiùs iuuent, atque erudiant: quamuis modus recipiendi, ac patiendi non solum in eis mirabilis, & inuentu difficilis sit, sed etiam in potentijs intellectiuis animarum nostrarum. Certum est autem, uim intellectiuam esse intelligibile speculum, & intelligibiles apprehensiones ipsius, non esse nisi apparitiones, ac resultationes rerum in ipso per ipsarum formas, imagines, aut signa. Aut ergo substantiæ illæ incorporales recipiunt a sensibilibus, & particularibus rebus talia signa, seu formas, aut non generantur in illis substantiis nouæ rerum istarum scientiæ. De modo ergo recipiendi huiusmodi signa, est tota hæc difficultas. Quod si apprehensiones animarum nostrarum profundiùs perscruteris, occurret tibi de eis similis difficultas. Cum enim organa sensuum corporalia sint, spiritus quoque, qui in interioribus neruis sunt, per quos fiunt impressiones in animas nostras, corporales esse noscuntur, uidelicet humores subtiles: necesse est animas nostras pati saltem ab huiusmodi spiritibus, & similitudines istas recipere. Quid itaque mirum, si a corporibus patiantur substantiæ illæ, seu dæmones, non obstante spiritualitate ipsarum, cum spiritualitas animarum nostrarum non impediant, quin patiantur a spiritibus illis neruorum. qui spiritus corpora esse non ambiguntur? Præterea ex narrationibus Christianorum, & Hebræorum, imò, & idololatrarum constat dæmones irasci, dolere, offendi, placari. De ligationibus item eorum, atque clamoribus ab exordio euangelicę legis ipsimet dæmones fidem fecerunt, protestando se cruciari a uiris sanctis, ac angelis. libri quoque magorum, & maleficorum (si tamen eis credendum est, de ligationibus, & incarcerationibus, & inclusionibus dæmonum penè incredibilia narrant. Et quicquid sit de eis, dubitari tamen non debet, eos a sentibilibus rebus, & per eas acquirere nouas scientias, & particulares notitias sensibilium, & particularium rerum, quacunque occasione, seu modo hoc fiat. Nec mirum tibi uideri debet, mira facilitate, & occasione leuissima hoc fieri apud eos, cum in animabus nostris similia fiant. Accidit quippè tempore meo, quòd mulier quædam uirum intensissimè amans, præsensit illum uenire ad se, cum adhuc abesset per unum miliare, aut duo. Interdum uerò existente eo in palatio magno, & muliere a foris stante, & de uiro illo nil audiente nec aliter sentiente, non potuit eam latere, quin ibi esset. Dic quæso, qualis fuit cognitio, aut apprehensio ista? Nulla etenim sensibilis forma uiri poterat in illam agere fœminam: quia uerò in ciuitate, & a longè per quatuor miliaria potuit eam latere, uerisimile est uim cognoscitiuam mulieris illius, appropinquatione, seu propinquitate uiri illius iuuari, quãuis uir nullam in illam imprimeret passionem. Nec ualet negari, quin aliquid nouum circa animam mulieris tunc fieret a quocunque id fieret, dum ita uirum præsensit. Simile huic est, quod fœmina quę dam interfectorem filij sui charissimi leui deprehendit horrore, quem ei homicida illa ingressit non solum aspectu, sed ipsa quoque propinquitate, qua secum in eadem extit domo. Sed & prope terram natiuitatis meæ fuit cæcus a natiuitate, nihilominus strenuissimus, acerrimusque pugnator, qui tandem compunctus se totum contulit Deo, & uisum ab eo corporalem suscepit. Ideo scias, ꝓ in omnibus his, & consimilibus in animabus nostris, aliorumq; animalium uis motiua, seu appetitiua suæ affectionis vehementia incredibiliter adiuuat uim apprehensiuam, iuxta illud: Vbi intenderit ingenium, ibi valet. Propter quod uiri sanctissimi in spiritualibus, ac diuinis multo profundiùs, ac clarius uident, consulunt, & respondent, q̃ famosi Theologi, & doctores. Quemadmodum in Ecclesiast. legit: Anima

Aristo. Aristoteles dæmonẽ habuit familiarẽ. Qualiter nouæ sciẽtię particularium & sensibilũ rerum fiãt in dæmonibus. Exemplũ. Aliud exẽplum. Aliud. Sancti viri in spiritualiũ pscrutatione famosis præferuntur theologis. Eccle 37.

uiri sancti enunciat aliquando veritatem plus, q̃ septem circunspectores sedentes in excelso ad speculandũ. Sic putandum est mulierem illam ad apprehẽsionem uiri illius in sua imaginatione nouo quodam splendore irradiatam. sicut econtra ex uehementia imaginationis uis concupiscibilis non tm̃ inualescit, & confortat̃, imò & inflammat̃. Quòd si quærat̃, cur seu ex qua causa uis affectiua sic iuuat apprehensiuam. Rn̄deo, ꝙ simili mõ quæri posset, cur apprehensiua sic adiuuat affectiuã. Manifestũ est autem, ꝙ uis apprehensiua subest motiuę ut imperanti, nec solum imperat motum, sed & ea, quę adiuuant motum, ut pręcogitationem, deliberationẽ, cõpresionem oculorum, & eleuationem. In pretactis quoq; exemplis de uiimaginatiua uerisimile est. uim imaginatiuam aliqualiter ad splendorẽ accedere, ꝓphetalem, q̃ super uim imaginatiuam solet descẽdere, ad cuius receptionẽ disponit̃ imaginatiua abstractione, seu alienatione sensuũ exteriorum: qm̃ luminositas naturalis animarũ nostrarũ ex obturationẽ sensuum multiplicat̃ interiùs instar aquę currentis, ex obice, ac radij reflexione. Quidã tn̄ philosophi opinati sunt hoc fieri p retentionẽ uirtutis apprẽhensiuę interioris. Simili mõ fit confortatio uirium motiuarũ, & operatiuarũ, sicut q̃ debiles hn̄t pedes, ac tibias, plerumq; manus hn̄t fortissimas: & q̃ debilis est in una manu, aut brachio, restaurat̃ ei in altera: & q̃ cæcus, est acutiùs audit: surdus quoq; acutiùs solet uidere sic, & in cæco ꝓfato, quod minus in exteriori habuit uisu, suppletũ est in ui imaginatiua, aut sensu. Et suppletio ista fuit ei ex multiplicatione, & corroboratione luminis naturalis, uel ex superadditione diuini muneris splendori ꝓphetico similis. Nihilominus scias multas mirabiles fieri apꝓhensiones sensu naturę, & apprehensionẽ mulieris prefatę fieri potuisse sensu naturę. Quæ.n. inimica sunt naturæ, hoc est, uehementer contristantia, aut uehementer delectantia ipsam, hortet, refugitq; natura absque ulla apprehensione ipsorũ: atq; ex tali horrore conijcit is, q̃ patit̃ tale quid, præsentiã, aut ꝓpinquitatẽ hmõi rei: sic quoq: fuit de muliere, qua horrebat interfectorẽ filij sui, cũ nihil de filij interfectione apꝓhendisset. Memini ẽt me uidisse mulierem, qua intm̃ abhorruit suũ maritũ, ut quoties introiret domũ, ĩ qua ille erat, morbo arripere̅t̃ caduco. Nec istæ horripilationes, seu horrores sine causa contingunt in corporibus nostris a corporalibus absq; perceptione sensuũ exteriorũ. quemadmodum.n. istæ spũales substãtię agũt in corpora & corporalia, nõ per corporalia organa, cũ omnino non hn̄eant ea, sed tm̃ faciunt abintus, sic & animæ nostræ in rebus hmõi totũ patiunt̃ abintus. Viua.n. est tota natura animæ humanæ: ideòq; tota sentiens in se. ẽt dum organis, membrisq; sui corporis non iuuatur: quemadmodum natura substantiæ spũalis tota uiua est, & tota agens, atq; factiua in se, & per se. idcirco nec indigens ad actiones suas corporeis instrumentis. Quemadmodum ergo corpora, & corporalia patiuntur ab eis s. spũalibus substantijs non p medium aliud, sic animæ nostræ patiunt̃ a corporibus, & corporalibus rebus, non per mediũ interueniens inter hæc, & illa. Cuius exemplũ est in cacodæmonibus, q̃ satyri, seu fauni uocant̃, de quibus innumeris constat experimentis, ꝙ saxa ꝓijciunt, atq; interdũ ostia frangunt: ergo uis imperatiua, seu uolũtas in eis talis est uirtutis, ut ei in hmõi motibus per se solam lapides, & alia obediant corpora, ita ꝙ solo imperio moueant ea. Sic & animæ humanæ mouent corpora sua solo imperio: quia si media sunt alia corpora, & illa solo imperio mouẽt. Itaque ex prædictis nec impossibile, nec mirum tibi uideri deberet, præter passiones, & impresiones occasionaliter generari a rebus sensibilibus nouas cognitiones, seu apprehensiones in substantiis separatis: & qm̃ occasiones istæ siue pulsationes, aut excitationes istæ non fiunt nisi ꝓm longitudinem, siue distantiam certum ꝓm uirtutis actiuæ limitationem. Deniq; ex habitibus scientiarum, atq; uirtutum, ac operationum oriuntur cogitationes, passiones, & suspiciones, leuissimis excitationibus obuiantium, seu occurentium rerum, prout Aristoteles exemplificauit de eo, qui uidet loqui aliquem cũ campsore, ex hoc uisu incidit ei opinio, quòd uelit mutuare pecuniam. Sicq; aspectus. iste dat occasionem solertiæ, ut ex ea procedat cogitatio, seu suspicio illa. Quod si in nobis per tam exiguas, & exiles occasiones, seu excitationes generantur nouæ scientiæ, longe minoribus occasionibus hoc fieri extat posibile in substantijs separatis, præsertim cum incomparabiliter promptiores, & expediores sint ad omnes cogitatus, & apprehensiones: ideoq; minoribus adminiculis rerum exteriorum particularium, excitari ad huiusmodi apprehensiones. Sicq; adminicula, quæ animabus nostris præstantur per passiones, & impresiones, quæ fiunt in organis exteriorum sensuum, suppleat perfectio uirtutis intellectiuæ, ac imperatiuæ in substantijs separatis. Hæc Parrhisiensis, qui de his prolixissimè scribit. & ista, quæ tetigi, ex multis sumpta sunt pauca, quæ etiam pro magna parte recitatiuè magis, q̃ assertiuè induxi, præsertim, quod dicit cacodæmones, seu alias substantias separatas, sola voluntate, atque imperio corpora quędã mouere. De qua re quid ueriùs sit, infra tangetur.

Quæstio.

Philosophorũ quorundã opinio.

Exẽplum.

De satyris seu faunis

Aristo.

¶ Præterea Henricus quodlibeto tertio quæstione, qua quærit, An dæmones cognoscunt nostras cogitationes occultas, aliquid super his scribit, dicendo: Quod cogitationes hominum dæmones quandoq; cognoscunt, apertè loquitur Augustinus in re tractatione libri de diuinatione dæmonum. Peruenire, inquit, hoim dispositiones non solum uoce prolatas, sed etiam cogitatione conceptas ad notitiam dæmonum, per nonnulla quoq; experimenta compertum est: sed qũo fiat, aut difficilè est, aut nullo mõ potest ab homine inueniri, ut dicit. Vt tn̄ aliqd circa hoc possimus inuestigare siue conijcere, sciendum, ꝙ circa cogitationes nostras duo est considerare, uidelicet naturam actus cogitandi, quod pertinet ad intellectum: atq; directionem ipsius actus in finem suum, quod ad voluntatis spectat intentionẽ. Ad substantiam actus cogitandi non concurrunt nisi & species rei cogitatæ, & habitus, ꝓm quem cogitat, si artificiosa sit cogitatio, & uerbũ conceptus, qui est effectus actus cogitandi, & ipse actus, qui est motus quidam spiritualis in intellectu. Omnia ista cum sint res quædam creatæ intelligibiles secundum naturam suam, & dæmones perspicacissima habeant ingenia ad intelligendum cuncta creata: quoniam naturalia omnia eis subsunt, non uideo quomodo substantia cogitationis cuiusquam dæmonem posit latere, si se conuertant ad illam inspiciendam, cum & inferiora subsint intelligentiæ superiorũ. Porro quãtum ad cogitationis directionem in finẽ, seu bonũ, seu malũ, maior est dubitatio, forsan.n. etsi uideat dęmon cogitationes nostras, quo ad rẽ cogitatã: non tn̄ idcirco oportet, ut ꝓspiciat ad quem, aut qualem finem dirigimus eas. Cogitare namque quis potest de pulchritudine mulieris,

Gandauu.

August.

Ad substãtiam actus cogitãdi, q̃ cõcurrãt.

lieris, ita, ꝙ diabolus mox actum percipiat cogitandi: imò cum homo cogitationem illam posit dirigere ad uitiosum concubitũ, & ad consulendũ sibi ipsine pulchritudine illa decipiat̃, non oportet, ꝙ diabolus hoc statim cognoscat. Hoc etenim pertinet ad internam, liberamq; uirtutem uoluntatis humanæ, q̃ soli subest Deo, qui & earum est perscrutator. Multorum itaq; cogitationes dęmon forsitan noscit, & tentat, quorum si uirtutẽ internã uoluntatis, qua cogitationẽ in finẽ dirigunt, cerneret, eos tẽtare cessaret, nec victus cõfusus recederet. Hinc 12. super Genesim asserit Aug. Certissimis indicijs apud nos compertum est enunciatas a dæmonibus hoim cogitationes, qui tn̄ si uirtutẽ internã hoim hoibus possent conspicere, nõ tentarent eosdẽ, nec deuicti abirent cõfusi: sicut si illã beati Iob nobilẽ, admirabilemq; patientiã Sathan cernere potuisset, nollet attentato utiq; superari. Porro de uirtute patientiæ, & alijs, inquantum sunt habitus accidentales in anima, ac res quædam intelligibiles in qualitate, & quãtitate suæ uirtutis, ꝙ latere possint diabolũ magis, q̃ actus cogitationis, non uideo: contrarium tn̄ non assero. Verũ interpam uirtutem patientiæ, uirtutũq; aliarum, inquantum in suis actibus dependent ab interiori uirtute liberi arbitrij, qua dirigit actiones suas in suos fines intensiùs, aut remissiùs, possibile est, ꝙ non posit attingere, sicut nec ipsam uim liberi arbitrij. Et credo, ꝙ dictum August. sic debet intelligi. Veruntn̄ distinguendum, quia intentio uoluntatis dirigentis pōt considerari dupliciter. Primò in se, prout omnino latitat in intimis uoluntatis. Sedò in suo effectu, prout ex feruore intẽtionis actus alicuius affectionis in uoluntate concipit̃, & a uolũtate rõnabili in uirtute executiua, & ẽt forsan in corpore deriuat̃: & hoc secundo mõ, non uideo qũo plùs posit latere diabolum affectio uoluntatis, q̃ cogitatio intellectus, cum vtraq; res intelligibilis sit, extra substantiã animæ, sed nunquid intentio uoluntatis, similiter aliquid intelligibile, est super substãtiã uoluntatis. Reuera dicendum, ꝙ nõ: qm̃ respectus solus est uoluntatis ad finẽ, qui fundat̃ in essentia potentiæ uolitiuæ, quo respectu cogitationes dirigunt̃, ac tendunt in finẽ: sicq; intentio uoluntatis non est res aliqua in se distincta a uoluntate. & qa nihil est in se naturaliter intelligibile, nisi sit qd determinatum in se, ideo, & si totã substantiã, & quæcunq; aliquid reale rei sunt in ea, diabolus naturaliter pōt conspicere: non tn̄ uoluntatis intentionẽ. Hæc nãq; est natura respectuũ, ꝙ ex perfecta notitia subiectorũ, in quibus sunt, non de necessitate cognosci non pn̄t. Et si dæmõ p iudiciũ affectionis alicuius in uolũtate posit cõijcere uoluntatis intentionẽ, multo plùs hoc pōt p indiciũ in sensualitate, & corpore, præsertim cum & hoies qdam subtiles, atq; periti p iudicia uisa in corpore, scrutent̃ cogitationes, affectiones, intentionesq; aliorum. Hæc Henricus.

August.

Intentio uoluntatis dirigentis dupliciter considerat̃.

¶ In cuius verbis, quod dicit de intentione uolũtatis, non differre ipsam a uoluntate, pcedit ex hoc, ꝙ dicit relationẽ non distingui a fundamẽto. cuius oppositũ supra primũ ostensum est. Nec ipsa intẽtio minùs est realis uoluntatis, q̃ affectio, q̃ intentio ꝓm Ambrosium imprimit ꝓpẽ actioni morali, & ipsa actio est oculus mẽtis, de qua Chr̃s disseruit: Si oculus tuus fuerit simplex: i. intentio recta. Idcirco, & ipsa reale quid superaddit uoluntati, sicut affectio. Præterea ex hoc, ꝙ cogitationes sunt res creatæ intelligibiles, non sequit, ꝙ dæmones in particulari, & distinctè intelligãt cogitationes cordiũ humanorũ, sed ꝙ sciãt in gnali qd sit cogitatio ipsa. Scriptura quoq; hubertim testat̃, ꝙ Deo sit, ꝓpriũ ex sua ꝓspicacia clarè, & distinctè in particulari cognoscere cordium (.i. intellectuũ, ac uoluntatũ) secreta. sed de his infra dicet. Hinc Vdalricus quarto suæ Sũmæ libro testat̃: Intellectus noster in se incognitus est dæmoni, similiter liberũ arbitriũ. nec eos cognoscit effectu ipsorũ in ipsis latẽte, sed tunc qm̃ per signa interiora, aut exteriora produntur Hæc Vdalricus.

Ambrosi.

Matth 6.

Vdalricus

¶ Instantiarum solutio ex ꝓinductis hr̄. Breuiter tn̄ tangendo, dicendum ad primum, ꝙ in uoluntate non stant simul deprauatio uitiorum, bonitasq; uirtutum, saltẽ in susarum. In intellectu uerò sunt simul uitiositas, & claritas, subtilitas, atq; acumẽ scientiæ informis, ac naturalis. Ad ꝓm, ꝙ utiq; in dæmonibus sciẽtia eorundẽ p inquietudines, & peccata non modicè obscurat̃: imò a rectò, ac debito usu penitus impedit̃: non tn̄ naturale lumẽ in eis, prius extinguit̃, q̃n potius in tanto manet uigore, vt comparatione luminis naturalis humani a diuino Dionysio splendidissimum (.i. valde splendidum) nuncupetur. quod tn̄ sanctus ille tã fortiter, & quasi per excessum expressit ad confutandã hæresim Manichæorũ, quæ tpe apostolorum p Marcionem incepit, q̃ dixit dæmones naturaliter malos, & a principio tenebrarum substantialiter malos ꝓductos. Ad tertium rn̄det ꝓm Gulielmum Parrhisiensem, ꝙ naturalis uigorositas dæmonum agit hoc, ꝙ tanta pœnarum acerbitate ab acumine considerationum suarum in malis non impediunt̃, sicut & obstinata eorum malitia causa est, ꝙ tantis tormentis, & præscientia, ac timore incrementi eorum a tentationibus hominũ non retrahunt, neq; a Dei impugnatione desistunt: imò vt aliqui dicunt, quãuis sciant certissimè sibi ex his semp mala ꝓuenire: tn̄ malunt in tantis calamitatibus esse, q̃ non esse, vt contra Deum pugnẽt, & eius honorificentiam, ac cultum diminuant. Aliq; uerò, vt patuit supra, dixerunt dæmonum sensibilem pœnam, vsq; ad diem differri iudicij, æstimãtes, ꝙ pœnarum acerbitas nõ sineret eos tot, & tantis machinationibus dolositatum, & tentationum insistere. sed prima rn̄sio vr̄ magis idonea. Ad quartum, ꝙ utique in inferno non sunt sapientia, scientia, & intellectus, ꝓut sunt dona spũsanct. sic.n. charitati inseparabiliter sunt annexa, nec est ibi opus meritorium, nec rõ, quantum ad rectum iudicium: atq;, vt aliqui opinant̃, non sunt ibi quæcunq; sapientia, scientia, seu rõ, quantum ad actualem considerationem eorum, quæ possent ipsorum afflictionem aliquo modo mitigare. & breuiter ad nullum vtilem, rectum ve vsum, in ipsis sunt. Ad quintum respondet Gulielmus, ꝙ diabolus in consideratione salubrium, suæ prauitatis demerito rudis, & inconsideratus est sæpe, ita, ꝙ non considerat, q̃ faciliter homines uirtuosi adiutorio grati ę Dei, & suarum uigore virtutum, discretionisq; luce posint sibi præualere, atq; illudere. Ad cætera ex Thoma responsum est.

Auctoris solutio ad præinductas substãtias.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

1. Cor. 2.

QVAESTIO IIII.

Qvartò quærit̃, *An dæmones præno scunt futura, ita vt ex eorum reuelatione diuinatio, prophetia, seu ꝓnostication, fieri queat.* ¶ Videtur, quòd non, quia si præscirent futura, non tentarent eos, a quibus uincendi sunt. Secundò, ea, quæ sunt hominis, nullus scit nisi spritus hominis, ergo cum ipsemet homo ignoret quid die aget sequente, aut quid uolet, uidetur, quòd nec dæmones sciant hoc. Tertiò, futurorum certa præcognitio, aut prænũciatio, signum est diuinæ ꝓfectionis, ac uerę reuelationis,

cum

Isaię 41 Ierem. 28. cum in Isaia dicatur. Futura quoque annunciate, & sciemus quia dij estis uos. Et in Ieremia: Quoniam ille est propheta, quem misit dominus in veritate, cuius verbum euenerit,

In oppositum to Albertus Magnus. ¶ In oppositum sunt, quę dicuntur in litera.

¶ Circa hęc scribit Albertus: Angelus tam bonus quàm malus ex naturali pręminentia, sua supra animam sensitiuam possunt imprimere in sensus exteriores, & interriores species sensibiles, & imaginarias, non tantum in homine, sed etiam in brutis. Vñ

August. Augustinus sexto super Genesim ad literam dicit:

Ionę. 3. Omnis anima mouetur uisis, & quod ad verimiculum, qui (ut in Iona legitur) percussit hederam, uisus ille, quo apparebat uermiculo percutiendam esse hederam, ministerio angeli delatus est, & impressus animę uermiculi. Aliqui tamen dicunt, quòd ꝑ talem angelorum impressionem in sensu tam exteriori, quàm interiori, nihil fit, nisi quod etiam per operationem fieret naturalem, per quam species sensui imprimuntur exteriori, pręsente materia seu obiecto: interiori uerò sensui imprimuntur etiam non pręsente materia. & nisi sic esset, non esset tri-

2. Cor. 11. plex uisio, scilicet sensibilis, imaginaria, intellectualis. de angelo quoque malo testatur Apostolus, ꝙ transfigurat se in angelum lucis. atque in tali transfiguratione sub specie sensibili decipit tam per uisum, quàm per auditum, quemadmodum legitur apparuisse beatissimis Antonio, & Martino: sic & angeli boni sępe apparuerunt, & de multis instruxerunt per auditũ, & uisum, vt Abraam, Lot, Thobiã. Quod verò sic possint super sensum interiorem,

Gregor. Gene. 37 constat ex verbis Gregorij super illud Genesis, Hęc ergo causa somniorum, atq; sermonum, inuidię fomitem ministrabat: Nisi aliquando somnia ex ministerio reuelationis angelorũ orirentur, Ioseph pręferendum se fratribus suis fore somnio nõ videret. Quod itẽ hoc possit angelus malus, patet: quoniam multis illudit in somno per tentamẽta, & pollutiones, imaginationesq; turpes. Nec uerũ ẽ, ꝙ in apparitionib⁹ istis nil aliud fiat nisi, quod o patiõe fit naturali. q̃uis .n. nõ fiãt alię species scd̃m formã, tñ alia fit abstractio specierũ, atq; impressio in sensũ, & imaginationẽ, & eminentiori virtute, & ad aliud de

Quęstio signandũ, q̃ in operatione naturali. Verum tũc quæritur, utrũ possit esse illusio ab angelo bono in tali sensibili, aut imaginaria uisione. Videtur, ꝙ sic. Angelus n. q; ex sua natura bonus, in uisione proprij boni potuit falli. Lucifer nãq; deceptus fuit in hoc, ꝙ indicauit, ꝙ peccatũ suum, quod Deus ex ordine

Solutio suæ iustitiæ potuit uindicare, propter suam bonitatem non taliter uindicaret, ut uindicauit. Dicendũ, ꝙ si angelus dicatur bonus bonitate naturæ tm, posset fallacia fieri. Vix tamen contingit, quia natura intellectualis angelica, quæ deiformis est intellectus, naturaliter inclinatur ad verum, non ad deceptionẽ. Si aũt angelus dicat̃ bonus bonitate gratiæ cõfirmatæ, non põt per eum deceptio fieri. Vnde in

August. libro de spũ, & anima qui Augustino ascribit̃, dr: Humanũ spm̃ aliqñ spiritus bonus, aliqñ malus assumit: nec facilè potest discerni à quo spũ assumatur, nisi ꝙ bonus instruit, malus fallit. Insuper Au-

Idem super Genesim. gustinus duodecimo sup Genesim ad literam dicit: Angeli boni multis modis facili quadam, ac præpotenti unione cum animabus nostris uisa sua faciũt esse nostra, uisionemq; suã ineffabili quodam modo

Quęstio faciunt eẽ nostram. Circa, quod quęrit potest de illo ineffabili modo. Dicendum, ꝙ angelus tã bonus, quàm malus per hoc ipsum, ꝙ secundũ excellẽtiã

Solutio suæ naturæ eleuatus est super animam sensitiuam & rationalẽ, potestatẽ hẽt imprimẽdi, ei & suos cõceptus per modũ, quo oĩs natura superior tã spiritualis, q̃ corporalis habet potestatẽ imprimendi in inferiora. ¶ Præterea aduertendũ, ꝙ scd̃m Augustinũ, & Anselmum triplex est cursus. Primus est natu- August.

ralis, & ad hũc manifestandum aĩæ sensibili non est necessaria impressio angeli. Secũdus est cursus voluntarius, quo fiunt res à voluntate ꝑcedentes, quẽ cursum nequeunt angeli manifestare: qa q̃ subsunt voluntati, nõ valent cognoscere, nisi in q̃tũ manifestant in corporalib signis, q̃uis ex ꝑspicacitate intelligẽtiæ talia signa subtiliùs celeriusq; percipiant, q̃ hoies dũ apparere incipiũt in corpore, vel sanguine aut spũ interiore naturali, aut vitali, aut aĩali: & q̃ in corporalib. istis ꝑcipiunt, ea possunt imprimere in aĩam sensitiuã. Tertius est cursus miraculosus, scd̃m quẽ in oĩ natura reseruauit sibi oĩpotẽtia creatoris, qd̃ de vnaquaq; & in vnaquaq; natura faciet, quod vult, ꝙ suo ad ostensionẽ gloriæ, atq; potẽtiæ suæ: & quod de hoc angeli sancti à Deo per reuelationẽ percipiunt, ut frequentiùs animabus reuelãt per sensibiles, & imaginarias visiones. Hæc Albertus.

¶ In cuius verbis vr̃ obscurũ, quod ait, Lucifer deceptus fuit in hoc, ꝙ iudicauit, ꝙ Deus peccatũ suũ non vindicaret &c. Nẽpè vt habitũ est, talis deceptio, error seu culpa nõ potuit esse in eius intellẽctu ante suę voluntatis subuersionẽ. Rursus, solutio illa Alberti immediatè sequens verba iã tacta, sonat ac si essent angeli aliq; boni naturali bonitate duntaxat, utpotè nec in charitate, & gr̃a, nec in peccato, quod non est ponendum, q̃uis iuxta præhabita aliqui opinentur, ꝙ in solis naturalibus fuerũt creati.

¶ Pręterea ad qõnem hanc, vtrum angeli boni, & mali possint super intellectũ humanum, respondet Albertus: In hac qõne valde diuersificati sunt doctores ante nos. Philippus. n. cancellarius Parrhisiẽsis dixit, ꝙ solus Deus potest super voluntatẽ creatã, informando, conuertendoq; eam ad quodcunq; voluerit, quod cõfirmauit auctoritate Fulgẽtij protestantis: Solus Deus operatur in cordibus hominũ ad inclinandas voluntates eorũ ad quicquid voluerit. Dixit quoq; ꝙ angelus bonus potest super sensũ exteriorem, & interiorẽ, qui est sensus communis, & phantasia, & imaginatiua, & æstimatiua, atq; memoratiua. Dicit etenim Auicẽna sexto naturalium, Auicẽna. ꝙ quinq; sunt sensus interiores, qui iam nominati sunt, sicut & quinq; exteriores. Item ꝙ possit super intellectũ præsertim possibilẽ. Et Philippi ratio fuit, quia ſm Augustinũ triplex visio, puta sensitiua, imaginaria, intellectualis, ministerio perficitur angelorũ. Insuper dixit, ꝙ angelus malus potest super sensum exteriorem, & interiorem obnubilãdo, illusionesq; faciẽdo in sensibus, ac phãtasmatibus, sed immediatè super intellectum non potest, eo ꝙ intellectus verorum sit, & luminis spiritualis receptiuus. Diabolus verò pater mendacij est, & auersus à lumi- Iohan. 8.

ne. Mediatè verò põt ꝓcurare deceptionem in intellectu, & rõne per conuersionem intellectus ad inferiora turbando phantasmata: quibus turbatis, intellectus nequit ab eis accipere clarũ lumen veritatis, sed fallitur. Porrò ꝙ angeli sancti possunt super intellectum, probauit per illud Hieronymi: Angeli Hierony. hoĩbus auxilium tribuunt, ministrantes eis salutem, & annũciantes eis largissima bona. Quòd verò angeli mali, non possint hoc, probauit per illud Gene- Gene. 4.

sis, Subter te erit appetitus eius. Dixit namq; ꝙ potentiæ istæ, intellectus, atq; voluntas, sunt liberæ. Hęc verò opinio est rationabilis ualde, & dictis sanctorum concordans, ideoq; tenẽda. Hæc Albertus.

¶ Quo

Auctoris iudiciũ de Philippo. ¶ Quo circa sciẽdum, ꝙ iste Philippus fuit Albertus contemporaneus, & forsan consocius. Doctores demum eis antiquiores, ut Antisiodorensis in Summa sua, & alij quidam, eandem positionem disserueruntquam & sequitur Thomas.

Albertus. ¶ At vero libro de coæquæuis scribit Albertus: Dæmones non possunt nisi super sensum, & phantasiam, boni aũt angeli possunt super intellectum, & non super voluntatem. Dęmones verò super intellectum directè, & immediatè non possunt: quoniam quamuis ſm naturam altioris sint intellectus, quàm homines: tamen quia auersi sunt a lumine primo, intellectum sortiti sunt obscuratum. Vnde ꝑ distantiam a lumine summo, amiserunt uim agendi super intellectum humanum. Supra uoluntatem verò hominis nulla intelligẽtiarum habet potestatem: quia uoluntas ſm perfectionem sui non habet subiectũ ueri, sed bonũ gratiæ, qd̃ infundi nõ põt nisi a Deo. Attũ dæmones cum adhuc habeant cognitionem uespertinam, quæ est rerũ creatarum in seipsis, quę hũt cognosci per sensibiles species, quę imprimuntur phantasiæ: ideo dæmones possunt in istas uires sic disponendo sensibiles species, ut moueant ad illicita, quæ persuadere intendunt. Hæc Albertus.

¶ Veruntamen quidam affirmant in dæmonibus non esse cognitionẽ uespertinam. sed ista dissensio videtur in quid nominis stare.

Quæstio. ¶ Præterea quæri põt, An dęmones ualeant super appetitum sensitiuum, qui in concupiscibilem, irascibilemq; diuiditur. Et vr̃, ꝙ imò, cum sint uires sensitiuæ organicæ, & ita uidentur eas posse multiplici

August. ter immutare: pręsertim cum asserat Augustinus, ꝙ sanguinibus se immiscent concitando, & inflamando ad libidinem, & bullientiõ ad iram, atq; grauando ad somnolentiam, acediam, & torporem. Vnde elicitur, ꝙ dispositiuè agant ad passiones appetitus sensitiui, quamuis culpam nequeant extorquere. Quo circa pensandum, quod scribit Albertus, respondendo ad quæstionem hanc, Vtrum angeli boni uel mali, sint immissores cogitationum bonarum siue malarum, aut incentores duntaxat. Ad-

Albertus. hoc, inquit, Philippus cancellarius Parrhisiensis respondet: Immittere dicitur multis modis. Interdum quippè refertur ad suggestionem, quandoq; ad opus hanc sequens, in quod ex suggestione acceptata quis procedit. & ita interdum in malo accipitur, sicut in Psalmo: Immisiones per angelos ma-

Psal. 77. Iohan. 13. Psal. 33. los. & alibi: Cum diabolus iam misisset in cor Iudæ ut traderet eum. Quandoq; in bono, iuxta illud: Immitet angelus domini in circuitu timentium eum. Aliquando verò refertur ad ipsas species intelligibiles, quæ per suggestionem inducuntur in intellectum: quę cum per abstractionem fieri non queant in angelo, quia sensitiuas nõ hũt potentias, per quas fit abstersio si tales formas immiteret angelus, cum immiteret nequeat nisi quod habet: oporteret, ꝙ faceret eas in intellectu humano, utpote per creationem producendo: quod falsum est, cum Deo ꝓpriũ sit creare. Hinc sancti fatentur, ꝙ nec boni nec mali sunt immissores hoc mõ cogitationum, sed incentores earum sunt diponendo, aut mouendo ad inspectiones intelligibilium specierum, quas vel Deus creando immittit, uel intellectus a sensibilibus abstrahit. Quo circa quęrendum est, quibus modis, & qualiter fiat ista incensio. Dicendum, ꝙ multi modi inueniuntur a sanctis super hoc asignati, quibus intellectus illuminatur, & affectus accenditur: utpote per remotionem impedimenti, item patefaciendo meatus ueritati ad intellectum, quatenus lumen æternæ ueritatis uenire ad intellectũ liberè ualeat. Nempè, ut in libro octogintatirum quęstionum August. disseruit Augustinus, quandoq: malignus spiritus obstruit meatus intelligentiæ, per quos radius lucis æternæ pandere solet lumen rationis. Dr̃ namq; in libro de differentia spiritus, & animæ, ꝙ ad cellulam, quæ dr̃ logistica seu rationalis, in qua operatur uis intellectiua in spiritu animali, sunt duo meatus: unus ab anteriori deferens a sensu cõi, & a ui imaginatiua formas ad cellulam logisticam: alter a posteriori, ad eandem cellulam ducens formas a ui memoratiua: quę duę cellulę interdũ obstruuntur dupliciter, quãdoq; uidelicet nigredine, ac spissitudine spiritus animalis, obnubilationeq; eius: quandoq; uerò quadam caruncula, quę ibi est, illum obstruente meatum. Cuius signum est, ut dr̃ ibi, ꝙ dum hõ est in cogitatione subtili, & magna, agonizatur, idest, laborat flectendo caput, & retro, & ad dextram, atque sinistram, per quod natura intendit remouere obstaculum, quatenus intelligibiles formæ ualeant lucidè, ac liberè ad intellectum transire. Cumq; iuxta præhabita, angeli tam boni, q̃ mali in phantasmatibus operentur in somno, atq; uigilia, ordinando, illuminando, seu obnubilando, operatio bonorum angelorum confert ad intellectus illuminationem: aliquando etiam ad species in Similitudo. telligibiles, de quo conueniens dat̃ exemplum, ut dum duo specula directè inuicẽ opponunt̃, species existentes in uno, resultant in alio: sic angelo coniuncto intellectui hominis, species quas habet in lumine diuino, cui coniunctus est, resultant in hominis intellectu actione luminis diuini, cuius uirtute species illæ sunt apud hominem: quas cum intellectus lympidè intueẽt, affectus incandescit, & charitatis calore acẽdit. Dęmones verò nõ sunt incentores, nisi phantasmata disponendo, ac perturbãdo. Hæc Albertus.

¶ Circa hæc scribit Thomas: Futurorũ quędam S. Tho. sunt in suis causis determinata, quędã verò nõ hũt causas determinatas, ut quæ ad utrunlibet sunt: q̃libet aũt effectus põt in sua causa cognosci, ſm quod determinat̃ in ea. Si. n. determinẽt in ea, ut ex qua necessariò oriat̃, certitudinaliter cognoscet̃, ut quæ circa motum cœli contingunt, sicut ortus, & occasus, eclipses, luminariũ coniunctiones, quę oĩa multo clariùs dęmones sciunt per species causarũ sibi innatas, q̃ per artẽ astrologus. si verò determinent̃ in suis causis, ut ex quibus frequenter nascant̃ cũ potestate deficiendi in parte minori, ꝑ impedimẽtum ex parte agentis, aut recipientis, præcognitio non certitudinalis, sed coniecturalis põt haberi: quemadmodum astrologus prædicit quędam futura in terris ex motibus cœli, q̃ tñ potuerunt impediri ex inferiorum defectu causarũ. & ista cognitio tanto plùs certitudini appropinquat, quanto plures causę ad eũdem effectũ concurrentes noscunt̃, & q̃to uirtus, seu efficatia causę pleniùs scitur. Hinc dæmones in talium præcogitione sunt ualde subtiles. Porro, q̃ causas determinatas non hũt, ut q̃ ad utrunlibet sunt, aut in parte minori eueniunt, non queunt in suis cognosci causis, sed in seipsis dunta xat, quãdo pręsentia sunt: ideo eorũ pręcognitio soli cõuenit Deo, cui ab æterno uelut pręsentia sunt, & q̃bus ipse uoluerit reuelare. Hinc taliũ futurorũ pręcognitionẽ nec homines nec dęmones pñt habere, nisi supnorũ reuelatione spirituũ. Et demũ, q̃ dæmones præcognoscunt reuelare homini pñt nõ objiciẽdo se aĩæ, ut speculũ, in quo cernunt̃, q̃ relu-

cent

cent in speculo, vt aliqui dicunt: quoniam anima rationalis in statu uiæ non videt separata à materia, nisi inquantum ex phantasmatibus in illorum pertingit notitiam. Nec species, quæ sunt in intellectu angelico, proportionatæ sunt intellectui humano, cum multo simpliciores, & vniuersaliores consistant. Vnde sicut species quę sunt in intellectu, nõ potest capere imaginatio, nec sensus speciem imaginationis: ita, nec intellectus humanus ſm statum viæ, species, quæ sunt in intellectu angelico. Itaque angelus bonus, & malus talia põt homini aliter reuelare, videlicet per applicationem luminis sui ad phantasmata, sicut applicatur lumen intellectus agentis phantasmatibus, vt ex eis intentiones quædam in intellectu possibili eliciantur: & quanto lumen fuerit fortius, atq; perfectiùs, tanto plures, & certiores cognitiones eliciuntur: sicq; ex phantasmatibus illustratis angelico lumine resultat aliquorum cognitio in intellectu possibili, ad quam eliciendã illustratio intellectus agentis humani non sufficit, quia debilius est lumen ipsius. Ex p̃dictis habetur, ꝙ diuinatio est non quorumcunq; futurũ prę nunciatio, sed eorum, quæ causas determinatas nõ habent, quæ scire est proprium Deo. Hinc ab usurpatione actus Dei vocantur diuini, qui futuris prę nunciandis intenti sunt. Hæc Thomas in Scripto.

Dionisius a Thomas dissentit. ¶Cuius respõsio procedit secundum imaginationem ipsius, qua frequentissimè scribit, intelligentẽ in hoc statu oportere speculari phantasmata. In qua opinione aliter sentio, propter motiua alibi partim tacta, & pleniùs infra tangenda: & videtur mirabile, cum dicat species in intellectu angelico existentes, non esse intellectui proportionatas humano, nec recipi posse in eo propter earum simplicitatem, & vniuersalitatem: cum tamen affirmet lumen intellectuale angelicę mentis posse immediatè phantasmatibus applicari. sicque eis proportionari, cum ipse intellectus possibilis sit simplex immaterialis, & inorganica virtus: phantasma verò quid corporale existat: & per consequens species intelligibilis angelici intellectus incomparabiliter proportionatior est intellectui hominis, quàm lumen illud angelicæ mentis phantasmati. Rursus, intellectus angelicus immediatè illuminabilis est ab intellectu diuino, & increato, qui tamen incomparabiliter plùs transcendit omnem intellectum angelicum in simplicitate, & vniuersalitate repræsentatiua, quippe qui per diuinam essentiam vnam, & indistinctã vniuersa cognoscit, quàm angelicus intellectus humanum: cur ergo intellectus humanus non est capax immediatè illuminationis angelicæ absque reflextione ad phantasmata?

Thomas, ¶Insuper de dæmonum diuinatione scribit sanctus doctor in Snmma contra gentiles libro 3. capitulo. 147. Quemadmodũ maligni spiritùs veritatẽ fidei corrũperẽ molientes, abutuntur operatione miraculorũ, vt errorẽ inducant, argumentũq; fidei ex miraculosis operibus sumptũ, debilitent: non tñ verè miracula faciendo, sed ea, quæ hominibus miraculosa apparent: sic quoq; abutuntur prænunciatione prophetica, non utiq; veraciter prophetãdo: sed aliqua ſm ordinem causarum homini occultarum prænunciando, vt futura in seipsis præcognoscere videantur. Et quamuis ex causis naturalibus tales effectus proueniant, dæmones tamen subtilitate sui intellectus magis cognoscere possunt, quàm homines, q̃n, & qualiter naturalium effectus causarum valeãt impediri: ideo p̃nunciando futura, mirabiores, ac veriaciores apparẽt, quàm homines quãtumcũq; scientes. Deniq; inter causas naturales supremę, & à nostra cognitione magis remotę sunt vires cælestium corporũ, quas constat dæmonibus secundũ proprietatẽ suę naturę cognitas esse. Cumq; cuncta corpora inferiora ſm vires, & motus cælestiũ corporum disponantur, possunt hi spũs multo plus, q̃ quicũq; astrologus, prænunciare ventos, & tẽpestates, huiuscemodiq; effectus, & pestes, quamuis cœlestia corpora super intellectiuã aĩæ partem directè non queant imprimere. Veruntñ q̃m plurimi impetus passionũ, inclinationesq; corporales sequuntur, q̄bus soli sapientes, ac virtuosi resistunt, q̄ pauci sunt, in quas passiones, & inclinationes efficientiã habent cælestia corpora: hinc & de actibus hominũ multa prædicere possunt, quãuis interdum aliter accidat, propter arbitrij libertatẽ, aut diuinæ prouidentiæ dispositionẽ. Ea quoq; quæ præcognoscunt, prænunciant, nõ mentem illuminando, sicut in reuelatione diuina. Nõ enim intendunt mentem ad veritatis cognitionẽ prouehere, sed potius impedire. pronũciãt verò imaginationis immutatione, vel in dormiendo, vt cum per somnia aliquorũ futurorum monstrant indicia: siue in vigilando, vt in arrepticijs, atq; phreneticis, qui futura quædã pronunciant. Aliquando verò per exteriora indicia, vt per motus, garritusque auium, & per apparentia in extis animalium, ac in quorundam descriptione pũctorum, & in consimilibus, quæ fieri forte quadam videntur. Quandoque verò visibiliter apparendo, sensibiliterq; loquendo. Hæc ibi. Vbi, & de his diffusiùs scribit Thomas etiam in capitulis alijs pluribus, sed & in Secunda Secundæ, vt infra tangetur.

¶Præterea Vdalricus in Sũma sua 4. lib. Diuinatio, inq̄t, per dæmones, fit per præfatũ scientiæ eorũ acumen, vt Origenes & Augustinus testant̃, propterea demon vocat̃ spiritus diuinationis, iuxta illud Leuitici: Vir siue mulier, in quibus phytonicus, seu diuinationis spũs fuerit. hinc asserit Origenes: Diuinatio dr̃: q̃m gentium natio credidit esse diuinũ omne, quod per qualemcunq; spiritũ profertur. Vdalric⁹. Demõ uocatur spiritus diuinationis. Leuit. 19 quod intelligendũ est de futuris, q̃ nulla possunt humana p̃sciri peritia, siue in nulla causa p̃existant nisi in Deo, vt sunt mirabilia diuinæ potẽtiæ: siue pręexistãt in naturalibus causis, quarũ collectio scitur sufficiẽs à dæmonibus ex perspicacitate eorũ, sed à nobis sciri non valet, nisi pars huius sciæ, per quam nihil certũ de illo effectu pręcognoscere possumus: ideo taliũ pręsciẽtia solius est Dei. Ideo probans se solũ esse Deũ, ait per Isaiam: Annunciate, quę vẽtura sunt, & sciemus, q̄a dij estis. Isaiæ 41. Dæmones ergo talia nõ sciunt, nisi ex reuelatione angelorũ, aut prophetarũ. Videntur autem hoĩbus prophetare, cum naturales quosdam prædicũt effectus, quorum causæ eis non sunt notę, hominibus verò incognitę. Hinc tali fallacia schola Stoicorum delusa, dixit omnem diuinationem fieri per Deos, ita ꝙ per diuinationẽ probatur, ꝙ dij sint, iuxta illud in secundo libro de natura Deorum: Prædictiones rerum futurarũ declarant hominibus Deos esse, qui hæc reuelãt. Cũq; per apparitiones dæmonum didicissent diuinationes per dæmones fieri, siquidem (vt in libro de Deo Socratis dicitur) Pythagorici mirãtur, si quis negaret vnquam vidisse se dæmonem, dixerũt dæmones esse Deos. Ideo Plato q̄ in libro suo symposio dicit Plato. cuncta denũciata, & magorum mirabilia, omnesq; præsagiorum species, fieri per dæmones sub primo oĩum Deorum parente, dominatore, atq; auctore, posuit gñ̃a tria Deorũ, videlicet summos Deos non solũ loci dispositione, sed naturę etiã dignitate, qui sunt

sunt inuisibiles, quos solo intellectu contemplamur: ut Iuno, Vesta, Minerua, & huiusmodi. Et medios Deos, quos perhibuit dęmones esse, quia ſm eum compositi sunt ex natura intellectuali, atq; aereo corpore: & infimos Deos, qui sunt omnino corporales, ut sunt dij cœlestes, quos uidemus, videlicet sol, luna, & stellæ. Vnde patet, ꝙ per hoc dęmones traxerunt ad idololatriam homines: q̃m Platosi dicit singulos singulis esse hominibus deputatos, & ꝙ si aliquis dæmonum ab eo cui deputatus est, rite cognoscatur, atq; colatur, fit ei prospector in rebus dubijs, & incertis, apparendo ei per somnia, aut per signa, aut aliter; & in periculis præmunitor. Ideo in libro de Deo Socratis, dr̃ ipse Socrates tam perfectus in sapientia extitisse, quia dicit Homerus, officia diuinationis, ac sapientiæ non sunt diuisa: sic aũt diuinationi intendere, idololatrię species est, ac diuina lege prohibitũ. Hierony. Vnde Hieronimus in originali super Malachiam: Diuinatio, inquit, nunquã in bono accipitur. quod uerum est de diuinatione Prou 16. propriè dicta, aliter esset contrarium illud prouerbiorum: Diuinatio in labijs regis. Peripatetici verò non posuerunt dæmones, & utentes nomine diuinationis ſm id, cui nomen imponitur, non ſm id, a quo nomen imponitur, dixerunt diuinationem non esse scientiam diuina inspiratione concessam, sed tantum naturalem effectum. Etenim diuinationem esse probat Aristoteles secundo de somno, & uigilia: quia quod ab omnibus experimentaliter est compertum, est uerum, & aliquid: sed quòd somnia præostendant futura, quilibet sæpe experitur, & hoc uocamus diuinationem. Porro, quòd ista diuinatio non sit immissio Dei, probatur ibi per hoc, ꝙ immissiones Dei maximè fiunt illis, qui sunt ei propinquiores: & qui habent in se regimen suæ uitæ, ad quod habendum fiunt huiusmodi immissiones: nullum verò animal habet in se regimen suæ uitæ, nisi homo, & inter homines Deo simillimus, ac amantissimus est sapiens, ut dicitur 10. Ethicorum. Idcirco est propinquissimus Deo. sicq; huiusmodi immissiones non fierent alijs animabus ab homine. Inter homines quoq; magis fierent sapientibus, quàm morionibus, & melancholicis. nos uerò uidemus totum oppositum. Itaq; isti philosophi non loquuntur de diuinatione, quæ fit maleficio dæmonum, nec de prophetia, quæ fit reuelatione supernorum spirituum: quia de his sciri nil potest per rationem naturalem. sed tñ loquuntur de naturali præostensione futurorum, sicut ex cantu galli cognoscimus horam noctis. sicq; uera dicit neq; illicitum est coniecturare taliter de futuris, nisi quis crederet Dei potentiam, ac prouidentiam his causis naturalibus alligatam, quasi non possit aliter fieri, quàm in naturalibus ostenditur causis: quo contra legitur. Iere. 10. Isa. 44. A signis cœli nolite metuere. Et in Isaia: Ego dominus irrita faciens signa diuinorum. Si aũt quæratur, qualiter futura contingentia, etiam, quæ subsunt libero arbitrio, naturali scientia cognoscãtur, respondent philosophi isti, ꝙ omne, quod fit in inferioribus istis, præexistit in motore cœlesti tanquam in naturali artifice: & explicatur per cœlum, & eius motum, sicut per instrumentum illius artificis, ac motoris. Species ergo euentus futuri, quæ est in intellectu intelligibiliter, & in cœlo corporaliter, imprimitur inferioribus, scilicet elementis, & mixtis: & plùs afficit ea, q̄ actio qualitatis naturalis: q̃m elementa derelictis suarum actionibus naturalium qualitatum, sequuntur formam huius impressionis, ut patet in mixtione. Imprimitur ergo hęc species etiam corporibus animaliũ, partiq; animæ sensitiuæ, quę coniuncta est corpori: ideo elementa ſm ipsam componuntur. animalia quoque ſm huiusmodi formas aguntur in motibus, atque garritibus suis. sicq; per huiusmodi cognoscimus effectum futurum certiùs, q̄ hoc cognoscatur per signa cœli. quia per illa tñ scitur effectus naturę vniuersalis esse receptus in natura particulari, sine quo effectus cœli frustraretur. Ideo Ptolemæus in centilogio uocat hæc secundas stellas. Ptolomę. Nec tñ ex his adhuc certitudinaliter pręscitur iste effectus: tum, quia huiusmodi motus, & operationes animalium sępe fiunt ex alijs causis, quàm ex impressione naturæ uniuersalis: tum, quia per multas indispositiones naturales effectus poterit impediri, pręsertim in his, quę libero subsunt arbitrio, quòd resistere potest, ac præualere inclinationi ex motu cœlesti, causatę, propter quod asserit Ptolemæus:

Sapiens dominabitur astris. Idem.

¶Denique impressiones istæ meliùs percipiũtur a brutis, quàm ab hominibus: & inter homines melius a stultis, & amentibus, seu dormientibus, q̄ a sapientibus, ac uigilantibus: q̃m quanto anima ꝑ alias occupationes minùs abstrahitur a perceptione impressione istarum, tanto meliùs percipit eas. Sapiẽtes uerò in uigilia occupantur multis pertinentibus ad regulam uitæ, quibus furiosi, & amentes, ac dormientes, & irrationalia non intendunt: quemadmodum etiã in somnis paruos motus magis sentimus, q̄ maiores in uigilia, sicut paruo sono terremur tanquam tonitruo. Aer quoque magis quietus est de nocte circa dormientem, & inquietudines obiectorum tunc cessant, & animus tunc liberior est ad percipiendos hmõi motus in se factos Somnia demum in brutis sunt tantum materialiter, scilicet, prout somnium est perceptio speciei imaginabilis, absq; hoc, ꝙ ex ipso, ut ex signo ueniatur in signatũ. Formaliter verò, inquantum est signum euentus futuri, soliùs est hominis: q̃m ordinare species imaginationis ad prænosticationem futuri, non est imaginationis, nisi inquantum coniuncta est rationi. Hinc ait Auerrois, ꝙ solus homo propriè somniat, visionesq; alias videt: bruta autem tñ habent fortices somniorum. Auerrois. Hęc Vdalricus.

¶Qui de his, & de diuersis diuisionibus, ac speciebus diuinationis, scribit diffusè, ac pulchrè: in quibus nihilominus quædam continentur obscura, ut ꝙ ait secundum Platonem esse tria deorum genera, utpote summos, medios, & infimos, & summos esse, Iunonem, Mineruam, & Vestam: medios autem, dęmones ex natura intellectuali, & aereo corpore compositos: & infimos, omnino corporales, ut Solem, Lunam, & stellas. Dionysius contra Vdalricus. Quocirca quærẽdum, quid per Iunonem, Vestam, & Mineruam intelligatur: quia si homines, utpote fœminę illæ, seu animæ earundem, constat, quòd illę non sunt secundum Platonem summi dij: imò secundum Platonem post superaltissimum Deum summi dij sunt ideę, quas posuit separatas, deinde intelligentię. Insuper orbes cœlestes, sidera, & planetas dixit Plato altioris ordinis inter deos, quàm dæmones, quos animalia corpore aerea nuncupauit. Nempè in primo Timęi induxit patrem uniuersorum loquentem ad eos: O dij deorum, quorum pater, & opifex ego, ut etiam Thomas, & Albertus testãtur, atq; ex serie textus ostenditur. Vnde & Aristoteles libro de anima, Solem uocat patrem deorum, ac uirorum. Arist. solẽ vocat patrẽ deorũ ac uirorũ. Nec Plato docuit luminaria cœli esse deos omnino corporales, id est, non constantes ex natura

ra intellectuali, & corpore, imò edocuit ea esse nobilissimis animabus animata. Vñ secundum eius sequaces animæ illæ cælorum, ac cælesti um corporum, animæ nobiles appellantur: quæ omnia in Elementatione theologica Procli Platonici, & partim in libro de Causis continentur. Præterea, ꝙ in præinductis uerbis Vdalrici commendatur illa peripate icorum positio de diuinatione, non uidetur recte prolatum: Primò, qm̃ certum est Aristotelem, & scholam peripateticorum erraſſe in hoc, ꝙ non posuerunt dæmones siue diabolos, opinantes angelos seu intelligentias non potuisse peccare, nec quosdã eorum factos diabolos, vt dictũ est supra. Deinde errauerũt in hoc, ꝙ diuinationes, apparitiones, variosque effectus qui secundum veritatem fiunt per dæmones, dixerunt fieri, & posse saluari per influentias, & virtutes cęlestes, ac naturales. Quod, & Aegidius in tractatu suo cõtra errores philosophorum apertissimẽ reprobat. Vñ, & sanctus Thomas ait in Sũma contra gentiles 3. lib: vbi uerbis paulo ante ex Sũma illa inductis, subiũgit: Quãuis ultimũ horũ manifeste ꝑ malignos spũs fiat, vt3 visibilis apparitio, & sensibilis allocutio, alia tñ quidã conat̃ reducere in causas naturales, &c. Deinde adiungit: Sed quia hoc modicã habet rõnẽ, magis putandũ est talia ex intellectuali quadam substãtia fieri, &c.

Scola peripatetico rũ errauit.

Aegedius.

Thomas.

¶ De his autem non inuenio scripsisse Albertum in scriptosuo super secundum, nec libro de coæquæuis, sed super Genesim, & Danielem aliqua inde tangit.

Petrus. Richardus

¶ Petrus hic Thomæ omnino concordat, nec superaddit.

¶ Porro Richardus narrat hic duas opiniões de prescientia dæmonum circa impressiones metereoricas in aere, scilicet pluuiarum, tempestatum, uentorum: quarum una dicit, ꝙ non præcognoscunt talia certitudinali scientia, sicut iam ex Thoma, & Vdalrico probatum est: quoniam causæ eorum possunt impediri. Alia tenet, quòd certitudinaliter illa prænoscunt: quia etsi impedimentum eueniat, de necessitate euenit: quoniam euenit per causam naturalem, quæ de necessitate operatur. Vnde si natura disposuerit nubem ad pluuiam, de necessitate resoluetur in pluuiã: nisi superueniat aliqua causa ergo necessaria eueniunt, qm̃ eueniunt: & à causa necessaria impediuntur, quando impediũtur. Cùmque dæmones sciant naturalem uirtutem elementorum, corporumq; cælestium, motum quoque, cursum, & coniunctionem planetarum inter se, & cum stellis fixis, videtur, quòd præfatos effectus certitudinaliter præcognoscant sua naturali scientia: Harum opinionum motiua, & solutiones tangit Richardus, ad nullam declinans. Verum secunda ista opinio uidetur omnino erronea, imò erroribus Auicennę propinqua, qui dixit omnes naturales effectus in inferioribus de necessitate produci, si totus cælestium causarum ordo similiter sumatur, ac consideretur quam etiã opinionem Aristoteles sexto metaphysicæ reprobat. Etenim si naturalium causarum concursus semper esset ex necessitate, omnes naturales effectus de necessitate proueni rent: quòd Philosophus probat, ac reputat esse falsum. Opinio quoque uidetur incidere in articulum condemnatum à domino Stephano Parrhisiensi episcopo, ac doctore, qui ait, quòd nihil fit à casu, sed omnia de necessitate eueniunt: & quòd omnia quæ erunt, necessariò erunt: & quæ non erunt, impossibile sit esse: & ꝙ nihil eueniat contingenter, considerando oẽs causas, error est: quia cõcursus causarum est de diffinitione causalis effectus. Et ponit tale exemplũ, ꝙ aliquod corpus terrestre igni tum in superiori parte aeris generetur, atq; deorsum cadat, habet aliquam virtutẽ cælestem. Similiter ꝙ in superficie terræ sit aliqua materia combustibilis, potest reduci in causam cælestẽ: sed ꝙ ignis descendens huic materiæ incidat, & occurrat, non habet huiuscemodi causam, nec causam necessariam seu per se, sed causam per accidens.

Opinio 1.

Secunda.

Opinio 2. erronea.

Dñs Stephanus episcopus Parrisiensis.

¶ Præterea huic positioni, & dictis ex Thoma, & Vdalrico cõcordat Bonauenturæ rñsio: & addit qa cognitio creaturæ dependet ex re, dum res incerta est in se, & in sua causa, non pót creatura certitudinaliter illã prænoscere nisi per reuelationem: ideo præcognitio taliũ est vel Dei, vel à Deo. Et qm̃ superbissimi dæmones maximè desiderant sibi impẽdi diuinũ honorem, maximè student ostentare se illa præscire. Veruntñ euentũ futurorum aliquo modo præsentiũt, & frequenter vera prædicũt: & hoc quadrupliciter, sm̃ Augustinũ 3. super Genesim ad literam. Primò, acrimonia sui sensus, atq; ingenij, vtdũ diligenter cõsiderant ad qd inclinetur nostra affectio, vel quæ sint inducẽtia, aut retrahentia. Secũdò, multa experientia tẽporum, qa ex talibus sępius vidit dęmon accidere talia. Tertiò, dolo, cautela: ut quando proponit aliquid facere, & prędicit tale qd euenturum. Quartò, aliena doctrina, vt dũ iusto Dei iudicio permittitur ab angelis discere. Itaq; dæmones quãuis possint futura contingentia probabiliter præsentare, non tñ certitudinaliter præscire, aut prænunciare. De somnijs verò sciendum, ꝙ quinq; de causis fiunt, videlicet ex dispositione corporis, ex solicitudine mentis, ex illusione diabolica, ex reuelatione angelica, ex visitatione diuina. Prima duo somnia sunt futurorũ præsagia, quæ causam habẽt in nobis. Nam quæ coniungũt ex dispositione corporis, signa sunt infirmitatis, aut sanitatis: quæ autẽ accidunt ex solicitudine mentis, sunt signa eorũ ad quæ facienda, vel desiderãda inclinatur affectio nostra. Aliorum verò non sunt signa: imò si applicentur ad alia, potius prębent occasionẽ errandi, q̃ prę sciẽdi. Somnia demũm ex diabolica illusione nascẽtia, certum est roboris esse nullius. sed omnia quæ ab angelis bonis sunt, aut ex Deo, sunt vera signa in nobis rerũ illarum, ad quas præsignandas, aut ostẽdendas exibẽtur. Idcirco ex his non habetur, quòd præcognitio contingentium futurorum aliter habeatur, q̃ à Deo, nisi per aliquam coniecturam. Hæc Bonauentura: quibus Alexander concordat.

Articulus condemnatus.

Bonauen.

Dæmones futura prę sentiũt, & prædicunt vera quadrupliciter.

Somnia quinq; de causis dor mientib⁹ accidunt.

¶ Durandus quoq; consonat præinductis, nisi ꝙ concordare videtur secũdæ opinioni ex Richardo iam recitatæ de præcognitione dęmonum circa cognitionem naturalium quorundam effectuum, quorum causæ possunt aliquando impediri.

Durãdus

¶ Antisiodorensis ét 4. suæ Sũmę libro cõsentit prohabitis, & qualiter dæmones sint immissores cogitationũ malarum, angeli verò bonarũ, explanans. Reuera, inq̃t, diabolus immissor est cogitationum. Primò, per ꝙ imagines rerũ sensibiliũ delectantium imprimit instrumento, seu organo imaginationis: qm̃ data est ei ptãs immiscendi se spũi sensibili, & immittit ipsum qñq;, sicut permittit imaginibus delectabilium rerũ: sicq; immittit cogitationes rerũ huiusmodi, quemadmodũ aliquis ponens ante me speculũ aliquod, immittit mihi visum rei in speculo relucentis. Scit namq; diabolus ꝙ delectabile apprehensum moueri. ideo immittit apprehensionem: ut moueat ad appetitionem inordinatam. sic quoque potest immittere cogitationem: non tamen cogitationem

Guliel⁹. Antisiod.

nem malam, quæ sit peccatum. & est mala voluntas, secundum quòd dicitur: Peccaui cogitatione. Ideo bene dicit Beda, quòd non est immissor cogitationum malarum: quia eas propriè non immittit, nisi per operationem uirium nostrarum. nec enim apprehensio delectabilis malum parit volitionem tanquam necessaria causa, sed tanquam occasio, aut causa voluntaria: quomodo immittit diabolus cogitationes malas per modum consulentis, quemadmodum angelus bonus immittit cogitationes bonas. & talis immissio appellatur suggestio. Qua autem lingua utitur angelus bonus, aut malus consulendo homini, aut admonendo, semotum est a sensibus nostris: & hoc ultimo modo potest diabolus tentare hominem de inuisibilibus, sicut dum aliquem inducit ad errorem in fide. Hæc Antisiodorensis.

Beda Diabolus non est immissor cogitationũ malarum.

Gulielm⁹. Parrhisiẽ.

¶ Postremò Parrihensis tertia parte libri de vniuerso: Diuinatio, ait, imitatio quædam est deitatis, iuxta propriam nominationis huius intentionem, quamuis usu certissimo sola malignorum spirituum reuelatio diuinatio nominetur: quia nec angelos, nec prophetas dicimus diuinare, Vulgariter verò diuini vocantur, qui reuelatione malignorum spirituum secreta loquuntur. & intellexerunt hoc antiqui de diuinitate, qua Deos, seu diuinos uocabant nonnullos. inde appellabant, & dæmones, id est, scientes, ex præminentia scientiæ, quam eos habere putabant, quia occulta præteritorum, præsentiorum, ac futurorum eos nosse credebant. Hinc æstimabant eos esse Deos, atque colendos, & ad cultum eorum multi prolapsi sunt, & usque præsens labuntur auiditate sciendi ab eis occulta. Ariolos quoque, phanaticos, & arreptitios, dixerunt diuinos, similiter illos qui aliqua adhibent instrumenta, quatenus in eis inspiciantur occulta: sicut sunt speculum, unguis puerilis, ouum, manubrium eburneum, gladiùs elimatus: quibus omnibus opponitur unctio, ut eorum augeatur luciditas. Addunt item deceptores malefici quędam sortissimala, seu adiurationes, & obseruantias temporum, ac horarum, quasi uirtute rerum illarum apparitio fiat seu uisio in præfatis lucidis instrumentis. ¶ Præterea certum est, quòd in illis instrumentis non sunt res nec rerum similitudines, quæ quæruntur, ac inspici ibi videntur. Alioquin ab omnibus ibi præsentibus inspicerentur. Claruit autem iam multis experimentis, quòd dum septem, aut decem pueri, ac puellæ ad huiusmodi uisiones applicantur, uix unus eorum uidet id, cuius reuelatio quæritur, ut furtum, aut latrocinium. Hęc Gulielmus. qui consequenter prolixè circa hæc narrat. qnemadmodum quidam quasi Platonici, dixerunt animabus nostris scientias, ac uirtutes concreatas, & pueros uirgines adhuc immaculatos, exlucidorum instrumentorum illorum intuitu ad interiora sua reflecti, ac intra se informis sibi connatis cernere, quod sciri optatur. Deinde inquirit quid uerius sit, quod Plato dixit, an quod Aristoteles, asserens animam in principio sui esse, ut tabulam rasam, & pulchrè, diffuseque probat in hoc errasse Platonem. Inter hęc etiam refert, quemadmodum unus magorum antiquorum apud latinos famosus, illo errore dementatus est, quòd credidit animam pueri immaculati uiolenter necati, habere scientiam omnium pręsentium, pręteritorum, ac futurorum: ideoque puerum talem uiolenter necasse, & ab eius anima accepisse responsa. Quem autem intelligat doctor iste per magum illum, certum non habeo: sed suspicor quod Simonem magum, de quo, & sanctus Thomas in uno scripsit loco, quod ab anima occisi infantuli responsa accepit. Veruntamen Gulielmus hic scribit, quod diabolica suggestione magus ille in tantum errorem, tamq; crudele facinus est collapsus, & quod diabolus in specie talis animę apparuit ei.

Diuini, qui dicuntur.

Arioli.

Nota de Simone mago.

¶ Consequenter describit, qualiter quidam iuxta Aristotelis documenta dicentes scientias animabus non esse innatas, dicant per inspectionem lucidorum instrumentorum apparere, ac disci occulta per uiam naturæ sine cooperatione diaboli ex irradiatione lucis diuinæ siue angelicæ; Videmus, inquiens, huiusmodi illuminationes, irraditionesque fieri in furiosis, & grauiter ægrotantibus, ac excessiue timentibus, in dormientibus, quoque, & grandem solicitudinem profundè gerentibus: quia hæc abstrahunt animam ab exterioribus, proprijsque corporibus, sicque approximant irraditioni lucis supernæ. Conformiter isti dicunt pueros uirgines per talium lucidorum inspectionem ab exterioribus reuerberari, ac intus redire, sicque desuper illustrari, perpaucis tamen contingit hoc, quia prę cæteris ex donis naturę, complexionisque qualitate, ac eleuatione ingenij ad illuminationem talem magis dispositi sunt: quamuis hæc dona disponant ad hæc: attamen multo plùs dona gratiæ, hac puritas mentis & uitæ, quæ interdum reuelationes obtinent non petitas, presertim in his, qui zelo syncero soliciti sunt de gloria, & honorificentia creatoris, ac utilitatibus publicis. Vnde Grabiel locutus est Danieli: Nunc egressus sum, ut docerem te, & ueni, ut indicarem tibi, quia uir desideriorum es. Inueniuntur nihilominus aliquæ animæ, quibus huiusmodi superueniunt irraditiones ex fortitudine cogitationum in rebus diuinalibus, atque ex uehementia deuotionis in oratinibus suis, & ex ardore sanctorum, ac piorum affectuum, quibus superiucundissima m, prorsusque infinitam creatoris pulchritudinem concupiscunt. Galenus verò in libro de melancholia, dicit quosdam ex desiderijs talibus melancholicum incurrere morbum: qni utique desipientia magna est, & alienatio a re stitudine intellectus, discretioneque rationis. Porro laborantes hoc morbo, suscipiunt irraditiones rerum pariteulatas, & detruncatas, quapropter instar propheratum de rebus diuinalibus mira loqui incipiunt, sed locutionem illam non diu continuant, imò in uerba desipientiæ consuetæ mox recidunt, fumus namque melancholicus ascendens intellectiuam uim, confestim offuscat intercipiens mẽtis fulgorem, & a tantæ altitudine claritatis deijcit eam, Quandoque autem ad modicum cessat ascendere, & tunc mira celeritate eleuantur ad contemplandum, & ad loquendum salubria, sed rursùs melancolico ascendente uapore, mira subitatione trahuntur deorsum, atq; in cogitationes, ac uerba alienationis, ac deliratione præcipitãtur. Porro, qui puritati, ac contemplationi, ut decet, intentisunt familiaritatem, ac consortium angelorũ adipiscuntur: quemadmodum de magistro suo Socrate testatus est Plato, dicens: Socrates ob egregiam uitam, & castimoniam ab infrãtia numen habuit comes, id est, spiritum bonum se comitantem, ac dirigentem. Tullius item in libro suo de natura deorum, disseruit: Si quis temperatè uteretur cibis, ac potibus, & immaculatũ se custodiret, præsertim a Venereis, hic eõsortio frueret, ac visione deorum

Daniel. 9.

Galenus.

Socratis numen.

Cicero.

deorũ. Anima etenim nostra in horizõte est, & quasi confinio superiorum, ac inferiorum.

¶ Neque hoc lateat, quòd in spectionibus lucidorum instrumentorum frequenter admiscent se dæmones, quatenus fallant, aut saltem illo fulgore oculos intuentium lædant. Hæc Gulielmus. Qui de his multa prosequitur, & de generibus operum magicorum, ac miris occultissimis virtutibus multarum naturalium rerum, arborum, & herbarum, animalium, & gemmarum, de quibus infra tangentur nonnulla. Ab obiecta patet ex dictis solutio.

QVAESTIO V.

Arguit 1. QVintò quæritur, *An dæmones naturali virtute possint uera miracula facere*. Et circa hoc multa occurrunt determinanda: videlicet an opera magorum efficaciam habeant à dæmonum potestate, & an materialia ista obediant ad nutum de
2. monibus quo ad motum localem. Secundò, an ma-
3. teria quo ad receptionem formæ substantialis. Tertiò, qualiter magica opera fiat uirtute, operatione, cooperationeve dæmonum. Quòd autem vera miracula agere nequeant dæmones, videtur ex uerbo illo psalmistæ. Benedictus dominus Deus Israel, qui
Psal 71. facit mirabilia solus. Apostolus quoque mirabilia
2 Tess. 2. quæ fient per Antichristum, vocat signa mendacia: tamen illa fient cooperante principe dæmoniorum, cuius potestas præ solito tunc soluetur. Ergo si illa erunt signa mendacia siue fallacia, multomagis signa dæmoniorum inferiorum. Tertiò, Apostolus ait, Quæ conuentio Christi Belial? ergo non de-
2 Cor. 6. cet opera dæmonum in hoc assimilari operibus Christi, quòd utraque sint vera miracula. Quartò,
4. fides præsertim innititur, ac probatur miraculis: ergo si per dæmones fieri queunt uera miracula, robur fidei euacuatur.

In oppositum. ¶ In oppositum est, quòd super uerba illa Apostoli, Cuius (scilicet Antichristi) aduentus erit in
2. Thess. 2. signis mendacibus: dicunt expositores, quòd Antichristus faciet uera miracula: quæ tamen vocantur mendacia, quia ad deceptionem ordinabuntur. Idem affirmat Beda super Apocalypsim, vbi & le-
Beda. Apoc. 13. Apoc. 16. Exod. 7. gitur, quòd bestia (uidelicet bestialissimus Antichristus) seducit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt ei facere. Idemque, Sunt spiritus dæmoniorum facientes signa. In Exodo quoque leguntur magi Pharaonis eadem signa fecisse quæ Moyses fecit.

Thomas. ¶ Circa hæc scribit Thomas: Duplex error circa hęc fuit. unus gentilium, qui credebant dæmones, quorum uirtute magi operantur, deos esse: sicque eos per modum creationis posse nouos effe-
Error Auicennę. ctus producere. Alius est Auicennæ, qui dixit materiam inferiorum multo plus obedire conceptioni substantiæ separatæ, quàm subdatur actionibus qualitatum contrariorum agentium in natura: quæ solum disponunt ad formam substantialem, quæ secundum Auicennam à substantia separata creatura. Sicq; ad conceptionem substantiæ separatæ dixit in inferioribus quosdam produci effectus, etiã præter ordinem accursum naturæ. posuitq; exemplum de anima nostra, ad cuius apprehensionẽ totũ corpus ad uarias passiones mouetur, videlicet tristitiæ, concupiscentiæ, seu timoris. Verũ huic opinioni contradicitur à philosophis, atq; theologis. A philosophis, qm̃ dicunt corpus cæleste esse intelligentiæ instrumentũ: & ita non nisi per motum cæli potest in inferioribus prouenire effectus ab intelligentia. A theologis etiam, quoniam formę substantiales non sunt ab influentia dęmonum, sed Dei, qui eas in potentia materiæ posuit, atque educere potest absq; omni adminiculo agentis creati. Quòd verò educuntur in actum secundum cursum naturæ, est ex naturalibus determinatis agentibus. Hinc huius opinionis falsum est fundamentum. Idcirco dicendum, quòd dæmones sola sua virtute nullam queunt influere formam in materiam, nec substantialem, nec accidentalem, nec reducere eam in actum, nisi adminiculo proprij naturalis agentis, quemadmodum artifex non sua, sed ignis virtute calefacere potest cibum. Conformiter dæmones ad certa passiua coniungere possunt determinata actiua, vt sequatur effectus ex naturalibus causis: attamen præter solitum cursum naturæ ex multiplicatione, ac vehementia virtutis actiuæ rerum aggregatarum, habilitateque passiuorum. Hinc effectus, qui non sunt in potestate alicuius causæ naturalis, producere nequeunt, vt suscitare mortuum, aut aliquid tale in veritate, sed in præstigio tantum, vt infra dicetur. Hæc Thomas in Scripto.

Dæmones sola sua virtute ne queunt influere formã in materiam.

¶ Porrò in prima parte, quæstione centesima decimaquarta quærit, an dæmones possint uera miracula facere ad seducendum. Respondet, Propriè loquendo de ratione miraculi, dæmones nequeunt miracula operari, nec aliqua creatura naturali virtute, sed solus Deus: quia miraculum propriè appellatur, quod fit super ordinem totius naturę creatæ, sub quo ytiq; ordine dæmones continentur, & omnis virtus, seu potentia creaturæ. interdum tamen miraculum largè vocatur, quòd facultatẽ, & considerationem excedit humanam, sicq; dęmones miracula facere valent, sicut & vnus homo interdũ facit, quòd facultatem, & cognitionem transcendit alterius, & illum in admirationem deducit. Quamuis autem opera talia dæmonum ad veram, & plenam rationem miraculi non pertingant: sunt tamẽ quandoque res vera, non phantastica: quemadmodum magi Pharaonis virtute dæmonum veros pro
Exo. 7. 8. duxerunt serpentes, ac ranas, & quando ignis de cœlo cadens, sancti Iob pecora, puerosque con-
Iob. 1. sumpsit, turbo quoque domum eius subuertit, & filios eius, filiasque occidit. Quæ fuerunt non phantastica, sed realia sathanæ opera, vt vicesimo de
August. Ciuitate Dei asserit Augustinus. Nihilominus huiusmodi signa diaboli dicuntur mendacia ex parte finis: quoniam ad deceptionem hominum ordinantur à sathana, nec sinnt solo imperio dæmonum (non enim materia corporalium obedit angelis bonis, aut malis ad nutum, ita quòd dæmones valeant immediatè sua virtute transmutare materiam de forma ad formam) sed semina quædam in elementis latentia possunt adhibere ad talia producenda, vt loquitur Augustinus tertio de Trinitate. Hinc omnes corporalium transmutationes, quæ talium seminum adhibitione, seu naturalium virtute fieri queunt, operatione dæmonum fieri possunt: vt dum res quædam transmutantur in serpentes, ac ranas, quæ & per putrefactionem aliquando generantur. Transmutationes autem corporalium, quæ fieri nequeunt virtute naturæ, nequaquam efficiunt possunt verè realiter dæmonum potestate: vt quòd corpus humanum mutetur in corpus, & figuram alterius speciei, seu bestiæ: sed hoc fit secundum apparentiam tantum, quod contingere potest dupliciter. Primò ab interiori, secundum quod dæmon potest immutare hominis phãtasiam

Idẽ Tho. An dęmones possũt vera miracula facere ad seducendum.

Mutatio corporis, humani in aliam speciem dupliciter cõtingit.

ac sensus corporeos, ita, quòd aliquando videatur aliter, quàm est, quòd & virtute quarundam corporalium rerum nonunquam effici perhibetur.
2 Secundò ab exteriori. Cum etenim dæmon possit ex aere sibi formare, atque assumere corpus cuiuscunque figuræ, aut formæ, eadem virtute, ac ratione potest circumponere alteri rei quamcunque figuram, & formam corpoream, ut in illius
August. specie videatur, & appareat, quod non est. Et
capitu. 18. hoc est, quod decimo octauo de ciuitate dei Augustinus testatur, quia phantasticum hominis, quòd etiam cogitando, seu sominando per innumerabilium rerum genera variatur, velut corporatum in alicuius animalis, aut alterius hominis specie, sensibus appareat alienis. Quod non est sic intelligendum, quòd ipsa. vis phantastica hominis, aut species eius, eadem numero incorporata alterius sensibus ostendatur: sed quòd dęmon qui in phantasia vnius hominis format aliquam speciem, potest similem speciem sensibus alterius præsentare. Hæc Thomas in Summa.

Thomas. An angeli boni seu mali possunt miracula facere. ¶ Præterea in eadem Sũma quæstione centesima decima quærit, An angeli boni seu mali possunt miracula facere. Respondet, Miraculum non dicitur propriè dum aliquid sit præter cursum, & ordinem alicuius particularis naturæ. aliàs qui lapidem proijcere sursum, operaretur miraculum. Sed miraculum propriè nominantur, quod fit supra ordinem totius naturæ creatæ. Ideo solus Deus potest miracula facere. Sancti verò dicuntur operari miracula, vel quia ad eorum petitionem fiunt à deo, vel quia aliquod ministrium exhibent in mi-
Quãadmodũ sãi dicuntur operi miracula raculosi effectibus. Sicque ait Gregorius: Virtu-
Gregori⁹. August. tes uocantur illi spiritus, per quos signa, & miracula frequentiùs fiunt. Augustinus verò in libro octogintarium quæstionum disseruit: Magi agunt miracula per priuatos contractus, boni Christiani per iustitiam publicam, mali Christiani per publicæ iustitiæ signa. Vnde Deum magi uirtute seu ope dæmonum operantur miracula, dicuntur hoc facere per priuatos contractus: quoniam quælibet creaturæ se habet in vniuerso, ut virtus priuatæ personæ in ciuitate. Cumque magnos operetur per pactum cum dæmone initum, agit quasi per priuatum contractum. Diuina verò iustitia se habet in uniuerso, sicut publica lex in ciuitate. Hinc boni per diuinam iustitiam miracula facientes, asseruntur ea facere per iustitiam publicam: mali verò per signa publicæ iustitiæ, ut per fidem informem, aut diuini nominis inuocationẽ seu sacramentorum adhibitionem. Hæc idem ibidẽ.

Thomas. ¶ In super in Summa contra gentiles libro tertio, multa super his scribit: Fuit, inquiens, positio Auicennæ, quòd substantijs separatis multo magis obedit materia ad productionem effectus, quàm contrarijs agentibus in ipsa. Sicque asseruit ad apprehensionem intelligentię fieri pluuiam, sanitatem, ac quædam miracula, quod reprobatum est alibi. Veruntamen attendendum, quòd dum angeli boni, aut mali adhibent naturalia aliqua ad determinatos effectus, vtuntur illis inctrumentis. Instrumentorum autem aliquam sortitur virtutem actiuam ex principali agentis supra propriam uim, sicut serra inducit formam lecti ex motu artificis, quam per se non posset inducere. Conformitur ex naturalibus causis, ac viribus illis prouenire,
Similę. queunt alteriores effectus, inquantum sunt spiritualium instrumenta substantiarum, quàm secundum cursum prouenirent communem. Quamuis ergo tales effectus simpliciter miraculo non existent, quia ex naturalibus prouenium causis, mirabiles tamen nobis reduntur dupliciter. Primò, quia per spirituales substantias applicantur causæ illæ ad quosdam effectum modo nobis insolito. Nam, & ingeniosorum artificum opera
Obseruationes magorũ in operãdismirabilibus. illis facilia, mirabilia sunt his qui modum operationis eorum non capiunt. Secundò ex hoc, quod causæ illæ sic applicatæ, aliquid sortiuntur ad producendum ex hoc, quòd sunt spiritualium substantiarum instrumenta. Præterea quidam opera illa mirabilia, quæ magicis artibus fiunt, asscripserunt non spiritualibus substantijs, sed cælestium uirtutibus corporum. Nam & magi certos stellarum situs considerant, herbas quoque, & corporalia quædam adhibent auxilia, quasi ad præparationem materiæ ad suscipiendum influxum, & effectum cælestium corporum. Verum ista opinio expresè contrariatur his, quę manifeste, realiterque apparent. In operationibus quippe magorum sunt multa, quæ sunt propria rationalis naturæ, quoniam dantur responsa de furtis, & talis: & appareat in uigilia aliqui colloquentes, ac de varijs rebus ratiocinantes, & reuellantur secreta. Ex quibus item probatur, quòd substantiæ illæ quarum ope fiunt huiusmodi opera, sint uitiosæ: quia ad multa scelera prestant consilia, atque auxilia, idolatriamque persuadent. De his multa conscribit supradictus Thomas. Thomas.

In Secunda quoque Secundæ, quæstione centesima nonagesima quinta de his aliqua introducit, & specialiter de speciebus diuinationis compendiosè tractat ibidem: puta de diuinatione, quæ fit per dæmones, de diuinatione, quæ fit per astra, de diuinatione, quæ fit per somnia, de diuinatione, quę fit per auguria, & obseruationes consimiles, & de diuinatione, quæ fit per sortes: & qualiter omnes species istæ cum genere suo, quòd est diuinatio, contrariantur cultui dei, & superstitionis sunt species, quæret ibidem, Petrus.

¶ Circa hæc quærit Petrus, An dæmones possunt aliquas species rerum producere. An dęmones possũt aliq̃s species rerũ producere. Respondet, Quidam effectus sunt, quorum formæ ultimæ sunt artificiales, ut domus, scamnum. Hos dæmonũ producere potest artificiosiùs, quàm homo. Quidam effectus sunt, quorum ultimæ formæ sunt naturales. & harum quidam producuntur ex semine, in quos dęmon non potest: quia in generatione commixtioni elementorum additur aliqua uirtus influens ab anima generantis, quam dęmonum non potest influere. Quidam ex putrefactione, ut uermes, & quidam serpentes: & in his contingit aliquod agens dupliciter operari, uidelicet adminaculando, sicut agricola in productione segetum: & complendo, sicut sol, & natura in generatione inferiorum. Primò modo potest operari diabolus, non secundò, Possunt namque colligere semina, & actiua passiuis contemperare: quo facto, sequitur introductio formæ per operationem naturæ. In cæteris consonat Thomæ. Richardus similiter. Bonauẽt.

¶ Bonauentura verò adiecit: Maligni spiritus possũt formas artificiales inducere propriã per virtutem, & formas naturales per virtutem alienam: quoniã operantur per modum artis, non naturæ. Vnde sicut natura non producit formã artificialẽ,

sic, nec aes formam naturalem. ¶ Et si quæratur ratio huius, dico, quòd est limitatio potentiæ agentis ad talem, seu talem effectum, secundum dispositionem dei, & primariam ordinationem causarum. Rursus, si quæras quare sic Deus disposuit: dico, quòd ordo sapientię hoc requirit. Cum enim triplex sit agens, videlicet Deus, natura, & intelligentia, ita se habent, ita, quòd primum præsupponitur à secundo. & secundum a tertio: Deus namque operatur ex nihilo. Natura verò nō operatur ex nihilo, sed ex ente in potentia. Ars autem præsupponit operationem naturæ, & operatur super ens completum. Non enim facit lapides, sed domum ex lapidibus. Hinc sicut natura non potest anticipare operationem dei, quæ est de nihilo producere, sic nec ars operationem dei, quæ est de nihilo producere, sic nec ars operationem naturæ. Si quæras, quare non est conuerso, ita ut ars præcedat naturam, dicendum, quòd operatio naturalis per naturam, prior est in eodem, quàm operatio artis: & etiam, quoniam agens per naturam producit sibi simile secundum veritatem: agens verò per artem producit simile solum secundum exemplar. Quoniam ergo in productione rerum, seu formæ naturalis, agens aliquid impartitur passo, & nihil impartitur aliquid alteri, nisi id respectu cuius est in actu secundum veritatem: ideo formas illas de potentia in actu deducere nequit, nisi quod agit per modum naturæ. In artificialibus verò nihil impartitur agens passo, sed aufert uel mutat, ut patet in forma compositionis, aut institutionis. Hinc agens per artem non potest virtute propria formas naturales producere, nisi ille solus, qui est actus plenus, atque perfectus, respectu omnium tam in cognoscendo, quàm operando, videlicet Deus.

Triplex agens.

An magi ꝓduxerūt veros serpentes.

¶ Præterea si quæratur, An magi Pharaonis cooperationem dæmonum produxerunt ueros serpentes, ac ranas: uidetur quòd non, quoniam Strabus ait, quòd diabolicis figmentis illudebant intuentium oculis. Glossa quoque Augustini dicit in Exodo super illud, Deuorauit virga Moysi uirgas eorū: Virga Moysi absorbuit uirgas, non dracones, hoc nanque absorbuit, quòd erant, non quòd non erant. Ergo virgę magorum non fuerunt uerè in dracones, seu serpentes conuersæ. Natura etiam non videtur in tam imperceptibili seu breuissimo tempore, solida ligna, vt erant uirgæ magorum, posse in dracones veraciter transmutare. In contrarium est textus Exodi septimo, vbi plane, historialiterq; refertur, quòd magi proiecerunt virgas suas, quæ vertebantur in serpentes. Hoc etiam tertio de trinitate Augustinus sentire expresè videtur, describendo ibidem qualiter id fiebat. Vnde, & Glossa ex verbis Augustini super Exodū ait: Dæmones mira celeritate discurrentes per modum, colligunt, & adducunt semina rerum. sicque nouas rerum species producunt. Dicendum, quòd re uera Glossæ uidentur sibi obuiare ibidem. hoc tamen plus sonant, quòd virgæ magorum uersæ fuerunt in veros serpentes. Cumque uirga Moysi dicitur deuorasse uirgas magorum, dracones nominantur virgæ à præexistente materia: sicut & uirga Moysi, quæ uerè conuersa extitit in draconem. Cumque obiicitur, quòd natura non potest tam subito operari, respondendum est, quòd verum est, loquendo de hac natura per se. sed taliter potest esse adiuta, & confota conuenientibus rebus, ac viribus, ut quasi repente prorumpat in opus, ut patet de generatione ranarum, quas de quibusdam folijs celeriter nasci contingit.

August. Exod 7. Idem. Ad obiectionē responsio.

Quęstio

Si denuo quęras, quomodo ab inuicem discernantur hæc signa seu miracula dei, & sanctorum uera, & signa magorum: Dicendum, quòd etsi conueniant in materia: differunt tamen ex parte principalis agentis, & ex parte ministri, atque ex parte finis, & ex parte facti. Ex parte principalis agentis, quia in veris & propriè sumptis miraculis, operatur omnipotentia infinita creatoris etiam super naturam: in miraculis dæmonum seu magorum, operatur uirtus naturæ multipliciter per alias naturas adiuta. Ex parte quoque ministri, quoniam vera miracula per publicam fiunt iustitiam, id est, per fidem catholicam, qua viuitur iustè, seu etiam per opera, & merita eius: magorum verò miracula, per priuatos contractus, ut per incantationes, & quędam arcana. Quòd designatur, quòd ibi sint opera tenebrarum: quia ut ait saluator, Qui male agit, odit lucem. Item ex parte finis, quia miracula dei ordinantur ad fidei roborationem, ecclesiæ utilitatem, & ad gloriam dei: magorum uerò miracula, ad deceptionem, ac gloriam vanam. Et rursus ex parte facti. Dæmones namque faciunt inutilia, vana, ac uilia, ut canes cantare, statuasque moueri, serpentèsque, & ranas præcipue faciunt: quia hæc operatione naturæ faciliter producuntur. Itaque sic Deus dæmonum potentiam, atque astutiam tēperauit, vt eorum miracula, & malos queant decipere, iuxta eorum demerita: & à bonis valeant deprehendi, vt sic fides cum miraculis habeat locum. Nempe si solus Deus, ac eius ministri egissent miracula, quis non credidisset compulsus miraculis? Nun verò dum, & boni, ac mali faciunt ea, hi diuinitus illustrantur, vt inter ea, queant discernere, per uera miracula adiuuantur, & per dæmonum miracula probantur, & exercentur. Hæc Bonauentura.

Iohan. 3. Quēadmodū de⁹ tēperauit dęmonū potentiam.

Quęstio.

¶ Qui etiam quærit hic, An introductio omnis formæ substantialis sit à datore formarum, An aliquid agens particulare possit aliquam inducere. Respondet, de eductione formę in esse, quadruplex fuit opinio, Vna Anaxagoræ, qui posuit latitationē formarum, quod dupliciter potest intelligi. Primò, quòd posuit formas in materia actualiter pręexistere, sed non apparere extrinsecus instar picturæ panno opertę. & hinc modus impossibilis est omnino, quia contraria simul inessent eidem. Secundò, quòd essentiæ formarum sint in materia nō solum latentes, sed in potentia entes, ut materia habeat in se seminales formarum omnium rationes, à primaria conditione inditas sibi, & per actionem agentis educerentur, quòd concordat philosophiæ, ac scripturis. Verum iste non fuit intellectus prætactę opinionis, sed primus, ut dicunt expositores. Dixit namque, quòd agens particulare nil agat ad formæ productionem, sed detegat eam. 2.

De formę eductione q̄druplex opinio.

¶ Alia fuit opinio philosophorum magis modernorum, dicentium, quòd omnes formæ sunt à creatore: quæ etiam opinio dupliciter potest intelligi. Primò, quòd Deus sit principaliter agens, & causans in omnium productione formarum, ac rerum, & positio ista est uera. Vel ita, quòd Deus sit tota causa efficiens, & agens particulare nil agat nisi adaptando materiam, ut sicut Deus producit animas rationales, ita, & alias formas. Istud uerò stare non valet, quoniam agens particulare, aut producit aliquid, aut ni-

hil

hil: & si nihil, ergo nil agit. Si verò aliquid, ergo aliquam inducit dispositionem: sed qua ratione potest inducere vnam, potest, & aliam. Ergo positio ista irrationabilis est,

3. ¶ Tertia positio est, quòd formæ naturales penè omnes ad minus corporales, ut formæ elementorum, & mixtorum, sunt in potentia materię, atque per actionem particularis agentis educuntur. Et hanc videtur tenere Philosophus, tenentque eam communiter doctores in philosophia, & theologia: attamen habent duas uias. Aliquid quippe dicunt, quòd sunt in materia in potentia receptiua, & quodammodo actiua, & coperatiua: quia materia habet possibilitatem ad recipiendum, & etiā inclinationem ad cooperandum, & in agente est huiusmodi forma producenda, ut in actiuo principio effectiuo, & originali: quoniam omnis forma per naturam suæ speciei recepit naturam multiplicandi se. Vnde inductio formæ est ab agente, formam suam multiplicante. Ab uno quoque obiecto relucent multæ imagines in pluribus speculis: atque huiusmodi formæ non habent (ut dicunt) ex quo sint materialiter, sed ex quo originaliter: ideo non dicunt creati, neque ex nihilo fieri. Quòd enim creatura, nihil est: talis uerò forma ante eductionem suam aliquo modo est, tum ratione agentis, tum ratione materiæ.

4. ¶ Alia uia est, quòd formæ sunt in prima materia non solum ut in qua, & à qua aliquo modo, sed etiam ex qua: & hoc non sic, quòd materiæ primæ essentia fit ex qua forma producitur: sed quòd in ipsa materia aliquid est creatum, ex quo agens dum agit in ipsam, educit formam, non ita ex illo, tanquam ex aliquo, quod sit tanquam pars aliqua formæ producendæ, sed quia illud potest esse forma, sicut globus rosæ fit rosa. Et ista positio tenet, quòd in materia sint veritates omnium formarum producendarum naturaliter, ita quòd cum producitur forma, nulla quidditas, nulla essentia de nouo inducitur, sed datur ei noua dispositio, ut quod erat in potentia, fiat in actu. Differunt enim actus, & potentia, non quòd dicant quidditates diuersas, sed dispositiones eiusdem distinctas: non tamen sunt dispositiones accidentales, sed substantiales. nec mirum, hoc esse in potentia agentis creati, ut quod est vno modo, faciat esse alio modo. Hæc positio inter cęteras uidetur esse intelligibilior, & ueritati uincinior: quam credo tenendam, non solum quoniam eam suadet ratio, sed & cōfirmat auctoritas Augustini super Genesim, quā Magister allegat, quòd quæ producuntur à natura, secundum rationes seminales producuntur. Quid uerò sint rationes seminales, infra patebit. Sicque secundum positionem istam dicendum, qđ agens particulare educit formas, & inducit, ac res producit. Et si quæras an ex aliquo, uel ex nihilo, dicendum, quòd secundum tertiam positionem ex aliquo: sed non ex aliquo materialiter uel constitutiue, sed ex aliquo originaliter. Vel formę fiunt ex aliquo, non quod ly, ex, dicat partem, sed consubstantialitatem: sicut rosa ex globo, quoniam globus fit rosa. Sicque materia se habet per modum receptiui: sed seminatum in ea seu inditum ei, se habet quodammodo per modum actiui, & quodammodo per modum passiui, quoniam cooperatur agenti: & nihilominus variatur ab vna dispositione in aliam. Hæc est ergo summa positionis istius, quod agens creatum nullam quidditatem, nec substantialem, nec accidentalem producit omnino, sed entem sub una dispositione, facit esse sub alia. Hæc Bonauentura.

Vltima positio tenenda.

¶ Cuius hoc ultimum verbum uidetur prorsus obscurum, cum lux producat radium, calor calorem, obiecta similitudines suas, & substantia operationem. Verum de hac quæstione infra plenius differetur. Tangit namque difficultatem in philosophia præcipuam, puta de inchoatione formarum. Hæcque positio, quam Bonauentura magis hic approbat, videtur esse opinio Alberti, Vdalrici & aliorum quorundam. Thomas uerò, Aegidius, & alij multi teneant contrarium, quibus in hoc magis reor consentiendum, propter motiua suo loco ponenda: imò opinio illa, prout eam recitat Bonauentura, ponens exemplum de globo rosæ, & formam eductam formæ inchoatæ seu educendæ consubstantialem affirmans, si uerè resoluatur, ac clarè, inuenietur parum, aut nihil ab Anaxagoræ opinione differre, ut etiam protestatur, & probat Henricus, sicut infra pandetur.

Alexāder.

¶ Insuper Alexander circa hæc plura quærit, & scribit diffusè, cuius dicta sententialiter pro maxima parte sunt introducta. Concedit quippe iuxta sensum præhabitum, quòd opera dæmonum, & magorum non sint propriè dicenda miracula, ita, quòd deo omnipotenti proprium est operari propria potestate miracula propriè sumpta. Præterea ad quæstionem hanc, vtrum opera magorum Pharaonis fiebant verè realiter, an apparentialiter, ac pręstigialiter tantum, respondet, quòd uerè realiter, quemadmodum Augustinus probat, tenet, præsertim quoniam uirga Aaron uirgas magorum (id est, serpens serpentes) legitur deuorasse. Circa hoc quærit Alexander, An dracones magorum redierunt in virgas. nec audet hoc diffinire, potisimè cum nullo modo hoc naturalis habeat ordo, quòd dracones uertantur in ligna, sicut, quòd ligna in dracones.

Exodi. 7. Alexāder An dracones magorum redierunt in uirgas. Dionysi⁹.

¶ Sed mirum uidetur quare hoc sciscitetur, aut ita respondeat, cum dicat colubrum Moysi uerè, nō phatansticè, dracones illos vorasse.

¶ Quod autem non fuit ibi phantastica illusio, probat: quia in tota Exodo de tali illusione nil legitur. imò Exodi octauo, ubi magi narrantur defecisse in non valendo producere cyniphes, sunt locuti: Digitus dei est hoc. quod & ante dixissent, si in faciendo defecissent. Amplius, respondendo ad istud, an opera illa magorum fuerunt miracula, hanc ponit distinctionem: Miracula possunt dici uel quantum ad rem factam, uel quantum ad modum faciendi solum. Miraculum quantum ad rem factam, & non quantum admodum faciendi, uocatur, quando suspiciens nullum habet ordinem naturalem ad suscipiendum effectum: ut dum natus cæcus, fit uidens, seu uirgo manens virgo, parit. Miraculum autem quantum ad modum faciendi tantum, dicitur, id quod mutatur in alterum, habet naturalem ordinem adhoc, sed non quod fiat tam citò, ut dum ex aqna fit uinum, & ex uirga serpens. Porro istud citò, intelligi potest dupliciter.

An opera magorum fuerūt miracula. Miraculū q̄n fieri dr̄

¶ Primò, de instanti. & quando sic fit, uerè est miraculum, & soli conuunit deo.

¶ Scdō, de tempore breuissimo, & qua impcepti li. & sic nō eē ꝓpriè miraculū, sed quoddā mirabile.

Et quia discernere non valemus quando talia fiant, in instanti, aut in tempore breui, vtimur nomine miraculi ad vtrunque. Est autem triplex modus producendi serpentes, videlicet ex putrefactione purè naturaliter. Secundò per accelerationem, sicut fecerunt magi. Tertio in instanti: sicque diuina, omnipotentique virtute Moyses fecit. Angeli demum boni, & mali præparare possunt materiam, non inducere formam substantialem. Hæc Alexander.

Questio de illusionibus magicis. Trib⁹ modis fit illusis.

¶ Qui iterum quærit, qualiter fiant illusiones atque præstigia in operibus magicis. Respondet, Quædam illusiones absque cooperatione dæmonum, sola agitatione ostendentium, & occultantium aliqua, ut in transiectionibus. Interdum quoque sine virtute dæmonum, virtute quorundam corporum mineralium: quæ qui habent, possunt per virtutem illis corporibus inditam, rem monstrare non sicuti est. nec tunc est falsitas ex parte visi, quin aliquid sit, quod videtur, non tamen est sicut apparet. Tertiò fit illusio talis per dæmones, qui ex ordine suæ naturæ habent potestatem super quædam inferiora, quam in illis exercent quantū Deus permittit, tuncque apparet res non sicuti est. Et quamuis sit ista illusio, quo ad modum videndi, subiacet tamen veritas ex parte rei uisæ, ut de mineralibus dictum est: sed hic fit uirtute dęmoniaca, quod ibi uirtute naturali indita corpori illi. Adhuc tamen illusio ista non appellatur vestigium, quod proprie est illusio dæmonis, non habens causam ex parte mutationis rei, sed cognoscentis duntaxat. qui illuditur quantum ad organum, aut quantum ad potentiam. Ad intelligendum demum qualiter fiat, sciendum, quod sensibile dicitur dupliciter, scilicet per se, & per accidens. Per se quoque dupliciter, ut pote proprium, & commune, Dicimus ergo, quod in proprio sensibili non decipitur visus bene dispositus, nam, quod album est, semper iudicat album. sed in sensibili communi, & insensibili per accidens, falli potest intus, & extra, & organum ipsum: & hoc per virtutem dæmonis aliquid ibi agentis, non quod mutet tunicas, humoresve oculi. varijs quippe modis potest formas formare, ac visui præsentare, qui velit nolit obiectas apprehendit existente organo in debito statu, ita quod visus apprehendit species, quas offert diabolus, nec dicendum, quod diabolus vniat eas visui, imò naturaliter ex quo oblatę sunt sensui debito modo, sensus vnit se illis, & iudicat de eisdem. Vlterius verò fallitur iudicando sensibile per accidens, cum formam quæ solebat esse huius rei, iudicat esse hanc rem vbi est, vbi videt talem formam: atque secundum diuersas oblatioees, aut secundum diuersas mutationes formæ oblatæ, iudicat semper alia, & alia, sicque deluditur. Vnde Augustinus in libro de spiritu, & anima, & idem tangit libro de ciuitate dei: Quædam mulierculæ conuersæ post sathanam, illusionibus, phantasmatibusque seductæ, credunt, & fatentur se nocturnis horis cum Diana, & Herodiade, atque innumerābili mulierum multitudine equitare, & earum illusionibus, ac iussionibus obtemperare. Sathanas namque qui se in angelum lucis transfigurat, cum mentem talis mulierculæ ceperit, & eam sibi per infidelitatem subiugauerit, illico per diuersarum species fœminarum mentem, quam captiuam tenet, in somno deludens, modo tristitia, modo læta, modo cognitas, modo incognitas personas ostens, per deuina quæque ducit, & tamen solus hoc paritur spiritus infidelis. Istud tamen in somno fit per imaginatiuę illusionem, & proportionaliter fieri potest illusio in sensu corporeo.

Sensibile dr̄ dupliciter.

Qualiter demones illudunt hūanis sēsibus.

August.

2. Cor. 11.

Alexāder

¶ Postremò quærit, quid intelligatur per publicam iustitiam, cum in auctoritate præhabita asserit Augustinus, quod sancti operantur miracula per iustitiam publicam, & tandem determinat hoc posse exponi de increata iustitia, qua Deus gloriosus, & infinitus agit miracula pro utilitate communi, aut uera, loco, & tempore opportuno, secundum exigentiam iustæ praue causæ, non per quoscunque, sed per præordinatos à se ad talia peragēda. Hinc ait: Diuina potestas publica, & uniuersalis, uocatur diuina iustitia, quoniam decenter, ac publice omnia regit: & dum quis in ea consistit uirtute influentiæ eius fiunt miracula. quod contingit dupliciter: primò sic, quod influit super inuocantem, & super factum pro quo inuocatur. sicque boni. Christiani faciunt miracula. Influit enim dominus super fidem eorum formatam, & super id, quod ex fide requirūt, quod supernaturaliter agitur. Dum uerò per malos facit miraculum, influit super factum, non super inuocantem: Hæc Alexander. Qualiter autem Thomas, & Bonauentura hæc uerba exponant, patuit supra.

Gulielm⁹

¶ At uerò Parrhisiensis tertia parte libro de uniuerso: De præstigijs, inquit, id est, operibus ludificatorijs, quibus dæmones uidentur facere quędam, quæ non uidentur eis possibilia esse, non immeritò quæritur, Vtrum fiant, & qualiter, nec dubium quin fecerint ranas, & serpentes, ut Moyses scripsit. Sed cum nec animas illorum creare, nec corpora ualebant formare, constat eos ministrasse magis Aegyptijs uel semina, uel materias illorum animalium, ex quibus facillimè generantur. Vt autem clariùs intelligatur. qualiter fiant opera magica, ponam exempli gratia aliqua. Primò de nummis aureis, atque argenteis, qui reuertuntur ad dantem, quoties dantur seu exponuntur pro alijs rebus. De quibus consistat, quod propria uirtute non redeunt, nec magi, nec dæmones eis prestare gressibilem queunt uirtutem: ideo non nisi malignorum potestate spirituum reuertuntur, Facile quoque est malignis spiritibus facere apparere similitudines aureorum, & argenteorum nummorum, ubi ueritas eorum nulla consistit. Ideo non oportet putare ut ueri nūmi sint qui reuerti dicuntur. Nam & uni sanctorum, puta magno Antonio, apparere fecerunt in deserto uas grande argenteum. Et si dæmones apparere creduntur in specie hominum, cur apparere non ualeant in speciebus nummorum siue uasorum per transfigurationes, quas ipsi nouerunt? Nec multum refert an de se ipsis transfigurationes huiusmodi faciant, an de materijs alijs. Denique in specie serpentum, & speciosarum mulerum interdum apparuisse leguntur. Et meritò quæritur, an realiter fuerint tales formæ, & in quo ueluti in subiecto, qualiter etiem malignissimis spiritibus patuit tantus ad sanctissimos uiros accessus. Verum ad hoc à sapientissimis Christianorum responsum est, non hoc esse nimis mirandum, cum & sæpeius flagellauerint sanctos in corpore, & ipsummet saluatorem tentator adierit, atque assumpserit secū ad loca diuersa. Denique qualiter uiros sanctos quotidie tentant, si non est eis accessus ad animas eorundē, & si nō est eis facultas pingēdi cogi-

Ex

Qualiter fiāt opera magica.

De nūmis argēteis q̄ ad dātē reuertūtur.

Iob. 1. 2. Cor. 12. Matt. 4.

cogitata huiusmodi in imaginatione, & forte etiam in vi intellectiua illorum, præsertim si fuerit tentatio cogitationis blasphemię de rebus spiritualibus, atque sublimibus, vt de essentia creatoris, & de consimilibus, quæ non cadunt nisi in intellectu? Quapropter facilè est malignis spiritibus in potentijs animarum nostrarum pingere quæcunque cogitata, quæcunque voluerint, quoties ipsi permittitur. & illa non tantum vt cogitata, sed etiam ut uisa imprimere, quemadmodum in somnis, ac somnijs. Et hoc diligenter aduerte, cum sit declaratio ludificationum istarum: interdum quoque cogitata in vigilia, eousque in se rapiunt animas nostras, ut appareat nobis, quòd ea non solum cogitemus, sed potius videamus. Hinc potest patere de incantatoribus, qui videntur equos suos lacerare frustatim: quoniam forma equi vel integri, vel detruncati, est in animābus spectantium per procurationem, & depictionem (ut dixi) malignorum spirituum. Nec est in eis ut cogitatum, & signum, sed magis vt visum, & res: & hoc est ex fortitudine impressionis, cui addere, & auferre malignis spiritibus extat possibile. Hin sicut cogitationes ipsas ingerunt inspicientibus gesta, seu figmenta magorum, sic ipsas cogitationes visiones efficiunt: & quæ erant signa, videri faciunt non ut signa, sed ut res. Quòd ergo magus equum suum fustatim detruncare seu hominem deuorare videtur, hoc modo est, quantum est de naturali virtute malignorum spirituum. Veruntamen non improbabile est, alias vias eis esse* possibile, qui multarum rerum virtutes occultas, atque mirificas non ignorant.

* possibiles

¶ Insuper perscrutandum, qualiter spiritus isti qui nec colla, nec humeros, habent, homines quosdam, & grandia saxa deportent: & qualiter iaciant lapides, qui manus ad iaciendum non habent, qui & ictibus illis rarò aut nunquam àliquem lædunt. quo constat, virtutem eorum diuinitus esse restrictam: quoniam iacere permittuntur, & lædere prohibentur. Estque mirabile qualiter vsque in homines iactent saxa absque hominum læsione. Porro hæc possibilia esse scire potes istis exemplis. Adamas, nāque seu magnes sola sua uirtute absque impulsu dat motum ferro contra suæ pōderositatis naturam: quid igitur mirum, si spiritualis substantia tanta virtute prædita, sine impulsu, & attractu corporali, præstare poterit motū corpori graui, imò corporibus multis? Amplius, dum lapis proijcitur vel sagitta emittitur, quid dat motum illis, nisi violentia impulsionis, quæ duo operatur ibidē? Naturalem. n. pōderositatem rerum ita motarum à naturali sua actione, quæ est descendere, suspendit, & motum illum largitur, Cumque impulsio illa in cōparabiliter minoris existat uirtutis, q̄ substantia spiritualis, quid mirum si talis substantia suspēdat sua presentia corpus, saxum, sagittam à sua actione, possitque ea mouere, quamuis aliqui opinentur ea moueri à violenta leuitate per impulsionem causata? Rursus, si anima humana quæ est spiritualis substātia, dat corpori suo graui sursum moueri, quanto magis spiritualis pōt corpus sic ferre solo imperio? Preterea si q̄ratur de equo, quē ad vectandū maleficì se facere credunt de canna, per nefandos characteres, & scripturas, quas in ea scribunt, ac pingunt: dico quòd malignis spiritibus impossibile est de canna uerum facere equum, nec cannam malefici eligunt ad talem ludificationem agendā, tanquam canna sit aptior ut transformetur in equum, sed forsitan propter superficiei suæ planitiem aptior est, ut in ea execrabiles illæ fiant scripturæ. Congruit etiam canna dæmonibus, cum sit lignum apparens, non verum, sed vacuum, intus nō habens de ligni soliditate, & veritate, nisi, quòd in ea apparet extrinsecus, per quòd etiam insiuuatur, quàm formidandum, & periculosum sit vti equo huiusmodi, in quo totum sit illusione phantasticę visionis. Nec mirum si permittitur dæmonibus ita ludificare maleficos, cum ipsi malefici seipsos tradiderint manibus dæmonum per sacrificia sanguinis, quo & canna diabolicis characteribus, literisque inscribitur, de qua equum sic formare insanissimè opinantur. De columbis, quoque & leporibus, ac porcis, quos aliquando venales exhibuisse, ac vendidisse narrātur malefici, idē est sentiēdum, quod de equo prefato phantastico. Nam & subito euanescunt, nec vlla relinquunt vestigia existentię sui. Nec arbitror aliud sentiendum de ludificationibus famosis apud partes occidentales, præsertim apud Britanniam, quarum vna est hæc: Interdum apparet alicui, quòd sit in palatio magnifico, atque pulcherrimo, ac speciossimam ibi videre mulierem in regio apparatu, splendidissimis etiam epulis interesse: deinde tota nocte per uenerea commisceri, & delectari cum illa. Euanescentibus verò figmentis phantasticis, deprehendit se fuisse tota nocte in sordissimo luto, & inter ossa crurium vaccæ vnius, equumque suum alligatum ad arborem, tota nocte illa nil comedisse. Recolo demum me potuisse videre hominem, cui acciderat ista illusio, sed ex negligentia, atque accedia mea non vidisse. Facile autem malignis spiritibus est, homines de quibus hoc permittitur, soporare, eòsque somnialibus delectamentis tota nocte illudere: eis quoque soporatis, equos eorum arboribus alligare, & corpora eorum ubi voluerint collocare, cum nihil horum sentiant soporati. Nih lominus raptis per illusoriam visionem similes illusiones fieri possunt, cum ad huiusmodi visa suspensi, alia nec uideant, nec attendant, interdum autem, nec sentiant.

Exēplū de adamāte.

De equo maleficorū quē de cāna effingunt.

De illusionib⁹ partium Britānię.

¶ Post hæc prosequar de substantijs apparentibus in similitudine equitantium, & bellatorum in prælium currentium, & in similitudine innumerabilium exercitium, interdum verò in paucorum similitudine equitum. Circa quod dico, quòd substantię illæ non sunt corporeæ, nec enim vulnerabiles: & dum homines quidam conantur eas transfigere, mox experiuntur se frustra hoc attentare. Quòd si haberent aerea corpora, mortalissima essent propter teneritudinem, ac passibilitatem corporum talium. Et ad quid eis arma, cum abinuicem passibilia non sint? nec contra homines gerunt arma. alioquin iam omne genus hominum prostrauissent. Ludus ergo est, utpote hastiludium, si quis inter eas armis agere, aut agi videtur. Equi quoque, & arma eorum solum in apparentia sunt, cum similiter inuulnerabiles sint. ideo totum in visione illusoria, atque phantastica Et hic est vnus modus apparitionum istarum, videlicet quia ludificationes dæmonum interdum non solum in ista consistunt manerie, ut appareant in similitudine hominum mortuorum, sed & apparent terribiles magnitudine equis, & armis. apparent quoque cum facibus, & faculis seu aliis ignibus. Sunt, & aliæ ludificationes malignorum spiritunm, quos interdum faciunt in nemoribus, & locis amęnis, ac frondosis arboribus, apparētes in similitudine puellarum, ac matronarum, ornatu, & candore

Idē Guliel De substātijs apparētib⁹ in similitudine bellatorum.

fulgentium. Item nonnunquam in stabulis cum luminaribus cereis.

Itē Guliel De dñab⁹ nocturnis, vt uocant.

¶ Porro de substantijs, quæ apparent in domibus, quas vocant dominas nocturnas, quarum principem nominant Abundiam, eo quòd domibus, quas frequentant, abundantiam temporalem putatur præstare, sentio quemadmodum de prædictis. Nempe, quòd comedere videntur, ac bibere, illusoria tantum est visio, cum spirituales substantiæ cibis, ac potibus non vtantur. Deinde nihil consumptionis, aut diminutionis apparet in cibis, & potibus, de quibus sumpsisse narrantur, postquam euaneurint. Quapropter inantum inualuit imperitia hominum, præsertim quarundam insania vetularum, vt vasa vini, & receptacula ciborum discooperta relinquant, dum illas credunt ad suas domos esse uenturas, quatenus cibos illos, ac potus pro beneplacito sine difficultate accipiant. quòd idolatriæ genus est: ob cuius eradicationem præcepit Deus in lege omnia vasa cooperiri, & vasa operculis carentia reputari immunda.

Idem de strigib⁹

¶ Idem tenendum de malignis spiritibus, qui vulgo striges, & latine appellantur, apparentque de nocte in domibus, in quibus paruuli nutriuntur, quousque de cunabulis raptos laniare, aut assare videntur, atque apparent in specie vetularū, quæ nec uerè sunt vetulę, nec verè laniant pueros. Interdum uerò permittuntur pueros trucidare in pœnam peccati parentum, qui intantum afficiuntur ad illòs, quòd dei sui obliuiscantur.

De exercitibus noctē apparētibus.

¶ Conformiter sentiendum de exercitibus qui apparent de nocte in armis cum gladijs, veluti interfecti in specie mortuorum: quorum quidam leguntur aliquando reuelasse viuentibus, se animas esse defunctorum, qui olim in seculo bellis, ac prę lis intenderunt, & per quæ peccauerunt, puniri. Nec tamen oportet animas talium essentialiter, ac præsentialiter ibi adesse: imò de eis omnino est iudicandum, sicut de visis in somno, ita, quòd similitudines tantum apparent.

Dionysius

De familia Heliqui.

¶ De his, & quibusdam similibus, multa diffusè scribit hic doctor, specialiter quoque de familia Helliquini, qualiter infra circulum maiorem in terra formatum conuenire videntur quatuor reges à quatuor finibus terræ, cum exercitibus suis copiosissimis, equis, & armis: quæ omnia dicit illusorie fieri per similitudines rerum, ac euanescere subitò, nec vlla in gyro aut alibi remanere vel apparere vestigia equorum, aut equitum. De quibus si pleniùs appetis edoceri, ad uolumen illius recursum habeto.

Vdalricus.

¶ Insuper Vdalricus in Summa sua libro quarto super his scribit pulcherrimè, cuius scripta quantum ad sensum, pro maiori parte sunt habita: additque, Multoties dæmones faciunt veros effectus, & hoc dupliciter: primò, ex sua naturali potentia permissione diuina: secundò, supernaturali virtute deo per ipsos operante: quemadmodum per homines paruos, qui dicent in die iudicij: Domine, nonne in nomine tuo uirtutes multas fecimus? In prima operatione ueri sunt multi effectus eorum, vt in conuersione uirgarum magorum in serpentes, & aquæ in sanguinem, quamuis Strabus, & Rabanus dicant eos non verè illa fecisse. Augustinus tertio de Trinitate, expressa dicit cōtrarium. Etenim perspicacitate intelligentiæ seu semina, id est, necessarias dispositiones ad singulas formas vbicunque dispersæ sint, aut latentes, colligunt in natura. Sicut quoquo in quibus locis est uirtus fortior, eductiua formæ ad actum, siue illa consistat in contemperantia qualitatum actiuarum, & passiuarum, siue in respectu cæli, illucque applicant materiam bene dispositam, quibus conuenientibus in natura fit subito, id est, in tempore imperceptibili intentus effectus. Hinc dæmones facilius vocantur sub vno aspectu, quàm alio, & sub uno ascendente, quàm alio, & sub vna constellatione, quàm alia, ut dicitur in libro Imaginum. Vnde, & in libro de mansionibus lunæ habetur: Quando descendit luna ad constellationem existentem in secunda mansione orientis, habens de signo orientis fere tredecim gradus, fac idola ad mortem dominatoris terræ. angelos ad te clama. Quo patet, quòd demon non potest nisi in illum effectum, in quem potest natura. Nec potest in omnem talem effectum, sed solum in, ea quæ ita sunt imperfecta, quòd ad eorum productionem sufficit natura vniuersalis: quoniam illa tātum pōt vti dæmon, qualia sunt mineralia, quę sola constant permixtione: & plantæ, quarum sol est pater, & terra mater, ut Anaxagoras protulit. Quædam quoque animalia facilis generationis, ut ranæ, & consimilia quædam. Nā & Augustinus fatetur, quòd quandoque ad modicam pluuiam generantur innumerabiles ranæ parue, & de capillis mulierum sub terra aliquantulum positis in conuenienti solis aspectu, generantur serpentes. Quòd item im terra sua quandoque in una nocte inuentus est campus plenus bombycibus in momento, & omnes fecerunt sericum. In his ergo ministerijs uerae species producuntur, quamuis alchimistę species mutare nō valeant, ut in alchimia sua disseruit Auicenna: quia à præfata dæmonum sagacitate, potestate, & agilitate deficiunt, nec operantur per qualitates causatas ex respectu, & uirtute cæli, qua omnis species naturæ causatur, sed per qualitates elementares: idcirco effectus eorum non perficitur in consecutione formæ, & speciei illius. Porro, ea in quæ non potest natura, ut est mutatio vnius perfecti animalis, præcipue hominis in figuram, aut naturam alterius animalis, nec dæmones, nec homines facere queunt quamuis interdum ex dæmonum illusione appareat aliter, quemadmodum decimooctauo de ciuitate dei Augustinus: Cum essemus, inquit, in Italia, de quadam audiuimus regione, ubi stabulatiæ mulieres imbutæ artibus malis, vnctiones uiatoribus dare solebant, quibus in iumenta illico vertebantur, ac deferebant quæcunque necessaria; ac completis operibus, rursus redierunt ad se. Quòd autem illa non fiant in ueritate, hinc demonstratur, quòd hi, quos dæmon ita ludificare non potest, uident illa sub priori figura: sicut in Vitaspatrum narratur de sanctissimo abbate Machario, quòd fœminam sibi adductam, quę alijs uidebatur conuersa in equam, vidit sub figura humana. Conformiter ut fertur in itinerario sancti Clementis, cum Simon magnus transformasset faciem Faustiniani in suam, beatissimus princeps apostolorum Petrus vidit in Faustiniano propriam eius formam seu physonomiam. Nec credo dæmones posse produce res perfectas, quæ non causantur ex natura vniuersali, nisi ipsa operetur in natura particulari, ut sunt animalia, quę non generant nisi per coitū, nisi forsan aliud habeat veritatis, quòd de incubis dicitur. At verò in scd'a operatione credo eos eē ministros dei in operibus supnaturalibus, qa Psalmista enumeratis plagis Aegypti, q̄ fuerunt

Matt. 77.

August.

Liber de māsionib⁹ lunę.

Deranarū subita generatione. Nota de capillis mulierū.

Mirū q̄d de boinbycibus.

August.

abbas Macharius. De fęmia trāsmutata in equa

Psal 77.

feruntur supernaturalia opera dei, subiungit: Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissiones per angelos malos. Permittit autem Deus dæmones operari in tentatione iustorum, & in his quæ sunt uirtutis ipsorum dæmoniorum. Cuius permissionis causam super librum Numerorum Origenes assignat, dicē do. Ex quo Deus concessir diabolo potestatem tētandi per magicam artem, non aufert ei usum eiusdem, sicut nec vniuersaliter potestatem tentandi. aliter verificaretur, quod dixit diabolus quasi imprō perans. Christo: Venisti ante tempus torquere nos, id est, ante tempus, quo non erit locus pugnandi; atq; ut ibi asserit Origenes, intantum Deus detulit huic arti, quòd potius aliquando uoluit vocationē dæmonum præueniendo impedire, quàm uocatos à suo effectu arcere, vt patet in libro Numerorum vicesimo secundo capitulo, usque capitulum uicesimum quintum. Qui effectus est maledictio tantū atque corruptio. Vnde asserit Origenes: Quamuis uirtus mali aliquid facere potest: tamen restituere iu integrum non potest. Quamuis ergo benedictio diuina, qua Deus protestatus est populum suum esse benedictum, annihilare poterat maledictionē dęmonum de potentia absoluta: non tamen de potētia ordinata, ratione iam dicta. ideo beneficium prę seruationis illius commendat populo suo, per Micheam dicens: Populus meus, memento quæso quid cogitauerit contra te Balach. Hæc Vdalricus.

Origenes

Mat. 8.

Mich. 6.

Dio. Tar.

¶ Qui in his verbis apertè fatetur, plagas illas supernaturales miraculosas illatas Aegyptijs, esse irrogatas eisdem Deo iubente, & exequentibus dæmonibus. Quod etiam Lyra defendit, & alij quidā, prȩsertim propter autoritatem Psalmistę prȩallegatam, Mihi autem omnino videtur oppositum, sicut, & supra librum Sapientiæ ex posui, ac probaui. plenius verò Exodi 12. Quo circa sciendum, quòd quamuis Augustinus opinatus sit percussionem primogenitorum Aegypti factam ab angelo malo: de alijs tamen plagis disputatiuè inquirit, nec audet determinare, quòd ab angelis malis illatæ sint. Denique in tota illa historia Exodi, scribitur Deus fecisse mirabilia illa, & interdum Moyses per inuocationem ueri dei: & mediante uirga dei: quæ idcirco uitga dei vocatur, quia in ea, & Moyses fecit signa illa virtute diuina, sicut in Exodo fertur. Malefici autem Pharaonis operabantur virtute dæmoniorum. Nec verisimile est, quod dæmones pugnauerunt contra se inuicem pro defensione Israeliticæ plebis, & pro dei honore: nec ritè sonat, q̄ tam Moysi, quàm magorum opera mira fiebant executione malignorum spirituum. nec dæmones hoc egissent nisi compulsi. Denique in libro sapientiæ legitur: Dum medium silentium contineret oīa, & nox in suo cursu medium iter haberet. omnipotens sermo tuus, &c. quòd ad literam exponitur de spiritu, cuius executione percussa sunt primò genita Aegyptiorum: nec aliquo modo de angelo malo hoc potest exponi, sed, & Glossa exponit hoc ibi de angelo bono. Imò Exodi duodecimo appertissimè recitatur, quòd dominus media nocte pertransiuit, & ingressus est domus Aegyptiorum, atque percussit primogenita ibi, quòd exponitur de angelo bono, qui in persona dei ex diuino imperio fecit hoc. Nam legitur ibi, quod dominus iussit angelo facere illud, nec dæmon uocatur dominus in illa scriptura. Nec obuiat illud Psalmistæ, Immissiones per angelos malos, hoc quippe cōuenienter exponitur de horrendis inquietissimis, ac molestissimis somnijs, quæ patiebantur Aegyptij ex dæmonum ingestione. de prauissimis quoque cogitationibus, quas ex suggestione dæmonū conceperunt Aegyptij contra Deum, eiusque populum. Itaque sicut Deus percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque milia hominum per angelum sanctum, ita, & primogenita Aegyptiorum. Præterea, quòd ait Vdalricus Deum omnipotentem non potuisse de sua potentia absoluta annihilare maledictionem dæmonorum, videtur incertum, ne dicam erroneum. Maledictio etenim dæmonum non fuit nisi imprecatione uel prænunciatio seu practicatio mali, quod Deus per gratiam suam poterat facillimè impedire. Nec maledictio ipsius Balaam ex se efficaciam habuit, quamuis Balach adulatoriè, aut erroneè ei dixit: Noui, quòd benedictus sit, cui benedixeris: & maledictus, in quem maledicta congesseris. Denique ipse Balaam, & per eum diabolus maledixit filijs Israel, sicut in Numeris ait: Reuertens ad populum meum, dabo consilium quid populus tuus populo huic faciat. Imò, & alio modo saltem proposito, & affectu, quamuis apertè scriptum nō sit, cum in Deuteronomio Moyses dicat: Noluit dominus Deus tuus audire vocem Balaam, sed conuertit maledictionem eius in benedictionem. Rursus, Deus quotidie arcet dæmonum potestatem varijs modis, vt dictum est. Nec ex dęmonū, aut ipsius Balaam maledictione liberum arbitrium filiorum Israel necessitabatur ad malum: imò adiutorio gratiæ resiste re quiuit, ac præualere. At vero, quòd ipso Balaam eunte, ut quæreret augurium, & consuleret dæmonem, angelus bonus ei occurrit, non fuit, quia Deus per suam absolutam potentiam non potuisset prȩualere maledictionibus dęmonis, sed ob alias causas, uidelicet quia per Balaam, quamuis iniquum, voluit magna prenunciare secreta, & omnipotentiam, ac prouidentiam suam ostendere, &c.

Vota.

Sap. 18.

Psal. 77.

4 Reg. 19.

Erronea positi Vdalrici.

Num. 22.

Ibidē. 24.

Deu. 23.

Durādus.

¶ Insuper Durandus: Si, inquit, quæratur qualiter dæmones possint nobis aliqua reuelare: Dicendum, quòd per sonos formatos in aere similes vocibus significatiuis, ptest nihilominus dæmon facere, quòd immutationes sensibilium, quæ manent in nobis, abeuntibus sensibilibus ipsis, veniant ad organum phantasiæ: sicque fiant apparitiones eorum quæ dæmon vult reuelare. nec præter hos duos modos uidetur alius esse possibilis. Hęc Durandus.

Dionysi⁹.

¶ Cui obijci potest, quòd angeli boni, & mali possunt nobis aliqua reuelare etiam sensibiliter foris in uigilia apparendo, atq; loquendo in assumptis corporibus, vt sæpe factum est. Itē exterioribus sensibus species imprimendo, vel procurando, q̄ à sensu communi, aut alio sensu interiori influant species ad sensus exteriores, & eos afficiant, & informent, ac si obiecta forinsecus apparerent, prout in sequenti distinctione magis patebit.

Durand⁹.

¶ Insuper quęrit hic, Vtrum angelus mouet cælum aut aliud corpus, quòdcunq; per intellectū, & voluntatem, an per aliam potentiam aliquam.

Henricus.

¶ Henricus autem interrogat, an angelus moueat cælum per priùs, & immediatiùs per intellectum, quam voluntatem. Verum hæ quæstiones infra potiùs locum habent. Porro paulo ante introducta sunt verba Gulielmi. In quibus affirmat angelum sola uoluntate, & intellectu seu solo conceptu, atque imperio cęlū, seu alia quis mouere. Alij opinant̄ oppositū: p̄sertim cum dicat articulus,

Angelus non mouet sola voluntate Sed de isto infra tractabitur. Obiectionum solutio elucescit ex dictis. De hac demum materia adhuc aliqua continentur in distinctione sequenti.

QVASTIO VI.

Sextò quæritur, *An liceat dæmonum consilio aut auxilio uti in diuinationibus, & magicis factis*

Arguitur contra veritatē.

¶ Videtur, ꝙ sic, quoniam ipsemet Deus multa bona, ac iusta per dæmones exerceret, & ex malis elicit multa magnaq; bona. Ergo ministri dei possunt deū suum in hoc imitari. Secundò, Paulus Corinthiū īcestuosū tradidit sathanæ i interitū carnis.

2. Conr. 5.

In oppositum Bonauēt.

¶ In contrarium est, ꝙ in lege diuina per Moysen data, prohibita sunt ista sub pœna mortis.

¶ Ad hoc Bonauentura respondet: Huiusmodi artes, & diuinationes nequeunt esse sine peccato, nec licet à diabolo consilium, auxilium, ministeriū ve requirere, nisi fortasis Deus subijceret dæmones iusto iudicio alicui homini sancto, prout de aliquibus sanctis adiui narrari. Voluntario autem commercio non licet. Imò aut est infidelitatis peccatum, si diuinum quid dæmoni inesse credatur: aut est idolatriæ crimen in obligationibus, pactis, & sacrificijs, quæ in talibus fiunt: aut inobedientiæ vitium, cum fit contra prohibitionem ecclesiasticā, ac diuinam. Ratio uerò prohibitionis illius, est, qm̄ talis peccat in seipsum, dum se committit discrimini: peccat quoque in ecclesiam, habendo cum illo commercium, qui est ab ecclesia omnino præcisus, & publicus eius hostis. Peccat item in maiestatem altissimi, dum eo relicto, recurrit ad dæmonem in causis huiusmodi, quasi non sit uerè Deus Christianorum omnipotens, bonus, atque ad exaudiendū paratus. In charecteribus demum ideo consistit peccatum, quoniam fiunt ad ministerium dæmonum implorandum: nec ex se efficaciā habent characteres, sed ex pactione cum dæmone aliquid efficientiæ sortiuntur. Sic quippe diabolus pepigit cū familiaribus sibi, ꝙ talia recognosceret signa, & se ad ea exhiberet præsentem Ostendit quoque seu simulat per illa se cogi, ut persuadeat aliquid uirtutis inesse artibus illis, in quibus sunt multa nefanda, per quę abducitur homo à fide, & cultu dei: idcirco nequaquam credendum est, ꝙ tales characteres aliquid possint, præsertim super spiritus, nisi ex pactione eorum. Omnia ergo carmina illa, quæ fiunt ibi, sunt uana, atque perniciosa: nec acquiescit diabolus, quia in illis delectetur, sed in infidelitate agētium talia. Prohibitum est etiam quærere à dæmonibus de rebus præsentibus, atque latentibus: quoniam ipse mendax est, & ueris frequenter falsa miscet: sicq; mentiendo seminaret plurima mala sicut dicendo, ille inuenit, aut abstulit hoc uel illud, qui tamen non reperit neque furatus est hoc. Rursus, quoniam dæmon quærit decipere, quædam honesta in diuinationibus suis prætendit, ut quòd puero uirgini suas insinuet diuinationes, cum tamen intus ad turpissima incitet. Hæc Bonauentura.

Rō phibitionis.

Prohibitū est q̄rere a dęmonib⁹ de rebus p sētibus seu latētibus.

Thomas.

¶ Concordat Thomas per omnia, dicens: Ea quæ sunt supra facultatem hominis, ac naturæ, à solo deo sunt requirenda. Ideo sicut grauiter peccant, qui ea, quæ dei sunt, creaturæ impendunt per idolatricæ cultum. sic grauiter peccant, qui, ea quæ à Deo sunt expetenda, auxilio dęmonum obtinere nituntur, ut vaticinatio de futuris. cognitio de occultis. Ideo dicitur in Isaia: Nunquid non populus à deo suo requiret? Similiter habet se in alijs operibus magicis, in quibus complementum operis ex uirtute dęmonis expectatur. In quibus omnibus est apostasia à fide propter pactum cum dęmone initium: uel uerbotenus, si interueniat inuocatio: aut facto aliquo, etiam si sacrificia desint. Porro, quòd Apostolus, & quidam sancti leguntur, aliqua egisse per dæmones, non fuit ex pacto cum illis, sed ut exercentes per eos diuinam virtutē. Hæc Thomas in Scripto. Idem in Secunda Secundæ quæstione 95. In summa quoque contra gentiles, libro 3. per duo capitula multipliciter probat, vitiosos esse spiritus, quorum uirtute magica opera exercentur, cum ad multa scelera prestent subsidia, & delectentur mendacijs. Nam inuocans eos, interdum impossibilia cominatur, uidelicet, quòd nisi ille quē inuocat, statim adueniat, ipse inuocans comminuet cęlos, terrā euertet, sidera tollet, prout refert Porphyrius ad Ambontem. Hæc Thomas.

Isa 8.

Thomas;

¶ Quo circa sciendum, quōd Thomas hoc sumpsit ex Augustino libro de ciuitate dei-, ubi recitat Augustinus, quemadmodum Porphyrius scripserit Ambonti præsuli gentili Aegyptiorum, quem, & Porphyrius falsè instruxit, asserendo in illa epistola, quoddam esse stolidissimum dæmonum genus, qui talibus comminationibus terrerentur, & ex timore huiusmodi aduenirent. Quod secundùm Augustinum nequaquam credendū est. Non enim potest in dæmonibus tanta esse stoliditas aut ignorantia, ut putent hominem fragilem, ac mortalem posse comminuere cælos, cum sint de numero substantiarum separatarum, & multa subtilissima operentur, ac iuxta præhabita, triplicis scientię acumine uigeant. Vnde constat. & ipsum Porphyrium magnum, dæmonibus familiarem, ab ipsis dæmonibus in multis esse deceptum, ut Augustinus libro de Ciuitate dei testatur: Gulielmus quoque, ac alij concorditer id fatentur.

August.

¶ At uerò Petrus: Ministerio, inquit, diaboli contingit uti dupliciter. Primo ut obsequio serui, licita aliqua ei iubendo uirtute diuina omnibus præsidente. quòd licet, ut patet de Paulo. Secundò, tanquam obsequio amici aut familiaris, ipsum rogando aut aduocando, quod prohibetur. Sic etiam licitum est uti virtute desuper data uerbis sacris, & herbis, ac gemmis, ad usum diuinitus institutum. Verbis autem magnorum, & characteribus Deus nullā uim dedit. imò diabolus artem hanc adinuenit, ac tradidit, qua se fingit compelli cum pareat sponte, quanquam minores dæmones à maioribus valeant cogi forsitan metu tormenti. Hæc Petrus. Idem quoque sentit Richardus.

Petrus.

Albertus

¶ Albertus demum concordat præhabitis, & uirgas magorum Pharaonis dicit uerè fuisse in dracones conuersas, & quòd magi uerè pro duxerunt ranas iuxta modum præhabitum. Qualiter autem deludant sensus humanos, etiam tangit, prout in sequenti distinctione narrabitur. Ex quibus uidetur, quòd opinio illa stare non ualet quæ ait, Quòd uirgæ magorum non fuerunt in dracones conuersæ, sed à dæmonibus celerrimè imperceptibiliterque ab eisdem dæmonibus dracones fuisse suppositos: quia tam subitò non quiuit fieri magica arte virgarum mutatio in dracones, ut illa dixit opinio, quā super Exodum sequitur Lyra. Cuius contrarium probaui ibidem: & ut patet ex dictis, Alexander, Thomas, Albertus, Bonauētura, Petrus, Richardus, Vdalricus, concorditer tenent oppositum, estque contra Augustini doctrinam.

Exod. 7.

¶ Præterea Vdalricus in summa sua libro quarto con-

An liceat vti magicis artibus ad præscientiā futurorū.

conscribit. Si quærat an liceat uti magicis artibus ad præscientiā futurorū, vel ad vtilitatem aliquā consequendā, credo distinguendū. Aut. n. consistunt in inuocationibus dæmonū per verba, aut sacrificia, seu per vtraq;: & ita non licet. Aut cōsistunt in vana hominū adinuentione, vt sunt sortilegia, &c. & sic rursus illicitū est. Vel cōsistunt in consideratione fatalis efficiētiæ, seu cęlestis influētiæ, & ita licet eis intendere moderatè, in quantum ex causis, & influētijs purè naturalibus aliquid pōt nosci, aut præcognosci, nisi qs arte hac abutatur, aut eis plus innitatur, atq; confidat, q̄ prouidētię Dei: & hoc etiam in medicina, q̄ licita est, vituperatur, quemadmodum secundo Paralipomenō refertur de Aza rege, ꝙ nec in infirmitate sua quę fuit dominū, sed magis in medicorū arte confisus est. Hæc Vdalricus. Cōcordat Thomas in Scda Secūdæ, vbi de his pleniùs scribit.

2. Para. 16

Gulielm⁹.

¶ Postremò Gulielmus in libro de fide & legibus, atq; in vltima parte de vniuerso, clarè multipliciter que ostendit malitio sitatē spirituum, qui magicis artibus efficaciā largiuntur: & ꝙ eis assentire, & communicare, sacrilegum sit, superstitiosum, & prorsus damnabile. Et in his omnes concordant doctores catholici. Solutio ad obiecta, habetur ex dictis.

Vtrum angeli omnes corporei sint, quod quibusdam visum est: quibus Augustinus consentire videtur, dicens angelos omnes ante casum habuisse corpora tenuia, & spiritualia: sed in casu mutata in deterius malorum corpora, vt in eis possent pati. Distinctio VIII.

A

Da potestate dæmonū, quam habent super corpora similia humanis.

SOlet etiā in qōne versari apud doctos, vtrū angeli oēs, boni. s. ac mali, corporei sint. i. corpora habent sibi vnita. Quod aliq putant, innitentes verbis Augustini, qui dicere vr̄, ꝙ angeli oēs ante confirmationē, vel lapsum corpora aerea habuerint de puriore, ac superiore aeris parte formata, ad faciēdū habilia, non ad patiendū. Et angelis bonis, q perstiterunt, talia sunt obseruata corpora, vt in eis possint facere, & nō pati: q̄ tantæ sunt tenuitatis, vt à mortalib. videri non valeāt, nisi supuestita aliqua grossiori forma: qua assumpta, vñr: deposita q̄; videri desinūt. Angelis verò malis muta sunt in casu corpora ī deteriorē qualitatē spissioris aeris. Sicut. n. à loco digniori in inferiorē locū. i. in caliginosum aerē deiecti sunt, ita illa corpora tenuia mutata sunt, & trāsformata in deteriora corpora, & spissiora, in qbus pati possent in superiori elemento. i. ab igne. Et hoc August. sensisse vr̄, super Genesim ita dicens: Demones dñr aerea aīalia, qui corporū aereorum natura vigent, nec per mortē dissoluuntur: q a p̄ualet in eis elementū aptiùs ad faciendum, q̄ ad patiendū. Ad patiendum. n. humor, & humus, ad faciendū aer & ignis aptitudinē p̄bent. Transgressores verò angeli, cū principe suo nunc diabolo, tunc archangelo, non mirū si post peccatū in hanc caliginē detrusi sunt. Neq; ēt hoc mirū est, si conuersi sunt ex pena in aerem qualitatem, qua possunt ab igne pati. Caliginosa tñ aeris tenere tñ permissi sunt, q eis quasi carcersi vsq; ad tp̄s iudicij. Ecce his verbis vr̄ Augustinus id tradere, quod quidā opinantur de corporibus angelorū. Hoc aūt eum alij dixisse astruunt, non ita sentiendo, sed opinionē aliorū referendo: quod ex ipsius verbis dijudicare volunt, q bus ait: Dęmones dicuntur aere aīalia, non ait, sunt. ita. n. quidam dicebant. De habitatione verò caliginosi aeris, in quē detrusi sunt, non opinando, sed rei veritatē asserendo, eum tradidisse dicunt: quod ipsius locutionis distinctio ostendit. Dicunt quoq; plurimos catholicos tractatores in hoc conuenisse, atq; id cōcorditer docuisse, ꝙ angeli incorporei sint, nec corpora habent sibi vnita. Assumūt aūt aliqñ corpora, Deo p̄parante, ad impletionem ministerij sui sibi à Deo iniuncti: eadmq; post expletionem deponunt, in q bus corporibus hoībus apparuerunt, atq; locuti sunt. Et aliqñ quidem locuti sunt ex persona Dei sine distinctione alicuius personæ, aliqñ ex p̄sona patris, vel filij, siue spiritussancti.

Quibusdā vr̄ Augustinus non ita sentiendo dixisse, sed opinionem aliorum rectando.

B

Quòd Deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit.

Nec dubitandum est, Deum in corporalibus formis apparuisse hoībus sicut Augustinus in secundo libro de Trinitate ostendit, conferens diuersa scripturæ testimonia, ex quibus Deum in corporeis figuris hominibus apparuisse probat, & aliquando ex persona Dei sine distinctione, aliqñ sub distinctione personarum sermonem eis factum esse.

Aug. 2. li. de Trinit. cap. 7.

C

De perplexa quæstione, quam ponit Augustinus, quærens, an ad exhibendum has corporales apparitiones, creatura noua sit formata, an angeli, qui ante erant missi, & si ipsi missi sunt, vtrum seruata sui spiritualis corporis qualitate, aliquam speciem corporalem de corpulentiori materia assumpserint, an proprium corpus suum mutauerint in speciem actioni suæ aptam.

Sed

Augu lib. 3 de Tri. cap. 1. Sed vbi Deum hominibus in corporalibus imaginibus apparuiſſe aſſerit, perplexam
quæſtionem proponit: quam nec abſoluit, quærens: vtrum in illis corporalibus appari-
tionibus creatura aliqua crearetur ad illud opus tantum, in qua Deus hominibus appa
reret: an angeli qui ante erant, ita mitterentur, vt manentes in ſuis ſpiritalibus corpori
bus, aſſumerent ex corpulenta inferiorum elementorum materia aliquam ſpeciē cor-
Quæſti. 2. poralem, quam coaptatam quaſi aliquam veſtem mutarent in quaslibet ſpecies corpo
Augu lib. 2. de trin. cap. 7. rales, veras quidē: an corpus ſuum proprium verterent in ſpecies aptas actionibus ſuis,
per virtutem ſibi à Deo datam. Ait enim ita Auguſtinus in tertio libro de Trinitate:
Quæſt. 3. Augu. de trin. lib. 3. cap. 1. Quærendum eſt in illis antiquis corporalibus fotmis, & viſis, vtrum ad hoc opus tantū
creatura formata ſit, in qua Deus ſicut tunc oportuiſſe indicauit, humanis oſtēderetur
aſpectibus: an angeli, qui iam erant, ita mittebantur, vt ex perſona Dei loquerentur, aſ-
ſumentes corporalem ſpeciem de creatura corporea in vſum miniſterij ſui: aut ipſum
corpus ſuum, cui non ſubduntnr, ſed ſubditum regunt, mutantes, atq; vertentes in ſpe-
cies, quas vellent, accommodatas, atque aptas actionibus ſuis, ſecundum attributam à
Cōcedendū eſt angelos mitti: ſed reliqua expediri, non valent. creatore ſibi potentiam. Sed fateor excedere vires intentionis meæ, vtrum angeli ma-
nente ſpiritali ſui corporis qualitate, per hanc occultiùs operantes aſſumant ex inferio
ribus elementis corpulentioribus corpus: quod ſibi coaptatum quaſi aliquam veſtem,
mutent, & vertant in quaslibet ſpecies corporales, & ipſas veras, ſicut aqua vera in vi-
num verum conuerſa eſt à domino: an ipſa propria corpora, & ſua transforment in id,
Iohan. 2. b quod volunt, accommodatum ad id, quod agunt. Sed quid horum ſit: quoniam homo
ſum, nullo experimento comprehendere valeo, ſicut angeli, qui hoc agunt. Attende le
ctor, quia quæſtionem propoſitam non ſoluit, ſed indiſcuſſam reliquit: vtrum angeli,
qui mittebantur, ſeruatis ſuis proprijs ſpiritalibus corporibus, ſuperueſtirentur aliqua
corpulentiori ſpecie, in qua poſſent videri, an ipſum corpus mutarent, & transforma-
rent in quamcunq; vellent ſpeciem, in qua poſſent cerni. In quibus verbis videtur Au-
Augu. li. 3 de Trin. cap. 1. guſtinus atteſtari angelos eſſe corporeos, ac propria, & ſpiritualia habere corpora.

D

Quòd Deus in ſpecie, qua eſt Deus, nunquam mortalibus apparuit.

Cæterum hæc velut nimis profonda, atque obſcura relinquentes, illud indubitanter
teneamus, quòd Deus in ſpecie eſſentiæ ſuæ nunquam mortalibus apparuit, ſicut famu
Exo. 33. b lo ſuo Moyſi dicit: Non videbit me homo, & viuet. Et in Euangelio Iohannis legitur:
Iohan. 1. b Deum nemo vidit unquam. Viſibile enim quicquam non eſt, quod non ſit mutabile.
Ideo ſubſtantia, ſiue eſſentia Dei, quoniam nullo modo mutabilis eſt, nullo modo per
ſeipſam uiſibilis eſt. Proinde illa omnia, quæ patribus uiſa ſunt, cum Deus illis præſen-
taretur per creaturam facta eſſe manifeſtum eſt. Et ſi nos latet quomodo ea miniſtris
angelis fecerit Deus, per angelos tamen facta eſſe dicimus. Audeo ergo fidutialiter di-
cere: nec Deum patrem. nec uerbum eius, nec ſpiritum eius, qui eſt unus Deus, per id,
quod eſt, atque idipſum eſt, ullo modo eſſe mutabilem, ac per hoc multo minus eſſe
uiſibilem.

E

Vtrum dæmones intrent corpora hominum ſubſtantialiter, an illabantur mentibus hominum.

Illud etiam conſideratione digniſſimum uidetur, utrum dæmones, ſiue corporei, ſi-
ue incorporei ſint hominum ſubſtantialiter intrent corpora, eorumque animabus il-
labantur: an ideo intrare dicantur, quia malitiæ ſuæ ibi effectum exercent, Dei permiſ-
ſione opprimendo, atque uexando eas, uel in peccatum pro uoluntate ſua trahendo.
Matt. 18 b Marc. 1. c. Quòd in homines introeant, atque ab eis expulſi, exeant, euangelium apertè declarat,
commemorans dæmonia in quoſdam ingreſſa, & per Chriſtum eiecta: ſed utrum ſecū-
dum ſubſtantiam fuerint ingreſſa, an propter mali effectum dicantur ingreſſa, non
Genna. cap 53. adeò perſpicuum eſt. De hoc autem Gennadius in diffinitionibus eccleſiaſticorum
dogmatum ait: Dæmones per energiam operationem non credimus ſubſtantialiter il-
labi animæ, ſed applicatione, & oppreſſione vniri. Illabi autem menti illi ſoli poſſibile
eſt, qui creauit: qui natura ſubſiſtens incorporeus, capabilis eſt ſuæ facturæ. Ecce hic vi-
detur inſinuari, quòd ſubſtantialiter non illabantur dæmones, uel introeant corda ho
Beda. Actuū. 5 a minum. Beda quoque ſuper illum locum. Actuum apoſtolorum, ubi Petrus ait Ana-
niæ: Cur tentauit ſathanas cor tuum? dicit: Notandum, quòd mentem hominis iuxta
ſubſtantiam nihil implere poſſit, niſi creatrix trinitas: quia tantum modo ſecundum
operationem, & uoluntatis inſtinctum anima de his, quæ ſunt creata, impletur. Implet
uerò ſathanas cor alicuius, non quidem ingrediens in eum, & in ſenſum eius, neq; in-
troiens aditum cordis, ſiquidem poteſtas hæc ſolius Dei eſt, ſed callida, & fraudulenta
deceptione animam in *effectum malitiæ trahens per cogitationes, & incentiua uitio- *affectum
rum

rum quibus plenus eſt. Impleuit ergo ſathanas cor Ananiæ non intrando, ſed malitiæ
ſuæ virus inſerendo. Idem: Spiritus immundus flamma virtutum de cordibus fidelium Actuū. 5.
expulſus, doctoribus veritatis venenum perſecutionis infundit. His auctoritatibus
oſtenditur, quòd dæmones non ſubſtantialiter intrant corda hominum, ſed propter
malitiæ effectum: à quibus pelli dicuntur, cum nocere non ſinuntur.

Summa diſtinct. 8. IN hac diſtinctione tractatur de angelorū
bonorum, & malorum natura, quantum
ad corporeitatem, an ſcilicet in ſua natu-
ra ſint corporales. Deinde, qualiter in
corporibus ſuis appareant, an etiam corpora in-
troeant obſeſſorum: & inter hæc docet, quòd etiam
ſimplicißimus Deus in corporalibus formis inter-
dum apparuit: qui tamen in ſua eſſentia viatoribus
nunquam apparuit, de lege ſaltem communi.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *An angeli habeant corpora naturaliter & inſeparabiliter ſibi vnita.* ¶Verū
hæc quæſtio iam ſupra ſatis videretur expedita, vbi
de ſimplicitate, & immaterialitate naturæ angelicæ,
& intelligentiarum introducta ſunt multa, tam in
iſto libro, quàm in primo, niſi quædam verba Auguſti-
ni difficultatem hic facerent. Abſolute enim loquē
do, videtur Auguſtinus ſublimis ille doctor ſentire,
quòd angeli habeāt corpora naturaliter ſibi vnita,
iuxta modum, qui in textu exprimitur. Quod ſuper
Geneſim, & in libro de ciuitate Dei, ac alibi ſæpe vi
In quibus magis ſequitur Platonicus. detur ſentire. Nempe in his, quæ ad naturalem ſpe-
ctant philoſophiam, Platonicos præcipue eſt ſecu-
tus, quos & in libro de ciuitate Dei alijs cūctis præ-
fert. In quæſtione verò, qua quærit, an aliquā groſ-
ſiorem induant formam, ſiue materiam dum appa-
rent hominibus, præſupponit eos habere corpora
ſibi vnita, tam tenuia, atque ſubtilia, vt humanis ne-
queant oculis percipi. Aliqui tamen tātum patrem
excuſant, dicentes, quòd in talibus opinatiuè, ac re
citatiuè locutus eſt. Sed & illuminatus pater Ber-
Bernard. ſuper Cātica. nardus in ſermonibus ſuper Cantica, Auguſtino in
iſta materia conſentire videtur. Porrò ab his longè
diſtat, quòd iuxta præhabita, nec ſpiritalis materia
in angelis, aut dæmonibus eſt ponenda.

Albertus. ¶Iraque circa hæc ſcribit Albertus: Quia in pri-
mo libro diſtinctione 37. determinauimus quantū
potuimus, qualiter angeli aſſumūt corpora, & qua
liter mouentur in ipſis: reſtat hic inquirendum de
alijs &c. ¶Iſtud præmitto, vt ea, quæ infrà ex Vdal-
rico ſcribentur de opinione Alberti, clariùs intelli-
gantur. Porrò in prætacta prima diſtinctione fate-
tur, & ſcribit Albertus, quòd angeli corpora verè aſſu-
mant, & in ipſis mouentur, & pergunt de loco ad
locum, viſibiliterq; apparent, ac loquuntur homini
bus. Quod item in libro de coæquæuis teſtatur, vbi
apertè determinat, quòd verè aſſumunt corpora, &
in eis verè ab extra apparent, ita quòd angeli ſancti
aſſumunt ætherea corpora, id eſt, de puriori aeris
parte, angeli verò mali de parte aeris groſsiori: quæ
corpora dicit inſpiſſari, & facta apparitione, reſol-
ui in præiacentem materiam: ad quæ comproban-
da multas inducit auctoritates ſanctorum Iſidori,
& Bernardi, probatq; ibi diffuſè, quòd non conuenit
eis habere corpora naturaliter ſibi vnita.

¶Verum his obuiare vidētur pro parte, quæ ſcri-
Vdalric⁹. bit Vdalricus in Summa ſua libro quarto: Angelos,
inquit, tam bonos, quàm malos apparere homini-
bus, nullus ignorat, qui fidem adhibet ſacræ ſcriptu
ræ. Modus autem apparitionis incertus eſt, quia oc-
cultus eſt nobis. Nempè vt dicitur in libro de Deo
Apuleius. Socratis, Dæmones compoſiti ſunt ex intellectuali,
& corporali natura, habentes corpora de aere ſub-
tiliori. ſuntq; ornatus, & habitatores aeris ſuperio-
ris, ſicut aues aeris inferioris. Quoniam omnia ele-
menta habent animalia propria, etiam ignis, vt di-
citur ibi. Et imponit auctor ille hoc dictum Ariſto-
teli. Propter hoc dæmones ſunt viſibiles quibus vo
lunt, cum diuinitùs ſpeciem ſui offerunt: & ſunt in-
uiſibiles quibus volunt: quoniam ſila corporū poſ-
ſident rara, & ſplendida, qui vniuerſos viſus radios
raritate *tranſmittant, ſplendore reuerberant, ſub- *tranſmutant
tiliterq; fruſtrātur. Auguſtinus quoq; in libro de ci-
uitate Dei, & ſuper Geneſim, hoc dictum cōmuni-
ter refert ad angelos bonos, ac malos: quia & Plato
princeps huius opinionis, vtroſq; appellat dæmo-
nes, diuidens eos in Timæo in calodæmones, id eſt,
bonos dæmones, & cacodæmones, i. dæmones ma-
los. Et quamuis Auguſtinus non aſſerat hoc: tamen
hoc ſupponendo, ac alia inquirēdo, videtur ita ſen
tire. Nam ſuper Geneſim dicit angelos habuiſſe cor
pora ſibi concreata de aere ſuperiore, ſed in dæmo
nibus eſſe mutata in qualitatē aeris groſsioris, qua
pati poſsint, ab igne. & illud Iob, Ipſe eſt initium Iob. 40.
figmenti Dei, dicit non deſignare naturam angeli,
ſed corpus aerium, quod tali voluntati Deus apta-
uit. Deniq; iſto ſuppoſito, quærit 3. de ciuitate Dei,
An angeli manente ſpirituali ſui corporis qualita-
te, aſſumant corpus ex inferioribus corpulentiori-
bus elemētis, quòd ſibi inſtar veſtis coaptatum mu-
tent in quaſlibet ſpecies corporales, an propria cor
pora tranſmutent in id, quod volunt. Sed quoniam
iuxta præhabita certū eſt angelos incorporeos eſſe, Angelos eē īcorporeos catholicorū ſentētia ē.
licèt hoc olim fuerit dubium, ideo illa opinio mo-
do à cunctis abijcitur tanquā philoſophiæ, ac theo
logiæ contraria. Hinc Gregorius in Moralibus pro- Gregor.
bat eos aſſumere corpora: Niſi, inquiens, angeli ad
tempus ex aere corpora ſumerent, exterioribus no
ſtris obtutibus non apparerēt. Et hunc ſequitur mo
do totus cœtus doctorum. Itaq; iuxta hunc modū
loquendi dico eos interdum aſſumere vera anima
lium corpora, ſicut dæmon aſſumpſit ſerpentem, &
angelus bonus, mouit linguam aſinæ Balaam. Sed Gene. 3
quia per illa præſentia angeli non monſtrabatur, nō Nume. 23.
vocatur hoc apparitio. In hac demum aſſumptio-
ne non eſt vnio formæ ad materiam, cū intellectus
nullius corporis actus ſit, nec motoris naturalis ad
mobile, ſed inſtrumenti cum artifice. Porrò cum
angelus apparet, tunc de nouo aſſumit, & format
corpus ex aere conuenientiùs, quàm ex aliquo alio ele-
mento: quoniam cœlum ſecundum partes abrum-
pi non poteſt, cum incorruptibile ſit. Ignem verò
non ſuſtinerent hi, circa quos angelus apparēs ope-
ratur. Terra autem difficulter eſt mobilis, aqua etiā
figuram corporalem per ſe non tenet. Nec iſta for-
matio eſt formæ ſubſtantialis, ſed accidētalis indu-
ctio. Hanc item poteſtatem formandi, & aſſumendi
corpus, habet angelus ex ordine ſuæ naturæ, quo al
tior eſt corporali natura: & omne altius alio, poteſt
vti eo vt inſtrumento. Cumq; aer ſit peruius viſui,
oportet eum in apparitione huiuſmodi condenſari Cōdēſatio rari, ſeu ſubtilis cōtingit dupliciter.
vt terminet viſum, & tangere queat, ac tangi, & alia
huiuſmodi opera exercere. Ad quod intelligēdum
aduerte, quòd condenſatio rari, ſeu ſubtilis, contingit
duplici-

dupliciter. Primò, per alterationem alicuius qualitatis naturalis actiuæ: vt dũ frigiditate aeris vapor condensatur in nubẽ, & nubes in aquam. Et talis inspissatio non est hic, quia aer cõuerteretur in aquã. Secundò per solam partium compresionẽ sine omni alteratione, quemadmodũ corpus cæleste, quod replet uacuitates existentes inter sphæras, frequenter inspissatur, & rarefit, & ita fit in proposito. Sic ergo cõpactum aerẽ subito formata angelus in figuras omnium organorum exteriorũ animalis, in cuius specie vult apparere per vehementiam suæ virtutis: qm̃ non est potestas super terram, quæ ei valeat comparari. Interiora verò organa animalis illius non format, vt cor, epar, splen: quia opera illorũ non exercet in corpore illo, nec habet vires sensitiuas organicas. idcirco per exteriora organa illa non videt, nec audit &c. faciunt quoq; angeli, boni & mali corpora sic assumpta esse diuersorũ colorũ, & claritatũ, siue per causas seminales inditas rebus, siue ex commixtione opaci, & luminosi, siue ex altero horum alterũ excedente. Angeli autem boni hoc etiã possunt miraculosæ virtute diuina. Vniuersaliter quoq; loquendo, cum angelus corpus assumptũ posit mouere, non viuificare: põt oĩa opera exercere in corpore illo, quæ cõsistunt in motu, sed nullum opus vitæ. Aliter aũt ab vniuersis præmisis sentit doctor meus, dominus Albertus, episcopus quõdam Ratisponensis, vir in oĩ scientia adeò diuinus, vt nostri temporis stupor, atq; miraculum congruè posit vocari: in magicis quoq; expertus, ex quibus multum dependet materiæ huius scientia. Dicit nãque angelorum apparitionem non fieri per corporũ assumptionũ, sed per species corporum, quas sensibus ingerunt. & consentit Damascenus libro 2. capitulo 3. dicens: Transfigurantᷣ ad quocunq; dominator iusserit Deus, & ita hoĩbus super apparent, cum diuina eis reuelãt mysteria. Et de dæmonibus eodẽ dicit libro capitulo quarto: Permisione Dei facta fortitudinẽ habẽt, & transmutantur, & transfigurantur in quãcunq; volunt figuram secundum imaginẽ phantasticam. His ergo quãuis paucioribus, ego quoq; consentio: quia natura non sustinet ea, quæ de corpore aereo supra dicti tradũt doctores. Præterea inutiliter tanta ad hoc opera adhiberetur, quod per spiritualem operationem spirituali substantiæ congruã meliùs perficitur, dũ & ipse spiritus p̃sens est, suamq; præsentiam per speciem spiritalẽ ostendit. Nec tñ hæc sunt præstigia falsa, vel illusiones, nisi cũ ad deceptionem ordinantur, sicut per operationes spirituũ immundorũ, & non quando ad instructionem, cũ & Christus in specie peregrini apparuerit duobus discipulis. Quæ species in eorum tantum oculis fuit. Hæc Vdalricus.

Iob. 41.

Magni facit Vdalr. præceptorem suum Albert.

Lucæ. 24.

Dionysi⁹ Carthu.

¶Cuius scripta magnam mihi ingerunt admirationem: quia (vt patuit) Albertus super primum, & in libro de quatuor coæquæuis apertisimè scribit, ꝙ verè assumunt corpora in quibus apparent, & ꝙ in illis mouentur localiter. imò & tres rationes assignat, cur eorum corpora nominantur aerea. Prima est, quoniam habitans, & habitaculum, locans, & locatum, vnius debent esse naturæ. Propter quod terrestria collocantᷣ in terra, aquæstria in aqua, aerea in aere. Cumq; dæmones durante tentationis exercitio commorentur in aere, corpora eorum dicuntur aerea. Secunda est, quoniã inter elementa aer facilius recipit condensationem, & subtiliationẽ, potestq; faciliter condensari in corporales figuras de facili solubiles: quæ figuræ continentur in corpore tali non virtute alicuius mixti, depresi, ac densi, sicut retinentur figuræ in organis naturalibus corporalibus, in quibus humidũ figuraliter terminatᷣ sicco admixto, sed retinetur virtute spiritus apparentis in corpore illo. Tertia est, qm̃ corpora illa disparendo resoluuntur in aerẽ, per quod probantur aereæ esse naturæ. Multa his cõsimilia scribit ibidẽ, & auctoritate diuini Dionysij probat hoc ipsũ. Insuper soluit rõnes, q̃bus probat Vdalricus, ꝙ corpus nõ assumat angelus bonus, seu malus. Sic q̃ppe hoc probat, & arguit: Qm̃ vni apparet, non alteri, q̃uis præsenti: audiᷣ quoq; ab vno, non ab alio licèt astã te. Ad quod rñdet Albertus: Quòd vnus p̃cipit voces angeli apparẽtis, nõ alius, ideo est, quia locutio illa extat mirabilis. Quemadmodum. n. non profertur per materialia organa secũdũ naturam, ita nec circulariter immutat medium, sicut uox naturalis. Huius etiã causa est, quia locutio angeli fit conuersione, & ordine ad eũ, cui loquitur, idcirco non sonat nisi apud illũ. Idem de apparitionibus est dicendũ. Hæc Albertus. Eadem quoq; argumenta faciliter soluuntur ab alijs, ut patebit. Veruntamen non reor. Vdalricũ illa recitasse mendosè, nec suo magistro talẽ opinionem asscripsisse mendaciter. Potest etenim esse ꝙ de eadẽ materia in diuersis locis, atq; temporibus diuersimodè senserit, ac scripserit: quẽadmodum etiam in vno loco conscripsit, ꝙ de forma consecrationis sanguinis Christi non sunt, nisi hæc verba, Hic est enim calix sanguinis mei. In alio autem, quòd & verba illa, Noui & æterni testamenti &c. sint de essentia formæ consecrationis illius.

Quare vnus percipit vocẽ angeli, & non alius.

¶Thomas quoq; de Argentina, recitat quosdam esse prætactæ opinionis Vdalrici, quamuis Albertum non nominet.

Thomas de Argẽt. Hanibal.

¶Similiter Hanibal: Quidã, inquiens, dixerunt angelos nunq̃ assumere corpora. Totũ verò, quod in scriptura de angelorũ apparitione legitur, dicunt esse intelligendũ secũdum visionem imaginariam. Vel dicunt hoc factum ſm corporalem visionẽ per modum præstigiorũ, ita ꝙ species visibilis formare tur in visu ab angelis. Cui repugnat, ꝙ quandoque angeli apparentes non vni tm̃, sed omnibus præsentibus apparebant: quod non solet in præstigijs fieri, nec in imaginarijs visionibus. Hinc cõiter tenetur, ꝙ angeli quandoq; corpora verè assumunt. Quod accidit quando nõ solum mouent aliquod corpus, vel qualitercũq; circa illud operantur: sed quando sic operantur circa illud, vt trãsferant ipsum in aliquam figurã conuenientem repræsentare, ꝙ angeli nobis de se volunt manifestare. Quã transformationem angeli facere, possunt mediantibus virtutibus naturalibus actiuis, & hoc ex efficacia suæ virtutis. Angeli verò sancti, in hoc vlteriùs possunt ex virtute diuini imperij. Cumque angelus figurat corpus ad repræsentandum proprias suas dispositiones, ac proprietates, tunc dicitur ipse angelus apparere: quando verò ad repræsentandum maiestatem diuinam, tunc dicitur Deus sic apparere. Angelus quoque comparatur ad totum corpus assumptum: idcirco est totus in toto, & totus in qualibet parte, sicut & anima: nec tamen est simul in pluribus locis, sicut nec anima. Hæc Hanibal.

Angelos aliquando verè corpora assumere opinio communis.

¶Hinc Thomas: Angeli, neq; boni, neq; mali habent corpora naturaliter sibi vnita, q̃a hoc esse non posset, nisi essent formæ illorũ corporum, vel saltem motores proportionari illis corporibus. Cũq; sint perfectioris naturę, q̃ aĩæ, oporteret ꝙ haberẽt corpora nobiliora corporibus animarum. Sed inter oĩa corpora generabilia, & corruptibilia, nobilisimũ est corpus humanũ: vtpotè similius corpori cælesti propter æqualitatem complexionis, sicq; oporteret corpora illa esse cælestia, & ita rediret error philosophorum ponentium angelos esse formas orbiũ, & multiplicari secundum eorum numerum: quod tamen multo probabiliùs esset, quàm eos habere aerea corpora naturaliter vnita.

S. Thom.

Erroneum est dicere angelos nunquam assumere corpora.

¶Insuper erroneum est, ꝙ aliqui dicunt angelos nunquam assumere corpora, & oĩa, quæ de apparitionibus angelorum leguntur, in præstigijs esse facta, aut secundum imaginariam visionem. Sed quia communiter dicunt sancti, angelos etiam corporali visione apparuisse hominibus, & scriptura cõcordat, ideo sine dubio est dicendum, angelos iuterdũ assumere corpora. Cum etenim natura spiritualis superior sit natura corporali, oportet naturam corporalem obedire spirituali, non quidem formarum susceptionem: quoniam prima inchoatio formarũ in materia, secundum quod in ea dicuntur esse habilitates ad formas, est ab opere creatoris: sed quantum ad motum localem, per quem nulla forma ponitur in re mota: & prout virtus motiua mouet corpus, coniungitur ei vt motor mobili. Cumq; angelus format corpus hoc taliter, quòd in eo appareãt proprietates suis inuisibilibus proprietatibus congruentes, tunc dicitur corpus illud assumere.

An angelus assumat corp⁹ secundum veritatem naturæ.

¶Præterea si quæratᷣ, An angelus corpus assumat ſm veritatem naturæ, in qua vr̃: dicendum, ꝙ qualitas corporis assumpti ab angelo, dupliciter põt inquiri. primò, quantũ ad veritatem naturæ, qua habet. secundò, quantũ ad naturam, seu materiam, de qua corpus assumitur. Quo ad primũ, dicendum, ꝙ corpus illud non habet veritatẽ naturæ, quæ ostenditur. Vnde & si interdum moueat corpus veri aĩalis: non dr̃ propriè illud assumere: sicut nec angelus dr̃ assumpsisse linguam asinę, per quã alloquutus est Balaam: nec dæmon corpus, quod vexat & obsidet: qm̃ proprietates, quæ verè sunt in aliquo corpore, ducunt in cognitionẽ principiorum subiecti, & nõ actu in cognitionem spiritualis substantiæ: quæ ductio est finis totius formationis sensibilis, vt sanctus Dionysius docet. Hinc quantũ ad finem apparitionis, oportet ꝙ sint proprietates ſm similitudinem tm̃, quatenus nõ intelligatur illis subesse res aliqua nisi angelus, vt quasi corpus angeli videatur: p̃prietatesq; eius proprietates sint angeli. ¶Si aũt quæratur de secundo, videlicet quale sit corpus illud secũdum materiã: dicendum ꝙ materia corporis assumpti ab angelo, cõsiderari põt dupliciter. Primò, quãtum ad principiũ assumptionis. Secundò, quantum ad terminũ eius. Primò modo materia eius aer, cũ sit maximè transmutabilis in quodcunq;, cuius signum est ꝙ quidã nitentes corpus à dæmone assumptũ scindere, aut perfodere gladio, non potuerunt; qm̃ partes aeris diuisi statim cõtinuantur. sed vt figurã queat recipere congruentem angelo apparenti, oportet ꝙ quantũ ad terminum assumptionis aer inspissetur, sicq; ad proprietates terræ accedat, seruata aeris veritate. Quod agere angeli valent, tam per motũ localem partes aeris congregando, q̃ per semina in elemẽtis respersa. Hæc Thomas ĩ Scripto.

Nume. 22.

Dupliciter cõside rari potest materia assumpti corporis ab angelo.

¶Porrò in prima parte q̃õne 51. scribit, Quod accidit naturæ alicui, nõ inuenitur vniuersaliter in illa natura: vt esse alatũ, cum non sit de ratione animalis, non conuenit cuilibet aĩali. Cũq; intelligere non sit actus corporis nec virtutis corporeę, habere corpus sibi vnitũ, non est de rõne intellectualis substantiæ, sed accidit ei ex sua imperfectione, qua ministerio corporis indiget scientias adipisci. Angelis ergo in sua natura perfectis, & q̃bus est scientia concreata, non conuenit corpus habere. Sed obijci põt, q̃a in libro periarchon asserit Origenes: Soli Deo (.i. patris, ac filij, & spũssancti naturæ) id proprium est, vt sine materiali substantia, & absq; vlla corporeæ adiectionis societate intelligatur subsistere. Sanctus quoq; Bernardus homilia sexta super Cantica loq̃tur: Demus soli Deo incorporeitatẽ, sicut & immortalitatẽ, cuius sola natura, nec propter se, nec p̃pter aliud solatio indiget instrumenti corporei. Liquet aũt omnem spiritum creatũ corporeo indigere solatio. Et rñdẽdum, ꝙ quidam dixerunt, omne quod est, esse corpus; ex qua estimatione deriuatum, vr̃ & quidã putauerint nullas substantias incorporeas esse, nisi vnitas corporibus, intantum, ꝙ quidam dixerunt Deum esse animã mundi, ut septimo de ciuitate Dei recitat Augustinus. Sed quia hoc fidei repugnat catholicæ, Origenes recusans de Deo hoc dicere, quantũ ad alias intellectuales substantias, secutus est aliorũ errorem: sicut & in alijs multis deceptus est, sequendo antiquorũ opinionẽ philosophorum. Auctoritas verò B. Bernardi potest intelligi, ꝙ spiritus creati indigent corporeo instrumento non naturaliter vnito, sed ad aliquid assumpto.

de Tho.

Bern sup Cantica.

Omnis spiritus creatus corporeo ĩdiget solatio.

August.

¶Insuper de assumptione corporum ab angelo, scribit Thomas ea, q̃ ex Hanibale iã dicta sunt, & addit: Angeli nõ indigẽt corpore propter seipsos, sed propter nos, vt cum hoĩbus familiariter conuersando, ostendat spiritualẽ societatem, quam hoĩes cum ipsis in cælis sunt habituri Illa quoq; assumptio corporũ, in veteri testamento fuit figura incarnationis verbi æterni. Vnitur aũt corpus angelo non solũ, vt motori, sed vt motori repræsentato per corpus mobile assumptũ. Quemadmodũ. n. in scripturis p̃prietates intelligibiliũ rerũ sub similitudinibus sensibilium describuntur, sic sensibilia corpora ita formãtur virtute diuina ab angelis, ut congruit proprietatibus eorũ repræsentandis. Hæc Thomas in Sũma.

Auctoritas B. Bernar. qualiter intelligenda.

Thomas.

¶Ad idẽ probandũ valent oĩa superiùs introducta de simplicitate, & immaterialitate intelligentiarũ, & angelorũ. Insuper in Sũma ꝯ gentiles lr. 3. cap. 88. multipliciter p̃bat Thomas, ꝙ nulli corpori elemẽtari, aut mixto, nisi humano, vniaᷣ intellectualis substãtia, vt forma substãtialis intrinseca. Aut enim vniretᷣ ei vt simplici, aut vt mixto. Non vt simplici, qm̃ elemẽta imperfectiora sunt mixtis, & p̃pinquiora primæ materiæ: idcirco imperfectiores formę cõpetunt eis. Neq; vt mixto, cũ inter corpora mixta tẽperatisimũ sit corpus humanũ. Rursus, corpora elemẽtaria p̃p suarum excellentiã qualitatum, & contrarietatũ, sunt inuicẽ actiua, atq; pasiua: non ergo immortalibus illis cõueniunt. De ordinibus, aũt dæmonũ Plato disseruit in Timæo, ꝙ triplex est. Quidã . n. secundũ eum sunt supremi, summo opifici iugiter asistentes, quos dicit in æthere cõmanẽtes: nec aĩo esse* pasiua, qm̃ circa inferiora non versantur, neq; cõpatiuntur. Alij sunt medij, hoĩbus pro custodia deputati, eorũ profectibus congaudentes, & de malis eorũ dolentes, quos in superiori aeris parte testatur esse manentes. Tertij sunt spiritus mali, ad illicita instigantes, ac vitia puniẽtes. Primi uocãtur calodæmones: secundi, cathodæmones: tertij, cacodæmones. Insuper eodẽ libro capitulo 101. ait: Si quis dicat ꝙ huiusmodi apparentię in operibus magorũ non sunt secundũ sensum exteriorẽ, sed tantum secundũ imaginationem, non vr̃ hoc uerum. Non. n. alicui apparent formæ imaginatæ quasi res veræ, nisi fiat alienatio ab exterioribus sensibus: q̃a non põt esse, ꝙ similitudinibus attendaᷣ, tanq̃ rebus, nisi ligato naturali indicatorio sensu. hmõi autẽ collationes,

Idem in Summa.

Dæmonũ triplex ordo secundum Platonem.

* passiuos

Nota.

nes, & apparitiones fiunt ad hoĩes, qui exterioribus sensibus liberè, actualiterq; vtunẽ, non est ergo possibile ꝙ hmôi visa, vel audita sint ẜm imaginationẽ duntaxat. Verum hoc verbũ S. Thomæ vr̃ quibusdã præhabitis repugnare, q̃bus dictum est, etiã sensum exteriorẽ posse sic immutari ab interiori, quòd res aliqua apparebit quasi ad extra verè obiecta.

Thomas. ¶Præterea in prima parte Sũmæ, qõne 111. Natura, inqt, corporalis obedit angelo, quantũ ad motũ localem: ideò q̃ ex motu locali aliquorum corporũ queunt causari, subsunt naturali angelorũ virtuti. Apparitiones verò imaginariæ qñq; fiunt in nobis ex locali mutatione spirituũ corporaliũ, & humorũ, vt in libro de somno, & vigilia scribit Philosophus: Quòd dũ aĩal dormit, descendẽte plurimo sanguine ad principiũ sensitiuum, simul descendũt motus .i. impressiones relictæ ex sensibiliũ motionibus, quæ in spiritibus sensitiuis conseruãtur, ac mouent principiũ sensitiuũ, ac si à rebus ipsis immutaretur. imò tanta põt esse cõmotio spirituũ humanorũ, ꝙ tales apparitiones etiã vigilantibus fiunt, vt in phreniticis, alijsq; hmôi patet. Quemadmodũ ergo hoc fit per naturalẽ cõmotionem humorũ, & qñq; per hoĩs voluntatem, qui voluntariè imaginatur, quod priùs sensit, ita hoc põt fieri ptãte angeli boni seu mali: interdũ, quidem cũ alienatione ab exterioribus sensibus, qñq; absq; tali alienatione. Hæc Thomas in quæstione hac, Vtrum angelus possit immutare imaginationẽ, seu imaginatiuam vim hominis. (Aristot.)

Vtrum angelus ualet immutare sensũ humanum. ¶Deinde soluẽdo hanc qõnem, Vtrũ angelus valeat immutare sensum humanũ. Sensus, ait, immutaẽ dupliciter. Vno mõ ab exteriori, vt à sensibili, seu obiecto: alio modo ab interioribus, qa videmus, ꝙ perturbatis spiritibus, atq; humoribus, sensus mox immutaẽ, queadmodũ lingua infirmi plena humore cholerico, oĩa sentit tanq̃ amara: & consimiliter agitur in alijs sensibus, & vtroq; modo angelus immutare põt hoĩs sensum naturali sua virtute. Potest .n. exteriùs opponere sensibus sensibilia ante formata, aut ea de nouo formando, sicut dũ corpus assumit. Similiter põt intus cõmouere spiritus, & humores, vt dictũ est, ex q̃bus sensus diuersimodè immutetur. Hæc Thomas, q̃bus & reor consentiendum.

Petrus. Quadruplex spũs. ¶Concordat Petrus: Quadruplex, inquiens, ẜm Bernardũ, est spiritus, puta diuinus, angelicus, humanus, & brutalis. Diuinus spũs nullo indiget corpore, nec quo ad esse, nec quo ad operationẽ Angelicus quoq; nõ indiget quo ad esse, nec quo ad operationes ꝓprias, sed quo ad operationes eius ad alterũ, vtpotè ad nos. Humanus verò spũs nõ indiget corpore quo ad esse, qm̃ põt esse sine corpore, sed quo ad operationes oẽs proprias: vel per se, vt quãtũ ad sensitiuas: aut per accidens, quãtũ ad intellectiuas, qa nõ intelligit sine phantasmate. Hæc Petrus.

Richard. ¶Richardus quoq; cõcordat, & p̃ter præhabita ponit paucissima. Ad probãdũ verò ꝙ in angelis sit corpus, allegat illud ex libro de Ecclesiasticis dogmatibus c. 11. Creatura oĩs corporea est. Angeli & oẽs virtutes cælestes, corporei sunt, q̃uis non carne subsistant. (Bernard.) Itẽ quod quinto de cõsideratione S. pr̃ Bernardus depropsit: Angeli corpore extant aerei. Quę oĩa soluit, dicẽdo, ꝙ creatura quantũlibet simplex, tñ cõpratione simplicitatis, & immaterialitatis increatę põt vocari corporea quemadmodũ esse creatũ, & lux facta, respectu increati esse, luminisq; æterni, dicunẽ non esse, ac tenebrę. (Damasce.) Propter quod Damascenus lib. 2. postq̃ asseruit angelos esse incorporales, adiecit qa cõparatione creatoris corporales cẽsentur, cuius cõparatione omne creatum, grossum & materiale inueniẽ. Insuper, ad probandum ꝙ angeli assumant aliqñ corpora, introducit Auicenna 10. metaphysicæ suæ, capitulo primo dicentẽ de illo, qui aptus est ad prophetiam: Hic est in cuius aĩalibus auribus istæ cõsistunt proprietates, vt s. audiat verbũ Dei, & videat angelos transfigurantes se corã illo in forma, qua possint videri. Hæc Richardus.

Dęmõ corpus assumit ex pluribus elementis. ¶Qui tñ à prædictis dissentire vr̃. Credo, inqens, ꝙ qñ dæmon assumit corpus, quod ipse format, utpotè in quo apparet, assumit illud ex pluribus elementis: nec tñ hoc corpus habet formã mixti, qm̃ elementa remanent ibi sub proprijs formis completis, naturali virtute dæmonis ita subtiliter confusa, vt corporalis visus inter distinctionẽ partiũ elementorum illorũ distinguere nequeat. Ex diuersa quoq; confusione eorũ in partibus illis diuersis, lumen cadẽs super ipsum corpus, in diuersis partibus diuersimodè est resplendens instar diuersorũ colorum. Corpus ẽt illud plus habet de grauitate, q̃ leuitate, attamen facillimè, atq; celerrimè põt à spũ illo moueri, ex vehementi excessu virtutis spiritus talis super huiusmodi corpus. Hæc Richardus. (Richard.) Prætactorũ verò doctorum positio, dicentium corpus illud esse aereum, & non mixtum, rationabilior reputatur.

¶Insuper q̃rit hic doctor, An corpora, quę dæmones assumunt, sint perfectibilia, seu informabilia ab aĩa intellectiua. Et rñdet ꝙ non: quia dæmones formare nõ valẽt corpora perfectibilia ab anima intellectiua, nec immediatè propria sua virtute: qa vt dictum est, per illã non possunt transmutare materiam ad aliquam formã substantialem. sed in corporibus perfectibilibus ab aĩa intellectiua, præcedit aliqua forma substantialis animam intellectiuam. Nec possunt hoc opere naturæ eo modo quo ranas produxerunt, & serpẽtes. Corpus quippe perfectibile anima intellectiua, non est producibile per viam putrefactionis: imò ad eius naturalem productionem requiritur cum virtute cælesti virtus, & influentia particularis, agentis, similis in specie. Hæc Richardus.

Hanibal. Opiniões quatuor circa angelorũ corporeitatẽ. ¶Hanibal quoq;: Quatuor, inqt, fuerunt circa angelorũ corporeitatem opiniones. Quidam dixerũt angelos corpora cęlestia habere naturaliter sibi vnita, animas orbiũ inter angelos computantes, ut tangit in sua metaphysica Auicenna. Secunda positio est Rabbi Moysi, qui dixit angelos esse quaslibet naturales virtutes, quas constat corporibus esse vnitas. Tertia fuit Platonicorũ positio, dicentiũ angelos, quos calodæmones, & cacodæmones appellabant, habere corpora aerea naturaliter sibi vnita. quod etiã Augustinus in pluribus locis sentire videtur. Quarta est B. Dionysij, ꝙ omnes angeli sunt incorporei. & hæc sententia tanquam rationabilior, ab ecclesia communiter iam tenetur. Hæc Hanibal.

Richard. De dæmonũ ludificatione. ¶Pręterea quatenus dicta de ludificatione dęmonũ clariùs intelligant, aduertẽda sunt verba Richardi, dicẽtis: Dæmones dũ permittunẽ, pñt sensus ludificare humanos. A sensibus nãq; particularibus exterioribus sunt uiæ ad sensũ cõem, cuius organum est in prima parte primæ medietatis cerebri, ꝑ quosdã neruos cõcurrentes ibidẽ tanq̃ in radice particulariũ sensuũ: atq; ab illo est via vsq; ad imaginatiuã, cuius organũ est in posteriori parte primæ medietatis, in quo in absentia sensibiliũ rerũ a quocũq; sensu particulari, & ab ipso sensu cõi, est via vsq; vẽtriculũ, q est inter primã medietatẽ, & postremam cerebri, ubi est organũ virtutis cogitatiuæ, & æstimatiuæ, q̃ ẜm quosdã sunt vna potentia, differens, ẜm respectus, & similiter organũ vnũ. A p̃fato aũt ventriculo, ulteriùs est uia ad vẽtriculũ, q est in posteriori par-

parte cerebri, vbi est organũ potẽtiæ memoratiuæ. In pędictis quoq; organis, & vijs inter ipsa sunt q̃dã corpora subtilia, clara quasi vapores, q̃ Constabulus in libro de spũ, & aĩa, noĩat spiritus: nec sunt organis, ac vijs p̃dictis continua, sed cõtigua: & deserũt influentias potentiarũ aĩæ, similitudinesq; sensibiliũ, ita ꝙ nisi affuerit impedimẽtũ, similitudines, q̃ cõseruant in organo imaginationis, possunt multiplicari ad organũ æstimatiuæ per rectũ incessum, vel ad organũ sensus cõis per regressum, mediantibus istis spiritibus, sicut per q̃dã diaphana corpora. Itaq; diabolus põt facere, vt visibile, quod nõ est p̃sens exteriùs, appareat p̃sens per similitudines visibiliũ, q̃ sunt in organo imaginationis, faciẽdo illas se multiplicare, mediãtibus subtilibus illis vaporibus vsq; ad sensum cõem: vel tam fortiter mouẽdo spm̃ similitudine informatũ in organo imaginationis, vt tã fortiter recolligatur intẽtio aĩæ super speciẽ ibi existentem, vt apparet sibi, ꝙ immutetur à re sensata, vel faciẽdo in aere talẽ dispositionem, q̃ reflectat imaginẽ ad modũ speculi, quę tñ aeris dispositio visum latebit: sicq; contingere poterit, vt res, q̃ est retro nos à remotis, ante nostros oculos videatur. Põt item facere, vt res, q̃ præsens est, lateat visum, operãdo extra corpus nostrũ & intra. (Damasce.) Extra, qa, ut asserit Damascenus lib. 2. visus videt ẜm lineas rectas, q̃ à visibili procedẽtes, tendunt in conũ, atq; cõstituunt angulum in loco iudicij virtutis visiuæ. Propter quod idẽ visibile non vr̃ per easdem lineas à duobus hoĩbus iuxta se positis, nec à duobus oculis eiusdem hoĩs. Diabolus autẽ põt aliquam in medio facere dispositionem, q̃ lateat visum, impedientẽq; trãsitũ linearum à visibilibus diffusarum. Cũq; talẽ facit dispositionem oppositã lineis venientibus ad oculum vnum, & non oppositã lineis venientibus ad oculum alium, videbit idem hõ oculo vno, quod videre non poterit oculo alio. Simili mõ poterit facere, ꝙ id, quod vr̃ ab hoĩe vno, non videatur ab homine alio prope astante: ꝙ idem duorũ visibiliũ iuxta se positorum hõ videat vnũ, non aliud. (Aristot.) Potest quoq; hoc facere operando intra corpus nostrũ, quia ẜm Philosophũ libro de somno & vigilia, simulacra sub die expelluntur, dũ operantur sensus & intelligentia, & exterminantur, queadmodũ iuxta magnũ ignẽ minor, atq; tristitiæ, delectationesq; magnæ iuxta paruas. Dũ verò quiescunt, super natant parua simulacra. (De operationibus dęmonum & ludificationibus.) Põt aũt diabolus facere, vt simulacrũ, quod est in organo imaginationis, similitudinẽ suã multiplicet per spũs, q sunt corpora diaphana. Vel per humorẽ subtilẽ, qui est in via existẽte inter organũ sensus cõis, & organum imaginationis vsq; ad spm̃, q est in spiritu sensus cõis. Põtq; facere ꝙ spũs ille tam fortiter moueaẽ ab illo simulacro, ut virtus aĩæ ita recolligaẽ ad sensum cõem, ꝙ ipsos motus particulariũ sensuũ non attendat. Conformiter facere põt, ꝙ visibile appareat alterius esse coloris, q̃ est, procurãdo interpositionẽ alicuius vaporis cholerici, vel sanguinei, aut melãcholici inter oculũ, & locũ iudicij: sicq; visibile iudicabitur esse illius coloris, q cõsonat illi vapori, q̃uis alterius sit coloris. Similitudo. n. coloris permiscet se similitudini coloris corporis diaphani, per quod transit, vt dum albũ vr̃ per rubeum vitrũ. Multos alios ludificationis modos possemus prosequi ex datis principijs, q in vna qõnum mearũ disputatarum sunt patefacti. (Ad obiectionẽ responsio.) Porrò si obijciatur, ꝙ ẜm Phylosophũ sensus propriorũ semper est verus, & ꝙ sensibile ꝓpriũ est per se notũ, ergo circa ea non est deceptio: rñdẽdũ ꝙ verũ est per se, utpotè nisi fiat corruptio aliqua circa organũ Si. n. diabolus cõgregat vapores humidos circa visibile, ita ut radij veniẽtes à visibili ad visum, frangant à perpendiculari cũ ueniunt ad mediũ rarius. sicq; maiorẽ constituant angulum in loco iudicij, & per hoc visus iudicet visibile maius, q̃ sit, non propter hoc falsus est: qm̃ iudicat ẜm exigentiã speciei receptę in loco iudicij, quæ rẽ tanto repræsentat maiorẽ cæteris paribus, quanto maiorẽ angulũ in iudicij loco constituit. Deniq; ludificationes pętactas facit diabolus opere naturę, plures dispositiones speculares nos latentes faciẽdo in aere, ita ut ꝓ vno homine appareat sensui magnus exercitus: aut circumuolẽdo species visibiles ita, vt res quiescens, appareat sensui circumuolui: seu deprimendo neruũ venientem ad oculum unum, alio nõ depresso: ita ut similitudines ab eodẽ visibili venientes per duos oculos, non habeant situm eundẽ in loco iudicij, sed diuersum, sicq; vnũ visibile appareat duo. Etenim naturale est, ab vno visibili plures refulgere imagines in pluribus speculis, & similitudinẽ circumuolui circumuoluto ipso spiritu deferente, ipsisq; circumuoluto naturale est repræsentare rẽ ut circumuolutã: similitudinibus quoq; ab eodẽ uisibili ad duos oculos venientibus, naturale est accipere situm diuersum in loco iudicij: dep̃sso neruo veniente ad oculũ vnum, alio non dep̃sso, & ipsis in loco iudicij diuersum sitũ habentibus naturale est rep̃sentare vnũ tanq̃ duo. Hæc Richardus.

Bonauen. ¶Pręterea Bonauẽtura: De hoc, inqt, an angeli habeant corpa naturaliter sibi vnita, dubitarunt aliqñ magni doctores. Vnde super hoc dubiè loquiẽ tam Aug. q̃ Bernardus. sed nũc certitudinaliter teneẽ, & Richardus de sancto Victore, affirmat, ꝙ angeli sũt incorporei. (Angeli sunt incorporei secũdum Richardum.) Veruntñ de hoc plures dubitãt, an dæmones habeãt corpora sibi inseparabiliter alligata in q̃bus torqueantur. Sed planũ est satis, ꝙ sicut angeli boni nõ habẽt corpora nisi volũtate assumpta, ita nec dæmones. Cuius signũ est ẜm Richardum, ꝙ corpus pusillũ, aliqñ obsidetur maxima multitudine dæmonũ, quemadmodũ in euangelio legiẽ legio dæmonum fuisse in hoĩe vno. (Marci. 5.) Duo aũt corpora nequeunt simul esse. & si dæmones essent corporei, deceret eos quãtitas satis magna. Hinc dicendum, ꝙ nec corpora sibi inseparabiliter habeant coniũcta, nec punitio eorũ ab igne exigit corporis allegationẽ, ut patebit in quarto. Gregorius verò dicens in homilia, ꝙ angelus rõnale est animal, intelligit hoc non quãtum ad veritatem naturæ, sed quo ad similitudinem operationis intellectualis, seu quantum ad apparitionis effigiem. Hæc Bonauentura.

Corpora ab angelis assumpta, non sunt verè humana. ¶Qui cõsequenter declarat, ꝙ corpora ab angelis assumpta nõ sunt verè humana, nec intus organizata ut illa, sicut hoc supra ex Richardo, & alijs ostẽsum est. De materia verò eorũ ponit tres opiniones; vnã, ꝙ sint ex quatuor elementis mixta, quã reprobat, cũ corpora illa dispareant tã repente. Secundã, ꝙ ex solo sint aere, quã etiã non commendat: cum corpora illa sint diuersimodè in partibus suis disposita, colorata, seu lucida & tã spissa. Tertiã, ꝙ partim sunt mixta, nõ purè aerea: ita quod aer prædominatur in eis cũ aliqua admixtione alterius elementi, sicut videmus in nube: sic quod aeri admixtus est vapor terrenus, seu aquosus in formatione corpis sic assumpti, ita ꝙ angelus tã bonus, q̃ malus, assumit corpus nõ ex natura cælesti, sed elementari: non simplici, nec plenè commixta, sed medio modo: angelus tamen bonus ex parte aeris superiori, dæmon ex inferiori. Hanc Bonauẽturæ positionem Richardus, ut patuit, est secutus: imò ambo simul in hoc sequuti

sequuti sunt quorundam veterum opinionem.

Alexand. Corpora assumpta ab angelis aerea esse nõ mixta.

¶At verò Alexãder circa hæc multa ingrit, & patet ex præinductis respõsio. Tenet aũt cõem opinionem, dicendo ꝙ corpora assumpta ab angelis, sunt aerea, non mixta, neq; cælestia. Idẽ dicit Durandus.

¶Quid item de immaterialitate, & incorporeitate angelorum bonorum, atq; malorum sentiat Gulielmus, & Henricus, patuit supra.

Scotus.

¶Postremò Scotus: Angelũ, inquit, assumere corpus, non est ipsum informare corpus, nec illud hypostatice sibi vnire, sed esse intrinsecus corpis motor: & sic esse diffinitiuè in illo, quod est alius modus, q̃ per operationẽ esse in loco. Nã & Deum esse vbiq;, probaẽ per hoc ꝙ vbiq; operatur. Quod si hi modi nõ differrẽt, esset ibi petitio principij, & argueret ab eodẽ ad idem. Angelus ergo assumit. i: ad se sumit corpus, ꝗ ad operationes sibi ꝓprias exercẽdas vtiẽ illo vt instrumento. Nec dr̃ ista assumptio fieri qñ corpus assumptũ mouetur motu progressiuo: qm̃ talis motus nõ congruit fini propter quẽ assumit̃ tale corpus. Deinde videdũ quale corpus potest assumere. Et dico ꝙ non assumit corpus cęleste, nec elementare: qm̃ corpus elementare nõ est susceptiuũ accidentium, in quibus apparet. Corpora aũt mixta generata põt assumere, sicut cadauer defuncti, aut lapidẽ vel aliquid tale. Tamen quando assumit corpus, quod non vr̃ priùs causatum à naturalibus causis, sed qm̃ subito tunc formatur, & completa operatione disparet, tunc vr̃ probabile, ꝙ illud sit corpus mixtum propter accidẽtia, quæ apparent in eo: non tamen plena commixtione: ꝗ corpus simpliciter mixtum, non formatur nisi ex generatione, & determinato processu naturæ. Hinc corpus quod subito formatur, atque resoluitur, mixtum est mixtione imperfecta, qualitas potest induci ab agentibus naturalibus, quasi subito facta approximatione elementorum. Hæc Scotus.

Dionysi⁹.

¶Qui in his sequutus est primam illam opinionẽ à Bonauentura narratã, & partim secundã. Atq; ex dictis patet error istius respõsionis, nec verum est ꝙ aer per inspissationẽ, aliasq; adhibitiones prætactas, non sit illorũ accidentium capax: experientia, quoq; aliquando docuit, corpus angeli mali nõ esse, quid grossum, mixtũ, secabile, imò neq; tãgibile, sicut & Thomas, & Durandus testant. Nec decet angelos sanctos cadauera assumere mortuorũ. Verũ tamen de dæmonibus non apparet vniuersaliter esse negandũ, quin interdum assumunt cadauera, sicut de hoc in Cæsario, & alibi aliqua leguntur exẽpla, imò dæmones incubi, & succubi talia credũtur assumere. Quædam quoq; puella, quæ multo tẽpore familiaritatẽ habuit cum dęmone incubo, personaliter retulit mihi se audisse à dæmone illo, ꝙ cadauer solet assumere, & illud forinsecus decorare.

Angelos minimè decet assumere mortuorũ cadauera.

Gebula quòd Dionysio retulit.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur, *An angeli boni, seu mali in assumptis corporibus vere exerceant opera vitæ.*

¶Videtur ꝙ sic, quia in Genesi describuntur locuti cum patribus, & mãducasse, ac ambulasse cum eis. Et quod legitur ibi, Videntes filij Dei filias hominũ, ꝙ essent pulchræ, Iosephus & alij quidam exponũt de dæmonibus incubis. Mercurius quoq; in libro de Deo Deorum, asserit angelos in assumptis corporibus deceptos venereis. Insuper angeli sic apparentes, verè loquuntur ad homines, ergo & vident, ac audiunt per organa illa sensus, atque auditus.

¶In contrarium est, ꝙ non habent vires vegetatiuas, nec sensitiuas, neq; sunt formæ corporũ substantiales, nec corpora illa viuificant, nec vnum cũ illis constituunt. ¶Ad hæc Alexander rñdet: Dicendum vr̃, quòd in organis illis corporũ taliter assumptorũ, non est verè vis visiua, neq; auditus, aut alius sensus, sed si est, dr̃ ibi esse eo modo, quo in li. de ciuitate Dei loquitur Augustinus: Angeli præter hoc quod intelligunt, etiã sentiunt. Sed nõ credo vnum fieri ex potentia illa sensibili, & organo. & puto ꝙ non aliter fiat immutatio in organo illo, q̃ fit resultatio rei in speculo. In speculo namq; resultat similitudo sensibilis, sed nõ est speculo sensitiua vis vnita, quæ formã illam accipiat, & per eam indicet dere. Nec oportet si sit forma similis organis sensitiuis, ideò organa sensitiua existant. Oculus enim qui vim visiuam amisit, nihilominus formã oculi tenet. Nec oportet si fiat locutio siue percussio, vel operatio talis, quæ est quasi ab intra, quæ fiunt ad aliquid designandum, aut operãdũ in nobis, ob hoc fiat visio siue auditio, vel huiusmodi aliqd, quod fit quasi ab extra, cùm ipsis angelis virtute intellectiua sufficienter innotescant, quæ per sensus nobis patescũt.

Alexand. August. August. De angelorum comestione. Thob. 12. Gregori⁹. August. Quæstio.

¶De comestione verò dicendum, quod vera fuit comestio angelorum, sed duplex est veritas comestionis: prima propter necessitatem comedentis, & ita non fuit ibi comestio. Secunda propter potestatem ostẽdendam, aut familiaritatem habendam, cũ quibus edebãt, & sic fuit vera comestio. Propterea loquitur Augustinus: Potestate comedebant, nõ necessitate Et ponit exemplum de radio aquam consumente, & de terra hanc absorbente. Hinc quod Thobię Raphael dixit: Videbar vobis comedere, intelligitur supplendo ex necessitate. Et quamuis fuit ibi veritas comestionis, quo ad manifestationẽ, non tamen quo ad proiectionem in ventrem, aut incorporationem. Deniq; tale corpus celerrimè, & quasi imperceptibiliter cito mouetur ab angelo dũ vult, quantum permittit natura eius, quod mouetur, & quanta est intentio virtutis motiuæ ex parte mouẽtis. Nempe quòd corpus illud aereum sit, testatur Gregorius dicens: Nisi angeli quidam nobis interna nunciantes, ad tempus ex aere corpora sumerẽt exterioribus obtutibus nostris non apparerent. Quod etiam verè cibum sumpserunt, fatetur Augustinus in libro ꝓsexaginta quæstionum contra paganos: Legimus angelos escas sumpsisse non fictè, aut phantasticè, sed manifestissima veritate. Si aũt quæratur, an non existente organo ad vocem formandam posset angelus formare vocem sensibilem: respondendum, quòd angelus habet potestatẽ formãdi locutionem in aere etiã sine instrumento ad hoc determinato. Et si obijciatur, quod locutio est vox articulata, dicendũ ꝙ locutio, quæ est operatio animalis, requirit instrumẽtum corporeum: cum verò est operatio substantiæ separatæ, nõ requirit instrumentum corporeum, sed determinatam materiam. Quod enim spiritus coniunctis facit per organum, spiritus separatus sine organo facere potest. Etenim quod facit virtus inferior per plura, virtus superior facit per vnum: nec indiget instrumentis vocalibus, per quæ homo, seu anima format vocem. Nihilominus potest quandoque in corpore assumpto consimilia instrumenta habere ad vocis formationem. sed non est necesse. Nam & asinam Balaam creditur protulisse sine instrumentis, quibus fit uox humana. Verum ea, quæ rationem excedunt, magis oportet ex scripturis accipere, quàm indiscretè scrutari. Hæc Alexander.

Nume. 22.

¶Porrò Bonauentura vr̃ ad hæc pro parte aliter rñdere: Spiritus, inquiens, angelicus in corpore assumpto non habet operationẽ aiæ vegetatiuæ, nec quantũ ad cibationẽ, nec quantũ ad generationẽ: ꝗ nec uim habet nutritiuã, nec generatiuã. Habet tñ aliquo mõ operationes his conformes. In cibatione quippè sunt cibi sumptio, consumptio, cõuersio, & unio. Quantũ ad duo prima, cõuenit eis comestio. Nã cibũ appositũ sumpserũt, consumpserũt non aũt in substantiã suã conuerterunt, nec sibi incorporauerunt. Ideo fallus est Augustinus: Aliter sorbet terra aquã sitiens, aliter radius calefaciẽs: ita cibatio aliter cõuenit angelo, aliter hoi. Idẽ dicendũ de actu gñacionis, in quo est seminis cõstitutio ꝓm numeros, & uirtutes, atq; caloris tali speciei cõuenientes: transfusio quoq;, & susceptio seminis sic ꝓfecti. Quorum primum conuenit tm̃ illi, cui Deus dedit uim ꝓpagatiuam, quod nequaquã cõuenit dęmonibus assumentibus corpus. Secundũ uerò, utpote seminis transfusio, & susceptio, põt eis cõpetere. Primò. n. succumbũt uiris in specie mulieris, ex quibus suscipiũt semẽ, quod quadam sagacitate in sua uirtute custodiunt: deinde Deo permittente incubi fiũt, & semen illud in uasa fœminarum transfundunt, ex quo hoies poterunt gñari. Hæc Bonauent.

August. Qualiter dæmonib⁹ cõuenit seminis trãsfusio, & susceptio. Idẽ Bonauentura.

¶Insup de hoc, An angelus in corpore assumpto exerceat opationes uirium sensitiuarum, scribit hic doctor: Cum aia uniaẽ corpori, ut perfectio, seu forma, & ut motor, q̃dam operationes consequuntur aiam, ut est motor, & q̃dam, ut est perfectio corporis, quædam partim sic, & partim sic. Differenter quoq; exercet operationes has aia. Opationes nãq; eã cõsequentes, ut est motor, sic exercet ꝑ corpus, ut ẽt exerceat eas in corpus, ꝗ non solum mouet alia corpora, sed & propriũ corpus. Operationes aũt eam consequentes, ut est perfectio corporis, sic exercet in corpore ꝑ corpus, ꝙ exercet eas cũ corpore. ideo primæ competunt aiæ, ut est hoc aliqd, & motor differens a mobili: secundæ uerò, ut est forma coniuncta mobili. Cumq; angelus vniaẽ corpori assumpto non, ut forma, sed motor, primas operationes plenè exercet in corpore suo, secũdas minimè, tertias verò quodammodo sic, & quodam modo non sic. Motum etenim ꝓgressiunm exercet primo mõ, actum sentiendi, nullatenus: actum ridẽdi, medio mõ. Ridere namq; competit aninæ partim, ut est motor, & partim, ut est corporis forma: ꝗ in risu est quædam exhilaratio cordis, & hæc est ab anima, ut est forma: & est in risu genarum motio, quæ est ab anima, ut est corporis motor. Rõne primi ridere nõ conuenit angelo, sed rõne secundi. Deniq; sentire tripliciter sumit̃ primo cõiter, & ita est idem, quod rem, ut pñtem cognoscere. Secundò ꝓpriè, & est idem, quod rẽ, ut hic, & nunc apprehendere. Tertiò proprijsimè, & est spẽm existentem in materia præter materiam mediante corporeo organo suscipere. Primis duobus modis non differt ab intellectu nisi rõne duntaxat, & cõuenit angelis, ꝗ a sua ui intellectiua cognoscunt rem, ut pñtem, & ut hic, & nunc, nõ aũt tertio mõ. Et si obijcias, ꝙ imò, quia in organo corporis assumpti ab angelo recipitur species sensibilis ab obiecto: dicẽdum, quod in organis hmõi corporis non sunt ipsę uires sensitiuè, nec organa, illa dicuntur uniuocè cum organis animalium, nec angelus plùs conspicit hominem apertis oculis, q̃ clausis. Hæc Bonauentura.

Sẽtire tripliciter sumitur. Ad obiectionẽ responsio. Thomas.

¶Idem Thomas: Angeli, inquiens, corporibus assumptis uitam non influunt, sed motum: ideo operationes consequentes corpus uiuum, ut uiuum, angeli in corporibus assumptis nequeunt exercere: sed eas, quæ consequuntur corpus ꝓm quod mobile. Ideo non proprie comedunt, neq; bibunt, quia etsi cibum diuidant, atq; traijcia nt: non tñ proprie actus illi procedunt a potentia ualente digerere, atque nutrimẽtum conuertere. Abraam aũt in principio non cognouit tres illos, q̃bus obtulit cibos, angelos esse, sed in fine. Et si in principio sciuit hoc, obtulit eis cibos in commendationem alicuius mysterij. Aliqui quoq; affirmant, ꝙ dæmones in assumptis corporibus non ualeant gñare: nec per filios Dei in præhabita auctoritate dæmones incubos designari, sed filios Seth: & per filias hoĩm, natas ex Cain. Sed quia a multis contrarium dr̃, & quod multis vr̃, non põt omnino falsum esse ꝓm Philosophũ 7 Physicorum, & in fine de somno, & uigilia: ideo dici põt, ꝙ per actum illorum completur gñatio, in quantum semen humanum apponere pñt in loco conuenienti ad ꝓportionatam materiam, quemadmodum aliarum semina rerum colligere pñt ad quosdam producendos effectus: ita ut dæmonibus solum attribuatur id, quod est motionis localis, nõ gñatio ipsa: cuius principium non est uirtus dæmonis, nec corporis ab ipso assumpti, sed uirtus eius a quo sumptum est semen. Hinc natus ex semine illo, est filius hoĩs illius, non dæmonis. Insuper taliter natos posibile est esse corpore magnos, ac fortes uelut gigantes: qm̃ dæmones scire ualent uirtutem seminis defici ex dispositione eius, a quo decisum est, & mulierem magis ꝓportionatam ad seminis illius susceptionem, itemq; constellationem iuuantẽ ad corporalem effectum, uidelicet optimæ complexionis: quibus oĩbus concurrentibus, gignit̃ huiuscemodi proles. Ampliùs si quærat̃ an angeli boni, seu mali mouent̃ in assumptis corporibus: dicendũ, ꝙ mouent̃ ad motum illorũ ꝑ accidens, cum in eis sint diffinitiuè. Deus aũt nõ mouet̃ ad motũ corporis cuiuscunq;, quia sic est in uno, ꝙ ẽt in alio: quemadmodum aia non mouet̃ ad motum. manus Similiter motor non mouet̃ ad motum orbis, quia coniũgit̃ orbi ꝓm totum, ut ducunt Philosophi, quãuis virtus eius primo appareat in dextera parte orbis unde incipit motus. ideo non mouetur per accidẽs: qm̃ totus orbis non mouet̃, extra suũ locũ: sed sic, ꝙ sit in alio loco rõne, & nõ subiecto Hæc Thomas in Scripto. ¶Porro in prima parte, q. 51. Quædã, ait, uiuentium opera aliquid habent cõe cũ actibus alijs, ut loq cũ sono irrõnalium, & progredi cũ motu in aiatorum. ideo opera uitæ quantum ad id, quod est utrisq; cõe, pñt ab angelis fieri ꝑ corpora assumpta: non autem, quantum ad id, quod sunt uiuentium propria: quia ꝓm Philosophum lib. de somno, & uigilia, cuius est potẽtia, eius est actus. Hinc nihil põt habere opus uitæ, quod non habet uitam, q̃ est per potentiale principium hmõi actionis. & quia sentire est totaliter actus uitæ, ideo angeli per organa illa nil uident, nec audiunt, nec tñ frustra corpus organizatum assumunt, sed ad designandum suas spirituales ꝓprietates & ut hoĩbus se familiariores, aut magis proportionatos exhibeant. De hoc demum, an dęmones fœminis commisceantur, ac generent, scribit Augustinus lib. de ciuitate Dei: Multi se expertos, aut ab expertis audisse affirmant, Siluanos, & Faunos improbos sæpe cum mulieribus extitisse, & earum expetisse, ac peregisse concubitum, unde hoc negare imprudentiæ est. Sed angeli sancti sic labi ante diluuium nullatenus potuerunt. idcirco in Genesi per filios Dei intelliguntur filij Seth, &c. ut supra. Hæc Thomas in Summa ¶Qui in Scripto approbare vr̃ expositionem Iosephi, intelligentis per filios Dei dæmones incubos. Meliùs uerò est, ut ꝑ filios Dei, intelligant̃ filij nati ex Seth, qui ad tps'

Gen 18. Gene 6. Aristotel. Ex incubis nati filij illius sunt, a quo semen sumptũ est. Quæstio. Idẽ Tho. Philosop. August. An dæmones cum mulieribus commisceantur. Dionysius

deuoti fuerũt. Nec incubi illi possẽt noĩari filij Dei, nisi forsan ꝑꝑ naturã intellectualẽ, & rõne creationis. Rursus, ꝙ Thomas dicit motorẽ orbis cõiungi orbi ſm totũ, maiori indiget inquisitione, si intelligat de intelligentia, & ꝑsonali eius pñtia ꝑ totũ orbẽ, quẽ mouet, & de hoc infra dicet.

Petrus.

¶Petrus demũ inductis concordans. Ex cõsideratione, inquit, finis disponit medium, & instrũm aptatur. Angeli aũt assumunt corpora, vt operent in eis opera sensibilia: non tñ naturalia, sed voluntaria. Hinc assumunt corpora, ut instra artificialia, nõ vt naturalia organa. Vñ corpa illa hñt naturaliũ corporũ similẽ figurã, nõ naturã. Hæc Petrus. ¶Qui ẽt scribit corpora illa non esse purè aerea: Corpora, dicens, assumpta ab angelis, non sunt ex elementis quatuor mixta, quia in eorum depositione fieret corruptio aliqua: ideo corpora illa fiunt diuersorũ corporum confusione, non commixtione, unũ corpus figurando, ita ꝙ aeri res alias, seu uapores apponunt plùs in una parte, q̃ in altera cõdensando: sicq; in vno corpore diuersos producunt colores, quẽadmodum ex collectione nubium, & radio solis apparet coloratio diuersa in aere. Quod aũt de gñatione dæmonum dr̃, aut non est verum: aut si est, oportet, ꝙ priùs suscipiant ipsum semẽ ab hoĩe, & deinde transfundãt in mulierẽ. Vnde priùs oportet dæmonem esse succubum, q̃ incubum. Quod tñ adhuc vr̃ impossibile, cũ oporteat ipsum semen calidum sicut a uiro descindit, transfundi in mulierẽ, secundum naturales. Hæc Petrus.

Priùs oportet dæmonẽ esse succubu, q̃ incubum.

Dionysi.

¶Quocirca sciendũ iuxta præhabita, ꝙ dæmones naturaliũ uirũ uires scientes, occulta virtute queũt semen in suo seruare calore. Aliter quoq; valẽt semen colligere, q̃ succumbendo, ut infra tãget. Sicq; non oportet vniuersaliter dæmonem priùs esse succubum, q̃ incubũ. Nec põt intellectus nr̃ in pñti cognoscere vniuersas dæmonum uersutias circa hæc.

Richard⁹.

¶Hinc Richardus: Dum ait, diabolus non ꝓhibet a Deo, aut angelis sanctis, põt assumere corpus ad similitudinem mulieris formosæ, semenq; viri recipere a uiro secũ concumbente, & illud ad aliquantulũ in sua conseruare uirtute: deinde assumere corpus virile, aut pristinũ corpus mutare in similitudinẽ corporis virilis, & semẽ illud in matricẽ fœminæ sibi consentientis transfundere, ita ꝙ ex semine illo, & semine mulieris in ꝓportione naturali concurrentibus, fœtus concipiet, ut dr̃ de Merlino, q tñ nõ fuit dæmonis filius, sed hoĩs, ex cuius semine fuit conceptus. Veruntñ qdam dicunt illud potius relinquendũ sub dubio, q̃ assertiuè determinãdũ, cũ Augu. 3. de ciuitate Dei sup hoc dubitatiuè loquat. Rõnabile mihi quoq; vr̃, ꝙ alterã partem pertinaciter determinare non expedit. Hæc Richardus.

Mirũ qd

Vdalric.

¶Præterea Vdal. circa hæc multa inducit, q̃ sententialiter sunt expressa, additq; aliqua. Multi, dicens, affirmant dæmones coire corporibus, ac gñare, & vr̃ ꝓ eis esse scriptura, q̃ ſm aliã translationem continet, Videntes angeli Dei filias hoĩm. Ideo qõnem hanc mouet Aug. 8. lib. super Genes. & tandem dicit ꝑ angelos designari hoĩes bonos natos ex Seth, quemadmodũ de sancto fert Iohãne: Ecce ego mitto angelum meũ. Dicuntq; aliq, ꝙ dæmones colligunt ab hoĩbus semen illud. Vel qui vni est succubus, alteri est incubus, aut ꝑ pollutionẽ in somno, aut per mollitiã in vigilia suscipiũt illud. Quidam etenim doctor magnæ auctoritatis, retulit se a quodam uerè intellexisse, ꝙ cũ ipse uitio mollitiei subiaceret, semel innumerabiles cati circa eũ pollutum cum maximo strepitu, q semẽ lingentes deportaue-

Gen. 6
August.
Mala 3.
Matth 11.

runt. Sed supposito, ꝙ sic cũ fœminis coeũt, adhuc est dubium duplex. Primum, qualiter semẽ sic delatum possit esse gñationis principium, cum tota seminis uirtus, ꝑ quam est gñatio, consistat in uirtute formatiua, impressa ab aĩa gñantis, q̃ ut in subiecto est in spũ incluso, & conseruato in seminis uiscositate: ideo ipso exhalante, uanum efficit semen ad gñandum. Hoc aũt non solũ fit ꝑ translationem seminis ꝑ tm̃ spatium, ut isti dicunt: imò Philosophi tradunt, ꝙ ꝑꝑ ineptam longitudinem venter euaporat semen in egressu, & spũs expirat ab eo ita, ꝙ fit gñationi ineptũ. Verũ ad hoc rñdent, ꝙ dæmõ põt sup spm̃ illum sicut, & sup aerẽ, atq; ꝑ hoc tenet eũ ne exhalet. Insup circũponit ei seminaliũ causas uirtutũ, ꝑ quas tàm semẽ, q̃ spũs cõseruat in qualitatibus aptis ad gñandũ: sicut videmus qñq; ꝑ aliquam cõstellationẽ ẽt in semine aĩalis alterius speciei imprimi aliqd figuræ humanæ, ita ꝙ Empedocles dixit, uaccas aliquas esse bouigenas, atq; uirgenas. Secundũ dubium, cur dæmõ, q non uult aliquid boni, ita ꝑ coitũ interposita mora ꝓijcit semẽ in fœminã, cũ semẽ fortius in suo maneret uigore, si subito in matricẽ ꝓijceret. Dicunt, ꝙ ideo, quatenus ꝑ coitũ inducat fœminã ad iniqtatis consensum. Nã, & horror retraheret a consensu, si sciret hoc esse dæmonis opus. Hæc Vdalricus. Qui addit: Ecce hæc oĩa dicta sunt sine auctoritate, & rõne, ſm solam famam popularem, uel potius ficta: qm̃ fictum est, quod coactum est ad positionem, ut 12. metaphysicæ ait Philosophus.

Dubia duo. 1 2

Scotus.

Atuerò Scotus cõsonat ꝑinductis ẽt de gñatione, qualiter conueniat dæmoni, dẽpto ꝙ ait comestionẽ uerè cõpetere angelis in assumptis corporib⁹: qa ut dicit, comestio nõ est nisi cibi diuisio, & diuisi ad intra traiectio, tuncq; fieri põt exhalatio, & resolutio in humores, aut elementa, & hi motus locales fieri queunt circa corpus actiua angeli.

Diony.

¶Verũ hæc uerba scoti, sunt a cõi doctorũ traditione. Tñ de isto multũ cõtẽdere reor inanè: qm̃ difficultas hæc in qd noĩs stare vr̃. Nẽpè si illa diuisio, atq; traiectio ad comestionis sufficiunt rõnẽ, stare põt illa opinio. Si uerò ultra exigit (iuxta ꝑtacta) cõuersio nutrimenti in comedentẽ, & unio, seu incorporatio, ut asserit Bonauent. itemq;, ꝙ actus ille ꝓcedat a ui nutritiua, ut exprimit Thomas, certum ꝙ opinio falsa sit. Verũ ſm Guli. lib. de uniuerso, diuisio, & traiectio cibi nõ est realiter, sed apparẽter comestio. Realiter aũt, & verè comestio est cibi in cibatũ mutatio, & horũ doctorũ uerior, ac subtilior est doctrina. Ampliùs, si comestio põt uerè cõpetere angelo in corpore assumpto nõ uiuo, nec aĩato, Chr̃s non ꝓbasset idonee se uerè resurrexisse edendo. Insup Scotus ꝓnunciat: Chr̃i comestio ordinata fuit ad nutritionẽ, & loquit de comestione Chr̃i post resurrectionẽ. Nã subdit: Non. n. est mihi incõueniẽs, ꝙ corpus gloriosum possit in se conuertere corpus nõ gloriosum, sicut põt simul esse cum illo. Posset. n. comedẽs ferre corpus gloriosum in parua q̃titate, & illud ꝑ comestionẽ verè augere: nec tñ aliqd de nutrito, uel augmẽto corrũperet. Hæc Scotus. Quæ cõib⁹, ac solidis authẽticorũ documẽtis doctorũ nõ cõsonãt, ut sup tertiũ, & quartũ plenì⁹ oñdet, ideo leuitati, & singularitati ascribenda censetur.

Gulielm⁹.

De Christi comestiõe

Durandus

¶Vnde, & Durandus hic cõtestat: Actus secũdus præsupponit actũ primũ. In corpore aũt assumpto ab angelo, non est actus primus uitæ: qm̃ non unit corpori illi, ut forma: idcirco in eo non sunt aliqua opera vitæ, q̃ sunt actus secundi. Opa uerò uitæ uocantur, non quia actiuè sunt in principio uiuente,

alioquin

alioquin motus lapidis ab angelo diceret opus uitæ: nec ideo, quia similia sunt operibus uitæ, qa similitudo excludit identitatem. Sed quia sunt in subiecto uiuente, & a principio uiuente, ut tale, hinc motus talium corporum non est opus uitæ, seu actus talis, cum non sit a motore coniuncto nec successiuus. Hæc Durandus.

Dionysius

¶In cuius uerbis vr̃ obscurum, quod dicit motum illum non esse successiuum: si tñ hoc dicit. Forsitan enim liber, quem vidi, est incorrectus, ita ꝙ ꝓ dictione hac processiuus, scriptum est processiuus. Motusq; ille non est propriè processiuus, cum non sit animalis. Et si quis dicat contrarium, non est de uocabulo contendendum.

Gulielmus

¶Postremò Gulielmus 2. parte de uniuerso, multa super hac differuit qõne, præsertim angeli boni, uel mali uerè assumant corpora, in quibus apparẽt, an in apparentia tm̃. Atq; post perscrutationẽ, & disputationem prolixam vr̃ tãdem illam incidere opinionẽ, quæ pauloante ex Vdalrico est recitata, & Alberto ascripta. In primis aũt disputat cõtra diffinitionem Apuleij Platonici, asserentis, ꝙ dæmones sunt aĩalia corpe aerea, aĩo passiua tpe æterna. Si. n. inquit, sunt passibilia, ergo & corruptibilia ex natura: Nam & aer habet cõtrarium, & in suis partibus corruptibilis extat. Rursus, si aĩalia sunt, ergo membra hñt, cum aĩa sit forma corporis organici physici. Ergo ꝑ amputationem membrorum naturaliter possent mori. Nempè, ꝙ dãnati resumptis corporibus, protoplasti quoq; parentes nr̃i an culpam immortales erunt, & erant, fuit & erit super naturã ex diuinæ ordinatione iustitiæ. Ampliùs, si hñt corpora uera, posset eorum motio, progressio, penetratio retardari, seu impediri, cum plura corpora in eodẽ nequeant esse loco. Sed huius contrarium dicunt experimentatores, quorum nonnulli fatent se attentasse pugnare aduersus illos, ac ferro ꝑcutere ipsos, & motus eorum fortissimis ꝓhibere obstaculis, funibus, trabibus, & catenis, nec aliquid profecisse. Atuero si mouent, q̃rit an uolẽt, aut gradiant. Si uolant, an habeant alas, & quales. Si gradiant, an habeant pedes, & quales. An ẽt corpora illa habeant figuram humanam, ac staturam erectã. Præterea, q dicunt eos uerè assumere corpa, ꝓut uolũt, & eorũ obsequia exigunt, multas patiunt instãtias. Si. n. uera sunt corpora, & organa hñt uera, oporteret uires sensitiuas eis inesse, & essent tãgibilia uerè. Multa his consimilia tangit Gulielmus, quorum ꝓ parte patet ex dictis solutio, idcirco non immorandũ. Iterũ arguit ita: Si vera corpora sunt, q apparent, ergo & veræ uestes, vera arma, ueriq; equi sunt, in quibus, & cum quibus apparent. Cumq; interdum appareant absq; numero, & videat exercitus omnium regum, ac principiũ terræ, magna, & mira est qõ, ex qua materia sint oĩa illa formata: & quamuis potestas formandi hæc oĩa tam repentè data esset angelis sanctis, qui ea non nisi ad creatoris gloriam uti volunt, aut pñt: non tñ uideret data malignis spiritibus, qui non vident ea uelle uti nisi ad irreuerẽtiam conditoris, & ad illusiones deceptionesq; hominũ. Insuper ob hoc, ꝙ aliquid apparet alicui, non oportet nouam substantiam, aut nouum corpus formari, assumi, aut realiter exhiberi forinsecus. Quod primò probat, & patet in dormientibus, qbus apparet, ꝙ veraciter aliqua videant, audiant, palpent, deosculent.
2 Secundò id patet in febricitãtibus, qui alienationes patiunt ẽt uigilantes, qui territi clamant, & fugere enituntur, quia vr̃ eis, ꝙ cernũt latrones, & alios hostes super se irruentes, & per angustas fenestras introeuntes. Palamq; est, solas imaginationes, ac phantasmata, quæ in animabus illorum cõsistunt, sufficere ad apparitiones hmõi. Tertiò patet 3
hoc in melancholicis quibusdam, quibus apparet, ꝙ hostes ingrediant per muros, & portas eorũ, nec põt eis persuaderi oppositum, ideo territi, & clamãtes, diffugiunt.

Gul. Par.

Exemplũ.

Memini me uidisse uirũ religiosum, ac bonum, qui dum mihi exponeret ægritudinem suam, in ipsa narratione iudicauit se videre mures magnos, & nigros, tentantes caput suum ascẽdere: ꝑꝑ quod in continuò fuit pauore. Nec mirum si de rebus, quæ extra nos sunt, aliqui illudant, cum quidam de seipsis per phantasticas imaginationes incredibiliùs, miserabiliusq; fallantur.

Exẽplũ de quodã, qui putauit se esse gallũ.

Fuit etenim tpe meo quidam, qui tam pertinaciter putauit se esse gallum, ꝙ de cætero noluit humana uti loquela, sed galli cãtum, ac uocem effigiauit pro posse.

Aliud.

Fuit & alter, qui indissuasibiliter æstimauit, & dixit se mortuum, ideo non posse ampliùs inter homines esse, nec manducare, quousq; alter similiter se mortuum similans, illi suggessit, ꝙ secum esse, & edere posset, quia & ipse mortuus esset, cum uiuẽtibus autem neuter eorum.

Aliud.

Fuit, & alius, qui indesinenter credidit se uidere aquam ante se, ꝑꝑ quod non audebat vnum passum procedere tali perterritus phãtasia.

De inspectione in vngue pueri virginis.

Deniq; ad propositum accedendo recordare apparitionum, ac uisionum, q̃ per nigromanticos fiunt: quarum est una, ꝙ per inspectionem pueri uirginis in proprio ungue, vr̃ se uidere furem, & rem furtiuam, ac modum furandi, uiasq; furis, & ubi posuerit furtum. Certum est aũt, res istas non esse in vngue: sideo intra seipsum uidit, & audiuit hæc oĩa, & fiunt hæc uniuersa per sola rerũ phãtasmata, nec aliquis spũs assumpsit corpus furis, nec corpus rei furtiuæ, nec corpora corporibus illis similia, sed solæ imaginationes phãtasticæ ad hmõi apparitiones sufficiunt. Fiunt ergo hmõi apparitiones, seu uisiones, per fortes impressiones phãtasmatum siue imaginum in ui imaginatiua uidentis. Eodem mõ se habet de alijs inspectionib⁹ maleficiis, quales sunt quæ fiunt in ouo, in ebore, in ense, in pelui, in speculo: in speculo quoq; Apollinis, quod est i hmõi operibus apud maleficos maximũ. Nec dubites oẽs istas visiones esse dæmoniacas quasdam arreptiones: idcirco horrores faciunt in uultibus ita videntia.

De speculo Apollinis.

Duobus modis huiusmodi apparitiones contingunt.

Patet ergo duobus modis fieri apparitiones hmõi, videlicet ægritudinis alienatione, & maligni spũs imaginaria depictione. In quibus includere non intendo splendores propheticos, neq; sanctorũ angelorum collocutiones, & societates.

De exercitibus noctẽ apparẽtibus.

Porro de exercitibus, armis, & equis q apparent de nocte, põt re uera contingere, ut malignus spũs hmõi uisiones suggerat, & procuret. Nihilominus angeli sancti pñt aliqua per apparitiones hmõi reuelare. & quamis diuersa sit causa reuelationis angelis bonis, ac malis, idẽ tñ eis est modus rauelationis, puta pingendo in ui imaginatiua has uisiones, seu species. In Genesi etiam fertur Iacob uidisse angelos sanctos, atque dixisse, Castra Dei sunt hæc. Vnde uerisimile est, ꝙ apparebant instar castrorum, seu exercitus ordinati. In prophetis verò Christianorum narratur, patrem uisum fuisse in medio angelorum bonorum, ac malorum. Estq; probabile, apparuisse ibi species præliantium, & figuram, formamve prælij: nec dubium, quin per angelum sanctum oñsa sit uisio illa. Nec aliquo modo apparet ꝑꝑ quancunq; appartionum istarum creatum esse tm̃ exercitũ uerorum hoĩm, aut aliquorũ corpora uera habentiũ. Quare sicut ꝑdixi, multitudo ita apparens, nec uerorum est hominum, nec

Gen. 32.

nerorum corporum humanorum, nec equorum, neq; armorum, qui essent de nouo. Fuerunt ergo apparitiones istæ ex irradiatione angelica super animas prophetarum, pungente, ac describente in eis

4. Reg. 2.

hmôi uisa, inter quæ fuit, & uisio igneorum equorum, & curruum, ac armatorum ostensa Eliseo, & ad eius preces puero suo. Sicq; puto intelligẽdum,

Quō Samuel fuerit suscitatus.

quod de suscitatione Samuelis, eiusq; apparitione facta Sauli regi, narrat historia. Nec.n.mulier illa maga phytonica, nec spiritus aliquis malus potuit illa realiter exhibere, cum & tpe illo corpus Samuelis iacuerit in sepulchro emortuum. Manifestum est ergo, quòd spiritus ille phytonicus speciem Samuelis præsentauit animo regis, non ipsam ueritatem ꝑsonæ, ac corporis Samuelis.

Thob. 5. 6. 11.

¶Præterea qõnem habet, quòd angelus Raphael circa Thobiam iuniorem legitur peregisse, ipsum ducendo, alloquendo, & reducendo, si totum hoc uisio tantum fuit, & factum in apparentia, non in existentia uera. Nec.n.Thobias ille tanto tpe fuit in spiritu. Hæc Gulielmus. Qui de hac materia disputationem protrahit in prolixum, ad utranq; arguens

Gene. 18.

partem, introducens quoq;, quod in Genesi recitatur de angelis, qui Abraę, & Lot apparuisse legũtur: nec tñ hanc opinionem euidenter, aut assertiuè determinat, sed tandem ita concludit. Et angeli igitur potuerunt esse hospites uiri sancti istius, & ueri homines, uel noui, uel priùs a Deo creati.i.illi, quos sanctus patriarcha Abraam hospitauit, potuerunt esse ueri angeli. Item potuerunt esse homines ueri, vel tunc ab omnipotente Deo de nouo creati, uel antea conditi. Quo circa vr̃, quòd ex circunstantia literæ libri Geneseos, fateri compellimur, quòd fuerunt angeli ueri, non hoĩes: nec usquam legitur in scripturis diuinis Deum creasse, seu produxisse de nouo homines sine uiri, ac fœminæ commixtione, exceptis primis parentibus, & Christo ex uirgine nato. Vnde Gulielmus adiecit: Puto, quòd decentiùs sit: ueros angelos illos fuisse. Nec ueritas horum ad certum declarabilis est per uias probationum. Hinc sufficere arbitror, sentire in his, quod ampliùs congruit gloriæ creatoris, & utilitati eorum, pp quos talia fiunt. Hæc Gulielmus Parrhisiensis.

¶Ad obiecta patet rñsio. Mercurius uerò in hoc, quod ex ipso allegatur, errauit, sicut & postea sceleratissim⁹ Machometus, putantes quosdã angelos incarnatos, uenereisq; illectos, ut recitatum est supra.

Idẽ Gulie. De cōmixtionib⁹, & generatiōnibus dæmonum.

¶Insuper de dæmonum commixtionibus, & generationibus loquens: Esse, inquit, dæmonum incuborum, & succuborum libidinosam concupiscentiam, & gñationem esse ab eis, credibilia testimonia uirorum, ac mulierum, qui testati sunt passos illorũ illusiones, improbitates, atq; molestias, famosam credibilemq; fecerunt. Attestantur quoq; antiquæ

Mira qdã.

historiæ, præsertim cum & gentem Hunorum sic genitam esse orientalium regnorum affirmet historia, imò & totam insulam Cypri populatam, habitatamq; esse a filijs dæmonum, prædicet fama. Et qđ scribit Apostolus, Mulier debet uelare caput suum, & pp angelos, intellexerunt, quidam de angelis

Dęmones ꝓuocãtur ad libidinẽ capillorum muliebrium pulchritudine

malis, quorum libidinem opinantur uehementer ꝓuocari, ac inflammari pulchritudine muliebrium capillorum. Verum nec concupiscentiam, nec generationem substantijs illis inesse, & conuenire, multis uijs probatur: quia nec carnem habent, nec ossa, nec uires animæ sensitiuæ. Gñatio quoq; est similis a simili. Porro si gigantes ex incubis nati sunt, quõ nunc cessauit gñatio gigantum, cum adhuc nõ cesset commixtio incuborum? Iam enim a mille trecentis annis non est uisus gigas super terram. At que in maiori Britannia multis interfecti sunt prælijs per Brutum quendam ducem Troianorum, cũ tanta eorum ibi fuerat multitudo, ut terra gigantum uocaretur regio illa. Itaq; & gens Hunorum non est propriè nata ex incubis, sed ex illorum seminibus, quorum semina incubi collegerunt, ac fœminis infuderunt. Deniq; leui, ac modico adiumento adiuuatur semen fœmineum, ut ex eo gñatio in quibusdam animalibus fiat, quemadmodum

Nota de insula Portugaliæ.

in insula quadam Portugaliæ, ubi flante vento fauonio, equę absq; masculorum commixtionibus imprægnantur. Natura etenim seminis masculini est, φ plùs habet caloris, ac spiritus, q̃ semen fœmineũ: & quia calore coagulatur, & frigiditate dissoluit: & est aliquo modo ad semen fœmineum, sicut coagulum lactis ad lac, iuxta illud: Nonne sicut lac mul

Iob, 10.

sisti me, & sicut caseum me coagulasti? Apparet ergo ex his, quia quòd insufflatur in matrices equarũ de uento fauonio ad semen fœmineum, quod est in eis, est sicut spiritus qui est semine masculino in eisdem, cum euidenter operetur idipsum, quod ille spiritus operaretur in semine equarum. Non ergo est dubium, quin dæmonibus incubis facilè sit similes alias inspirationes, insufflationibusq; facere in mulierum matrices, dum illas suo illudunt concubitu. De seminibus demum quorundam animalium dum conuenienter ad generationem se appli-

Exẽplũ de Vrsinis.

cant, uno exemplo notissimo te docebo. In prouincia namque Saxoniæ vrsus quidam rapuit militis cuiusdam uxorem, & detulit eam in suam speluncam, in qua habuit eam pluribus annis, genuitque ex ea filios. Qui postea, matre sua restituta suo marito, uixerunt cum ea, & facti sunt milites. Cumq; ueri homines essent, hoc de natura ursina in ipsis apparuit, quod uultus eorum uultibus vrsorum aliquantulum similes erant. Hinc a patre suo vrso cognominati sunt Vrsini. Vrsi uerò in duobus assimi-

Vrsi ĩ duobus hominibus assimilantur.

lantur hominibus. Primò: quoniam coeunt, ut cõiugati. Secundò, quia dum excoriati sunt, tota corporis eorum figura similis humano est corpori. Nõ igitur mirum, si semen ursinum tam simile sit semini hominis, ut ei ad generationem conuenienti commixtione ualeat applicari. Talia autem semina possunt dæmones faciliter procurare, fœminisq; infundere. Præterea constat eos aquas Aegypti in sanguinem conuertisse. Non autem difficilior esse uidetur conuersio aquæ in semen humanum, quàm in sanguinem: ergo, & sic possunt semen procurare humanum. Ampliùs, sancta quædam fœmina a dæmone ludificata, testata est, φ tanto seminis fluxu eam inquinauit, quod mille uiri non tantum emitterent. Itaq; constat dæmones posse generationem hominum procurare. Nec mirum, cum iam ab hominibus attentatum, & creditum, seu traditum sit, posset ab eis homines fieri per aliam uiam, quam per uiam consuetæ generationis, prout in libris experimentatorum conscriptum est. Interdũ quoque imprægnatas se putant fœminæ ab incubis, & intumescũt uehementer ventres earũ Cumq; tempus pariendi uenisse putauerint, sola emisione multæ uentositatis detumescunt. Norunt quippè

Incubi quare mulieribus pulchros crines habentibus magis infesti sint.

dæmones semina quædam, quæ uim habent faciendi tumorem, uentositatem, & quasi tempestatem in uentribus hominum. Quod autem incubi magis infesti sunt muliebribus pulchros crines habentibus, Deo iustè permittente contingit, propter uanitatem, pompam, complacentiamq; inanem talium mulierum. Postremò de cambionibus, id est, par-

De Cambionibus

uulis, qui a dæmonibus supponuntur mulieribus parientibus, earundẽ proprijs filijs sublatis ab incubis, dico iuxta præhabita, φ dæmones sint in specie talium paruulorum: sicut cum quodam sancto legitur dæmon in serpentis specie habitasse, cum alio quodam in specie serui, seu ministrantis. Cãbiones verò a cambio tale nomen sortiti, semp macilenti, & eiulantes dicunt, atq; intantum bibuli lactis, ut quatuor nutrices quãtumlibet lactè repletæ, unum nequeant satiare. Hi cum nutricibus multis annis nisi morari, deinde subito euolarũt, aut potius euanuerunt, nullũ prioris existẽtiæ uestigium relinquẽtes, quorum sitis illusoria fuit. Hæc Gulielmus.

QVAESTIO III.

TErtiò quæritur, *An angeli boni, ac mali intra homines esse queunt, & an illabantur animarũ corporumve essentijs, & qualiter intrent obsessos.*

¶Vr̃, φ intra homines esse non ualeant. Duo.n. spiritus simul in eodem esse nequeunt loco. Cum ergo anima sit tota in toto, & tota in qualibet eius parte, non potest alius spiritus simul esse cum ea in corpore. Secundò, angelus ubi operatur, ibi est. Sed angelus bonus bonas cogitationes inserit menti, & malus malas: ergo uterq; est intra mentem, nec vr̃ eur potius sit intra corpus, q̃ intra animam. Tertiò

Habac. 2.

glossa super illud Habacuc, Dñs in templo sancto suo, testatur: Dæmones simulacris præsidere posse sunt exteriùs, non intus adesse.

Thomas.

¶Ad hoc Thomas respondet: Omnes angeli boni, ac mali, ex sua potentia naturali possunt immutare corpora nostra, sicut & alia naturalia corpora. Cumq; sint ubi operantur, ideo nostris corporibus illabuntur, impressionesq; habent, ac faciũt in uires organis affixas: per accidensq; eorum impressio resultat in intellectum, qui inferiorum uirium ministerio utitur: sed non peruenit usque ad uoluntatem, quia uoluntas, neque quantum ad actum, neque quantum ad suum obiectum dependet ex organo corporali: quia obiectum suum ab intellectu accepit, secundum quod intellectus aliquid apprehendit in ratione ueri. Sciendum præterea, quòd esse intra aliquid, est esse infra terminos eius. Corpus uerò habet terminos duplicis rationis, uidelicet suæ quantitatis, & suæ essentię. ideo angelus operans infra terminos corporalis quantitatis, illabitur corpori, non ita, φ sit infra terminos essentiæ suæ, neque ut pars, neque ut uirtus dãs esse, cum esse sit per creationem a Deo. Substantia autem spiritualis non habet terminos quantitatis, sed tantum essentiæ: ideo in ipsam non intrat, nisi qui tribuit ei esse, uidelicet Deus, qui habet operationem, influentiamq; intrinsecam in ipsam essentiam. Aliæ uerò perfectiones superadditæ sunt essẽtiæ. Hinc angelus illuminans non dr̃ esse intra angelum illuminatum, aut animam illustratam, sed extrinsecus aliquid operari. Hæc Thomas in Scripto. Vbi, & addit, quod allegatum est supra, uidelicet: formæ, quæ uidentur in præstigijs, non sunt nisi in sensu. quod dupliciter potest contingere dæmonũ operatione. Primò, quòd species, quæ sunt in thesauro imaginatiuæ, refluant ad organa sensuum exteriorum, sicut in somno: ideo quando species illæ contingunt organum sensus exterioris, uniuntur ei, ac si res esset præsens ad extra. Secundò, ex immutatione organi, quo immutato, fallitur sensus iudicium: quemadmodum habẽti gustum corruptũ, cuncta uidentur amara. Hoc autem facere valent virtute quarundam naturalium rerum, sicut ad euaporationem cuiusdam fumi, trabes domus uident moueri. Hæc Thomas in Scripto.

Petrus.

¶Consonat Petrus: Spiritus, inquiens, creati subtilitate suæ naturæ, quasi medij sunt inter spiritum increatum, & corpora. Quia respectu Dei consistunt corporei, respectu corporum spiritus appellantur. Hinc sicut spiritus increatus sua subtilitate penetrat omnem spiritum alium, sic spiritus creatus sua subtilitate penetrare potest omne corpus. Porro intra animam aliquid dicitur esse dupliciter. Primò per essentiam, secundò per efficaciam. Per essentiam quoque dupliciter. Primò, ut coniunctũ, sicut principia rei essentialia sunt intra ipsam, vel ut separatum, sicq; solus Deus est intra animam. Per efficaciam item dupliciter. Primò ẽm partem intellectiuam, & sic forsitan angelus bonus quando diuino imperio reuelat aliquid animæ, est intra ipsam, suum lumen miscendo lumini eius, quemadmodum Sol mittit lumen suum in domum illuminatã. Secundò, quantum ad partem affectiuam, sicut desideratum dicitur esse in corde desiderantis: quoniam mouet cor eius. Sicq; diabolus praua desideria suggerendo, anima consentiente, dicitur ipsam intrare. Hæc Petrus.

Bonauent.

¶Idem Richardus, & aliqua addidit, quæ nunc ex Bonauentura tangentur, qui ait: Secundum Augustinum in libro de diuinatione dæmonum, dæmones per suæ subtilitatis, ac spiritualitatis naturã, possunt quæcunque corpora penetrare, atq; in eis, sine impedimento subsistere, & ex sua potestate possunt corpora, in quibus sunt, agitare, turbare, uexare, dum desuper permittuntur, tuncq; dicuntur corpora obsidere: & hoc respectu animæ, quam essentialiter ingredi nequeunt, sed quasi ab extra circumuallant. Permittit demum hoc dominus, uel ad suæ gloriæ ostensionem, uel ad peccati punitionem, vel ad peccantis correptionem, seu ad aliorum terrorem, & eruditionem. sed * cur ex qua harum causarum euentum permittat hoc Deus, ut frequentiùs

** cur siue.*

latet nos. Pręterea in anima rationali idem est supremum, & intimum, quia ẽm suum supremum Deo potissimè appropinquat, similiter secundum intimum sui. Nempè quo magis redit ad interiora, tanto plùs ascẽdit, & unitur diuinis: & quoniam solus Deus superior est mente humana secundum supremum sui, solus Deus potest menti intimus esse, & illabi ei. Hæc Bonauentura.

Dionysius Carthu.

¶Quibus obicij potest, quòd non solus angelus summus, sed etiam infimus altior est mente humana, quo ad suum supremum: altior inquam, natura, & dignitate, intellectualiq; perfectione. Siquidem

S. Diony.

teste diuino Dionysio, supremum ordinis inferioris magnam conuenientiam habet cum infimo ordinis superioris: non tamèn attingit neque æquatur illi, imò, & Christo testante, Qui minor est in regno Dei, id est, infimus beatorum, maior est illo, puta Iohanne Baptita, ut uiatore. Veruntamen cum uerba illa sint Augustini, dicendum, quòd solus Deus altior est mente humana, quo ad eius supremum, non sub rõne formæ, sed finis. In solo etenim Deo consistit mentis humanę, sicut, & angelorum beatitudo. Rursus, si iuxta August. dæmones habent corpora aerea naturaliter sibi unita mirum quomodo dicat eos posse oĩa penetrare, cum nec penetratio dimensionum possibilis sit per naturã. De ludificationibus quoq; dæmonũ, magicarumq; artiũ, diffusè scribit Bonauentura, de quibus satis dictum vr̃.

Alexãder.

¶Concordat verò Alexãder dictis Bonauenturæ,

Durandus ¶Porro Durandus: Dicentes, inquit, ꝙ angelis competit locus diffinitiuè, & per consequens rōne suæ essentiæ, quia finita est, necesse habent dicere, ꝙ angelus pōt intrare, & exire quęcunque corpora circunscripta. Qui aūt dicūt angelis nō conuenire locū quantum ad eorum essentiam, nec circunscriptiuè, nec diffinitiuè, dicere hnt, quòd angelis quantum ad eorū essentiam, non conuenit intrare, exire vel corpus, sed solum quantū ad operationem eorum: ꝙa interdū aliquid agunt infra terminos quantatis corporis, aliquando extra illos. Hæc Duran.

¶De cuius opinione dictum est super primum quemadmodum imaginatus est quemliber angelū esse realiter in toto vniuerso, nec loco aliquo claudi, nec unquam realiter de cœlo in terram descendere, neque de terra in cœlum ascendere. Quę opinio scripturis, rationibus, autoritatibusque repugnat, ut supra primum oīsum est: nec digna est recitari, sed error fatuus reputari.

Ad primū ¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ anima non est
2 in corpore sicut in loco, ideo ipsa, & dæmon non
sunt in corpore vt in loco eodem. Ad ꝛm ꝙ angelus
est in mente per influentiam, efficatiam, & effectum,
3 non per essentialem illapsum. Ad tertium, ꝙ dęmon
non est in instituta interiùs tanquam forma intrinseca: est tamen infra terminos quantitatiuos illius.

Guilelmus. ¶Denique Parrhisiensis tertia parte de vniuerso super his scribens, tractat qualiter dęmones dicant ipsos homines obsidere, cum obsidere sit ab extra circundare, seu ambire. Dæmones aūt intra eos, qui obsessi uocant, consistunt, cum frequenter per ipsos loquantur. Verum ad istud ante responsum est, quia obsidio sumit per respectum ad aiam, cui non illabitur dæmon. Obsessi quoque dicunt per similitudinem quandam. Nā sicut a uisibilibus hostibus circunuallati egredi prohibent, & eorum amici ad ipsos ingredi non sinuntur: sic obsessus a dæmone, ad actus rōnabiles nequit exire, neque ad interfora sua intrare. Interdum et, ut tangit hic doctor, homines a dæmonibus obsidentur forinsecus, dum & ipsos dęmones in horribilibus conspiciunt formis, atque eorum prēsentiam sensu quodam naturę percipiunt, & horrescunt: quemadmodum ouis prāsentiam lupi, ac homo latronis prēsentiā: & hoc ꝛm determinatam distantiam.

Qualiter dæmones dicantur homines obsidere.

De uexationibus, quas dæmones hominibus inferunt. ¶Consequenter tractat de uexationibus, quas hominibus inferunt, non solum iusta, sed & pia creatoris permissione: quod duobus agit modis, uidelicet a foris, & ab intus. A foris dupliciter, puta in rebus atque corporibus, ut patet in sancto Iob, quem nobis præposuit Deus nō solum in exemplum patientiæ, sed et prouidentiæ suæ diuinę, qua curat, regit ac tuet suos electos, ne in aduersis formidemus nos a Deo relictos. Abintus verò sunt uexationes, quibus aias hominum multipliciter lędūt, ac tribulare noscunt. Hinc arreptiones uocant, quæ fiunt intrinsecus, quibus arreptitij detinentur, & a malignis influguntur spiritibus, dum aiæ taliter erreptorum ex signis, seu formis, & passionibus apprehensuarum, appetitiuarumq; uirium operante dæmonæ ad intro trahunt, ad intendendū his, quorū illa sunt signa, & quæ p similitudines designant, ac circa, quæ passiones illæ uersant, intantum, ꝙ libertate voluntatis, expeditoq; usu rōnis priuant: ex quo solet accidere, ut noceat sibi ipsi, ac alijs nisi ligent. In qbus itidem ex pdominanti uehementia passionū robur, auget, dū uis imperatiua intēsiùs excitat, ac instigat intm, ꝙ uires executiuæ motus plurimū inualescūt, & natura extremū sui posse exercet. Hęc Guliel.

QVAESTIO IIII.

Quartò quærit, *An Deus in formis uisibilibus, corporalibusq; figuris vnquam apparuit.* ¶Vt, ꝙ non: qm inter formam, seu figuram repræsentatē & rem præsentatam, debet aliqua esse proportio: alias unum non posset aliud repræsentare, aut designare. Sed inter Deum eminentiæ infinitæ, & creaturas, nulla consistit proportio. ¶Secundò, Talis apparitio esset errandi occasio, utpote, ꝙ Deus in sua natura corporalis, uisibilisq; existat. ¶Tertiò, Deus nullibi est de nouo, imo inuariabiliter extat in oībus. In nullo ergo de nouo apparet. ¶Quartò, Deus legit sæpe prib⁹ apparuisse, & tn in ueritate, q apparuit, angelus fuit, non Deus: & corpus, in quo apparitio illa fiebat, formatū fuit ab angelo.

¶In contrarium est, ꝙ Isaias, Daniel, Amos, Iezachiel, Micheas, scribūt se Deū uidisse sub uarijs for.

¶Ad hoc Alexander rndet: Apparitio, seu formatio specierū, in quibus Deus apparuisse describitur, facta est a Deo per auctoritatem, & imperialiter, ab angelo aūt executiuè, & ministerialiter. Hinc libro de Trinitate loquit Augustinus: Dum pribus antiquis antè incarnationem uerbi æterni Deus apparuisse narrat, uoces illæ, seu species p angelos sunt formatæ, aut ipsis ex Dei persona agentibus aliq d. Circa hoc quærit, cur antè diluuium semper legit dns apparuisse in se: sed post diluuiū, & antè incarnationem ubicunq; legit dm apparuisse, legit, ꝙ apparuit in angelo. Quid inde ppendit, ꝙ ubi pmittitur, aut certè subiungit de angeli apparitione. Vn aliqn dicit scriptura, angelum esse locutum, aliqn Deum. Dicendum, ꝙ imminente diluuio oīs caro corruperat uiam suā, in cuius punitionē dns induxit diluuiū: idcirco tunc dns minorē habuit familiaritatem cum natura humana. Ad quod innuendū, post diluuium non legit apparuisse in se, sed in angelo. ut notet elongatio Dei ab hoīe ob illā corruptionē. Pōt et rnponderi, ꝙ post diluuiū scribit Deus apparuisse p angelos, ad insinuandum appropinquationem tēporis in, quo appareret in angelo magni consilij, hoc est, in Chro, in quo multifarie, multisq; modis locutus est nobis pr. Quamuis et Deus nequaq indigeat obsequio angelorum informatione corporū, & corporalium specierū in qbus apparuit, congruit tn dignitati, & excellentię eius īmensę, ut in talibus ei angeli obsequant. Propter, quod scribit ad Galatas: Lex ordinata per angelos in manu mediatoris. Hæc Alexander.

August.

Hebræ .x.

Galat.3.

¶Hinc Bonauentura qōnibus circa textū: Corporatis, inquit, figura, seu sensibilis forma non ducit īmediatè in Dei cogntionē, sed mediantè spū rōnali, cuius ministerio fiebat apparitio illa. Dūq; ascendendo priùs fiat abstractio a corporali figura, atq; sensibili forma, q pueniantur ad Deum, qn a corpore ascenditur mediante incorporeo spū: hinc talis apparitio potius scala est pducens ad ueritatis notitiā, q deuiandi occasio. Vn quod in Exodo hs, loq bat dns ad Moysen facie ad faciē, subintelligēdū dū est, in subiecta creatura. Per eadē quoq; uerba atq; p illud Numerorū, Palā, & nō p ænigmata Moyses uidit Deū, insinuat familiaritas Dei ad Moysen q tū ad apparitionē, & cōtēplationē, in qbus Moyses alios excellebat pphetas, nō solū corporali, & imaginaria, sed & intellectuali anagogica intuitione contemplans. Hęc Bonauent. ¶Insup Thomas: Deus, ait, in sua essentia corporalibus oculis nunquā pōt uideri, nec et intellectu, nisi a beatis. Verum in formis corporalibus apparuit hominibus. Diuinæ autem illuminationes ꝛm beatū Dionysiū non descendentes

Bonauēt.

Exod. 24.

Nume. 12.

Thomas.

dunt in nos nisi mediantè hierarchia cœlecti. idcirco in vniuersis corporalibus apparitionibus illis corpus formatū, est assūptū, ac motū ab angelo. Verumtn in corporibus sic assumptis, interdū apparere dr Deus, aliqn angelus. Apparitio namq;, atq; formatio hmōi corporū, fit ad designandū spiritualiū pprietates substantiarū. Dū itaq; angelus immediatè instruens hoīem, intendit hoīem de sua ppria uirtutè angelica informa representat, & exprimit similitudines suæ uirtutis copore, & tunc dr ipse angelus apparere. Aliqn verò vult hominem edocere de uirtute diuina supiorisve angeli: & tūc format corpus ad representandum eminentiam maiestatis diuinæ, aut proprietates angeli superioris: tuncq; Deus dr apparere, vel angelus ille superior. Et hoc et affirmat Gregorius in Glossa Exodi 3. assignans caussam cur angelus Moysi loquens qnq; uocat angelus, aliqn Deus, seu dns. Fuitq; Deus absq; sua uariatione in hmōi creaturis nouo mō, sicut signatū in signo. Hæc Thomas in Scripto.

Gregor.

Gene. 32. ¶At, verò in prima parte, qōne 12 scribit: In scripturis dicunt aliq Deum in hac uita uidisse, inquantum formatæ sunt quædā figuræ sensibiles, aut imaginariæ, diuinū aliqd ꝛm aliquam similitudinē repsentantes. sicq; in Genesi Iacob fatet, Vidi dnm facie ad faciem: non ꝙ diuinā essentiā uiderit, sed figurā, & creaturā, in qua Deus repsentabat, put 4. cap. cœlestis hierarchię. S. Dionysius loquit. uel dixit hoc ad insinuandum eminentiam quandam suæ intellectualis contemplationis. Hęc ibi.

Petrus. ¶Idē Petrus, & addit: Deus hominibus in ppria forma uisibiliter nunquam apparuit, nec in forma altera sibi vnita, nisi in Chro: sed neque in forma a se īmediante assumpta, sed angelo mediāte. Deus quippè ꝛm ordinē prouidentię suę mediantibus angelis illuminat homines. Hęc Petrus.

Dionysius ad primu. ¶Ad primū dicendū, quòd inter creatorē, & creaturam non est similitudo naturalis, neque uniuoca,
2 sed analogica, & imitatiua, seu representatiua. Ad
3 ꝛm est data solutio. Ad tertiū, ꝙ Deus est in creaturis, & relucet, & in eis ut causa in effectu. In corporibus verò, seu figuris ipsum representantibus est sicut signatū in signo, & hoc de nouo, nō ꝙ uariatio
4 fit in ipso, sed in re repræsentante. Ad quartū patet solutio, quia p angelū facta est apparitio, seu manifestatio illa, nihilominus ipse Deus apparuit.

¶Circa distinctionē hanc quidā aliqua quęrunt, ad quæ ꝛm quosdam iam supra responsum est. Pro quorum intelligentiam clariori nunc aliquid addam. Itaque ad hanc qōnem, Vtrū, dæmones sciunt cordium cogitationes, respondet hic Thomas: Cogitationes cordium scire, solius est Dei: attamen angeli possunt de eis conijcere ex signis exterioribus, sicut ex vultus immutatione, iuxta illud:

Thomas. Vtrum dęmones sciunt cordiū cogitationes.

In vultu legitur hominis secreta voluntas.

& de motu cordis per qualitatem pulsus, per quem a medicis quoque aiæ passiones noscuntur. Porro ad id, An dęmones cogitationes immittunt: respondet, ꝙ imò, illustrando phantasmata, ita quòd ꝛm diuersam eorum compositionem posit ab eis diuersæ intentiones, ac species sumi, ac elici, quas tū intellectus non cogit acceptare. Nam præter obiectum, atque potentiam requirit ad actualem cognitionem, intentio cognoscentis per sensum, vel intellectum. Sed angeli boni et directè in intellectum imprimere queunt, nqia ꝛm Augustinum, operantur intelligentias nostras miris quibusdam modis.

An dæmones cogitationes immittunt.

Hoc aūt est, inquantum lumen intellectus nostri agentis confortatur per intellectuale lumen eorū. hoc verò dæmonibus non conuenit: qm quamuis intellectuale lumen eorū naturaliter fortius sit lumine intellectus humani, attn uitiorū tenebris obuoluti, nequanquam intendunt lumē intellectus nostri rectificare, & roborare, sed potiùs obscurare, & fallere

¶Demum ad istud, Vtrum dæmones sint incentores malorum. respondet: Dæmones dicunt incentores, inquantum feruere faciunt sanguinem ex quo anima ad concupiscendum disponitur, quemadmodum etiam cibaria quędam, & pocula ad libidinem prouocant. In voluntatem autem directè, ac immediate imprimere, solius est Dei, eo quòd voluntas sit libera, & domina sui actus: nec cogitur ab obiecto, sicut intellectus euidentia demonstrationis, ac rationis. Itaque dæmones imprimunt in phantasmata, angeli in intellectum, Deus in voluntatem. Hæc Thomas in Scripto. Eadem scribit in prima parte Summæ questione. 55.

Idem. Vtrum dęmões sint incētores malorum

¶His Petrus concordat: Cogitationes, inquiens, contingit cognosci dupliciter. primò clarè, & certè in se, sicq; Deo est proprium eas cognoscere, & cui reuelauerit ipse. secundò, incompletè, & p cōiecturā, ut p effectus, & signa. Sed cū signa sint plurium significationi apta, ideo talis cognitio non est certa.

Petrus. Cogitationes cognoscuntur dupliciter.

¶Præterea cogitationes immittere, dicit actū cuius effectus intra terminatur: idcirco immissio ista intelligi pōt dupliciter. Primò intrinsecus imprimēdo, sicq; non immittunt dæmones cordibus cogitationes. Secundò, extrinsecus excitando, & ita immittunt. phantasmata namque dæmon componit, & lumine suo naturali irradiat, ac præsentat: ad quorū susceptionem anima, si uult, se conuertit: si nō vult, se auertit.

¶Insuper incendere dicit actum a corporalibus ad spiritualia translatum. Dupliciter quoque dicitur homo incendere. Primò materiam ministrādo, seu applicando, ut ligna in fornacem ponendo. Secundò, formam imprimendo, quēadmodum ignis incendit domum. Primo modo potest diabolus cogitationes, & affectiones malas incendere, non alio modo &c. Hæc Petrus.

Dupliciter dr homo incendere.

¶Richardus quoque: Demon, ait, non potest esse præsens in anima. idcirco non ualet uidere, q sunt in ea, nisi per similitudinem eorundem. Res autem, quæ sunt in anima voluntariæ, similitudines suas non multiplicant nisi ad voluntatis imperium: ideo nisi homo conceptum suum voluntariè aperiat diabolo, non pōt diabolns ipsum certiuè cognoscere. Simplicitas autem animę, ac spūalis creatæ substantiæ non est simplicitas puncti, nec priuatiua, sed positiua, cum sit limitatæ perfectionis, essentialiterq; finita. Idcirco spiritaliter sunt in ea intus, & extra, atq; profundum. Cumq; diabolus essentiam aiæ ne queat introire, non pōt eius cogitationes inspicere, q diu eas tenet in suo profundo ad intra. At verò dæmon non pōt cogitationes propriè nostro imprimere cordi: quia nec speciem intelligibilem pōt ei imprimere, nec intentionem intellectus directè dirigere ad rem, cuius est species, post speciei receptionem, quorum utrumq; ad actualem cogitationem exigitur. Dispositiuè verò pōt cogitationem immittere modo prætacto. Cōformiter nequit affectionē uoluntati ingerere, nec eam ad malum affectum mediatè, aut immediatè necessitare, sed inclinare per imaginarias repræsentationes, aut passionum commotiones, per quas voluntas pronior fit ad mala. Et p istas distinctiones facilè est soluere auctoritates quę contrarium uidentur sonare. Hæc Richardus.

Richardus

Diabolus non potest cōceptum homis cognoscere nisi voluntariè homo reuelet.

Bonauent. ¶Porro Bonauentura: Deo, inquit, competit cogitiones immittere tanquam principali agenti, dæmoni autem tanquam exercitanti, & impellendi. Si uerò quæratur, An diabolus posit intellectũ compellere ad cogitandum, quę ei pręsentat, dicũt quidam, ꝙ põt compellere ad cogitationis malorum, non tñ ad cogitationes malas. Cogitatio namq; de malo, non est mala nisi eam comitetur affectio praua, quæ in potestate est nostra. Alijs probabiliùs vr, ꝙ demon non põt facere aliquid, quo facto, cogitemus necessariò malum, nisi in casu, ut dum cogitatio nostra non est occupata circa utilia. Nempè dũ euagatur, & ociatur, põt ei diabolus offerre imaginem turpem, ac uanam. Idcirco uolenti malas cogitiones, ac turpes imaginationes euadere, scolicè est cauendum, ne animus suus ab utilibus abstrahatur. Hoc tamen difficilè est quanquam uiro uirtuoso, & perfecto multo faciliùs, delectabiliùsq; consistat in cogitationibus bonis uersari, q̃ carnalibus hominibus in fœdis, & turbibus imaginationibus occupari. Denique sicut in exterioribus incendere est igni pabulum ministrare, non ignem propriè generare, ita in spitualibus. Et hic ignis est concupiscentia, seu libido peruersa, cuius pabulũ sunt cogitationes, affectionesq; praua, delectationes fœdè, quas cum diabolus posit animæ præsentare, & mõ prętacto subministrare, constat ꝙ rectè dicat incentor cogitationum, & affectionũ illicitarum.

Præseruatio contra cogitationes inutiles.

¶Insuper, sicut Deus contulit voluntati rationalis creaturæ dominum sui actus liberumq; arbitriũ, cui non præsidet nisi creator, sic potentiæ intellectiuæ concessit secretũ suæ scientię, quod nõ penetrat nisi potestas, & sapientia omnipotentis. Ideo apprehensiones intellectus dæmones latent nisi p signa & coniecturas, ac motus. cumq; pauca sint cogitationũ nostrarũ secreta, quæ nõ aliquo mõ ꝓcedant in opera exteriora, aut appareant p signa faciei, aut p motus, uel opera, hinc, p maxima parte cogitationes nrę affectiones possunt a dæmonibus deprehendi mõ ꝓdicto, nisi desuper arceant. Hęc Bonauent.

A

De ordinum distinctione, qui, & quot sint. Distinctio IX.

POst prædicta superest cognoscere de ordinibus angelorum quid scriptura tradat. Quæ in pluribus locis nouem esse ordines angelorum promulgat, s. angelos, archangelos, principatũs, potestates, uirtutes, dominationes, thronos, cherubin, & seraphin. Et inueniunt in istis ordinibus tria terna esse, & in singulis tres ordines, ut trinitatis similitudo in eis insinuetur impressa.

Dionys. lib. 1. de cœlesti hierar.

Vnde Dionysius tres ordines angelorum esse tradit, ternos in singulis ponens. Sunt.n. tres superiores, tres inferiores, tres medij. Superiores: seraphin, cherubin, throni. Medij: dominationes, principatus, potestates. Inferiores: uirtutes, archangeli, angeli.

B

Quid appelletur ordo, & quæ sit ratio nominis cuiusque.

Hic considerandum est, quid appelletur ordo: deinde, utrum ab ipsa creatione fuerit distinctio illorum ordinum. Ordo angelorum dr̃ multitudo cœlestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiæ similantur, sicut & in naturalium datorũ munere conueniunt. Vt verbi gratia, Seraphin dicuntur, qui præ alijs ardẽt charitate. Seraphin enim interpretatur ardens, uel succedens. Cherubin, qui præ alijs in scientia eminent. Cherubin.n. interpretatur plenitudo scientiæ. Thronus dr̃ sedes. Throni aũt uocantur, vt beatus Gregorius ait, qui tanta diuinitatis gratia replenẽt, ut in eis sedeat Deus, & p eos iudicia decernat, atq; informet. Dñationes uocantur, qui principatus, & potestates transcendunt. Principatus dicuntur, qui sibi subiectis, quæ sunt agenda disponunt, eisq; ad explenda diuina * mysteria principantur. Potestates nominantur hi, qui hoc cæteris potentius in suo ordine acceperunt, ut virtutes aduersæ eis subiectę, eorum refrenentur potestate, ne homines tantum tentare ualeant quantum desiderant. Virtutes vocãtur illi, per quos signa, & miracula frequenter fiunt. Archangeli, qui maiora nunciant. Angeli, qui minora.

Geegorius homil. 34. & lib. 32. moralium cap. 24. * ministeria.

C

Quòd hæc nomina non propter se, sed propter nos eis data sunt: quæ sumpta sunt a donis gratiæ, quæ non habent singulariter, sed excellenter: & a præcipuis nominantur.

Hæc noĩa illis non pp se, sed pp nos data sunt. Qui.n. sibi noti sunt contemplatione, nobis innotescunt cognominatione. Et noĩantur singuli ordines a donis grãrum, quæ non singulariter, sed excellenter data sunt eis in participatione. In illa.n. cœlesti curia ubi plenitudo boni est, licet quædam data sint excellenter, nihil tñ possidetur singulariter. Omnia.n. in omnibus sunt, non quidem æqualiter: quia alij alijs sublimiùs possident, quæ tñ omnes habent. Cumq; oĩa dona gratiarum superiores ordines sublimiùs, & perfectiùs perceperint: tñ ex præcipuis sortiti sunt uocabula, inferioribus cætera relinquentes ordinibus ad cognominationem: ut Seraphin, qui ordo excellentissimus æstimat̃, tam dilectionẽ, q̃ cognitionẽ diuitatis, & cætera uirtutum dona, cæteris oĩbus sublimiùs, & perfectiùs ꝓcepit: & tñ ab excellentiori dono. i. a charitate nomẽ accepit ille superior ordo. Maius.n. donum est ipsa charitas, q̃ scĩa. Itẽ maius est scire, q̃ iudicare. scientia namq; informat iudicium. Ideoq; secundus ordo a secundo dono, id est, cognitione

gnitione ueritatis appellatus est, s. Cherubin. ita de alijs intelligendum est. Assignatur ergo excellentia ordinum ꝓ̃m excellentiam donorum. Et tñ (sicut Gregorius ait) illa dona omnibus sunt communia. Omnes enim ardent charitate, & scientia pleni sunt. sic, & de alijs. Sed superiores alijs excellentiùs (ut iam dictum est) ipsa acceperunt, a quibus, & nominantur. Vnde Gregorius: In illa summa ciuitate quisq; ordo eius rei censetur nomine, quam pleniùs accepit in munere.

Greg Homil 24.

Eadem homil 34.

D

Quæstio ex verbis Gregorij orta.

Sed oritur hic quæstio talis: Si quis ordo ab illo dono nominatur, quod pleniùs possidet. tunc Cherubin in scientia præeminet omnibus, quia a scientia nominatur. Sed qui magis diligit, plùs cognoscit. Tantum enim (ut tradit auctoritas) cognoscit ibi quisque, quantum diligit. Itaque Seraphin non solum in charitate, sed etiam in scientia præeminent. Ideoq; auctoritas illa sic vr̃ intelligenda, ut comparatio non referatur ad omnes ordines, sed ad quosdam, s. inferiores. Ille enim ordo non pleniùs Seraphin accepit scientiam in munere, sed pleniùs aliis ordinibus, qui sunt inferiores. Nec nominatur quisq; ordo ab omni re, quam pleniùs aliis accepit, sed ab aliqua rerum, quas accepit. Vel potest comparatio referri non ad ipsos ordines, sed ad alia dona: nec ad omnia alia dona, sed ad quædam. Sicut enim homines cum plura habeant dona, quædam aliis excellentiùs possident: ita fortè, & angeli quibusdam muneribus magis pollent, & aliis quibusdam minùs.

Explanatio illiꝰ auctoritatis. Alia determinatio eiusdem.

E

Vtrum ordines ab initio creationis ita distincti fuerint.

Iam nunc inquirere restat, utrum, & isti ordines a creationis initio ita fuerint distincti. Quod ita fuerint distincti. primordio suę conditionis, vr̃ testimonio auctoritatis insinuari, quæ tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine namq; superiori Lucifer ille fuit, quo nullus dignior conditus fuit. Apostolus etiam principatus, & potestates tenebrarum nominat, ostendens de ordinibus illis cecidisse: qui cum in malis ministerium exerceant: non tamen penitus nominibus ordinum suorum priuati sunt. Sed non vr̃ illud posse stare. Non enim tunc charitate ardebant, nec sapientia pollebant, neq; in eis Deus sedebat. Si enim hoc̃ habuissent, non cecidissent. Non ergo tunc erant Cherubin, vel Seraphin, vel throni. Ad quod dicimus, quia ante casum quorundam non erant isti ordines, quia nondum habebant dona, in quorum participationibus conueniunt. Sed quibusdam cadentibus, aliis apposita sunt: eisq;, qui ceciderunt collata fuissent eadẽ dona, si perstitissent. Ideoq; scriptura dicit de singulis ordinibus aliquos cecidisse, non quia fuissent in ordinibus, & postea corruerint, sed quia si perstitissent, eorum aliqui in singulis fuissent ordinibus: qui & in naturæ tenuitate, & in formæ perspicacitate differentes gradus habebant, sicut illi, qui perstiterunt. Alii.n. (ut prę diximus) superiores, alii inferiores conditi sunt. Superiores, qui natura magis subtiles, & sapientia magis perspicaces: inferiores, qui natura minùs subtiles, & intelligentia minùs perspicaces facti sunt. Has autem inuisibiles differentias inuisibilium, solus ille põderare potuit, q̃ omnia in numero, & mensura, & pondere disposuit. i. in seipso, qui est mensura omni rei modũ præfigens, & numerus omni rei spẽm prębens, & põdus oẽm rem ad stabilitatem trahens: id est, terminans, & formans, & ordinans omnia.

Ier. ec. 38 c Ephe. 6. b.

Respõsio.

Sap. 11.

F

Vtrum omnes angeli eiusdem ordinis sint æquales.

Præterea considerari oportet, utrum omnes angeli eiusdem ordinis æquales sint. Ita esse quibusdam placuit: sed non est hoc probabile nec assertione dignum, quia Lucifer, qui fuit de collegio superiorum, ipsis etiam dignior extitit, qui aliis excellentiores creati fuerant. Ex quo percipitur, quòd si perstitisset, in ordine superiori fuisset, & aliis eiusdem ordinis dignior extitisset. Sicut enim unus est ordo apostolorum, & alter martyrum, & tamen in apostolis alii aliis sunt digniores, similiter, & in martyribus alii aliis sunt superiores: ita & in ordinibus angelorum rectè creditur esse.

Per simile oñdit non oẽs eiusdẽ ordinis pares esse.

G

Quomodo dicit scriptura decimum ordinem ex hominibus compleri, cum non sint nisi nouem ordines.

Notandũ ẽt, ꝙ decimus ordo legitur de hoĩbus restaurandus. Sed cum non sint nisi nouem ordines, nec plures fuissent, ẽt si illi, qui ceciderunt, perstitissent: mouentur lectores, quõ scriptura dicat decimum ordinem compleri ex hoĩbus. Gregorius namq; ait homines assumendos in ordine angelorum, quorum alii assumuntur in ordine superiorum,

Grego homii 34.

superiorum, qui scilicet magis ardent charitate: alii in ordine inferiorum, qui scilicet minus perfecti sunt. Ex quo apparet, non esse de hominibus formandum decimum ordinem, tanquam nouem sint angelorum, & decimus hominum, sed per homines qualitate meritorum statuendos in ordinibus angelorum. Quòd ergo legitur decimus ordo complendus de hominibus, ex tali sensu dictum fore accipi potest: qa de hominibus restaurabitur, quod ī angelis lapsum est, de qbus tot corruerunt * vnde posset fieri decimus ordo. Propter, quod Apostolus dicit restaurari omnia ī Christo, quæ ī cælis, & quæ ī terris sunt: qa non Christum redemptū est genus humanum, de quo fit reparatio ruinæ angelicæ: tamen non minus salueretur homo, si angelus non cecidisset.

*ut.

Ephe. 1. c.
Apoc. 1.

H *Quòd homines assumentur iuxta numerum stantium, non lapsorum.*

Greg. homilia 34.
Deu. 32. a. iux. a aliā trāslationem.

Non enim iuxta numerum eorum, qui ceciderunt, sed eorum, qui permanserunt, homines ad beatitudinem admittuntur. Vnde Gregorius: Superna illa ciuitas ex angelis, & hominibus constat, ad quam credimus tantos humani generis ascendere, quantos illic contigit angelos remansisse, sicut scriptum est in cantico Deuteronomii: Statuti terminos populorum, iuxta numerum angelorum dei.

I *Quidam dicunt secundum lapsorum angelorum homines reparandos.*

August. in Enchi. ca. 29.
Aug li. 22. de ciuitate dei c. 1.
Gala. 4
Isaię. 54.
Rom. 4 c.

A quibusdam tamen putatur, quòd homines reparentur iuxta numerum angelorum, qui ceciderunt, ut illa cælestis ciuitats nec suorum uiciorum numero priuetur, nec maiori copia regnet. Quod Augustinus ī Enchiridio sentire uidetur, non asserens de hominibus plus saluari, quàm corruit de angelis, sed non minus, ita dicens: Superna Ierusalē mater nostra ciuitas dei, nulla ciuium suorum numerositate fraudabitur, aut huberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum, aut sanctorum hominum, aut immundorum dæmonum nouimus, in quorum locum succedentes filii catholicæ matris, quæ sterilis appareba t in terris, in ea pace, de qua illi ceciderunt, sine vllo temporis termino permanebunt. Sed illorum ciuium numerus, siue qui est, siue qui futurus est, in contemplatione eius artificis est, qui uocat ea, quæ non sunt tanquā ea, quæ sunt. Ecce apertè dicit, non minus de hominubus saluari, quàm corruit de angelis, sed plus non asserit.

Summa distinct. 60.

HIc tractat Magister specialiter de angelis sanctis, quantū ad numerum ordinum, & hierarchiarū, primò ostendens quid dicatur hic ordo. secundo, q nouem sunt ordines angelorum. tertiò, qualiter inter se distinguātur. quartò, cur nomina ista eis imposita sint. Deinde circa hæc mouet tres quæstiones, unam ex verbis Augustini, ut patet in textu. Secunda est, an ordines ab initio suæ creationis ita distincti fuerunt. Tertia, an omnes angeli eiusdem sint ordinis. Consequenter declarat, quo sensu dicatur esse ordo decimus angelorum. Postremò determinat, quòd homines post hanc vitam ad angelorum ordines assumuntur. Quocirca inquirit, an assumentur iuxta numerum stantium angelorum an lapsorum.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *quid hierarchia*. ¶Et iuxta diuinum Dionysium dicitur esse sacer principatus. Cui obijcitur, q principatus est vnus, ac specialis ordo angelicus, imò & pars infinitæ hierarchiæ, sicut patebit. Pars autem non prædicatur de toto, saltem pars integralis. sed antequam multiplicentur hic argumenta, ponendę, & exponendę sunt hic descriptiones hierarchiæ. Multa quoq; eorum, quæ in hac distinctione tanguntur, expedita sunt ante: videlicet, an ordines angelorum à suæ creationis exordio fuerunt distincti, & vtrum omnes angeli eiusdem sint ordinis. Ex declaratione autem diffinitionum hierarchiæ, clarebit argumentorum, quæ hic fieri solent, solutio.

Thomas.

¶Itaq; Thomas hic scribit: Hierarchia dicit, quasi sacer principatus ab ἱερός quod ē sacrū, & ἀρχός princeps. In omni autem principatu requiritur gradus potestatis, ac congruus finis. Hinc sicut in principatu seculari finis est, vt subiecta multitudo pacificè disponatur ad bonum intentum à principe sic in sacro, spiritaliq; principatu assimilatio ad Deum, est finis: quem angeli consequi nequeunt, nisi per ordinatam actionem, ad quam exigitur ordinata potestas, atq; scientia dirigens. idcirco in diffinitione hierarchię ponitur ordo, in quo gradus exprimitur potestatis: scientia quoq; vt dirigens, & actio tanq̄ ad finē perducens, ac Dei similitudo vt finis intentus. Ait qppe quarto cęlestis hierarchiæ capitulo diuinus, & magnus Dionysius: Hierarchia est diuinus ordo, & scientia, & actio, deiforme quantū possibile est similans, seu imitās, & ad debitas ei diuinitus illuminationes proportionabiliter in Dei similitudinem conscendens. Porrò alibi dicit: Hierarchia est ad Deum quantum possibile est vnitas & similitudo. Finis namq; est causa causarum. ideo diffinitio sumpta ex fine, cæteris extat formalior, estque medium alias diffinitiones demonstrans. Hinc illa descriptio, Hierarchia est ad Deum vnitas, & similitudo, est velut diffinitio, quæ est medium demonstrationis. Illa verò, hierarchia est ordo, & scientia, & actio, si nihil addatur, est quasi demonstrationis cōclusio: quia includit essentialia hierarchiæ principia. Propter quod beatus Dionysius eam ex prædicta concludit. Sed prior illa perfectior est: quoniam comprehendit utrunque. Vnde est quasi demonstratio positione differens.

Hierarchia quid
Hierarchiæ diffinitio secū dum S. Dion.
Diffinitio alia.

Ordo dupliciter sumitur.

¶Deniq; ordo dupliciter sumit: Primò, quasi abstractiuè, p ordinatione, q̄ est relatio īter ordines diffe

rentes.

rentes. sicq; in diffinitione ponit hierarchiæ. Secundò concretiuè, ut noīat unum gradum, vt dicat ordo, vnus gradus ordinat⁹, & ita est pars hierarchię. per quod patet solutio argumenti istius, pars nō ponit in diffinitione totius saltem, ut genus. Insup cōtra diffinitiones has sic argui pōt: In angelis non solum est ordo ſm scientiam, sed ēt ſm alia dona naturalia, atq; gratuita, quæ excellentiùs sunt in superioribus, q̄ in inferioribus. ergo ponenda sunt in

Cōtra diffinitiones hierarchię arguitur 1

2 diffinitione hierarchiæ, sicut scia. Secūdò, actio spectat solum ad ordines ministrantes: ergo non est in diffinitione hierarchiæ ponenda, cum hierarchia ministrantibus, & assistentibus sit cōis, nec cōe per
3 proprium habeat diffiniri. Tertiò, idem in diuersis gñibus non subalternatis poni non ualet. Substātia aūt, actio, & ordo, non mutuò subalternantur, ergo inconuenienter ponūtur in diffinitione hierarchiæ,
4 ut gña. Quartò, in diuinis, & increatis supergloriosis, ac adorandis personis, nō est ordo sciæ, & actionis, cum earum sit una scia, vnaq; actio, saltem ad extra. Ad rōnem aūt hierarchiæ pertinet ordo scię,
5 & actionis, ergo non similat deiforme. Quintò, idē est deiformitas, & similitudo diuina. Ergo unum eorum superfluè ponit in hierarchiæ diffinitione.

Dicendū ad primū.

Dicendum ad primum; q sicut aīa existens in corpore quendam effectum immediatè inducit in omnibus membris, uidelicet esse, inquantum est corporis forma, alium aūt effectum influit uni membro, alio mediantè, ut motum: sic Deus omnipotens, & excelsus cunctis cœlestibus ordinibus immediatè influit uitam naturæ, uitamq; grę, & glorię. Ad diuinorum uerò executionem officiorum mouet eos ordinatè, videlicet medios p primos, vltimosq; per medios. Idcirco in diffinitione hierachiæ nō ponit natura, gra, aut gloria, sed scia tanquā dirigēs actio
2 nē in diuinis officijs. Ad ſm, actio uiatoribus exhibita, est ministrantibus propria, nec in diffinitione hierarchiæ locat, sed actio cōis, designans transfusionem luminis diuinitus dati in aliū: q̄ actio oībus
3 illis extat cōis. Ad tertium, sanctus Dionysius in uerbis illis prætactis non intendit ordinare, neq; exprimere diffinitionē hierarchiæ, sed essētialia eius principia tangere. Quorū unū est uelut materiale, p modum gñis habens se, utpote ordo. Alia sunt tanquā formalia cōplentia rōnem hierarchiæ per modum drīæ, quorū primum est luminis diuini receptio, q̄ noīe sciæ designat. Secundū est transfusio luminis in alterū, q̄ p actionē dat intelligi. Tertium est consequutio finis in cōsequutione diuinæ assimilationis. Sicq; inter hę c sequens est quasi formale respectu præcedētis, & pōt ex illis dari diffinitio hierarchiæ sub forma hac: Hierarchia est diuin⁹ ordo ſm sciā,
4 & actionē ad adipiscendā Dei assimilationem. Ad quartū, ſm quosdā in diuinis personis quædā hierarchia cōsistit, quā supercœlestē appellant, q̄ attendit ſm ordinē naturæ in diuinis psonis, quā assimilat, seu imitat hierarchia angelorū cęlestis, & hoim subcœlestis. Sed istud nō est cōueniens, nec sancto Dionysio cōsonū: qm̄ in diuinis psonis ponere principatū unius ad alterū, censet hereticū, aut q pater purget, illuminet, aut pficiat filium; seu id, quod patris est, recipiat inferiori modo in filio, q̄ est in prē. Quæ tñ requirunt ad rōnē hierarchiæ ſm intentionē beati Dionysij, & ſm significationem uocabuli; Ideo aliter est dicendū, uidelicet, q hierarchia similat deiforme, inquantum per lumē desup participatū assimilat claritati diuinæ, non p æquiparantiam, sed ſm suā possibilitatē. Propter quod dicit sanctus Dionysius, quātū possibile est. Oīs quippè pfectio

Hereticū est, in diuinis psonis ponere prīcipatū unius ad alterum.

creaturæ, est q̄dam similitudo bonitatis diuinæ, sed una expressior alia. Ad qntū, agenti, seu imprimenti 5
pōt recipiens dupliciter. Primò, ſm formā tm̄: secūdò, penes formā, & actionē, sicut aliquid ita illuminat a Sole, q alia quoq; illuminat, ut Luna: sic angeli assimilant Deo. lumē ab ipso recipiendo, qđ notatur cū dr, Deiforme, quantū possibile est. Et itē lumē a Deo receptū alijs cōicando, quod insinuatur dū subdit, ad inditas illuminationes. i. ſm uirtutem & regulā datarū illuminationū ascēdēs ad similitudinē Dei, operādo, & influēdo in alios ſm suā pportionē. ideo noīat hoc ascensum, qa in hoc cōsistit pfectio similitudinis Deiformis. Nam oīm diuinorū diuinissimū est, Dei cooperatorē existere, sicut diuinus Dionysius ait ibidē. Ideoq; philosophi posuerunt finē intelligentiarū mouentiū orbes ab eisdem intētū, eē assimilationē diuinā in causando. Sic itaq; prima similitudo corrñdet sciētię, secūda actioni. Hæc Thomas in Scripto. ¶Præterea Bonauentura circa hæc partim aliter sensisse vr, increatā hierarchiā ponendo: Beatus, inqt, Dionysius lib. de angelica hierarchia tres ponit hierarchiæ diffinitiones. Prima est, hierarchia est diuina pulchritudo, ut simpla, ut optima, ut cōsummata, uel consummatiua. Secūda est, hierarchia est diuinus ordo, & scia, & actio deiforme quātū possibile est similās, ut supra; Tertia est, hierarchia est ad Deū quātū possibile est, similitudo, & unitas, ipm hñs sanctæ sciæ, & actionis ducē, & ad diuinissimū suū decorē immutabiliter diffiniēs, quātū uerò possibile est, suos laudatores reformās. Harū diffinitionū prima est increatæ hierarchiæ. Aliæ duæ sunt hierarchiæ creatæ, q̄ inter se differunt: qm̄ prima harū duarū principaliter attēdit penes egressum a Deo, sed ultima penes regressum ad Deū, quāuis in utroq; tangat utrunq;. Prima diffinitio, q̄ est hierarchiæ increatæ, exprimit eā quātū ad trinitatē, & unitatē, ita q nec trinitas piudicat unitati, nec ecōtrariò: imò unitas ad pfectionē ptinet trinitatis, & trinitas ad perfectionē unitatis. Vt ergo oñdat ibi esse unitas in trinitate, dr: Hierarchia est diuina pulchritudo. Pulchritudo nāq; cōsistit in pluralitate, & æqualitate, ut asserit Aug. lib. de uera religione. Vt aūt oñdat, q pluralitas nō piudicat unitati, dicit: Vt simpla: qm̄ sic ē ibi pluralitas, ut tñ nō tollat unitatis simplicita. Vt itē oñdat, q vnitas nō piudicat pluralitati, subiūgit: Vt optima. Quia sic est in Deo vnitas: ut tñ summa sit bonitas, p quā est pfecta cōicatio, & ita psonarū pluralitas. Postremò, ut oñdat, q unitas spectat ad pfectionē pluralitatis, & ecōtrariò, subdit: Vt cōsummata: in quo insinuat, q in trinitate, & vnitate cōsistit oīmoda, & summa pfectio. Porro secūdæ diffinitionis intellectus sic sumit: Angelica hierarchia diffinit ſm egressum a Deo, egredit aūt a Deo ſm rōnem imaginis, & similitudinis, sicut, & hō. Hinc in illa notificatione primò describit hierarchiā egrediētē a Deo p modū imaginis, dicēs: Hierarchia est diuinus ordo, & scia, & actio, ut ordo. i. ordinata ptās, corrñdeat pri: scia filio, actio spūisancto, instar memoriæ, & intelligētiæ, ac uoluntatis. Secundò describit quantū ad rōnem similitudinis, dum subiungit: Deiforme quātū possibile est similans, & tangit ipsa similatio quantū ad habitū, cū dr: Deiforme quātum possibile est similans. & quantū ad actū, cū subdit: Et ad inditas ei illuminationes, &c. Similitudines quippè, seu grę assimilantis actus, est sursum ducere: sicut eius origo est, desursum descendere In tertia descriptione describit p regressum ad Deū. Notat. ergo ī hac descriptiōe hierarchia regrediēs, seu

Bonauent.
Intellect⁹ 2 secundæ diffinitionis.

eius

eius regressus primò quantum ad habilitatem, cū
dicitur: Hierachia est ad Deum quantum possibile
est, similitudo, & unitas. Secundò, quantum ad eius
actualitatem, cum dicitur. Ipsum habens scientiæ
sanctæ, & actionis ducem. Tertiò, quantum ad eius
immutabilitatem, cum additur: Et ad suum altissi-
mum decorem immutabiliter diffiniens. Quartò,
quo ad plenitudinis hubertatē, subhendo: quantum
uerò possibile est referens suos laudatores in hoc,
scilicet, quòd non solum sibi sufficit, sed ēt pp ple-
nitudinē, charitatis, & grāe, est potens alios adiuua-
re. Sicq; ex diffinitionibus istis innotescit, quid sit
hierarchia tā angelica, q̄ humana: ex quibus elici-
tur hæc diffinitio magistralis, oī conueniens hierar
chiæ, non tñ uniuocè: Hierarchia est rerum sacrarū,
& rationalium personarum ordinata potestas, in
subditis debitum retinens principatum, quę tam an
gelicæ, quàm ecclesiasticæ hierarchiæ conueniens
est. Hæc Bonauentura, qui addit, hierarchiarum a-
lia supercælestis, alia cælestis, alia subcælestis.

¶ Concordat Antisiodorensis in Summa libro
secundo: Hierarchia, inquiens, secundum diuinum
Antisiod. Dionysium est rerum sacrarum, & rationalium sa-
cra potestas, in subditis debitum seruans domini-
um. In qua descriptione ponitur potestas pro ge-
nere: rationalium, ponitur ad differentiam irratio-
nalium: sacrorum, ad differentiam dæmonum, ho-
minumque prauorum: in subditis seruans domini-
um debitum, ad differentiam rerum sacrarum, & ra
tionalium, quarum est obedire, non principari,
quia subiectos non habent. Triplex quoque est hie-
rarchia, uidelicet supercælestis, quæ consistit in tri-
bus diuinis personis: cælestis, quæ consistit in ange
lis: & subcælestis, consistens in prælatis. Hæc An-
tisiodorensis.

Petrus. ¶ His consonans Petrus, addit: Cum tria sint ge-
nera rerum rationalium, & sacrorum, uidelicet di-
uinarum personarum, angelorū, & hominū, ideo
ab antiquis doctoribus triplex cōsueuit hierarchia
distingui. Prima est super cælestis diuina, ita tñ, ut in
ea non intelligatur ordo principiandi, sed princi-
piandi, quo pater à nullo est, filius à patre solo, spi
ritus sanctus ab utroq;. Secunda est cælestis i. ange
lica. Tertia subcęlestis. i. ecclesiastica. Mediā intēdit
sanctus Dionysius describere per quatuor ipsam in
tegrantia. In hierarchia namque est gradus potesta
tis alicuius, quæ dr̄ ordo: & aliquid, quod dirigit
potestatem in finē ne erret, & hoc est scientia. i. diui
na illuminatio. Aliquid quoq; ptingit potestas in fi-
nē, scilicet executio, quę dr̄ actio. Et aliquid, tan-
quam finis intentus ad quē ordinatur potestas, qđ
Richard⁹. est assimilatio deiformis. Hæc Petrus,

¶ Denique Richardus istis cōsentiens, sequit̄ Tho
mā in hoc, quòd in diuinis p̄sonis nō sit hierarchia:
Quia, inqens, hierarchia principatū designat inter
p̄sonas, q̄ sunt in ea, non uī cōcedendū, superdignis
simā trinitatē esse hierarchiam, nisi cū ista determi-
tione, q̄ in ea ordo principiandi, non principandi.
Non. n. in ea una persona alteri principatur, cū sit
inter ipsas summa æqualitas. Hæc Richardus.

Albertus. ¶ Porro Albertus: Hierarchia, ait, est totum
potestatiuum, quod in suis partibus ita se habet,
quòd prima pars potestatiuè includitur in sequen
te seu media, & media in ultima. Quod intel-
ligendum est de primo secundum uiam generatio-
nis, non perfectionis, imò primum secundum uiam
perfectionis, includit potestatiuè sequentia. Ideo
subdit Albertus, quemadmodum secundo de ani-
ma dicit Philosophus, quòd uegetatiuū est in sensi-
tiuo, vegetatiuū, quoq; ac sensitiuum in intellectua
li, propter quod sanctus Dionysius, & Boethius di-
cunt: Quicquid pōt potentia inferior, potest supe-
rior eminenter, non econtrario: & ita est in istis cū
dr̄: Hierarchia est ordo, & scientia, & actio. Ordo
etenim dicit hierarchiam ẜm aliquid suę potestatis,
scientia verò determinat eam, in qua est ordo, actio
autem dicit eandem potestatem secūdum comple-
mentum. Ordo quoq; dupliciter sumitur. s. pro for **Ordo dupliciter sumitur.**
ma, ratione ve ordinis, & pro re ordinata. Sicq; secū
dum Magistrum ordo vocatur multitudo cælestiū
spirituum, qui inter se in aliquo dono gratiæ simi-
lantur, sicut in munere naturalium donorum & ita
nō ponitur in diffinitione hierarchiæ, sed prout est
forma, seu ratio ordinis in personis ordinatis. Atq;
vt asserit Hugo, Hierarchia essentialiter in duobus **Hugo.**
consistit, videlicet in participatione gratiæ illumina
tionis, & in eius effusione super inferiora. Ad parti-
cipationem autem gratię illuminationis tria exigū-
tur, quę sunt conuersio ad principium illuminatio-
nis. Quæ conuersio nomine ordinis designatur. Se-
cundum est receptio luminis, & hoc dicit scientia,
quæ est lumen ab illuminatore receptum. Tertium
est effusio luminis inferiores, quod exprimit actio.
Præterea quæri potest, An sit aliqua hierarchia su-
percęlestis diuina, & increata. Videtur quòd non,
Ait quippe diuinus Dionysius, quòd hierarchia ha **D. Dion.**
bet Deum omnis scientiæ, actionisque ducem. Et
rursus: Hierarchia est deiforme quantum possibile
est similans, & ad inditas ei diuinas illuminationes
in Dei similitudinem proportionaliter ascendens.
Et certum est intelligenti, quòd nullum horum con
uenit supergloriosissimæ trinitati. Dicēdum, quòd
antiqui communiter distinxerunt triplicem hierar-
chiam, vtpotè supercœlestem, &c. Ideo respon-
dendum, quòd hierarchia accipi potest secundum
essentialem suam diffinitionē prætactam, & ita non
dicitur in diuinis, sicut verba tunc tacta demon-
strant. Et item secundum nominis compositionem,
& ita non est nisi sacra, & ordinata potestas. Quòd
si ordo referatur ad ordinem naturæ patris, & fi-
lij, ac spiritussancti, quo alter est ex altero, non
quo alter prior est altero, sic proculdubio in tri-
nitate super mundana supercœlestis est hierarchia.
Est enim sacra, & ordinata potestas in filio ex pa-
tre, atque in spiritusancto ex patre, & filio. Et hoc
intendit Magister in nona ista distinctione, dicen-
do: In singulis hierarchijs tres ordines, vt trini-
tatis in eis similitudo insinuetur expressa. Hæc Al-
bertus in Scripto.

¶ In libro demū de coæquęuis, hęc eadem scribit **Idē Alb.**
& ait, quòd secundū diffinitiones à beato Dionysio
de hierarchia digestas, hierarchia non diuiditur in
supercælestem, cælestem, & subcęlestem, & quòd il
la diuisio sit analogi in contenta sub eo. Ibi quoque
latiùs exprimit, qualiter hierarchia sit totū potesta
tiuum: Totum, dicens, potestatiuum est mediū in-
ter totum vniuersale, & totum integrale. Totum. n.
vniuersale est in qualibet sua parte, & p̄dicatur de
ea. quia ut probat Philosophus septimo Metaphysi-
cę, quid est per essentiam, idem est vniuersali, & par
ticulari. Totum verò integrale non est in aliqua
suarum partium, nec prædicatur de illis. Sed totum
potestatiuum est in qualibet partium, quamuis non
æquè potenter, sed in prima secundum minus, in se
cunda verò potentius, & in ultima, id est, suprema
secūdum totum posse, & tale totum est hierarchia.
In potestatibus autē ordinatis semper sequens præ-
supponit præcedentem, & habet plus, quod proba-
tur

tur tam in ptātibus naturæ, q̄ officiorū, & gratiæ.
In potestatibus namq; naturæ uegetatiuū est in sen
sitiuo, & sensitiuum in rōnali. Sed non conuertit̄, ut
S. vult Dionysius lib. de diuinis nominibus, cap. 9.
In officijs quoq; potestas decani est in potestate cē
turionis, potestas cēturionis ī potestate thetrarchę.
In gratijs ēt potestas subdiaconi in potestate diaco
ni, & potestas diaconi in potestate presbyteri, non
ecōtra. Hinc partes totius potestatiui, ẜm ordinem
constituunt totum. Et prima constituit ipsum ẜm
quid, secunda autem ẜm plùs, tertia verò perfectè:
quemadmodum ēt dicimus de diuisione boni in
bonum delectabile, & utile, & honestum. Delectabi
le. n. est bonum ẜm quid, & utile est bonum plùs,
honestum aūt est bonum simpliciter. Rursus hone-
stum includit, seu ponit utile, & delectabile, nō ecō
tra. Vtile quoq; ponit delectabile, non ecōtra. Con
similiter dicimus de partibus essentialibus hierar
chiarum, qua sunt ordo, scientia, & actio. Nā ordo
ponit hierarchiā ẜm quid, & scientia plùs, actio ue-
rò perfectè. Hæc Albertus.

Vdalricus. ¶ Idem Vdalricus, cuius scripta de ista materia in
pręhabitis Thomę, & Alberti dictis p̄ parte maxi-
Numerus supernorū spūum nobis innumerabilis. 3. Reg. 10. ma continent. Nempè 4. Summæ suæ lib. disseruit:
Numerum supernorū spirituū nobis innumerabilē
æterna sapientia redigit in ordinem grę. quia inor-
dinata multitudo extat confusio, quam esse non de
cet in ministris æternæ sapientiæ, cum & ordo mini
strorū Salomonis reginam Saba duxerit in stuporē,
& sapientis sit ordinare. ¶ Deniq; q̄uis omnium re-
rum perfectio in quodam consistat ternario, ut Ari
stoteles, atq; Pythagoras contestat̄, puta in princi-
pio, in medio, & in fine, spiritualiter tñ perfectio or
dinis integratur ex his. Hinc cœlestia agmina ita in
2. Cor. 12. tria diuisa sunt, quæ Apostolus uocat tres cœlos,
dum raptū se dicit usq; ad tertiū cœlū. S. uerò Dio-
Dion. tertio cœlestis hierarchiæ. nysius ipsos appellat tres hierarchias, & ut 3. cœle-
stis hierarchiæ cap. loquitur, Hierarchia est ordo,
non concretiuè pro uno ordinis gradu, qui est pars
hierarchię, sed formaliter, & in abstracto acce-
ptus, qui est ordinatio graduum inter se. & no-
minat̄ ordo iste diuinus, non q̄ sit in diuinis perso-
nis, ut aliqui dicunt ponentes hierarchiam supcœ-
lestē: qa hęreticum est ponere in diuinis personis or
dinē in scientia, actibusq; hierarchicis, quāuis ibi sit
ordo naturę. Sed nūcupat̄ ordo diuinus, qa attendi
tur ẜm donum diuinum, & ẜm reductionē in Deū:
Scientia quoq; nō dr̄ hic uisio Dei, quę tota est mer
ces: qa illam cognitionem angelus unus non sortit̄
ab alio, sed omnes immediatè hñt eā a Deo nec ēt
uocat̄ scientia, seu notitia rerū in Deo per beatificā
uisionem, nec habitus naturalis scientię, sed lumē di
uinum, manifestans ea, quę ad regimē pertinent vni
uersi, atq; ad dispositionē ecclesię, & ad notitiā my-
steriorū absconditorū a seculis in Deo. Similiter
actio non dicit hic actionē ministerij circa nos: qm̄
hoc non conuenit omnibus hierarchijs: sed dicit
uirtutem iam dicti luminis, ad explendum actus
hierarchicos, qui sunt purgare, illuminare, perfi-
cere.

¶ Hoc quoq; sciēdū, q̄ etymologia noīs nō est ei⁹ si
gnificatū ẜm grāmaticos: quēadmodū id, a quo no
mē imponit̄, nō est id, cui nomē imponit̄. Sic in p̄po
sito quamuis etymologia huius nominis hierarchia
sit sacer principatus, tñ significatum eius est orna-
Damascē. S. Dion. tus, seu pluchritudo, pp quod Damascenus libro
2. capitulo 3. hierarchias appellat ornatus. Beatus
item Dionysius post prætactam diffinitionem con-
cludere uolens, dicit; Diuina pulchritudo. Dr̄ au-
tem Deus pluchritudo: qm̄ i instar luminis cū fulgo
re influit uniuersis pulchrificas fontani radij tradi
tiones, qui & suo, theasicos, idest subditos, facit di-
uina agalmata, id est, insignes figuras, seu expressa
imagines, specula quoq; clarissima. Itaq; ẜm lumē **Triplicis hierarchię distinctio.**
prædictū constat, & assignat̄ distinctio triplicis hie
rarchię ẜm doctrinā diuini Dionysij, quā se a Paulo **Paulus pfector S. Dionysij.**
apostolo didicisse gloriat̄ 6. cœlestis hierarchię ca-
pitulo, uocans eum diuinū suū, & sanctum pfecto-
rē. Hæc equidem fuit sapientia, quē loquebat̄ Apo-
stolus inter perfectos, & hęc sunt uerba arcana, quę
uidit ipse in tertiò cœlo, quæ nō licet homini loqui.
Hæc Vdalricus.

¶ Porro Durandus; Considerandū est, inquit, sup **Durādus.**
quid hierarchia fundat̄. Idcirco notandū, q̄ quāuis
omnes angeli sancti immediatè uideant diuinā essē
tiā, in qua uisione consistit ipsorū felicitas, misteria
tñ gratię, & ea, quæ circa nos agere debent, ut redu
camur in Deum, non nouerunt nisi inquantum eis
reuelant̄, atq; de ipsis illuminantur. Et qm̄ teste Apo
stolo, quę a Deo sunt, ordinata sunt, illuminationes
angelorū de minysterijs gratiæ, & cæteris, q̄ circa
nos p̄ eos diuinitus ordinata sunt fieri, ordinē hñt.
Nam quidam de his immediatè illuminant̄ a Deo,
alij mediatè. Medij equidē p̄ supremos, infimi verò
p̄ medios. Itaq; hic ordo recipiendi illuminationes
diuinas, quia ab uno descendit originaliter, ac de-
pendet, puta a Deo, & ad unū tendit finaliter, ut. s.
reducamur in Deum, dr̄ hierarchia. i. sacer principa
tus, seu ordo beatorū spirituū sub Deo, in recipien-
do diuinas illuminationes ab ipso mō prætacto; Sic
que patet super quid hierarchia fundet̄, uidelicet su **Sup quid fundet hierarchia.**
per ordinatam receptionem illuminationū a Deo.
Hæc Durandus.

¶ Insuper de his scribit diffusè Gulielmus secun- **Gulielmus**
da parte libri de vniuerso: Manifestū est, dicens, q̄
hierarchia sit sacer principatus, & iuxta intentionē
sapientis, ac sancti Dionisij, nominatio ista potissi-
mè conuenit supergloriosissimè, ac beatissimè trini
tati, q̄ est unus Deus, essentialiter sanctus omnibus
dominās, & infinitè vniuersis sublimior. Cœtus ve
rò sublimiū substantiarū, uidelicet angelorū, seu ēt
hominum, ad officia ordinū, seu chororū sacrati,
ac deputati, hierarchiæ dicunt̄ iuxta sapientissimi
Dionysij intentionem. Distinxit quippè hierarchias
in tres, puta diuinam, angelicam & humanam. Di-
cendo aūt, quod hierarchia est diuinus ordo, scien
tia, & actio, intellexisse vr̄, quod totus ille sacratissi
mus beatissimorum spirituum principatus, est diui
nitus ordinata societas, ordinata inquam pulcherri
ma distributione donorum, ac decentissima consti
tutione graduum ad obsequia creatoris iuxta con-
gruentiā, exigentiamq; donorū: hoc est, scientiarū
& uirtutum, quibus illuminati sunt ab eodem: qm̄
vna prę alijs perfectior, & exhuberantior est in istis.
Ideo ei de plenitudine sua iuxta creatoris disposi-
tionem, ac placitum conuenit alijs communicare:
quæ sacra societas est, deiforme quantum possibi-
le est similans, id est, increatam formositatem exi-
miè imitans, quantum permittit infinita, & inexco
gitabilis inferioritas, remotio, seu distantia a supe-
reminentissima excellentia creatoris. Vires nam-
que substantiarum illarum in perfectionibus natu
ræ, & gloriæ, sunt in sua ultimitate, idest, in actu,
quo possunt maiore, nisi quid nouum eis adijceret.
Non enim se contrahunt, sed magis extendunt,
ut queant, nec se restringunt ad parua, scientes,
quòd in hoc glorię detraherent creatoris. ¶ Rursus
quod ait, quantum possibile est, potest ita intelligi,
quantum

quantum.fas est,& dignum,atque conueniens. Neque enim fas est,aut dignum est, vt diuinam, & increatam pulchritudinē imitentur, nisi quantum instituit,& gratuita cōtulit bonitate. Etenim vnaquaque substantiarum illarum superdignissimæ trinitatis exemplum est,atq; clarissimum speculū. siquidē per uirtuosam potentiā,q̄ præditus est,exēplū est dei patris:ꝑ luminosam sapiam,q̄ illustrata est, exēplū est vnigeniti filij dei:ꝑ ardētissimū ēt suū amorē in Deū,exēplū est spūs sancti. Tota quoq; illa sublimis, & beata ciuitas in singulis ciuibus suis, ita cōformis est dn̄antissimæ ac super magnificentissimæ trinitati. Sicque resplendet ad ipsam,ut unusq̄sque illorū,signaculū similitudinis sit illius. Propter qđ tota ciuitas in ipsa sua totalitate,pace, concordia,& unitate synceris, simi feruētis simiq; amoris eximia pulchritudine similitudinis se conformat, quantum fas est ad deiforme.i. formositatem diuinam. Præterea sicut igni puro de elementari fortissima,& incessabilis inclinatio est ad sursum,sic beatis illis substantijs inabruptibils,inseparabilis,vigorosissima,ac feruentissima inclinatio est ad subtilitatem assimilationis diuinæ. Hæc Gulielmus.

Henricus ¶ Præterea Henricus, quòdlibeto 5.testaṫ,Cū perfectus fuerit intellectus nr̄ ꝑ habitus sciales oīum, quę per ipsos nata sūt cognosci,& actu intelligit ea ex habitu,hoc est summū,& perfectissimū, ad ꝙ ex puris naturalibus suis pōt pertingere ſm statū vitę pn̄tis. Hoc tn̄ est infimū in intellectu angelico, qm̄ habet habitum scientialē naturaliter sibi connatum oīum rerū à se naturaliter cognoscibiliū. Deus verò sicut in ordine rerū,ita in ordine intelligentium est pura forma, cuius esse est suum intelligere actuale. Angelus aūt inter deū,& intellectū humanū in prīcipio sui instar tabulæ rasæ nudum, habet se medio modo:qm̄ habitus suos scientiales à seipso nō habet,nec post suā productionē recepit eos,sed concreati sunt ei. Verū,quo ad actus suos est in potētia,ut nō sit necesse eū oīa simul intelligere. Sicq; sēper inferiora in suo supremo connexa sunt infimo superiorū:& q̄ inferiori sunt ſm ampliorē cōpositionē,& potētialitatē,in superiori sunt ſm maiorē simplicitatē,& actualitatē,quo oīa finaliter recurrunt,& concurrunt in primā,& perfectissimā unitatē. Vnde 7.cap. de diuinis noībus beatus Dionysius ait:Ipse est super omnia cōpaginans,& in solubilis cā cōgruētiæ,ordinationisq; oīm,fines primorū semper coniungens principijs secundorū, & sic vnā vniuersitatis cōspirātiā,& harmoniā efficiēs,& in hoc fundaṫ in angelis rō hierarchiæ. Hæc Hēric⁹.

QVASTIO II.

1. DEinde hinc quæritur, *An in angelicis spiritibus solū sint tres hierarchiæ & ordines nouem.* ¶ Vr̄ quòd non:angeli enim sunt simplicissimo deo propinquiores,quàm hoies. Ergo in eis est minor multiplicitas,atque diuisio,quàm in hoībus non est nisi una hierarchia,videlicet ecclesiastica ergo hierar-

2. chia angelica non est triplex,sed una duntaxat. Secundò beatus Dion. in quolibet ordine angelorum dicit esse superiores, & inferiores,ac medios,ergo

3. in quolibet ordine est triplex ordo. Tertiò,supremus angelus in quolibet ordine minus distinguitur ab infimo angelo ordinis superioris, quàm ab infino angelo sui propij ordinis: quia species rerum se habent in numerum, & immediatè sequitur angelum illum in ordine uniuersi. Ergo plus pertineret ad ordinem snperiorē,quàm ad chorum seu ordinem in quo collocatur. Quartò, numerus

4. impar imperfectior est numero pari: ergo potius ordines angelorū sunt in aliquo numero pari: q̄ nouenario,q est numerus impar. In euangelio quoq; mulier,per quā æterna sapientia designatur, legitur dragmam decimā perdidisse, q̄ sisse,& inuenisse, seu reparasse. Ergo videntur decē esse ordines angelorū. Et breuiter, quæstio hæc inquirit per q.d hierarchiæ angelicæ, ac ordines angolorū distinguuntur. Luc 15.

¶ Circa hæc scribit Albertus : Diuisio hierarchiæ angelicæ in tres hierarchias, est diuisio totius potestatiui in partes potestatiuas, nō totius vniuersalis, in partes subiectiuas, nec totius integralis in partes ipsum integrantes. Dicit autem Magister in litera, ꝙ tres sunt hierarchiæ, & quælibet tres continet ordines. Hinc antiq doctores,vt Præpositiuus,& Antisiodorensis, dixerūt esse istas tres hierarchias, Epiphaniam,hyperphaniam, & hypophaniam. Epiphaniā istam ita diffiniunt:Epiphania est incalescentis affectionis incendio, altioris intellectus fastigio,iudicij libertate,resultatio distributa. Hyperphaniā diffiniunt sic: Hyperphania est diuina illuminatio,sui participes interstalari reuerentia insigniēs, vsumq; dominandi edocens, & arcens contrarium. Hypophaniam diffiniunt,asserētes ꝙ hypophania est diuinum principium,legibus naturæ occurrēs,secreta reuelans,secundum participationem discretam. Et dicunt ꝙ legibus naturæ occurrens, dicitur propter virtutes, quarum ſm Gregorium est miracula facere, quæ fiunt contra vel supra legis naturæ. Secreta reuelans, ſm participationem secretam, dicitur propter archangelos, & angelos,quorum est reuelare secreta,ita ꝙ archangelorum est nūciare maiora,angelorū minora. Similiter in diffinitione epiphanię dicūt poni incalescentis affectionis incēdio, propter seraphim, qui interpretaṫ totus ardens,seu totus incendens. Altioris intellectus fastigio, propter cherubim, qui interpretatur plenitudo sciētiæ. Iudicij libertate,propter thronos, in quibus secundum Gregorium Deus sedet, & per eos sua discernit iudicia. In diffinitione demum hyperphanię ponitur diuina illuminatio sui participes interstalari reuerentia insigniens,propter principatus, quarum (vt dicunt) est interstalarem reuerentiam edocere, vt vnicuiq; secundum suum gradum reuerentia exhibeatur. Vsum dominandi docēs,ponitur propter dominationes,quarum(ut dicūt)est vsum dominādi docere. Arcensq; contrarium,asserunt poni propter potestates, quarum est contrarias potestates arcere,ne tantū noceant quantum uolunt,& possent.

Albertus. Ephiphaniæ diffinitio, hyperphanię diffinitio,hypophaniæ diffinitio. Gregori⁹.

Aliam diuisionem ponit sanctus Dionysius in cælesti hierarchia,capitulo sexto: Diuinus, inquiens,noster perfector(id est,Paulus aut Hierotheus)primā,& summam hierarchiam dicit esse circa Deum existentem semper,& attentè ipsi intendentem,sanctissimos scilicet thronos,& oculosos,ac pēnosos cherubim,& seraphim. Secundam verò hierarchiam, ex dominationibus, virtutibus, & potestatibus dicit constare. Nouissimam verò, ex principatibus, archangelis,& angelis constitutam. S. Dion.

¶ Quæritur ergo de harum sufficientia diuisionum, dicendū quod distinctio hierarchiarum propriè sumitur penes duo, videltcet penes simplicitatem,& subtilitatem luminis,quod est in illuminatione,& penes analogicam intelligētiæ angelicæ ad tales illuminationes. Nēpè ut habetur in libro de Causis,bonitates,q̄ sunt in causa prima,non sunt ab aliqua intelligētiarū receptibiles in ea puritate, ac nobilitate,qua in prima sunt causa. Perspicaciùs tamē, nobiliùs,atq; simpliciùs recipiuntur ab intelligētia superiori,q̄ inferiori. Cūq; angelus per intellectum deifor- Quæstio.

deiformē sit,quid medium inter lumē uerbi ęterni, & animā rōnalem,mediū aūt aliquo mō attingit extremorū utrunq;. hinc angeli primi q,se hn̄t in simplicitate essentiæ,& perspicacitate intelligentiæ, ad illuminationes diuinas ꝑcipiendas in ea puritate,& nobilitate,qua sub Deo maiorine q̄t intelligi, idest, qua sub Deo maiorē esse nō decet in in gn̄e illo,hn̄t se ad illuminationes diuinas prima relatione,& de prima sunt hierarchia. Illi verò,q hn̄t se ad illuminationes eiusdē,ſm ꝓportionē puritatis,qua receptæ sunt in intelligentia angelica hn̄t se secunda relatione illuminationes diuinas,sūt de hierarchia secūda. Illi verò,q se hn̄t ad illuminationes easdē,ſm quod fusibiles sunt in intellectū humanū,q coniūctus est cōtinuo, & tp̄i,tertia relatione se hn̄t ad illas,& de hierarchia sunt infima. Sicq; ſm triplicē ꝓpositionē intellectus angelici ad illuminatiōes diuinas,distinguunṫ tres hierarchiæ. Hinc 7. cœlestis hierarchiæ cap. sanctus Dion. ꝑtestaṫ. Prima cœlestiū essentiarū dispositio in circuitu Dei,& circa Deū īmdiatè stās & simpliciter,ac incessanter circuiens, ęternā eius sciam excellentissima circa creatorē uersaṫ,indesinenterq; chorū ducit circa diuinę illustrationis fulgore,ac radios,& curcuit eos. Angeli etem̄ primæ hierarchiæ tota, & affectuosissima mentis intentione iugiter se extendunt in Deū,quatenus illuminationes diuinas suscipiāt in ea,q̄tū ipsis possibile est puritate,qua in Deo cōsistāt,atq; in illis feliciter delectenṫ:& ista eorū extensio circa illuminationes diuinas,vocaṫ circularis motus eorū,& chor⁹ tripudiū,quod ducūt iucundissimè circa Deū. Porro media hierarchia illuminaṫ a fōte illūinationis,ac principe mediante. In tertia verò hierarchia terminaṫ illuminationū decensus, q̄tū ad modū influendi synceriter sine sēsibiliū admixtione formarū. Hęc quoque D.Dion. ꝑbat testimonijs scripturarū. Ait.n.ꝙ imperiū,ac locutio Dei ad angelū, significat ꝓportionē,& modū primæ illuminis a Deo in primā hierarchiā immediatè descendentis,allegans illud Isaiæ:Quis est iste,q uenit de Edon,tinctis uestibus de bosra? Vbi filius Dei ꝑ seipm instruit interrogantes, Dispositionē verò secundæ hierarchiæ probat ꝑ illud Zacharię. Angelus clamauit ad aliū angelū.& ꝑ illud Danielis,Vnus superior angelus dixit Garbieli:Gabriel fac istū intelligere visionē. Dixit qppè, ꝙ clamor eo,quod lōge sonat,designant illuminationē distantē a primo illuminatore,& ꝑ aliū tanq̄ ꝑ mediū deportatā. Atuero tertię hierarchiæ dispōnē asserit significari a Zacharia cū dicit:Angelus,q loquebaṫ in me,&c. Vbi significaṫ illuminatio descedens ab angelo in hominē, quod ꝓpriū est tertiæ hierarchiæ. Vn̄ qa theologi.i. auctores scripturę canonicæ ita tripliciter loqunṫ de illuminationib⁹,dicis eos ꝑ hoc significare hierarchiā triplicē angelorū,quo constat, ꝙ sufficiens est diuisio hierarchiæ angelicę in tres,eo ꝙ illuminationes a Deo descendentes in hac triplici existunt ꝓportione. Postremò qđ dictū est primā hierarchiā dici epiphaniā, scđā hyperphaniā,tertiā hypophaniā,de diffinitionibus quoq; earū dicendū, ꝙ uerba hæc ficta sunt,& nūq̄ a beatissimo Dion. tradita,aut expressa,nec q̄tū ad sensū,nec q̄tū ad uerba. Thronis nēq; sanctus Dionysius nunq̄ attribuit iudicij libertatē. Principatus quoq; nō posuit in hierarchia scđa,sed tertia Similiter uirtutes nūq̄ posuit in hierarchia tertia,sed scđa. Hinc uerba illa tanq̄ ficta sunt abijcienda. Hęc Albertus in Scripto,& consonant his scripta eius lib. de coequęuis,ubi de his multa inducit,quę breuitati studens omitto. ¶ Ampliùs Vdalricus in Sūma in

S.Dion. Isaiæ 63. Zachar. 1. Daniel. 10 Zachar. 2. Denoīnationes hierarchiarū secundum antiquos, ut supra a Dionysio diuino traditæ non sunt. Vdalricus

lib. 4. Lumen,ait,diuinū,aut recipiṫ in simplicitate, & puritate rōnis luminis ꝑꝑ immediatam eius sucepitonem a Deo,uel recipiṫ compositū,& premixtum cū rōne ptincipij operatiui eorum, quorū notitiam pandit. Primò mō primam constituit hierarchiam,quam ꝑꝑ puritatem rōnis,idest, immediatā luminis huius susceptionē beatus Dionysius nominat æquiformem,q̄uis unus ordo hius hierarchiæ perfectiùs istud participet lumen, q̄ alius. Conformiter est sumendū,ꝙ alios ordines eiusdem hierarchiæ idem sanctus æquiformes appellat, q̄tum ad cōem modum suscepti luminis,non q̄tum ad speciales gradus imperfectiones susceptionis. Nempè quo primæ hierarchiæ chori,ac spiritus immediatius a Deo ꝑducunt,eo copiosiùs,& magis immediatè illuminanṫ ab ipso,atq; donorum capaces sunt diuinorum ſm modum diuinum.& quia ſm capacitatē eorum datæ sunt eius gr̄a,& gloria,ideo immediatè circa Deū consistunt,ueluti in deitatis uestibulis collocati,ut magnus Dion. loquiṫ: ubi occultū Dei ornatū interna familiaritate concernunt ꝑpterea in deificam scientiā prouehunṫ. Vnde lumen sciale eis immissum,in sua q̄tum possibile est permanent puritate,& simplicitatè,non aliam hn̄s rōnem,q̄ rōnem luminis diuini,inquantū diuinum. quod patet per eius effectum. Ita etenim manifestet tribus primis illis ordinibus scientiam Dei de rebus, ꝙ nò mouet eos ad aliqua opera,nisi q̄ īmediatè sunt circa Deum. Substantialiter.n.eis donatum est ēt super,seu ultra illā similitudinem, quam hn̄t ex lumine gratiæ,& gloriæ. Cumq; simile moueaṫ ad id,cui est simile.ideo lucis huius dulcedine semper mouentur in Deum magis,q̄ faciunt ex sola delectatione ueræ,ac substantialis felicitatis. Et quia per lumen hoc conformantur pulchritudini increatæ, quæ (ut diuinus Dionysius fassus est) distributiua proprij luminis ſm uniuscuiusq; capacitatem,ac dignitatē,idcirco prima hæc hierarchia distribuit lumen hoc hierarchiæ secundæ,qa ut asserit sanctus Dionysius,lege deitatis sancitū est,ut secunda reducanṫ in Denm ꝑ prima secundus modus huius luminis,est ex distantia a fonte primo:qa ꝑcedit ab ipo in secundam,ac tertiam hierarchias mediantè prima,ꝑ quam planè distantiam cadit a simplicitate,ac puritate,in quandā compositionē, & permixionē rōnum,ut patet ꝑ eius effectū Nō.n. solum mouet angelos harum hierarchiarū in Deū per scibiles diuinorū operum rationes in Deo manifestatas,sed item ad opera rationum illarum causata instar luminis artificialis, & practici. quod contingit dupliciter. Vel enim hoc lumen a diuina simplitate deficiens, manet in sua uniuersalitate habens uirtutem non limitatam,aut deficit in utroq;, ita quod habent non solam compositionem,sed & uirtutis suæ limitationem Primo modo secundam constituit hierarchiam,cuius omnia nomina sunt nomina potestatis vniuersalis,ut dominationes,uirtus,potestas. Secundò modo secundam constituit, cuius ordines potestatem habent limitatam uel ad unam gentem,aut ad aliquem modum officij, seu ad unam personam. Veruntamen in omnibus his lumen diuinum manet non obumbratum:quia angelicus intellectus,utpote a corpore separatus, est hinc lumini proportionatus. Si uerò hoc lumen sit uelatum,& obūbratum,speculo sensibilium figura rum in sacramentis,atq; figuris & ænigmate mysticarum,ac parabolicarum loquutionū,sic constituit ecclesiasticam hierarciam,ut primo ecclesiasticæ hierarchiæ cap. sacer Dionisius contestaṫ. Nam ut idem S.Dion.

idem primò cælestis hierarchiæ capitulo loquitur, non est posibile aliter nobis radium lucere diuinum, nisi varietate sacrorum velaminũ anagogicè (.i.sursum ductiuè) circum uelatũ. Hæc Vdalricus.

Vdalrici verba q̃ p̃iã obscuritatis p̃ se ferunt.

¶ In cuius verbis obscurũ vr̃, ꝙ asserit angelos primę hierarchię dulcedine lucis hierarchicę moueri in Deum magis, q̃ sola delectatione veræ, ac substantialis felicitatis, utpote p̃mij essentialis. Delectatio namq; essentialis felicitatis, multo intẽsior, præstantiorq; consistit, q̃ dulcedo cuiuscunq; alterius doni creati, sicut & ipsa felicitas excedit cæterа dona. Rursus, hoc lumen, aut est lumen gratiæ, aut lumen gloriæ, cum certum sit ipsum non esse lumen naturæ. Quomodo ergo datum est supra seu vltra similitudinem, quam habet ex lumine gratiæ, aut gloriæ, quasi ipsum non sit gratiæ, aut gloriæ lumen? Si aũt vult dicere, ꝙ dulcendo luminis huius vna cum delectatione essentialis beatitudinis fortius mouet ipsos in deum, q̃ sola delectatio felicitatis, hoc nec difficultatẽ habet nec dubiũ. Confotmiter, ꝙ ait lumen hoc in secunda hierarchia habere virtutem non limitatã, sano indiget intellectu, cũ omne bonũ creatum uirtutis sit limitatę. i. finitę.

Thomas

¶ Præterea Thomas: In angelis, inquit, inuenit triplex distinctio. Vna hierarchiarum ab inuicẽ, secunda ordinum in eadem hierarchia, tertia personarũ eiusdem ordinis. Et quælibet harum distinctionũ, accipitur secundum diuersam proportionem ad diuini luminis receptionem. Diuersitas namq; hierarchiarum, est secundum diuersum modum recipiendi illuminationes diuinas: diuersitas uerò ordinum est ſm actus diuersos ad quos perficit lumẽ diuinum, secũdum perfectus, & minus perfectum: diuersitas autem personarum eiusdem ordinis, est ſm diuersam virtutem in executione actus magis, minus efficaci. Verbi gratia, ecclesiastica hierarchia distinguitur ab angelica in hoc, quòd eclesiastica perficitur lumine diuino per similitudines sẽsibiles uelato, tam in sacramentis, q̃ in scripturarũ metaphoris: angelica verò perficitur lumine simplici absoluto. Cumq; dictus modus communis sit oĩbus ecclesiasticæ hierarchię personis, earum tñ sũt actus diuersi, ſm quos diuersi ordines distinguuntur. Alius enim actus est sacerdotum, alius diaconorum: imò in exercitio cuiuslibet actuum horũ, quidam sunt alijs magis idonei. Verum angeli omnes, quãmuis in hoc modo conueniant, ꝙ sine inquisitionis discursu, & sine figurarum velamine diuinũ recipiunt lumen: nihilominus differunt in hoc, ꝙ quidam eorum recipiunt illud in maiori vniuersalitate, q̃ alij. Propter, quòd superiores dicuntur habere scientiã magis vniuersalẽ, & hoc variari non valet nisi tripliciter. Aut enim cognitionem diuinorum effectuum recipiunt in prima causa vniuersali, & hic ẽ modus primæ ꝓprius hierarchiæ, q̃ proportionata est recipere illuminationes diuinas in ipso fulgore lucis diuinæ. idcirco dicunt circa deũ esse, oẽsq; ordines eius denominantur ab actione, q̃ circa deũ uersat, ut sunt cognoscere, & amare, aut cognoscunt res in vniuersalibus rationibus rerum, q̃ est modus hierarchiæ secundæ. Ideo angeli huius hierarchię cognitionẽ accipiũt à primæ angelis hierarchiæ, in q̃bus sũt formę maximè uniuersales, & nomina sortiunt ab efficacia operandi in rebus: aut noscũt res in rõtionibus proprijs, qui est modus infimæ hiararchię, in quę sunt formę magis particulares, magisq; ꝓportionatę intellectibus nostris, ut illustretur ab eis. Simile horum videri põt in principatu terreno. Ministrorũ quippe, qui sub vno sunt rege, qdã immediatè operantur circa personã regis, vt cubicularij, consiliarij & assessores: & hoc primę hierarchię est cõpetens. Quidam habent officia ad regni regimen in cõi, non deputati huic aut illi prouincię, ut dñi curiæ, principesq; militiæ. iudices quoq; palatij: & his similes sunt angeli hierarchiæ secundæ. Alij deputant, ac præficiuntur ad regimẽ alicuius partis regni, ut præpositi, & baliui, & huiusmodi minores officiati, & his similes sunt angeli tertiæ hierarchiæ. Hæc Thomas in Scripto. Cuius rñsio coincidit cũ responsione Vdalrici, imò vtraq; cum responsione magistri eorum Alberti.

Idẽ Tho.

¶ Deniq; in prima parte, quæst. 108. pleniùs scribit: Hierarchia, ingens, est sacer principatus. In principatu autem sunt duo, videlicet princeps, & multitudo ordinata sub ipso. Cumque Deus sit princeps nõ solum omnium angelorũ, sed etiam hominum, totiusq; creaturæ: hinc non solũ angelorũ vniuersorũ, sed totius quoq; creaturę, q̃ sacrorum particeps esse valet, vna est hierarchia ſm Augustinũ 12. de ciuitate Dei, Vbi duas ponit ciuitates, seu societates, vnã angelorum, hoĩumq; bonorũ, aliam reproborũ. Si verò consideretur principatus ex parte multitudinis ordinatæ sub principe, sic unus principatus vocat, ſm quod multitudo vno, eodẽq; modo, põt principis gubernationem suscipere: & quæ ita nequeunt ab vno principe gubernari, ad diuersos pertinent principatus: quemadmodũ sub vno rege diuersæ sunt ciuitates, quæ diuersis regũtur legibus, ac ministris. Manifestũ est aũt, ꝙ angeli, & hoĩes diuersis modis diuinas illuminationes recipiunt. Angeli quippe in intellectuali puritate, hoĩes verò sub sensibilibus formis eas recipiunt: idcirco distinguitur hierarchia angelica ab humana. Eodẽq; modo in angelis hierarchiæ tres distinguuntur, qm̃ angeli superiores vniuersaliorẽ habent veritatis cognitionẽ, q̃ inferiores. Cuius cognitionis triplex est gradus in angelis. Rõnes etenim rerũ, de quibus angeli illuminant, tripliciter, considerant. Primò ut à Deo vniuersali principio fluunt, q̃ modus primæ cõuenit hierarchiæ. Secundò, prout hmõi rõnes dependẽt ex vniuersalibus causis creatis, & multiplicant. & hic modus secundæ cõuenit hierarchiæ. Tertiò, ꝓut rõnes illæ applicant singularibus rebus, & à ꝓprijs causis depẽdet, q̃ est hierarchię infimę modus. Præterea in vnaquaq; hierarchia, cælesti tres ordines cõtinent. Vna etenim hierarchia est unus principatus. i. una multitudo ordinata sub principe. Non aũt esset multitudo ordinata, sed cõfusa, si in multitudine ordines diuersi non essent. Hinc rõ hierarchię diuersitatẽ ordinum exigit, q̃ diuersitas ꝓpendit ſm diuersa officia, ac varios actus, sicut alius est ordo iudicantiũ, alius laborãtiũ in agris. Cũq; multi sint ordines ciuitatis vnius, oẽs tñ reducuntur, ad tres, ſm quod q̃libet multitudo perfecta hẽt principiũ, & mediũ, ac finem. Sicq; in ciuitatibus triplex est hominũ ordo, videlicet optimãtũ, & inferiorũ, vt est vulgus, ac mediorũ, q̃ honorabiles reputant. Sic & ĩ qualibet hierarchia angelica ordines distinguuntur ſm diuersos actus, atq; officia, & oĩs ista diuersitas ad tria reducit, puta ad summũ, mediũq; & infimũ. Hinc in qualibet hierarchia sanctus Dionysius ponit tres ordines. Præterea si obijciat, qa in ecclesiastica hierarchia distinguunt ordines penes hos actus, q̃ sunt purgare, illuminare, pficere: nã ordo diaconorũ est purgatiuus, sacerdotũ illuminatiuus, eporũ pfectiꝰ, ut 5, hierarchiæ ecclesiasticæ, gloriosus Dion. docet: sed q̃libet angelꝰ purgat, illuminat, & pficit: nõ ergo ẽ distinctio ordinũ in angelis.

Aug. 12. & ciuit. Dei.

Obiectio.

¶ Dicen-

Sfutatio

¶. dicendum, quòd etiam inferior angelus superior est supremo homine ecclesiasticæ hierarchiæ,

Matt. 11.

secundum illud Matthæi: Qui minor est in regno cælorũ, maior ẽ illo, id est, Iohanne baptista ut uiatore. Ideo minimus angelus hierarchiæ cælestis potest non solum purgare, sed etiam illuminare, atq; perficere, etiam eminentiùs, q̃ aliquis ecclesiasticæ hierarchiæ. Idcirco secundum distinctionem actionum istarum ordines cælestes non distinguunt, sed secundum alias differentias actionum, de quibus dicetur. ¶ At uerò ad istud, Vtrum in uno ordine plures sint angeli, sanctus doctor respondet: Qui perfectè cognoscit res aliquas, potest vsque ad minima, naturas, virtutes, & actus earum distinguere: qui autem cognoscit res imperfectè, nequit distinguere nisi in vniuersali, quæ distinctio fit per pauciora: quemadmodum, qui imperfectè naturalia noscit, distinguit corpora in cælestia, & terrena: q̃ autem perfectiùs naturalia nouit, potest corporũ cælestium ordinis assignare diuersos, corpora, quoque inferiora diuersi modis diuidere in plantas, in mineralia, &c. Nos autem angelos, & eorum officia imperfectè cognoscimus, ut 6. cælestis hierarchię capitulo dicitur. Idcirco eorum ordines, & officia distinguere non ualemus nisi in generali, secundũ quem modum multi angeli sub uno ordine continẽtur. Si autem angelorum officia, ac distinctiones perfectè cognosceremus, sciremus, quòd quilibet angelus habet proprium suum officium, ac propriũ ordinem in rebus multo plùs, quàm quælibet stella, quamuis nos lateat. Itaq; specialis distinctio ordinum, & officiorum, secundum quod quilibet angelus proprium habeat officium, ac ordinem, est nobis ignota. Hæc Thomas in prima parte Summæ.

Idẽ Tho.

¶ Insuper de his in Summa contra gentiles libro 3. adhuc profundiùs scribens: Superiores, asserit, inter intellectuales substantias, sicut sunt vniuersaliores uirtutis, ita perfectiùs diuinæ dispositionis notitiam à Deo suscipiũt in hoc, ꝙ usque ad singularia ordinis rationem cognoscunt. Hæc diuinæ ordinationis manifestatio diuinitùs facta, vsque ad ultimas intellectualium, substantiarum personas attingit, iuxta illud Iob. Nunquid est numerus militum eius? & super quem non splendet lumen ipsius? Verum inferior intellectus non in ea perfectione ipsã recipiunt, ꝙ per eam cognoscere queant singula ad ordinem prouidentiæ diuinæ spectantia, quæ ꝓ eos sunt exequenda, sed solum in quadam communitate: & quanto sunt inferiores, tanto per illuminationem à Deo acceptam minus in speciali diuini ordinis cognitionem accipiunt: intantum, ꝙ intellectus humanus, qui infimus est secundum naturalem cognitionem, solum quorundam uniuersalissimorum habet notitiam. Superiores ergo substantiæ intellectuales, de suæ cognitionis eminentia inferioribus tradunt, quemadmodum cognitio discipuli imperfecta, à magistro perficitur. In qualibet demũ prouidentiæ dispositione, ordinatio effectuum ex forma deriuatur agentium. Effectùs namq; à causis suis secundum similitudinem quandam procedunt. Quòd autem agens suæ formæ similitudinem communicet effectibus, est propter aliquem finem.

Iob. 25.

¶ Primum ergo principiorum in dispositione ꝓuidentiæ, est finis secundum formam agentis: secundum, dispositio ordinis effectuum. Sicque supremum in ordine intellectus est, quòd in fine attenditur ratio ordinis: secundum autẽ quòd in forma: tertium uerò, ꝙ ipsa ordinis dispositio cognoscatur in ipsa, non in altiori principio. Hinc ars considerans finem, uocatur achitectonica, id est principalis, & pręceptiua, respectu eius, quæ considerat formam: & quæ considerat formam, respectu eius, quæ considerat solum ordinem motuum, qui ordinantur ad formã. Hęc ibi, quo in loco pleniùs istud prosequitur, ut mox infra tangetur: quia hoc ad distinctionem ordinum inter se spectat. Hæc Thomas, Idem Petrus, cuius scripta de ista materia continentur in dictis.

Richardi responsio.

Responsio quoque Ricardi parum differt ab his, quæ tamen breuiter est tangenda, quoniam confert ad ꝓinducta clariùs intelligenda: Angelica, inquit, hierarchia distinguitur in tres. Quamuis enim omnes angeli sancti Deum immediatè, clareque uideant. ac alia multa in ipso: hoc tamen est magis, & minus clarè, & plenè. Quidam namq; eorũ Deũ contemplantur tam clarè, ꝙ non tantum in ipso cõspiciunt rationes, secũdũ quas Deus de lege communi regit aliquas partes mundi determinare, uniuersumve orbẽ, sed etiam rationes, secundũ, quas regit prædicta secundum leges, quas dispensat ex priuilegio speciali: atque ex taliter conspicientibus prima constituitur hierarchia. Sunt alij, qui quamuis in Deo non conspiciant rationes, secundũ quas regit uniuersum, & determinatas partes ipsius secundum leges, quas priuilegio speciali dispensat, sed rationes huiusmodi eis reuelantur à Deo mediantibus angelis primæ hierarchiæ, quando diuinæ cõplacet uoluntati: attamen in Deo immediatè conspiciunt rationes, quibus regit uniuersum de lege communis & ex illis constituitur hierarchia secunda. sunt alij, qui nec ad primam, nec ad secundam cognitionem pertingunt. nihilominus in Deo immediatè conspiciunt rationes, quibus regit aliquas partes mundi determinatas de lege communi: & ex illis constituta est infima hierarchia. Hæc Richardus.

Dionysi, contra Richardũ.

¶ Qui consequenter exponit distinctionem nouem ordinum angelorum, ut sequenti quæstione patebit. In cuius obscurum videtur, quòd ait angelos infimæ hierarchiæ non noscere rationes, quibus Deus regit uniuersum de lege communi. Vniuersis etenim cælestis curiæ ciues in Deo immediatè intuentur rationem, & ordinem prouidentiæ Dei, qua uniuersum gubernat secundum dictamẽ, atq; censuram sapientiæ, iustitiæ, pietatisq; suæ, ſm tenorem, & cursum legis generalis, ac solitę, ut in vniuersis sua maiestas, perfectio, & gloria resplendeat, ac pateat, ad honorem, & laudem ipsius, sicut, & ipsum agnoscunt ordinẽ uniuersi, quamq̃ hæc oĩa angeli superiores euidentiùs, ac latiùs contemplentur in Deo. Verum de his cum reuerentia, & timore sine incauta assertione est differendum, sicut, & sanctus Dionysius docet esse agendum.

Bonauent.

¶ Præterea Bonauentura: Rationes, ait, quæ induuntur ad partem utranque de isto, an nouem tãtum sint ordines angelorũ. solũ sunt congruitatis, nec autoritates super hoc inueniuntur expressę. Idcirco de hoc opiniones sunt uariæ. Vna, ꝙ quamuis omnes homines assumerentur ad ordines angelorum: non tamen in superna illa Ierusalem essent ordines nisi nouem, ut sic sit expressa configuratio ad supercælestem increatamque hierarchiam, quę in summa trinitate consistit. Et quamuis angeli non peccassent, tñ ad eorũ ordines homines fuissẽt assumpti, sicut & nunc assumuntur. Sed in hoc differẽtia est, ꝙ tunc illa assũptio esset hominum beatificatio tñ, non reparatio ruinæ angelicæ, quem ad-

Opinio 1.

Hoĩes ad ordines angelorũ assũpti fuissent et si nõ peccassent angeli.

modum

modum modo est. Nec obstat si de beatissima virgine obijciatur, ꝙ ipsa est super oẽs choros, & ordines angelorum sublimata. ergo per se constituet ordinem, qm̃ sicut speciale priuilegium non est reducendum ad legem communẽ: sic singularis prærogatiua, q̃ est in sacrat sima virgine, non est numenda cum ordinum distinctionẽ. quæ est ſm legem cõem: & ista opinio satis uſ probabilis. ¶ Veruntamẽ, qm̃ auctoritas euangelij uocans hominẽ decimam dragmam, vſ aliud insinuare, qd̃ & Anselmus in libro de casu diaboli vſ sentire, apparet alijs magis probabile, ꝙ homines per se constituãt ordinem vnum, quem nominãt decimum respectu nouem ordinum angelorum. Non autem decet, vt dicunt, ꝙ homines ad angelorum ordinis assumantur, nisi qui angelis in uita hac similes extiterunt, ut pote virgines, ex quibus solis dicunt angelicam instaurari ruinam, eo ꝙ angelis multum cognata existat virginitas. Sed ista opinio non uidetur conueniens: tum, quia per decimam dragmam non solum corrupti, sed & uirgines designantur: tum, qm̃ multi carne corrupti, vt Petrus apostolus, & Maria Magdalena, multis sanctis utriusq; sexus virginibus sine dubio sunt maiores, feliciores, & sanctiores. Hinc tertia extat opinio, ꝙ vltra nouem ordines angelorũ addetur decimus ordo ex his, q̃ in hac vita ad tantam meritorum excellentiam non venerunt, ut ad angelorũ ordines exaltẽtur, sed meritis Christi saluati decimum tenent gradum. Et ista positio apparet probabilis. tum, ꝓꝓ imperfectionem meritorum plurium in hac vita: tum, ꝓꝓ perfectionem denarij, in quo maxima consistit numeralis perfectio, tum ꝓꝓ decimationis significationem, & ꝓꝓ decimæ dragmæ inuentionem. idcirco hanc possumus sustinere. Si autem obijciatur, ꝙ quilibet ordo cælestis in aliqua continetur hierarchia. decimus aũt ordo in nulla, ergo non est dicendum, ꝙ sicut præter angelicam hierarchiam nunc ponitur ecclesiastica hierarchia, sic præter tres illas angelicas hierarchiar erit decimus ille ordo, & erit saluatio in decimo gradu illo similitudinẽ rationis ordinis, ac hierarchiæ, hierarchiæ inquam, per comparationẽ ipsorum ad inuicem, qm̃ non habebũt omnimodã ęqualitatem: & ordinis, per comparationem ad ordines superoires. Hæc Bonauentura, & de hac re pleniùs infra dicetur, ubi quæretur, an homines ad angelorum ordines assumantur.

aliaopinio

Vltima opinio.

Obiectiõis cõfutatib.

¶ Porro Antisiodorensis in Summa sua lib. 2. cõscribit ea, quę Albertus imputat ei, & Præpositiuo, quæ tamen Antisiodorensis ex uerbis S. Dionysij asserit elici, quantum ad triplicem illam distinctionẽ. Sed de usu nominũ non est superfluè contendum. Scribit & alia quædam de ordinum distinctione, quæ paulo post sunt tangenda.

Antisiod.

¶ Insuper Gulielmus secunda parte de vniuerso: Tempore, inquit, adolescentiæ cum de sacris istis principatibus, atq; ordinibus cogitarem, incidit mihi cogitatio de regno terreno benè ordinato, ac decenter dispositio, & de familia regia. & uisum ẽ mihi, ꝙ proximi, lateralesq; regis constituere debent tres ordines hominum, quos oportet indesinenter ac lateraliter asistere regi. Primus est amantissimorum, id est, maximè regem amantiũ, & amore ipsius super omnes feruentium. ¶ Consuetudo etenim regum est omnium, ut uelint habere, & habeant iuxta se quosdam proximos, quos sibi fidelissimos, & amantissimos credunt.

Gulielm.

Tres ordines hoim circa principẽ terrenum.

¶ Secundus est ordo sapientium, quo ordine nihil conuenientiùs nilque decentius regi, cum & sapientia summa testetur: Per me reges regnat. 3.

¶ Tertiùs ordo est iudicum, qui iura cuilibet reddant, & controuersias litesque dirimant.

¶ Quartus ordo est excellentissimorum, honorabiliumque magnatum, ut sunt proceres, & barones, in quibus consistit magna pars fortitudinis regni. 4. ¶ Quintùs est ordo præsidum prouinciarum. 5.6. ¶ Sextùs ducum, & legionum, ut sunt instructores bellorum, & capitanei acierum. 7.

¶ Septimus centurionum, qui uindictas, atque iustitias exequuntur.

¶ Octauus nũciorum magnorum, qui legati nocantur, qui magna, & alijs non sinuanda denunciãt his, quibus rex iusserit nunciandum. 8. ¶ Nonus, & infimus ordo. 9. est nunciorum minorum per totum discurrentium regnum, siue equitum, siue peditum. Nec numero cocos in ista regali familia. q̃a nec regni necessitas, nec decor eius aut gloria, sed potiùs deliciositas noxia ipsorum ministeria exquisiuit. ¶ Idem de pincernis, cubicularijs, ac thesaurarijs dico, quorum superfluitati causam dederunt, voluptas, curiositas, & cupido, cum longe minori apparatu, & cura possit regibus ministrari, regnaque gubernari. Et tunc benè erat rebus humanis, dum à delicijs, & immoderatis diuitijs, ac uanis honoribus reges se abstrahebant, ut quidam ait Philosophus, utcũ philosophi regnauerũt, & reges philosophabantur. Cum ergo hic numerus, & ista dispositio regni terreni decentissima sit, & omnis pulchritudo, decor, ac condecentia regni terreni exẽplum sit, & imago, atq; expressio quædam decoris, ac eminentiæ regni illius superni, ac summi: decet in regno illo esse nouem ordines angelorum deseruiẽt à creatori, incomparabiliter venustissimos, & exemplares omnis alterius regni ritè dispositi. Vñ, & ecclesia militans instar triumphantis fertur disposita. Itaque ordo ille primus in regno regis terreni, uidelicet amatissimorum regis, & feruentissimorum in eius amore, proportionabiliter assimilatur ordini seraphin: & ordo secũdus sapientum, ordini cherubin: tertius ordo iudicum, ordini thronorum quartus ordo excellentissimorum honorabiliùmque magnatum, ordini dominationum, in quibus potissimè relucet supereminentissima dominatio creatoris, quemadmodùm in gloria, & potestate magnatum, potentia regni terreni unde barones à fortitudine nomen sortiti sunt. Ordo quintus præsidum prouinciarum, ordini principatuum. Ordo sextus ducum principumq; militiæ, ordini potestatum. Septimus ordo centurionum, ordini uirtutum. Octauùs legatorum, ordini archangelòrum. Nonus nunciorum minorum, ordini assimilatur angelorum sanctorum. Theologi autem nũc officium faciendi miracula ordini asscribunt uirtutum, quoniam uirtus, & omnipotentia dei in miraculis magis relucere uidetur. Possunt quoquè ista declarari in spiritali regno ecclesiæ, in quo pontifex summus est quasi loco, ac uice dei altissimi. Cui pontifici iugiter asistere debent tres ordines clericorum. Quorum primùs instar seraphin debet esse feruentissimùs in amore: secundus, ad similitudinem cherubin, sapientissimus in rebus debet diuinis consistere: tertiùs, tanquam throni, iura spiritualia, & leges ecclesiasticas exhibere, ut pontifex summus, ut in eorum iudicijs quietem inueniat. Et hæc trium ordinum horum hierarchia, est sacer cardinalium cœtus. Dominationibus patriarchæ, seu primates assimilanẽ, Principatibꝰ archiepiscopi, seu metropolitani. Potestatibꝰ episcopi

Nota lector.

Denouem ordinibus angelorũ summo regi asistẽtium.

scopi, Virtutibus archidiaconi, Archangelis archipresbyteri, Angelis presbyteri correspõdent, iuxta illud Malachiæ. Sacerdos angelus domini exercituum est. Cumque omnis ordinatio, & omnis pulchritudo ordinationis in omni regno terreno, tam spiritualis, quàm seculari, exemplum sit, similitudo, ac relucentia, signumque pulchritudinis illius summi, ac nobilissimi regni, manifestum est huiusmodi pulchritudinem nouenariæ ordinationis, noniformisque ordinis, quamuis in comparabiliter pulchriorẽ in angelicis esse spiritibus. Hæc Gulielmus.

Malac. 2.

Adprimũ.

¶ Ad primum ergo dicendũ, ꝙ ea, quę primo simplicissimo enti propinquiora sunt, ei quoq; similiora. quantum ad hoc, ꝙ unũquodq; eorũ in sua natura est ei similius in simplicitate essentiæ, & naturali uigore, non autem in cæteris oĩbus, quę ei cõueniunt per respectum, & nexum ad alios. ¶ Ad ſm, ꝙ angeli eiusdem ordinis sunt in quadam distinctione, non tã ram grandi, quæ ordinis diuersitatẽ inducat, cum non pariat diuersum modum accipiendi de super illuminationes diuinis. ¶ Ad tertiũ, ꝙ in angelis est ordinatissima subalternatio specierum. & quantum ad hoc, angelus supremus ordinis inferioris, similior est angelo infimo ordinis superioris, q̃ angelo infimo proprij ordinis. ¶ Verumtamen in angelicis spiritibus est gradus quidã permixtionis actus, atq; potentiæ, qui in angelicis mentibus paulatim intantum descendit, ꝙ in aliquo spiritu angelico est causa seu ratio, ꝙ in ipso incipit distinctus, specialisq; modus recipiendi cognitionem à Deo, quæ diuersifica io iuxta phabita parit ordinis angelici certam distinctionem. ¶ Ad quartum, ꝙ aliqui impares numeri præcipuę sunt perfectionis, ut tria, septem, ac nouem. ¶ Ad autoritatẽ verò euangelij introductam, est data responsio.

2

3

4

QVAESTIO III.

Tertiò *quæritur de ordinum distinctione appellatione & proprietate.* ¶ Et uidetur, quòd non distinguantur ab inuicem. Primò, quoniam omniũ ordinum spiritus supernorum, angeli appellantur, itemque uirtutes. Secundò, quia in deitatis amore omnes inæstimabiliter ardent. & sic omnes potuerunt seraphin appellari, sic & omnes sapientiali fulgent splendore præcipuo. sicque cherubin sunt uocandi. Sed, & tantæ sunt tranquilitatis, ut in eis dominus residere, & quiescere affirmetur. & sic throni sunt nuncupandi. Multa cõsimilia possent argumenta formari, quorum solutio ex declaratione quæstionis patebit.

Bonauent.

¶ Ad hæc Bonauentura respondet: Angeli nominari possunt per ea, quæ eis sunt naturalia, & item per ea, q̃ sunt in eis gratuita, atque ab his, quæ sũt eis quodammodo naturalia, & quodammodo gratuita. Cumque eorum natura nobis nõinnotescat in singulari, sed in cõmuni, idcirco dum denominantur per naturalia, habent nominari nominibus communibus sumptis ab eorum natura, & forma: & hoc dupliciter, vel à communi remoto, & ita uocantur cælestes essentiæ, uel à communi propinquo, & sic dicuntur cælestes spiritibus, cælestesque intellectus, & mentes. Si uerò nominentur secundum dona grauita, sic quia in ipsi differenter. habent statum & gradum, & per consequens distinctionem. sic per illa habent ordines nominari nominibus proprijs, proprijs inquam, uel respectu dæmonum, uel respectu ordinum aliorum, sicut dicuntur throni, & seraphin, quę nomina solis conueniunt angelis bonis. Porro si denominatio sumatur ab his, quæ secundum unam acceptionẽ sunt naturalia, secundum aliam grauita, sic nominã possunt esse communia, & propria. Communia inquam bonis, & malis, ac propria bonis, ut principatus, & potestates: quæ si dicantur à naturali proprietate, conueniunt angelis, atque dæmonibus: si uerò à dono grauito, conueniũt sanctis spiritibus. Vel communia cunctis ordinibus, propria autem quibusdam, ut angeli, & uirtutes. Si enim dicantur à naturalibus donis, ut à lympiditate scientiæ, & fortitudine potentiæ: sic quia hæc, duo insunt oĩbus illis substantijs, omnes appellari queunt angeli, ac uirtutes, ut pote habiles ad reuellandum, & fortes ad operandum. Quòd si dicanẽ à dono gratiæ secundum, quòd sunt ad ista officia specialiter deputati, videlicet ad mysteria reuelanda, & ad miracula facienda, sic sunt quorundam nomina propria. Itaq; denominatio angelorum, quantũ ad nomina singulis ordinibus propria, sumpta est à donis gratiarum ſm diuersos status, & gradus, in quibus distinguuntur, & ordinantur, ut dictum est. At uerò in modo accipiendi hæc nomina, sunt tria cõsideranda. Primum, quod unum est digniùs altero, quemadmodum charitas præminet cæteris. Secundum, ꝙ ordo superior in omnibus excellit inferiores. Tertium, quòd denominatio fieri debet à digniori. Cumq; nouem sint statutus, in quibus ordines angelici habẽt disponi secundum differentem gratuitorum præcellentiam. ordo supremus uẽdicat sibi nomen à dignissimo dono, ac statu, ordoq; sequens à statu, & dono magis accedente ad primum. & hoc est plenitudo scientię. Sicque de alijs, descendendo usque ad infimum. Hinc in denominatione consideratur duplex excessus, ut pote doni ad donum, & ordinis ad ordinẽ. quod Gregorius innuit, dicens: Vnusquisq; ordo eius rei censet nomi me, quam plenùs accepit in munere. Pleniùs in quam respectu inferiorum, nisi donum tantæ sit dignitatis, quod ab ipso denominetur aliquis ordinum superiorum. Nã ordo cherubin plenius accepit charitatem, quàm aliquis ordinum inferiorũ: non tamen denominantur ab ea, quia cum sit excellentissimum donum excellentissimo ordini appropriatur. Nomen uerò throni sumptum est ex Daniele, quo narratur: Throni positi sunt. Et qd̃ ait Gregorius, ordinem esse denominandũ ab eo, qd̃ plenius accepit, non est intelligendum de oĩeo, quod pleniùs accepit, sed es de pleniùs accepto, atque dignissimo, præsertim si ordo existat dignissimus: & si ordo immediatè sit sequens illum, denominãdus est ab eo, quod immediatè sequitur donum præcellentissimum illud, sicque deinceps, descendendo vsque ad infimum. Veruntamen infimus ordo nomen sortitur ab infimo, non quia id possidet pleniùs, sed cũ alij denominati sint ab eo, quod pleniùs possident, id consequutum est, ut infimus ordo dominetur ab infimo dono. ¶ Si autem, quis instet, quod sapientia est excellentissimum donum: ergo cherubin, qui à sapientiæ eminentia nomen sumpsit, supremus est ordo. ¶ Dicendum, quòd sapientia, ut est donum, dicitur à sapore, non à scire, & ita charitatem includit. Sapientia uerò, seu scientia à qua seraphin nuncupatur, designat Dei cognitionem, quæ ordinatur ab affectione: & quamuis sit præclarissima, quędam notitia, non tamen tam digna, vt sapientia, quæ dicitur à sapore. Hæc Bonauentura.

Adprimũ.

Tria cõsiderãda circa angelorũ denominationem.

Gregorius.

Dan 7.

Gregorius.

Sapientia vindicatur.

¶ Præterea Thomas: Ordinum, inquit, primæ hierarchiæ accipi potest numerus, atq; distinctio ſm tres actus fruitionis, qbus anima beatificè conrũgitur

Thomas De hierarchia & ordinib. angelorum.

tur Deo, & fruitur eo. Quorum vnus est comprehendere seu tenere, quo cõpletur memoria: & iuxta hoc accipitur ordo thronorum, quia in eis residet Deus, & quiescit, dum ipsos in se quiescere facit Alius est videre, quo perficitur intellectus. & ſm hoc accipittur ordo cherubin, qui interpretaſ plenitudo ſcientiæ. ¶ Alius actus eſt amare, quo perficitur uoluntas, & ſm hunc accipitur ordo ſeraphin, qui interpretatur ardentes ſeu incendentes. Et quia in hoc actu completisſima vnio eſt ad Deum, eo quòd amor facit interiora penetrare amati, ideo ſeraphin eſt primus, cherubin ſecundus propter vnitatem aſſimilationis, in qua ſcientia completur in actu. Tertiùs autem thronorũ, qa in ſesſione importatur unio ſm contractum. Ordinũ demũ ſcdæ hierarchiæ numerus, atq; diuiſio, ſic accipi poteſt. Bonum regni ſeu cõitatis conſiſtit in hoc, quod ipſum bonum commune ordinatè, ac pacificè diſpenſetur. Hicque ordo pacis per tria diſponitur, uno videlicet ſententiante, quid vnicuique debeatur: & ad hoc inſtitutus eſt ordo poteſtatum, quæ dicuntur arcere aèreas poteſtates. qui tamen non eſt ultimus finis, ſed quietem, & vtilitatem bonorum diſpenſare, ſeu exhibere, quemadmodum poteſtas ſecularis ſuſpendit latronem propter rei publicę pacem. Sententia quoque debet efficax eſſe, & recta. Ad hoc autem, quòd ſit efficax, indiget ſæpe aliquo adiuuante, & propugnante, ut nihil ſit impoſsibile exequi, quod per ſententiam determinantur. ad qđ eſt ordo uirtutum, qui attingit ultimum in oĩbus difficilibus operandis, & ad miniſteria diuina ſpectantibus. Hinc attribuitur eis miracula facere, qm̃ obuiare, ac prẽualere legibus naturæ arduiſsimũ eſt. ¶ Ad hoc uerò quod ſententia recta ſit, indiget aliquo dirigente, ac imperante, ad quod dominationum pertinet ordo. ideo ſupremus eſt in hierarchia ſecũda, quia ab ipſis dirigitur, ac iubetur, quicquid in diuinis miniſterijs per angelos agitur. Poſt quem eſt proximè ordo virtutum, à quibus actio poteſtatum, quæ ſunt tertius ordo, efficaciam habet: ſicut & reges ſeculares oportet eſſe armatos, ut uim habeant coactiuam. ¶ Ordinum inſuper tertiæ hierarchiæ numerus, atque diſtinctio ſic ſumitur: Nempe cum poteſtatem habeant limitatam, oportet, quòd actus eorum limitentur vel ad unam prouinciam vel ad hominem unum. Si ad vnã prouinciam, ſic eſt principatuum ordo, ut princeps Perſarum, qui præfuit Perſis, de quo Daniel ſcribit.

Dan. 10. Si uerò limitetur ad hominem unum, aut hoc eſt de his, quę ad ipſum pertinent ſolum, & ita eſt ordo angelorum: aut de his, quę pertinent ad bonum multorum, quæ per actum unius explentur perſonæ. & adhoc eſt ordo archangelorum, quemadmodum Gabriel nunciauit natiuitatem Chriſti, atque Iohannis Hinc dicuntur nunciare maiora. Verum numerus eorum, qui in uno ſunt ordine, ignotus eſt nobis. ¶ In eccleſiaſtica uerò hierarchia exiſtũt tres ordines, ut ſanctus Dionyſius tradit, qui diſtinguuntur ſecundum tres actiones hierarchicas: quoniam inferiorum miniſtrorum eſt purgare, ſacerdotum illuminare pariter, & purgare, epiſcorum perficere. Sed talis diſtinctio non poteſt in hierarchia eſſe cæleſti, quoniam ordo minimus angelorum, ſuperior eſt ſupremo noſtræ hierarchiæ ordine. Vnde poteſt purgare, illuminare, & item perficere, Si autem his obijciatur, quod Gregorius ponit ordinem uirtutum primum tertiæ hierarchiæ, ordinem verò principatuum medium hierarchiæ ſecundæ: beatus autem, ac diuinus Dionyſius

Lucę. 1.

Obiectio.

conuerſo: dicendum, quod ordinatio ſancti Dionyſius eſt rationabilior, quia diſtinguit ſecundam hierarchiam à tertia penes vniuerſale, & particulare: ideo uirtutes ponit in hierarchia ſecunda, principatus in tertia. Gregorius uerò non multum intendit ordines diſtinctim, ac proprie ordinare, ſed potius numerare. Nihilominus ordinatio illa Gregorij accipi poteſt ſecundum actus exteriores, & ſecundum conformitatem ad eccleſiaſticam hierarchiam, in qua prælationem habentes ſunt ſupra priuatas perſonas; ideo in ſecunda hierarchia ordinat illos, quorum nomina prælationem deſignant ſeu prælationis officium, utpote dominationes, principatus, & poteſtates. In tertia uerò, ordines quorum actus ſunt priuatarum etiam perſonarum, ut mirabilia facere, quod eſt uirtutum, & nunciare maiora atque minora. Hæc Thomas in Scripto. Thomas.

¶ Præterea de nominibus ſeu appellationibus angelorum, ſcribit ibidem: Circa nominationes ordinum eſt penſandum, quòd ſicut ordo ſeraphin eſt altior, ita à perfectiori denominantur: & quamuis ea, quæ ſunt ſuperiorum, ab inferioribus, quodammodo participentur: & quæ inferiorum ſunt, à ſuperioribus uirtualitet habeantur: non tamen nomina debent eſſe confuſa, ſed diſtincta. Ad hoc quippe, quòd nomen aliquod propriè rem deſignet, quo requiruntur. Primum, ut id, quod ſignificatur per nomen, habeatur perfectè ſecundum actum completum.

¶ Secundum, ut ſit vltima eius perfectio: quoniam omnis determinatio eſt à forma, quæ dat eſſe, & uirtutem ſeu principium operationis, atque à digniori, ſicut in homine eſt quædam participatio intellectus. ſed quia non habet actum plenum intelligendi: quoniam in principio ſui ſine diſcurſu, & inquiſitione intelligere nequit, idcirco in ordine intellectu alium ſubſtantiarum non ponitur propriè. Similiter quamuis habeat ſenſum completisſimè reſpectu animalium vniuerſorum, quoniam tamen ſentire non eſt ultimata perfecti eius, non ponitur homo in ordine ſenſitiuorum, ſed in ordine rationalium, quia rationis actum habet plenariè. Eſtque actus eius inquantum eſt homo, ſecundum hoc dico, quod donum angelorum ſuperiorum eſt in inferioribus ſecundum quandam participationem, non ſecundum actum copletum. Idcirco ab illo nequeunt nominari. Econtrario dona inferiorum ſunt in ſuperioribus eminentiùs, quàm in inferioribus, ſed in illis actibus non eſt ſuperiorum ultimum complementum. Hinc ab illis non nominantur proprio nomine. Hinc dicuntur ſibi in nominibus cedere, ut ſcilicet ordo ſuperior ab excellentiori ſuo actu nomen proprium ſortiatur. Denique principatus prout in diffinitione ponitur hierarchiæ, & ut eſt proprium nomen chori ſeu ordinis, diuerſimode iuxta prædhabita ſumitur. Omnes quoque angelici ſpiritur, angeli appellantur. Etenim nomen angeli manifeſtationem importat, cum angelus nunciùs nuncupetur. Vnde eſſe manifeſtatiuum ſimpliciter competit cunctis ordinibus, inquantum ſecundum deſcenſum ordinum, lumen intellectuale in eis eſt numerus ſimplex magisque proportionatum intellectui ſequentium. Principat⁹ vt ꝓpriũ nomẽ chori, diuerſimode ſumitur.

Ideo decimo cæleſtis hierarchiæ capitulo ſanctus Dionyſius ait: Semper inferior angelus ſuperiorem manifeſtat omnibus ſub ſe ordinatis. Itaque eſſe manifeſtaſtatiuum omnium ſuperiorum nobis eſt ultimo ordinis. Hinc ultimum ordinem angelorũ, nomine angeli deſignamus, alijs ordinibus S. Dionys.

dinibus nominatis ab his, quæ altioren modum nũciandi, aut manifeſtandi deſignant. Sicque angelus eſt nomen naturæ, quia conditionem naturæ exprimit, Si autem nunciare dicatur ſecundum exterius miniſterium, qnod exercent, ſic angelus eſt nomen officij, non naturę ſm Gregorium. Nomen quoq; uirtutis prout eſt nomen cõe cunctis ordinibus, dicit uim ſeu efficaciam conſequentem naturam. Quomodo aũt ſit propriũ nomẽ ordinis ſpecialis, expreſſum eſt. Sed, & ſeraphim nõ dicunt̃ in cẽdentes directè in alijs habitũ charitatis, ſed qa illud minant de his, quę ad charitatis ſpectant feruorem. Præterea nomina illa ordinũ ſuperiorum non ſumuntur ſimpliciter ab actibus fruitionis, ſed ab excellentia eorũdem, quæ ſolũ in ſuperioribus reperiť, quãuis fruitio cõis ſit oĩbus. Non enim ſeraphim dicunt̃ amantes, ſed ardentes, in quo conſummatio charitatis exprimitur. Similiter cherubim nõ dicuntur ſimpliciter uidentes ſiue ſcientes, ſed pleni ſcientia, Sicq; habere ſcientiam, non oĩbus eſt cõmune. Hoc quoq; ſciendum, ꝓ nomina iſta, prout terminantur in in, vt cherubin, & ſeraphin, ſunt generis neutri pluralis numeri, & ponunt̃ pro toto ordinis unius collegio: ſed vt terminant̃ in im, ut cherubim, ſunt generis maſculini numeriq; pluralis, & ponunt̃ pro pluribus ordinis unius ꝑſonis. Cerub uerò, & ſeraph ſingularis ſũt numeri, & generis maſculini, & deſignãt ꝑſonã illorũ ordinũ vnã Hęc ibi.

Gregori⁹.

¶ Inſuper in prima parte, quæſtione 108. In nominatione, inquit, ordinũ angelorum oportet attẽdere, ꝓ propria nomina ſingulorum ordinum ꝓprietates eorum ſignificant, ut 7. cæleſtis hierarchię capitulo diuinus Dionyſius loquitur. Ad uidendũ demũ, quæ ſit proprietas cuiusſlibet ordinis, oportet aduertere, ꝓ in rebus ordinatis aliquod poteſt tripliciter eſſe, puta per proprietatem, per exceſsũ, & per participationem. Per proprietatem eſt aliqd in re, quod adæquatur, & proportionatur naturæ ipſius. Per exceſſum, dum quod attribuitur rei, eſt minus, quàm id cui attribuitur: attn̄ aſſcribitur ei per exceſſum, ut dictum eſt de cunctis nominibus, quæ deo attribuuntur. Per participationem autem, dum id, quod alicui attribuitur, non plenè in eo inuenitur, ſed deficienter, ſicut homines ſancti dicuntur dij. Si ergo, quid debeat nominari nomine deſignante proprietatem ipſius, non debet denominari ab eo, quod imperfectè participat, neq; ab eo, quod excedenter habet, ſed ab eo, quod ſibi eſt cõquatum: uelut ſiquis uelit hominem propriè nominare, uocabit eum ſubſtantiam rationalem, nõ ſubſtantiam intellectualem, quod eſt proprium angeli nomen, quia ſimpliciter intelligentia conuenit angelo per proprietatem, homini per participationem: ſic in ordinibus angelorum, omnes ſpirituales perfectiones cunctis angeli ſunt communes, oĩs quę abundantiùs exiſtunt in ſuperioribus. Cumq; in perfectionibus ipſi ſit gradus ſuperior, perfectio ſuperiori attribuitur ordini per proprietatem inferiori per participationem. Econuerſo inferior attribuitur inferiori per proprietatem, ſuperiori per exceſſum: Sicque beatus Dionyſius exponit ordinum nomina ſecundum conſequentiam ad ſpirituales perfectiones eorum. Gregorius uerò in expoſitione nominũ horum magis attendiſſe uideť miniſteria exteriora: dicit namque angeli nuncupantur, qui minima nunciant: archangeli uerò, qui ſũma: uirtutes, per quos miracula fiunt: poteſtates, ꝓbus aduerſariæ poteſtates debellant: principatus, qui bonis quoq; preſunt ſpiritibus. Hæc in Sũma. Idẽ Tho.

¶ Amplius in Summa contra gentiles 3. libro affirmat: Inter intellectus illos, qui immediatè in deo perfectam cognitionem ordinis prouidentiæ diuinæ percipiunt, quidam eſt ordo: quia ſupremi, & primi ordinis ſpũs, accipiunt prouidentiæ rationẽ in ultimo fine, qui eſt bonitas dei. Quidam tamen eorum clariùs alijs, qui ſeraphin appellantur. quo nomine ſecundum beatum Dionyſium 6. cap. hierarchiæ cæleſtis, deſignatur eorum mobilitas circa diuina feruens, & inflexibilis, & reductio inferiorũ in Deum ſicut in finẽ. Secundi autem ordinis ſpũs, rationem ordinis prouidentiæ in ipſa forma diuina perfecte cognoſcunt, & hi cherubim nominantur. Scientia namque per ipſius ſcibilis formam perficitur. Hinc diuinus Dionyſius proteſtatur, ꝓ nominatio illa ſignificat, quòd ſunt cõtemplatiui diuinę pulchritudinis in prima operatrice uirtute. Tertij uerò diſpoſitionem diuinorum iudiciorum in ſeipſa conſiderant, & hi throni dicuntur. Per thronũ namque iudiciaria deſignatur poteſtas, ſecundum illud. Sedes ſuper thronum, qui iudicas ęquitatem. Vnde ſecundum Dionyſiun hac appellatione inſinuatur, ꝓ ſunt deiferi, & ad oĩs diuinas ſuſceptiones familiariter apti. Nec iſta ſunt ita intelligenda, quæſi aliud ſit diuina bonitas, aliud diuina eſſentia, aliud diuina ſcientia, diſpoſitionem continens rerum: ſed ꝓ ſecundum hæc eſt alia, & alia conſideratio eius. Inter ipſos quoque inferiores ſpiritus, ꝓ per ſpũs ſuperiores conſequuntur perfectam cognitionem diuini ordinis per eos exequendi, ẽ differentia Nam qui inter eos ſunt altioris virtutis, ẽt ſunt uniuerſaliores in cognoſcendo, unde cognitionem ordinis prouidentiæ in principijs, & cauſis magis uniuerſalibus adipiſcuntur. In ſeriores uerò in cauſis magis particularibus. Altioris etenim intellectus eſſet homo, qui ordinem omnium naturalium conſiderare poſſet in corporibus cęleſtibus, quàm qui ultra hoc indiget ad perfectam naturalium cognitionem habendam ad inferiora cõſpicere. Illi ergo, qui in cauſis uniuerſalibus, quæ medię ſunt inter Deum, & cauſas particulares, poſſunt ordinem prouidentiæ perfectè cognoſcere, medij ſũt inter illos, qui in ipſo Deo rationem prædicti ordinis conſiderare ſufficiunt: & eos, qui in cauſis particularibus neceſſe habent rationem ordinis huius cõſiderare, & hi à B. Dionyſio in media hierarchia ponuntur, quæ ſicut à ſuprema dirigitur, ſic in finẽ dirigit, ut 8. cæleſtis hierarchiæ capitulo dicitur. Denique inter ſubſtantias huius mediæ hierarchiæ ordinem oportet conſiſtere: quoniam uniuerſalis prouidentiæ diſpoſitio diſtribuitur, primo quidem in multos executores, quod fit per ordinem dominationum. Dominorum quippe eſt pręcipere quid alij exequantur. Hinc 8. cæleſtis hierarchiæ cap. fertur, ꝓ nomẽ dominationis deſignat quandam anagogen. i. ſuperductionem, ſuperpoſitam omni ſeruituti indignæ. Scd̃ò, ab operãte, & exequẽte diſtribuit, & multiplicatur ad diuerſos effectus, ꝓ per ordinẽ fit uirtutũ: quarum nomẽ ſm diuinum Dionyſium deſignat fortem uirilitatẽ in oĩs operationes diuinas, non relinquentem ob ſui imbecillitatem motum aliquẽ deiformẽ, quo conſtat, ꝓ principium uniuerſalis operationis ad hunc ordinem pertinet. Vnde uidetur, ꝓ ad ordinem iſtum pertineant motus cæleſtium corporum, ex quibus tanquam ex uniuerſalibus cauſis ſequuntur in natura particulares effectus. Ideo virtutes cælorum uocantur apud Lucam, ad quas etiam pertinet facere ea, quę pręter naturę ordinem fiunt. Idem. Seraphim Cherubim S. Dionys. Pſal 9. Throni. Lucæ. 21.

Tertiò, vniuersalis ordo in effectibus iam constitu-
tus, inconfusus custoditur, dum ea, quæ eum pos-
sent impedire, arcentur: quòd ad ordinem pertinet
potestatum, quę secundùm Dionysiũ imponitat be-
ne ornatam, & inconfusam circa diuinas suscep-
tionem. Porro infimi inter intellectuales substan-
tias sunt, qui ordinem diuinæ prouidentiæ in par-
ticularibus causis cognoscibilem diuinitus accipi-
unt, & hi immediate rebus præponuntur humanis,
per quas intelliguntur omnes inferiores naturæ, &
causæ particulares, quæ ad hominem ordinantur,
& inter hos spiritùs ordo est, Nẽpe in rebus huma-
nis est quoddam bonum cõmune, quod est bonum
[principat⁹] ciuitatis, aut gentis, quòd vr̃ ad principatuũ ordi-
nẽ pertinere: quòd nomen, vt sanctus Dionysius do
[Dan. 10.] cet, designat quoddã dñium cum ordine sacro: pro
pter quod in Daniele fit mẽtio de Michaele princi-
pe Iudæorum, de principe quoq; Persarum, atque
Grecorũ. Sicq; dispositio regnorũ, & mutatio dña-
tionis de gente in gentẽ, ad ministeriũ ordinis per-
tinere vr̃: ad quem ẽt ordinẽ pertinere vr̃ instructio
principum de his, quæ ad ministrationem regimi-
nis pertinent eorundẽ. Aliud est bonũ humanũ ad
vnum pertinens, non tñ uni soli vtile: sed multis, ut
quæ ab oĩbus, & singulis credenda sunt, & seruan-
da. & hoc nũciare, & exhibere ad archangelos spe-
ctat. Aliud est bonũ humanũ, ad vnumquẽq; singu-
lariter pertinens, ꝙ nũciare, prouocare, & custodi-
re, ad angelos ꝑtinet, q̃ custodes sunt hominũ sin-
[Gregori⁹] gulorum. Gregorius aũt (ut patuit principatus in
media statuit hierarchia & tã sũa, q̃ beati Dionysij
positio ex verbis Apostoli habet auctoritatem. Nam
ad Colossenses primò loquutus est: Siue throni, siue
dñationes, siue principatus, siue potestates. Vbi pri
[Eph. 1.] cipatus inter dñationes, & potestates constituit. Ad
Ephesios verò differuit: Constituens illum, videli-
cet Deus pater Chr̃m, super omnem principatũ, &
potestatẽ, & virtutẽ. Hęc Thomas ĩ Sũma pallegata.
[Petrus.] ¶ Concordat Petrus, nisi ꝙ iuxta distinctionẽ ex
Bonauentura inductã, ordini principatuũ attribuit
pesse principib⁹: archãgelis verò, regnis seu gẽtib⁹.
[Richard⁹.] ¶ Richardus aũt: Oẽs, ait, ordines angelorũ me-
diatè, aut immediate ministrant. Etenim diuina pro-
uidentia supremũ ordinem seraphin deputauit ad
ministrandum ea, quæ uoluntatẽ disponunt ad di-
uinæ dilectionis incendium, Ordinem verò cheru-
bin ordinauit ad ministrandum ea, quæ disponunt
ad lucem diuinæ cognitionis. Thronos, ad ministrã
dum, quæ uoluntatem disponunt ad pacis tranquil
litatem internã, quæ nomine sessionis exprimitur,
Sicque his choris, atq; obsequijs primam hierarchi
am conuenienter distinxit, Hæc Richardus, qui
in cæteris consonat præinductis, & ordini princi-
patuum asscribit præesse principibus, ac prælatis;
archangelis uerò prouincijs, sicut Bonauentura, q̃
asserit plus esse præesse principi, quàm communita
ti ei subiectæ, cũ princeps dignior sit eadẽ, de quo
dicto, quod uideatur, infra tangetur.
[Albertus.] ¶ Porro Albertus: Seraphin, inquit, à proprietate
ignis sic nominantur, quia ut sanctus scribit Bernar
dus super Cantica sermone 19. Angelos, qui sera-
phin appellantur, ipsa quæ Deus est, charitas adeo
in se traxit, atque absorbuit, & in eundem rapuit
sanctæ affectionis ardorem, ut unus cum Deo esse
spiritus uideantur instar profecto ignis. Si aũt quæ
[Questio.] ratur, cur potiùs nominentur seraphin, i. incẽdẽtes,
& calefacientes, q̃ incensi, & calefacti præsertim cũ
prima conuersio in deum per ignem amoris fit ſm
accipere, & non secundum dare: dicendũ, ꝙ ideo,
[Solutio.]

quia perfectio hierarchiæ consistit in effusione, cõ-
municationeq; luminum desuper sortitorũ in ali-
os: quòd magis designat hoc nomen incendentes,
quàm incensi. ¶ Rursus, si obijciat, ꝙ quæ sunt ipsi⁹ [Obiectio.]
ignis proprietates, illuminatiua videlicet, & ustiua,
ustiuã uerò habent inquantum est elementum, il-
luminatiuam ex conuenientia cum orbe cælesti, ut
secundo de anima dicit Philosophus, illuminatiua
ergo proprietas ignis præstantior est, sicq; seraphĩ
ab ea magis dicerentur illuminantes, quàm in- [Respõsio.]
cedentes.
¶ Respondendũ, ꝙ hę duę proprietates dupli-
citer considerantur, primò in se, scđo in comparatio
ne ad uitam, quã faciunt. Vtraq; namq; viuificũ est
principium in naturis. Itaq; illuminosũ in se consi-
deratũ, dignius est vstiuo, & calefactiuo. sed in or-
dine ad uitã quam faciunt, vstiuum proximiùs est
vitę, q̃ calefactiuum. luminosum qppe non efficit ui
tam nisi per calidũ, tã in naturalibus, q̃ in spirituali
bus. qa in naturalibus cor seu id, quod est loco cor
dis, per calorẽ uiuificum uiuificat totũ corpus. In
spiritualibus quoq; vita gratiæ, & gloriæ ſm cõple
mentũ, consistit in calore affectionis: nec est in lumi
ne intelligentiæ nisi dispositiuè: & sicut calidũ cæli
ſm Philosophũ operatur in uiuifico humido, illud
subtiliando, & uiuificando, sic calidũ diuinũ opera [Proprietates Seraphin scđm S. Diony.]
tur in humido pietatis, & deuotionis. ¶ Proprieta-
tes uerò seraphin tangit magnus Dionysius 7. ange
licæ hierarchiæ capitulo, dicens: Seraphin manife-
statiuo deiformiũ suarũ habitudinũ nomine, decla-
rat mobile semp eorũ circa diuina, & incessabile,
seu incessibile calidũ, & acutũ, & superferuidũ, at-
tentè, & intimè tãquã recalificãs, & resuscitãs in si [Chęrubin]
milẽ caliditatẽ igneũ cęlitus, & inextinguibile &c.
Cherubin demũ secundum diuinum Dionysiũ no-
minantur à plenitudine acceptionis illuminationis
supernæ, & ab effusione seu cõmunicatione eiusdẽ
in inferiores. Ad hoc verò, ꝙ scientia plena sit, & p-
fecta, exigunẽ hęc, subtilitas cognoscentis, subtilitas
scibilis, & efficacia pprij medij ad scientiã facien- [Duplex actus ordinis Chroni.]
dã. ¶ Insuper duplex est actus ordinis throni, à quo
denominari habet, atq; describi. Primus est, ꝙ re-
ceptiuus est actualiter quietissimę sessionis, & im- 1
materialissimę, ac tranquillissimæ inhabitationis di
uinæ. Sic. n. suscipere thearchicũ, ac diuinũ super- 2
aduentum, ac dei insessionem, proprium officium,
est thronorum. Secundus actus thronorum est, nõ
inquantum sunt throni, sed prout referunẽ ad au-
toritatem sedentis in eis, q̃ actus est iudicare, quem [Bernard⁹. sup Cãticã]
eis ascribit Gregorius. De his thronis super cantica
fatetur Bernardus: In thronis resides Deus, & puto,
ꝙ in his spiritibus super omnes alios, & iustior cã,
& copiosior materia sit diligendi. Nempe si intres
alicuius regis palatium, nonne cũ plenum sit scam-
nis, sellis, & cathedris, regia sedes in eminenti po-
sita cernit, nec opus est q̃rere ubi sedere rex soleat?
Sic quoq; oĩ decoris ornatu pręcellere cæteros in-
tellige spiritus istos, in quibus stupenda dignatiõe
rex ille omnipotens sedere elegit. ¶ De hac ordinũ
distinctione angelicorum multum diffusè scribit
Albertus tam hic, q̃ in libro de coæquæuis, quæ
breuitati studens pertranseo. Et in hoc conformis [Principat⁹ officium.]
est eius positio præhabitis Thomæ, ꝙ ad principa-
tus asserit pertinere prouinciarum, & regnorum
dispositionem, atque custodiam: ad archange-
los, denunciare maiora. & hoc uerius reor, quàm
quòd præfati dicunt doctores, asserentes, quòd ad
principatus pertineat dirigere principes, & præla-
tos: imò cũ principes, & prælati sint præcipuæ par-
tes

tes, ac capita communitatum, magis apparet, ꝙ ad
eosdem spiritus angelicos de ordine principatuũ,
spectet tam prælatorum, ac principum, q̃ commu-
nitatum illis commissarum directio, & item custo-
dia, sicut, & Thomas tangit. Deniq;, dato, ꝓ princi-
[Prælatus grege suo est dignior nõ melior] patuũ esset, prælatis principibusq; terrenis præesse,
non tñ ex hoc sequeretur, ꝙ superiores essent spi-
ritibus, quorum est prouincijs præsidere. Nam quã-
uis prælatus seu princeps sit dignior grege sibi cõ-
misso, inquantum superior, non tñ est melior, nec
principalius cadens super prouidentia dei: imò bo
[prelati subditorũ suorũ sunt ministri.] num, & beatitudinẽ cõitatis Deus magis intendit,
& quærit, q̃uis personæ etiã pręsidentis. Hinc prin-
cipes, & prælati in Christiana religione censentur
subditorum suorum ministri: quia ad subditorum
profectum, pacem, & saltutem ipsorum officiatio,
ac præsidentia ordinantur, ac tendunt. ¶ In Daniele
quoque, vt tactum est, principes appellantur ange-
li sancti, prouinciarum seu regionum præsides, &
[Gregori⁹.] custodes, vt Michael princeps tunc synagogę. Gre-
gorius etiam in homilia apertissimè protestatur ar-
changelos dici, q̃ maiora denunciant, non qui pro
[Bernar.] uincijs præsident. Sic & Bernardus super Cantica,
& 5. de consideratione de principatibus loquitur:
Sunt principatus qui deum altiùs speculantes, &
vniuersitatis esse principium attendentes, tanta p-
inde principatus dignitate, ac gloria dominantur,
vt vbique terrarum habeant potestatem quasi de
summo quodam cardine, regna, & principatus
quoslibet pro arbitrio mutare, dignitatesq; ordina
re, quorum meritos faciunt primos nouissimos, &
nouissimos primos, atq; deponunt potentes de se-
de, & exaltant humiles. Et rursus, principatus esse
putemus, quorum moderamine, & sapientia oĩs in
terra principatus constituitur, regitur, limitatur,
[Suolli.] transfertur, aut mutilatur. ¶ Propinde recolo me
ante annos 40. dum pueritia Suolis studerem, vi
[Notã quodã tractatu D. Ber.] disse tractatum à sancto Bernardo compositum, in
quo sanctus ille pœnitentiam agit de hoc, ꝙ i assi
gnatione, ordinatione, & distictione angelicorũ or
[Vdalric⁹.] dinũ, à traditine, & assignatione diuinissimi, sacra-
tissimi, & theologissisimi Dionysij parũp recessit
¶ Adhuc autem Vdalricus in Summa sua libro.
4. differuit: Cum oĩs operatio huius primæ hierar-
chiæ sit circa deum, & proprium ei sit, immediatè
ferri in eum: quòd fieri nequit nisi tripliciter, vide-
licet secundum diuini superadiũctus acceptionem
seu tentionem, vel secundum recepti cognitionẽ,
uel secundum habiti, & cogniti fruitionem per a-
morem: patet, ꝙ tres sint primæ ordines hierarchię,
quorum infimus est thronorum: quoniam minus
est deum tantum habere, quàm habere, & cogno-
[thron⁹ grece sedem latine significat.] scere, & q̃ ipso frui. Quamuis aũt thronus Græce
sit idem, quòd sedes latinè, propriè tñ non quælibet
sedes thronus, sed solum sedes regalis, sicut tribu-
nal sedes est iudicis, & cathedra doctoris. Hinc in
scripturis thronus frequenter pro regno accipitur,
iuxta illud: Trhonus tuus in secundum seculi. Itaq;
ad huius sedis similitudinem throni dicuntur. ¶ Ta
lis autem sedes altitudinem habet in situ, ornatũ
in apparatu, atq; officium loci in vsu. Ideo secun-
dum hæc omnia sumit sanctus Dionysius ab hoc
nomine proprium actum ordinis huius, qui est deũ
in se habere per hoc, quòd ipsi spiritus chori huius
[Psal. 44.] in ipso quiescũut in lumine manifestãte eis in seip-
so diuina mysteria. At uerò ſm Hieronymum in ori
ginali super Isaiã, Nomen serahin nusq̃ reperit in
scripturis veteris testamenti, nisi Isaię 6. quo legiẽ:
Volauit ad me unus de seraphin, quod ĩterptaẽ in-

cẽdẽtes. nec est nũc ſmo de flãma amoris, quo Deo
fruũtur, vt summo bono, in quo fruendi actu cõ-
pleẽ felicitatis essentia: sed de illo feruore amoris,
quo circa ipsũ ut circa delectabilissimũ lumẽ illu-
minãs eos notitia ptinentiũ ad dispositiões hierar
chicas afficiunẽ per ipsã illuminationẽ, reducti in
ipsũ immediatè: & iste est proprius huius ordinis
actus, Cũ aũt hæc summa hierarchia dr̃ non habe-
re mediũ aliquod inter deũ, & se, à quo medio il-
lustraẽ, intelligendũ est hoc de lege cõi hierarchici
ordinis. Na Christus homo singularis gratiæ priui
legio medius est, & ipsos illuminat, imo & sacratis
sima virgo. Dona quoq; angelica cõparantur du-
pliciter. Vno mõ, comparando diuersarũ ordines
specierũ inter se ſm nobilius, & ignobilius. Sicq; e
distinguunẽ inter se, qm̃ quamuis ordo superior ha
beat oĩa dona inferiorum, tñ cum insuper habeat
donum sibi propriũ excellentius oĩbus illis donis,
idcirco denominatur ab eo. ¶ Secundò fit cõpara-
tio eorundem donorum ſm rõnem perfectioris, &
imperfectioris. Sicq; ſm diuinum Dionysium, supe
riores ordines inferiorum nomina sortiuntur: quia
eorũ dona eminentiùs continent in se, q̃ ipsimet
inferiores. Inferiores uerò non sortiuntur nõia su-
periorum, vt uocentur seraphin, cherubin, aut thro
ni: qm̃ proprietates superiorũ in inferioribus non
sunt perfectæ, Sed obuiare uř, quòd ait, Gaegorius: [Gregorius]
In summa illa ciuitate, q̃dam sunt specialia singulo
rum, ut tñ sint cõmunia oium, sicut oẽs ardẽt cõdi
toris amore. Dicendum, ꝙ beatus Dionysius loqui
tur de donis gratis datis, Gregorius uero de his, in
quibus beatitudo consistit. Insuper radius diuinus
immixtus prącticæ rõni ſm uirtutẽ non limitatã,
constituit mediã herarchiã. ¶ Aut ergo hæc uirtus
regendo tm̃ operatur circa inferiora, ita ꝙ nõ de-
primitur per hoc, ꝙ opando sit rebus immixta, uel
deprimiẽ immiscetque rebus p opationẽ circa eas-
dẽ. Primò mõ sunt dñationes denominatę à partici
patione diuinij dñij, cui cõformãẽ se p incessabilẽ
appetitũ assimilationis suę dñationis ad increatũ
dominiũ, nõ immiscẽtes se subditis per operationẽ,
sed semp in altũ se eleuantes, dirigentesq; subditos
in operibus circa inferiora p lumẽ diuinũ ad hoc
eos pficiens. & hoc est pprius actus ordinis huius.
Si aũt uirtus operatiua hierarchicarũ dispositionũ
sit inferioribus p opationem immixta, hoc nõ põt
esse nisi dupliciẽ: qa uel est opatiua ſm rõnẽ ptãtis
perfectæ, uel ſm rõnẽ perfectę iustitiæ uniuersalis
que pacis. & quãtũ ad primũ, est ordo virtutũ, q̃ de-
nominantur à similitudine increatæ diuinæ uirtu-
tis. Hæc uirtus creata est robur naturæ, perfectũ do
no grãæ seu illuminationis diuinæ, ponens in ultimo
loco mysteriorũ diuinorum: qa ſm Philosophum
Virtus est ultimũ de potentia: iõ ministrare Deo in, [Aristote.]
actibus hierarchicis ſm pfectionẽ roboris huius, ẽ
pprius huius ordinis actus. Cũque in oĩ ptãte or-
dinata potestas ministerij sit immediatè sub ptãte
dñij, patet, ꝙ ordo uirtutũ immediatè sequitur or-
dinem dñationũ: quãuis Gregorius dicat, ꝙ primus
ordo infimæ hierarchiæ, ponens principatum ubi
gloriosus Dionysius ponit uirtutes, ut multi impo
nunt, quamuis expresè non dicat. Solũ enim ex or-
dine expositionis uocabulorum hoc isti conijci-
unt, qa gradatim ab inferioribus ascẽdẽdo sic or-
dinat. Sed isti insufficienti crediderunt signo. Cum
enim Gregorius ptesteẽ se uelle exponere nõia of-
ficiorum, nõia illa coniunxit, q̃ magis similes habẽt
rõnes, videlicet potestates, principatus & domina-
tiones, nec attendit ordinum connexionem. Nec

 tamen

S. Dionysij snia de angelis omnium sanctorum dictis præferenda.

tñ uerisimile est, ꝙ Gregorius voluerit sententiæ sancti Dionysij refragari. quicquid tñ sit de hoc, sententia Dionysij de angelis, omnium sanctorum dictis est præferenda: quia & ipsa sententiarũ eius superintellectualis profunditas, declarat eum dicta sua non ad homine, accepisse, nec didicisse, sed ꝑ reuelationem. ¶ Amplius, potestas in ciuilibus desuper data est, quatenus noxio appetitu sub regulis iuris redacto, homines viuant honestè, nullumque lædant, & vnicuiq; suũ ius tribuant, in quibus pax communitatis consistit. Ab huius ergo potestatis, seu officij similitudine translatum est nomẽ potestatis ad angelos. Sicq; ordinem potestatum ab actibus istis Dionysius sanctus describit, ad quas inter cætera pertinet aduersarias reprimere potestates. Cumq; rõnis ordo expostulet, vt potestas vniuersalis ordinata ad finẽ rationali creaturæ conuenientem, immediatè sequætur potestatem generalem ordinatam ad oẽ ministerium operum diuinorũ in oĩbus inferioribus creaturis, constat, ꝙ ordo iste immediatè sequatur ordinẽ virtutũ, ut magnus Dionysius docet, nec ei præponitur, ut quidã dicunt sensisse Gregoriũ. Porro vltima hierarchia recipit lumẽ per operationẽ inferioribus admixtũ, quæ operatio ẽ limitata, sicut & lumen illud non est ita uniuersale, ut lumen mediæ hierarchiæ. Hæc itaque limitata operatio, uel limitata ẽ ad vnũ agẽtem, vel ad vnam personam, ſm ea, quæ redũdat in bonũ commune: vel ad vnam personam, ſm ea, quę tantum illam respiciũt. Primum horum spectat ad principatus, qui habent potestatem luminis gratię, limitatam ad vnam gentem: & est supremus hic ordo in vltima hierarchia, quia superior est potestas, quæ præest cõmuninitati agentis totius, q̃ quæ personę præsidet singulari. Actus itaq; ordinis principatus, est multitudinẽ terrestrẽ reducere ad actum, quo cõseruatur in iure diuino, ac propria libertate cum ordine sacro. i. quo ordine ad sanctã hanc libertatẽ ordinant principes, & ꝑlatos ipsi multitudini. i. ad profectũ cõmunitatis, cui pręsunt. ¶ Archangelorum demũ ordo est medius inter principatus, & angelos, ſm quod medium dicitur per communicationem extremorũ, sicut & nomẽ insinuat. Proprius ergo actus ordinis archangelorum est, ꝙ ea, q̃

Actꝰ ppriꝰ archangelorum.

principatus propria operatur autoritate per se, aut per angelos, vtpote pertinentia ad bonum statũ cõmunitatis, archangeli autoritate principum nunciant nobis per eosdem angelos, vel per se. Quemadmodum enim principatus per se exequuntur illa, in quibus directè pax consistit, vt q̃ ad totius multitudinis spectant ducatum vel ad ducatum ducis, inquantum in ipso consistit bonum totius exercitus. Vnde 2. Machabeorum: Apparuerunt aduersarijs de cælo uiri quinque in equis, ducatum Iudæis præstantes, uidelicet quoniam quinque sunt ordines, qui ad ministeria exteriora mittuntur, quorum omnium vires, & actus ibi apparuerunt: ex quibus duo, vnus de ordine potestatum, & alter de ordine uirtutum,

2. Mac 10.

Machabæum medium habentes: quia vterque circa eum fecit officij sui actum. Vnde sequitur, Armis suis circunseptum incolumem conseruabant, quod est proprium potestatum. In aduersarios autẽ tela, & fulmina iaciebant, quod est proprium principum. Illa verò, quæ indirectè in bonũ communem redudant, exequuntur per angelos inferiores: ut quæ pertinent ad singulares personas, quantum bonum earum refertur ad bonum commune, quemadmodum Philosophus præter bonum commune exercitus, quod est bonum ducis. i. intentum à duce, ponit etiam bonum exercitus in se ſm ordinem partiũ ad inuicem, quarũ vna alteri sub ministrat, ita ꝙ per huiusmodi mutuum auxilium ad victoriam peruenitur, quæ est bonum ducis Similiter archangeli minora, quæ per accidens ad bonum spectant communem, nunciant angelis, & angeli nobis, vt Dionysius ait.

Diony.

Maiora aũt in quibus per se bonum consistit commuue, nunciant per se, sicut Gabriel per se nunciauit Danieli successiones regnorum, & beatissimæ virgini, ac Zacharię de Christo.

Dan. 7. Lucę 1.

Inquantum ergo circa idem est operatio archangelorum, circa quod est operatio principium, sic communicat ordo iste cum illo, inquantum videlicet est alius modus operandi, puta per modum nunciationis, & instructionis, sic conuenit cum angelis. Vnde patet, quòd vterque istorum immediatè operatur circa ordinem angelorum, quamuis diuersimode: quia quòd principatus exequuntur per eos, hoc archangeli eisdem annunciant, & nobis per eos. ¶ Ex quib. elicit, ꝙ actus angelorũ est illuminare, seu nunciare nostrę hierarchiæ ea, q̃ ipsi ab archengelis nunciantur in lumine dei: & circa eandẽ exequi illa, quæ principatus, per eos operãtur auctoritatiue Angeli demum eiusdem ordinis, differunt ab inuicem penes maiorem, & minorem virtutem exequendi proprium illius ordinis actum. Hæc Vdalricus, q. de his diffusiùs scribit.

Actus angelorum quos sit.

Vdalrici uerba obscuritatem quãdã ꝑ se ferunt.

¶ In cuius attamen verbis aliquod cõtinetur obscurum. Primum est, ꝙ dicit eos errasse, qui beato imponunt Gregorio, ꝙ à S. Dionysii dogmate discrepet, ponendo ordinẽ principatus ubi Dionysiꝰ ordinẽ ponit virtutũ: & itẽ, ꝙ dicit illos istud conijcere solũ ex ordine expositionis vocabulorũ à Gregorio introductæ, quod reprobat, dicens: Cum eñ Gregorius protestetur se velle exponere nomina officiorum, quibus verbis repugnare videtur, ꝙ ipse ait Gregorius:

Gregoriꝰ.

Cur istos persistentium angelorum choros enumerãdo perstrinximus, si non eorũ quoque ministeria subtiliter exprimamus? Quo cõstant, ꝙ non nomina tm̃ officiorum velit exponere, sed ipsorum chororum ordinum ministeria declarare: q̃ declarando, ponit virtutes in infima hierarchia, principatus media. Deinde elucidando, qualiter homines iuxta diuersitatem meritorum, dignitatum seu officiorum angelorum ordinibus coaptentur, ac socientur, ascendit gradatim ab angelis per archangelos, & virtutes, ac potestates vsque ad principatus: eosq: hoĩes, qui principatibus deputãtur, & conformãtur, docet esse multo excelsiores, ac meliores, q̃ qui virtutibus cõiunguntur. Nempe sic ait:

Idem.

Sunt nonnulli, qui mira faciunt, signa valenter operãntur. quo isti nisi ad supernarum uirtutũ sorte, ac numerũ congruunt? Et sunt nonnulli, q acceptis uirtutibus, etiam electorum hominũ merita transcendunt: cumq;, & bonis meliores sunt, electis quoq; fratribus principantur. quo isti sortem suã nisi inter principatuũ numerũ acceperũt. Hæc Gregorius. Ex quibus constat, eius fuisse intentionem, quòd principatus sint supra virtutes in media positi hierarchia, quoniam tam in ordinum enumeratione, quàm in officiorum eorum expressione, quàm in adaptatione electorum hominum ad consortia ordinum angelicorum, gradatim ascendat modo præfato. Insuper, quamuis præconia præelecti, & feruentissimi Dionysii specialissimi mei patroni optimè ferre queam, nihilominus quoniam duobus existentibus amicis, sanctum est veritatem pręhonorare, apparet, quòd laus illa, qua Vdalricus sanctum illum

S. Dionys. specialissimꝰ Dionysij nr̃i patronus.

Quęstio.

illum commendat, dicendo quod dicta sua, quæ de angelicorum distinctionibus ordinũ deprompsit, ac scripsit ab homine non accepit, nec didicit, verbis ipsius Dionysij sancti contrarietur. quippe qui in pluribus suorum locis voluminum fatetur, & exprimit se à magistro, & institutore, duce, & directore suo, per quem præsertim Paulum apostolum, vel secũdum quosdam beatum Hierotheum intelligit, esse instructum. Et verum est, quòd ab vtroq; protestatur se esse edoctum, interdum quoque ab alijs, pręsertim apostolis, aut apostolicis viris. Vnde communiter fertur, & superiùs tactum est, quod ea, quæ vas electionis vidit in raptu, huic Magno Dionysio suo discipulo reuelauit.

Gulielmꝰ.

¶ Præterea Parrhisiensis in secunda parte de vniuerso: Quoniam, inquit, quidam dixerunt angelos esse sortitos appellationes ꝑhabitas ex officijs, quæ circa se inuicem, vel circa homines exercent, exponam tibi horum intentionem. Postmodumq; scrutabor per vias probationum an ita sit. Intenderunt ergo hi dicere, seraphim esse vocatos supremos spiritus illos, qui à creatore hanc acceperunt virtutẽ, quòd angelos inferiores, vel hoĩes, creatoris amore queunt accendere. cherubin verò, quia ex plenitudine sapientiæ, atq; scientiæ sibi collatæ alios valent illuminare: thronos autem, qui de iure, modo, ac regulis iudicandi, alios præsertim iudices habẽt docere. Dominationes demum esse vocatus spiritus illos cælestes, qui ad domandum, ac domesticãdos indomitos, ferinosq; homines, atq; ad exaltandam, & ampliandã diuinæ dominationis honorificentiam diligenter, & studiosè intenti sunt. Principatus item, qui diligenter docent, adiuuãt ipsos homines regere seipsos, ac alios. Potestates quoque, à quibus spiritus reprimuntur maligni, ne quantum velint, ac possent hominibus noceant. Virtutes autem, per quos miracula fiunt. Archãgelos, per quos maiora, & secretiora denunciantur. Angelos, per quos nunciãtur minora.

Seraphin. Cherubin. Troni. Dominationes. Principatꝰ Potestates Virtutes. Archãgeli Angeli.

Cumq; charitas bonitatis Dei sit in eo, quasi caminus, & fornax spiritualis ardoris, supra omnem æstimationem immensa, ideo omnes ciues super nos in medio huius fornacis cõstitutos, & ei immediatè coniunctos, eosq; perfruentes, constant indesinenter ardere super cæteros vniuersos, qui fornaci illi minus propè vniti sunt. Nisi ergo inter ordines angelorũ differentia esset in gradu dignitatis, perfectionis, & gloriæ, omnes æqualiter essent seraphin, cherubin, & throni: quod quidam ex antiquis theologis concedentes, prętactam inter ordines distinctionem constituerũt, ita quod seraphin non dicuntur inde purè, & per se ex amoris ardore, sed ex officio inflammandi homines diuino amore, sicq; de alijs iuxta prætacta. ¶ Porrò si ita est, cur primus ordo potiùs dicitur seraphin, q̃ secundus? Et si tres illi ordines, æquè idonei sunt homines inflammare charitatis ardore, cur primo ordini hoc magis ascribitur? Et si æqualitas omnimoda est in choris angelicis, cur vnus dicitur primus, alius secundus, alterque tertius? Quidam præterea voluit primam hierarchiam adaptare supereminentissimæ trinitati, adaptans seraphin propter amoris sui ardorem spirituisãncto, qui sine dubio fornax immensa est, & infinitus caminus per omnem modum spiritualissimi, sanctissimiq; amoris: cherubin verò propter plenitudinem communicationẽque sapientiæ, adaptauit vnigenito patris filio, qui est sapientia abyssalis: thronos patri, propter omnipotentiam eius, & nobilitatem, excellentiámque regiminis eius, quo omnia cum summa tranquillitate gubernat. Verum istæ adaptationes nouas ingerunt dubitationes, ac pariunt quæstiones, videlicet cur seraphin, qui primus est ordo, adaptetur spirituisãncto, qui tertia est in superbenedicta trinitate persona. Hæc Gulielmus. Qui disputationem istam prolixè prosequitur, & sentire videtur tres ordines cuiuslibet hierarchię esse omnino æquales. ad quod Dionysium sanctum allegat, dicentem quod sunt æquipotentes, seu æquipollentes. Asserit tamẽ Gulielmus primum chorum seraphin appellari propter eminentiam charitatis. Secundum cherubin: quoniam sapientia dono charitatis potissimè obtinetur. Tertium thronos: quoniam regia virtus, regiminisq; potestas non est danda nisi amatoribus Dei ac sapientibus, consilia, atque iudicia eius scientibus. Quibus verbis rursus addit hic doctor: Dicit autem sanctus, & sapiens iste, videlicet Dionysius, omnes spiritus istos, videlicet primæ hierarchiæ, æquales esse in istis perfectionibus, & in alijs multis. Sed vt tactum est supra, & clariùs infra dicetur, intentio Dionysij non est talis, nec dicit eos esse æquales, seu æquipotentes, nisi in generali, per quod conuenit eis in eadem consistere hierarchia: imò ipse Dionysius euidẽter testatur, etiam in quolibet ordine esse primos, medios, ac ultimos.

Antisiod.

¶ Insuper distinctionem illam ordinum angelicorum à Gulielmo iam recitatam, ponit Antisiodorensis in Summa sua libro secundo, videlicet quod ipsorum seraphin est homines ad charitatem accendere, Cherubin homines illuminare &c. Quæ distinctio non videtur idonea: quoniam superiores illi angelici spiritus non agunt immediatè circa ecclesiasticam hierarchiã, & circa eius personas, nec à diuersis spiritibus, & diuersorum ordinum angelis oportet hominem inflammari, illuminari, ac de diuersis actibus, atque officijs edoceri: imò hæc omnia unus, idemq; angelus, etiam infimi ordinis, & proprius hominis custos, potest eum præsertim ut est priuata persona, docere, eumq; dispositiuè, accendere. Constat etenim, quod iuxta beati Dionysij documenta eiusdem sit angeli, inferiorem angelum, seu hominem purgare, illuminare, perficere. Nihilominus esse potest, ut angelus de ordine seraphin altiori modo impendat obsequium ad hominis inflammationem, saltem mediatè.

S. Dion.

Antisiod.

¶ Ait quoque Antisiodorensis: Distinctio ordinũ à beato Gregorio assignata, attenditur secundum status. Primus autem status est incipientium, quorum est implere præcepta duntaxat, hinc de sacerdotibus, qui talibus præsunt, in Malachia habetur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius exquirent: quoniam angelus domini exercituum est.

Malac. 2.

Simplices etenim sacerdotes habent officium angelorum infimi ordinis, quorum officiũ est illuminare homines ad faciendum præcepta legis diuinæ. Secundus est status proficientium, purgatorias virtutes habentium, de quibus virtutibus ait saluator: Beati mites, Beati, qui lugent, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, Beati misericordes.

Matt. 5.

Per hos quippe vsus, seu actus virtutum purgatur homo ab omni labe peccati, & pertinet status iste ad archangelos, qui illuminant homines lumine ampliori, quo ostendit homini virtutes Christi ad imitandum. Tertius est status perfectorum, qui virtutes iam habent animi purgati, quem statum Christus ostendit, dicendo: Beati mundo corde, beati pacifici &c. Istis namq; debetur per congruentiam potestas faciendi miracula: quia ad primum reducti sunt statum, in quo Deus fecit hominem ad imagi-

Gene. 2.
imaginem, & similitudinem suam. Dixitq; Adæ: Dominamini piscibus maris, & bestijs terræ. Hinc sanctus Martinus imperauit brutis, & auibus, eremitęque coruis, ac eremi feris. & secundum Apostolum

1. Cor. 3.
tales ædificant aurum, argentum, & lapides preciosos. Quemadmodum enim lapis preciosus variabilem habet virtutem, ita & ipsi mirabilem. Nec mirum, quia per donum sapientiæ consummatæ desipit eis omnis caro, & viuūt in carne supra carnem. Ideo propriȩ debetur eis potestas faciendi miracula, in quibus præsunt eis virtutes. Sed quia diabolus confidit se posse ipsos deijcere, suscitat eis certamina, in quibus ne succumbant, ab angelicis potestatibus adiuuantur. Hæc Antisiodorensis.

Religiosis professis, consilia sunt præcepta.

¶Cuius scripta per aliquam forsan appropriationem possunt saluari. Siquidem ad religiosos incipientes spectat non solum seruare præcepta, sed item consilia: quæ tamen facta professione sunt eis præcepta. Officium autem angelorum infimi ordinis, non solum est sibi commissos homines edocere obseruantiam præceptorum: sed & omnium, quæ Deus requirit ab eis, & quæ ipsis ad profectum expediunt, cū & vnus homo viator de his omnibus instruat alium. Vnde distinctio ordinum horum, secundum Thomam, Albertum, & Vdalricum expressa, doctrinę diuini Dionysij consonabilior, veriorq; censetur. Ad obiecta patet ex dictis solutio.

QVAESTIO. IIII.

S. Dion.

QVartò quæritur, *Vtrum angelis sanctis conueniat inuicem purgare, illuminare, perficere.*
1 ¶Videtur quòd non, quia secundum Dionysium
libro de hierarchia cælesti, Angelus est speculum
purum, immaculatum, ac splendidum, ergo non
2 conuenit ei purgari. Secundò, purgatio est ab im-
munditia, culpa, seu macula, quorum nihil in ange-
3 lis est. Tertiò, angeli sancti immediatè coniuncti
sunt luci fontali, & absorpti in illam: ergo non in-
4 digent à luce creata illuminari. Quartò, non vide-
tur posse assignari modus, quo angelus vnus illu-
minet alium. Aut enim hoc fieret per propriæ lucis
transfusionem in alium, aut per productionem lu-
cis in alio. Primum non videtur possibile, cum
accidens non transeat à subiecto vno in aliud. Nec
videtur transfusio illa fieri posse sine medio defe-
rente, nec aliud dici valet, cum angelus non possit
lucem intelligibilem creare in alio. Quintò, angeli
sancti sunt perfecti, & beati, ac consummati in Deo,
ergo perfici eis non competit.

In oppositum.

¶In cōtrarium est diuini Dionysij doctrina prorsus authentica, qui affirmat hos tres actus hierarchicos angelis conuenire, atque quod ordo hierarchicus in hoc consistit, vt angeli superiores purgent, illuminent, perficiantq; inferiores: ita quod infimus chorus, angelicus singulos quousque homines purget, illustret, perficiat, & infima hierarchia angelica ecclesiasticam hierarchiam.

Albertus.

¶Ad hæc respondet Albertus: Angeli, ut sanctus Dionysius loquitur, purgantur à dissimilitudinis confusione, & à luminis minoratione secundum intellectum, non ab immunditia, aut peccato. Carentia enim luminis ad faciendum actum hierarchicū, est illuminationis priuatio, quæ illuminat ad agenda, vel ad causam rationemve huius: qua illuminatione priuata intelligentia, incompleta est in seipsa, atque dissimilis illuminatori: ea verò accepta, ad similitudinē illuminatoris est reducta, eo quòd vna illuminatio est in vtroque. Purgantur ergo inferiores ab ignorantia, quæ est dissimilitudinis causa.

Obiectio.

Et si obijciatur, quia secundum Augustinum libro de libero arbitrio, Ignorantia aut peccatum est, aut coniuncta peccato.

Cōfutatio

Dicendum quod ignorantia triplex est, puta negationis, & priuationis, & contrariæ dispositionis Ignorantia priuationis, est ignorantia agendorum, quæ quis scire tenetur: quia priuatio relinquit subiectum, cum debito ad sciendum, & de illa verbum intelligitur Augustini. Ignorantia verò negationis non est, nisi simplex negatio, seu carentia illuminationis, vel agnitionis antequam habeatur: & hæc purgatur in angelis

Obiectio alia.

Si rursus obijciatur, quia secundum Augustinum intelligentia est de incorporeis rebus pura, & certa cognitio: cum ergo angeli sint intelligentiæ, puram & certam habent cognitionem. Sicque nec purgari, neque de nouo illuminari competit eis:

Respōsio.

Dicendum quòd quamuis puram, & certam habeant notitiam de omnibus, quæ cognoscunt; non tamen sequitur, quod de vnoquoque hierarchicę exercendo in singulari, & de causa, ac rōne cuiuslibet peragendi, certam habeant, puramq; notitiam: quia illuminationes de agendis particularibus continuè descendunt à verbo æterno in angelos superiores, & ab illis transcenduntur in inferiores. sicque illuminantur ad singularia facianda. Denique actus isti in angelis fiunt secundum idem, quod est illuminatio. Ex hoc enim quòd quis illuminatur à dissimilitudinis confusione, per idem lumen acceptum purgatur, atque ad proprios actus eiusdem illuminationis perficitur. Itaque beatus Dionysius considerat ista penes differentiam terminorum, & finis. Hoc enim dicit purgatio in motu illuminationis termini à quo, illumtnatio autem termini ad quem perfectio verò coniunctionem cum vltimo fine, quem intendit illuminator in illuminato. Et verum est, quod sic differunt ratione, & diffinitione, suntque tria secundum esse. Attamen sola formæ illuminatione perficiuntur hæc tria, ut diuinus Dionysius loquitur. Est etiam inter hæc ordo, quia purgatio passiua prior est in hoc, quòd propinquior est materiæ, seu potentiali principio. Illuminatio autem prior est in hoc, quòd propinquior est agenti: quoniam ipsa est, quam dat agens. Perfectio verò habet rationem primæ causæ, puta finalis: quoniam mouet agentem ad illum illuminandum. Certum est equidem, quod purgatio, & illuminatio ad perfectionem finaliter ordinentur. Hæc Albertus.

Idē Alb.

¶Qui etiam quærit hic, Vtrum tres actus isti conueniant angelis ex æquo, an per priùs. & posteriùs. Et respondet, quòd hi actus tripliciter conueuiunt eis, videlicet secundum ordinem hierarchiæ, & secundum dispositionem ordinum in hierarchia, & secundum dispositionem personarum in ordine. Primò modo prima hierarchia illuminata à Deo, illuminat mediam hierarchiam, ac vltimam, non illuminata ab aliqua hierarchia. Ideò maximè hierarchię maximè conuenit illuminare. Media autem hierarchia est illuminata à prima, & illuminans tertiam: ideo secundum analogiam se habet ad illuminationem. Tertia verò illuminata est, non illuminans aliquam angelicam hierarchiam, sed ecclesiasticam tantum: ideo tertiam habet ad illuminationem analogicam. In ordinibus quoque cuiuslibet hierarchiæ, ut D. Dionysius scribit, est primus, medius, & infimus: atque in hoc ordine primus est illuminans, non illuminatus: secundus, illuminatus, atque illuminans: tertium, tantum illuminatus.

S. Diony.

Simili-

Similiter in quolibet ordine, sunt personæ supremæ, mediæ, ac postremæ: & personæ illæ supremæ semper potentiores sunt ad illuminandum, quā mediæ, & mediæ, quàm extremæ, imò inferior illuminat in virtute superioris, quia illuminatio illa à superiori inferiorem descendit.

Idem.

¶Insuper decimo capitulo hierarchiæ cælestis tangit sanctus Dionysius quadruplicem synagogam, id est, connexionem angelicæ dispositionis. Vna est hierarchiarum adinuicem, secunda ordinum cuiuslibet hierarchiæ, tertia personarum in quolibet ordine: quarta, illuminatio in eadem persona existentium. Hæc Albertus.

Vdalric.

¶Vdalricus præterea in Summa sua libro quarto: Actio, inquit, hierarchia, per quam diffinitur hierarchia, triplex est, vtpotè purgatio, illuminatio, perfectio: quæ tria realiter in angelis vnum sunt, vtpotè assumptio diuinæ scientiæ, vt septimo cælestis hierarchiæ capitulo Dionysius protestatur.

S. Diony.

Diuina namque scientia, seu lumen diuinum, in quo habetur, & continetur scientia mysteriorum Dei, est emanatio ideæ diuinæ, continentis in se scibiles rerum rationes ideo tria habet in se, scilicet quod est species rerum cognoscendarum, & quod est lumē, & quod est similitudo luminis intellectus diuini, ex quorum primo purgat intellectum creatum iuxta sensum prætactum. Intellectus enim creatus etiā angelicus, respectu cognitionis secretorum diuinæ sapientiæ, est in potentia, quo ad ea, quæ ei non dum sunt reuelata. Cuius potentiæ indeterminatio vocatur confusio, cum septimo cælestis hierar-

S. Diony.

chiæ capitulo beatus Dionysius dicat, quòd inferiores angeli à dissimilitudinis confusione purgantur. Porrò ex secundò illuminat. Quemaduiodum enim corporali visu, nihil videtur nisi sub lumine manifestetur, sic visu intellectuali nihil intelligitur nisi sub lumine intellectuali, atque ad hoc in naturalibus sufficit lumen intellectus agentis. In supernaturalibus verò requiritur superadditum lumen, quod super infunditur lumini naturali, quatenus intellectus possibilis vtroque lumine informatus, videat, quæ ante nesciuit. Ex tertiò autem perficit: quia per ipsum intellectus reducitur ad actum cognitionis, non solum illius rei cuius illud lumen extat idea, id est, forma sed etiam Dei, cuius similitudo est lumē illud, ut aliter cognoscatur, q̄ priùs, uidelicet, ut exemplar, & causa illius effectus, qui in ipso cognoscitur. Sic quippe philosophi, quoq; posuerunt ultimam nostri intellectus perfectionem in hoc, quod per lumen diuinum ascendit per cōtemplationem in Deum. Ordinantur verò hæc tria inter se varijs modis: quia si ordo sumatur ex parte subiecti circa, quod sunt, sic primum est purgatio, per quam aufertur priuatio formæ inducendæ contraria. Secundum est illuminatio, quæ est per formam, seu habitum. Tertium est perfectio, quæ est per operationem, potissimè illam, quæ reducit in vltimum finem, atque vt tertiò cælestis hierarchiæ

Idem.

capitulo magnus Dionysi. addit: Purgatores oportet abundare in puritate, illuminatores in sapientiali splēdore, perfectores in finali perfectione quatenus ex plenitudine, & exhuberantia sua influant alijs. Deo quoque excellentissimè competunt, purgatio, illuminatio, & perfectio sumptæ actiuè. Deniq; illuminatio ista non est manifestatio, qua Deus vt lumen offert se mentibus beatorum videndum per speciem, ex qua illuminatione est visio, quæ tota est merces: sed qua Deus offert se intellectui creato, ut exemplar pertinentium ad dispositionem vniuersi, & ad mysteria ecclesiæ, vel mediatè, vel immediatè. Ex hoc duo eliduntur errores quorundam intelligentium hæc peruersè.

Errore duo.

Vnus, dicentium quod Deus non videtur ab inferioribus angelis ut obiectum beatitudinis, & per speciem: sed inquantum resplendet in superioribus, nō obstante, quod de infimis angelis, ait Saluator: Angeli eorum in cęlis semper vident faciem patris mei. Et de hominibus dixit apostolus: Videbimus eum sicuti est.

Matt. 18.
1. Ioh. 3.

Alij ut Hugo de sancto Victore, commentator sancti Dionysij super angelicam hierarchiam, & alij plures Hugonem sequentes, non intelligentes aliquam diuinam illuminationem, nisi illam, quæ est substantia beatitudinis, potius præsumpserunt contradicere sermonibus sancti, negantes aliquam illuminationem descendere ab angelo vno in alium, quàm suam imperitiam humiliter faterentur: cum tamen secundum expositionem Hieronymi Apostolus dicat se illuminare principes, & potestates in cælestibus de multiformi sapientia Dei.

Ephe. 3.
Quæstio

Præterea si quæratur, qualiter lumen in vno angelo indiuiduatum in alium deriuetur. Dicendum quòd non est idem numero lumen, sed est effectus similis lumini illuminantis. Nempè cum lumen hoc diuinum formaliùs sit actiuum, quàm lumē corporale, & quàm lumen naturale intellectus agentis, constat quòd angeli ipso repleti, ipsum agere, deriuare, & diffundere possunt in sibi subiectos, multo completiùs, quàm secundum philosophos intelligentiæ superiores lumen suum diffundunt in intellgentias inferiores, & intellectus, agens in intellectum possibilem, atque phantasmata, & item quàm sol, & luna possunt alia illuminare. Quod enim in corporalibus facit coniunctio tactus ad recipiendum actionem agentis, hoc in spiritualibus facit coniunctio ordinis: quia per hoc inferiùs fit instrumentum superioris, cui superiùs imprimit formam qua agit.

¶Amplius, illuminationes huiusmodi vocantur theophaniæ, id est, apparitiones, à theos quod est Deus, & phanos, quod est apparitio: quæ in via hac est per uelatum lumen scripturæ, in patria uerò est in lumine non uelato, & hoc tripliciter: primò, dum Deus apparet in luminis sui effectu, facientis scire ea circa, quæ illuminationes, angelorum præfatæ versantur, non ipsum Deum: & hanc apparitionem suscepit angelus vnus ab alio. Secundò, quando in lumine creato videtur lumen, increatum, iuxta illud, In lumine tuo videbimus lumen, non sicut in similitudine, per quam cognoscitur res, sed sicut in dispositione eleuante, & aptificante intellectum creatum ad luminis increati aspectum.

Psal. 35.

Tertiò, quando Deus est intellectui creato ut lumen, sub quo ipse videtur: & ut obiectum, quòd beatificè cernitur. & his duobus modis Deum per theophanias videre, est eum immediatè aspicere, & sicuti est. Hæc Vdalricus.

Contra Vdalricū.

¶In cuius verbis grandem mihi ingerit admirationem, quòd asserit Hugonem de sancto Victore contradicere sermonibus sancti, puta Dionysij: nec intellexisse aliquam esse illuminationem diuinam, nisi illam, quæ est substantia beatitudinis, id est, beatifica uisio, qua Deus sine medio ex lux omnium beatorum, ideoque negasse aliquam illuminationem descendere ab angelo vno in alium. Istud etenim venerabilis, atque doctissimus ille Hugo non videtur sensisse, nec conscripsisse: imò ex commentario suo super angelicam hierarchiam clarissimè, ac frequenter scribit oppositum, imò qui taliter sentit, apertissimè, & quasi omnino à beatissimi

Diony-

Dionysij recedit doctrina, quam Hugo cum ingenti reuerentia amplectitur, & commendat. Itaque libro commentarij sui quarto loquitur Hugo: Quoniam hierarchia secundum dispositionem, quà diuinam pulchritudinem imitatur, laudatores suos efficit tales, vt digni sint lumen diuinum, accipere, & lucere ex lumine: specialiter autem quosdam mundans sic perficit, ut principalis luminis sint capaces, & immediatè illuminentur à Deo, ac deinde ad eos, qui sequuntur post se, & constituti sunt sub se, lumen suum transfundat copiosè ex abundantia perceptionis suæ primæ. ¶Rursus ibidem: In hoc, inquit, consistit hierarchiæ perfectio, ascendere ad imitationem Dei, & fieri cooperatricem ipsius, ita vt diuinam actionem in se relucentem repræsentent: & quod desuper receperunt, transfundant ad alios: & ita qui purgantur, purgent: & qui illuminantur, illuminent: & qui perficiuntur, perficiant. ¶Amplius, hoc ipsum sanctus Dionysius ibi in textu euidenter expressit: Ordo, inquiens, hierarchiæ est quosdam quidem purgari, quosdam verò purgare: & quosdam quidem illuminari, quosdam verò illuminare: & quosdam quidem perfici, quosdam perficere. Super quæ verba Hugo inter cætera scribit: autem quidam superiores, sublimesq; angeli, qui deitati propinquiores, ab ipsa immediatè suscipiunt purgationem, vt sint mundi: & illuminationem, vt sint clari: & perfectionem, vt sint sancti: atq; ab illis, qui sequuntur purgantur, illuminantur, & perficiuntur. Idem asserit Hugo in pluribus locis. idcirco non parum excessiuum fuit, eum sic reprobare non verè, de quo in libro Apũ narratur, ꝓ propter eminentiam scientię suæ vocatus est alter Augustinus, quẽ Iohannes Gerson cancellarius Parrhisiensis in libro suo de mystica theologia annumerat sanctis viris, Bernardo, alijsq; nonnullis, qui mysticam theologiam experti sunt.

Hugo. Hugo. S. Diony.

¶Insuper circa hæc Thomas disseruit: Actio esse nequit nisi secundum dispositionem, exigentiamq; agentis. Cumque hierarchia perficiatur scientia, vt patet ex eius descriptione præhabita, oportet ꝓ actio hierarchica in transfusione consistat scientiæ. Vnde septimò hierarchiæ cælestis cap. Diuinus Dionysius fassus est: Purgatio, illuminatio, & perfectio, est scientiæ diuinæ assumptio. Ad scientiam autem in sua acquisitione duo concurrunt, videlicet contrarij, seu priuationis expulsio, & cõsummatio eius, quemadmodum in acquisitione cuiuslibet formæ, Consummatio quoque scientiæ in duobus consistit, sicut & visio corporalis, ad quam requiritur lumen, sub quo videtur visibile, & consequitur cognitio rei visibilis. Conformiter per lumen intellectuale habetur cognitio intellectua. Itaque quantum ad remotionem priuationis, est purgatio: quãtum ad influentiam luminis, est illuminatio. Sed quantum ad cognitionem consequentem, in quam dirigit lumen sicut in vltimum terminum, est perfectio. Hinc perfectores à sancto Dionysio appellantur, à doctrinarum traditione sanctarum. Quamnis ergo purgatio à culpa sit per gratiam, quæ à Deo solo confertur: purgatio tamen à nescientia est per lumen doctrinæ, & potest esse ab angelo. Talis purgatio est à dissimilitudinis confusione, vt dicitur 3. cælestis hierarchiæ capit. Confusio equidem intellectus est ex hoc, quòd est in potentia respectu plurium, à qua confusione eripitur per hoc, quòd per lumen sibi communicatum determinatur ad vnum, id est, ad certæ veritatis notitiam.

Thomas. S. Diony.

¶Denique omnes angeli immediatè diuinam cernunt essentiam: non tamen in ea vident vniuersos eius effectus. Nec oportet eum, qui causam cognoscit, cognoscere cunctos ipsius effectus, nisi eam secundum totam suam potestatem agnoscat, secundum quod Deus se cognoscendo scit omnia. Aliorum verò, qui ipsum videndo non comprehendũt, vnusquisque tanto plura in eo cognoscit, quanto plenius ipsum per fruitionem gloriæ capit, sicut ex speculatiuis principijs, qui melioris est intellectus, plures conclusiones elicere potest. Hinc in diuinorum cognitione effectuum angelus superior inferiorem illuminat, quantum ad statum naturæ, seu gratię, qui effectus angelorum officijs dispensantur, seu exhibentur, prout 7. hierarchiæ cęlestis cap. & in principio quarti capituli de diuinis nominibus expressè habetur. Hinc grauiter errarunt quidam dicentes, ꝓ omnes angeli ita à Deo immediatè illuminationem recipiunt, ꝓ ab inuicem non illuminantur, negantes totum quod beatus Dionysius inde tradit auctoritatibus scripturæ munitum, & consonũ dictis philosophorum. Si autem objiciatur, ꝓ solus Deus interiùs docet, atque illuminat, dicendum est, ꝓ verum est tanquam principalis docens, intellectualeq; lumen producens. Quemadmodum autem in cognitionem coloris sensibilem peruenit homo ex duobus, videlicet ex obiecto, & ex lumine, sub quo videtur, & tam is, qui repræsentat obiectum, q̃ qui lumen adducit, dicitur rem monstrare: ita ad intellectualem cognitionem duo exiguntur, videlicet ipsum intelligibile, & lumen quo videtur. Ideo dupliciter dicitur quis docere. Primò, vt proponens intelligibile: secundò, vt præbens lumen ad intelligendum. Hoc autem lumen est duplex. Vnũ intrinsecum, connaturale intellectui, cui assimilatur lumen, quod de compositione est oculi: & per collationem huius luminis Deus solummodo docet. Secundùm est lumen superueniens ad confortationem luminis connaturalis, cui in corporali visu assimilatur lumen solis siue candelæ. Sicq; potest angelus angelum, ac hominem illuminare, non tamen potest homo hominem sic docere, cum in eo lumen intellectuale debilissimè recipiatur. Aliqui tamen dicunt, ꝓ nullo modo angelus docet vt lumen præbens, quod dictis sancti Dionysij expressè cõtrariari videtur. Similiter intelligibile duplex est. Vnum, ad cuius intellectum sufficit ratio hominis, dummodo sibi considerandum proponatur: ideo sic proponẽs, dicitur alium docere, id est, in cognitionem deducere, sicut in visu corporali rem monstrat, qui eam coram oculis ponit. Aliud est, ad cuius intellectum non sufficit discipulus, nisi per aliquid sibi magis notum manuducatur. Sicq; ex hoc, ꝓ homo proponit illi aliqd magis notum, instruit ipsum: quemadmodum, qui alicui rem exteriorem à remoto digito monstrat, facit eum videre: & his duobus modis dicitur homo hominem informare. & ista doctrina non est per modum illuminationis, sed locutionis. Hoc quoque sciendum, quòd istæ tres actiones interdum iunguntur, nec differunt nisi secundum rationem: quoniam omnis perficiens, perficiendo illustrat, & purgat, & omnis illuminans purgat, non econtrario, sicut in ecclesiastica hierarchia patet præcipuè. Non enim quamlibet purgationem sequitur luminis receptio, sed perfectam. Similiter non quamlibet illuminationem sequitur cognitionis perfectio, sed consummata. Hæc Thomas in Scripto.

Obiectio. Cõfutatio. Docere alicuem dupliciter. Lumẽ duplex. Intelligibile duplex.

¶In cuius verbis, ꝓ ait informationẽ hoĩs non esse per modũ illuminationis, sed locutionis, videl. obscurum, cum iuxta doctrinam sancti Dionysij in ecclesiastica hierarchia, prelatorum sit purgare, illuminare, atq; perficere subditos: quibus, & ait saluator, Vos estis lux mundi: imò secundum Dionysium, sacerdotum est illuminare. Apostolus quoq; ad Ephesios: Mihi, inquit, data est gratia hæc, illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti.

Matt. 5. Ephe. 3.

Thomas.

¶At verò in prima parte quæstione decima sexta testatur: Lumen, prout pertinet ad intellectum, non est nisi manifestatio veritatis, secundum illud ad Ephesios: Omne quod manifestatur, lumen est. Vnde manifestare non est aliud, quàm manifestationem cognitæ veritatis alteri tradere. Sicq; vnus angelus dicitur alium illuminare, inquantum ei manifestat veritatem, quam ipse cognoscit. Cumq; ad intelligendum duo concurrant, videlicet virtus intellectiua, & similitudo rei intellectæ: secundum hæc duo, unus angelus potest alteri cognitam à se veritatem notificare. Primò, fortificando vim intellectiuam illius. Quemadmodum enim virtus imperfectioris corporis fortificatur ex situali propinquitate formæ corporis perfectioris, vt minus calidum ex calidiori; sic virtus intellectiua angeli inferioris, confortatur ex conuersione angeli superioris ad ipsum. Hoc quippe agit in spiritualibus ordo conuersionis, quod in corporalibus ordo localis propinquitatis. Secundò, vnus angelus manifestat alteri veritatem, ex parte similitudinis rei intellectæ. Superior etenim angelus notitiam accipit veritatis in vniuersali, quadam conceprione, ad quam ita sumendam virtus, angeli inferioris non extat sufficiens: sed connaturale est ei, vt particularius veritatem accipiat. Superior itaque angelus veritatem, quam vniuersaliter accipit, quodammodo distinguit, ac diuidit: sicq; eam inferiori angelo cognoscendam proponit, quemadmodum apud nos doctores, quod in summa capiunt, multipliciter distinguunt, ac diuidunt, prouidentes inferiorum capacitati. Et hoc est, quod decimoquinto cælestis hierarchiæ capitulo sanctus Dionysius ait: Vnaque que intellectualis substantia datam sibi à superiore vniformem intelligentiam prouida virtute diuidit, & multiplicat ad inferioris sursum ductricem analogiam. Si autem objiciatur, quòd triplex est lumẽ in angelis, scilicet naturæ, gratiæ, & gloriæ: angelus autem illuminatur lumine naturali à creante, lumine gratiæ à iustificante, lumine gloriæ à beatificante, quod totum Dei est, ergo vnus angelus non illuminat alium: dicendum quòd vnus angelus non illuminat alium, tradendo ei lumen naturæ, aut gratiæ, vel gloriæ: sed confortando lumen naturale ipsius, & manifestando ei veritatem de his quæ pertinent ad dispositionem naturæ, gratiæ, aut gloriæ. Hæc Thomas in Summa.

Ephe. 5. S. Diony. Obiectio. Cõfutatio

¶Cuius hoc vltimum verbum, quo ait, quòd angelus superior, non illuminat inferiorem, tradendo ei lumen &cætę. videtur aliqualiter dissonare à prætacto verbo Scripti, quo profert: Quidam dixerunt, quòd angelus nullo modo docet vt lumẽ præbens. Ad quod poterit dici, quod non præbet alteri lumen per creationem infundendo.

Quæstio.

¶Si autem quæratur, An angelus superior illuminat inferiorem de vniuersis, quæ nouit, respondet Thomas: Omnes creaturæ ex diuina bonitate participant, vt bonum, quod habent, in alia aliquo modo diffundant siue communicent: quia de ratione boni est, se alijs communicare. Hinc corporalia, & naturalia agentia, similitudinem suam pro posse alijs traduntur. Quanto igitur agentia aliqua diuinam excellentiùs bonitatem participant, tanto copiosiùs perfectiones suas communicant alijs. Cumque angeli superiores in plenissima diuinę bonitatis participatione consistant, quicquid à Deo percipiunt, subiectis communicant, & reuelant, quamuis ab inferioribus non recipiatur tam eminenter, atq; perfectè, sicut in superioribus continent: ideo superiores in altiori remanent ordine, & perfectiorem habent scientiam. Hinc decimoquinto capitulo angelicæ hierarchiæ beatus Dionysius contestatur, quòd vnaquæque cælestis essentia intelligentiam sibi à superiori communicatam tradit inferiori. Gregorius quoq; In illa, ait, cælesti patria, quamuis quædam data sunt aliquibus excellenter, nihil tamen possident singulariter. Hęc ibi. Idem Petrus.

S. Diony. Gregori⁹. Richard⁹.

¶Concordat Richardus: Cum angeli superiores Deum clariùs contemplentur, quàm inferiores, idcirco in Deo quasdam speciales leges, & rationes conspiciunt, ad quarum intuitum inferiores, per lumen gloriæ suæ non attingunt: & quasdam de illis reuelant inferioribus, quando diuinæ est placitum voluntati, non efficiendo vt inferiores conspiciant leges illas in Deo, sed ad hoc tantummodo disponendo. Nam solus Deus efficere potest, vt veritas aliqua nudè videatur in ipso. His cõsonat quędam glossa super illud Psalmi: Da mihi intellectum vt discam mandata tua, sic dicens: Ita angelus dicitur dare homini intellectum, sicut quis dicitur lumen domui dare, cui facit fenestram, cum eam sua luce non penetret, nec illustret. Ergo similiter angelus angelum non illuminat, nisi dispositiuè, loquendo de illo modo illuminationis altissimo: quia loquendo de modo illuminationis, quo tantum significatur intellectui de veritate, quia est, vel de illo, quo veritas intellectui insinuatur in aliquibus causis secundis, superior angelus potest inferiorem illuminare effectiuè, si aliquid illorum ignoret, quæ in causis secundis possunt ostendi. Hæc Richardus.

Psal. 118.

¶Qui etiam quærit hic, An angeli inferiores illuminet superiores. Et respondet, quod non, quamuis loquantur superioribus. Illuminatio namque est manifestatio veritatis pertinentis ad secundariam intellectus perfectionem in ordine ad primum lumen, ipsumq; intellectum acutiorem, & clariorem efficientis. Sic autem nil sciunt angeli inferiores, quod lateat superiores. Cum igitur manifestare intellectui veritatem, quam priùs nesciuit vel non ita clarè cognouit, sit ipsum docere, constat, quòd angeli inferiores non illuminant superiores. Quòd si objiciatur, quòd angeli inferiores loquendo superioribus, manifestant illis suos conceptus, quos ante nesciebant: dicendum, quod hoc non sufficit ad rationem illuminationis, quia non pertinet ad secundariam superioris angeli perfectionem scire inferioris conceptum, quemadmodum discipulus nõ illustrat magistrum, quamuis dicat ei, Ego cogito hoc, aut illud. Hæc Richardus.

Richardi quęstio. Obiectionis confutatio.

¶Eandem quæstionem mouet Thomas in prima parte Summæ, & consonat iam inductis eius responsio, quamuis exquisitiùs inde scribat.

¶Bonauentura demum, & Antisiodorensis de actibus istis hierarchicis, hic specialia non inducunt, sed quæstione sequente, qualiter animas nostras illuminent angeli, Bonauentura scrutatur, ut ibi discutietur, & illa ad horum quoque intelligentiam valent.

¶Porrò Gulielmus secũda parte de vniuerso, de hac triplici actione hierarchia disputat multũ diffusè;

Gulielm⁹.

se: & quæ scribit prolixè, iam sententialiter sunt expressa. Itaq; tangit in primis, quemadmodum noia ista, purgatio, illuminatio, & perfectio, accipi queũt dupliciter, actiuè videlicet, & passiuè, & quòd non sumũtur passiuè, prout vniuersi angeli sancti à Deo purgãtur, illuminant, atq; perficiuntur, sed actiuè, quod probat ex hoc, ꝙ vir sanctus, & sapiens, utpotè diuinus Dionysius, tractat de eis ut sunt angelorũ officia. Officium autem non dr̃ ad passiones, aut receptiones, sed magis ad actiones, ac distributiones. Non. n. comburi dr̃ esse officium combustibilium, vt lignorum, quia officium sonat in potestatem. Vnde & apud oratores officium diffinitur cõgruus actus vniuscuiusq; personæ secũdum mores, institutaq; patriæ. Intellexit ergo Dionysius de illuminatione actiua, qua angeli superiores illuminant inferiores. Consequenter subiũgit: Tria hæc adhuc sumuntur dupliciter, videlicet secundũ habitum, & secundum actum. Secundum habitum nõ aliud est illuminatio, q̃ luminositas, & purgatio, q̃ puritas, & perfectio, quàm plenitudo quædam ad esse, vel ad bene esse. Sanctus autem, & sapiens iste, intendit interdum hæc actus esse officiorum. Conuenit autẽ eis illuminare angelos iferiores, & animas nostras, sicut hoc exemplo potes doceri. Nam homo scientificus lumen scientiæ animæ suæ, adhibet per vocem, & scripturas, seu per alia signa intellectui eius quem vult docere. Quamuis ergo occultus sit modus ille illuminationis angelorum: hinc tamen potes aduertere, quòd longè plus possunt docere, & illuminare subditos sibi, quàm humani, doctores. Nempe de spirituali luce nullo modo est dubitandum, quin ex ea descendant, ac oriantur influentiæ luminales, & scientiales ad inferiores, & ad animas nostras, præsertim ad animas prophetarum, aliorumque sanctorum virorum, quibus reuelationes fiũt per raptum, aut per extasim, siue per somnum, non naturali necessitate, sed libera voluntate. Vnaquæque enim huiusmodi substantiarum, verè spiritualis est liber lucidissimæ inscriptionis naturaliũ, ac diuinalium scientiarum, & applicat se inferiori, non corporali contactu, sed spirituali coniunctu, cum ipsa sit liber spiritualis, & speculum purũ propter quod applicatio cuiuslibet talis, substantiæ est essentialis, & immediata ad inferiorẽ, cui se offert, ac obijcit, intuẽdam. Ingreditur quoq; in animam, sicut unus protulit prophetarum: Angelus, q̃ loquebatur in me, egrediebatur. Et de præsentia luminosæ talis substantiæ, effulget in aĩa lumen reuelationis, quam voluerit facere in eadem. Hęc Gulielmus.

S. Diony.

Officij diffinitio.

Zachar. 2.

Dionysiꝰ.

¶Cuius positio cnm præhabita positione Alberti videtur pro magna coincidere parte, dicentis, ꝙ sicut ex oppositione speculorum duorum similitudines rerum, quæ sunt in vno, resultant in alio: sic angeli applicatio ad mentem angelicam, seu humanam, facit species, quæ in superiori sunt angelo, apparere in inferiori: quæ tamen positio vt patuit supra, à Thoma, Richardo, Durando, multisque alijs reprobatur. Attamen Thomas de Argentina approbat eam. Responsio ad obiecta, claret ex dictis. Etenim verum est, quod in clara, ac faciali deitatis inspectione essentiale præmium situm est, quod etiam per se plenè satiatiuum, & contentatiuum est mentis creatæ, nisi quòd Deus superpijssimus, ac immensus ex sua liberalitate prorsus interminata, vltra illud voluit suis electis adijcere multiplex gaudium, & præmium accidentale. Vnde & sancti, & beati cupiunt illa, & ad superplenam contentationem habendam aliquo modo indigent illis: quanquam omnia illa ita se habeant ad præmium essentiale, sicut punctum ad lineam.

QVAESTIO. V.

QVintò queritur, *An angeli eiusdem hierarchiæ, aut saltem eiusdem ordinis sint æquales.* ¶Videtur quòd sic, quia beatus Dionysius libro de hierarchia cęlesti angelos eiusdem hierarchiæ aliquoties nominat æquipotentes, ergo multo plus angeli eiusdem ordinis pares sunt. ¶Secundò, sicut angeli conueniunt in naturalibus, ita in gratuitis: sed omnes angeli primæ hierarchiæ purgantur, illuminantur, & perficiuntur immediatè à Deo, vt diuinus Dionysius tradit: ergo in naturalibus, atq; gratuitis consistunt æquales. ¶Tertiò, inæqualitas causa est diuersitatis, distinctionisque ordinum. Si ergo angeli in dignitate, & gradu perfectionis sunt impares, ad distinctos pertinent ordines. ¶Quartò, Augustinus libro de vera religione testatur: In omnibus conuenientia placet, qua salua, & pulchra sunt omnia. Conuenientia autem æqualitatem, & similitudinem, non disparitatem requirit.

1

2

3

4

¶In oppositũ est auctoritas Dionysij, qui (vt frequenter præhabitũ est) decimo angelicę hierarchiæ fatetur, in eodẽ ordine primos esse, & medios, ac vltimos, Lucifer quoq; dicitur summus fuisse in primo ordine angelorum, ergo in ordine illo alij erãt inferiores. Rursus ordo secundum Augustinum est imparium, pariumque connexio apta. ergo in eodem angelico choro imparitas reperitur.

In oppositum.

S. Diony.

¶Ad hoc Bonauentura respondet: In angelica hierarchia reperitur pulchritudo perfecta in genere creaturæ ex quadam gradatione disparium. In hoc enim conuenientia. & pulchritudo consistunt. Cum enim nullus angelorum in seipso omnino perfectus sit, necesse est ut ex quadam conuenienti diuersitate, ac proportionali gradatione consurgat conuenientia ordinata, & perfectio maior, ac pulchritudo in genere creaturæ perfecta. Hinc sicut vnus dicitur ordo apostolorum, vnusq; ordo martyrum, & vnus ordo confessorum, vnusque virginum: & tamen in quolibet horum est gradus perfectionum, vnde de quolibet legitur sancto, Non est inuentus similis illi: sic in angelicis extat ordinibus. Nec conuenientia surgit ex sola æqualitate, sed ex disparium congruenti ordinatione, vt præallegato libro loquitur Augustinus. Veruntamen in superbeatissima trinitate ex sola æqualitate, & similitudine constat pulchritudo, & conuenientia summa, cum quælibet diuina, & increata persona sit in se absolutè perfecta, cuius perfectionem cum ordo angelicus plenè nequeat imitari, supplet in ipso diuersitas, quod repræsentare non valet vnitatis simplicitas. Hæc Bonauentura.

Bonauen.

Eccl. 44.

¶Pręterea Thomas: Angeli, inquit, secundum diuersitatem naturaliũ diuersimodè in gratuitis sunt perfecti. Cumq; iuxta præhabita in angelis tot sint species, quot indiuidua, semper vnus angelus est superior alio. Hinc angeli vnius chori dicuntur æquipotentes, seu æquipollentes, non simpliciter, sed secundum quid, videlicet quantum ad modum accipiendi illuminationes diuinas conuenientẽ suæ hierarchię. Similiter augeli eiusdem ordinis sunt æquales, seu æquipotẽtes secundum conuenientiã actus ordinis sui, non simpliciter in omnibus. Nec quælibet distinctio gradus facit distantiam ordinis, sed illa, quæ est secundũ actus diuersos, quamuis etiam omnium spirituum vnius chori sit idem donum in generali, non tamen omnes æqualiter illud participant. Hæc Thomas in Scripto.

Thomas.

¶Concor-

Petrus.

¶Concordat Petrus: Quemadmodum, inquiens, in hierarchia ecclesiastica est distinctio statuum generalium, vt prælatorum, & clericorum, ac laicorum, atque in quolibet statu distinctio graduum, & officiorum, vt in clericis sunt præsbyteri, diaconi, &c. in officijs quoque distincta idoneitas personarum ad exequendum illud officium, ita in angelica hierarchia inuenitur diuersitas multa ad actus naturæ, & ad actus gloriæ, & item ad actus officij, secundum quod maior est virtus naturalis vnius, quàm alterius, maiusq; donum, & maior illuminationum capacitas. Hinc quod libro 2. asserit Damascenus, Ordo est vniformis cælestium spirituũ multitudo: intelligendum est, quod vniformes dicuntur participatione vnius officij, non æqualitate participati. Hæc Petrus.

Damasc.

Richardꝰ.

¶Richardus quoque: Angeli, inquit, eiusdem ordinis non sunt æquipotentes, nec in scientia dirigente, nec in potentia officium exequente, nec in voluntatis perfectione. Cum enim secundum Augustinum nono de ciuitate Dei, ordo sit parium disparium q̃; rerum sua cuique loca tribuens dispositio, videtur, quod in eodem ordine angelorum, in aliquo existat disparitas, & in aliquo paritas. Paritas in hoc, ꝙ ad idem in specie officiũ deputati sunt: qa tamen propter ipsarum personarum disparitatem, quamuis proportionatam ipsarum illud officium exequuntur dispariter, quamuis proportionaliter, non sunt absolutè æquales, seu æquipotentes, sed tantum secundum quid. Hæc Richardus.

August.

¶Concordant Albertus, Vdalricus, alijq; communiter, & etiam Alexander, non tamen omnimodè. Vt enim superiùs patuit, ipse opinatur angelos eiusdem ordinis saltem aliquos esse speciei vnius, sicut & Bonauentura: quoniam sub vna specie specialissima indiuidua ponũt plura in angelis.

Gulielmꝰ.

¶Veruntamen vt tactum est supra, Gulielmus dicit angelos eiusdem ordinis, imò & omnes angelos eiusdem hierarchiæ esse omnino æquales. Sic quippe secunda parte de vniuerso effatur: Scito quòd vir sanctus, & sapiens iste, videlicet magnus Dionysius, non ponit ordinationẽ prioritatis, aut posteriritatis, similiter, nec maioritatis, aut minoritatis, neque omnino præcellentiam dignitatis inter tres ordines supremæ hierarchiæ angelicæ: imò potius asserit eos immediatè collocatos, circa creatoris superpręstantissimam maiestatem, & ab ipso primum ac immediatè dona influentiarum suscipere. Hæc Gulielmus, qui sensum eundem frequenter ponit in alijs locis. Veruntamen sicut iam claruit, istud non est de sancti Dionysij mente, quamuis dicat angelos eiusdem ordinis esse pares, quod intelligendum est modo præfato, præsertim cum in eodem choro esse supremos, medios, vltimosq; affirmet. ¶Ad obiecta pro maiori parte innotescit solutio. Nihilominus ad secundum dicendum, quod sicut omnes angeli eiusdem ordinis aliquo modo conueniunt in gratuitis, ita in naturalibus, puta in genere. In speciali verò, sicut distinguuntur specificè in natura, sic & dona gratiæ, ac gloriæ habent distincta, & magis, seu minus perfecta.

QVAESTIO. VI.

SExtò quæritur, *An animæ rationales post hanc vitam, seu homines post resurrectionem generalem ad angelorum ordines assumentur.* ¶Videtur quòd non: quoniam homines, & angeli diuersas constituunt hierarchias, ergo & distinctos efficiũt ordines, cum plus sit distingui hierarchia, quàm ordine, eo quòd ad eandem hierarchiam diuersi pertineant ordines Secundò, quæ eiusdem sunt ordinis, sunt eiusdem naturæ: quoniam ordines per dona gratiæ distinguuntur, homines autem, & angeli non sunt eiusdem naturæ. Tertiò, inferior angelus non potest ad superiorem pertingere ordinẽ, ergo nec homo ad aliquem angelicum ordinem: quia plus distat homo ab angelo, præsertim superiore, quàm angelus vnus ab alio. Quartò, hominibus post hanc vitam non conueniunt actus, qui ordinibus competunt angelorum, videlicet nunciare minora, siue maiora.

Arguitur primo.

2

3

4

¶In oppositum est, quod apud Mattheum ait saluator, quod homines post resurrectionem erunt sicut angeli Dei. Sanctus quoque Dionysius primo capitulo de diuinis nominibus, loquitur: Homines angelorum gloriam sortientur. Gregorius item in homilia affirmat, quòd homines secundum diuersitatem meritorum suorum ad diuersos transferuntur ordines angelorum.

In oppositum. Matt. 22.

Gregoriꝰ.

Ad hæc Thomas: Circa hoc, inquit, est triplex opinio. Vna Eustachij Græci episcopi, qui super sextum asserit Ethicorum, quod nemo tantum animæ suæ profectum potest sperare, vt operationem intellectuum separatorum pertingat. Sicque hominum electorum esset decimus ordo, inferior alijs nouem. Quæ opinio est dictis sanctorum contraria, & videtur hæresim sapere, cum beatissima virgo super angelorum choros sit exaltata, nisi fortè dictum illud Eustachij intelligatur de operatione, ad quam homo ex naturalibus suis valet pertingere. Secunda opinio, quòd aliqui hominum ad ordines perueniunt angelorum. Alij verò decimum constituunt ordinem, iuxta parabolam decimæ drachmæ perditæ, ac inuentæ. Hoc quoq; diuersimodè assignatur, quibusdam dicentibus, quod solę virgines ad ordines assumunt angelicos. cæteriq; electi homines faciant ordinem decimum: quod non videt, cum multi non virgines, ut Petrus, & Magdalena, multis virginibus eminentiores consistãt. Hinc alij opinantur, ꝙ perfecti duntaxat ad ordines angelorum pertingant, cæteri decimum ordinẽ compleant. Sed cum ex hominibus, & angelis vna ecclesia sit futura, vnaq; hierarchia, non est probabile, quòd numerus ordinum cælesti competens hierarchiæ, per tria trina distinctus, quatenus numerus ordinum, ac hierarchiarum summæ trinitatis repræsentet vestigium, per homines augeatur. Hinc tertia positio amplius mihi placet, quod scilicet cũcti electi homines assumantur ad ordines angelorum, quidam ad superiores, quidam ad inferiores, quidam ad medios secũdum diuersitatem meritorum suorum, Sacra autem virgo super omnes est eleuata. Porrò an tot homines assumentur, quot angeli permanserunt, an quot corruerunt, aut quot fuerunt vtriq;, vel plures an potiores, ille scit, cui soli cognitus est numerus electorum, in superna felicitate locãdus. ¶Deniq; meritum hoĩum potest efficaciùs esse merito angelorũ: tum propter difficultatem, quæ est maioris conatus occasio: tũ propter assiduum, & diuturnum profectum in charitate, & gratia, cum homo sit multo diutiùs viator, quàm angelus: tum, quoniam merita hominum efficaciã sortiuntur ex merito, & gratia Christi, qui non angelos, sed semen Abraæ apprehendit. Ideo homines magis transferuntur in gradum gloriæ altioris naturæ, ac ordinis, quàm angeli. Fit itaq; ex cunctis electis vna hierarchia cęlestis. Quemadmodum

Thomas. Eustachiꝰ.

Opinio 2.

Alia opinio.

Opinio.

Hebræ. 2.

dum enim se habet hierarchia ecclesiæ ad hierarchiam angelicam, sic hierarchia synagogæ ad nostram, vt sanctus Dionysius docet Hinc sicut vetus hierarchia fuit via, & figura hierarchiæ ecclesię; atque ad eam, & ad eius ordines est assumpta, sic nostra hierarchia est via, signum, seu figura hierarchię cælestis, & ad eam, eiusq; ordines eleuatur. Non tamen conueniunt beatis animabus officia angelorũ circa inferiora: quoniam officia illa consequuntur ordines angelorum, quantum ad gradum naturæ: quia angelica natura inter Deum & nos, media est magis, quàm secundum ordinum proprietates. Ideo sicut animæ damnatorum non deputantur nobis in exercitium, ita nec animæ sanctorum in custodiam. Hæc Thomas in Scripto, per quæ patet obiectorum solutio.

Thomas. ¶Præterea in prima parte, quæstione centesima octaua: Ordines, ait, angelorum secundum conditionem naturæ attenditur, & secundum dona gratiæ. Quantum ad primum, certum est homines non assumi ad ordines angelorum: quoniam semper manet naturarum distinctio: quam quidam considerantes, dixerunt homines ad angelorum ordines non posse assumi, quod repugnat promissioni Luc. 10. Christi, protestantis, quòd filij resurrectionis erunt æquales angelis in cælis. Quod enim est ex parte naturæ, habet se ut materiale in ratione ordinis. Completum autem, atque formale, est id, quod est ex dono gratiæ, quæ ex Dei liberalitate, non ex gradu naturæ dependet. Idcirco per gratiam homines possunt mereri gloriam tantam, vt angelis in merito, & præmio coæquentur secundum gra August. dus singulos angelorum. Augustinus quoque duo decimo de ciuitate Dei testatur, quòd non erunt in cælo duæ societates angelorum, & hominum, sed vna: quoniam omnium beatitudo est, vni adhærere Deo. Hæc in Summa.

Bonauen. ¶Concordat Bonauentura: Ad perfectionem, inquiens, ordinis duo concurrunt, videlicet natura tanquam fundamentum, & dispositio, & gratia, vt complementum, & consummatio. Et quoniam aliud dicitur esse secundum quid, quando est in sola dispositione: tunc verò simpliciter, quando est in sola perfectione, cùm angeli sancti, & dæmones in naturalibus conueniant, aliquãdo dicuntur dæmones fuisse de diuersis ordinibus angelorum, quamuis nunquam fuerint in aliquo ordine. Propter quod intelligendum est hoc secundum quid, non simpliciter. Sed cum homines valeant eleuari ad excellentiam gratiæ, & gloriæ, in qua sunt angeli, potest ex hominibus, & angelis idem ordo con- Obiectio stitui. Si verò obijcias, quòd non potest esse cõformitas in perfectione, vbi non est conuenientia in præambula dispositione: dicendum, quòd verum Cõfutatio est in dispositione necessitatis, non in dispositione congruitatis, qualis est hic. Hinc super illud in Psal Psal 44. mo, Constitues eos principes, ait Glossa: Elegit pauperes, vt exaltaret eos ad ordines cæli, qui ex angelis, & hominibus fiunt. Et super illud Iosuæ, Omnẽ Iosuæ. 1. locum quem calcauerit pes vester, Glossa fatetur: Si diabolum vicero, si meruero ut eum conterat Deus sub pedibus meis, consequenter locum eius in cælo habebo. Hæc Bonauentura. De cuius respõ Rom. 16. sione ad istud quæsitum, dictum est pleniùs supra in quæstione secunda distinctionis istius. Et illi responsioni concordat omnino Richardi responsio. Bonauentura autem in hac quæstione loqui videtur de dęmonibus secundum illam opinionem, quę ponit eos nunquam fuisse in charitate, & gratia gratum faciente. Responsio etiam Petri in dictis Thomæ iam tactis totaliter continetur. Albertus quoq;, & Vdalricus responsioni consonãt Thomæ.

¶Porrò Durandus aliquid speciale hic scribit: Durand⁹. Homines, dicens, assumi ad ordines angelorum, intelligi potest dupliciter. Primò, quantum ad æqualitatem officij: secundò, quantum ad æqualitatem præmij. Primo modo non assumuntur: quoniam actus, atque officia angelorum sunt, purgare, illuminare, perficere, custodire, & annunciare, quæ nõ conueniunt sanctis angelis post resurrectionem, nec modo conueniunt sanctis animabus secundum legem communem. Si verò intelligatur de æqualitate præmij, dicendum quòd homo per æquale meritum non pernenit ad æqualem visionem cum angelo, nec per æquale lumen gloriæ uidet æqualiter Deum. Primum patet: quoniam magis distat homo, seu eius cognitio naturalis à visione Dei per essentiam, quàm naturalis cognitio angeli, ergo ampliori indiget merito ad hoc, quod perducatur ad æqualem visionem cum angelo. Secundum patet, quia si inæqualibus addantur æqualia, remanent inæqualia: sed lumen intellectus angeli, & lumen intellectus nostri, sunt inæqualia: ergo additio, æquali lumine gloriæ in vtroque ad eleuationem amborum, remanent inæqualia in virtute: ergo si homo perueniet ad æqualitatem visionis cum angelo, oportet, quòd ei superaddatur amplius lumen, quàm angelo: quod totum bene fieri potest: quoniam angeli meruerunt tantum vnico actu, homo autem multis actionibus, & passionibus, quas propter iustitiam tolerat, eiusque meritum meritis Christi innititur, & sacramentis iuuatur. Hęc Durandus.

¶Cuius positio videtur diuinæ repugnare iustitiæ, quæ pro æqualibus meritis æqualia vtique tribuit præmia. Inferioritas quoque naturę in homine, & debilitas luminis naturalis, magis commendant eius diligentiam, meritum & conatum, quem admodum, & multiplicitas, ac vehementia tentationum. Insuper secundum Augustinum, & alios sanctos concorditer, beatifica visio correspondet actuali charitatis perfectioni: ergo si homo in vita hac ad tantam charitatis perfectionem, & actualitatem ascendat, quantum habuit angelus in sua ad Deum meritoria conuersione erit æqualis angelo in beatifica uisione. ¶Amplius, omnipotens iustus, ac sapiens Deus, unicuique influit secundum suam dispositionem, capacitatem, dignitatem, seu meritum. Perfectio autem charitatis disponit potissimè, immediatè, & proximè ad fruitionem beatam: ergo quo viator magis perfectè, & syncerè ad Deum afficitur, eo clarius ipsum cernet, atque suauiùs eo fruetur. ¶Adhuc autem ut asserit Augustinus: In his, quæ sunt super naturam, tota ratio operis est omni potentia Dei agentis: visio verò deitatis per speciem, est maximè super naturam: ergo ad eam sufficit omnipotentia creatoris, prælertim ubi æqualem inuenerit rationem, siue par meritum.

Beatifica visio correspondet actuali charitatis perfectioni.

¶Argumentum quoque Durandi ex præhabitis Bonauentura soluitur verbis, quoniam dispositio naturalis ad beatificam visionem habet se ut dispositio congruitatis, non ut dispositio necessitatis. Denique lumen gloriæ satis corroborat, & coaptat mentem humanam, & omnipotens æquitas Dei supplet defectum naturæ. Ad hæc probanda plures possunt rationes adduci, sed non videtur necesse.

¶Postre-

Thom. de Argẽtina. Postremò Thomas de Argẽtina, addit phabitis: Quidã dixerũt, ꝙ duo parietes erũt in cœlo. Vnus hoim, alius angelorum, & ꝙ ruina angelica restaurabit ꝑ uirgines, ꝙ cum angelis in eodẽ erunt parete: & in alia pariete tot erunt beati, quot in angelorũ pariete erunt uirgines, ac angeli sancti. Hæc ille,

¶Quo circa cũ tota illa cœlestis curia sit una domus, & una triumphans ecclesia, nõ vr dictũ illud abijciendũ, quantũ ad hoc, qd imaginat de similitudine illa parietum, cũ & in millitãte ecclesia duo populi, utpote Iudæi, & gentiles, instar duorum parietum in Chro lapide angulari dicantur coniuncti.

Ephe. 2. Quæstio. An tot homines saluabuntur quot angeli peristiterunt. ¶Quærunt demum hic aliq, An tot hoies saluabunt, quot angeli pstiterunt. Ad qd ex dictis hr partim rnsio, & qd ad hoc Thomas in Scripto rnderit, nunc patuit. Albertus quoq;, & Vdalricus concordant cum phabitis Thomę uerbis, ꝙ. sistud certitudinaliter sciri sine reuelatione non queat. Probabiliùs tn fatent, ꝙ tot saluabunt, quot angeli stãtes mãserũt: ꝙ etsi angeli nulli peccassent, nihilominus genus humanũ fuisset creatum, & ꝑ parte saluatum.

Thomas. Præterea iuxta Thomã in prima parte, quo ordo angelicus extat superior, eo plures personas continet in se: & ꝙ sicut corpora cœlestia excedunt corpora inferiora in magnitudine quasi incõparabiliter, sic angelorum multitudo dignissima excedit quasi sine comparatione inferiora in numero, & iuxta hoc plures essent angeli sancti, q̃ vniuersi homines electi simul, ac reprobi. Sãcta uerò Brigida sibi asseruit reuelatũ tot esse angelos bonos, ꝙ q̃uis hoies uniuersi, ꝙ unquã fuerunt, sunt, & erũt, essent actualiter simul collecti, adhuc cuilibet eorum decẽ angeli possent deputari, ita ꝙ decies plures essent angeli

Petrus. gloriosi, q̃ hoies cuncti simul accepti. Petrus ẽt ait, ꝓbabiliùs esse, ꝙ tot hoies saluabuntur, quot angeli ꝑmanserunt, ut utriq; in numero sint ęquali.

QVAESTIO VII.

Arguitur primo pro parte affirmatiua. SEptimò quæritur, *An ordines angelorum manebunt post diem iudicij* ¶Vr, ꝙ sic, ꝙ a in ordine rerum, ac specierum pulchritudo uniuersi cõsistit, q̃ post die iudicij augebit magis, q̃ minuet. Secundò, ꝙ a distinctio ordinum attendit penes dona naturæ, & gratiæ, q̃ utraq; manebũt in eis ꝑpetuè. Tertiò, q̃ a

Rom 13. Deo sunt, ordinata sunt, ſm Apostolũ: & ordinata, imò ordinatissima, ꝑsertim in cęlo, sine fine manebũt, sicut ecõtrario in inferno dr esse nullus ordo.

Io. 10.

1. Cor. 15. ¶In contrariũ est illud Apostoli: Cum euacuauerit oẽm principatum, & ptãtem, & dñationem.

Albertus. ¶Ad hoc rndet Albertus. In hac qõne sunt multæ opiniones. Aliqui. n. dicunt, ꝙ quidam ordines nominant a principatu, & ptãte ꝓinente ad uiã, quem admodum ptãtes dicuntur dæmones cohibere, uirtutes miracula facere, principatus verò regna ꝓuinciasq; disponere, quorũ usus non erit post diem iudicij. sicq; cessabunt hi ordines, quo ad horum usus officiorum, q̃uis maneant, quo ad gradum naturæ, ac dona grãæ gratumfacientis. Hancq; positionem reputo ueram, ac alijs ꝓbabiliorẽ. Alij noiant ab illuminationibus grãæ conuertentibus in Deum, siue ſm charitatem, ut Seraphim: siue ſm sapiam, ut Cherubim: siue ſm pacatissimã quietẽ, ut throni. Et illi nunq̃ cessabũt. Veruntn usus dñantiũ, q̃ est dispone re quid cuiq; agẽdũ sit, cessabit tũc. Vlus itẽ archangelorũ, & angelorũ, ꝙ est maiora, & minora nũciare, tunc desinet. Custodia quoq; angelorũ, & purgatio, illuminatio, ac ꝑfectio, quã interim impẽdũt ecclesiasticæ hierarchiæ, oia item officia ad militiam Chrianã spectantia. Hinc glossa Augu. sup ꝑallegata August. verba Apostoli dicit: Dũ durat mũdus, angeli angelus, dęmones dęmonibus, & hoies hoib⁹ ꝑsunt ad exercitiũ, uel ꝓfectũ. Sed uniuersis infra receptacula sua collectis, oĩs cessabit ꝓlatio. Hæc Albertus.

¶Insup Gulielmus in 2. pre de uniuerso, & Alber Gulielm⁹. Albertus. tus in ista distinctione, testat ea, q̃ dicta sunt de illuminationibus hoim ab angelis summis, & de immediata supremę hierarchiæ coniunctione, ad Deũ, eẽ intelligẽda ſm legẽ cõem: ꝙ a ex priuilegio eminẽti, ac singulari, duabus cõcessũ est aiabus, utpote Chri & gloriosissimæ mris eius eminentiùs, & immediatiùs Deo uniri, & ineffabiliter exhuberantiùs illumi nari ab ipso, q̃ alicui ex hierarchia supma, intm, ꝙ Chrs ẽt ſm naturã assumptã taliter glorificatam, & ꝑelectissima uirgo Maria, ex tã inæstimabili plenitudine sua purgent, illuminẽt, atq; ꝑficiãt ẽt quoscũq; hierarchię supmę. ¶Præinductis cõcordat Vdalri. & Vdalric. addit: Cessabit in fine ꝓlatio. Non. n. necessaria erit. q̃uis non erunt actus hierarchici ad nouorũ diuinorũ cognitionẽ effectuũ, attn erit cõtinua influẽtia luminis a supioribus in inferiora, ꝑ quã inferiores cognoscãt rõnes diuinorũ secretorũ in lumine superiorũ. Hæc Vdalricus. ¶Deniq; Thomas hæc clariùs exprimẽs: In ordibus, inquit, angelicis duo con Tho. aqui. sideranẽ, puta distinctio graduũ, & executio officiorũ. Distinctio graduũ est in angelis ſm differentiam Distinctio graduum & executio operũ notãdæ in angelis. naturę, & grãæ, quorũ vtrunq; ꝑpetuè in angelis manet. Executio verò officiorũ aliquo mõ manebit in angelis, & aliquo mõ non. Cessabit nãq; ſm qd offi cia illa ordinant ad ꝓducendũ quosdã in finem remanebit uerò, ſm quod coniũgit, & sistit in ultima finis cõsecutione, sicut, & alia sunt officia militũ in pugna, & alia in triũpho. Sicq; innotescit, quo ptãtes, & principatus euacuabunt. Ampliùs, actiones unius angeli sup aliũ, sunt pẽsandæ ſm similitudinẽ actionũ intelligibiliũ, q̃ sunt in nobis: quarũ aliqua sunt in nobis coordinatæ ſm habitudinẽ causę, atq; causati, ut dũ ꝑ multas ꝑmissas gradatim in vnã deuenimus conclusionẽ cuius cognitio ex ꝑmissis dependet, nõ solũ q̃tum ad nouæ sciæ acq̃sitionem, sed itẽ quo ad eius cõseruationẽ, cuius signũ est, ꝙ si qs obliuisceret mediorũ, seu ꝑmissarũ, non haberet de conclusione illa scĩam, sed fidẽ, aut opinionẽ posset hr de ea. Cũq; angeli inferiores rõnes quorũdã diuinorũ opm cognoscãt ꝑ lumẽ superiorũ, nõ solũ quãtũ ad nouã adeptionẽ, sed ẽt cõseruationẽ scię, patet ꝙ post iudiciũ quoq; a superioribus illuminabunt, q̃uis nõ ꝓficiẽt ex tunc. sicut & hoies salutem tunc consecuti, aliquã illuminationẽ habebunt per angelorũ obsequa. Hæc Thomas in Sũma. ¶Bonauen Bonauent. Præfertur vnũ alteri tripliciter. tura quoq;: Tripliciter, ait, vnũ alteri ꝓferr. Primò, per modũ excedẽtis tm, ut aurũ ꝓfertur argento. Secundò, ꝑ modũ excedẽtis, & influẽtis, ut cœlum elementis. Tertiò, ꝑ modum imperantis, ut dñs seruo. Et ad ꝓlationem ꝓfectã concurrunt hæc tria, & in cœlesti sunt hierarchia, cum ordo superior sit dignior, & influens, atq; ꝓcipiens ordini inferiori. & quãtum ad primum horum trium, nõ cessabit prelatio angelorũ adinuicẽ, cum unus ꝑmãsurus sit alio eminentior in naturalibus, atq; gratuitis: sed q̃tum ad alia duo, euacuabit: ꝙ a nõ erit influẽtia nona superioris in inferiores, nec iussio. Hæc Bonauentura.

QVAESTIO VIII.

POstremò, ꝑ clariori horũ intelligẽtia q̃riẽ, *Quid sit angelus* ¶Ad qd Alexãder rndet: Damascen Alexãder. Diffinitio. li. 2. diffinit sic angelũ, Angelus est substantia intelle

ctualis,incorporea,semper mobilis,arbitrio libera, Deo ministrans,grã nõ natura immortalitatẽ suscipiens.

Duplex est diffinitio.

Pro cuius intellectu sciendũ,ꝙ duplex est diffinitio. Vna ex gñe,& differentia cõuertibili,uel ex pluribus differentijs,quarũ unaqueq; ꝑ se est in plˀ, tñ simul sumptę ueniũt ad æqualitatẽ,seu cõuertibiles sunt cũ diffinito, & talis diffinitio notificat esse rei substantiale,dũmõ sint differẽtię uerę,& essentiales. Alia est diffinitio:qua cognoscimus substantiã ꝑ potentias.atq; potẽtias ꝑ ꝓprios actˀ,& ista notificat virtuale rei eẽ.talisq; est ꝑfata diffinitio angeli. Deniq; quo ad hoc,põt angelus notificari dupliciter,puta in se,& ĩ cõparatione ad aliud.In se quoq; dupliciter,Primò ẜm uirtualẽ potentiã,qua hñt ad cognoscẽdũ.sicq; dr̃ substantia intellectualis.Scd̃ò; ad mouendũ,& hoc rursus dupliciter. Primò, q̃tũ ad cõditionẽ loci,& sic dr̃ semꝑ mobilis. Scd̃ò,q̃tũ ad conditionẽ effectionũ,sicq; addit: arbitrio libera,& itẽ ad ꝑfectionẽ suã,s.ad grãm hinc subdit,immortalitatẽ suscipiens grã,nõ natura.& ad exercitũ suũ,unde adiungit,Deo ministrans.Qualiter aũt cõueniant angelo mobilitas,dictũ est supra.

Angeli, & aĩæ rõnalis differentia.

Differt demũ descriptio hæc angeli a descriptione aĩæ rõnalis,in eo,ꝙ dr̃,arbitrio,i.iudicio,libera,ẜm quod aliqs põt eligere liberè bonũ,seu malũ; quod diuersimodè cõuenit angelo,& aĩæ;qa sine collatione,atq; discursu cõpetit angelo,ꝗ ꝓpriè intellectualis uocat,& aĩę cũ discursu,ꝗ idcirco rõnalis ritè asserit, sed & esse substantiã incorporeã,cõuenit angelo ꝓpriè magis,q̃ aĩę,ꝗ quis in se corporea sit,corpori tñ unit,nõ angelus,ad faciendũ unũ compositũ:Dr̃ ẽt angelus immortalitatẽ suscipiens ꝑ grãm,non ꝑ naturam.

Angel⁹ est immortalis grã non natura. Damasce.

Vel qa ex sua natura, inquantũ creatura uertibilis est in nõ esse eo mõ,qua asserit Damasce. ꝙ oẽ ex nihilo factũ,& aliunde esse sortitũ, est nihil uertibile ex sua natura,ita ꝙ si sibijpsi relinqueret, mox in nihil redigeret,uel qa est q̃dã imortalitas.i. oĩmoda immutabilitas,soli Deo plenè cõueniens,

1.Tim.6.

iuxta illud Apostoli: Qui solus hẽt immortalitatẽ. Et istã participat angelus,ꝑ grãm consummatã.i. ꝑ gloriã:qa inquantũ Deo beatificè fruit, nunq̃ mutat,imò iugiter in eodem permanet actu,& in dispositione inuariabiliter fixa.Vñ in diffinitione ꝑdicta,ꝑ gratiã designat,& gloria.Hæc Alexander.

¶ Insuꝑ alexander exponens diffinitionẽ magni

Dio. mar

Dionysij de angelo traditã,scribit:Sanctus Dionys. 6.cap.libri de diuini nominibus,diffinit angelũ,dicens:Angelus est imago Dei, manifestatio occulti luminis,speculũ purũ, splendidissimũ, immaculatũ, incotaminatũ,recipiens totã(si iustũ est dicere) speciositatẽ bñ formatæ deiformitatis,& purè declarans in seipso sicut possibilè est,bonitatẽ,q̃ in abditis est.Dr̃ itaquè angelus Dei imago, extensè sumendo imaginẽ,ꝑ eo,quod est ab alio,& est similitudo ipsius.Qualiter aũt angelus, & aĩa diuersimodè dicant imago Dei,& quid magis propriè,dictũ est super primũ

Intelligendi actus,q̃ requirat.

Ad actũ verò intelligendi exigit primò,ꝙ sit essentia aliquà potens intelligere:& quantũ ad hoc,angelus hẽt rõnem imaginis. Requirit quoq; lumen,quo effectiuè intelligit,sicq; angelus appellat manifestatio occulti luminis.Exigit itẽ quo intelligit formaliter,utpote species recepta ab intelligente.& quantum ad hoc, dr̃ speculũ.Quemadmodũ enim in speculo recipiunt, atq; resultant species rerũ sensibiles,ita in angelo species intelligibiles.Qui dr̃ speculũ lucidissimũ,ad differentiam aĩę,q̃ post originalis pcti contractionẽ, ꝓp assidua sua uenialia saltẽ quotidiana,non põt lucidissimũ speculum nuncupari.Speculũ namq; põt sordissimum esse,uel quia in se maculam habet. Quo contra angelus dr̃ speculum splendidissimum.

Angelus triplici macula caret.

Per sequentia verò uerba remouet triplex maculæ genus ab angelo,s.macula innata,& contracta,ac superadiecta. Nam speculũ põt sordidũ esse. Primò,qa in se maculã habet,ad qđ remouẽdum ab angelo, dr̃ speculum immaculatum:uel quia in se recipit maculã ab extrinseco,& hoc dupliciter.Primò,qa res sordida adiungit ei.Secundò,quia ei iã sordidæ iũgit. Remouet ergo ab angelo peccatum originale,cum dr̃ immaculatum:& actuale, cum dr̃, incoinqnatũ. Hęc Alexãder.

Bonauent. Damasce.

¶Bonauent.quoq; Describit,inqt,angelus a Damasceno,quantũ ad substantiam, quantum ad uirtutem,quantum ad opationem,& quantum ad durationem. Substantia angeli tangit, cum dr̃,quod est substantia incorporea.

Angel⁹ triplici pollet virtute.

Cumq; addit,intellectualis,semper mobilis, arbitrio libera: tangit triplex uirtus angelica.s.cognitiua,operatiua,imperatiua.Cognitiua,cum dr̃,intellectualis:operatiua, cum subditur,semper mobilis:qm̃ angelus põt sine fatigatione incessabiliter operari.Imperatiua,dum sequitur, arbitrio libera. Quam potentiam angeli non oportet realiter a prædictis distingui. Operatio,cum subditur,Deo ministrãs. Duratio dum subditur,grã immortalitatem suscipiens,ubi per grãm non intelligitur aliquis habitus gratis datus,sed gratuita influentia Dei.

Dio. mar.

Sanctus aũt Dion.diffinit angelum,non solum quantum ad esse naturæ, sed etiam quantum ad bñ esse,ideo notificatur hic, inquãtum habet in se Dei imaginẽ per naturam, & inquãtum habet similitudinem Dei per grãm, atq; inquãtũ habet deiformitatem per gloriam. Rõ aũt imaginis exprimit,quantum ad duo,uidelicet quãtum ad illud, quod sursum est,& quãtum ad id, quod deorsum. Primũ tãgit cũ dr̃, angelus est Dei imago. Secũdũ, cum subdit,manifestatio occulti luminis.Imago.n. est Dei,inquãtum capax est eius,& particeps eẽ põt. Manifestatio quoq; est luminis:qm̃ illuminationes, quas desuꝑ accipit,inferioribus tradit. Cõformiter quãtum ad similitudinẽ grã describit,quantum ad duplicem respectum,hoc est,ad sursum ꝑ operationẽ,& ad deorsum ꝑ priuationẽ. Primum tangit ibi speculum clarum splendidissimũ.ubi tãgit,ꝙ grã desursum ueniens,naturã conseruat,decorat,atq; cõsummat,& quãtũ ad hæc tria,dicit, speculum clarũ splẽdidissimũ: Opatio demũ ad id, quod deorsum notat,cũ dr̃ ĩmaculatum, & incõtaminatũ,& incoinqnatum,ꝑ q̃ tria remouet triplicẽ fœditatẽ ab angelo, grã repugnãtẽ.

Fœditas triplex angelo repugnans.

Primò, fœditatẽ actiuã, q̃ est fœditas actualis pcti, cum ait, ĩmaculatum. Secũdò fęditatẽ aduenietẽ,q̃ ẽ fęditas uenialis pcti,cũ subiũgit,incontaminatũ. Tertiò,fœditatẽ cõtractã, q̃ est originalis pcti,cũ addit incoinquinatum. Similiter deiformitas gloriæ tangit ẜm duplicẽ cõparationẽ, s.ad id, qđ sursum,& ad id,quod deorsum. Ad sursum,cũ dr̃,suscipẽs sicut cõueniẽs est,seu q̃tum possibile est,totã speciositatẽ boniformitatis,& deiformitatis.Cõparatio nãq; ad Deum,deiformis efficit dum speciositatẽ a Deo sortit. cõparatio quoq; ad deorsum notat,cum sequit,& in se resplẽdere faciẽs bonitatẽ silentij, quod est in abditis, Qđ est dũ refulgẽtiã suã inferiorib⁹ manifestat, quã uocat silentiũ: qm̃ nemo intimè Deo cõiungit,qn quęret in ipso. & strepitus quiescat exterior.ideo uocat silẽtium in abditis.Hęc Bonauent.

Albertus.

¶Insuꝑ Albertus: Diffinitio ait, Damasceni data est de bonis angelis in cõi, scd̃m quod ab optimo creatore ad esse deducti sunt, & iuxta causam finalem a creatore intentam. Et notificat angelum quantum ad esse, & posse, ac nosse.

In

In qua diffinitione intellectualis ponit ꝑ differentia, ꝓut intellectuale radicat in eẽtia, nõ ꝓut dr̃ a potentia consequente essentia.

Angelus cur semp mobilis.

Dr̃ ẽt angelus sꝑ mobilis,qa ẜm intellectũ,& appetitũ indesinenter mouet in Deũ.

Peccandi impotẽtia arbitrij libertatẽ nõ minuit.

Quæ,& arbitrio libera nominat,ad differentiã potentiæ naturalis,q̃ necessariò determinatur ad unũ.Nec obstat,ꝙ nõ põt peccare, cũ posse peccare sit impotẽtiæ,nec est libertas,neq; pars libertatis.Verũ in hoc consistit libertas confirmatorum in bono, ꝙ sine coactione, & obligatione ad aliquid alterum uolunt: libertas uerò obstinatorũ in malo,consistit in hoc, quòd sine coactione uolunt,& eligunt malum ex pertinacia,& obduratione proprię uoluntatis.

Corporeũ dupliciter dicitur.

Sciendum quoq;, ꝙ corporeum dupliciter dr̃.Primò,a forma quãtitatiua corporis,quæ per essentiam est in corpore,quæ est,esse longum,latum,profundum.sicq; angelus,& anima rõnalis sunt simpliciter substantiæ incorporeæ.Secũdo,a proprietate corpus consequente,quæ est localitas.Nempè ex hoc, ꝙ corpus longitudine, latitudine,& profunditate determinatum est, circunscribitur loco.& iuxta hanc proprietatem, angelus, & anima similitudinariè appellantur corporeæ, cum sint terminatæ,non infinitæ. imò ad omnem situm terminatur eorum essentia,cum nihil eorum sit extra terminos suæ essentiæ. Dr̃ item angelus natura mortalis,quia de se ad nihilum tenderet, nisi a creatore conseruaretur. & quia aliquo modo compositus est, utpote ex quod est, & quo, seu actu, & potentia,

Plato.

iuxta quem modum loquendi Plato in primo Timæi inducit Deum altissimum Dijs sub se constitutis loquentem: O dij deorum, quorum opifex, idemque pater ego. opera siquidem mea uos estis, natura dissolubilia: nec tamen ita uolente indissolubilia. Omne etenim iunctum, est dissolubile, quia uoluntas est maior nexu uestro.

Dion.mar.

Postremò beatus Dionysius decimo capitulo de diuinis nominibus, non intendit angelum diffinire uera, & essentiali diffinitione, sed ex boniformitate angeli intendit ostendere, ꝙ in angelo non est malum,quemadmodum ante ostendit, ꝙ malum non est aliquid existentium, nec aliquid in existentibus. Dicitur autem angelus speculum purum puritate naturæ,clarissimum perspicacitate intellectualis essentiæ,quasi in profundo suo recipiens boniformitates lucis diuinæ, & incontaminatum.i.alienum a terreneitatis,ac materialitatis contagione, incoinquinatum labe originalis peccati,& immaculatum per carentiam cuiuslibet uitij.Hæc Albertus.

Vdalricus

¶ Has insuper angeli descriptiones Vdalricus quoque in Summa sua libro quarto exponit: Angelus, inquiens, est substantia (non solum a substando, sed etiam a subsistendo) intellectualis essentialiter siue totaliter, non secundum partem, ut anima, semper mobilis motu,

Damasce. August.

de quo asserit Damascenus, quòd omne creatum uertibile est in nihil, &. motu per tempora, non per loca, ut loquitur Augustinus, motu quoque circulari, & recto, atque obliquo, per contemplationem, ut quarto capitulo de diuinis nominib⁹ sanctus testatur Dionysius.

S.Dion.

Arbitrio libera: quoniam habet intellectum, & uoluntatem, quæ duo complent liberum arbitrium. Incorporea, non enim est corpus, sed spiritus:nec uirtus corporalis, cum sit substantia: nec uirtus in corpore, cum sit purè intellectualis.

Idem.

Porro secundum diuinum Dionysium, angelus est Dei imago. imò (ut in Iezechiele asseritur) ipse signaculum, seu sigillum similitudinis. Sigillum quippè, seu signaculum, impressam sibi habet exemplaris figuram.

Eccle.17.

vnde & homo in Ecclesiastico dicitur secundum Deum uestitus uirtute imaginis, speculum quoque luminosum. Speculum namque est diaphanum, & ex natura sua luminosum: sed tamen terminatum per aliquod opacum, propter quod figura ei impressa non transit, imò reducitur ad uisum inspicientis, & significat intellectum possibilem angeli, qui intellectus est luminosus, inquantum intellectus: sed quantum possibilis, occumbit a lumine,& tendit ad tenebrositatem. Purum, a materia, & materialibus: clarum, per informationem intellectus agentis: clariùs, per lumen grã informantis lumen naturæ:clarissimũ ꝑ lumẽ glorię perficientis utrunque. Hinc in libro de motu cordis habetur, quòd angelus est substantia illuminationum, quæ sunt a primo prima relatione receptiua, quia uidelicet instar speculi habet in se dispositionem ad suscipiendum immediatè a Deo saltem in multis, illuminationes a creatore, a quo solo scientiam sibi innatam,lucemque gratiæ, & lumen gloriæ est sortitus. Et ita immediatè, ac prime ad conditorem suum refertur, reducitur,atq; conuertitur, tanquam ad causam efficientem, finalem, & exemplarem. Vnde & manifestatio occulti luminis perhibetnr: quoniam incomprehensibile increatumque lumen in ipso resplendet, ac representatur. anima uerò rationalis est substantia, illuminationum, quæ sunt a Deo, secunda relatione perceptiua, sicut inferiùs exponetur. Hæc Vdalricus.

A

An omnes spiritus cœlestes mittantur, & ponit duas opiniones & auctoritates, quibus innituntur. *Dist. X.*

De ministerio,& missione angelorũ quantum ad angelos ministrantes.

HOc ẽt inuestigandum est,utrũ oẽs illi cœlestes spũs ad exteriora nunciãda mittantur. Quidã putãt aliquos in illa multitudine esse, q foras ꝑ officio exeũt:alios,q intus semꝑ assistunt,sicut scriptũ est in Daniele:Millia milliũ ministrabant ei,& decies cẽtena millia assistebãt ei.Itẽ Dion. in hierarchia(q̃ sacer principatus dr̃)de ꝑlatione spũum ait: Supiora illa agmina ab intimis nunquã recedunt:qm̃ ea,quę præeminent,usum exterioris officii nunquam habent.His auctoribus innituntur,qui angelos mitti,nisi inferiores, inficiantur.

Daniel 7. Dion cęlestis hierar. cap.13 Grego. homil.34.

B

Obiectio contra illos.

Isaiæ 6. b

Quibus obiicitur,qđ Isaias ait, Volauit ad me unus de Seraphim,q ordo supior est, & excellẽtior.Ideoq; si de illo ordine mittuntur,nõ est ambigẽdũ quin etiã, & de aliis mittantur. Apostolus quoq; ait:Oẽs sunt administratorii spũs in ministerium missi.His testimoniis asserunt quidam oẽs angelos mitti.Nec debet indignum uideri, si etiam superiores mittantur:cum & ille,qui creator est omnium,ad hæc inferiora descẽderit.

Hebræ.1.d

Ephes.4.

Quæstio, si oēs mittūtur, cur vnus tantū ordo nomine angelorū censetur.

Hic oritur qō: si oēs mittuntur, & nuncii Dei existunt: quare unus tm̄ inter nouem ordines, angelorū noīe censetur? Ad quod quidam dicunt, oēs quidem mitti, sed alios sæpius, & quasi ex officio iniuncto, qui propriè angeli, uel archangeli noīantur. Alios uerò rariùs mitti, s. maiores, causa extra cōem dispensationem oborta: qui cum angelorum ministerium suscipiunt, ēt nomen assumūt. Vnde in Psalmo: Qui facit angelos suos spūs. quia illi, qui natura spūs sunt, aliquando angeli (id est, nuncij) fiunt. Psalm. 103.

D *Putant quidam Michael, Gabriel, Raphael, de superiori ordine fuisse: & sunt nomina spirituum, & non ordinum.*

Et putāt illi Michael, Gabriel, Raphael de superiori ordine fuisse. Michael interpretatur, qs vt Deus? Gabriel fortitudo Dei. Raphael, medicina Dei. Nec sunt ista noīa ordinū, sed spūum. Et dicunt qdā singulum horum unius propriè, ac singulariter spūs eē nomen. Alij uerò non unius singulariter, & determinatè, sed nunc huius, nunc illius esse nomen, fm qualitatem eorum, ad quæ nuncianda, uel gerenda mittuntur. Sicut & dæmonum q̄dā noīa sunt, q̄ quidam putant esse unius propria, alii uerò pluribus cōia. Diabolus quippè, qui Græcè ita uocatur, & criminator interpretatur, uel deorsum fluēs, Hebraicè dr̄ Sathan, id est, aduersarius. Dr̄, & Belial, id est, apostata, & absq; iugo. Dicitur etiam Leuiathan, id est, additamentum eorum. & alia plura reperies nomina, quæ uel unius spiritus sunt propria, uel pluribus communia. Gre. hom. 34 & li. 17 moralium cap. 7.

E *Quomodo determinent prædictas auctoritates, quæ videntur aduersari, qui dicunt omnes angelos mitti.*

Qui autem omnes angelos mitti asserunt, premissas auctoritates, Danielis. s. & Dionysij, ita determinant. Dicuntur superiora agmina Deo assistere, & ab intimis nūquā recedere: non quin aliquando mittant̄, sed quia rarissimè ad exteriora prodeunt: neq; tunc ab intimis recedunt, sed Dei præsentiæ, & contemplationi semper assistunt: quod etiam faciunt, qui. frequenter mittuntur. Daniel. 7. Diony. cœlest hierar. cap. 13.

F *Quos alij dicant mitti, & quos dicant non mitti: cum determinatione auctoritatum, quæ videntur sibi aduersari.*

Alii uerò dicunt tres ordines supremos. s. Cherubim, Seraphim, & thronos, ita creatori assistere, ꝓ ad exteriores non exeunt. Inferiores aūt tres, ad exteriora mitti. Tres verò medios inter vtrosq; cōsistere nō mō dignitate, uel loco, sed ēt officio: qa p̄ceptū diuinū a supioribus accipiunt, & deferunt ad inferiores. Ideoq; cū supremi mediis, & medii imis, atq; hi hoībus p̄ceptū Dei nuncient, meritò oēs angeli noīari debent. Et ob id fortè Apostolus ait: Oēs spiritus administratores esse filii, & mitti in ministeriū. Vel p oēs, non singulos ordines, sed de inferioribus ordinibus singulos angelos complexus est. Illud uerò, qd̄ Isaias ait, p uerba Dionysii determināt, dicētes: Hi spūs, q mittūtur, p̄cipiūt horū vocabulū, quorū gerunt officiū. Vnde dicunt illum angelum, qui missus est ad Isaiam, ut mundaret, & incenderet labia prophetæ, fuisse de ordine inferiorum. Sed ideo dictus est fore de Seraphim, qa ueniebat incēdere, & cōsumere delicta Isaiæ. Gregorio ho mil. 34. Hebræ. 1. Dion cœlestis hierar. cap. 13. Isaiæ 6.

Summa distinct. 10.

IN hac distinctione inquirit̄, an oēs spūs cęlestes, seu singulorū ordinū p̄sonæ, ad exteriora agēda mittant̄. Et circa hoc Magister p̄cedit scholasticè, arguēdo p parte vtraq;, cautè tm̄ aliorum rūsiones narrando, non ex ꝓprio, quicquam temere asserendo. & ea, quæ scribit, potissimè sumpta sunt ex homilia beati Gregorij, q̄ in festo legitur beatissimi Michaelis.

QVAESTIO. I.

Gre hom. 34

CIrca hāc diuersi varias mouēt qōnes, videlicet, *an omnes angeli sancti ministrent, seu ad exteriora mittantur, an omnes assistant* Et rursus, *an ydē ministrent, & assistant* Itemque, *qui ministrent, & qui assistant.* Verū cū istę cōdepēdeāt qōnes, de oīb° facio vnā hāc, *Vtrum omnes angeli, spiritus ministrēt, seu in ministerium mittantur.* ¶ Vr̄, ꝓ sic, qa Apostolus ait, Nōne oēs administratorij spūs sunt, in ministeriū missi p̄ eos, q hæreditatē capiunt salutis? Hebræ. 1.

¶ Secūdò: qm̄ Isaias ait: Volauit ad me unus de Seraphim, q est ordo supmus. Si ergo mittunt̄ de illo, magis de quolibet ordine inferiori. ¶ Tertiò, diuinę, & increatæ p̄sonę filius, & spūsanct°, missi sunt, & filius ministrauit, q ēt fm naturā assumptā p̄ hypostaticā eius cū uerbo unionē, cūctis angelis extat sublimior. & ipsæ diuinæ p̄sonæ in infinitū cūcta trāscēdūt creata. multò igit̄ plūs ēt summis angelis cōuenit ministrare, ac mitti. ¶ Quartò, angeli ex charitate, dignatione, & humilitate nobis ministrāt ministerio dignitatis, administrationis, atq; plationis, qd̄ supioritati nō derogat. sed q̄to sunt supiores, tāto abūdātiore charitate, dignatione, & humilitate sūt pleni. ergo supremis potissimè cōpetit ministrare. Isaiæ 6. 2 3 4 5

¶ Quintò, Serui boni, & humiles suo se dño libēter cōformāt, & eius sectant̄ vestigia, & exēpla. cum igit̄ uniuersi angeli videāt suū creatorē, Deū, ac dominū se tm̄ humiliasse, ꝓ missus venit, & seruiuit hominibus, vr̄, ꝓ cum in hoc passim sequantur. Quis enim baronum, aut militum non libenter ministrēt uulgari plebi ad mensam, si uideat ipsum mere regem

6 gē id agere? ¶ Sextò, Ad Hebræos p̄bat Apostolus excellētiā filij sup̄ angelos uniuersos, ꝓ angeli oēs Dei existunt ministri, Chr̄s uerò est hæres, & filius naturalis, quæ probatio non haberet p̄cessum, nisi oēs ueraciter ministrarent, ac mitterentur. ¶ Septimò, Michael appellat̄ præpositus paradisi, nihilominus mittit̄, ut Daniel insinuat. ¶ Econtra vr̄, ꝓ oēs assistant. Primò: qm̄ Raphael, q missus fuit ad Thobiā, disserit: Ego sum Raphael unus de septē, q astamus ante Deū. Sed ante Deū astare, seu stare, est Deo assistere. Ex eodē arguit̄ sic secundo: In uerbis illis p̄ septenariū numerū uniuersitas designata est angelorū, quemadmodū in Apocalypsi, quo dr̄: Gr̄a uobis, & pax a Deo, & a septem spiritibus, q in conspectu throni eius sunt. ergo uniuersi assistunt. Quid. n. est Deo assistere, nisi in cōspectu throni eius esse, & stare? Tertiò, regi assistere, est p̄ntem eius vultū conspicere. sed de angelis infimi chori, qui hoīm sunt custodes, Chr̄us fatet̄: Angeli eorum in cœlo semp̄ uident faciem patris mei. Quartò, in Iob hr̄: Factū est quadā die, cum assisterent filij Dei corā dño, affuit inter eos ēt Sathan. ergo, & angelus malus Deo assistit, multo magis quilibet angelus bonus. Gregorius quoq; testat̄: Assistunt, qui intima contemplatione fruunt̄, sed hoc angelis conuenit vniuersis. ¶ In contrariū est doctrina diuini Dionisij in hierarchia cœlestis, & quod Daniel ait, Millia milliū ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. quo circa fatet̄ Gregorius, Alij sunt, qui assistunt, & alij, qui ministrant. ¶ Circa hæc multa interrogat Alexāder. Primò, an angeli a solo Deo mittant̄. Vr̄, ꝓ sic, qa oēs sunt ministratorij spūs Dei, non unus alterius. Rn̄det, A solo Deo est missio angelorū auctoritatiuè. Vnus uerò ab alio mittit̄, auctoritate, & cōmissione diuina, iuxta illud Zachariæ: Angelus, q loquebat̄ in me, egrediebat̄. & alius angelus egrediebat̄ in occursum eius, & dixit: Curre, & loquere ad puerū istum. Circa quod ait Gregorius: Cum angelus ait ad angelum, curre: dubium non est, quin angelus angelū mittat, superior inferiorem. Hinc dr̄, In conspectu conditoris angelica ministeria ordinata sunt, ut cōfelicitate beatitudinis opificē suū videntes, gaudeant, cū p̄ cōi dispositione dignitatis alij aliis subministrant. Sic namq;, & in regno terreno superior officiatus mittit inferiorem, Secundò quarit̄, utrum tā boni, q̄ mali angeli mittant̄ a Deo. Rn̄det, ꝓ imò, quod cū certū sit de angelis bonis, p̄bat hoc idem de angelis malis per id, quod 3. Regū legitur Deus dixisse angelo malo: Vade, egredere, & facita. Atq; in Psalmo, Immissiones per angelos malos. Veruntamē in tali missione alia est intentio Dei mittentis, alia Sathanæ missi, cuius malitia utit̄ Deus in bonū, qui de malis elicit multa bona. Hæc Alexander. ¶ Qui in huius qōnis solutione concedit primogenita Aegyptiorū ab angelis malis percussa, de qua re aliter dictum est supra. Tertiò querit̄, utrū angeli mittant̄ de quolibet ordine. Ad quod nihil assertoriè dicit determinando, sed recitatoriè tantū, sicut in litera rn̄det Magister. Ex hoc, inquiens, quod ait Gregorius utrum per se hæc faciant superiores angeli, an per subiecta agmina, nos affirmare non audemus, quod certis testimonijs non probamus. Vn̄ accepit Magister, ꝓ duplicem inde ponit opinionem. Vnam dicentium, ꝓ de quolibet choro mittant̄: aliam, ꝓ superiores angeli nunciant angelis inferioribus, & illi hoībus. ideo inferiores per se mittit dicunt̄. Atq; ad illud Gregorij, Hi qui præminent, usum officij exterioribus non hn̄t, rn̄dent illi, q dicunt de quolibet ordine mitti, ꝓ facienda est uis in hoc, quod ait, exterioris officij: quia est quod dam officium exteriùs, ad quod deputati sunt angeli inferiores, ac medij, ut nunciare, punire: aliud est officium interius, ut purgare, illuminare, ad quod deputati sunt angeli de ordine superiori, ut purgatio Isaiæ facto ministerio Seraphim. Similiter cum dr̄, Millia millium ministrabant ei. &c. non dat̄ intelligi, ꝓ qui assistunt non ministrent, aut econuerso: sed ꝓ oīm sit duplex officium, s. ministrare, atq; assistere. Quartò quærit, ad quid principaliter mittant̄, Rn̄det, ꝓ ad complendum diuinæ beneplacitum uoluntatis, deinde p̄ electorum salutem, iuxta illud Apostoli: In ministerium missi p̄ eos, q hæreditatem capiunt salutis. Quintò sciscitat̄, utrum singuli mittant̄ ad determinata officia adimplenda, an singuli indifferenter ad oīa. Rn̄det, Vr̄ dicendū, ꝓ singuli sint prompti ad oīa officia peragēda. Sed qm̄ quēdam sunt per appropriationem quorūdā, apparet, ꝓ illi mittant̄ ad illa frequentiùs: & si qui alij de alio choro ad illa mittunt̄, accipiunt quo ad hoc denoīationem ipsorum. Hæc Alexander. Hebræ. 1 Exodi. 12.

¶ Porro Bonauentura primo hic quærit, vtrum angeli mittant̄ ad homines Et rn̄det, Angeli absque dubio mittunt̄ ad hoīes. Et quamuis huius possint rōnes plurimæ assignari, una tm̄ potissima ex lege sumitur charitatis. Hæc etenim missio concordat charitati diuinæ, charitati angelicæ, & charitati humanæ. Charitati diuinæ, quia in hoc manifestatur bonitas Dei: & quātū nostrā amet salutem, ꝓ nobilissimos spūs illos, q ei intima charitate iunguntur, & ipso beatissimè perfruunt̄, dirigit, ac transmittit ad procurandum nostram salutē. Cōpetit quoq; charitati angelicæ. est. n. charitatis ardētis maximè desiderare aliorū salutem p̄ quod Isaias dño dixit: Ecce ego, mitte me. Cumq; angeli valeant nos iuuare, & videant nos periclitari, & suo auxilio maxime indigere, malosq; angelos indefinēter nos impugnare, ideo eorū charitati cōcordat, & cōuenit, ut suo ad nos adūētu nos adiuuēt. Cōuenit ēt charitati humanæ, q̄ cū paruula sit in statu p̄nti, indiget foueri, nutriri, & excitari. Et qm̄ angeli sunt conciues hoībus, cū nō sint iuncti p̄ specificā similitudinē naturæ, q̄ excitat ad amorē, oportet eos nobis nunc iungi p̄ obsequium beneficentiæ suæ, ut sic eorum uaidiùs accendamur amore. Hæc Bonauentura. Bonauent. Angelicur mittantur ad hoīes. Isaiæ 6.

¶ Qui quærit secundo, an omnium angelorum sit mitti. Respondet, sicut ait Magister in litera: Quidam dixerunt, ꝓ soli angeli ultimæ hierarchiæ mittuntur ad nos, ꝓ beatum Dionysium dicunt sensisse, Apostolum uerò ad Hebræos dicunt solum de angelis hierarchiæ infimæ esse locutum, utendo distributione accommoda. Sed quia non consonat hoc intentioni Apostoli, intendentis p̄bare Chr̄m esse cunctis angelis altiorem, alij dicunt, ꝓ uniuersi mittuntur. nec esse hoc contra Dionysium, qui idcirco dicit angelos superiores non mitti, quia non mittuntur ita frequenter, nec pro communioribus causis, nec directè ex proprio officio conuenit eis, angelis infimę hierarchiæ. Sed quia expositio ista est ualde extranea, cum sanctus Dionysius dicat, quòd angeli superiores usum exterioris officij nunquam habent, & indubitanter credendum est, uera esse uerba tam Apostoli, quàm diuini Dionisij eius discipuli, idcirco est positio tertia, per distinctionem saluans utrumque. & dicens, quòd duplex est missio. Vna exterior ad nos, quæ non competit superiorū agminibus ordinū. alia interior ad angelos, sed p̄ nos. sicq; mitti cōpetit oībus angelis, q nia superiores mittuntur a Deo ad medios, & medij ad infimos, Dionysi. martyr. Hebræ. 1 Dio. mar. Dio. mar.

infimos,dũ reuelãdo eis,quæ nobis expediunt,purgãt,atq; illuminãt infimos,quod totum est ꝑꝑ nos. Hinc signãter dixit Apostolus:Misi ꝑꝑ eos, non ad eos.Missio aũt unigeniti Dei,fuit ad redimendũ, & saluandũ.q̃ missio tãtæ est excellentiæ,ꝙ angelis nõ potuit cõuenire.idcirco nõ sequit instãtia ista facta de filij missione.Itaq; uniuersi angeli multipliciter nos iuuãt,ꝓtegũt,& succurrũt,imediatè,aut mediatè reuelationes ministrãdo,orõnesq; nr̃as Deo assiduè offerẽdo. Nã supiores simul cũ inferiorib⁹ pro nobis altissimũ interpellãt,& nr̃as orõnes ei exponũt,nõ ut instruãt Deũ,sed ut nr̃as orõnes imperfectas,& tepidas igneis suis affectibus reddãt Deo acceptas,quẽadmodũ aduocati ornatis eloquijs aliorũ cãm tuenť,sicq; ẽt ad suorum ordinũ instaurationem cooperanť,& charitatis legẽ pietatisq; curã implent in nobis.Hæc idem.

Insup q̃rit hic idẽ doctor alia quadã,ad q̃ q̃uis ex p̃habitis innotescat solutio:attñ qm̃ circa eã tãgit q̃dã nõ habita,breuiter tãgã ea.Itaq; sciscitať, ad q̃d angelus mittať.& primò,an ad inflãmãdũ affectũ.Et

Affectus hois quo accẽdatur ab angelo.

rñdet,Affectũ nr̃m ab aliquo inflãmari,cõtingit dupliciter.Primò tanq̃ a principali agẽte,& directè imprimẽte,seu efficiẽte,& ita nõ põt ab angelo inflammari.Secũdò,tanq̃ a causa exitãte, & disponẽte,&

Bonauent.

sic põt.Huic uerè rñsioni addit Bonauẽtura:Primo mõ dixerũt q̃dã philosophi intellectũ nr̃m ab intelligẽtia inflãmari. Dixerũt namq;, ꝙ aĩa esset instr̃m intelligẽtiæ,& ꝙ intelligẽtia influeret sup aĩam, sicut agẽs sup instr̃m.Vñ dixerũt,ꝙ aĩa triplicẽ haberet oꝑationẽ,uidelicet aĩalẽ,intellectualẽ,& diuinã: aĩalẽ ex se,intellectualẽ ex influẽtia angelica, diui-

Dionysius

nã,ex diuino influxu.Hæc Bonauẽtura.¶Quo circa sciẽdũ.ꝙ ea,q̃ dicit posuisse philosophos.ipsi philosophi ꝓtulerũt de aĩa nobili.i.cœlesti: qa cœlestia corpa eẽ aĩata asseruerũt,ut euidẽter patet in lib.de

Proclus.

Causis,& in elemẽtatione theologica Procli Platonici.Auicẽna uerò,& Algazel,dicẽtes aĩas humanas

Aĩæ rõnalis triplex actio.

ab intelligẽtia ultima esse creatas, ẽt fassi sunt eas posse directè illuminari, & accẽdi ab illa tanquã a creatore,quod ꝓrsus hereticũ est. Nihilominus ad piũ intellectũ põt cõcedi,ꝙ & aĩa rõnalis in hac uita triplicẽ hẽat actionẽ,utpote aĩalẽ ex se, inquãtũ corpus informat:intellectualẽ, inquãtũ lumẽ suum naturale ab anglo cõfortať,ac modis p̃habitis illustrať:& diuinã, in quãtũ a creatore ꝑ supnaturalia dona accẽdiť,eleuať,atq; in Deũ quodãmõ trãsfor-

Angelus quo aĩam illuminet. August.

mať.Quartò inuestigat,An aĩa ab angelo illumineť. Rñdet,Aĩam quo ad supiorẽ rõnis portionẽ illuminare,solius est Dei,ut frequẽter Aug.oñdit. q̃uis q̃dã nõ intelligẽtes,posuerũt intellectũ nr̃m nõ ꝑuenire ad lumẽ primũ,sed illuminari,ac ꝑfici ab eodẽ ꝑ mediũ intelligẽtiæ lumẽ,q̃d extat hereticũ. Hinc tractatores catholici aĩam nr̃am quãtũ ad partẽ rõnis inferiorẽ.posuerũt ab angelis ꝑ eorũ reuelationes illuminari.Q̃d tripliciter põt intelligi. Primò, ꝑ modũ luminis irradiãtis.Secũdò, per modũ speculi oñdẽtis.Tertiò,ꝑ modũ linguæ uiuaciter exprimẽtis,q̃ modus rõnabilior esse vř, ita ꝙ angelus illuminat mẽtẽ nõ lumẽ infundẽdo,nec solũ offerẽdo instar obiecti,aut speculi,sed uiuaciter exitãdo,ut doctor exterior.Hæc Bonauent.¶Cuius uerba ex p̃habitis patẽt,ita ꝙ Deo est ꝓpriũ,aĩam quo ad supioris rõnis suæ portionẽ,qua intendit æternis, illuminare directè ꝓducẽdo in ea lumẽ naturæ, uel grĩæ, aut gloriæ.imò hæc habet a Deo immediatè, & põt immediatè in solo Deo beatificari, & in pñti ꝑ donũ sapiẽtiæ illustrari:similiter ꝑ donũ intellect⁹, cõsilij,atq; sciẽtiæ,nihilominus ab angelo p̃fatis modis hierarchice purgari,illuminari,ac perfici.

Tho.aque.

¶Præterea Thomas ad qõnẽ hanc,an angeli oẽs assistãt,rñdet:Assistere in angelis, dr̃ ad similitudinẽ horũ,q̃ regibus terræ assistũt,q̃bus assistere phi-

Dionysius

benť,q̃ circa eos sunt.Cumq; B.Dionysius dicat primæ hierarchiæ ꝓpriũ esse,ut sic circa Deũ sint eius agmina,tãquã in eius uestibulis collocata, ei dũtaxat cõuenit Deo assistere,inquantũ immediatè ab ipso capax est illuminationũ in ipsa luminis diuini simplicitate,ut supra expositũ est:inferiores uerò illuminationes,seu cognitiones accipiũt ex ipso lumine iã diuiso,& ad particularia applicato.ideo nõ dicunť circa Deũ esse,seu ei assistere.Verũtñ oẽs immediatè uniti sunt Deo, ut beatificãti obiecto; & quãtũ ad multa,q̃ immediatè cognoscũt in eo:non tñ oĩa cernũt in ipso.Rursus,tripliciter dr̃., qs Deũ intimè cõtẽplari.Primò,ꝑ hoc,ꝙ eius consideratio ad exteriora sensibilia nõ distrahiť,& sic angeli boni,ac mali Deũ intimè cõtẽplanť, qa a sensibilibus, aut sensu nõ sumũt rerũ notitiã. Secundò ꝑ hoc, ꝙ

Tripliciter est Deũ cõtẽplari intimè.

nõ indigẽt exteriori similitudine,qua Deũ cõtẽplẽtur,q̃ similitudo sit extra Dei eẽntiã,sed eũ uidẽt in sua essentia.sicq; eũ cõspiciũt uniuersi beati.Tertiò ꝑ hoc,ꝙ nõ tm̃ uident Dei essentiã, sed ipsam quodãmõ penetrãtes, in ipsa cõspiciũt suorũ effectuum rõnes.sicq; intimè cõtẽplari, est assistere, & soli supremæ cõuenit hierarchiæ.Secũdũ alios uerò modos dr̃ assistere hõ ẜm q̃d,nõ simpliciter.Hæc Thomas in Scripto.¶Deniq; de hoc,an oẽs angeli in ministeriũ mittanť,loquiť in eodẽ: Hanc qõnẽ mouet

Gre.hom. 34.

Gregorius,& indeterminatã relinquit.Quidã uerò dicũt aliquos angelos ex officio ad ministeriũ deputari,uidelicet angelos inferiores: attñ aliqua causa spãli extra cõem dispensationem,seu administrationem exorta, superiores quoq; in ministeriũ mitti. Sed hoc necessarium non vř:qm̃ ad quantumcunq; magna nunciãda,seu exequẽda inferiores sufficiũt ordines.&iterũ,quãuis aliqua talia fiunt præter cõmunem cursum naturæ:non tñ præter ordinem gratiæ,ẜm quem attendiť distinctio ordinum Hinc cũ B.Dionysio rñdendum,ꝙ superiores angeli nũquã

Dion.mar.

immediatè circa nos ministeriũ hñt.Cuius rõ ex tribus accipi põt.Primò ex dispõne diuinæ sapiẽtię,cuius ordinatione ꝑ lege sancitũ est, ut a supioribus in ultima ꝑ media actiones ꝑueniãt, ut sit ordinata cõnexiõ in partibus uniuersi, & nulli sua auferatur nobilitas,q̃ cõsistit in hoc,q̃d quodãmõ causa est inferiorũ.Secũdò,ex parte illuminationum. quemadmodum.n.in actionibus corporalibus req̃riť ꝓportio inter agens,& patiẽs,quod p̃cipuè in sensib⁹ patet,qa ab excellẽti sensibili corrumpunť,ita est,& in intellectualibus.ꝑꝑ q̃d intellectus habes ad subtilissimas ueritates non ꝑtingit.cumq; lumẽ intellectuale in supremis angelis simplicissimũ uniuersalissimumq; cõsistat,nõ est ꝓportionatũ intellectui nr̃o, nisi priùs cõtrahať,& determineť in inferioribus angelis,qui minoris sunt simplicitatis. Tertiò ex parte actionũ,quas circa nos exercẽt.Cum.n.actiones ministerij sint particulares,& cira particularia, oportet,ꝙ earũ executio sit ꝑ formas maximè particulares,atq; cõtractas.& hæ sunt formæ,q̃ in angelis inferiorũ sunt ordinũ.idcirco spectat ad eos ministeriorũ executio diuinorũ.Hinc quoq; philosophi posuerũt motores orbium duplices,puta coniunctos, quos uocabant orbium animas.quorum conceptiones sunt determinatæ,& particulatæ, quos ẽt Auicenna uocat angelos ministrantes:alios verò separatos,quos intelligentias nominant,in quibus sunt formæ simplices,& uniuersales,quos Auic.appellat

Angeli supiores immediatè circa nos ministeriũ non habẽt

Motores orbiũ duplices secũdũ philosophos.

Aucenna

angelos

S.Dion.

angelos assistentes. Vnde constat, ꝙ ista positio rationabilior sit,cum quia sanctus, & Dionysius apostoli Pauli discipulus tradidit eam, qui & Apostoli uisiones creditur conscripsisse,& ipsum Apostolum frequenter allegat,ac tanquam auctorem inducit. Et sicut 13. cœlestis hierarchiæ cap.innuit,ista positio fuit uulgata tempore primitiuæ ecclesiæ:tum, quoniam dictis meliorum philosophorum plùs cõsonat,ut accipiamus ab eis ea, quæ fidei non repu-

Isaiæ 6. S.Dion.

gnant,alijs resecatis.Porro obiectionem ex Isaia inductam de Seraphim,beatus Dionysius 13.cœlestis hierarchiæ capitulo soluit dupliciter. Primò, ꝙ angelus missus purgare labia Isaiæ,fuit de ordine inferiore.& dictus est Seraphim æquiuocè:quoniam uenerat purgare per ignem ardentem. Secundo,ꝙ uerè fuit de ordine Seraphim,non tamen angelus ille,

Seraphim quo Isaiæ labia purgarit.

qui visionem reuelauit Isaiæ, imò is fuit de ordine inferiore, sed cum uirtus hierarchica,quæ est in superioribus angelis, fit primò a Deo, & consequenter a superioribus angelis in inferiores descendens, angelus uisionem formans,reduxit prophetam nõ solum in cognitionem uirtutis immediatè agentis, sed etiam uirtutis diuinæ.unde ostendit dominum super solium sedentem, & per consequens duxit in notitiam supremarum uirtutum. unde ostendit Seraphim stantia circa thronum,ostenditq; uirtutem purgatiuam ab eis per angelos inferiores usq; in homines deuenire,per hoc,ꝙ Seraphim uidebatur ad

Isaiæ 6.

eum uolare.Et ponit exemplum de sacerdote, qui absoluit a potestate a pontifice descendente.ac si diceret,Pontifex te absoluit,qui mihi tradidit potestatem te absoluendi.sic,& angelus ostendit Seraphim purgantem: quoniam ipse in uirtute illius purgat.

Angeli oẽs sunt administratorũ spiritus.

Conformiter omnes dicuntur administratorij spiritus,inquantum inferiores uirtute superiorum ministerium exequuntur.Põt quoq; dici,ꝙ Apostolus ꝓbare intendit prẹminẽtiam nouæ legis ad ueterem, per excellentiam Christi,qui nouam contulit legẽ, ad angelos, per quos lex uetus est tradita: ꝓpterea loquitur de angelis ultimi ordinis, per quos data est lex.Hæc Thomas ibidem.

¶Insuper ad hoc, an uniuersi angeli ordinum mediæ hierarchiæ mittantur, respondet: Quidam dicunt angelos primæ hierarchiæ nullatenus mitti, angelos autem infimæ hierarchiæ mitti ad homines,angelos verò mediæ hierarchiæ mitti ad illos de tertia. Et tangitur opinio ista in litera. Sed non videtur conueniens,quia secundum eam non esset differentia inter hierarchiam primam, ac mediam. Nõ enim potest intelligi missio angeli ad angelum, nisi per hoc,ꝙ unus illuminat alium: sed sicut illuminat media ultimam,sic prima secundam.Rursus, opinio illa dictis sanctorum non consonat, qui ascribunt angelis hierarchiæ secundæ actus, qui in executione ministerij exterioris complentur,ut miracula facere,dæmonesq; arcere.Hinc sequendo rationes nominum in sacra nobis pagina traditorũ, ex quibus oportet colligere proprietates, atq; offi-

Dion.mar.

cia ordinum, prout a Dionysio assignantur, dicimus,ꝙ duo ultimi ordines mediæ hierarchiæ,uidelicet potestates, & uirtutes, in ministerium extra mittuntur,quod ordini dominationum non competit,sed dirigere oẽs ordines inferiores in ministerijs suis.hoc quippè spectat ad dignitatem, actiones inferiores ad nutum dirigere,eorumq; actibus nõ misceri.Hinc ordo uirtutum est supremus inter eos,qui mittuntur,quasi pertingens ad ultimum in diuinis ministerijs,quia uirtus est ultimum in re de potentia,ut dř, 1.cœli.Sicq; sex ordines mittuntur, & tres propriè assistunt,inter quos ordo dñationũ quasi medio modo se habet:tamen ad ministratiuã pertinet dispositionem, inquantum pręcipit ministrantibus,& oñdit eis,quid agant.Ordo verò potestatum,actũ sortiť circa ea,quæ pertinent ad tranquilitatem totius,inquãtũ habet non limitatam potentiam ad istam,aut illam cõitatem: & talia efficit ordo ille per se. Alia spectant ad statum alicuius regni siue prouincię,& hæc non faciunt potestates,nisi mediantibus principatus,qui per se talia exequuntur.quædam uerò sunt pertinẽtia spãliter ad aliquẽ, uel aliquos,& hæc principatus non exequũtur per se,sed per inferiores,& maiora per archangelos,minora per angelos.Hęc Thomas in Scripto.

1.p.q.112. ar.4.ad 2.

¶Eadem continentur in Summa, 1. parte 12. qõne,quauis partim sub alijs uerbis, & aliqua addit, specialiter de hoc an plures sint,qui ministrant,q̃ q̃ assistunt: De numero,inquiens,assistentium, & ministrantium duplex consideratio põt haberi.Grego-

Gregorius homil. 34. Daniel.7.

rius q̃ppè affirmat plures esse ministrantes:qa quod scriptum est,Millia millium ministrabãt ei, exponit nõ multiplicatiuè,sed partitiuè,ac si diceretur,Millia de numero millium.sicq; ministrantium numerus ponitur indefinitus,ad designandum excessum: assistentium verò finitus, dum subditur: & decies millies centena millia assistebant ei.Et procedit opinio ista ẜm positionem Platonicorum dicentium, ꝙ quanto aliqua sunt uni principio propinquiora, tanto sunt pauciora,sicut quo numerus est unitati vicinior,tãto est minor.Et ista saluatur opinio,quãtum ad numerum ordinum:quia ut dictum est, ordines sex ministrant,& tres assistunt. Verum magn⁹

Dion.mar.

Diony.14.cœlestis hierarchiæ cap. ponit, ꝙ multitudo angelorũ transcendit omnem multitudinem materialem quasi in infinitum, sicut & corpora cœlestia excedunt corpora inferiora in magnitudine. sicq; naturæ superiores incorporeæ, transcendunt multitudine oẽs naturas corporeas:quia quod melius est,atq; præstantiùs,est magis a Deo intentum, & multiplicatum.sicq; plures sunt assistentes,q̃ mi-

Angeli assistentes,plures sunt ministrantibus.

nistrantes.Et ita,quòd dr̃, millia millium, legendũ est multiplicatiuè,ac si diceret,millies millia.cumq; decies centum sint mille, si diceretur, decies centena millia,dareť intelligi,ꝙ tot sint assistẽtes,quot ministrantes:sed qm̃ dr̃,decies millies centena millia,multo plures dicunť esse assistentes,q̃ ministrantes.Nec tñ hoc ita est accipiendum,quasi tantus dũtaxat sit numerus angelorum,sed multo maior: qa omnem multitudinem naturalem, seu materialem excedit,quod designatur per multiplicationẽ maximorum numerorum supra seipsos,puta denarij, cẽtenarij, & millenarij,ut sanctus Dionysius dicit ibidem.Hæc Thomas in Summa.

Petrus.

¶Concordat Petrus,dicendo: Duplex est actus contemplationis angelorum.unus earum rerum, q̃ pertinent ad essentiam gloriæ, alius rerum, quæ ad officium pertinent.Et iuxta hoc assistere, quod est immediatè contemplari, dupliciter põt intelligi.

Assistere dupliciter itelligitur

Vno modo,quo ad actum contemplationis beatificantis,sicq; cum angeli omnes immediatè Deum contẽplenť,oẽs ei assistunt.Alio modo,quo ad actũ contemplationis ad officium pertinentis. & sic cũ non ęque immediatè contemplenť ea,circa q̃ uersatur officium,non oẽs assistunt qm̃ primi immediatè a Deo,secundi a primis,ultimi a secundis,seu medijs illuminationes recipiunt.Hæc Petrus.

Affect⁹ hominis triplex est incentiuum.

¶Porro de effectibus circa nos ꝑꝑ quos mittantur angeli, concordat prætactis nunc Bonauenturę responsis Petrus:Affectum, dicens humanum ab alti-

quo incendi, aut inflammari, tripliciter pōt intelligi. Primò efficienter, sicq; solus Deus hoc pōt. Secū dò motiuè, sicut obiectum mouet potentiam, sicq; desideratū inflāmat affectum. Tertiò excitatiuè, & ita q offert speciē rei optatæ, & sic angelus accedere pōt. Hæc Petrus. Hæc supra pleniùs sunt inducta.

¶ Circa hæc scribit multa Richardus, quæ sententialiter sunt præhabita, consonantq; prædictis. Specialiter quoq; inquirit qūo angelus doceat hoiem in corpore assumpto, & item sine assumpto corpore. De quibus dubijs ēt sparsim multa sunt dicta. Loquitur autem Richardus ſm imaginationem dicentium intellectum posibilem nihil intelligere posse, nisi phantasmata intuendo. Ideo angelum sine corpore non posse illuminare, aut instruere hoiem, nisi super phantasmata radiādo, & super species in sensu interiori contentas agendo, easdem diuersimodè diuidendo, componendo, & ostendendo. Qui aūt dicunt intellectum iam specie intelligibili informatum, & actuatum, posse absq; phantasmatis speculatione intelligete, ſm quod sanctus Dionysius ponit quandam anagogicam, & purè intellectualē cognitionem, subtilius, & (ni fallor) uerius dicere queunt, q angelus sanctus ipsum intellectum immediatè, & purè potest illuminare, super species intelligibiles abstractas, ac depuratas in ipso consistentes irradiando, suoq; spūali lumine refulgentiam quandam ibi causando, quemadmodum lux sensibilis emicat, & splendorem causat in rebus corporeis, ut supra in verbis Gulielmi expressum est. Nempè si phantasmata, & formæ sensibiles capaces sunt irradiationis, influentiæ, compositionis, & diuisionis angeli sancti, cur non potius ipsa uis intellectiua, & similitudines spiritales existentes in ea, cū inter illud actiuum, & illud passiuum sit maior ꝓportio?

¶ Ampliùs circa hæc Albertus plurima scisciтat, in quorum solutione concors est dictis ſm Thomā. Veruntā de missionibus angelorum, præsertim de hoc, an de singulis mittantur ordinibus, loquitur recitatiuè, non assertoriè, narrando, quæ in textu habentur, & ait, q illi, qui dicunt omnes de cūctis ordinibus mitti, affirmant Michaelem, & Gabrielem de superiore ordine esse, cum & Gabriel altissimū illud incarnationis filij Dei mysterium annunciauerit Virgini gloriosæ, additq;. Etiam hæc videtur fuisse opinio Magistri in litera, & Præpositiui, atq; Gulielmi Antisiodorensis. Insuper quærit ad quid mittantur. Et rndet, q sicut ſm Philosophos intelligentiæ, ac animæ nobiles mouent cœlestia corpora principaliter, ut se conforment virtuti, & causalitati, & cōicationi summi, & increati principij: deinde pp vtilitatem adiunctam, quæ est gnatio, & conseruatio inferiorum: sic angeli mittuntur ad homines, & ipsis ministrant principaliter, ut diuinæ obtemperent uoluntati, eamq; exequantur. Vtilitas aūt adiuncta, & quasi secundarius finis, est procuratio salutis humanæ, sicut ait Apostolus, in ministeriū missi pp eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Rursus quærit Albertus, Vtrum quilibet angelus circa homines exercet tn actum illius doni, a quo denominatur, ut Seraphim actum incēdij charitatis, Cherubim actum lucis scientiæ, Throni actum iudicij, & determinationis iustitiæ. sicq; de alijs, uel unusquisq; angelus missus promptus sit, & paratus per ministerium exercere actus omnium donorum, omnium aliorum angelorum. Et rndet, Dicendum in ueritate, sicut & ante nos, quidam antiqui dixerunt ſm dictum Beati Gregorij, q quilibet angelus prōptus est, atq; paratus exercere officium omnium aliorū,

Richard⁹.

Dionysius martyr.

Albertus.

Angeli ad qd mittāt.

Hebræ. 1.

Albertus.

Greg. homil. 34.

& quòd ordo denominatur ab aliquo dono, non quia solus accepit illud, sed quia pleniùs accepit illud, & frequenter exercet actus ipsius. & ita Magister determinat. Hæc Albertus.

¶ Qui in hac rnsione vr̄a doctrina beati Dionysij parumper deflectere. Ego uerò in his, ac cæteris sacratissimi Dionysij documentis absolutè, simpliciterq; cōsentio, obtēpero, acquiescendumq; reor.

Dionys.

¶ Porro Vdalricus in Summa sua lib. 4. Qm inq̄t, in Daniele legitur, Millia millium ministrabant ei, beatus Dionysius diuisiones angelorum ad bimembrem reducens, diuidit eos in assistentes, ac ministrantes, & ex uerbis Danielis habemus, q alij sunt assistentes, alij ministrantes: quia per numerum, & officia in prætacta auctoritate distinguuntur. Assistere demum Deo, uno modo idem est, quod exhibere paratum ad executionem uoluntatis Dei, uel signi, uel beneplaciti, siue exhibitio illa fiat bona intentione, siue peruersa. sicq; conuenit angelis bonis ac prauis, cum & Gabriel dicat: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum. & in Iob, q Sathan affuit inter filios Dei coram domino. Omnes autem ordines angelicos præter tres primos, sanctus Dionysius nominat ministrantes, cum & eorum nomina ab officijs sint accepta. Veruntamen sicut ad artificiatum non solum facere perhibetur tectonicus, qui suis manibus operatur, sed etiam architectonicus, q manus artificum regit, eisq; imperat, quamuis manum propriam non apponat: sic ministrare feruntur nō solum angeli, qui circa exteriora operantur, ut sunt angeli sex inferiorum ordinum, sed etiam ordo dominationum, qui in agendis regit, ac dirigit eos, q tn non dr̄ mitti, ut alij quinq;: qm mitti est extra locum contemplationis auctoritate superioris destinati, ut missus per opus aliquod inferioribus misceatur. Nec his obstat, quod ait Apostolus, Omnes sunt administratorij spūs: qm loquitur de ministerio, de quo auctoritate Psalmistæ præmisit: Qui facit angelos suos spūs, & ministros suos flammam ignis. Nempè, q ait flammam ignis, de Seraphim dixit, eo modo, quo in Isaia legitur vnus de Seraphim ad purgationis ministerium missus, inquātum per inferiorem angelum a se directum, hoc fecit. Deniq; Apostolus ad Hebræos per missionem angelorum probat Christum Dei filium, introductū per missionem in carnem in orbem terrarum, esse maiorem angelis, sicut filius est maior ministro: & sicut adorandus est maior his, qui tenentur ei latriæ cultū impēdere, & sicut præsidens in throno regis, dispensatoribus eius: & sicut sedens ad dexteram patris, maior est ministris in solio residentis: qm sicut Christus pp naturam assumptam est minoratus ab angelis, sic pp personam missam per incarnationis mysterium maior est angelis, & patri mittenti æqualis. Idcirco non approbo solutionem quorundam dicentium Apostolum tantum loqui de inferioribus angelis, per quos data est lex: quoniam rōnes Apostoli concludunt de uniuersis angelis. Psalmista quoq; in uersu præallegato loquitur de angelis supremis, uidelicet Seraphim, ut Glossa exponit. Hæc Vdalricus. ¶ Cuius hoc ultimū uerbū contra id, quod Thomas (sicut iā patuit) tangit in Scripto, dicens Apostolum loq de angelis, p quos data est lex, quos dicit fuisse de ultimo ordine, Quod etiam ur̄ pati instantiam, cum lex illa pertinuerit ad commune, ac maximè bonū, seu uerā salutem totiùs Israeliticæ plebis. Vn angeli, per quos data est, potius uidentur fuisse de ordine principatuū, q cōitatibus præsunt, ſm unā expositionem: uel saltem

Dionys.

Vdalricus Daniel. 7.

Dion. mar.

Lucę. 1.

Iob 1.

Iob. 1. Psal. 103. Isaiæ. 6. Hebræ. 1

Christus maior est angelis.

Psalm. 8.

Dionysi.

tem arcangelorum, quorū est nunciare maiora, & ea, quæ concernunt bonum commune: nisi forsitan Thomas per ultimum ordinem intellexerit ultimā hierarchiam. Fateor quoq; Apostolum ad Hebreos loqui de angelis vniuersis, prout consideranti circunstantiam, connexionemq; literę ibi patescit.

¶ Atuerò Durandus circa hęc recitat duas prætactas opiniones de isto, utrum omnes angeli mittuntur in ministerium, & ea quę quidam obijciunt contra primam, tangit sicut ex uerbis Thomę obiectū est ei. Contra quæ arguit sic Durandus: Congruit ordini gratiæ, ut sicut infima nunciantur per infimos angelos, sic maiora nuncientur per medios, & suprema per supremos. quod & utile est, quatenus ministeria illa angelica congruentiùs, & ordinatiùs fiant. Neq; enim decet regem magna per infimos nunciare. Item, cum omnes ordines, qui sub dominationibus sunt, ſm illam opinionem mittantur, & inter nos, & uirtutes sint quatuor intermedij ordines, constat, quòd quando uirtutes mittuntur, & circa nos aliquid operantur, quatuor ordines medij intermittuntur. sicq; in hoc ordo gratiæ non seruatur. Hæc Durandus. ¶ Et benè apparet, q opinio illa probabiliter posset defendi, nisi sancti Dionysij auctoritas obuiaret. Non tamen cōuincunt persuasiones Durandi, quia & secundum beati Dionysij documenta, maiora nunciantur per maiores, ut p arcangelos, inter quos etiam sunt maiores, minores, medij, & maxima per supremos arcangelos, aut per principatus ſm quosdam. Alia Durandi obiectio soluitur, quia uirtutum non est nunciare, sed miracula operari, quod directè, ac propriè ad nullum inferiorum ordinum dicitur pertinere. ideo quando uirtutes mittuntur ad nos propter agenda miracula, & angeli ad nunciandum minora, non intermittuntur aliquis ordo medius inter illos, ad quem directè spectet aliquod officiorum illōrum. Insuper mysterium incarnationis filij Dei, inter omnia nuncianda fuit dignissimum. & tn Gabriel, qui illud electissimę uirgini nunciauit, ex scriptura probatur non fuisse de hierarchia suprema, aut ordine summo, imò inferior extitit Michaele, cum ipse sanctus Daniel dicat: Factum est autem cum uiderem ego Daniel uisionem, & quærerem intelligentiam eius, ecce stetit in conspectu meo quasi species uiri, id est, angelus in similitudine uiri. & audiui uocem dicentem: Gabriel, fac istum intelligere uisionē, id est, ò tu Gabriel, expone huic Danieli hanc uisionem. In his uerbis ſm expositores catholicos, & Hebræos, per angelum illum, qui istud commisit Danieli, intelligitur Michael, & siue ille, siue alius, certum, q fuit superior Gabriele. Michael autem princeps fuerat synagogæ. & sic fuit de ordine principatuum, & Gabriel de choro (ut fertur) archangelorum. Præterea, si iuxta Durandum suprema nunciantur per supremos, & media per medios, cur idē Gabriel nunciauit Christi incarnationem, & sancti Iohannis natiuitatem? imò, & alia quædam minora, ut in Daniele describitur Veruntamen obijci potest, quòd in homilia de angelis beatus testatur Gregorius: Ad hoc quippè (uidelicet incarnationis) mysterium nunciandum, summum angelum mitti dignum fuit, qui omnium summum uenire nunciabat. Sed & beatus Bernardus, super Missus est, Non arbitror, inquit, hunc angelum de minoribus esse. Ad quæ poterit dici, q fuit summus in ordine suo, uel summus, id est, nalde altus, & forsā inter archangelos primus.

¶ Præterea Thomas de Argentina: Differentia, ait, est inter ministrare, & assistere angelorum, quia assistere est Dei faciem contemplari, sicq; assistunt omnes angeli boni. Item assistere est illuminationis a Deo immediatè recipere, sic tres ordines supremi assistunt. Ministrare verò est nunciare pro temporis opportunitate, uel ſm officium operari. Ministerium namq; est nuncij, atq; officij, & sic ministrant Deo ordines duo angelorum, & archangelorum. Rursus, assistere est appropinquare Deo, & extraneū esse a missione, sicq; assistunt quatuor reliq; ordines, utpote dominationes, uirtutes, potestates, & principatus. Hęc ille. ¶ Quę phabitis non concordant, cum dictū sit, ad ordinem uirtutum spectare, miracula facere: ad potestates, dęmones coercere: ad principatus, regnis, & prouincijs, seu prelatis, & principibus præsidere: & ita mittuntur, atque ministrant.

¶ Insup Scotus concedit uniuersos angelos mitti, uel intra uel extra, & addit: Vr̄ tn, q supremi, aut aliquis de supremis mittunt quandoq; ad extra: qm incarnationē uerbi multi angeli nescierunt ante tempus incarnationis, passionisve Christi. pp, quod in Isaia quærunt, Quis est iste q uenit de Edō? Et in psalmo, Quis est iste rex gloriæ? Cum ergo mysterium illud nō latueris Gabrielem tam diu, sequit ipsum de superioribus esse. Hęc Scotus.

¶ Cuius uerba quid contineant ueritatis, distinctione patebit sequente. et quamuis premissę essent veræ, non tamen concluderent, quòd Gabriel fuisset de suprema, aut media hierarchia, sed q nō fuit de infimo choro.

¶ Ampliùs de his scribit quodlibeto quinto Henricus, specialiter qualiter unus angelus illuminet alium, & ei loquatur. Deniq; super primum introducta est eius opinio, qua dicit actualem intellectionem non fieri per intelligibilem speciem, nec aliquid actualiter intelligendum requiri speciem talem, sed sufficere habitum scientialem, quæ opinio (sicut ibidem expositum est) contrariatur communi, ac veræ tam philosophorum, q̄ theologorū doctrinæ. Deinde ad hanc qōnem, utrum unus angelus possit aliquid de nouo cognosere per alterius angeli operationem, id est, illuminationem, locutionem &c. respondens: Quæstio, ait, hæc tres comprehendit articulos: unum de angelorum illuminatione, ſm de eorum locutione, tertium de utriusq; nouitate. Itaq; de illuminatione sciendum, q ipsa ad intellectuam potentiam pertinet, ita q omnis cognitio ex illuminatione procedit, ita q scire, intelligere, seu cognoscere, non aliud est, q̄ intellectum lumine quo illuminatus est, lucere. Scientia namq; ſm actū, nihil est aliud, quàm cogniti manifestatio, quæ est per obiectum actualiter splendens in intellectu. Vn de obiectum, ut actualiter cognitum, dicitur lumen: quia cognitio fit per assimiliationem cognoscentis ad cognitum. Vn dixit Apostolus: Omne quod manifestatur, lumen est. Quemadmodum. n. lumen in corporibus est visibile primo, & per se, p quod videntur, & alia, inquantum participant lumen, & lumine illustrantur, sic in spūalibus lux prima, quę Deus est, est primum intelligibile per se, cui us participatione in esse formali, & illustratione omnia alia intelliguntur, Hinc sicut is dr̄ domū, seu oculos corporales illuminare, q facit quocunque mō ut lumē in medio splendeat, & ad actū uidendi immutet, sic spiritualiter dr̄ angelū illuminare, q quōcūq; agit intellectu angelico aliqd, quo actualiter immutet ad intelligēdū. Quod dupliciter fieri pōt in spūalib⁹, ꝓportionabiliter illuminationi, q fit in

Hebræ.

Duraudus

Dionysi.

Lucæ 1.

Daniel 8.

Luc. 1. Daniel. 12 Greg. homil. 34.

Argētinę.

Ministrare & assistere differunt

Dionysius

Henricus

Ephes 5.

Angelus quo illuminatur ab angelo.

in corporalibus,vno modo lumen infundendo, alio mõ aliquid faciendo.quo facto,lumen infunditur,tñ ab alio.Primus modus contingit dupliciter. Primò ipm lumen in oculo corporali.aut spirituali causando,quemadmodũ sol lumen suum infundit omni oculo corporali sibi opposito.Secundo proponendo ipsi oculo aliquid participans lumen, ut eo illuminentur ad uidendũ, quemadmodũ exponeres oculo aperto in tenebris piscium squamas, aut putridum lignum.cuius lumẽ ex se vſ in tenebris.Primo modo solus Deus illuminat intellectũ angelicum,causando in eo lumen naturæ, aut lumẽ gratiæ vel gloriæ,aut ẽt increatũ lumen infundendo,non faciendo ipsũ esse ubi priùs non erat, sed faciendo,quòd aliter sit ibi, q̃ priùs, videlicet, aut tanquã rationem,& medium cognoscẽdi obiectiuè alia à se, non seipsum, ſm quod Augustinus posuit omne verum in lumine primæ ueritatis cognosci,præsertim oẽ uerum supernaturale,aut tanquàm obiectum cognitum,sicut se manifestat beatis:Cumq; angeli esse nõ valeant creatores alicuius luminum hõrũ, nec increatũ lumen manifestare, constat,ꝓ isto modo vnus angelus alium illuminare non queat, sed potest hoc proponendo intellectui aliquid participans lumen,illuminans intellectum ad cognoscendum.Verum iste modus ad doctrinam,& locutionem pertinet angelorum.Porro loquendo de illuminatione secundo mõ principali, inferiores angeli à superioribus habent illuminari Possunt etenim superiores angeli aliquid facere circa inferiores.quo facto, lumen quod illuminat ad cognoscẽdũ,infundatur inferioribus, ꝓ ipsi met angeli nequeunt infundere.& hoc dupliciter: primò,merè contrarium impediens remouendo: secundo,dispositionem necessariam inducẽdo.Primo modo dicitur lumen infundere qui facit fenestram in pariete:secundo modo medicina illuminat oculum ver: tatũ,remouendo ab ipso ęgritudinis uitium impediens uisum.sicq; vnus angelus illuminat alium.Quo circa notandum,ꝓ cum oſa naturaliter,& ordinatim ad inuicem sint connexa, connexio ista non solum est accipienda secundum gradum,& ordinem naturarum, sed etiam principalius secundum gradum influentiarum,& operationum,ita ꝓ natura inferior semper quo ad aliquid ẽ in potentia respectu superioris,à qua potest per superiorem reduci ad actum. & hæc est influentia uniuersalis,quæ incipit à primo principio,& gradatim protenditur per media usque ad infimam creaturam,quæ est materia prima:quam connexionem appellauerunt philosophi auream caternam, qua viuersa inuicem connectuntur ad constituendum uniuersi vnitatem, ita ꝓ si connexio talis per influentiã non esset in uniuerso,ipsum uniuersum nõ esset unum,nisi ordine aggregatorum, quẽadmodũ murus lapidum ve aceruus,est unus.& quoniam influentiã istã non ponebant philosophi nisi ꝑ motũ cælestiũ,idcirco iuxta numerũ motuũ,mobiliũm ve cælestiũ posuerunt numerũ intelligẽtiarũ, ita ꝓ siqua esset,q̃ non mouere corpus, illa eẽt ociosa, & frustra,,put duodecimo metaphysicę asserit cõmẽtator,,¶ Præterea de angelorũ locutione aliquorũ fuit opinio, qd̃ sit aliud ab intelligere eorũdẽ,utpote nutus seu signũ,quo angel' vn' alteri ĩdicat suũ cõceptũ.sed ſm hoc nutus illi essent,qd̃ operarũ ab angelo operatiõe intellectuali,cũ loqui sit actus rõnis,& intellectus·Si ergo loqui nõ ẽ intelligere,nutus huiusmodi essent aliquid operantum ab intellectu præter actum intelligendi, non ipse cõceptus mentis:& ita non essent verba,nisi quemadmodum sensibilia facta, nutusq; monachorũ dicũtur verba. Si ergo loqui propriè ponamus in angelis pro verbo menti,quod verius est verbum, q̃ verbum oris, cum nullus tali verbo loquatur,nisi actualiter intelligendo, quo actu concipit verbũ,non est dicendũ, ꝓ verbum angeli,seu loqui eius sit aliud,q̃ intelligere, præsertim cum non sit propriè loqui sine verbo propriè sumpto,ideò verbum angeli non nisi ratione differt ab actuali intellectione. Nam dicitur intelligere,inquantũ intelligentem respicit absolutè, & in verbo suo aliquid apprehendit. dicitur verò loqui,inquantũ ordinatur ad indicandum alteri rẽ quæ verbo concipitur. Huiusmodi ergo verbũ,seu conceptus indicatiuus,qui dicitur verbum locutionis,prout in intelligente absolutè consideratur, cõceptus vocatur. Vt verò ordinatur scilicet ad alterum conceptum alij indicandum, dicitur nutus.

Angust.

Rerũ connexio vocatur aurea caterna.

¶Quo circa sciendum, ꝓ notitia angeli duplex est, videlicet naturalis,& supernaturalis. Naturalis nõ est,nisi quiddtatum vniuersalium,atq; essentiarum omnium creaturarum, vel in verbo, vel in propria natura. Viso etenim verbo æterno naturaliter,quiditates, & essentiæ illæ videntur in ipso, & pertinet quodammodo ad beatitudinem essentialẽ.est quoque naturalis notitia angeli singularium participãtium qdditates, quæ singularia mox ut fuerint existentia,angelus naturaliter noscit: quia in ipso vniuersalia cognita, sunt rationes cognoscendi singularia. Cognitio autem supernaturalis, est cognitio singularium futurorum,dependentium à scla volũtate diuina, & præscientia Dei, q̃alis fuit notitia, quando,& vbi, & de quo populo Christus nascerentur. De eis ergo, quæ naturaliter noscunt, propriè non loquuntur angeli: quoniam omnia illa, quilibet angelus nouit, nisi forsan ad admirationem,aut excitationem laudis diuinæ. Hinc angelorum locutio propriè est de particularibus factis,quæ speciali reuelatione ab vno primo supernaturaliter cognoscuntur, quæ vnus in alio naturaliter cognoscere nequit,neq; in verbo, neq; in existentia rerũ,nisi cũ actu sunt.Hæc Henricus,q̃ de his scribit prolixè.

Angeli duplex notitia.

Nota de locutione angelorũ.

Ioh.Sco.

¶Verum his Scotus contradicit pro parte: Videdũ est ingens,de locutione angelorũ.Et prætermissis opinionibus multis, vna est remouenda, in qua dr. primò,ꝓ angelus cognoscit singulare, non primo,nec per aliquã rõnem propriam,sed per vniuersale suo intellectui concreatũ: qm̃ vnumquodq; sicut se haber ad esse,ita ad cognitionẽ.forma aũt singularis nil addit super vniuersale, nisi negationẽ,ergo nec in cognitione. Contra quod arguitur,quia (vt supra distinctione tertia est ostensum) singulare aliquam entitatẽ addit super vniuersale. ergo vniuersale cognitũ, non est ratio perfecta cognoscendi singulare. Rursus cũ singularia in infinitũ multiplicentur,sequeret,ꝓ vniuersale cognitum esset infinitæ efficaciæ in repræsentando. Iterũ ex illa opinione sequeretur,ꝓ quodlibet singulare mox vt est existens, notũ esset cuilibet angelo:& ita localis distantia nõ impediret angeli intentionẽ: quod negatur à multis, & esse vſ contra Augustinum in libro de cura pro mortuis agẽda. Amplius ꝓbationes,q̃bus probat singulare non posse intelligi ab angelo, procedere videnr ex hoc, quod imperfectionis est in intellectu cognoscere singulare,quod est falsum: q̃a ſm hoc intellectus diuinus non intelligeret singularia. ideo cõclusio ab illo intenta, non est concedenda: quia probabile est, ꝓ sicut sensus aliquis communis potest sentire oẽ sensibile, sic aliquis intellectus

Augustin.

tellectus creatus pot intelligere omne per se intelligibile.Insuper non vſ,ꝓ dispositio illa ad formam merè supernaturalem,posit causari ab angelo: q̃ licet ad formam immediatè à Deo producibilem, cooperante communi cursu naturæ, posset aliqua causa naturalis disponere,ut patet de corpore organizato respectu animæ intellectiuæ, ad formam tñ omnino supernaturalem, non cooperante cõi cursu uaturę, dispositionẽ immediatam agere agẽs naturale,uidetur inconueniens esse.

Dionysius

¶Hęc,& multa consimilia inducit Scotus contra Hericũ,quorũ quædam non militant contra eũ.Nõ enim negat angelũ singularia ista cognoscere, sicut obiectio illa Scoti vſ prętendere.Nec est inconueniens, angelũ dispositiuè agere in infusionẽ supernaturalis effectus,seu formæ,utpote luminis gratię,& gloriæ,& aliorũ diuinorũ charismatum gratiæ gratum facientis,cum & homo hoc posit,ut uiri catholici cooperatores Dei in conuersione, & saluatione errantũ sicut ait Iacobus apostolus,Qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore uię suę. Et Paulus, ut saluos,inquit, faciam quosdam ex eis.

Iacob.5.

Scotus.

¶Insup Scotus:Circa hęc, ait,sunt difficilia duo. primũ,quomodo angelus loquens non loquit cuilibet angelo; si enim loqui est pręcisè exprimere conceptũ qui in ipso loquente vſ sicut in lib & hoc expressum a quolibet pot,uideri,æqualiter ergo ex primens illud,cuilibet æqualiter loquit. Aliud est, quomodo angelus loquit ei, in quo nihil causat. Nulla erit igit rõ,quare & quõ nunc magis intelligat,quàm priùs,si nihil aliud fiat in eo.Hæc Scotus.

¶Verum ut ita materia de angelorum locutione clariùs intelligãt,scribenda sunt hic doctorum seniorum responsa.

QVAESTIO II.

Gregor. August. Alexand. August.

QVæritur ergo hic secundo, *Vtrũ angelus unus loquatur alteri.* ¶Videtur, ꝓ non, quia ſm Gregorium in moralibus super Iob, & Augustinum lib. de ciuitate,Beatorum corda,& cogitiones inuicem sibi patescunt,& nota sunt.ergo non indigent mutuò sibi ea manifestare.Deinde si loquuntur adinuicem,quæritur de medio deferente, & de instrumentis loquendi.

¶Circa hæc primo quærit Alexander,utrum loq̃ conueniat angelis.Rñdet,Duplex est spiritualis locutio angelorũ.Vna,qua Deo loquunt̃,de qua asserit Augustinus libro de Trinitate:Habet Deus nuncios,id est,angelos suos,non ꝓ ei aliquid,quod nescit annũciẽt,sed bonum eorũ,de ipsius operibus eius consulere uoluntatem,seu ueritatem. Alia est ipsorum adinuicem locutio.Si aũt obijciat,q̃a Commentator super angelicam loquit hierarchiam,angeli non indigent locutione,qm̃ conscientias suas ad inuicem contemplant̃.Dicẽdum,ꝓ ex fine auctoritatis illius patet eius solutio.Sic quippè finit: Qm̃ conscientias suas adinuicem contemplantur,ad alterutrum quodammodo sine uoce loquunt̃, quasi dicat, non sensibiliter,sed intelligibiliter spiritualiterq; loquuntur. Vel dicendum,ꝓ duplex est manifestatio conscientiæ in bonis Dei ministris.(De malis namq; non loquimur.) Vnam habent per cognitionem in uerbo,& ſm hanc uerum est, ꝓ conscientiæ eorum sunt sibi inuicem manifestæ.nam unus uerbo conscientiam uidet alterius.Hinc Gregorius de nobis ut glorificatis in patria ꝓtestatur·Vniuscuiusq; mentem ab alterius oculis corpulentia nõ abscondet.Corporũ enim glorificatorũ tanta conformitas erit ad spũm,ꝓ ad effectus,q̃ erunt in spiritibus, sequent̃ quidã nutus in eorũ corporibus,in q̃bus poterunt dinosci ipsi effectus in illis nutibus rẽ lucentes.Similiter dicimus esse manifestans angelorũ conscientias in inuicem,quo ad cognitionẽ,quã hñt in uerbo.sed hoc non est ex natura propria angeli,sed uerbi.Vnde hoc magis est ex gratia,q̃ ex natura.nec ideo est negandum quin alij alijs plura cognoscunt in uerbo pro uoluntate ipsius uerbi. nec in angelis est locutio,quo ad illa,quia potestas manifestandi illa non residet apud angelum,sed apud uerbum,ita ꝓ siue uellet,siue nollet angelus, qui plura cognoscit in uerbo,ipsum uerbum hęc eadẽ manifestaret angelo pauciora scienti. Alia est cognitio,quàm habent angeli in seipsis,& de hac non est uerum,ꝓ conscientiæ eorum sunt sibi inuicem manifestæ,imò plura scit unus,q̃ alius.& plura sciens, naturalem habet potestatẽ manifestandi ea illi, qui nescit. Hæcq; manifestatio uocatur locutio. Hæc Alexander.

Gregori. Psalm. 9.

Grego.

August.

Obiectio soluitur.

Angeli duplicem habet mutuè cõscientiæ notitiam. Gregor.

¶Secundo, quærit. Vtrum locutio sumatur uniuoce,aut ſm eandem rõne,dum Deus dr loqui angelo,seu animæ,& dum angelus dr loqui Deo, atq; dum angelus dr loqui animæ,seu angelo. Respondet, Locutio quandam rõnem sortitur,seu habet ex parte finis,& ita non dicitur ſm eandem rõnem respectu Dei,& angeli,ac animæ: ordinatur namq; locutio ad indicandum aliquid ei, seu instruendum,& ita creatura non loquitur creatori omnia æternaliter cognoscenti.Porro ex parte formæ secundum eandem dicit̃ rationem,tamen per priùs, & posteriùs.sic namq; est expressio, euidentia aut insinuatio,seu interpretatio desiderij, aut conceptus.Vnde de animæ locutione ad Deum fatetur Gregorius:Animarum uerba sunt desideria ipsa. Si enim desiderium sermo non esset,propheta non diceret:Desiderium cordis eorum audit auris tua. Similiter per hoc,quod de locutione angeli mali testatur Gregorius:Diabolũ loqui ad Deum, est prãti maiestatis,ac sapientiæ eius nil posse celare. Hinc locutio angeli non aliud est,q̃ cognitio,seu desiderium eius expressum.respectu aũt alterius angeli, aut animæ,est indicatio horũ,ut cognoscat̃ ab illis. Vñ & Augustinus lib.de Trinitate affirmat:Formata cognitio de re,quam scimus est,uerbũ,quod cor de proferimus.

Quæstio.

Locutio q̃ rõne cõueniat Deo angelis, ac animabus.

¶Tertiò quærit,an una sit locutio Dei,& angeli, qm̃ Deus per angelum loquitur.Et circa hoc scisciatur,an semper per se immediatè loquitur creaturæ prælertim rõnali,an semper ꝑ angelum.Ad primum horũ rñdet,ꝓ una est locutio,quæ est Dei, sit primò mouentis,ac imperantis,& angeli,ut exequntis,& obsequentis.etenim una est actio principalis agentis,& instrumenti,ut artificis,& securis est una sectio.Sicq; loquit̃ Deus angelũ,iuxta illud Apocalypsis:Loquens ꝑ angelũ suũ suo suo Iohanni. Sic quoq; una est Dei,ac ꝓphetæ locutio.Si verò obijciat,ꝓ diuersorũ agentiũ diuersæ sunt actiones;dicendũ,ꝓ uerũ est quando una non operat̃ per aliam,nec una in uirtute,ac uice alteri'. Et rursus hoc uerũ est,loquendo de actionibus elicitiuè,ac immediatè productis ab ipsis agentibus. Ad secundum respondet, Deus aliquando loquitur animæ per seipsum,quandoque per angelum, quemadmodum ex scripturis probatur.Propter quod ait Gregorius:Scriptum Dei quasi quædam uerba nobis dicere est occulta,quæ agenda,aut cognoscenda sunt homini intimare,atq; cor hominis nõ adhibitis stre pitu,ac tarditate sermonis,peritũ de abscõditis red

Apocal.1.

Diluitur obiectio.

Gregorius

Loquitur deus hõi p subiectã creaturam multipliciter.

dere. Cum enim loquitur per angelum, aliquando voluntatem suam rebus seu factis indicat, aliquando imaginibus oculis ostensis, interdum imaginibus ante corporeos oculos ex aere assumptis, interdum cælestibus substantijs, qnque terrenis, nonnunquã cælestibus pariter, ac terrenis humanis cordibus per angelum loquitur, vt ipse quoq; per angelum mentis obtutibus pſentet. Verbis nanq; per angelum loquit, dum per imaginem nihil ostendit,

Johã. 12.

sed supernæ locutionis verba audiunt, sicut in euãgelio loquit: Clarificauit, & iterũ clarificabo, Neq; enim Deus, qui sine tẽpore vi intimæ impulsionis clamat, in tẽpore vocẽ suam per substantiã edidit, quam incircunscriptã tẽpore per humana verba distinxit: sed de cælestibus loques, verba sua q̃ audiri ab hominibus voluit, administrante rõnali creatu-

Iexeh. 1.

ra formauit. Aliqñ autem per angelos loquit Deus

Gene. 3.

rebus, dum verbo nil dr, sed futura (sumpta ex elementis imagine) nunciat, sicut Iezechiel speciem

Gene. 28.

vidit electri in medio ignis. Interdũ verò per angelos rebus simul, & verbis loquit, put in Genesi scribit: Cum audisset Adã vocẽ dñi deambulantis, abscondit se Interdum imaginibus oculis cordis ostẽ-

Gene. 18.

sis, sicut Iacob uidit scalã in somnis. Nõnumq; imaginibus ante corporeos oculos ex aere ad tpus assumptis, sicut Abraã vidit tres viros; qui nunc ange-

Mat. 3. & 17.

li, nunc dñus appellant. Qñq; loquitur cælestibus

Nume. 22.

substantijs, sicut dũ vox de nube insonuit: Hic est filius meus dilectus. Interdum terrenis, quemadmo-

Exodi. 19. 20. 32.

dum ore afinæ per angelum verba humana formauit. Aliqñ cælestibus simul, & terrenis per angelos loquitur Deus, sicut ad Moysen in monte, cum iussionis suæ verba edidit, ignem rubumque sociauit. Aliqñ immediatè per angelos sua secreta humanis

Zachar. 2.

cordibus inspirauit, quemadmodum Zacharias testatur: Dixit ad me angelus, qui loquebatur in me. Ex quibus patet, qualiter Deus diuersis modis per angelos loquitur. Nihilominus põt per seipsum verba efficere, & res, per quas loquat, sine ministerio angelorũ formare: quatenus sicut angeli sunt medij inter Deũ, & creaturã rõnalẽ, ita Deo ministrẽt, & rõnali naturæ diuinã naturã insinuẽt. Hæc Alexãder uel potiùs Gregorius. Qui Gregorius denuo

Gregori.

ptestat: Dei locutio ad nos itrinsecus facta, vt potq̃ quam audit: qm dũ seipsum sine mora insinuat, repentina luce tenebras ignorantiæ nostræ illustrat.

¶ Quartò q̃rit, qd dicatur locutio ſm, quod angeli mutuò loquuntur. Et ait Damalcenus lib. 2. q̃ locutio illa est intelligentiæ siue consilij cõicatio sine sermone uocali. Quo circa ambigit, q̃liter intelligentia unius angeli possit trãsferri ad aliũ, cũ id, q̃ tradit, aut cõicat, ad alterum per aliquid transferatur. Dicendũ, q̃ cõicatio ista fit per similitudinẽ

Quęstio. Damalc. Intelligentia unius angeli quõ trãsferat.

quandam, quemadmodũ speculũ suam similitudinẽ cõicet alteri speculo: sic angelus cum vult, suam intelligentiam communicat alteri angelo. Si uerò quæratur, quæ sit differentia inter traditionem intelligentiæ, atque consilij: respondendum, quòd intelligentia est de re cognoscenda, traditio consilij de re fienda. Hæc Alexander. Qui de hac materia adhuc multa inquirit, quę infra tangentur.

¶ Insuper de hoc an an angelo idem sint locutio, & cognitio, Bonauentura respondet: Loqui dupli-

Bonauen.

citer sumitur. primo mõ loqui dicit actum in seu intrinsecum: secundo, actum ad alium, & quasi extrinsecum. primo modo loqui, est idem, quod verbũ formare seu gignere. secdò, idẽ est, q d formatum verbũ exprimere. Primo mõ locutio siue in Deo, siue i angelo siue in anima, nõ ẽ aliud, q̃ cogitatio, secundò modo plus dicit, q̃ cogitationẽ, diuersimodè tñ in diuersis: qa in Deo loq ad alterum, vltra intellectũ notat effectũ, videlicet reuelationem. nõ. n. dr Deus homini loqui solũmodo, qa in seipso intelligit, sed qm vltra hoc aliqd reuelando illustrat. in hoie aũt non solũ addit effectum, in alterum, sed & mediũ signũ, videlicet vocem sensibilẽ, per quã mẽtis cõceptus alteri notificat. in hoie. n. est alius actus cõuersionis supra se, & alius actus conuersionis super aliũ. in cogitatione conuertit aĩa supra id, quod habet in se, in locutione, aũt offert hoc alteri. sicq; aliud est cogitare, q̃ exteriùs loq. Anima quoq; quã diu degit in corpore, nõ est nata suscipe nisi mediãte vi sensitiua. Idcirco reqrit signũ sensibile, quatenus sicut hõ cõpositus est ex aĩa, & corpore, sic locutio eius aliqd habeat spũale, & aliqd corporale. in angelis aũt, cũ sint spũales substantiæ, locutio habet se medio modo. nã vltra cogitationẽ addit effectũ, siue respectũ, non sensibile signũ. Addit autẽ effectum siue respectũ, qm cogitatio quãtũ est de se, extat secreta. ideò non fit alteri manifesta, nisi cogitãs aliqd offerat alteri, & quodã nutu mediãte aperiat se, id q̃ in se habet, faciẽs ad alterũ quasi ad aurẽ puenire. Necessarius quoq; est actus nouus, qm angelus non eadẽ cõuersione cõuertit se ad se, & ad alterũ non aũt reqrit sensibile signum, aut deferens mediũ, cũ in angelis, nõ sit sensitiua cognitio. ppea sufficit eis intelligibilis species, q̃ ex virtute angeli intellectiua ad voluntatis suę imperiũ põt protendi ad alterũ: quemadmodũ etiã species illa dum eã sibi, & in se intuebat, fuit verbũ interiùs, ita dum eam extẽdit ad alterũ, efficit, quasi nutus, seu signum, & verbũ exteriùs. Cũq; tam species illa, q̃ virtus protẽdens eã ad alterum, & ipsa protensio, spũales consistant, nõ egent medio deferente. Veruntñ qm virtus illa finita est, ad hoc q̃ angelus angelũ protẽdẽdo illã speciem excitet, oportet q̃ nõ nisi finita distantia abinuicẽ distẽt. Itaq; locutio angeli vltra cognitionẽ addit vlteriorẽ actum, atq; respectum, rõne cuius concernit finitã distantiam, q̃ uis cognitio, & intellectus abstrahant ab oĩ distantia: & angeli sancti cogitationes suas ad nutũ voluntatis mõ cõicatur, modo occultant. Verũ his obijci põt. Locutio nãq; differẽs à cogitatione, addit aliqd exprimẽs signũ, si ergo angelus vult speciẽ suã intelligibilẽ alteri angelo manifestare loquẽdo, & in ipso differũt cognitio, & locutio, oportet q̃ differant ẽt species illa, & signũ quod exprimit. tũc quero de signo illo, qa aut est species, aut est res. si species, pari rõne indiget alio signo. similiter de tertiò signo, nec erit status. Si verò est res, aut ergo sensibilis, aut intelligibilis. nõ sensibilis, cũ nihil sensibile existat in angelo. Si intelligibilis, quæro quare illã magis intelligit angelus, cui fit sermo, q̃ speciẽ ipsam, quę est in intellectu angelico. Et rursus, res, q̃ est in vno angelo, nequit fieri in alio, ergo fit secundũ similitudinem. sicq; ratione species existens in vnius angeli intellectu, potest gignere similẽ sui in alio. & si non, quæritur quare.

Locutio angeli differt ab eiꝰ cognitione.

Obiectio

Dilutio.

¶ Et respondendum, q̃ non oportet nutũ, & speciem differre realiter, sed sufficit, q̃ differant cõparatione. Eadẽ quippe species est, quæ consideratur in se, & quæ põt protendi ad alterum differens relatione. Actus verò cõsiderandi, qui est cognitio, & actus protendendi eã ad alterũ, quæ est locutio, est alius, & alius actus: qbus actibus intellectus angelicus eadẽ re diuersimodè utitur, ita q̃ vna consideratione est verbũ, & species. alia verò vocatur etiã nutus. Nihilominus dici posset, q̃ sicut species, quæ est in speculo, dum se protendit ad oculum, non est peni-

tus eadem, sed se multiplicat, ita & species intellectus angelici. Porro si quærat de uirtute, qua fit, seu de luce speciali: Dicendum, q̃ concurrit ibi lux duplex, uidelicet lux intellectus angelici offerentis, & lux summæ ueritatis ut, sicut in luce corporali ad immutandũ uisum, uidemus concurrere lucem oculo incorporatam, & lucem solis superinfluentẽ, ita in spirituali cognitione duplicẽ concurrere lucem intelligimus, puta diuinã, atq; creatã, ut sępius innuit August. Hęc Bonauentura. ¶ Qui itẽ ad istud, utrũ eadem locutio possit esse a Deo, & angelo sancto, respondet: Sicut tripliciter dr quis Deum uidere, utpote uisione corporali, imaginaria, & intellectuali, ita q̃ uisione intellectuali vr Deus in cœlis in se ipso lucẽs, uisione imaginaria, & corporali in creatura subiecta apparens, sic tripliciter dicimur audire: primò, per signũ, seu sui exteriori adhibitũ: secundò, p signum in interiori sensu imaginatione formatũ, tertiò, p uerbum inspirationis menti instillatum. Et sicut tripliciter Deus audit, ita tripliciter

August. Deus videtur multipliciter.

Loquitur Deus hõi tripliciter.

loquit, ſm quod triplicem excitat in nobis auditũ, quemadmodũ sensũ nostrũ ad suijpsius apprehensionẽ signo sensibili, quo angelus appareret in Dei pſona, uel Deus ex ministerio angeli, aut mentẽ nostrã p semetipsum informat, ut ipsum agnoscat: sic in locutione intelligendũ est, qa locutio, qua Deus loquit nobis p signum sensibile siue interiùs siue exteriùs, aut sem p, aut frequẽter exhibet p angelũ, ut

Gregori.

Greg. ait 3. morali. Nempè dũ Deus loquit nobis p angelũ, aliqñ voluntatẽ suã rebus indicat, aliqñ imaginibus &c. ut supra in Alexandro. & tunc est eadẽ locutio, sicut est eadẽ opatio principalis mouẽtis, ac instrumenti &c. ut supra. Præterea si quęrat, an angelus in Dei pſona apparens, debeat adorari ex parte Dei, sicut apparet in persona Dei, & loquit: dicendũ, q̃ sicut sermo, quẽ format angelus in subiecta creatura, dupliciter põt referri ad Deũ, uidelicet immediatè, & mediatè: immediatè, dũ angelus pnũciat, ac si Deus pnunciaret: mediatè, dũ angelus pnunciat, ut nuncius Dei: ita in apparitione sensibili est intelligendũ: qm forma ille, aut principaliter ducit in angelũ, sicq; põt dulia adorari: aut in Deũ, & sic põt adorari latriæ cultu. Postremò, de hoc, an hmõi apparitiones, & locutiones sensibiles sem p fiant mediantẽ ministerio angelorũ, Augustinus tertio de Trinitate, dubiè loquit, attñ potius innuit, q̃ omnes factę sint ministerio angelico in nouo, ac uetere testamento. Gregorius uerò tertio moraliũ expresiùs hoc affirmat, ut pater in uerbis ex Alexandro. Hæc Bonauentura.

August.

Gregor.

¶ Præterea Thomas: In angelis, inquit, est quædã locutio, quæ tñ ab illuminatione differt in duobus. primò, q̃ tum ad ea, de qbus sunt: qm illuminatio p priè est de his, q̃ superior angelus in lumine diuinæ essentię apphẽdit, q̃ inferior angelus in ea nõ uidet pp quod indiget ut in lumine superioris angeli magis contracto, ac determinato, q̃ est lumẽ diuinũ increatũ, illa cognoscat. Locutio aũt est de motibus liberi arbitrij, quos unus nõ uidet in alio. His ettñ modis duobus aliquid põt esse notũ angelo, uni, nõ alteri. secundo, quo ad modũ, quo utrunq; pficit, differentem ſm duo, quæ ad uisionẽ intellectualem requirunt ad corporalis similitudinẽ uisionis. uidelicet res ipsa, q̃ intellectui pponit, & lumẽ sub quo vr. Illuminatio ergo fit p hoc, q̃ lumen intellectus vnius angeli p fortius lumen superioris angeli cõfortat ad aliquorũ cognitionẽ. sed locutio fit p hoc q̃ aliqua priùs oculta pponunt ad cognoscendũ sine hoc, q̃ uirtus cognoscentis fortificet, ut patet in recitatoribus fabularũ, in qbus aliquis cognoscit quod priùs nesciebat sine hoc, q̃ suus intellectus clarificet. Qaliter aũt aliqd possit pponi angelo ad cognoscendũ ab ipso, patet ex simili in nostra locutione. Est. n. aliquid in homine, quod alius homo de ipso naturaliter pcipere nalet, ut q̃ exterioribus sensibus subiacent: aliquid verò, quòd ita ab alio nequit cognosci, ut interioris mentis conceptus. Species ergo conceptę mteriùs, ſm quod manent in simplici conceptione intellectus, hñt rõnem intelligibilis tñ: sed prout ab intelligente ordinant, ut alteri manifestandæ, hñt rõnem uerbi, quod dr uerbum cordis: ſm autem, quod adaptantur, & quodã modo coordinantur signis apparentibus foris, si sunt signa ad uisum spectantia, dicuntur nutus: si ad auditum, uocat propriè uocalis locutio. Hi. n. sunt duo sensus disciplinæ. Conformiter in angelis interior mentis conceptus libero arbitrio subiacens, ab alio uideri non põt. qñ ergo conceptam speciem ordinat ad manifestandum alteri, dr uerbum cordis; qñ uerò coordinat eam alicui horum, quæ unus angelus in alio naturaliter põt uidere, illud naturaliter cognoscibile, sic signum expressiuum interioris concept us: & talis expresio uocatur locutio non uocalis, sed intellectualis, uirtusq; exprimendi nominat illorum ljngua Nec his obuiat dictum Basilij, si nuda & intecta anima uideremus, ex solis motibus intentionũ cogitationes alterutrũ panderentur: qa per uerba hæc intendit Basilius ab anima separata indigentiam locutionis uocalis, non intellectualis negare. Et pari modo exponendæ sunt multæ auctoritates, quæ idem uidentur prætendere. Nec cogitandi sunt incorporei angeli, quasi situaliter abinuicem distantes, & quasi per medium deferens colloquentes: imò quod in corporalibus agit situs, hoc in spũalibus ordo. hinc ad istam locutionem sufficit solus ordo intentionis ad manifestandum quid alteri. Porro angeli sancti indefinenter sunt in actuali suijpsorum consideratione, & per consequens eorum, quæ ad ipsos pertinent, quorũ oĩm ipsemet qui cunq; angelus est rõ cognoscendi. Nil eterñ pnibet plura simul intelligi, quorũ una est rõ cognoscendi. Verum, q̃ cito angelus unus ordinat locutionem suam ad aliũ, efficit locutio eius de ptinentibus ad aliũ illũ, sicq: ab ipso cognoscit. Quo constat, quõ unus angelus plures sibi loquentes simul põt audire, unus q̃; sanctus plures ipsum inuocantes. Hęc Thomas in Scripto.

Tho. aque. Illuminatio, & locutio differunt.

Basilius.

Vnus sanctus quõ plures eũ inuocãtes simul possit audire.

¶ Præterea in prima parte qõne 107. In angelis, inquit, extat locutio. sed ut secundo moralium ait Gregorius, Dignum est, ut mens nostra qualitatem corporeę locutionis trascendat, quatenus ad sublimes, atque incognitos modos locutionis intimè suspendatur. Itaq; ad intelligendum qualiter unus angelus alteri loquatur, aduertendum, quòd uoluntas mouet intellectum ad suam operationem. Intelligibile autem est in intellectu tripliciter. primò, quasi habitualiter uel ſm memoriam, ut loquit Augustinus. secundò, ut actualiter consideratũ, tertiò, ut ad aliud relatũ. Atq; de primo gradu in secũdũ trãsitur per uoluntatis imperium. Vnde in diffinitione habitus dr, quo quis cum uoluerit utitur. Similiter de secundo transitur per uolũtatem in tertium, qa p uoluntatem mẽtis conceptus ordinat ad alium, ad aliquid operandum, manifestãdũve alteri. Dum verò mens cõuertit se ad considerandũ actu, quod nouit habitu, loquit sibiipsi. Hinc cõceptus mentis angelicæ ordinatus ad manifestandũ alteri per uoluntatẽ unius angeli, alteri innotescit, sicq; unus loq

Arti. 1. Grego.

Intelligibile est in intellectu tripliciter. August.

tur

tur alteri,cũ nil aliud ſit ad aliũ loqui, q̃ conceptũ
Obiectio.
mentis ei manifeſtare. Si aũt obijciaẽ,ꝙ loquẽs per
aliquod ſignũ,excitat audiẽtẽ,ut ſuæ locutioni at-
Dilutio.
tendat,ſed nõ apparet per qd angelus vnus ſic ex-
citat aliũ:Dicendũ,ꝙ q̃tum ad angelos beatos,qui
inceſſanter ſe inuicẽ uidẽt in verbo,non eẽt neceſſe
ponere aliqd excitatiuũ:qm̃ ſicut vnus ſemper cõ-
ſpicit aliũ, ſic iugiter videt , qcquid in illo eſt ad ſe
ordinatũ,ac pertinens.ſed quia in ſtatu naturæ cõ-
ditæ ſibiinuicẽ loqui poterãt ẽt angeli mali , & nũc
inuicẽ ſibi loquunẽ:dicendũ, ꝙ ſicut ſenſus moueẽ
à ſenſibili, ita intellectus ab intelligibili. hinc ſicut
per ſignũ ſenſibile excitaẽ ſẽſus,ita ꝑ aliquã uirtutẽ
intellectualẽ excitari põt mens angeli ad attẽdẽdũ.
Hæc Thomas in Sũma.¶ In qua q̃rit ſcd̃ò,an ange-
lus inferior loquaẽ ſuperiori.tertiò, an angel⁹ Deo
loquaẽ.& ex p̄habitis conſtat,ꝙ imò.ſi qdem oĩs il
luminatio in angelis eſt locutio,nõ econtra.Quar-
tò quærit,an locatis diſtantia aliquid agat ad locu
tionẽ angelicã, Quintò, an locutionẽ unius angeli
ad aliũ,angeli oẽs cognoſcant, ad quæ etiam ex di
ctis habetur in promptu reſponſio Operatio nãq;
intellectualis angelica eſt oĩno à loco , & tempore
ſeparata.& in eo,ꝙ ita eſt ſeparata, neque diuerſi-
tas temporis, neque diſtantia loci aliquid opera-
tur.Vnde in locutione angeli nullum parit impedi-
mentum diſtantia loci.Rurſum,cum dictum ſit,cõ
ceptum unius angeli per hoc percipi poſſe ab alio,
ꝙ unus angelus ordinatum ſua uoluntate ad mani
feſtandũ alteri,certumq; ſit , ꝙ ſic poſſit eum ordi-
natẽ ad unũ,quod nõ ad aliũ,cõſtat ꝙ ſic poſſit lo-
Albertus.
qui angelo uni,ꝙ non alteri. Hæc Thomas ibidem.

¶ Albertus quoq;:Loquuntur,inquit,angeli ſer-
Damaſce.
mone intus diſpoſito,non ꝓlato , ſcd̃m Damaſce-
num, ideo non ſunt in eis loquentiũ organa, ut lin
guæ,aures,& conſimilia,niſi ſecundum anagogicã
ſeu ſpiritalẽ ſignificationem . Hinc lingua in ange-
lis,eſt intellectualis ptãs interpretandi ſeu ſignificã
di ſuos conceptus ad alterum.Loqui ẽt cõuenit oĩ-
bus ad oẽs,loquẽdo de locutione ſimpliciter, quã-
tum ad interioris cõceptus ſignificationẽ.Hoc n.eſt
de naturalibus angelorũ,nec ꝑtinet ad miniſtrãtiũ,
& aſſiſtẽtiũ diſtinctionẽ.alia uerò ẽ locutio ad illu
minationẽ.relata,& ita ſuꝑiores angeli inferiorib⁹
Locutio angelorũ tria exigit
loqũnẽ,nõ ecõuerſo.Deniq; ad locutionẽ in ange-
lis tria exigunẽ , puta cõuerſio luminis intelligẽtiæ
angelicę ſuꝑ ſpeciẽ rei,de qua uult loq.& hæc ſpe-
cies dr̃ ſignũ,ꝑ qđ angel⁹ alteri loquiẽ. ẽm eſt volũ
tas manifeſtãdi alteri angelo ſuũ cõceptũ & hoc à
Baſilius Auguſtin.
Baſilio uocaẽ cogitationũ intẽtio.ad hũc qppe finẽ
angelus tẽdit loquẽdo.dicitq; Auguſtinus,ꝙ inten
tio eſt uolũtas cũ finẽ.Tertiò exigiẽ innuitio cũ lu-
mine intelligẽtiæ ad rem, quam uult manifeſtare ,
& hoc dicitur nutus.Hæc albertus. Qui de his plu-
ra conſcribit hic, & in libro de coæquæuis.

Durãdus.
¶ Porro Durandus hic recitat,& impugnat quo
rundã opiniones circa angelorũ locutiones,quę ẽt
opiniones modicum apparentiæ ſortiunẽ: nec ipſa
Locutionis angelicę modus nõ plene cognoſcitur ad hõie.
Durãdi opinio certitudinẽ habet,imò finaliter pu-
to,ꝙ ſicut natura angelica nr̃ intellectũ uehemẽter
trãſcedit,intm̃,ꝙ mẽs nr̃a ad eius cognitionẽ,& in
tuitionẽ ſe habet,queãdmodũ ad lumẽ ſolare ocu-
lus noctæ:ſic & modũ locutionis angelicæ reor no
bis ꝓ maxia parte ignotũ,imò (ni fallor) tã ꝑ lumẽ
ſuũ naturale,q̃ ꝑ lumen grãe pñt uarij modis nobis
ignotis loq ad inuicẽ,& ad nos,atq; purgare,doce
re,influere,opari nec ſapientiæ eſt de talibus multũ
aſſertorie loq,ſed poti⁹ Deo,& ipſis ipſorũ ſecretũ
cõmittere. Nihilominus poſitiões ſolẽniũ doctorũ
ſunt recitandæ, quatenus ex diuerſis,quantũ nobis
poſſibile eſt,veritatis nõtitiæ propinquemus . Pla-
cet demũ, & angelis ſanctis,vt cũ humilitate,mode
ſtia,& reuerẽtia,& timore de ipſis loquamur. Itaq;
Guil. Par.
Gulielmus ſecunda parte de vniuerſo: Qm̃,ait, in-
greſſus ſum hunc ſermonẽ de illuminationibus an-
gelorũ,& applicationibus,per quas fiũt, aggrediar
perſcrutari diffuſiùs de allocutionibus illorũ ad in-
uicẽ,& ad aĩas noſtras, q vtiq; non naturali neceſsi
tate,ſed volũtate,& libertate lumina reuelationum
cõicant.Cuius exemplũ eſt in eo,q tenet librũ mul-
torum voluminũ, ac foliorũ, liberã habens volunta
tẽ claudendi illũ,atq; aperiẽdi,aſpiciendi,ad inſpe-
ctionẽ vnius folij,aut verſus,& oſtendẽdi in eo,qc-
quid voluerit, & quoties. Quilibet nãq; eorũ verus
eſt liber ſpũalis lucidiſsimę inſcriptionis naturaliũ,
ac diuinaliũ,ſeu ſupernaturaliũ ſcientiarũ:& quan-
tũ voluerit, aperit ſe,& aſpicientes in ſe,legere ſinit
ex iuſsione, & beneplacito creatoris , ſine qbus &
extra q̃ nil penitus faciunt . Nec ſunt ꝓrſus vt mate
rialia ſpecula,ſed sũt reuera clariſsima ſpecula,ima
gines viſibiliũ, & inuiſibiliũ lucidiſsimè repræſen-
tantia ẽm menſuram perfectionis eis à creatore ſu-
pergloriosſo collatæ:ſic tñ,vt in eis nullus videat,ni
Sapien 7.
ſi quantũ ipſi voluerint . Atq; in hoc ſimilitudinem
gerũt altiſsimi,ac ſapiẽtiæ eius: q cum ſit ſpeculum
ſine macula:attamẽ in eo nullus videre,aut noſcere
põt, niſi quantũ ſua dignatio dederit. Deniq; in al-
locutione humana per poſitiua, & ſenſibilia ſigna
excitaẽ audiens,vt applicet ſe ad intelligendũ:quã-
to magis ſigna naturalia, qbus vtuntur angeli,pote
rũt excitare, & intentũ exprimere,tanq̃ veræ,& ex-
preſſæ,imagines rerũ? Formę etẽm q̃ in hm̃oi ſubſtã
tijs ſunt, veræ, ac propriæ imagines rerũ ſunt,qua-
rũ ſciẽtia eſt in ipſis. ideò non ſunt alia ſigna neceſ-
ſaria beatis illis ſubſtãtijs, ad loquendũ,& deſignan
dũ,quod voluerint aĩabus noſtris,alijsve ſpirituali-
libus ſubſtãtijs . Loqui ergo earũ adinuicem,vel ad
aĩas noſtras,nõ eſt niſi applicatio earũ adinuicem
ſiue ad aĩas noſtras: quemadmodũ, neq; loqui no-
ſtrũ ad alios, aliud eſt q̃ applicatio noſtræ vocis ad
auditũ illorũ. Cum ergo,vnuſquiſq; illorũ vox na-
turalis ſit, non poſitiua:& totus liber naturalis, ac
proprius totus, ſignũ:applicatio eorum adinuicem
& ad aĩas noſtras, eſt locutio eorum adinuicem, &
ad aĩas noſtras, ſpiritualis reuelatio quoq;,atq; in-
ſtructio,imò & linguagiũ naturale. Deniq; vox hu-
iuſmodi non tm̃ vox ſpiritualis eſt,ſed etiam fortiſ-
ſimus, & clariſsimus clamor,ſpirituali auditui au-
dibiliſsimus.Hæc Gulielmus. ¶ Amplius,vltra præ-
Henricus.
habita quinto aſſerit quodlibeto Henricus : Locu-
tio angelorũ non eſt niſi conceptus expreſſus in cõ
ceptu vnius angeli, poſsibili videri in ſe ab intelle-
ctu alterius angeli : quemadmodum ſi legeret in li-
bro, quo eidem explicat conceptum aliquem , quẽ
naturaliter videre nõ poteſt, neq; in illo, neq; in re
ad extra:quod alter videre nõ valet illi ſic eſſe reue
latum, qm̃ abſq; immutatione cognitionis,& abſq;
nouo conceptu ſit reuelatio illa. Hæc Henricus.
Dionyſi⁹.

¶ Qui circa hęc multa ſcribit difficultatẽ gignen
tia,ſicut & verba iſta nunc tacta.Nã quomodo põt
reuelatio iſta fieri ſine nouo cõceptu eius, cui fit, ſi
per eã aliquid cognoſcit de nouo ? Verũ circa hoc
ſcribit hic doctor multa obſcura, & q̃ verbis diuini
Dionyſij conſona non videntur.Puto,inquit,quòd
angelus vnus de nouo nihil poteſt cognoſcere per
alterius angeli operationem dę nouo circa ipſum
illuminando, tamen de hoc ambiguè loquitur .

¶ At verò Scotus à nõnullis ꝓdictis diſſentiẽs. Ange
Scotus.
lus,

lus, inqt, loqẽ angelo, cãndo ĩmediatè cõceptũ aut
cognitionẽ obiecti, de quo loqẽ. Loquẽs.n.princi-
paliter intẽdit exprimere ſuũ conceptũ intellectui,
cui loqẽ. Quodlibet aũt agẽs naturale,ſtatim ſi poſ-
ſet,induceret,qđ principaliter intẽdit . angelus aũt
põt ꝑfatũ effectũ inducere.qđ.n.ſufficiẽter eſt ĩ actu
primo reſpectu alicuius effectus , põt effectũ illũ ꝓ-
ducere in receptiuo ꝓportionato,& approximato.
angelus aũt actualẽ hñs notitiã alicuius obiecti , eſt
ſufficiẽter in actu primo ad cãndũ intẽtionẽ,ſeu cõ
ceptũ actualẽ ipſius ergo põt effectũ illũ cauſare in
quocunq; intellectu receptiuo. Intellectus aũt alte
rius, inferiorisq; angeli,eſt receptiuus illius effect⁹,
ſeu notitiæ,aut cõceptus.põt ergo angelus loquens
cauſare in alio ſolũ actũ , ut ſi loquaẽ ei de aliquo ,
qđ ille habitualiter noſcit.põt quoq; in illo cauſare
ſpẽm ſimul,& actũ,ut ſi angelus,cui loqẽ,nõ habeat
ſpẽm ſingularis, de quo fit ſibi locutio. Queãdmo-
dũ.n.ſpẽs ſenſibilis põt ſpẽm cauſare ſenſibilẽ eiuſ-
Dionyſius
dẽ rõnis,ita ſpẽs intelligibilis intelligibilẽ rõnis eiuſ
dẽ.¶ De his ſcribit Scotus ꝓlixè,in qbus a ſeniorũ,
& maiorum documẽtis recedit . quibus , quia rõ-
nabiliora ſunt documẽta,magis eſt cõſentiẽdũ.Nec
.n.ea,q̃ ſcribit,plùs ꝓbãt niſi ꝙ unus angelus cauſat
in alio actũ,aut ſpẽm diſpoſitiuè, excitatiuè, & co-
opatoriè.Ipſa aũt intellectualis actio,ſeu actualis in
tellectio angeli, cui fit locutio,effectiuè, & ĩmedia-
tè ꝓcedit a potẽtia ſua intellectiua.nec angelus põt
Species coloris in aere non eſt eiuſdẽ rõnis cum colore.
in angelo aliqd ꝑ creationẽ efficere.Nec uerũ eſt,ꝙ
forma,ſeu ſpẽs ſenſibilis,uerbi grã,color eſt ſpẽs dif
fuſa ab eo in mediũ,eiuſdẽ ſunt rõnis, cũ color ha-
beat eẽ ratũ,ſpecificũ,denoĩans ſuũ ſubiectum,ſpẽs
uerò eẽ intẽtionale. Aſſerit ẽt Scotus iſte, ꝙ localis
diſtantia impedit locutionẽ angelicã, ꝙ a ꝑnoĩatis
Quæſtio.
doctorib⁹ ſatis eſt reprobatũ.¶ Inſuꝑ q̃riẽ hic,an an
geli ꝑ exteriora miniſteria ſua,vel ꝑmiſsionẽ,& al-
locutionẽ retardẽnt, aut impediant a cõtẽplatione
beatifica,& diuina. Ad qđ cõcorditer ab oĩbus rñ-
deẽ,ꝙ nõ,q a inauertibiliter plenè, & conſummatè
ſpq; actualiter vniti ſunt Deo,& ipſe eſt eis cauſa,&
finis,& regula opãdi in oĩ,qđ agũt. ¶ Hinc Thomas
Tho. aque. Miniſteriũ angeli cũ felicitati nõ officit.
teſtaẽ:Angeli nullã opationẽ hñt,q̃ nõ ſit eſſentialis
felicitati eorũ.i.ad eẽntiã felicitatis eorũ ꝑtinẽs,vel
in qua ꝑ cõtẽplationẽ nõ dirigant. Hinc cõtẽplatio
eorum ſe habet ad miniſteria eorũ,ſicut cõſideratio
regularum artis ad executionẽ operum artificis,eo
ꝙ Deus ſit finis oĩm opationum hierarchiarũ, atq;
a fine ſumiẽ rõ cuiuſlibet opis,ꝑꝑ qđ cum ita ſes ha
beat finis ad opabilia,ſicut principium ad ſpeculati
ua,ideo ſicut artifex ſimul conſiderat rõnẽ artis, &
exeqẽ opus,ſic angelus ſimul cõtẽplaẽ Deũ,& mini-
ſtrat.Si aũt obijciaẽ,ꝙ Raphael dixit Thobiæ,Tẽpus
Thob. 12.
eſt,ut reuertaẽ ad eũ,q me miſit , nõ aũt reuertiẽ ad
Deũ niſi ꝑ cõtẽplationẽ:dicendũ , ꝙ ſicut angelus a
Deo receſsit nõ cõtẽplationẽ intermittẽdo , ſed ſe
Obiectio diluitur.
viſibilẽ exhibẽdo, ita ad Deũ reuerſus eſt inuiſibili-
tatẽ priſtinã reſumẽdo. Hæc Thomas in Scripto .

Petrus.
¶ Cõcordat Petrus, dicẽdo: Oĩs actio agẽtis ẽm
ꝑpoſitum regulaẽ ꝑ apꝑhẽſionẽ. apꝑhenſio uerò re
gulãs motum,nõ impediẽ ꝑ motum ipm:queãdmo
dũ apꝑhẽſio artificis de regulis artis, nõ impediẽ ꝑ
opus artificiale:nec apꝑhẽſio locutionis exprimen
dæ,ꝑ actum locutionis.In angelis aũt oĩs eorũ opa
tio ſiue ſit circa Deũ,ſiue circa angelum alium,ſiue
circa nos regulaẽ ꝑ lumẽ cõtẽplationis diuinæ , vñ
nõ minuit cõtẽplationẽ eorum. Si aũt qs inſtet,& di
cat,qđ una , & eadẽ potẽtia nõ põt ſimul exercere
diuerſas opationes,dicẽdum,qđ uerum eſt de opa-
tionibus nõ coordinatis neq; cõnexis. Hæc Petrus .
Idẽ Richardus,Vdalricus,& alij. Vñ Saluator: Ange
Mala. 18. Iſaiæ 66.
li eorum ſemꝑ vident faciem patris mei. Dr̃ quoq;
angelus ad Deum reuerti, inquantũ redit ad cœlũ
empyreum,in quo Deus ſpãliter eſſe,& habitare aſ-
ſeritẽ:qm̃ ibi clariùs cernit, & gratioſiùs, ac glorio-
ſiùs opaẽ.Hinc fateẽ Gregorius:Angelus ad exterio
Gregorius
ra ſic mittiẽ,qđ ab interna cõtẽplatione nõ elongaẽ.
Et iterũ, Quocunq; mittiẽ,intra Deũ currit , ut Ra-
phael,q dixit,Tempus eſt , ut reuertar , ſe nihilomi-
nus Deo pñtem eſſe inſinuauit,ego ſum,dicẽs,unus
de ſeptem,qui aſtamus ante Deum.

A *Quòd quæq; anima habet angelum bonum ad ſui cuſtodiam dele-*
gatum,& malum ad exercitium. *Diſtin. XI.*

ILlud quoq; ſciẽdũ eſt,qđ angeli boni deputati ſunt ad cuſtodiã hoĩm , ita
De angelorũ miniſterio,& miſſione ꝑ cõparationẽ ad hoĩem, cui miniſtrant.
ut qſq; electorũ habeat angelum ad ſui ꝑfectũ,atq; cuſtodiã ſpãliter dele-
gatũ. Vñ in euãgelio ueritas a puſillorũ ſcandalo ꝓhibẽs,ait:Angeli eorũ
ſemꝑ uident faciẽ pr̃is.Angelos dicit eorũ eſſe,qbus ad cuſtodiã deputati
ſunt.Suꝑ quẽ locum Hieronymus tradit,unamquamq; aĩam ab exordio
natiuitatis hr̃e angelũ ad ſui cuſtodiam deputatũ,inqens ita:Magna dignitas aĩarũ eſt,
Matt. 18. b Hiero. li. 3. ſup Matt. cap 18.
ut unaquæq; hẽat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui angelum delegatum,Gregorius
quoque dicit,ꝙ qſq; bonum angelum ſibi ad cuſtodiam deputatum, & unum malum
Gre. lib 4. Mor. c. 31.
ad exercitium habet.Cum.n.oẽs angeli boni nr̃m bonum uelint , cõiterq; ſaluti oĩm
ſtudeant:ille tñ,q deputatus eſt alicui ad cuſtodiam,cum ſpecialiter hortatur ad bo-
num,ſicut legitur de angelo Thobiæ,& de angelo Petri in Actibus apoſtolorum.Simi
Thobiæ 5. 6. & 8. a
liter,& mali angeli cum deſiderent malum hoĩm,magis tñ hoĩem ad malum incitat ,
& ad nocendum fortiùs inſtat ille,q ad exercitium eius deputatus eſt .

B *Vtrum ſingulis hominibus ſinguli angeli, an pluribus*
deputatus ſit vnus.

Solet etiam quæri:Vtrum ſinguli angeli ſingulis hominibus,an unus pluribus ad cu
ſtodiam,uel exercitium deputatus ſit.Sed cum electi tot ſint,quot & boni angeli ſunt,
Arguit quod non.
plures conſtat eſſe omnes ſimul bonos,ac malos homines,quàm boni angeli ſunt . Et
cum tot ſint electi,quot angeli boni,& angeli boni plures ſunt,quàm mali : pluresque
ſint hoĩes mali,quàm boni: non eſt ambigendum,plures eſſe bonos homines, quàm
ſint mali angeli:& plures eſſe malos hoĩes,quàm ſint mali angeli,uel boni angeli .

Confirmat

C *Confirmat unũ angelũ pluribus deputari, siue simul temporibus diuersis.*

Ideoq; dici oportet unum, eundemq; angelum bonum uel malum, pluribus hominibus deputari ad custodiam uel ad exercitium siue eodem tempore, siue diuersis tēporibus. Ideo autem dicimus eodem tempore uel diuersis tpibus: quia uĩ quibusdam, ꝙ oēs hoĩes, qui sunt simul in aliquo tempore, singuli singulos, habere possunt bonos vel malos: quia licet maior sit numerus hoĩm, computatis in unum omnibus, qui fuerunt,
Eccl 2.
& sunt, & futuri sunt. q̃ angelorum: tñ quia hoĩes decedentibus hoĩbus succedunt, & iõ nunquam simul sunt in hac uita: angeli uerò nunquam decedunt, sed simul omnes sũt: ideo esse potest, ut singuli hoĩm dum in hac uita sunt, singulos habeant angelos bonos uel malos, ad sui costodiam uel exercitium destinatos. Cæterum siue ita sit, siue non: nõ est dubitandum, unumquenq; habere angelum sibi deputatum, siue pluribus simul destinatus sit, siue uni singulariter. Nec est mirandum, unum angelum pluribus hominibus ad custodiam deputari, cum uni homini plurium custodia deputetur, ita ut eorũ quisque suum dicatur habere dominum, uel episcopum, uel abbatem.

D *Utrum angeli proficiãt in merito, vel in præmio usque ad iudicium.*

Præterea illud considerari oportet, utrum angeli boni in præmio uel in merito proficiant vsque ad iudicium. Quòd in meritis proficiant, atque quotidie magis ac magis mereantur, quibusdam uidetur ex eo, quia quotidie hoĩm utilitatibus inseruiunt, eorumque profectibus student. Quibus etiam nihilominus uidetur, quòd & in præmio proficiant, scilicet in cognitione, & dilectione Dei. Licet enim (ut aiunt) in confirmatione beatitudinem acceperint æternam, atque perfectam: augetur tamen quotidie eorum beatitudo, quia magis, ac magis diligunt, atque cognoscunt: est eorum charitas, qua Deum, & nos diligunt, & meritum, & præmium. Meritum, quia per eam, & obsequia ex ea nobis impensa merentur, & in beatitudine proficiunt: & ipsa eadem est præmium, quia beati sunt.

Autoritatibus confirmant, quod dicunt.

E Et, quòd angeli proficiant in cognitione, ac per hoc in beatitudine, testimonij sanctorum confirmant. Dicit enim Isaias ex persona angelorum, Christi ascendentis magnificientiam admirantium: Quis est iste, qui uenit de Edõ, tinctis vestibus de Bosra? Et in Psal. Quis est iste rex glorię? Ex quibus apparet, ꝙ mysterium verbi incarnati pleniùs cognouerunt angeli post impletionem, quàm ante. Et sicut in cognitione huius mysterij profecerunt, ita dicunt eos in deitatis cognitione proficere. Quod autẽ in huiusmodi mysterij cognitione profecerint, euidenter docet Apostolus, dicens: Quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, vt innotescat multiformis sapientia Dei per ecclesiam principibus, & potestatibus in cælestibus. Super quem locum dicit Hieronymus, angelicas dignitates præfatum mysterium ad purum non intellexisse, donec completa est passio Christi, & apostolorum prædicatio per gentes dilatata.

Isaie.63.a
Psal.23.b.
Ephe. 3 b
Hier. li. 3. super epi. ad Ephe. capite 1.

F *Quòd in hac sententia videtur Augustinus aduersari Hieronymo.*

His autem vĩ contradicere Aug. super eundem locũ epistolæ dicens: Non latuit angelos mysterium, regni cælorum, quod opportuno tpe reuelatum est pro salute nostra. Illis ergo à seculis innotuit supra memoratum mysterium: qa oĩs creatura non ante secula, sed à seculis est. Attende lector, qa vidẽtur dissentire in hac sententia illustres doctores. Ideoq; vt oĩs repugnantia de medio tollatur, prædicta verba Haymonem sequẽtes ita determinemus, vt illis angelis, qui maioris dignitatis sunt, & per quorum ministerium illa nunciata sunt, ex parte cognita à seculis fuisse, utpotè familiaribus, & nuncijs: illis verò, qui minoris dignitatis sunt, incognita extitisse dicamus, usq; quo impleta sunt, & per ecclesiam prædicata: & tunc ab omnibus angelis perfectè fuerunt cognita. Constat itaq; omnes angelos in cognitione diuinorum mysteriorum, secundum processum temporis profecisse. Vnde non incongruenter ipsi dicunt angelorum scientiã, ac beatitudinem augeri, vsque ad futuram consummationem, quando in scientia, ac beatitudine ita perfectissimi erunt, ut nec augeatur amplius, nec minuatur.

Augu sup Gen li. 5. capite 19.
Determinatio pdictarũ auctoritatũ.
Haymo. super epistolam Pauli ad Eph. 3.

G *Aliorũ opinio, qui dicunt angelos in quibusdã prædictorũ non profecisse.*

Alij aũt dñt angelos in confirmatione tanta deitatis dilectione, atq; notitia fuisse p̃ditos, ut in his ulterius non pfecerint, nec pfecturi sint. Profecerunt tñ in scĩa rerũ exteriorũ, sicut in cognitione sacramenti incarnationis, & hmõi: sed non in contẽplatione deitatis, qa trinitatẽ in unitate, atq; vnitatẽ in trinitate non pleniùs ĩtelligũt siue intellecturi sunt, q̃ ab ipsa ꝯfirmatione pceperunt. Ita etiã dicũt eos in charitate nõ pfecisse

post

post confirmationem: quia eorum charitas postea non aucta, & sic dicunt eos non pfecisse in meritis, sed hoc quantum ad uim merendi, sed non quantum ad numerum meritorum. Plura.n. bona fecerunt postea, quæ tunc non fecerant: sed eorũ charitas ex qua illa processerunt, non est aucta: ex qua tm̃ meruerũt antequã ista adderentur, quãtum postea his adiectis. Illud verò quod alijs superiùs dicunt, probabilius uidetur, scilicet, ꝙ angeli usq; ad iudicium in scientia, & alijs proficiant.

Quid sit pbabilius

H *Quædam auctoritates videntur obuiare probabiliori sententiæ.*

Quibus tñ uidentur obuiare quarundam auctoritatum uerba. ait.n. Isidorus de summo bono Angeli in uerbo dei omnia sciunt antequam fiant. sed nec oēs, nec omnia perfectè angelos scire dixit: & ideo eos in scĩa proficere non remouit. Gregorius quoin lib. a dial. ait: Quid est, quòd ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt? Vbi uidetur dicere, quòd omnia sciant angeli, & nihil sit, quòd nesciant. Sed accipiendum est hoc de his, quorum cognitio beatum facit cognitorem, ut sunt ea, quæ ad mysterium trinitatis, & unitatis pertinent.

Isido li. 1 de summo bono c.10.
Gre li 4. dial. c. 33.

Summa distinctionis XI.

PRæcedẽti distinctiõe tractauit Magr̃ de actibꝰ angelorũ, q eis cõueniũt p respectũ ad Deũ, atq; ad inuicẽ, puta de purgatiõe, illũinatiõe, & pfectione de assistẽtia, ministratiõe, missiõe, & locutione: hic spãliter loquit̃ d̃ quodã actu, ac ministerio, qđ iferiores ãgeli circa uiatores exercẽt: hoc ē, de custodia, qua custodiũt hoĩes ipsos dirigẽdo, tuẽdo, cõfortãdo, ac alijs modis subuenẽdo. Deiñ circa hæc mouet q̃stiões putiles. Prima ē, an angeli talit̃ custodiendo hoĩs, proficiãt ĩ merito, ac p̃mio usq; ad diẽ iudicij. Scđa est, utrũ misterium incarnationis à principio suæ glorificationis nouerunt. Et circa has quæritur, an circa hoc ab ecclesiastica hierarchia aliquid didicerunt.

QVAESTIO I.

HIc q̃rit̃ primò. *Utrum angelis cõpetat hoĩnes custodire.* ¶ Vĩ, ꝙ nõ, qm̃ angeli sũt superiores, ac digniores hoibꝰ, ergo ē cõtra ordinẽ rerũ, ut ministrẽt hoĩbus, tã defectuosis. Scđò, si custodiũt hoĩes, cũ ipsi angeli sint ualde potẽtes, ac sapiẽtes, apparet, ꝙ nullꝰ hõ perieret. Tertiò, qa si custodiũt hoĩes, tenẽt eos p posse iformare, & ab oĩ piculo saltẽ animarũ suarũ iugiter pseruare, imò & ipsis hoĩbus saltẽ aliqñ uisibiliter apparere, p ipsorũ salute. Insup circa hæc plurimæ q̃stiões nascũt, vcȝ ad quẽ ordinẽ ãgelorũ ptineat ista custodia: & itẽ, quorũ hoĩm sit custodiri utpotè an primi parentes añ lapsũ suũ angelos habuerũt custodes, an ẽt Chr̃s, & utrũ antichr̃s habebit angelũ scđm̃ custodẽ. ¶ Circa hæc scribit Antisiodorẽsis in Sũ. li. 2. sup illud euãgeli Angeli eorũ i cęlis, &c. dicit auctoritas: Magna ē dignitas aĩarũ, qbꝰ ad custodiã deputati sũt ãgeli, atq; ut ait auctoritas cuilibet aĩæ deputati sũt angeli duo, unꝰ ad custodiã, reliquꝰ ad exercitiũ. Bonus igit̃ angelꝰ tanq̃ fidelis amicus, custodit hoĩem diligẽter, ita, ꝙ q̃tũ in ipso ē, hõ ñ peccat, nec errat nec pit. Nõ tñ aufert̃ p hoc hoĩ peccãdi libertas, sicut, nec p puidẽtiã dei. nec seq̃t, hõ sp custodit̃ ab angelo, ergo nõ peccat. sed ē ibi falacia cõsequẽtis, q̃uis. n. illa sit cõnexa, nõ tñ ex necessitate, sicut hic, iste ē cõptꝰ, & errabũdus d̃ nocte, ergo ē adulter. Angelꝰ tñ sp cõsequtur finẽ q in se ē, qm̃ nihil omittit de ptinẽtibꝰ ad se, queadmodũ orator seu medicꝰ uult istũ curari, sicut & Deꝰ quãtũ in se ē. Circa hoc q̃rit̃, utrũ angelꝰ malus sit datꝰ à Deo hoĩ ad exercitiũ, quatenꝰ hõ cautior, atq; hũilior fiat. Et testãt̃ auctoritas, ꝙ sic. Sed obijcit̃: Deꝰ deputauit hoĩ ãgelũ malũ, ut hõ cautior hũiliorq; reddat̃. Similiter angelũ bonũ cõtulit ad custodiã, ut saluet̃ nec peccet, & tñ ita nõ fit ergo intẽtio dei frustrat̃, nec fit qcqd vult Deꝰ. Ad hoc qdã rñdẽt, ꝙ i illis locutiõibꝰ, hæ dictiões, ut, seu, ad, diuersas hñt significatiões. Interdũ nãq significãt causã finalẽ, sicut cũ dr̃, Paulo apostolo datꝰ ē stimulus carnis, ut hũiliaret̃ uel ad hũiliationẽ. Interdũ notãt cõcomitãtiã, ut ibi: lex subintrauit, ut abũdaret delictũ, aliqñ uerò debitũ, seu obligationẽ, ut in pñti. Nos verò dicimꝰ, ꝙ dictiões illę in uerbis ptactis designãt cãm finalẽ. nec ualet argumẽtatio illa, Deus dedit angelũ ad exercitãdũ illũ, ergo directè, & cãliter uult ut exerciret̃, saltẽ ea ĩtẽtiõe, q̃ hoc uult angelꝰ malꝰ. Verũtñ ad istud argumẽtũ aliter rñdẽt, q dicũt, ꝙ oĩs actio ē à deo: & illi, q affirmãt, ꝙ actio mala nõ ē à Deo. Hęc Antisiodorẽ. ¶ Porro Alexander primò hic sciscitat̃, utrũ angelꝰ hẽt ptãtẽ custodiẽdi hoĩẽ ſm aĩã. Vĩ, ꝙ nõ, qa ſm Aug. mẽs hoĩs à Deo imediatè format̃, & iterũ, ait, ꝙ iter creatorẽ & mẽtẽ rõnale nullũ ē mediũ, ergo, nec itermediꝰ custos. Dicẽdũ, ꝙ ãgelus hẽt ptãtẽ custodiẽdi aĩam seu hoĩes, q̃tũ ad aĩas, queadmodũ S. Iob loquit̃ Deo: Quid faciã tibi custos hoĩũ? Queadmodũ.n. ſm corpus indiget hõ custode, & duce, atq; magrõ dũ puulus ē, ne erret, & ruat, ita ſm aĩam, q̃diu durat hæc uita, i qua spiritualiter debilis ē, hostibusq; uallatus, pnus ad mala, facilit̃ quoq; fallibilis. Ad autoritates uerò Aug. aliq dicũt, ꝙ mẽs hũana duplicẽ hẽt ui, seu respectũ, vcȝ supiorẽ, quæ intelligẽtia nũcupat̃, p quã creatorẽ cognoscit: & inferiorẽ, quæ cognoscit creata. Et de prima ui mẽtis, quę est apex intellectiuæ, loquit̃ Aug. Nobis uerò uĩ aliter rñdedũ, ucȝ, ꝙ mẽs hũna utroq; mõ hẽt custodiã angeli, ſm aliquã rõnẽ custodię, tñ q̃to plùs descendũt potẽtię, tãto ē in eis rõ maior custodiæ. Et q̃uis q̃libet uis aię tã cognitiua, q̃ affectiua, imediatè à Deo formet̃ forma ultimatæ cõpletionis, nihilominus angeli habent uim disponẽdi, ac pparãdi eas ad talẽ cõpletionẽ. Et q̃uis Deus p seipm̃ oĩa posſit, attñ cõuenit ordini rerũ, ut iferiora p superiora regãtur, & custodiant̃. Scđò q̃rit, an angelus habeat ptãtẽ hãc custodiẽdi à natura vel à gr̃a. Dicẽdũ, ꝙ ex utroq;, sed differẽter: qa à natura sicutà prĩcipio primo dispositiuo, & fundamẽtali, & à gr̃a tanq̃ à principio pximo cõpletiuo. Dona n. naturalia, q̃ angelꝰ hẽt eminent̃ respectu aĩæ, sunt hæc quatuor attributa: simplicitas essentiæ, discretio personalis, pspicacitas intelligẽtiæ, libertas arbitrij, quę sunt dispositio naturalis in angelo ad custodiã aĩæ. Sed nõ sufficit excellẽtia ista naturæ, imò supaddita ē angelis bonis gr̃a cõfirmatiõis, & ita sũt iugiter, & in auertibiliter stãtes: aĩæ uerò cõiter in hac uita labunt̃ frequẽter, aut labiles sunt imò cõuenit regi, & custodiri per angelos tanquã firmiores in uera sapĩa, & oĩ uirtute immobiles, non aũt competit angelo custodiri, cum non posſit errare, Hæc Alexander.

Arguitur primo contra veritatem.
Gulielmꝰ.
Angeli custodia peccãdi libertatem non tollit.
Obiectio.
2.Cor.12.
Rom.5.
Alexãder.
Obiectio. August.
Dilutio.
Iob.7.
Angeli ẽti ã m aĩas cũstodiunt.
Angelus pstat hominẽ quatuor attributis.

Bonauẽt.

Bonauentura quoq; Conueniens, inquit, est hoĩem lapsum deputari, seu cõmitti angelicæ custodiæ, & angelos deputari ad hoĩes custodiendos: tũ, qm̃ decet altitudinẽ diuinæ potẽtiæ: tũ qm̃ decet ordinẽ sapiẽtum, qa decet dulcedinẽ mĩæ. Altitudinẽ nãq; diuinæ potẽtiæ decet duplici rõne. Vna est, qm̃ Deꝰ vult honorari nõ solũ in se, sed ẽt in suis ministris. Vñ non sufficit altitudini potentiæ dei, ꝑ angeli ei ministrent, imò ad oñsionẽ supercellentis potẽtiæ suæ, reqrit ab eis ut suis quoq; creaturis ministrẽt. Scđa est, qa diaboli sunt aduersarij dei, & decet ut illos uincat ꝑ suos ministros angelos sanctos, ut in hoc declaret Dei ptãs, q̃ non solum in se, sed ẽt in suis ministris tã ꝑpotẽs est, ita ut meritò dñus exercituũ, ac Deus oĩpotens appellet. Conformiter decet hoc sapĩam Dei, qm̃ hic ẽ cõdecẽs ordo, ut Deꝰ infima ꝑ media deducat ad sũmũ. cũq; tã rõne suæ excellentis naturæ, q̃ rõne grãæ cõsummatę, seu gloriæ mediũ teneant locum inter Deũ, & hoĩes, decẽs fuit, ut Deus hoĩem adiuuaret, & custodiret ꝑ angelũ. Decet ẽt dulcedinẽ diuinæ mĩæ, quæ aperuit sinum grãæ suæ, nec in aliqua defecit ei, qđ spectet ad suæ salutis ꝑmotionẽ. cũq; habeat dæmonẽ impugnantẽ, dedit ei angelũ custodẽ, & adiutorẽ. Decet quippè, ut oẽ malũ habeat bonũ sibi oppositũ, iuxta illud Eccĩ: Cõtra malũ bonũ, &c. & sic intuere in oĩa opa altissimi.

Ecci. 33.

Nec ex his sequit, ꝙ hõ sit dignior angelo, ista. n. est ministratio dignitatis, & ministerium, qđ exhibet inferiori, ꝑꝑ ipm̃ principaliter, aut dũtaxat, sed intuitu alicuius supioris: quẽadmodũ miles seruit familiæ, aut ministro ꝑꝑ regem, aut dignitatẽ mittentis. Rursus sicut Deus cõicauit creaturis suis esse, posse, & agere, ad suæ bonitatis oñsionẽ, ita intellectualibus creaturis cõicauit ptãtem præsidẽdi, custodiẽdi, ac multiplicit influẽdi, ad suę liberalitatis, charitatis, & pietatis declaratiõnẽ. Hęc Bonauẽtura.

Tho. Aq. Boethius.

¶ Cõcordat Thomas dicendo, ẽm Boethiũ lib. de cõsolatione, Deus ꝑuidentiã suã de rebus exequit mediantibus, quibusdã causis scđis. Et quamuis oĩm rerũ ꝑuidentiã habeat, specialiter tñ rõnales creaturæ ꝑuidentiæ diuinæ subdunt, inq̃tũ eminentiùs conseq. possunt participationẽ bonitatis diuinæ, imò btĩficã eius fruitionem. cumq; inter Deũ, & hoĩes angelica natura sit media, Deus ꝑ angelos ꝑuidentiã suã exequit, hoĩem adiuuando ad suæ salutis profectũ, ac finẽ, & remouendo obstacula horũ, seu ab ĩpedimentis eripiendo. Istaq; executio prouidentiæ diuinæ ꝑ angelos circa hoĩes, appellatur actiua custodia angelorũ. Deus uerò ẽ custos primus. principalis, ac gñalis, in quo summa residet, ac plena auctoritas prouidendi, atq; custodiẽdi, respectu cuius alij sunt ministri, & quasi causæ instrumentales, sicut in artificialibus instrumẽta disponunt ad formæ susceptionem quã artifex introducit, sic angeli, & p̃lati disponunt sibi cõmissos ad grãm, & gloriã, quas solus Deus largit.

Obiectio.

Si aũt objiciat, ꝙ custodiẽtis est custodire creditũ sibi ẽm modũ ipsius cõmissi, & custoditi, sed cõnaturale ẽ hoĩ à sensibilibus cognitionẽ accipe, ergo angeli custodientes deberẽt hoĩbus uisibiliter appere, & instructionẽ impẽdere, qđ nõ passim, sed rarò contingit.

Dilutio.

Dicẽdũ, qđ uisibiles, seu sensibiles angelorũ apparitiones, cũ sint supra naturã, incutiũt stuporẽ quẽdã hoĩbus, & quodãmõ violẽter ad cõsensũ inducũt, in quo deperit aliqđ hoĩs bonũ, q̃tũ ad cõditionẽ naturę, qđ est inquisitio rõnis. Hinc hm̃oi apparitiones aliquibus factæ sunt ad fidei cõfirmationẽ, non multis, sicut & mirabilia alia. Nihilominus angeli ꝑ modũ nobis cõuenientes nos instruũt, illustrando phantasmata, & lumẽ intellectus nrĩ confortãdo, atque ad considerandum aliquid certius exercitando. Hæc Thomas in Scripto.

¶ At uerò in 1. partè q. 113. Scđm̃ rõnẽ, inquit, diuinæ ꝑuidentiæ hoc in oĩbus inuenit, ꝙ uariabilia, & mobilia ab immobilibus, & inuariabilius mouẽtur, & regulant. Corporalia quoq; ꝑ spũales substãtias, & corpa inferiora per superiora, & nos ꝑ prima principia immobiliter nota, dirigimur circa cõclusiones, in quibus contingit diuersimode opinari. cumq; affectiones, & considerationes humanæ multipliciter uariabiles, fallibilesq; cõsistant, expedientissimũ est eas per angelos in bonis immobilitatos, moderari, ac regi. Hæc Thomas in Sũma, idẽ Petrus, & Richardus. Alberti ẽt, & Vdalrici rñsio in p̃habitis cõtinet Etenim dicũt, ꝙ ꝑꝑ picula uiæ, & ea q̃ resistunt hierarchiæ ecclesiasticæ ad ꝑfectũ, ac salutẽ adipiscẽdos, necesse ẽ angelorũ custodia iuxta illud: Angelis suis mãdauit de te, vt custodiãt te ĩ oĩbus uijs tuis. Vnde ultra tres actus hierarchicos, qui sunt purgare, illuminare, ꝑficere, quas angeli in hominibus nũc exrcent, requiritur p̃fata custodia.

arti. 1. — Psalm. 90.

QVAESTIO II.

Secundò quæritur. *Quorũ hominum sit custodiri.* ¶ Et uidetur, ꝙ pusillorum duntaxat, quia Chrs de pusillorum custodia solummodo mentionẽ, angelos quoq; custodes noĩat pusillorũ. Videte, inquiens, ne contẽtatis unum ex pusillis: Dico. n. uobis, ꝙ angeli eorum, & cæ.

Arguitur primo contra u eritatem. — Matt. 18.

Insuper apparet, ꝙ primi parentes in paradiso ante lapsum angelicam non habuerunt custodiam, quia scientia, atq; virtutibus erant ornati, & sine difficultate poterant agere bona. Amplius quæritur, an obstinati, potissimè antichristus, habituri sint angelos sctõs custodes. Videtur, quòd non, quoniam frustra eam haberent, cum inflexibiles sint, & indurati in malis. Præterea quæstio est, an Christus habuit angelum sanctum custodem, & vtrum quilibet homo habeat etiam specialem dæmonem impugnatorem.

Tho. Aq̃.

¶ Circa hæc scribit Thomas: Prouidentia propriè est ad conferendum promouentia in salutem, seu vltimũ finem, & ad remouendum impedimẽta. Vltimũ uerò in adiutorijs istis, est, quòd coniungit ultimo fini, seu coniunctio ipsa cum Deo, qđ est solũ effectiuè ab eo, uidelicet lumẽ gloriæ, seu btã fruitio. Hinc ab angelis custodibus, qui diuinã prouidẽtiã circa singulares exequuntur personas, sunt p̃parationes, quædã iuuantes ad consequẽdum ultimũ finem: p̃parans aũt non habet opationem circa rẽ ordinatam in finem, nisi ante finis consecutionem. ideo cunctis hoĩbus ab infusione animæ rationalis per quam ad salutem ordinantur, debetur custodia usq; ad mortem, in qua uia proficiendi finitur, aut per hoc, quòd fiũt impœnitibiles, ut damnati: aut gloriam consequuntur, sicut beati. Deniq; quãuis in primis parentibus ante lapsum nõ fuerit periculũ ex corruptione carnis instigante ad malũ, erat tamen periculum ex peccandi potentia, & dæmone opugnante Erant quoq; debilioris cognitionis, & uirtuositatis, quàm angeli, nec erant confirmati in gratia. iõ indigebant angelicæ ope custodię. Similiter confirmati in gratia, quia proficere queunt, & à profectu retardari, venialiterque peccare. Pueri demũ in aluo materno, q̃uis non sint ecclesiasticorũ sacramẽtorũ capaces, qm̃ non subduntur actibus ministrorũ ecclesię, nihilominus subduntur opationibus Dei, ac ministrorũ ipsius: iõ ab instãti infusionis animarũ eorum assignantur eis angeli sancti custodes, per quos dæmones cohibentur à multis nocumentis, quę possent illis inferre, deteriorando cõplexiones eorũ, per quòd fierent ad uitia ꝑniores, & extinguendo vitã ipsorũ, & in his etiam pro sunt paruulis natis.

Antichrs angelũ habebit custodem.

Præterea antichristus angelũ habebit custodẽ, qm̃ lex cõis non est propter vnũ mutanda, & in hoc eius damnatio iustior apparebit, qa beneficia toti naturæ humanæ prouisa, & communicata, non sunt ei subtracta. Nã etsi ad bona per eã non conuertetur, à multis tñ malis cessabit ab angelo custode retractus. Hunc quippe effectum consequetur angelus per suam custodiam in quantumlibet obstinato. Amplius, Christus non habuit angelum custodientem: tum, quia superior fuit angelis vniuersis anima eius ꝑꝑ unionem cũ verbo, à quo immediatè illuminabat: tum, qm̃ verus extitit comprehensor, ꝑꝑ, quòd bonum eius, nec impediri potuit, nec iuuari.

Obiectio S. Diony.

Et si objiciatur, quòd quarto cælestis hierarchię capitulo diuinus Dionysius loquit, ꝙ subdebatur paternis traditionibus mediantibus angelis, item quòd passione instante apparuit ei angelus ipsum cõfortans

Luce. 22. Dilutio.

Dicendum, ꝙ subditus fuit paternis traditionibus per angelos quodammodo indirectè, inquantum angeli instruebant beatissimã virginem matrem eius, ac sanctum Ioseph de agendis circa puerum ipsum. Postremò angelus ipsum dicitur confortasse, non ei aliquid imprimendo, sed per modum ministerij, inquantum congratulabatur fortitudini eius, quemadmodum homo in tribulatione naturaliter confortatur ad præsentiam amicorum, sicq; fuit vera confortatio, sicut & uera tristitia, non solum apparens, ut aliquid dicunt. Hęc Thomas in Scripto.

Angelus quõ Chrm̃ cõfortauerit. — art. 4.

¶ Porro in prima partè, quæst. 113. respondens ad istud, an quilibet homo custodiatur ab angelo, scrbit: Quandiu homo est in via, imminet ei ab intra, & ab extra multa pericula, iuxta illud: In uia hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi ideo sicut hominibus uiam non tutam pergentibus danatur custodes, sic cuilibet homini, quàmdiu viator est, custos angelus deputatur.

Psal. 139.

Questio.

Insuper quærit ibidem, an singulis hominibus singuli angeli pręsint. Videtur, quòd non. Angelus namque homine extat sapientior, atque potentior, sed frequenter vnus homo sufficit plures homines custodire, dirigere, edocere: ergo plus angelus unus. Rursus, cum in angelis tot sint species quot indiuidua, uidetur, ꝙ unus tantum sit angelus, qui immediatè custodit homines, cum (iuxta præhabita) inferiora per superiora reducantur in Deum, sitque solus vnus angelus, inter quem, & homines non est aliquis medius. Dicendum, quòd prouidentia dei comparatur ad singulos homines, sicut ad singula genera, ac species corruptibilium rerum, ideo sicut, testes Gregorio, diuersi angelorum ordines deputãtur diuersis rerum generibus, ut pote potẽstates ad dæmones coercendos, uirtutes ad mirabilia facienda in rebus corporeis, estque probabile, quòd diuersis rerum speciebus diuersi angeli eiusdem ordinis pręficiantur: hinc rationabile est, ꝙ diuersis hominibus diuersi in angeli ad custodiam deputentur, uidelicet singuli singulis.

Gregoriꝰ.

Veruntamen alicui homini adhibetur custos dupliciter. Primò, inquantum est singularis persona, sicque uni homini adhibetur unus custos, & interdum plures deputantur ad vnius custodiam. Scđò, inquantum est pars alicuis collegij, & sic toti collegio unus homo præficitur in custodem, ad quem spectat prouidere ea, quæ pertinent ad hominem vnum in ordine ad totum collegiũ, vt sunt ea, quæ exterius sunt agenda, de q̃bus alij ædificantur, aut scandalizant. Angelorum aũt custodia depũtatur hominibus etiam quantum ad inuisibilia, & occulta, quę ad singulorum spectant salutem ẽm seipsos, per quod patet ad primum solutio. ¶ Ad aliud respondendum, ꝙ angeli primæ hierarchiæ oẽs quantum ad aliqua, ĩmediatè illuminant à deo, attñ quędam sunt de quibus illuminantur supiores tm̃ immediatè à deo, q̃ inferioribus reuelant. Idẽ quoq; in inferioribus est cõsiderãdũ ordinibus. Nã angelꝰ aliquis infimus illuminatur quantũ ad aliqua, ab aliquo supremo, seu altiore & quantũ ad aliqua, ab eo, qui ei immediatè p̃fertur. sicq; possibile est, ꝙ aliquis angelus immediatè illuminet hominẽ, quamuis habeat aliquos angelos sub se quos illuminat. Hæc Thomas in Sũma.

¶ Amplius quærit, vtrũ singulos homines custudire pertineat solũ ad infimũ ordinem. Rñdet, duplex custodia homini adhibet. Vna particularis, inquantum est determinata persona. & illa custodia ad ordinem pertinet infimũ: alia est custodia uniuersalis: quæ ẽm diuersos ordines multiplicatur. Nam quanto agens est uniuersalius, tanto est altius: hinc custodia multitudinis humanæ, ad ordinem principatuum, aut forte archangelorum est pertinens, qui archangeli nominantur principes angeli. Vnde, & Michael, quem archangelum dicimus, vnus de principibus appellatur à Daniele. Vlterius uerò super oẽs naturas corporeas custodiã habent virtutes, & super dæmones ipsæ ptãtes.

Hoĩ adhibetur duplex custodia. — Danie. 12.

¶ Verum his objici potest, ꝙ super illud, Angeli eorum in cælis, &c ait Chrysostomus: Non de quibuscunq; angelis, sed de supereminentibus loquitur Christus hoc dicẽs. Iterũ ad custodiã hominum valde necessarium est arcere dęmones, ꝙ ẽm Gregorium spectat ad potestates, atq; ad aliorũ conuersionem multum iuuant miracula, quę facere pertinet ad uirtutes. Ergo & illi duo ordines deputantur ad custodiam hominum, & non solũ infimus ordo.

Obiectio. — Chrysost. — Gregoriꝰ.

¶ Dicendum ad primum, ꝙ uerbum Chrysostomi potest intelligi, vt loquatur de supremis insimi ordinis: quia, ut diuinus Dionysius contestatur, in quolibet ordine sunt primi, medij, & ultimi: estq; probabile, quòd altiores angeli infimi chori, ad illorum deputentur custodiam, q̃ ad maiorẽ gradum gloriæ sunt electi Ad ẽm, ꝙ etiam inferiores angeli exercent officium superiorũ, inquãtum aliquid de proprietate, & donis eorum participant. & ad superiores se habent ut executores officij seu virtutis ipsorũ. sicq; ẽt angeli ĩsimi ordinis, dęmones possunt arcere, atq; miracula opari. Hęc idẽ.

Dio mar. Dilutio.

¶ Qui denuo sciscitatur, quando angelus incipiat hominem custodire, Respondet, quemadmodum super Matthæum recitat Origenes, super hoc fuit duplex opinio. Quidam enim dixerunt, quòd angelus deputatur homini ad custodiam ab hora baptismi: alij, quòd à tẽpore natiuitatis. Hanc opinionẽ approbat Hieronymus. Beneficia enim, quę dantur homini diuinitùs, ex eo, quòd Christianus, incipiunt à baptismo, sicut perceptio eucharistię. ea verò, quæ prouidentur homini, inquantum habet naturam rationalem, ex tunc ei debentur, ex quo talem accepit naturam. & tale beneficium est custodia angelorum. Deniq; puer quãdiu est materno in utero, nõ est totaliter separatus à mr̃e. sed quadã colligatione est aliquid eius, quemadmodũ fructus pendens in arbore, est aliqd arboris Hinc probabiliter dicitur, quòd angelus custos matris, custodit, & prolem quandiu in ventre est matris: atq; in natiuitate ex uterò, quando separatur à matre, deputatur ei angelus pro custode. Hęc Thomas.

Questio. — Origenes. — Hierony.

Petrus. ¶ Consonat Petrus: Custodes, inquiens, hominũ propriè dicuntur angeli illi, qui ipsos homines immediatè illuminant, per quod excluduntur angeli primę hierarchiæ, & qui habent actus limitatos circa humana officia, per quod excluduntur angeli hierarchiæ secundę, & qui specialiter ꝓcurant bonũ singulariũ personarũ, per quod excluduntur, quo supiores ordines ĩsimę hierarchiæ. Hæc Petr⁹.

Vdalric. ¶ Insuper Vdalricus in Summa sua quarto libro videtur de hoc aliter scribere: Angelis, dicens, de infima hierarchia, competit custodire, quoniam custos singularis personæ, est de infimo ordine. si verò præsint multitudini. tunc pro custodia suæ personæ habet (vt dictum est) angelum infimi chori: & pro multitudine cuius est caput, haber costodẽ de ordine principũ. Si aũt sit priuilegiata persona, potest habere custodem de ordine archangelorum, sicut Gabriel extitit felicissimę uirgnis custos. Confirmati quoque in uia, ut beatissima domina; & sãctificati, qui mortaliter peccare non potuerunt, angelicam habuerunt custodiam, qñ potuerunt proficere. Similiter paruuli in maternis uĩlceribus. Nec sic singuli angeli singulis deputantur hominibus, quæ si ijdem angeli successiuè non præsint diuersis hominibus, quia plures sunt hoies oẽs, quàm angeli, cum tot sint hoies electi quo angeli sancti. sic & idem diabolus successiuè diuersis deputatur ad exercitandum hominibus. Hæc Vdalricus.

¶ Cuius verba sunt intelligenda cum moderamine superiùs tacto, quia de numerò, & multitudine angelorum diuersæ sunt opiniones.

Gulielm⁹. ¶ Præterea dominus Antisiodorẽsis (qui in multis speciales habet opiniones) tenet, quòd Christus, in quantum minor fuit angelis, ut pote secundum sensualitatem, passibilemq; naturam ut talẽ, habuit angelum custodem. Et quòd angelus ille, quantum ad partem illã inferiorem, qua Chrs horruit mortem, uerè confortauit eum passione instãte. Nec obstat, ut ait, ꝓ deitas Christi, imò & anima eius, quo ad partem suam superiorem, sufficiebat ad suæ inferioris partis custodiam, cum & deitas sua suffecerit, atq; sufficiat ad uniuersorum custodiam hominum. Vult enim nihilominus adhiberi custodiam angelorum ꝓp meritum eorundem, & ꝓp mutum angelorum hominumq; amorem, atque vt homo suam consideret dignitatem, ad dandum quoq; exemplum nobis perfectæ obedientiæ, & humilitatis, dum cernimus tã sublimes, deiformes, innocentissimos, ac sacratissimos spiritus, nobis tam defectuosis, vilibus, ac sordidis obsequi creaturis. Insuper refert hic doctor, quemadmodũ quidã dixerunt, ꝓ antichristus non habebit angelũ custodẽ, quod reprobat, quia ab initio sui non erit obstinatus, sed peccando obstinationem incurret. Addit tamen, quod dum ad tãtum elationem erumpet, ꝓ dicet se Deum, mox totaliter ab angelo custode deseretur, & hoc ei ꝓpriũ erit sic relinqui ab angelo.

Thomas de argẽt. Hiero li 1. sup Matt. capite 4. Psalm. 50. ¶ Idem dicit Thomas de Argentina, ac alij multi. Sed quia beatus Hieronymus super Matthæum, & alij plures sancti absolutè affirmant, quòd scripturam illam ex Psalmo, Quoniam angelis suis mãdauit de te, diabolus peruersè allegauit prolatam de Christo, quia de membris eius solum est edita: idcirco communi positioni reor consentiendum, quòd scilicet non habuit angelum custodem: quia in nullo indiguit eo, sicut nec angelus inferior, quã uis angelo superiori sit minor: non tamen custoditur ab illo. Nec Christo cõpetebat proficere sicut virgini gloriosæ, & à suæ incarnationis exordio data fuit ei secundum naturam assumptam, ut uerbo unitam, omnis potestas in cælo, & in terra Postremò in hac materia à diuersis diuersa dicuntur, quæ piè sunt suscipienda, ut quod ait Albertus, Ibi custodia habet locum, vbi est casus periculum, ex quo sequi videtur, quòd gloriosissima virgo prorsus confirmata in bono, non habuisset angelum custodientem. Item quod ait Thomas, quòd lex communis non est propter vnũ mutanda ideoq; antichristus angelum habebit custodem, ex quo simili ratione sequi videtur, quod Chrs quoq; custodẽ angelum habuisset. Demũ quamuis Christus apud Matthæum specialiter tangat de pusillorum custoditione angelica: nõ tamẽ hoc negat de hominibus aliis, imò potiùs alibi in scriptis hoc exprimit.

Albertus. Thomas. Matt. 18.

QVAESTIO III.

Tertiò quæritur, *Vtrum angelus bonus seu malus, interdum deserat hominẽ, quem custodit seu tentat.* ¶ Videtur, quòd sic, quoniam Michael, qui fuit princeps synagogæ, ipsa relicta, est factus princeps ecclesiæ. Secundò Apostolus Iacobus exhortatur: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Tertiò, Iosephus refert, quòd templo secundo vastato, auditæ sunt voces angelorum ibi dicentium: Transeamus ab his sedibus. Ad idem pertinet, quod apud Ieremiam angeli dicunt: Curauimus Babylonem, & non est curata, derelinquamus eam. Et per Isaiã loquitur Deus de synagoga: Auferã sepem eius, & erit in direptionem. Vbi per sepem intelligit Glossa auxilia angelorum. In Euangelio item Nazaræorum narratur, ꝓ tempore dominicæ passionis, audiræ sunt in aere uoces angelorum clamãtium: Trãsca mus ab his sedibus. Ergo angeli tunc reliquerũt filios peruersissimæ synagogæ. In Vitas quoq; patrum habet ut qualiter quidam vir sanctus vidit angelos sanctos cum indignatione ab illis recedere, ꝓ inani loquebantur. Insuper angeli custodes frequẽter ascendunt ad cęlum empyreum, nec valent tũc homines custodire: quia vbi operantur, ibi sunt, & ira non operantur in homine, quando in cælo sunt. Rursus sanctus Bernardus in suis sermonibus, interdum insinuat, quòd angeli gloriosi à fratribus somnolentis, & pigris discedant, propter eorum negligentias, irreuerentias, & torpores.

Arguitur contra veritatem. Iacobi 4. Iosę li. 7. bel. Iuda capite 12. Ierem 51. Isaię 5. Bernard⁹.

¶ In cõtrarium est, quòd angeli suum officium fidelissimè, ac obedientissimè implent: & quandiu se vident aliquid posse in sibi commissis proficere, ipsos custodire non cessant. Possunt autẽ in eis vsq; in finem vitæ præsentis aliquo modo proficere, saltem retrahendo à quibusdam excessibus. Nam & antichristum angelus custos eius à nonnullis sceleribus retrahet.

In oppositum.

¶ Ad hoc respondet Albertus: Angelus nunquã sic recedit à custodito, nec cum quandiu viuit, ita relinquit, quin aliquem effectum custodiæ exerceat circa ipsum, Dicitur autem aliquando relinquere hominem, quantum ad illum affectum, qui est conuersio à peccato, aut similem. Nihilominus semper facit, quod in se est, & retinet hominem, ne toties, & tam grauiter cadat, vt caderet si custodem angelum non haberet. Et per hanc distinctionem soluuntur obiecta pro vtraq; parte inducta. Hæc Albertus in scripto. Et eadem in libr. de coæquæuis.

Albertus

¶ Vdalricus demum his consonans: Anglus ait, custos, cũ diuinæ prouidentiæ sit minister, & executor, quæ prouidentia nunquã deserit nos oĩno, nũquã deserit eum cui est deputatus, sed deserit, & nõ deserit eũ, sicut, & Deus, simpliciter aũt Deus non deserit quẽquã, quia redigeretur in nihilũ, sed deserit

Vdalric⁹.

ferit quantum ad quosdam effectus, ut dum aliquẽ pro sua vtilitate, aut pro suorum exigentia meritorum tribulari ꝓmittit, aut cadere in peccatũ, iuxta illud 2. Parali. Si dereliqueritis eũ, derelinquet vos. sic angeli nunquam deserũt existentes in uia hac, ita ut nullũ prouidentiæ effectum ei exhibeant. sed quantum ad aliquorũ operũ subtractionẽ, ex Dei voluntate, ut ꝓ non iuuant in periculis, & aduersis. Nec hinc credendũ, ꝓ angelus semper localiter sit cũ sibi cõmisso, sed per efficaciam suæ uirtutis semper est præsens: qñ imprimit fortes, ac stabiles illuminationum, & affectionum impressiones, quibus homo à malis spiritualibus præseruatur, & ad bona disponitur, aq; ex illuminatione diuina cognoscit, qñ sit opportunitas ꝓmouendi hominẽ sibi cõmissum in ꝓsperitate tẽporali, aut spirituali. sicq; ascendit, & descẽdit. Cumq; uirtus eius motiua, sit uirtus substãtiæ immaterialis, operatio eius est ꝑm modum substãtiæ, à qua fluit. Vñ quia substantia spiritualis non est proportionata spatio medij localis, ꝓ non habet quãtitatem, nec principiũ quantitatis in sua natura: ideo dũ mouetur, uenit, quidem de extremo in extremum per mediũ, non cõmensurando se medio, nec partes spatij numerando, sed uirtute medio improportionata mouetur, uicendo mediũ impetu spiritus, sui, ita ꝓ quantitas medij non est ei quãtitas, sed ut indiuisibile pũctum. aliter enim non ueniret æque uelociter de cęlo in terram, & de una parte terræ ad aliam, quod falsum est, Eadem itaq; uelocitate per spatium, qdcunq; mouetur, ꝓ patet ex hoc, ꝓ subito in locis operatur diuersis, ut patet multoties in scripturis. Sic ergo mouet, ꝓ ĩ uno nũc est in termino à quo, & in alio in medio, atq; in tertio ĩ termino ad quẽ. non autem mouetur in tẽpore, &c. Hæc Vdalricus.

2. Para. 15.

T. Aquas. ¶ Hoc est, quod loquitur Thomas: Angelorũ custodia cum sit quædã executio diuinæ prouidẽtię, oportet idem esse iudicium de utroq;. Diuina autẽ prouidentia nunquam hominẽ relinquit ex toto, licet magis prouideat uniq; alteri. inde & oculi domini super iustos, quibus adeo prouidet, ꝓ omnia cooperantur eis bonum. in quibus etiam angelus qñque tam fortem facit impressionem, seu dispositionẽ, ꝓ manet ad tempus notabile, ut dum aliquis multum deuotè orat per plures dies, remanet inde deuotior. sicq; angelus quamuis non semper sit ꝑsens, potest semper custodire. & quamuis angelus sciret sibi commissum esse præscitum, attamen posset eum à multis malis retrahere, & ad quædã bona inducere. Hæc Thomas in Scripto. ¶ Eadem scribit in prima parte Summæ, quæstione 113. ubi & addit, quamuis angelus interdũ derelinquat hominem loco, non tamen effectu custodiæ nam & in cælo existens, quid circa hominem agatur ꝓgnoscit, nec indiget mora temporis ad motum localẽ, sed statim potest adesse. ¶ Deniq; Petrus: Duplex est, inquit, custodia angelorum. una generalis totius alicuius communitatis, & hæc aliquando deserit communitatem. unde dicitur, ꝓ Michael, qui fuit synagogæ propositus, factus est ecclesiæ princeps. Sequitur enim ecclesiam primitiuam ex Iudæis, in qua remanserat fides eorum. Alia est custodia specialis personæ cuiuslibet, quæ non deserit simpliciter, &c. ut, supra. Hæc Petrus.

Psal. 33. Roma. 8. ar. 6. ad 3. P. Taran. Danie. 12.

¶ Porro Richardus: Quidã, ait, dixerunt, ꝓ angelus interdum deserit custoditum, dum se uidet circa illum non posse proficere, quẽadmodum medicus prudens deserit ægrũ, de cuius curatione desperat, sicut, & angelus malus, cum ita perfectè ab homine uictus est, ꝓ se putat non amplius posse illi nocere, recedit, & omittit eum impugnare. Alia est opinio probabilior, atque communior, ꝓ nunquam in toto deserit hominem custodia angeli sui, quia semper potest ei prodesse in aliquo, quod nõ potest medicus in quolibet ægro. Angelus quoque malus nisi sit ita perfectè uictus ab homine, ꝓ æstimat se non posse illum retrahere ab aliquo bono, nõ totaliter recedit ab eo. His alludit, quod in libro de Deo Socratis Apuleius asserit: Hinc quem dico, videlicet angelus custos, prorsus custoditor singularis, perfectus, domesticus speculator, ꝓprius curator, ĩtimus cognitor, assiduus obseruator, indiuiduus arbiter, inseparabilis testis, improbator malorum, approbator bonorum. Hęc Richardus.

Richard⁹. Angelus creditum sibi hoiẽ nũquã deserit

Richard⁹. Apuleius

¶ Insuper Antisiodorensis in Summa sua libro 2. sequitur primam illam, quam narrat Richardus, opinionem: Puto, inquiens, qd cũ aliquis adeo fuerit purificatus, atque purgatus, quòd iam ascendit ad statum thronorum, & habet prudentiam spiritus oculatam ante, & retro instar animalium Apocalypsis, & Iezechielis: quæ, inquam, prudentia se habeat ad modum ancillæ ostiariæ, nullum penitus motum illicitum permittentis intrare, sed dicentis: Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarẽ quidem de uirgine. In tali statu plenam habet uictoriam de diabolo, tuncque eum desinet infestare Hæc Antisiodorensis.

Antisio d. Iezechi. 1. Apoc. 4. Iob. 31.

¶ Sed cum dicat scriptura, Iustus septies cadit in die: itemque, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus: Et rursus, In multis offendimus omnes: non uideturiq; diabolus in toto recedat ab aliquo, præsertim cum mens humana ad distractiones sit prona, nec immobilitata in cogitationibus bonis, potissimè cum, & sanctus fatetur Bernardus: Puto, quòd qui clausit cælum oratione, nõ clausit animum à cogitatione, idest Elias, qui utique fuit uir excellenter heroicus. imò & beatissimi apostoli, quamuis recepta plęnitudine spiritussancti non peccauerunt deinceps mortaliter: attamen uenialiter peccauerunt, sicut & gloriosus princeps eorum in Antiochia iudaizando, ita, ꝓ Paulo teste reprehensibilis erat. Hinc non apparet, quòd aliquis uiatorum in hac uita sit talis, quòd diabolus desperet se posse aliquid in ipso lucrari. Vnde, & beatissimo Martino astitit in extremis. Propter, quod loquitur Augustinus: Perseuera usq; in finem, quia tentatio perseuerat usque in finem. Vsque in quem finem? quousque finias uitam. Attamen interdum ad horam fugit diabolus, sicut in Vitaspatrum legitur de duobus prælectis iuuenibus eremitis, quorum uni non audebat appropinquare diabolus. quia ad quemlibet versum psalmo rum exiuit flamma ignis in cælum ex ore ipsius. Dicit etiam Augustinus: In infinitum feruentior est angelus bonus ad custodiendum, quàm angelus malus ad obsistendum: quo declaratur, ꝓ angelus custos non recedit in toto.

Prouer. 24. 1 Ioh. 1. Iacobi. 1. Bernard⁹. 3. Reg. 37. Galat. 2. August.

¶ At verò Alexander cõcordat: Multiplex, dicẽs, est effectus angeli custodiẽtis circa animã hominis custoditi. Vnus est, quo ad potentiã speculatiuam, videlicet illuminare eandem, quo ad quædã occulta. & quo ad istum effectum, angelus interdum recedit. sicq; recessit à Zacharia. ꝓ nõ semper tangit neq; illuminat corda ꝓphetarũ. Alius effectus eius est, quo ad uim motiuã. & iste est quadruplex, ut pote ꝓficere in bonum gratiæ, nõ labi in malũ culpę, à malo resurgere, nõ tm nec toties cadere, ut caderet homo sine custodia illa, & aliquẽ horũ actuũ,

Alexãder

Custodię angelicę multiplex est effectꝰ.

August. præcipuè quartum, angelus usq; in finem exercet circa custoditū. Nec obstat, quod loquitur Augustinus: Angelos sanctos repellimus, dum eorum consilio nō acquiescimus. & uidentes se operā perdere, dicunt: Relinquamus eum. Et quod ait Hieronymus, Infructuosa est anima, quæ non habet Deū hospitem, neque præsidium angelorum. Itemque,

Bonauēt. Quotiescunq; humana fragilitas suæ, relinquitur. imbecillitati, Dei, & angelorum auxilium ab ea recedit. Hæc Alexāder. Ad tempus, n recedunt. ¶ Preterea Bonauentura diffusè hic scribit: Cōiter, inquiens, à doctoribus tenetur, ꝙ angelus non relinquit obstinatos oīno, quàm diu sunt uiatores, non tñ custodit eos tam diligenter ut iustos, aut mediocriter malos. ideo dr̄ eos quodammodo deserere. Verum custodiri hominē ab angelo, dupliciter pōt intelligi: puta secundum habitum, & secundē actū. Dixeruntq; aliqui, ꝙ angelus deserit obstinatū quātum ad actum custodiendi, non quantum ad habitum: quia paratus est subuenire, si uiderit illum se ad uiam ueritatis disponere. sed istud non sufficit, qm̄ nemo est ita obstinatus, quin angelus possit ei aliquod custodiæ beneficium impartiri. Hinc alij dicunt, ꝙ duplex est angelicæ custodiæ actus. Vnus respectu corporis consistens in repulsione hostis, ne oprimat corpora: alter respectu animæ, ne hostis peruertat eam. Efficacia primi actus consistit in angelo, efficacia uerò actus secundi non solum in angelo, sed & in nobis consistit quantum ad primum actum, angelus hominem non relinquit usq; ad mortem, qui non sinit eum à diabolo opprimi, aut occidi, nisi aliud exigat æquitas diuini iudicij: sed quantum ad actum secundū, cū actus illius efficacia sit non solum in angelo, sed & partim ex nobis subtrahit custodiæ suæ beneficium ab his, circa quos uidet se frustra exerceri. Veruntamen cū custostia angelica magis respiciat animam, q̄ corpus, non apparet probabile, ꝙ angelus omnē actū custodiæ subtrahat animæ Hinc alij ueriùs dicunt, ꝙ effectus angelicæ custodiæ est tam respectu boni adispisciendi, aut conseruandi, q̄ respectu mali deuitandi, aut minuendi, & quantum ad istum actum respectu mali, angelus bonus non deserit hominem obstinatum, imò semper pro posse retrahit eum ne ruat in peius. quamtum autem ad actum respectu boni, deserit obstinatos, nec antichristum custodiet. Hæc Bonauentura.

G. Parrhi. ¶ Postremo Parshisiensis secunda parte de uniuerso super his tractans diffusè: Quoniam, ait, hucusque peruenit inuestigatio ista, ut dixerim quosdam ex beatissimis istis spiritibus esse rectores inferiorum, rerumque humanarum, ostendā tibi qualiter patuit istud. & dico, quòd primò per Hebræorum prophetas, in quorum uno, puta Daniele, fit

Angelicę custodię necessitas ꝓbatur.

Danie. 10. Dani. 12. Plato. mentio de principe Persarum, & Gręcorum, & Michaele, qui insinuatur ibi princeps existere Iudeorum. Plato autem, & omnes Platonici ex eius doctrina senserunt, ꝙ beatis spiritibus credita sit cura, & gubernatio generis humani: plebs quoque Christianorum ex uerbis legislatoris sui hoc tenet, dicentis: Angeli eorum &c. quod, & rationabiliter potest probari Naturalis namque pietas, atque dilectio, est inter homines mutua, naturalis etiā amor honestatis, compositionisque uitę, per quem unusquisque paterfamilias ad hoc tendit, ut componant mores, & decoreē uita familiæ suæ, in forinsecos quoque extendit hanc pietatem, & charitatē, commonens eos, atque corripiens pro peccatis: quanto plùs in sanctis angelis est pietas hæc, & ista dilectio? Vtiq; tanto plùs, quanto in donis naturæ, ac gratię sunt nobiliores. Si ergo natura, & gratia humana nō sustinet homines bonos in præsenti miseria à gubernatione, & correptione proximorū, ac subditorū cessare, quanto magis illa nobilissima angelorū natura, ac copiosissima gratia, feruētissima charitas, ac intima pietas, nō sinet angelos abstinere à cōicatione cōsilij, atq; auxilij in creatura rōnales, quas uidēt assidue crudelissimorū, ac fallacissimorū dæmonū dentes incidere? Amplùs, sicut hominibus dantur homines rectores, & custodes contra uisibiles hostes, ita ad diuinæ ꝓuidentiæ spectat perfectionem, ut contra inuisibiles inimicos inuisibilibus custodibus angelis sanctissimis muniantur: præsertim cum homines defectuosi mortales, non sufficiant hominibus fragilibus sibi similibus pro custodia, atq; regimine, nec valeant sibi commissis ubiq; adesse, imò calliditatibus, uiolentis, ac viribus inuisibilium hostium nequaquam sua uirtute ualeant reluctari, aut præualere. Cumque bella, & clades, ægritudines, persecutiones, damna, & mortes hominum, ex occultis, & iustissimis Dei iudicijs, ꝓp innumerabiles hominum vtilitates in hoc mundo contingunt, non est angelorum negligentijs imputandum, ꝙ nunc una gens, nunc alia datur in pestem, & gladium, quemadmodum ex iustissimo Dei iudicio exercitus Aegyptiorum in mari rubro submersus est, & totū genus humanum uniuersali diluuio, octo exceptis, extinctum est: ita in multitudine hominum, aut paucitate, & plerunq; in uno homine accidit, ex causis, & utilitatibus, quas nouit solus inspector oīum & curator altissimus, nec angeli constituti sunt hominum custodes, ut iustis Dei resistant iudicijs. Stultus ergo sermo est dicentium, quare princeps seu custos angelicus permisit urbem, aut gentem, aut hominem illum sic destrui, aut iustum tam iniustè occidi? Eadem ratione angeli non semper resistūt sęuientibus in innocentes, nisi intantum ut pro uoto non sæuiant. Et qm̄ mors iustorum, præsertim pro fide, atque iustitia tolerata, tam preciosa, & meritoria est coram Deo, constat, ꝙ Deus supergloriosus, ac angeli etiam illos custudiūt, & defendunt, quos permittunt occidi. Verum circa hæc obijci potest, quia si angelorum officium est homines informare, & ad Dei cultum inducere, cur tot nationes, & regna in impijssimos errores cadere, & manere perpessi sunt, & nūc usque permittant, præsertim cum officium custodiendi, instruendiq; homines iniunctum sit non nisi propter Dei gloriam, & honorem, ho minumq; salutem? Cur tantas contumelias creatoris, & tantas hominum pernicies, & spiritales strages, ac clades non impediunt, nec auertunt? Nempe cum tam grandis sit eorū sapientia, ac potestas, nequaquam contra eas stare valerent imbecillitas hominum, atq; fatuitas, si ipsi contra hæc mala impenderent quicquid possent. Sed ad hæc solutio est, quia iusto Dei iudicio accidunt ista, cum gentes exhibeant seipsas indociles. neq; cogendæ sunt, nec solo terrore inducendæ ad fidē. Et sicut per Osee prophetam locutus est Deus, Quia tu scientiā repulisti, repellam; & ego te, ne sacerdotio fungaris mihi. Sic, & in nouo legit testō, ꝙ Apostolum, & suos coadiutores nō permisit spiritussanctus prædicare ad tēpus in Asia. Quid igit mirū, si & angelos sanctos non sinat creator impiissimis reuelare salubria, & secreta, ꝓsertim cū, & dns ipse in euangelio ꝓdicatoribus suis ꝓcipiat: Nolite sanctū dare canibus, neq; margaritas uestras spargere

Exod. 14. Gene. 7. Obiectio Dilutio. Osee 4. Actu. 16. Matt. 7.

gere aū porcos, euidenter oīdens sacrā doctrinā non esse communicandam caninis hominibus, aut porcinis, utpote his, qui sacris oblatrant doctoribus, eosq; dentibus. i. uerbis maledicis persequuntur. Deniq; tanta est in quibusdam n ationibus horribilitas, abominabilitas, ac feculentia uitiorum, ꝙ angeli sancti eorum cohabitationem abominantur ac horrent. Vū & dixisse interdum leguntur, Transeamus ex his sedibus. Præterea de angelorum custodijs dico, ꝙ sicut ciuitatibus adhibent custodis contra incendia, & prædagogi pueris contra ruinas, nutrices quoque infantibus contra aquam, & ignem, ac porcos, & medici ægris ad curandum, & visitandum: his quatuor modis angeli sancti impēdunt custodiam hominibus, ꝓsertim electis. quibus dormientibus. excubant tanquam fidelissimi uigiles, & etiam contra corporalia nocumenta protegunt illos, maximè aūt soliciti sunt a uitiorum, atq; libidinum incendio refrigerare, & eruere eos, Etiā instar pædagogi dirigunt sibi commissos, ne offendant, scandalizent, lædant. Similiter tāquā nutrice, spiritaliter alunt creditos suæ custodiæ, illustrādo hortando: & à spiritualibus, ac corporabilibus quę ac ignis periculis eruunt, atq; ut pijssimi medici spiritaliter, & corporaliter sanant dispositiuè. Postremo sancti, & sapientissimi angeli isti custodes nr̄i, oīa iuxta Dei propositum exequentes, eiusq: bōplacito omnia operantes, interdum quosdam puniūt peccatores, & deteriores illis non puniunt, eo ꝙ deteriores iusto Dei iudicio reseruent ęternis supplicijs: alij tanquam minus rei, per temporales aduersitates, ac pęnas piè, & paternaliter castigantur, ac reducuntur. Hæc Gulielmus.

Custodia angelica. quatuor modis hoī impenditur.

QVAESTIO IIII.

Quartò quærit, *utrum angeli doleant de malis culpæ, ac pœnæ, præsertim damnationis æternæ eorum, quos custodiunt, & an ex illorum perditione minuatur gaudium angelorū.* & hoc est quærere, *an gaudium custodientium angelorum augeatur.* In hac quæstione tria tanguntur. primum est, an angeli doleant de uitijs custoditorum. ſm, an de damnatione ipsorum, tertium, an augeatur angelorum iucunditas ex saluatione commissorum. Vr̄, ꝙ doleant de malis culpæ illorum, qm̄ sicut ardentissimè diligunt Deum, ita uehementissimè cupiunt cultum, & honorificentiam eius: maximè quoque

arguitur. i. contra ueritatem. Gene. 6.

2 de cōtumelijs, offensis, iniurijsque tristantur ipsius. Secundò Deus ipse in Genesi legitur: dolore cordis tactus intrinsecus propter flagitia hominum: ergo, & angeli sancti inde cordialiter dolent, suum in hoc creatorē sequentes. Tertiò, angeli sancti oī

3 pietate, & charitate abundant, ergo uehementissimè pereuntibus condolent, & ex dilectione de tātis eorum malis tristātur. Ad quod allegari potest, & illud Isaiæ: Angeli pacis amare flebunt. Quartò,

Isa. 33.

4 angeli sancti cooperantur hominibus ad salutem ergo de eorum saluatione lætantur, ꝓsertim cum dominus ꝓtestet: Gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, &c. Cumq; diuersæ causæ pariant diuersos effectus, sequitur econtrario, ꝙ ex custoditorum damnatione gaudium angelorum diminuantur, ergo, & inde tristantur.

Lucę. 15.

¶ Ad hæc Bonauentura rādet: De hoc an angeli doleāt, seu detrimentū incurrant ex hominū dānatione, ac malis, diuersi diuersa sunt opinati. qdā, ꝙ quāuis nō incurrant inde glorię detrimentū, incurrūt tñ misericordię cōpassionisve gemitū. Quāuis enim ex sublimitate gloriæ immortales, & impassibiles asserantur, non tamen sunt in cōpassibiles. Et

Bonauēt.

istud accipiunt ex quibusdam sancti Bernardi verbis qui ur̄ dicere, Sed non apparet probabile, ꝙ aliquis uerè condoleat, nec doleat, cum cōdolore sit cū alio dolore. Nec uerisimile est, ꝙ angeli aliqua pietate, aut misericordia flectant ad reprobos, cum maximè zelentur iustitiam, gloriamq; diuinā, ut pote constituti in perfecto statu statu iustitię, atq; diuinæ iustitiæ conformati. Propter, quod in homilia de Lazaro, & diuite ait Gregorius, Iustorum animæ quāuis in suæ bonitate naturæ misericordiam habeant, tamen autoris sui iustitiæ iam unitę, tanta rectitudine constringuntur, ut nulla ad reprobos compassione moueantur. Hinc alij dicunt, ꝙ angeli custodientes, ex eorum, quos custodiunt damnatione, nec gentium habent propter plenitudinem gaudij sui, quod admixtionem non admittit contrarij, nec gloriæ detrimentum incurrunt, propter stabilitatem immobilē boni adepti. nil e tenim habent boni, quod possint amittere. nec ex partē meriti, nec ex parte præmij, cum sint in gloria, atq; iustitia confirmati. Vñ, quod asserit Origenes, angelos in iudiciū adduci seu trahi propter homines pereūtes, intellidendum ē, qd̄ adducuntur in testimoniū contra iniquos, qui eorum monitis acquiescere noluerunt. Illud quoq;, angeli pacis amare flebunt, intelligitur non: quo ad ueritatē fletus, sed quantum ad similitudinem opis seu quantum ad signū effectus, quēadmodum Deus fertur tactus dolore cordis in intrinsecus. Etsi obijciat, ꝙ desiderium angeli custodis frustrat in pereunte, ergo inde tristat. Dicendum, ꝙ desiderium desiderātis frustrat, qñ id, quod absolutè, & in oēm euentum appetijt, nō impletur. Angeli autē ita non appetunt custoditorum salutē, sed cum moderamine isto, si debitè obedierint, atq; adhęserint Deo, & si sint ꝓdestinati ab eo. Imò quos sciunt eē ꝓscitos, uolunt absoluta uoluntate dānari. nihilominus quātū in ipsis est, uolunt eos saluari. faciuntq; ꝓ illorum salute, qd̄ in se est, sicut, & Deus uult illos dānari uoluntate absoluta, & consequente, licet uelit eos saluari quantum in ipso est, & uoluntate ańcedente. Hæc Bonauentura.

Bernard. Lucę. 16 Gregor. Origenes Isaię 33. Gene 6. Obiectio. Dilutio. Albertus.

¶ Concordat Alexander, & addit: quamuis angelo reuelet dānatio hominis sibi cōmissi, non tñ quantitas damnationis illiùs, qm̄ hæc est de secretissimis Dei, ideo angelus nescit quantum ꝓficiet circa illum, quantum ad hoc, ꝓ minor sit eius damnatio.

¶ Deniq; Thomas: Angeli, inquit, cum sint in contemplatione Dei continua, cui ꝓfectissimè conformantur, nihil pōt eē contra uoluntatē eorum sicut nec contra Dei uoluntatē, pōt tñ aliquid esse præter uoluntatē ipsorum. sed hoc ipsum, in quantum ē à deo, uolitū est ab ipsis sicut à Deo. ideo nihil pōt accidere, quo doleāt, sicut, nec de quo doleat Deo. Hinc simpliciter est dicendum, ꝙ neque de hominū culpis nec damnatione tristantur. sed utrobiq; lætātur de diuina iustitia, & iusta eius permissione, ac debita prauorum punitione. Quod autē in Isaia habetur angelis pacis amare flebunt, ad literā dictum est de nuncijs Iezechiæ, quos misit ad quærendam ab Assyrijs pacem, qui nuncij fleuerūt amare, auditis blasphemijs Rapsacis. Allegoricè uerò exponitur de apostolis. Si verò ad angelos referatur, intelligēdus ē dolor metaphoricè, sicut in scripturis attribuitur Deo ira, furor, & dolor. Hæc Thomas in Scripto.

T. Aquas. Angelos custoditorū ꝓdictio nō contrastat. Isaię 33.

¶ In idē redit, qd̄ scribit in Summa, parte prima quæstione 113. Dolor, ingens tristitia sunt de his, q̄ uolūtati cōtrarianē, ut loquit Augustinus: nil autē cōtingit in mundo, qd̄ cōtrarieē uoluntati beatorū:

art 7. August.

quorũ uoluntas oĩno adhæret ordini diuinæ iustitię.etenĩ nihil in seculo accidit,nisi Deo agentè,aut permittente.Hinc absolutè loquẽdo,nihil fit in mũdo contra uoluntatẽ angelorũ.Vt enim 3. dr̃ Ethicorum,Id simpliciter voluntariũ dr̃,ꝙ quis vult in particulari,consideratis oĩbus,quæ circunstãt,quãuis in vniuersali nõ esset volũtarium:quemadmodũ nauta absolutè nõ uult merciũ ꝓiectionẽ in mare,sed imminẽtis submersionis periculo:ꝑꝑ quod, hoc ẽ magis uoluntariũ, q̃ inuolũtarium, ut dr̃ ibi. Conformiter angeli culpas,& pęnas non volunt loquendo,nihilominus uolũt circa eos seruari ordinẽ diuinæ iustitiæ, qua Deus iusto iudicio ꝑmittit quosdam peccare,ac debitè punit. Hæc Thomas in Sũma.¶ Insuꝑ, de hoc,an gaudiũ custodientiũ angelorũ minuat̃,aut crescat &c.ait in Scripto: Gaudiũ angelorũ nõ minuit̃ ex dãnatiõe sibi deputatorũ,qm̃ numer⁹ electorũ minorari nõ valet. Gaudẽt quoq; de bonis suis oꝑibus, q̃ custodiẽdo egerũt, quamuis custoditus dãnetur.Hæc Thomas ibidem.

Philoso.

Bonauẽt.

angeli gaudiũ ob cõmissi dannationem nõ minuitur.

¶ Hinc Bonauentura disseruit:Ex saluatione hoĩnum crescit accidentale gaudiũ angelorum.non tñ sequit̃ ex hoc,ꝙ ex dãnatione hoĩm incurrant detrimentũ,aut dãnum gloriæ p̃habitæ.Si,aũt sit detrimentũ respectu rei habendæ, hoc solũ est:qñ ex impedimẽto remanet indigentia aliqua,aut imperfectio in eo,q impedit̃:& ita non est in ꝓposito,qm̃ quãtũcumq; ille,q custodit̃,damnet̃, nihilominus tñ angelus saluũ habet pręmiũ suum,quãtũ ad gaudium,qđ habet in Deo,& quantũ ad gaudiũ, quod hẽt in seipso seu de proprio bono.Gaudebit, q̃ppe de bonis oꝑibus,quę fecit circa eum,q̃ custodiuit. Et itẽ quantũ ad gaudiũ,qđ habet in alio, qm̃ uno cadente,alter accipit eius coronã.Hinc quãuis ruina angelica nõ reparat̃ ex illo,reparabit̃ tñ ex alio. Quãuis ergo ꝑꝑ culpam illius custoditi patiat̃ hoc impedimẽtum ꝙ de ipso nõ gaudeat,aliũde tñ tantundẽ gaudebit. Præterea sicut duplex ẽ finis in se, est loqui ornatè:alteri uerò ꝑsuadere,ẽ finis eius in alio.sic & accidẽtale p̃miũ angeli duplex est: unũ, quo gaudet de operibus bonis, q̃ fecit: aliud,quo gaudet de salute eius,quẽ custodiuit.Et quẽadmodum artifex si habeat finẽ primũ,careatq; scđo,nihilominus perfectè habere dr̃ methodum,si ex contingentibus nihil omisit: sic angelus, qui fideliter custodiuit sibi commissum ex propria culpa dãnatum,ꝑfectum habet meritum,& dũ de bonis operibus suis gloriatur. Hæc Bonauentura. ¶ Circa hæc scribit Albertus:In angelis nõ sunt gaudiũ,& tristitia,ꝓut sunt passiones sensitiuã aĩæ partẽ respicientes. est tñ in eis gaudiũ intellectuale, bonæ actioni annexum, ꝙ vt super decimum Ethicorum fassus est Michael Ephesius,est uniuscuiusq; naturæ refloritio in propria operatione,& hoc gaudium angelorum est diffusio naturę angelicæ in operatione, quæ sibi est propria ſm theophaniam.& illuminationem descendentẽ à Deo in angelos ideo gaudere dicunt̃ in conuersionibus peccatorum,profectibusque bonorum,qm̃ hęc per illuminationem descendunt in illos.Nec sequitur,accidit eis tales gaudiũ, ergo & tristitia opposita, eo ꝙ opposita habent fieri circa idẽ:q̃a ut dr̃ decimo Ethicorum, tale gaudium,talisq; delectatio non habent cõtrarium, sed gaudiũ,& delectatio(ut sunt passiones)contrariã habẽt tristitiam.Insuper dico,ꝙ angelus præscitum custodiẽs,uult eũ saluari,& Deus uult eum hoc velle,sicq; in hoc se cõformat uoluntati diuinæ. uerum tñ sciens finalẽ p̃sciti uoluntatem esse ad peccatum vertendam,& Deus per ultimam sententiam decreuit eum damnare,se in hoc Deo conformat. Non enim ista sunt opposita,aliquem uelle saluari,inquantum suæ curæ, atque custodiæ est commissus, & eundem uelle damnari,propter finalem Dei sententiam,& finalem illius impœnitentiam. Amplius,in angelis, ac beatis præmium substantiale non crescit,neque decrescit.præmium autem eorum accidentale, quòd est gaudere de multis bonis operibus,quæ quis fecit,& de multorũ beatitudine quos conuertit,ac custodiuit. & meritum præmij huius in quibusdam crescit quotidie,& decrescit. Nempè quo plura bona fecit in custodiendo angelus siue homo,& quo plures conuertit,eo in pluribus exultabit:& quo egerit pauciora,eo in paucioribus congaudebit.& ita non est inconueniens dicere,quòd crescat in angelis ex custodia meritum, accidentaleque præmium. Concordat Vldaricus.

Premium angeli accidentale duplex

Albertus.

Michael Philosop.

Aristot.

¶ Ad obiecta dictis patet solutio. Quòd enim in angelis non sunt dolor,aut pœnalis affectio, est ex sublimitate status,ac felicitatis eorum.Detestantur quoque, horrent, & aspernantur peccata: tamen inquantum sunt pœnæ idest de merito præcedentis culpæ à Deo iustè permissa, sic & ipsi sustinent ea,sicut & Deus.

QVASTIO V.

Arguitur primò pro parte negatiua.

QVintò quæritur, *an inter angelos sanctos sunt pugna,atque discordia.*¶ Videtur, ꝙ non, qm̃ inter eos est summa pax,charitas,& cõcordia,sicut vera, & plena requirit beatitudo, iuxta illud: Qui posuit fines tuos pacem.Secundò,inter angelos est tranquilissima prælatio,& in omni causa concordant in Deo. Psal.47.

¶ In contrarium est, quòd Danieli angelus sanctus testatur,Princeps Persarum restitit mihi viginti,& uno diebus.Itemque, Quatuor uenti cæli pugnabant.per quos secundum Glosam,designantur quatuor angelicę potestates.quatuor principalibus regnis prælatæ. Dani. 10. Dani.7.

¶ Circa hoc scribit Antisiodorensis in Summa libro 2. Ieremias prophetauerat populum israel à Babylonica captiuitate liberandum mox septuaginta annis completis,quos Daniel sciens impletos,orauit pro liberatione populi sui. cui angelus dixit tẽpus esse impletum,orationemq; eius esse exaudiẽdam.& addidit, Princeps persarũ.i. angelus ille de ordine principatus,ut dicitur,præsidẽs regno Persarum, restitit mihi. Sicq; uidet̃ inter angelos illos sanctos fuisse discordia.Ad quod dicimus, ꝙ nihil aliud fuit illa resistentia,nisi ꝙ angelus Persarũ reuelauit angelo Danielis(cum esset eo superior)aliquid esse sibi reuelatum,quod non angelo loquẽti ad Danielem.Reuelauit, inquam, ei ipsum uelle contrarium eius,quod Deus uolebat, & ille acquieuit,uoluntatemq; suã diuinæ supposuit uoluntati. Voluit autem princeps Persarum nondum liberari Iudæos,ut cessaret odium Persarũ aduersus eos, quos ipsi perfuerant aliquando persecuti. Et fortè ipse erat archãgelus & ei reuelauerat Deus Iudęos nondum plenè purgatos:quòd tamen non reuelauerat angelo Damielis, qui erat de simplicibus angelis.Hæc Antisiodorensis. Ier.25.29. Dan.10.

¶ Cuius responsio est obscura,& continans quædã increata,uidelicet,ꝙ angelus Danieli apparens, & loquens,fuit de simplicibus angelis, cum in lib. Danielis legatur Gabriel extitisse,iuxta illud in Daniele:Eece uir Gabriel stetit coram me,&c. Diony. Dani. 10. Dani.9.

¶ Porro Tho planius pleniusq; respõdẽs: Verba inquit,hæc Danielis, ex q̃bus tota hæc difficultas exorta est,à sanctis diuersimode exponunt̃.Hieronymus T. Aquas.

mus nãq; ait, ꝙ princeps ille Persarũ resistẽs liberationi Israeliticæ plebis, fuit angelus malus Persis ꝑlatus. quẽadmodũ.n.vnicuiq; hoĩ dat̃ ad exercitiũ vnus angelus bonus, & alius malus, sic singulis gẽtibus duo angeli p̃ponunt̃, vn⁹ bonus, alius mal⁹. Sed hæc nõ est dubitatio minor.Cõstat.n.ꝙ angelus loquẽs Danieli,extitit bonus.[q]ũo ergo tot diebus efficaciter ei restitisset angelus malus, nisi cãm hẽret iustã, quã si habuisset, possibile fuit multo plus resistẽtiã illã fieri ꝑ angelũ bonũ? Ideo cũ B.Gregorio ẽ dicẽdũ,ꝙ vterq; angelus fuit bonus,ꝙ ẽt magis ɔsonat literæ,q̃ in eadẽ locutionis serie principẽ Persarũ noĩat angelũ illũ, & Michaelẽ principẽ Iudęorũ, quẽ ɔstat esse angelũ sc̃tũm. Hæc autẽ pugna ſm Greg. ita est intelligẽda: Cũ Dei iudicia sint abyssus multa,ꝓfunditatẽ iudiciorũ eius angeli sc̃ti ɔphendere nequeũt. ideo q̃d vnicuiq; gẽti,aut hoĩ debeat̃ ſm dispositionẽ diuinã,nõ sꝑ intelligunt nisi eis desuꝑ reuelet̃. In diuersis verò gẽtib⁹ merita ĩueniunt̃ diuersa,ſm quorũ diuersitatẽ vr̃,ꝙ vna gẽs dẽat alteri esse subiecta,vel ab eius dñio liberari. sicq; in Iudęis tũc fuit, qm̃ Danielis orõ q̃tũ in se fuit, liberationẽ populi Israel merebat̃:sed pc̃tã plebis illius,& itẽ vtilitas,quã fecit in regno Persarũ, q̃a ꝑ eũ notitia veri Dei diffundebat̃ in regno Persarũ,erant, in ɔtrariũ. Cũq; vnusq̃sq; angelus ſm suũ offim̃ ad diuinæ sapĩæ examẽ referat merita sibi subditorũ, ideo ɔtriorũ relatio meritorũ ꝑ diuersos angelos facta, diuinã sñiam p̄stolantes, pugna angelorũ vocat̃, quorũ ɔcordatio est ĩ ꝑceptione diuinę sñię,seu illuminationis suꝑnę, ꝑ quã de diuina voluntate docent̃. Hoc q̃ppe ɔcorditer volunt, ꝙ ꝑcipiunt Deũ velle. Vñ dr̃ in Iob: Deus facit cõcordiã in sublimib⁹ suis. Diuersitas aũt opinionũ nõ repugnat amicitię, neq; ɔcordiæ, sed solũ diuersitas volũtatũ.Hinc talis pugna,q̃ ẽ ſm iudicia ex diuersis meritis sũpta,nõ obstat vnitati charitatis,cũ uoluntas eorũ sit vna,vt s. diuina ꝓuidentia expleat̃. Hæc Thomas in Scripto.

Hie. super Danielem capite 10.

Gregori⁹.

Psal. 35.

Iob. 25.

¶ Quo circa pẽsandũ, ꝙ B.Hie. verba illa Danielis valde humiliter, ac sobriè exponit sine assertione in cauta. Vñ & Thomas in ꝑte prima Sũmæ, q. 113.expositionẽ Hieron.nõ improbat. Hier. ingens, principẽ regni Persarũ, dicit fuisse angelũ q se opposuit liberatiõi Iudęorũ, ꝓ q̃b⁹ Daniel ĩuocauit, & Gabrielẽ p̃ces suas Deo p̃ntãtẽ rogauit. Hęc verò resistẽtia ita poterat fieri, ꝙ princeps aliq̃s dæmonũ Iudæos, in Persidẽ ductos ad pc̃m̃ induxerat, ꝑ qđ impedimentũ fiebat exauditionis orõnũ Danielis.Secundũ Gregoriũ verò 17. moraliũ, princeps ille Persarum fuit angelus bonus &c. ut supra.Hæc Tho. in Sũma.

Hierony. Daniel. 9.

Gregori⁹.

¶ At verò Petrus:Inter angelos,ait, nunq̃ ẽ repugnãtia,neq; discordia ꝓpriẽ sumpta,attñ ſm ɔsiderationes diuersas põt esse inter eos diuersa app̃hensio de eodẽ, non tñ diuersa diffinitio,seu determinato. Diuersitas aũt illa inter diuersarũ angelos ꝓuinciarũ, ex tribus ɔtingit. Primũ ex ignorãtia sñiæ diuini iudicij.scđm diuersitas,& quasi ɔrietas meritorũ.tertiũ est ɔsultatio angelorũ referentiũ se ad Deũ & præstolatio diuinæ sñiæ,&c.ut s. in Thoma.¶ Richardus quoq;: Oẽs,asserit, creaturæ à primo ꝓcedunt principio, & q̃to plus distãt ab eo, tãto magis distãt & inter se, & quo amplius creatori ꝓpinquat, tãto plus inter se vniunt̃.Propter quod 5.de diuinis noĩbus ca.S.Dion.egresionẽ creaturarũ à Deo,cõparat exitui linearũ à centro, q̃a quo lineæ plus elõgant̃ à pũcto, tãto plus distãt ab inuicẽ.Cũq; angeli sc̃ti sint Deo beatificè, & immediatè cõiũcti, sunt & inter se ꝑfectissimè ꝑ amorẽ vniti, ꝙ non esset, si inter se haberẽt discordiã. Pugna ergo eorum nõ nisi metaphoricè dr̃ pugna, ut s. Hæc Richardus. ¶ Concordat Albertus. Nõ est inq̃ens,inter angelos ex custodia ɔdictio,nec pliũ.Non.n.hæc ɔdicunt,populũ esse liberãdum p̃cibus, ꝓphetarũ,& nõ esse adhuc liberãdum,eo ꝙ nõdum satis sit castigatus. Hinc suꝑ illud B. Iob,Qui facit ɔcordiã in sublimibus suis,ait Greg. Sublimes spũs gẽtibus principãtes,nequaq̃ ꝓ agẽtibus iniuste decertãt, sed eorũ facta iustè iudicãtes examinãt, cũq; vniuscuiusq; gentis culpa,aut iustitia ad suꝑnæ sapĩæ ɔsiliũ ducit̃,eiusdẽ gentis ꝑpositus obtinuisse, aut nõ obtinuisse p̃hibet̃, quorũ tñ oĩum ɔcordia est sui suꝑ se opificis sũma voluntas, quã dũ suꝑ se sꝑ aspiciunt, ꝙ obtinere nequeunt, nunq̃ volunt. Rectè ergo dicit̃, ꝙ angeli sc̃ti ɔ se veniunt,qñ subiectarũ sibi gẽtium merita ɔdicũt. Hæc Albert⁹ in Scrip.Idẽ lib. de coæquis. ¶ Vdalricus demum: Ex carẽtia,inq̃t,iudiciorum Dei, vñr interdũ angeli discordare. Circa ꝙ dicim⁹, ꝙ voluntates angelorum p̃nt materialiter discordare, puta in volito, nõ autẽ formaliter. i.in rõne volitorum, qm̃ oẽs volunt, ꝙ iustum est, & ꝙ Deo placere cognoscũt. Liberatio verò Iudæorũ de captiuitate iusta fuit ꝑꝑ ꝓmissionẽ, qua Deus ꝑ Ieremiã ꝓmisit eos (70.annis elapsis)redimere, & ꝑꝑ sc̃tõrum,p̃sertim Danielis,p̃ces,& merita. Propter qđ in Zacharia angelus interpellãs ꝓ Israel dixit: Iste septuagesimus annus ẽ. Alia rõne iustum fuit vt diutiùs captiui manerẽt, ꝑꝑ pc̃tã eorum ĩ ipsa captiuitate ɔmissa, p̃cipuè qm̃ alienigenas duxerunt vxores, à q̃bus vxorib⁹,& peccatis nõdum fuerunt separati, neq; purgati,sed post reditum factum est hoc in Iudæa, ut patet in Esdra. Hęc Vdalric⁹. ¶ Qui ẽt scribit hic:Hie. dicit angelos, de q̃bus dr̃ Danieli, fuisse principes malos, de q̃bus ad Corinthios Apostolus, Sapĩam loq̃mur nõ principium seculi huius. Sed hoc est ɔ id, qđ sequit̃ ibi, quod ipse princeps venit ꝑꝑ orõnẽ Danielis, & Daniel uocat eum dñm, & confortauit Danielẽ. Circa hæc verba Vdalrici, dico ꝙ Hierony. super Danielẽ ꝑ principẽ Persarum, principẽq; Græcorum, intelligit spiritus malos:spiritum verò, q venit ad Danielẽ,& eum cõfortauit,docuit, & erexit,intelligit spiritum bonum, vt patet in eius cõmentario suꝑ Danielẽ. ¶ Rñsio demum Alexandri consonat Thomæ, & tota sententialiter continetur in præinductis.

Discordia angelica oritur ex tribus.

Petrus.

Richard⁹.

S. Diony.

Albertus.

Iob 25. Gregorius

Vdalricus.

Zacha. 5.

1. Esdr. 16. Hierony.

1. Cor. 2.

Danie. 10

QVAESTIO. VI.

Arguitur primo cõtra veritatem.

SExtò q̃rit̃ de ꝓfectu angelorum sanctorum ĩ cognitione. *An s. ministrando, custodiendo, ac iuxta Dei imperiũ extrinsecus operando, proficiant in Dei cognitione essentialive præmio, aut saltẽ in aliarum notitia rerum præsertim, an mysterium incarnationis per ecclesiam didicerunt.* ¶ Vr̃ ꝙ in Dei cõtẽplatione,& p̃mio essentiali ꝓficiant. oĩs nãq; actio ex charitate procedens, est meritoria uitæ æternæ: sed angeli in charitate perfecti sunt, ergo ministrãdo ex ea maximè promerent̃. Rursus, cum Deus sit liberalissimus præmiator, nequaq̃ illa assidua angelorum obsequa prõptissima charitate, ac ꝓfundissima humilitate, atq; ingẽti reuerentia sibi, & suis ministris exhibita deserit irremunerata Insuper s̃ oñsum est, ꝙ angeli sc̃ti mutua locutione, & illuminatione cognoscũt quædã de nouo. Quod verò mysterium incarnationis ex apostolorũ prædicatione didicerint, uidetur ex verbis Apostoli ad Ephesios: Vt innotescat, inq̃t, principatibus, & potestatibus in cælestibus, &c.

2

3

Ephesi. 6.

¶ Circa hæc loquit̃ Thomas: Secundum philosophum. motus,& oꝑatio differunt. operatio nãq; est opus perfecti, ut lucere actus est lucidi, & intelligere actus est intellectus iã actuati. motus autẽ actus ẽ imperfecti ad perfectionẽ tẽdẽtis. Ideo ꝙ est in vltima

Motus, & operatio differunt.

ma sua perfectione, hēt operationem sine motu, ut Deus, ꝙ verò distat ab vltima sua ꝑfectione, hēt operationē motui iunctā. cūq; ꝓficere in beatitudine, sit ꝗdā motus naturæ tēdētis in ꝑfectionē, ideo qūcunq; angelus, aut hō ponit in vltima sua perfectione opatio eius nō est meritoria, neq; ꝓficiens. Verū de hoc qū angelus est in sua vltima ꝑfectione, sunt duæ opiniones: Vna, quā Magister approbat, vtpotè ꝙ hoc erit in die iudicij. alia, q̄ ēt in litera tangit, ꝙ hoc fuit in prima ipsorū ad Deum ꝓuersione, & cōfirmatione. Et hæc ꝓbabilior mihi vr, qm vltima ꝑfectio rei est in termino suæ viæ. terminus verò viæ angelorū, fuit ꝓfirmatio eorundē Non. n. nunc viatores dnr, nisi forte ſm qd, inquātum circa viatores opant: tum, qm idē iudiciū est de hoibus post mortē, & de angelis post ꝓfirmationē, seu lapsum. Hæc Thomas. De qbus pertranseo, qa ꝓhabita sunt, sicut & qōnes de ꝑfectu sciæ angelorum ex mutua locutione, & illuminatione. ¶ De vltima vero parte q̄sti rndet Thomas: De hoc vr cōtrouersia esse inter sanctos Dionysiū, & Augustinū, & inter Hieronymū. qa Hieronymus ponit duo: vnū, videlicet ante incarnationē angelos incarnationis mysterium ignorasse, & quo ad hoc, vr ei obuiare Augustinus, dicēdo, ꝙ à seculis. i. à mundi exordio hoc nouerunt. Secundū est, ꝙ angeli hoc mysteriū ꝑ hoies didicerūt, & q̄tum ad hoc, vr ei B. Dionysius obuiare, ꝓtestās hoies ꝑ angelos inde instructos ſm ordinē diuinæ sapiæ immobiliter cōstitutum, quo inferiores ꝑ superiores diuinitus illustrant. Vt aūt sciatur qualiter quodlibet horū posit verificari, pensandū, ꝙ incarnationis mysteriū dupliciter pōt cōsiderari. Primò, q̄tum ad substātiā facti, & sic à principio mūdi omnes angeli id nouerunt futurum, s. incarnationem, passionē, resurrectionē &c. Secundò, q̄tum ad cōditiones illud circūstantes, vt quod sub tali ꝑside, illaq; hora Christus esset passurus, & hoc à principio non sciuerunt. sic ēt differunt ꝓpheta, & euāgelista, qa ꝓpheta prænunciauit substantiā facti, euāgelista ēt recitat modū, & circunstantias rei. Quantum ad ſcdm, notādum ꝙ angeli dupliciter sumunt notitiā rerum, primò per illuminationē, sicq; angeli ꝑ homines nihil recipiunt, sed inferiores à superioribus illuminant, & superiores immediatè à Deo, ꝑ quē modum multæ rōnes mysteriorum ecclesię edocentur, secundò ꝑ modum cōpletionis rerum, quēadmodum futura cōtingentia cognoscunt, dum actu cōplent, per hoc ꝙ esse eorum ad effectus determinant, ut in eis queant agnosci: & sic q̄dā, q̄ circa incarnationis mysterium nesciebāt, prædicātib⁹ apostolis dum actu cōplebant nouerunt, nō tn ab apostolis inde edocti. Porrò vt sup præta cta verba Apostoli ait Glos. in apostolicis illis verbis cum dr, vt innotescat &c per ecclesiā, hoc cōplexum, per ecclesiā, nō determinat verbum hoc, innotescat: sed præcedēs illud cōplexum, illuminare oēs: ut si sensus, ꝙ apostolus erat data gratia illuminādi oēs de ecclesia. Hieronym⁹ tn vult, ꝙ determinet verbum hoc, innotescat, & tunc intelligēdum est mō prædicto. Pōt quoq; intelligi de ecclesia angelorum, ad quam colligēda est nostra ecclesia. ut sit sensus, Mysterium incarnationis fuit absconditum in Deo: ita tamē, ꝙ à seculis innotuit principibus per ecclesiā. i. in cælesti ecclesia. Et hanc expositionem ponit Augustinus quinto super Genesim. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Porrò in prima parte Summæ, qōne 117. Inferiores, asserit, angeli loq; superiorib⁹ possunt. sed de diuinis superiores ab inferiorib⁹ nunq̄ illuminant. Quēadmodum verò inferiores angeli superioribus subdunt, sic supremi hoies viatores infimis angelorum iuxta illud: Qui minor est in regno cælorum, maior est illo, puta Iohānes Baptista vt viatore. Hinc de rebus diuinis, vt de mysterio incarnationis, angeli ab hoibus nunq̄ sunt illuminati, neq; illuminātur. Quod autē Apostolus loqtur. Mihi omium sctōrum minimo data ē gra, hæc illuminare oēs, q̄ sit dispēsatio sacramēti absconditi à seculis in Deo, Aug. exponit sic: Absctōditi inq̄, ut tn innotescat principibus, & ptātibus in cælestibus per ecclesiā multiformis sapia Dei. quasi dicat, Ita hoc sacramētum fuit absctōditum hoibus, ut tn cælesti ecclesię notū esset. Pōt quoq; dici, ꝙ id, quod absctōditum est in Deo, non tn innotescit angelis desuper, sed etiā apparet dum expleē per homines. Hæc Thomas in Summa.

¶ Idē Petrus, & addit: Circa incarnationē est ꝓsiderare ꝓditiones gnales ex diuina ꝓuidentia depēdentes, ut Chrm de virgine incarnandum, nascituram &c. Itē cōditiones speciales ex libero arbitrio determinatarum personarum pēdentes, ut ꝙ incarnareē ex Maria virgine, ꝙ patereē sub Pontio Pilato, tradereē à Iuda, ꝓdicareē, à Paulo, atq; ut Haymo scribit, quasdā cōditionum istarum maiores angeli ꝑ quos incarnationis mysteriū annunciatū est, & Gabriel præsciuerunt, alij verò non. Hæc Petrus.

¶ Cō cordat Richardus, adijciēs: In angelis respectu Dei maior ē posibilitas, seu potētialitas, q̄ actualitas: ideo inter eorum naturā, & Deum, q̄ purus est actus, est maior distātia, q̄ ꝓpinquitas, maiorq; dissimilitudo, q̄ similitudo. Et q̄uis angeli potuerūt disponere se per suum actuale ad gloriā, non tn se potuerunt intrn disponere, q̄tum de gra recipere potuissēt: ideò q̄uis eorum capacitas sit repleta per cōparationē, ad dispositionē, q̄ potuit in eis esse per suum actiuum, nō tn ꝑ cōparationē ad receptibilitatē, q̄ est in eis per suum posibile passiuum. Porrò ī aīa Chri, & in aīa virginis gloriosæ, tn est de gra, q̄tum per suum posibile absolutè recipere potuerunt, ita ꝙ Deus in illis aīabus nō plus posset ponere de gra, neq; de gloria Hęc Richard⁹. ¶ Cuius hoc vlcimum dictum vr parumper obscurum. Cum etenim aīa Chri, ac sacratissimæ virginis eiusdem sint speciei, vr in eis æqualis esse naturalis capacitas ad gra m, & gloriam. cumq; gra aię Chri, & gloria aię eius, multo plus trāscendat gram & gloriā suæ præstantissimæ matris, q̄ gra, & gloria deiferæ virginis gram, & gloriā cuiuscunq; sctōrum, vr ꝙ Deus oīpotēs plus grę, & glorię de sua absoluta potētia possit cōferre, seu dare potuerit aīæ electissimæ virginis, q̄ donauit, quam q̄ tn ei cōtulerit q̄tum condecuit. Oīa qppe in numero, mensura, & pōdere egit, ac statuit. ¶ Bonauētura quoq;: Cognitio, inq̄t, in angelis q̄dā est à natura, q̄dā à gra. Prima est duplex. q̄dā etern dr à natura, qa naturaliter est inserta, vt eorum cognitio, q̄ sunt à prima mundi constitutione. Et quo ad hāc, angeli non ꝓficiunt, neq; deficiunt. Nā quo ad hāc, habuerūt vniuersales oīum species. Alia habeē per naturalē potentiā, siue sit innata, siue acq̄sita. & q̄tum ad hāc, angeli ꝓfecerunt ſm ꝓcessum tēporis per multiplicē experientiā, & cōuersionē super ea, q̄ fiunt de nouo. Cōformiter q̄dā est cognitio à gra fixa, q̄dā à gratia influēte. Quēadmodum. n. in mēbris corporalibus ponunt q̄dā virtutes influētes, q̄dā fixæ, seu vita q̄dā influens, q̄dā fixa: ita intelligēdum ē in spiritualib⁹ mēbris, angelicisq; spiritibus, in qbus gra fixa, est gra cōfirmationis: & cognitio à gra illa ꝓcedēs, est visio lucis æternæ, in qua nec ꝓficiunt angeli, nec decrescunt. cognitio autē, q̄ est à gra influēte, est cognitio reuelationis.

Matt. 11.

Ephe. 3.

August.

Petrus.

Haymo.

Richard.

Dionys.

Sap. 11.

Bonauen.

Angeli diuersa ꝑditus est cognitione.

tionis. Quæ ideo dr influens, qa non semper reuelat Deus mysteria, sed loco, & tēpore opportuno. Atq; ſm hanc intelligit Magister angelos ꝓfecisse in Dei visione, non qa verbum viderint apertiùs, sed qm facta est eis reuelatio q̄dā de verbo. Quod verò ait Gregorius. Quid est, quod nō vident, qui vidētem oīa vident, nō est dictum per proprietatem, sed per æquiualentiā, & sufficientiam: quia cognitio solius verbi adeo sufficit angelis, ac si oīum rerum notitiam ēt in particulari haberent. Hęc Bonauentura.

¶ Præterea circa prēhabita asserit Alexāder: Quidā angeli cognouerunt mysterium incarnationis à principio non creationis, sed cōditionis, cū dictum est, fiat lux, & facta est lux. Alij verò non cognouerunt illud ex tūc, sed post plenè nouerunt dum fuit impletum. Duplex quoq; pōt distingui cognitio, puta in verbo, & in genere proprio. Primo modo cognouerunt à principio, nō secundo modo. Vnde libro quinto super Genesim dr: Mysterium incarnationis nō in Deo tn innotescit angelis, verum etiā eis in hoc mundo apparet, cum realiter manifestat, iuxta illud Apostoli ad Timotheū: Manifestè magnū est pietatis sacramētū, ꝙ manifestatum est in carne, iustificatū est in spū, apparuit angelis, ꝓdicatum est gentibus, assumptum est in gloria. Hæc Alexander.

¶ Ad intelligentiā ꝓdictorum conferunt, q̄ scribit Henricus sexto quodlibeto, q̄stione, qua quærit, an CHRISTVS ſm ꝙ hō, illuminet angelos: Oīs, inq̄t, illuminatio procedit ſm ordinē, & gradus illuminantiū, & illuminātorū, ita ꝙ superiora in gradu, & ordine, nata sunt inferiora illuminare, inferiora verò nō illuminant superiora. Et qa (ut patet ex diuini Dionysij dictis) iuxta naturalis ordinis rōnem ordo supernaturalis illuminationis procedit: sciendum ꝙ duplex est ordo rerum, & ſm hoc duplex est ordo illuminationis inferiorū à superioribus. Est. n. quidā ordo rerum in esse naturę, qdam in esse gratiæ. Ordo rerum in esse naturæ, est ſm quem Deus trinitas naturalirer est super oē ens, atq; ab ipso vniuersæ creaturæ, ſm ordinem gradus naturalis, ꝓcedunt à summa inclusiuè, vsq; ad infimā. Ordo rerum in esse gratiæ, est ſm quem Deus trinitas super oīa bonus existens, donis gratiæ intellectualē creaturā ad seipsum reducit. Itaq; post diuinā, & supercælestē hierarchiā, q̄ consistit in *earum ordine, q̄ in diuina considerant essentia, ut sunt rōnes attributales, & personæ ad perficiendū totius mundanæ hierarchię decorē, sequit ordo creaturarum hierarchicus duplex, se cundū ꝓtactum duplicem ordinē rerum. nēpè secūdum primum ordinem hierarchia creaturarū incipit à creatura in gradu & dignitate naturæ supremæ, q̄ lucifer credit extitisse. post spiritus verò cęlestes sequit spiritus humanus. Et qa hi spiritus, per dona naturæ nequeunt suo creatori perfectē cōiungi, idcirco est ordo secūdus per gratiā ad intellectualem creaturā per se, ac specialiter pertinens, q̄ circulo quodā perfecto per gratiam, & gloriā ad creatorem vnitiuē reuertitur. Estq; ordo grāe sublimior ordine naturæ, & angeli sancti dñantur dæmonibus, q̄ eis ordine naturæ possunt esse sublimiores, saltē nonnulli. Nec solū hoc, sed & hoies per dona grāe, & gloriæ angelis etiā bonis queunt ꝓferri. Christus autē Deus, & hō cūctis angelis ineffabiliter est prælatus secundū naturam assumptā, nō q̄tum ad ordinem naturæ, seu quo ad naturalia sua, sed q̄tum ad ordinē grāe, secundū quod per dona grāe, & gloriæ angelis, & oī mente creata est altior, ideò oēs illas in ecclesia triumphāte, ac militāte pōt illuminare, & de plenitudine sua exhuberantissima illis cōicare, imò & post ipsum gloriosissima virgo mater ipsius, de qua in sermone quodam de eius natiuitate fateē Maximus: Cælum, quod penetrasti, & cuncta contenta in eo, noua & ineffabili gloria decorasti, qa priorem gloriā eius ex præsentia tua vltra, q̄ dici possit, aut cogitari, magnificasti, noua, ac præcellenti virtutum tuarum dignitate illis irradiās, immensaq; gratiarum tuarum luce perlustrans. Vnde ob istam illuminationem angeli sancti in Christum prospicere desiderant, deinde & in præstantissimam matrem ipsius. Hęc Henricus.

¶ Postremò Albertus, & Bonauentura. asignant duodecim effectus custodiæ angelorum, quos tn diuersimodè exprimunt. Bonauētura qppe sic scribit: Cōsueuerūt magistris effectus custodię huius duodecim asignari, q̄ ex scripturis eliciuntur. Primus est pro delectis increpare. vnde in libro lucidum dicit: Angelus descendit de Galgala ad locum fluentium, & dixit: Eduxi vos de terra Aegypti &c. & nō audistis vocem meā. Quare hoc fecistis? Secundus est, à vinculis peccatorū absoluere saltem dispositiuè, ad quod designādum scribitur in Actis cum dictū est, Angelus domini astitit, paulo post subditur: Et ceciderunt catenę de manibus eius. ¶ Tertius est, impedimenta boni auferre, in cuius signum legit in Exodo angelus dñi primogenita percussisse Aegypti. ¶ Quartus est, dæmones arcere, vt est in libro Thobiæ: Dæmonium ab ea ipse cōpescuit. ¶ Quintus est docere, vt in Daniele, Nunc egressus sum ut docerē te. ¶ Sextus, secreta reuelare, sicut in Genesi tres angeli summæ trinitatis mysteriū expresserunt, quorum vnus addit ibidē: Nū celare potero Abraā, q̄ gesturus sum? ¶ Septimus, consolari, ut in Thobia, Aequo aīo esto in proximo est ut à Deo cureris. ¶ Octauus, in via confortare, vnde in 3. Regum libro dicit, Surge, & comede, grandis enim tibi restat via. ¶ Nonus est, in via ducere, atq; reducere, ut in Thobia, Ego ducā, & reducam filium tuum. ¶ Decimus est, hostes deijcere, vnde in Isaia: Angelus percussit in castris Assyriorum &c. ¶ Vndecimus, tentationes mitigare, quod significatū est in Genesi vbi Iacob legitur luctatus cum angelo, & benedictione accepta confortatus, ꝙ q; emarcuit neruus femoris eius. ¶ Duodecimus est, pro nobis orare, & orationes nostras in cælum deferre, unde in Thobia: Quando orabas cum lachrymis, ego orationem tuam obtuli Deo. Hæc Bonauentura.

¶ Albertus verò sic exprimit ista: Ponunt ab antiqs magistris 12 effectus custodiæ. ¶ Primus est excitare à somno inertię, & illuminare, ac soluere à vinculis peccatorum, quod significat ibi: Angelus dñi astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris. percussoq; latere Petri, excitauit eum, dicēs: Surge uelociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. ¶ Secundus est cōfortare ad labores, & confortātia ministrare, in cuius signum angelus dixit Eliæ à facie Iezabel fugiēti: Surge, vade, & dedit ei sub cineritiū panem, & aquā. ¶ Tertius est, dæmones arcere, ut supra. In cæteris, nāq; Albertus concordat Bonauēturæ, q̄uis alio referat ordine. Additq;, Si effectus isti accipiant per artem, pōt sufficientia eorū sic assignari: Ad custodiā duo exigunt, puta exclusio mali, & adductio boni. Et penes exclusionē mali sumūtur septem de istis effectibus. Triplex. n. excludendū est malum, utpotè malum culpæ, malū pœnæ, & malum dispositiuum ad aliqd horum. Malū culpę consideratur in se, & in causa ad ipsum instigante. Si excludat prout consideratur in se, sic est primus effectus: si verò consideraē in causa, sic considerari potest

Gregorij.

Alexnder.

Gene. 1. August.

1. Tim. 3.

Henricus.

Rerum duplex est ordo.

*eorum

Maximus Episcop. in laudem virginis matris.

1. Pet. 2.

Bonauen.

Iud. 2.

Actu. 12.

Exod. 12.

Thob. 12.

Dan 9.

Gene. 18.

Thobię 7.

Reg. 19.

Isa. 27.

Geue. 31.

Thob. 12.

Albertus.

Actu. 12.

3. Reg. 19.

test dupliciter, videlicet penes instigantẽ, & penes modũ instigationis, si penes instigantem, est tertius effectus, videlicet dæmones coercere: si penes modũ, est undecimus effectus, videlicet tentationes mitigare. Porrò penes exclusionẽ mali est consideratio duplex. Pœna nãq; considerat̃ in se, & quantum ad nocumentum ꝙ infert. Si excludit̃ malum in se, sic est effectus, septimus, q̃ est adiutoriũ contra hostes: si excludit̃ quantum ad nocumentum, ꝙ infert, est quintus effectus, qui est consolari afflictos. si est exclusio mali, ꝙ disponit ad malum culpæ, aut pœnę, hoc est dupliciter, aut.n. disponit ad malũ directè, aut indirectè. Si directè, est octauus effectus, qui est increpatio pro delictis: si indirectè, sic est nonus effectus, q̃ est auferre impedimenta peccandi. Si verò pensetur custodia in adductione boni, seu in deductione ad bonũ, hoc est dupliciter: nã bonum illud, aut est ex parte intellectus, aut ex parte affectus. Si ex parte intellectus, aut est de bonis pertinentibus ad salutẽ, aut de bonis pertinentibus ad reuelationem. Si primo modo, est quartus effectus, q̃ est docere salubria. si spectat ad reuelationẽ, est sextus effectus, q̃ est reuelare mysteria per apparitiones. Si autem est bonum, affectus considerat̃ tripliciter. s.n. cõsideret̃ affectus secundum statum, tunc vel est affectus nõ existens proprio genere, sed confortantibus indigẽs: & sic est secundus effectus, qui est confortatio ad bonũ, vt via pœnitentiæ peragat̃. Aut secundum feruorẽ affectus, qui indiget duce ne feruor præcipitet eũ, & tunc est effectus decimus, qui est ducere, atq; reducere. Si verò sit ad bonum affectus impetrandum, tunc est effectus duodecimus, qui est orare, & orationes offerre. Hæc Albertus.

Vdalricus ¶Vdalrico demum videtur quasi superfluum esse effectus custodiæ angelicæ numerare, cum innumerabiles esse probentur ex scripturis nihilominus dici põt, quod prætacta dinumeratio illorum effectuum bona & apta sit, & data in generali, ad quam alij possunt reduci. ¶De hoc quoq; an angeli per

Dionysi. hoĩes in diuinorũ proficiãt cognitiones mysteriorum, scribit sicut p̃habitum est, qualiter de hoc Hieronymus & Augustinus diuersimodè sensisse videntur, atq; p̃habita verba Apostoli diuersis modis exponant. **Augus.** Concordantiã etiã Haymonis, qua illos cõcordat, quã & Alexander sequit̃, asserit esse nullam: qm̃ Augustinus dicit, illud mysterium innotuisse à principio angelis, q̃ sunt nũcij ad nos, q̃ sunt de infima hierarchia. Veruntñ ista improbatio s̃m quosdã antiquorum nõ procedit, q̃ dixerunt. Michaelẽ, & Gabriel esse de superioribus angelis, ut dictũ est supra. Itẽ scribit Vdalricus se nõ approbare positionem dicentiũ, ꝙ angeli cognouerunt incarnationis ac passionis &c. mysteria quãtum ad substantiã facti, non quo ad circũstantias, cõditionesq; particulares, q̃ positio est Thomæ, Bonauenturæ, Richardi, multorũq; aliorum: nec tñ Vdalricus idoneã ponit **Vdalric.** improbationẽ positionis illius, sed ait, ꝙ sit contra mentẽ Hieronymi asserentis angelos ignorasse my- **Hierony.** steriũ incarnationis, sed didicisse eos illud per prædicationẽ Apostoli. ¶Verũ hoc dictum Vdalrici nequaquã efficaciter est prolatũ. sequit̃.n. ex eo, ꝙ angeli nescierunt illud ante apostolicã prædicationẽ, cum tñ ad longiùs in Christi ascẽsione didicerint illud à Christo, quãtum ad substantiã facti, & quo ad aliquas circunstãtis eius. ¶At verò Scotus hic sciscitatur, **Scotus.** Vtrum angelus custodiẽs possit effectiuè aliquid producere in anima, quam custodit. Et dicit, ꝙ non, cuius oppositũ patuit sæpe. Et ut ex Gulielmo **Dionysi.** Parrhisiensi ostensum est, lux spũalis angelicorũ spirituum, non est minus idonea, & fœcũda, exuberans, & causalis ad effundẽdum, cõicandum, ac dispergendũ se spiritualiter, q̃ lux solis ad cõicandum, diffundendumq; se sensibiliter, & verè efficienter radios producendo, & splendorem in medio: ideò lux illa angelica emicantias, resplendẽtiasq; producit in mẽtibus interiorum, iuxta modum ex Gulielmo, Alberto, & alijs introductum, quorum positio dictis D. Dionysius, & Augustinus concordat; imò & philosophiæ Peripateticorum, Auicennæ, Algazeliæ, Auerrois, & auctoris libri de causis.

A *Post considerationem de angelis habitam, agitur de aliarum rerũ creatione, & præcipuè de operum sex dierum distinctione. Distin. XII.*

De corporalis creaturę conditiõe quãtũ ad principiũ materiale & hęc p̃ductio dr̃ creatio Gene. 1. a.

HAec de angelicæ naturæ cõditione dicta sufficiant: nunc supest de aliarum quoq; rerum creatione, ac præcipuè de operum sex dierũ distinctione nõ nulla in medium proferre. Cũ Deus in sapĩa sua angelicos condidit spiritus, alia etiam creauit, sicut ostẽdit supra dicta scriptura Gen̄. quæ dicit, In principio Deum creasse cęlũ.i. angelos: & terram.i. materiam quatuor elementorum adhuc confusam, & informem quæ à græcis dicta est χάος, & hæc fuit ante oẽm diem. Deinde elementa distinxit Deus, & species, proprias, atq; distinctas singulis rebus s̃m genus suum dedit: quæ non simul, vt quibusdam sanctorum patrum placuit, sed per interualla temporum, ac sex volumina dierum (vt alijs visum est) formauit.

B *Quòd sancti tractatores videntur super hoc quasi aduersa tradidisse, alijs dicentibus omnia simul facta in materia, & forma alijs per interualla temporum.*

Quidam namq; sanctorũ patrum, q̃ verba Dei, atq; arcana excellenter scrutati sunt,
Augu. li. 1. sup Gene. cap 4 & 7. Itẽ li. 5 c. 15 17. Gre. li 32. Mor c 9. Hieron in quæsti. Geneseos Beda.
super hoc quasi aduersa scripsisse videñt. Alij quidem tradiderunt oĩa simul in materia, & forma fuisse creata. quod Aug. sensisse vr̃: alij verò hoc magis p̃bauerunt, ac asseruerunt, ut primũ materia rudis, atq; informis, quatuor elementorũ commixtionem, atq; cõfusionem tenens, creata sit postmodum verò p̃ interualla sex dierum, ex illa materia rerum corporalium gñ̃a sint formata scd̃m species proprias. Quam sñiam Gregorius, Hieronymus, & Beda, alijque plures commendant, ac præferunt. Quæ etiam scripturæ Geneseos, vnde prima huius rei ad nos manauit cognitio, magis congruere videtur.

Quomo-

C *Quomodo per interualla temporis res corporales conditæ sint.*

Secundum hanc itaq; traditionẽ, ordinem, atq; modum creationis, formationisq; rerum inspiciamus, sicut supra memoratũ est: In principio creauit Deus cælum.i. angelicã naturam, sed adhuc informem, vt q̃busdam placet: & terrã.i. confusam materiã quatuor elementorũ, quam noĩe terræ (vt Augustinus ait contra Manichæos) ideo appella **Augus.**
uit Moyses, q̃a terra inter oĩa elementa minus est speciosa, & illa inanis erat, & incõposita p̃p oĩum elementorum cõmixtionem. Eandem ẽt vocat abyssum, dicens: Et tene- **Gene. 1.**
bræ erãt super faciem abyssi &c. q̃a confusa erat, & cõmixta specie distincta carens. Ea- **Aug. lib. vnico de Gen. ca. 4.**
dẽ etiã materia informis, dicta est aqua, super quam ferebat̃ spũs dñi: sicut superfert̃ fabricandis rebus voluntas artificis, q̃a subiacebat bonæ voluntati creatoris, ꝙ formandũ, perficiendumq; inchoauerat: q̃ sicut dñs, & conditor, p̃erat fluitanti, & cõfusè materiæ, vt distingueret p̃ species varias, qñ vellet, & sicut vellet. Hæc ideo dicta est aqua q̃a oĩa quę in terra, nascuntur, siue aĩalia, siue arbores, vel herbæ, & similia, ab humore incipiunt formari, atq; nutriri. His hoĩbus vocabulis vocata est illa informis materia, vt res ignota notis vocabulis insinuaret̃ imperitioribus, & nõ vno tm̃. Nã si vno tm̃ materia significaret̃ vocabulo, hoc esse putaret̃, quod consueuerant hoĩes in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo noĩbus significata est materia illa confusa, & informis, q̃ nulla specie cerni, ac tractari poterat.i. noĩbus visibilium rerum, q̃ inde futuræ erant p̃p infirmitatem paruulorum, q̃ minus idonei sunt inuisibilia comprehendere, & tunc erant tenebræ.i. lucis absentia. Non.n. tenebræ aliquid sunt, sed ipsa lucis absentia: sicut silentium non aliqua res est, sed vbi sonus non est, silentium dicitur: & nuditas non aliqua res est, sed in corpore vbi tegumentũ non est, nuditas dicitur: sicut & inanitas non est aliquid: sed inanis dicitur locus esse, vbi non est corpus, & inanitas, absentia corporis.

D *Quo sensu tenebræ dicãtur non esse aliquid, & q̃uo dicantur esse aliquid.*

Attende q̃a hic Augustinus tenebras dicit non esse aliquid, cum alibi tenebræ inter creaturas ponantur, quæ benedicunt dominum. Vnde dicitur: Benedicite lux, & tene- **Dan. 3. c.**
bræ domino. Ideoq; sciendum est, tenebras diuersis modis accipi, s. vel pro lucis absentia, qualiter supra accepit Augustinus, iuxta quam acceptionem non sunt aliquid: vel pro aere obscurato, siue aeris obscura qualitate, & secũdum hoc aliqua res creata sunt. Ideo ergo dicit tenebras tunc fuisse super faciem abyssi, quia nondum erat lux: quæ si esset, & superesset, & superfunderetur. sed nondum lucis gratia opus suum Deus venu- **Gene. 1.**
stauerat, quæ postea in primo die formata est.

E *Duo hic consideranda sunt, quare illa materia confusa sit dicta informis, & vbi ad esse prodijt, quantumq; in altitudine ascenderit.*

De qua re priusquam tractemus, duo nobis discutienda occurrunt. Primum quare illa materia confusa, informis dicatur: an quia oĩ forma caruerit, an p̃p aliud. Secundò, vbi ad esse prodierit, & quantum in altum ascenderit. Ad illud ergo, quod primò posi- **Ad primũ breuiter respondet.**
tum est, breuiter r̃ndentes, dicimus illã primam materiam non ideò dictam fore informem, ꝙ nullam oĩno formã habuerit, quia non aliq̃d corporeũ tale existere põt, ꝙ nullã habeat formã: sed ideo non absurdè informẽ appellari posse dicimus, quia in confu- *** apertãq;**
sione, & p̃mixtione quadã subsistens, nondum pulchram *aptãq; & distinctã receperat formã, qualem mõ cernimus. Facta est ergo illa materia in forma confusionis ante formã dispositionis. In forma confusionis prius oĩa corporalia materialiter simul, & se- **Aug li 1. de Gene. cap. 15.**
mel sunt creata, postmodum in forma dispositionis sex diebus sunt ordinata. Ecce absolutum est, ꝙ primò in discussione p̃positum fuit, s. quare materia illa dicat̃ informis.

F *Hic ad id, quod secundo quærebatur, respondet.*

Nunc superest, quod secundò propronebat̃, explicare: vbi s. illa materia substiterit, & quãtum in altitudine porrigebat̃. Ad quod nihil temerè asserẽtes, dicimus, ꝙ illa prima rerum oĩum moles, qñ creata est, ibidem ad esse vr̃ prodijsse, ubi nunc formata subsistit.
*** subsistens.** Eratq; terreum hoc elementum in uno loco, eodemq; medio * subsidens, cæteris tribus
*** oppressis.** in una confusione permixtis: eisdẽq; circumquaq; in modo cuiusdam nebulæ *oppan-
*** inuolutum.** sis, ita *obuolutum erat ut apparere non posset, quod fuit. Illa verò tria in vna p̃mixtione confusa circunquaq; suspensa, eousq; in altum porrigebantur, quousq; nunc summitas corporeæ naturæ pertingit: & sicut quibusdam vr̃, ultra locum firmamenti extendebatur illa moles, q̃ in inferiori parte spissior, atq; grossior erat. In superiori vero rarior,
*** lenior.** ac *leuior, atq; subtilior existebat: de qua rariori substantia putant quidam fuisse aquas, quæ super fimamentum esse dicuntur. Talis fuit mundi facies in principio, priusquam reciperet formam, vel dispositionem.

Osten-

G *Ostenso qualis fuit mundi facies in ipso primordio, incipit prosequi operum sex dierum distinctionem.*

Gene. 2. b. Nũc superest vt dispositionem illam qualiter perfecta sit, ordine prosequamur. Sex diebus, sicut docet scriptura Genesis, distinxit Deus, & in formas redegit proprias cũcta, quæ simul materialiter fecerat. Perfecitq; opus suum die sexto, & sic deinde die septimo requieuit ab omni opere suo. id est, cessauit nouam creaturam facere. Sex enim diebus sex rerum genera distinxit, nihilq; postea fecit, quod in aliquo illorum non contineatur: Ioh. 5. c. operatus est tamen postea, sicut veritas in euangelio ait: Pater meus operatur vsque nunc, & ego operor illud.

H *De quatuor modis diuinæ operationis.*

Alcuinus. Quatuor enim modis, ut ait Alcuinus super Genesim, operatur Deus. Primo, in verbo omnia disponendo. Secundò, in materia informi quatuor elementorum, de nihilo eam creando. Eccl. 18. Vnde: Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Omnia scilicet elementa, vel omnia corpora materialiter simul creauit. Tertiò, per opera sex dierum uarias distinxit creaturas. Quartò, ex primordialibus seminibus non incognitæ oriuntur naturæ, sed notæ sæpius reformantur, ne pereant.

Summa distinct. 12. Postquã in præhabitis distinctionibus à secunda vsq; hunc locũ, determinauit Magister de incorporeis, spiritualibus, & separatis substãtijs, vtpotè angelis bonis, & malis, hic tractare nunc incipit de substantijs materialibus, præsertim de operibus sex dierum. De quibus primò determinat, quãtum ad eorum creationem in hac ipsa distinctione: secundò, quantum ad eorum distinctionem, seu formam distinctione immediatè sequenti: tertiò, quo ad eorũ ornatum, decimaquinta distinctione. Circa primũ tangit ipsum creationis exordiũ, & ponit solenniores opiniones circa hoc ipsum, seu circa intellectũ scripturę, ĩ qua corporaliũ rerũ, seu totius vniuersi creatio ipsa describit̃. Insup circa hęc q̃dã dubia mouet, & soluit.

QVAESTIO. I.

Arguitur primo pro parte affirmatiua.
HIc q̃ritur primò, *Vtrum oĩa corporalia sint simul creata.* ¶Et in hac q̃one multa cõprehẽ-
dũtur, videlicet, an creata sint simul, seu vno & eo-
dẽ instanti, quantũ ad materiam, & formã substan-
tialẽ, an etiã quãtum ad formas accidentales. Quo
circa se ingerit, q̃stio, an materia posit esse, seu sta-
re nuda, & vtrum oĩum corporalium rerũ sit vna
materia. Quòd aũt oĩa simul creata sint, probat̃ pri-
mo per illud Ecci: Qui viuit in æternũ, creauit oĩa
Eccl. 18. simul. Secũdò, Deus est infinitæ potẽtiæ in agendo,
2 similiter infinitæ sapĩæ in disponẽdo, infinitæ quoq;
bonitatis, seu beniuolẽtiæ in cõplendo, seu perficiẽ
do: ergo in instanti cũcta creauit, distinxit, & ordi-
nauit, cõpleuit, seu perfecit. Infinitæ q̃ppe potentiæ
cõpetit agere in instanti sic & infinitæ sapĩæ conue
nit in instãti distinguere. Tertiò, supersublimis Deus
3 oĩa condidit, vt in eis sua repræsentet̃, resplẽdeatq;
perfectio. sed in hoc oĩpotentia, atq; immensa sa-
piẽtia eius, ac perfectio infinita magis innotescit, ac
relucet, si dicatur oĩa simul creasse, distinxisse, & or
nasse, q̃ si per interualla dierum. Quartò, opus cor-
4 respondet suo factori, ergo superpefectissimo Deo
cõpetebat producere opus pfectũ, distinctũ, orna-
tũ, non confusum, informe, incõpletum. Vnde & in
Deuteronomio habetur, Dei perfecta sunt opera.
Deut. 32. Quintò, Ordo est optimũ q̃d in rebus, vt D. Diony
5 S. Diony. sius ptestat̃. ergo Deus vniuersum in suo ordine cõ
didit primũ, alioq̃n opus imperfectissimũ plasmas-
set. Sextò, ponere res esse creatas per interualla die-
6 rum, poeticum esse vr̃, & fabulis consonans poeta-
rum, quæ ita dixerũt, sicut in Metamorphosi legit̃:
Ante mare, & terras, & quod tegit oĩa cęlum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quẽ dixere chaos. rudis, indigestaq; moles &c.
Septimò non decuit Deũ lucis opus, pducere tene 7
brosũ, neq; à tenbris inchoare, ergo in exordio cõ
didit lucidã creaturam. Octauo, s. 2. distinctione in 8
ductũ est, q substãtiæ immateriales separatæ, & res
corporales. sunt simul pductæ, ergo potius corpo
ralia cũcta. cũ magis ab inuicẽ distẽt immaterialia
& materialia, q̃ vnũ materiale ab alio. Nono, si Deus 9
dicat̃ corporalia cõdidisse per tpis interualla, opor-
tet fateri, q opus cuiuslibet diei produxit in ipsius
diei exordio, seu primo instãti, cur ergo nõ statim
post instãs primũ cõtinuauit, & psecutus est opus
suũ? Nunq̃d in primo momẽto lassatus est, & repau
sauit? ¶In cõrium est sacra scriptura Geneseos, cuius
scripturæ maior est auctoritas, q̃ oĩs intellectus hu
mani pspicacitas, sed in illa scriptura aptissimè de-
scribit̃ artifex summus p interualla sex dierũ creasse
mundũ sensibilẽ. Præterea cõueniẽs esse vr̃, a distanti
in distãs, & ab impfecto ad pfectũ pcedere, ergo cõ-
decẽs fuit res primò impfectas pduci, deĩde distin
gui, atq; ornari. In hoc quoq; clarissimè elucescit,
Deũ adorãdũ ac supliberrimũ nõ de necessitate na
turę, sed liberali, ac libera emanatiõe oĩa pduxisse.

¶Ad hoc Thomas in Scripto: Pertinẽtia, inq̃t, ad fidẽ duplicia sunt, q̃dã nãq; per se sunt de substãtia fidei, vt Deũ esse vnũ in essentia, & trinũ in personis, & hmõi in q̃bus nulli licet aliter opinari. quędã verò p accidens tm̃, inquãtũ videlicet in scriptura tradunt̃, quã fides psupponit spũsctõ dictãte esse cõscriptã, q̃ & sine priculo pñt ignorari ab his, q scripturas scire non obligant̃, vt sunt historialia multa: & in his etiã sc̃ti interdũ diuersa senserunt, scripturã diuersimodè exponẽtes. Sic itaq; circa principiũ mundi aliq̃d ad substantiã fidei ptinet, vt potè mundũ p creationẽ à Deo cœpisse, nec æternaliter extitisse, q sc̃ti cõcorditer falsi sunt. Porro quo mõ ac ordine factus sit, nõ spectat ad fidẽ nisi per accidẽs, in q̃tum in scriptura tradit̃, cuius veritatẽ sancti saluãtes eãdẽ diuersimodè exposuerũt. Augustinus etem vult in ipso creationis principio quasdã res p species suas fuisse distinctas in ppria natura, ut angelos, corpora cælestia, & elementa, & prima rerũ indiuidua, alia verò in rõnibus seminalibus tm̃, vt aĩalia, plantas, & hmõi, q̃ oĩa postmodum in naturis pprijs sunt distincta illo ope, quo post senarium illorũ dierũ Deus naturã prius cõditã administrat, de quo opere ait saluator: Pater meus vsq; mõ opatur, & ego opor. Vult igit̃ Augu. in distinctione rerũ non esse attẽdendum ordinem tpis, sed naturæ,

T. Aquin. Pertinet aliquid ad fidem dupliciter. August. Iohan. 5. August.

atque

atq; doctrinæ. Naturæ, sicut sonus præcedit cantũ. sicq; quæ naturaliter priora sunt, priùs facta cõmemorantur, vt terra priùs q̃ animalia, & aqua priùs, q̃ pisces, sicq; de alijs. Ordine quoq; doctrinæ, vt patet in docentibus geometriã. quãuis. n. partes figuræ sine ordine tpis figurã constituant, tamen geometria docet constitutionẽ figuræ protrahendo lineã post lineam. Plato. Et hoc fuit exemplũ Platonis, vt dicit primò, cæli, & mundi. Ita & Moyses rudẽ populum de mundi creatione informãs, diuisit per partes, q̃ simul sunt facta. Gregor. Beda. Porrò Gregorius, Beda. & alij ponũt ordinem tpis in rerum distinctione seruatũ. & positio ista cõmunior est, & literæ quo ad superficiẽ eius, consonãtior esse vr̃. prima verò est rationabilior, atq; à derisione infidelium scripturam sacrã magis defendens, August. quod s̃m Augustinum super Genesim libro primo valde est obseruandũ, vt scilicet scripturæ à fidelibus sic exponantur, q ab infidelibus nõ irrideant̃. ideo ista opinio amplius mihi placet. Vtraq; tamen potest teneri. Gregor. Sicq; s̃m Gregorium oĩa dicuntur simul creata per substantiã materiæ, non per speciẽ formæ. Conformiter secundũ istam opinionẽ in rerum creatione, non solum debuit manifestari Dei potẽtia, sed & sapientia eius, q̃ requirebat vt q̃ sunt priora ordine naturę, prius Deut. 32. institueren̄t Similiter respõdetur, q hoc ordini sapiẽtiæ magis conueniebat, q in rerũ productione ab imperfectione ad perfectionẽ paulatim procederetur, quemadmodũ in operatione naturali videmus. Simili modo dicendum, q Dei perfecta sunt opera, non statim in exordio, sed opportuno tpe. nam sicut creatura non habet esse ex se, ita nec perfectionem. hinc ad ostẽdendum vtrunq;, noluit Deus vt creatura priùs non esset, deinde fieret imperfecta, postmodũq; perfecta. Vnde & ordinẽ indidit Deus rebus per interualla dierum quãtum ad ordinis cõplementum. Hæc demum expositio à fabulis poetarum satis dissentit, sicut patebit. tamen quantum ad id, quod in dictis poetarum verum est, illis concordat. Postremò quamuis materialia magis distãt ab immaterialibus, quàm materialia ab inuicẽ, saltem quantum ad aliqua: tamen quia materia pręcedit natura compositum, idcirco vt ordo temporis ordini naturæ correspondeat, priùs facta sunt materialia quo ad materiæ substantiam, deinde distincta per formas: producto quoque opere cuiuslibet diei in primo instanti, distulit Deus opus sequens, non quasi lassatus, sed vt vnicuiq; rerum distinctioni dies vnus specialis, ac proprius responderet. Qui autem vult aliam sequi opinionem, dicet quòd ex- August. positio Augustini non derogat scripturarum veritati, nec fidei, & quòd magis decuit Deum simul producere opus cõpletum, q̃ successiuè. Hęc Thomas in Scripto, & quæ infra clariùs innotescent.

¶Porrò in prima parte Summæ, q̃stione 66. vbi ar. primo. quærit, vtrum informitas materiæ præcessit tẽpore eius formationem, conatur prætactas opiniones quodammodo cõcordare: Diuersæ, inquiens, circa hoc sunt opiniones sanctorum. August. Basilius. Ambrosi. Chrysost. Augustinus. n. tenet q non. Basilius verò, Ambrosius, & Chrysostomus, senserunt q sic. Et quamuis opiniones hæ videantur cõtrariæ: parum tamẽ abinuicem differunt, qm̃ Augustinus sumit informitatem materiæ pro carẽtia omnis formę, sicq; informitas materiæ non potuit tẽpore eius formationem præcedere, cum oẽ esse actuale sit à forma. nec põt dici, q materia habuit primo aliquam formã cõem, & postea superuenerunt ei formæ speciales diuersę, quibus distincta sit. quia hoc esset incidere in errorem antiquorum philosophorũ, dicentium materiã esse corpus in actu, vt ignem, aerẽ, aquã, vel aliquod medium. sicq; generari, & fieri, non esset nisi alterari, vt pbat philosophus libro de gñatione, qa præcedens forma substãtialis daret esse simpliciter, seu esse substãtiale. Philosop. oportet ergo, q materia fuerit primò creata sub formis distinctis, nec informitas eius suam formationẽ præcesserit tpe. Alij verò sancti accipiunt informitatẽ materiæ, non put excludit cõem hanc formã, sed formositatẽ, atq; decorẽ nunc apparentẽ in creatura corporea. sicq; opinantur, q informitas materiæ pcessit tpe formationem ipsius, & s̃m hoc quãtum ad aliq̃d, Augustinus cũ eis cõcordat: August. & quo ad aliq̃d, discordat, vt infra patebit. Et quãtum ex litera Genesis accipi põt, triplex formositas Gene. 1. deerat, pp quod creatura corporalis dicebatur informis. Deerat q̃ppe toti corpori diaphano, quod dr̃ cælũ, pulchritudo lucis, vnde dr̃ q tenebræ erãt super faciẽ abyssi. terræ quoq; deerat duplex pulchritudo, vna, quã habet ex hoc, q est aquis discooperta, pterea dr̃, terra erat inanis, seu inuisibilis: qm̃ corporali cõspectui apparere nõ poterat. Alia, quã habet ex hoc, q est herbis, ac plantis ornata, ideo dr̃ q erat vacua, vel incomposita s̃m aliã trãslationẽ. i. non decorata. Sicq; cũ pmisisset duas naturas creatas, videlicet cælum, & terrã informitatẽ cæli expsit per hoc, quod dixit, tenebræ erãt super faciẽ abyssi, put aer sub cęlo includitur informitatẽq; terræ, dicendo: Terra erat inanis, & vacua. Præterea dum dr̃, In principio creauit Deus cęlũ, & terra, terra aliter ab Augustino, & ab alijs sc̃tis accipitur. Augustinus. n. noĩe terræ, & aquæ dicit significari materiã primam, August. quam Moyses rudi populo significare nequit, nisi noĩbus rerum eis notarũ propter quod sub multiplici similitudine exprimit eã, non vocans eã tm̃ terram, aut aquã, ne videat̃ materia prima s̃m veritatẽ tm̃ esse terra, vel aqua. habet tñ similitudinẽ cum terra, inq̃tum subsidet formis: & cũ aqua, inq̃tum apta est formari formis diuersis. Secundũ hoc ergo, dr̃ terra inanis, & vacua, seu inuisibilis, & incõposita, qa materia per formã cognoscit̃. hinc in se considerata, dr̃ inuisibilis, seu inanis, & eius potẽtialitas per formã replet̃. pter q Plato materiã dixit locum. Plato. Alij verò sc̃ti per terrã intelligunt elementũ, q̃ s̃m eos fuit informis modo pfato. Nec sc̃ti hi incidunt antiquorũ philosophorũ errorem, q posuerunt in materia confusionẽ, q̃ oẽm excludit distinctionem, præter hoc, quod Anaxagoras posuit solũ intellectum distinctũ, atq; Anaxago. immixtũ sed ante opus distinctionis scriptura ponit distinctionẽ multiplicẽ, primo q̃dem cæli, & terræ, in quo oñditur distinctio etiã s̃m materiam, vt infra dicet̃. vnde ait, In principio creauit Deus cælũ, & terrã. secundo distinctionẽ elementorum, q̃tum Gene. 1. ad formas suas substantiales, per hoc q noĩat terrã, & aquã. Aerem verò, & ignẽ non nominat, qm̃ rudibus, q̃bus loquebat̃, non fuit tã manifestum esse ignẽ elementarẽ, & aerem, sicut terram, & aquam, q̃uis Plato ignẽ intellexerit significari, per cælum, q dixit igneæ esse (q̃tum ad stellas) naturæ, vt recitat li. de ciuit. Augustinus. Sed Rabbi Moyses ĩ alijs August. R. Moys. Plato. cũ Platone cõcordans, dicit ignẽ significari per tenebras, qa in propria sphæra nõ lucet. Conuenientius tñ vr̃, quod dictum est priùs, qm̃ spiritus domini in scripturis nõ nisi pro spiritusancto consueuit poni, q aquis dicitur superferri, non corporaliter, sed sicut voluntas artificis superfertur materię, quã vult formare. Demum distinctio 3. significatur s̃m situm, quo terra erat sub aqua, & aer, q̃ est tenebra-

rum

rum ſubiectum, ſub aquis, per hoc quod dr̃, tene-
brę, erãt ſuper faciẽ abyſſi. Hęc Thomas in Summa.
¶Concordat Petrus, & addit qualiter ſecundum
Petrus. Auguſtinum intelligenda ſit diſtinctio ſex dierum,
quod infra pandetur.
Richard⁹. ¶Richardus quoq; pro maiori parte cõcordans:
Aliqui, inqt, dixerunt materiam fuiſſe creatam ſub
formis cõpletis, & ꝙ omnia corpora ſub cælo em-
pyreo à ſua creatione ſimul fuerunt cõfuſa, q̃ opi-
nio irrationabilis cõprobatur: qa dum aliqua cor-
pora inter ſe cõfunduntur, manentia ſub formis cõ
pletis, mutuò diuidunt ſe in partes multas. ſed non
eſt putandum ꝙ corpora elementaria vnquã ita ha
buerunt ſe ad corpora cæleſtia, ꝙ fecerint partes il
lorũ diſtare ab inuicẽ per ſuarum partium interpo
ſitionẽ. Aliorũ phãtaſia eſt, ꝙ tota materia infra cæ
lum empyreum, fuit creata ſub vna forma, & ꝙ de
illo corpore vno facta ſint per interualla ſex dierũ,
Gene. 1. q̃ in Geneſi facta narrantur, q̃ phantaſia irrationa-
bilis eſt, quia ſm̃ eam corpora elemẽtaria, atq; cæle
ſtia facta eſſent ex vno corpore illo. Alij ꝓbabiliùs
dicunt, ꝙ Deus in primo inſtanti tpis fecit corpo-
ra cæleſtia, & elementa, hypoſtaſes quoq; ſpecierũ
Ibidem. aĩalium, quæ in Geneſi facta legũtur 5. & 6. die ſub
ſuis formis completis, quam opinionem vr̃ ſentire
Auguſt. Auguſtinus ſuper Geneſim libro primo. Ego autẽ
æſtimo, ꝙ quãuis materia cœli empyrei creata fuit
ſub forma completa: materia tamen corporũ alio-
rum non fuerit creata ſub forma completa, ſed par
tes illius molis contentæ ſub cœlo empyreo, crea-
tæ fuerunt ſub formis, incompletis illorum corpo-
rum, quæ poſtea de partibus illis ſunt facta per in-
terualla ſex dierum: quæ opini o magis placere vi-
Hugo li.1. de ſacra. par. 1.c.1. detur Magiſtro in litera, & Hugoni prima parte de
ſacramentis, quo ait: In forma confuſionis primo
materialiter omnia corpora ſimul, & ſemel creata
ſunt, & in forma diſpoſitionis poſt modum per in-
teualla ſex dierum ordinata. Gregorius quoq; ſu-
Gregor. Iob.38. per illud Iob, Ecce Behemoth quem feci tecum, te-
ſtatur, quòd ſimul extitit per ſubſtantiam materiæ,
non ſimul apparuit per ſpeciem formæ. Idem ſe-
Beda. quitur Beda, & doctores communiter, & magis
conſonat literæ. Hæc Richardus. De cuius opi-
nione quid ſentiendum ſit, infra clareſcit.
¶Preterea Albertus ad dubium iſtud, vtrum cõ-
ueniebat corporalem creaturã primo in maſſa con
fuſa, & informi produci, reſpondens: De hoc, in-
quit, diuerſificati ſunt ſancti. Auguſtinus etenim di
Auguſt. xit, quòd omnia ſimul facta ſunt in forma, atq; ma
teria ſecundum genera, & ſpecies, ſicut nunc ſunt.
Damaſce. Gregori⁹ Nyſenus. Idem videnẽ ſentire Damaſcenus, Gregoriuſq; Ny-
ſenus, dicentes, ꝙ de ſingulis ſpeciebus animalium
duo perfecta ſecundum ſpeciem, & ſexum primo
creauit Deus, ex quibus alia propagarentur. Alijs ve
Gregori⁹. Hierony. rò ſanctis, ſicut Hieronymo, Gregorio, & eorum
ſequacibus, potius viſum eſt, ꝙ Deus primo crea-
uit confuſam materiam elementorum, & elemen-
torum, atque ex illa per diſtinctionem, & ornatum
ſecundum ſpecies, & genera res formauit ſicut ad-
huc ſunt: & vtrunq; catholicum eſt, quamuis ſecun
da iſta poſitio magis conſonet literæ. Nihilominus
Auguſt. expoſitio, & ſententia Auguſtini probabilior mihi
videtur non enim apparet ratio aſsignabilis, cum
Deus quamlibet creaturam creauerit verbo, & in
inſtanti, ſeu primo momento ſuæ diei, quid in to-
to reſidui diei illius feciſſet. ideò dicimus, ꝙ vno
& eodem inſtanti cuncta condidit, & compleuit.
Auguſt. Verum vt loquitur Auguſtinus, quod ſimul factum
eſt, ſimul explicari nequiuit, ideo Moyſes poſuit
volumina ſex dierum, per qua notaretur naturarũ
creatarum diſtinctio, & ornatus. Præterea ſi quæra
tur, ſi oĩa Deus creauit in nunc, an hoc fuit nunc Gene. 1.
æternitatis, vel æui, aut temporis: reſpondendum,
ꝙ illud non fuit nunc æternitatis: quoniã quicquid
eſt in nunc æternitatis, eſt vt in menſura ſibi adæ-
quata non excedente, non ſicut in menſura excedẽ
te ſe, & excellente. Eadem ratione videtur dicen-
dum, quod non eſt nunc æui, ſed eſt nunc quod eſt
principium temporis, à quo cõtinuè fluit tempus,
& cuius fluxus efficit tempus. Ab illo namq; coæ-
ua ſunt, natura angelica, cælum empyreum, mate-
ria corporalium prima, & tempus. Hæc Albertus
in Scripto. Idem in libro de quatuor coæquæuis
vltima parte, vbi determinat de eis in generali.
¶Concordat Vdalricus in Summa ſua lib. 4. Ma- Vdalric.
teriam, inquiens, primò eſſe creatã ante omnia cor
poralia ſecundum ſuas ſpecies, & virtutes comple
ta, aſſerunt concorditer omnes doctores: quoniam
hoc expreſsè legitur in Geneſi. quo ſcribitur: In Gene 2.
principio creauit Deus cælum, & terrã. Nẽpè cum
id, quòd Moyſes primo nominat terram, poſtea vo Materia prima cur terrę, aquę & abyſſi nominibus exprimatur.
cet aquã, & abyſſum, cõſtat quod hoc nomine non
intelligit terram propriè dictam, quæ eſt elemen-
tum, ſed metaphoricè per ipſam intelligit informẽ
materiam, quam vocat terram propter informita-
tem, qm̃ inter omnia elementa terra minus habet
formalitatis. Aquam quoq; appellat eandem pro-
pter potentiam ad formam: quoniam aqua bene re
ceptibilis eſt. Abyſſum etiam vocat eam propter in
determinabilitatem ſuę potentię: quoniã nunquam
tam fortiter, & perfectè per formam perficit, quin
adhuc ſit in potentia ad alias formas. Veruntamen
in horum ſpecificatione ſancti diſſentiũt. Hiero- Hierony. Gregori⁹. Beda.
nymus enim, Gregorius, Beda, ac alij multi, textui
Geneſis ſimpliciter incumbentes, contemnunt om-
nem ſcientiam, quæ ſe erigit contra ſcientiam Dei
traditã nobis ſpiritu prophetali per Moyſen. Dicũt
ergo materiam primò eſſe creatã non penitus ſine
omni forma ſubſtantiali, ſed materiam illam intelli
gunt cuncta ſimplicia elementa conſtituentia hũc
mundum ſenſibilem, vtpotè quatuor elementa no-
bis nota, & quintum corpus, ꝙ à philoſopho nun-
cupatur quintum elementum, & quinta eſſentia: nõ
ideò quod veniat in compoſitionem generabiliũ,
ſed quoniã eſt de integritate mundi ſenſibilis. Vo-
catur autem omnia hæc materia per ſimilitudinẽ,
inquantum adhuc erant in potentia ad ſuas figu-
ras, & qualitates, virtuteſq; naturales. Hi ergo di-
ſtinguunt triplex opus, videlicet creationis, diſtin-
ctionis, atque ornatus. Verum his omnibus ſolita
ſua ſubtilitate obuiat Auguſtinus, dicẽs: Omnia ſe- Auguſt.
cundum diſtinctas ſuas ſpecies ſimul eſſe creata, in
quibus vniuerſi cõſiſtit integritas, ſcilicet angelos,
cœlos, elementa, perfectorumq; animalium prima
indiuidua, ac hominem primum. alia verò quæ ex
iſtis principijs ſufficiẽter cauſantur, ut animalia im
perfecta, & plantas, dicit tunc eſſe creata in poten-
tia cauſarum ſeminalium, quæ poſt proceſſerunt ex
cauſis iſtis de potentia in actum, propter quod in
Geneſi dicitur Deus feciſſe oẽ virgultum agri, pu- Gene. 2.
ta cauſaliter antequam oriretur in terra actualiter.
Sicq; intelligitur illud, Qui viuit in æternum, crea-
uit oĩa ſimul. Ecce tactæ ſunt duæ opiniones, eſtq; Eccl. 18.
oſtenſum nullam earum eſſe contrariam fidei. Ve-
runtamen illa, quæ ponit creaturas per interualla
dierum diſtinctas, continet aliquid quod eſt ad ma
gnam indecentiam fidei ſanctæ, ſecundum quod
per ipſam ſcriptura, non ſolum contra rationem
expo-

expoſitur, ſed etiam ita ridiculoſum errorem anti-
Auguſt. quorum philoſoporum renouare vr̃, ꝙ fides diriſi-
bilis apud infideles efficitur, quod ſm̃ Auguſtinum
ualde cauendum eſt aliter poneremus coram cæco
offendiculum contra legem diuinam, & contra
Matth.7. euangelium daremus ſanctum canibus, prouocan-
do eos ad oblatrandum, nec parati eſſemus omni
1.Petri 3. poſcenti nos reddere rõnẽ de ea, quæ in nobis eſt,
fide, & ſpecie Incidit enim ſcriptura ſm̃ illam expo
Nota errorem antiquorũ de mundi origine. ſitionem in errorem vulgatum apud imperitos phi
loſophos Epicureos, qui ex vno confuſo mixto res
in eſſe dixerunt procedere. Sic quippè dixerunt
Anaxagoras, Empedocles, Democritus, & Leucip-
pus, intantum, ꝙ Ouidius quoq; hunc errorem me
tro cecinit, dicens:
Ouidius. Ante mare, & terras, & quod tegit oĩa cœlũ,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis, indigeſtaq; moles.
Et hic error in philoſophia ſatis eſt reprobatus, qa
nec omnia commiſcibilia ſunt, nec poni poteſt cau
ſa naturalis, cur mouens mouet illa mixta ex confu
ſione ad determinatum eſſe nunc, & non priùs, cum
tamen omne illud, quod in natura non ſemper eo-
dem modo, eſt habeat cauſam ſuæ diuerſitatis, eo
Philoſop. ꝙ in natura nihil eſt inordinatum. & hæc eſt ratio
Ariſtotelis 1. Phyſicorum. Quòd verò prædictus
ſenſus ſit contra rationem, patet ex omnibus, quæ
ſupra de mundi inceptione diximus contra rõnes
philoſophi aſtruentes mundi æternitatem. Illæ ete-
nim tationes rationabiliter nequeunt ſolui, ponen-
do ſucceſsiuam mundi productionem. ſequeretur
etiam, corpora cœleſtia non eſſe naturaliter incor-
ruptibilia. Inſuper multa ponuntur in illa opinio-
ne, quæ rõnis nil habent, utpote cur confuſio illa
proceſſerit ab operante per ſapientiam, cuius eſt
ordinare potius, atq; diſtinguere, & cur Deus priùs
creauit naturas rerum, & non dedit eis ſuas natura
les uirtutes, cur etiam Deus, qui lux eſt, non ſtatim
in principio lucem creauit: & quare Deus ſucceſsi-
uè produxerit uniuerſum, quod eadẽ facilitate po-
tuit totũ ſimul producere. Itaq; ex his motiuis opi-
Auguſt. Dionyſius nioni Auguſtini conſentio. Hæc Vdalricus.
¶Cuius dicta uidetur potius audenter, q̃ ſapien-
ter prolata. Nempè ſi expoſitio illa ſanctorum con-
tinet aliquid ad magnam fidei indecentiam perti-
nens, ſequitur, ꝙ abſolutè ſit falſa: qm̃ fides Chriſtia
na nil prorſus indecentiæ docet, tradit, aut conti-
net, cum ſit ſupernaturalis radius ſapientiæ increa-
tæ. ꝙ ſi falſa conſiſtit, nequaquam chatolica eſt. Am
Anſelmus plius, ut ait Anſelmus, In ſcripturis, ac fide minimũ
inconneniens, ſeu indecens, eſt impoſsibile abſo-
lutè. Et hoc ipſum in ſcriptis ſuper ſententias, & ali
bi, frequenter allegat Albertus. Si ergo ſenſus ille
ſanctorum inconuenientiam, indecentiamve inclu
dit, impoſsibilis eſt, & falſus, nequaquam catholi-
Auguſt. cus. Inſuper ſm̃ Auguſtinum, & alios ſanctos, quam
uis ea, quæ fidei ſunt, ſint ſupra rationem, non tamẽ
ſunt contra rõnem. ſi ergo expoſitio illa ſanctorum
cenſetur chatolica, non eſt irrationabilis, nec ratio
ni contraria. Nec verum eſt, ꝙ expoſitio illa reno-
uat ridiculoſum antiquorum philoſophorum erro
rem. nec incidit in eundem, ut ſupra iam patuit par
Ei procure tim, & nunc addo, quod philoſophi illi imperiti Epi
curei, dixerunt materiam eſſe totam rerum ſubſtan
tiam, quod expoſitio illa refutat, aſſerendo res pri-
mò productas ſub ſubſtantialibus formis ſpecificis,
quamuis nondum quantum ad accidentialia ſua di
ſtinctis. Nec uerum eſt, quòd cauſa, ſeu ratio ne-
queat aſsignari, cur Deus omnipotens mouit res
ex illo confuſo eſſe ad eſſe determinatum tunc, &
non ante, imo huius rõ eſt iam tacta. uidelicet ut cui
libet dici ſuum opus corrñderet, ſimiliter vnicuiq;
operum generi ſuus dies. Cæterorum quoq; moti-
uorum, & obiectorum Vdalrici ſolutiones, & rõnes
nunc traditæ ſunt, aut infra ponentur. Nec iſta re-
rum ſucceſsiua productio fuit inordinata, cum na-
turale ſit ex imperfectione ad perfectiora gradatim
aſcendere. Si verò creator altiſsimus reliquiſſet crea
ta omnino in tali confuſione, inordinatum fuiſſet.
Nec ex iſta expoſitione ſequitur, rõnes Ariſtotelis
ſolui non poſſe: quia, & iſta opinio dicit creatum il
lud confuſum, ab æterna, & inuariabili Dei volun-
tate ſimplici emanatione fluxiſſe. Vnde iuxta Ariſto
telis debilia, imo reuera debiliſsima argumenta, nõ
ſequitur, motum fuiſſe ante primum motum, nec
tempus ante exordium temporis. Si autem ſancti pa
tres dixiſſent illud chaos cõfuſum, ab æterno fuiſ-
ſe, aut æternaliter fluitaſſe, inciderent philoſopho-
rum errores, & argumenta philoſophi contra eos
aliquid apparentiæ, ſeu efficaciæ ſortirentur. Hæc
breuiter tetigiſſe ſufficiat, quæ diffuſiùs proſequi
non eſſet difficilè. Itaq; in hac tam ardua fidei ſacræ
materia, loquendum eſt ſine temeraria aſſertione,
& contentiendum opinatiuè uni expoſitioni ſine al
teriùs derogatione. Subijcienda quoq; eſt rõ aucto Isaię 40.
ritati diuinæ nec incretæ ſapientæ ſenſus irreueren
ter eſt diſcutiendus. Quis eñ cognouit ſenſum dñi? Rom 11.
Quæ oĩa beatus, & diſſertiſsimus Auguſtinus in ſua Auguſt.
tunc & ſpeciali expoſitione ſeruauit. Et quamuis
expoſitio ſua ſubtilior, rationabiliorq; putetur, alia
tamen expoſitio extat ſecutior, utpote diuinæ ſcri-
pturæ conformior, nec in ueteri teſtamento aliquis
doctorum Moſaicæ legis inuenitur ita, ut Auguſti-
nus, expoſuiſſe, ſed potius ſecuti ſunt literam. Inten
tio tñ Auguſtini extitit pia, unde & meritò excuſa-
tur. Deniq; quod pauloante ex Alberto inductum
eſt, ꝙ Damaſcenus, & Gregorius Nyſenus Auguſti- Damaſce.
no concordant, dicendo omnia ſimul diſtinctè pro Gregor.
ducta, non videtur certum, præſertim cum lib. 2.
cap. 1. Damaſcenus affirmet. In principio, ſicut ait Dionyſius
ſcriptura, ab aquis terra uelabatur, & inornata erat,
diuinaq; iuſsione proprium ſuſcepit ornatum, om
nimodis herbis, & plantis pulchra effecta. In qui-
bus, ni fallor, uerbis inſinuat Damaſcenus, terram
primò in ſua creatione fuiſſe aquis operatã, & inor
natam, deinde Deo præcipiente fœcundam.
¶Præterea Bonauẽtura primò hic ſciſcitaẽ. Vtrũ Bonauent.
materia corporalium creata ſit omnimoda informi
tate, ideſt, abſq; omni forma. Et reſpondet, De ma- Materia nequit eſſe ſine forma
teria contingit loqui dupliciter. Primò, ſecundum
quod extit in natura. Secundò, prout conſideratur
ab anima. Primo modo materia nunquam eſt præ-
ter locum, & tempus, nec poteſt informis exiſtere
per priuationem omnis formæ, cum omne eſſe ſit a
forma. Secundo modo poteſt cõſiderari informis,
ſiue per priuationem formæ diſtinctæ, ſiue per pri-
uationem etiam omnis formæ: quia materia ſm̃ eſ-
ſentiam ſui, eſt informis per poſsibilitatem omni-
modam. Dumque ſic conſideratur, ipſa formarum
capacitas, ſeu poſsibilitas eſt ei pro forma. Hæc Bo
nauentura.
¶Qui quærit ſecundo, Vtrum materia illa produ
cta ſit in actualitate perfecta, hoc eſt, ſub formis di
ſtinctis Reſpondet, Quidam ſancti in hac quæſtio-
ne magis ſecuti ſunt theologicam uiam, trahentes
rationem ad ea, quæ fidei ſunt quidam verò, in-
ter quos præcipuus eſt Auguſtinus, magis ſecuti
ſunt viam philoſophicam. ponendo ea, quæ uidenẽ

rationi plùs consona. Cumq; videat rõnabiliùs, a summa potentia oia simul produci, motaq; tpis inter iacentis nullius uideatur utilitatis, aut necessitatis, dixerunt omnia simul distinctè producta, quæ expositio fuit multum rõnabilis, & subtilis. Veruntã quia ad hanc positionem vr intellectus scripturæ distrahi, & securiùs, magisq; meritorium est, intellectum nostrum scripturæ supponere, q̃ ipsam aliquo modo distrahere: hinc alij doctores communiter tam qui præcesserunt, quàm qui secuti sunt Augustinum, sic intellexerunt, & exposuerunt scripturã, sicut textus sonare videtur. Hanc positionem, quãuis minùs rationabilis appareat, non est irrationabile sustinere. Nam quamuis ratio non percipiat eius congruitatem, secundum quod suæ considerationi innititur: percipit tamen eam prout lumine fidei captiuatur. Est enim huius successiuè formationis, & distinctionis ratio quadruplex, utpote literalis, moralis, allegorica, & anagogica. Literalis in hoc, q̃ Deus non tantum facere intendit quantum potest, sed & tantum communicare creaturæ quantum potest recipere. Vnde cum possit beatitudinẽ absque meritis dare: uult tamen quod eam mereamur: sic cum possit statim naturam perficere, maluit tamen eam sub quadam informitate, imperfectione eque facere, ut ex sua imperfectione quasi materia ad Deum clamaret, ut ipsam perficeret, & hoc idem voluit per senarium dierum differre, ut in ipsa perfectione numeri simul ostenderetur perfectio vniuersi. Senarius quippè est numerus perfectus: quoniam constat ex omnibus suis partibus aliquoties, ita quod nec deficit, nec excrescit. Partes verò aliquotæ dicuntur, quæ sumptæ aliquoties, reddunt totum. Ratio moralis, ut in hoc homo erudiatur, quod sicut natura corporea per seipsam extat informis, tuncq; formatur dum diuina bonitas eius informitati tribuit formam, sic anima formari non potest per bonitatem, nisi Deus per gratiam suam infundat eandem. Cui etiam numerus senarius attestatur, quod tempus est merendi per uniuersum tempus uitæ præsentis, quatenus postmodum detur homini quies, quia non perueniretur ad perfectionem meriti vsque ad consummationem gratiæ finalis, post quam nulla sequitur vespera. Ideo dies septimus non habet assignatum vesperè in scriptura. Porro allegorica ratio est, quia ut Augustinus apertè ostendit, in prima illa mundi cõstitutione, quæ per senarium est distincta, totum spatium decursus mundi præsentis secundum sex ætates præsignatur, ut primus dies primæ ætati respondeat, secundus secundæ, sicq; deinceps, prout planè adaptat super Genesim Augustinus. Anagogica ratio est, ut in illa dierum distinctione intelligatur cognitionis perfectio in angelica natura beatificata, ut planè ostendit Augustinus super Genesim ad literam quasi per totum, ideo uocat expositionem illam ad literam: quoniam expositionem istam, quam alij reputant anagogicam, dicit Moysen legislatorem intendisse ad literam. Nihil tamen asserendo dicit ibidem, sed modo inquisitorio procedere se testatur, atq; ut patet ex eius intentione, potius uoluit intellectum ex scriptura elicere, ex quo scriptura non posset a uiris philosophicis irrideri: nec propter superficiem textus posset aliquis philosophia imbutus, a fidei veritate, ac susceptione retardari, quemadmodum ipse aliquando fuerat retardatus, magis inquam, q̃ intellectum principalem exponere, quam ibi habuit legislator.

Nota rõnes successiue formationis rerum.

Senarius est numerus perfectus.

Septimo diei cur nullum sit assignatũ vesperè.

August.

August.

¶Consequenter quærit hic doctor, Vtrum materia illa corporalium creata sit sub aliqua formarum diuersitate. Respondet, quidam dixerunt, quod materia illa dicta sit chaos propter contrarietatem, multitudinemque formarum, quæ erant in partibus eius, ita quòd partes illæ non distinguebantur ab inuicem secundum loca determinata, nec ita proportionabiliter inuicem iungebantur, ut ex eis resultaret aliquod mixtum completum. ideo erat ibi mixtio quædam non proportionis, sed confusionis, & sicut non erat ibi mixtio proportionalis, ita nec erat ibi regularis actio, imò cuiusdam pugnæ confusio, ita ut calida pugnarent cum frigidis, & humida cum siccis, sicque rectè posset materia illa chaos uocari. Verum hic modus ponendi, magis poeticus, quàm physicus reputatur: quoniam magis sequitur imaginationis fictionẽ, quàm rationem, cum secundum istam positionem ponantur elementa materiam sic productam naturaliter præcedere, quod nec rationi consonat, nec scripturæ. Idcirco est alia positio rationabilior, quod materia illa producta est sub aliqua forma: sed illa non erat forma completa, nec dans materiæ esse completum, ideo non sic formauit, quin materia adhuc diceretur informis: nec appetitum materiæ adeo finiebat, quin adhuc materia aliam formam appeteret. ideo forma illa dispositio erat ad formas vlteriores. Et quia ad multas formas materialia illa informis appetitum, & inclinationem habebat, ideo quamuis illa forma non habebat in se diuersas naturas: tamen materia in partibus suis diuersis quandam diuersitatem habuit imperfectã non ex actibus diuersis completis, sed magis ex appetitibus varijs. ideo commixta dicitur, & confusa. Cuius est exemplum in embryone, qui actu habet vnam formam, & quandam massæ carnis figuram: illa tamen dispositio est ad diuersas membrorum figurationes. Attamen istud non est penitus simile: quoniam forma illa non erat tantæ actualitatis, ut est forma embryonis: nec in tanta propinquitate ad eductionem formarum sequentium, ut forma embryonis ad formationem membrorum. forma namque embryonis existit uisibilis, atque per vim naturæ ad perfectionem perducitur. Illa uerò materia sub tali forma incomposita fuit inuisibilis, & sola diuina uirtute ad formas sequentes ducibilis. Hinc propter imperfectionem formæ illius, materia illa appellatur informis: & propter indeterminatum multarum appetitum formarum, confusa dicitur, & permixta. Hæc Bonauentura.

¶Verũ ista est opinio quam Thomas sicut iam patuit specialiter reprobat, quam & Richardus nominat phantasiam. Richard.

¶Præterea Alexander circa hæc multa quærit, & tandem sequitur August. perhibens omnia facta in eodem nunc, dicitq; illud nunc fuisse nunc æui, non temporis, atq; in ipso simul esse creata distinctè inuisibilia, ac visibilia. Alexãder. August.

¶Henricus demum quodlibeto 6. quæstione ultima, qua inquiriti, utrum elementa sint distincta per corpora cœlestia, parum tangit de ista materia elementorum dicens: Ordo, ac dispositio non est a cęlo, sed immediatè a Deo, siue in primo instanti creationis mundi, siue per interualla dierum, ut narrat scriptura Geneseos. Vnde ne errandi occasionem accipere posset humana temeritas, si scriptura narraret primò factum cœlum, deinde elementa, pronunciat ea simul creata, cũ ait: In principio creauit Deus cœlũ, & terrã, noĩe terrę naturã oĩm quatuor elementorum designans, iuxta quem modum dicit in Hexamerõ Ambrosius: Scriptura describit terrę nascentia esse facta tertio die, cum tũ Sol, Luna, & stellæ legant̃ quarto die, pducta, ne si priùs Sol, Luna, & sidera, per quorum uirtutem terrænascentia crescunt, facta describerentur, procreatio terrænascentium illis possit ascribi. Hæc Henricus. Hetricus. Gene. 1. Ibidem.

¶In quibus non determinat, an omnia sint simul distinctè producta, an non.

¶Porro Thomas de Argentina magis sentire cõspicit, quòd simul producta sint distincta, dicendo: Deus dupliciter operat̃ aliqua, mediante natura, & hæc cõiter fiũt successiuè, aliqua p se immediatè, ut res creare, peccata dimittere, gratiamq; infundere: & talia in instanti fiunt pfectè, cũ Deus sit ptãtis penitus infinitæ. cumq; primordiales res nõ pduxerit mediãte natura. sed immediatè p se, vr posse dici, q̃ in instanti fecerit eas pfectas, & cõpletas, tã in materia, q̃ in forma. Hæc ille. Idem Hanibal. Thomas. Gulielm⁹.

¶Præterea Gulielmus 1. parte libri de vniuerso: Ordo, ait, naturæ est ordo creationis, ut quæ priora sunt natura, intelligantur esse priora creatione, seu priùs creata. Cumq; extrema in omni contrarietate priora sint alijs, cœlumq; ultimum, & terra sint extrema inter oĩa mundi corpora, atq; contraria, primo utiq; sunt creata. Ideo scriptũ est: In principio creauit Deus cœlum, & terrã, hoc est, ante corpora alia. Hinc quædam narratione ꝓpheticæ sunt conclusiones philosophicæ, ut est illud prophetæ: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mãdauit, & creata sunt. Ps. 32. 148. Item q; illud, Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux, Gene. 1. Hæc aũt narratio, In principio creauit Deus cœlũ, & terram, ex conclusionibus multis est aggregata: quarum prima est, Deum esse, cuius declaratio ad primam spectat philosophiam. Alia conclusio est, cœlum, & terram esse creata, & hanc declarat naturalis scientia. Tertia est, Cœlum, & terram inter corporalia primo creata esse, cuius probatio est prætacta: qm̃ idem est ordo creationis quorũcunq;, qui est esse siue essentia eorundem: qm̃ idem est ordo finium, & uiarum, quæ ducunt ad fines: Porro esse, & essentia ita se hãt ad creationem, seu gnationem, ut finis ad uiam suam. Declarat̃ quoq; idem ordo (.i. prioritas creationis cœli, & terræ) per hoc, quod idem est ordo actuum, & potentiarum. Qui autem est ordo potentialitatum, idem est, & exituum de illis: & qui est ordo exituum, est & actuum siue effectuum. Cumq; creatio, & generatio exitus sint de potentia in actum, & de potentialitate in effectum essendi, manifestum est, quòd quorum actus, seu actualitates sunt primi, eorum exitus de potentialitate sunt primi. Cum ergo cœlum, & terra necessariò prima sint, utpote extrema inter corporalia, constat, quod primi sint eorum exitus, seu pductiones. Supra quoq; ostensum est cœlum, & terram a nullo posse, aut potuisse creari, nisi a Deo, quod ẽt sic probatur Si non esset lux nisi solaris, non esset lucere nisi ab illa: sic cũ non sit esse primũ per se, & independens nisi Deus, nõ potest esse, aliquod esse aliud nisi ab ipso. Sic igitur imaginare creatorem in vniuerso, ut radiantissimam lucem, & ipsum esse vniuersi, ut latissimam ipsius radiositatem, & circunfulgẽtiam in omnibus, & super omnia expansam. Verum nũc perscrutandum est, utrum subito, uel per partes cęlum (quod est circa cœlũ empyreũ) & terra creata sint, & utrũ aliqua alia sint simul creata cũ eis, hoc est, eadem die, uel hora, seu puncto, & quæ, ac quot sunt illa. Itaq; dico quòd si inter cœlum illud, & terram nõ essent aliqua intermedia corpora, uacuum esset, ergo cum cœlo illo & terra simul creatum est aliquod medium unum, aut plura. Et quidam dicũt hoc esse quatuor elementa, alij materiam quatuor elementorum confusam, tanquam massam indistinctam: superioremq; partem eius, reuolutione cœli esse calefactam, & exsiccatam, ac subtiliatam, & sic generatum esse ignem elementarem, cœlo lunari contiguam: secundam verò eiusdem materiæ partẽ dicunt eodem motu cœli subtiliatam, & calefactã, non exsiccatam, sed humidam remansisse, sicq; aerẽ procreatum. tertiam aũt massæ illius partẽ ob eius maiorem a cœlo elongationem, minus subtiliatã, nec calefactam: idcirco ex ea factam aquam elemẽtarem. Terram verò creatam fuisse, ac remansisse in ea grossitie, in qua est, aut resedisse in fundo mũdi istius, tanquam omnium fecem elementorum, generatamque esse subtiliorum separatione ab ea. Sed istis difficilè est saluare reliquam partem scripturæ in Gen. quæ uidetur asserere cœlum esse creatum in medio aquarum, ipsi uerò non ponũt aquas esse supra Lunam, imo omnia elementa esse sub illa. Deniq; cum cœlum empyreum sit quietissimum, terra quoq; præ cæteris elementis quieta sit, imo, quo ad se totam omnino immobilis, sequitur, q̃ cęlum ex sua natura mobilissimũ sit in distantia ęquali, inter duo illa extrema. i. in medio eorundem sicut ait scriptura: Fiat firmamẽtum in medio aquarum totam etenim massam, seu molem, quæ fuit inter cœlum empyreum, & terram, sapientes Christianorum, ac Hebræorum dixerunt aquam uocari siue abyssum, aut etiam aliquando terram. Scriptura demum nominat eam abyssum, propter profunditatem, & confusionem, insinuatque totum fuisse aquam a terra usq; ad cęlum empyreum, atq; in medio tãtæ aquæ factum esse cœlum, quod nuncupat firmamentum. De igne uerò, & aere, generationibusq; eorum, nullam vr scriptura facere mentionẽ quamuis quidam ex philosophis Hebræorum somniauerunt, per spiritum dñi aerem designari, quia in lingua eorum pro spiritu habetur uentus, quasi uentum opinaretur propheta esse aerem motum, quod & in lib Meteororum improbatur. Gene. 1. Ibidem. Aristo.

Cœlum, & terra a solo Deo potuerũt creari.

¶De hac materia scribit hic doctor diffusè, sequens superficiem literæ, dicendo cœlos ex aqua constare, ac factos in medio aquæ, ac conseruari in aquis, quæ sunt supra cęlos, quemadmodum pisces facti ex aquis inferioribus, conseruant̃ in eis, prout hæc infra pleniùs exprimentur. Tenet quoq;, quod per interualla dierum sint facta, & in substãtialibus formis saltem quibusdam distincta.

QVAESTIO. II.

NVnc pertractandum est, *An materia ualeat stare nuda*. ¶Videtur, quod non: quoniam omne esse est a forma, & ipsa materia est pura potentia, in se nil habens de actualitate.

¶Ad hoc respondet Henricus primo quodlibeto: Hic oportet primò excludere falsam imaginationem quorundam de materia, dicentium, quod nihil sit nisi potentia quædam. ideo quantum est de se, non est, qnia quod solum est in potentia, inquantum huiusmodi, non est, ita quòd in sui natura intantum appropinquat non enti, quod si careat forma, mox cadit in ens. Hinc Plato in secundo Timæi debilitatem esse materiæ tangens, ait, quòd mira quadam, & incomprehensibili ratione inter nullam, & aliquam substantiam posita pura uidetur potentia, Augustinus quoque duodecimo Henricus. Plato. August.

confessionum testatur, propè nihil erat, quod informè erat, ꝓꝓ quod Augustinus fatetur se quandoq; putasse eam nihil posse nisi sub forma. Suadebat ratio vera, ut omnis formæ qualescunq; reliqas omnino si detrahere uellem, prorsus omnino informè cogitarem. Et hoc potui. Citiùs enim nõ esse censebam, quod omnino forma priuatur, q̃ cogitarem quiddam inter formam. & nihil, nec formatum nec nihil, sed informè, & propè nihil. Vnde, & Auicenna quinto. Metaphysicæ suæ: Materia, inquit, est quiddam, quod non habet per se ullo modo esse, nec est in effectu nisi per formam. Et quanquam materia ita sit propè nihil, ꝙ sit media inter ens actu perfectum sub forma, & non ens: ipsa tamen in sua natura est aliquid, prout duodecimo confessionũ loquitur Augustinus: Non est, inquiens, corpus nec color, nec forma, nec spiritus: non tamen omnino nihil, sed aliquid factum, & creatum a Deo. Non solum materia est aliquid aliud præter formam, imò etiam inquantum est aliquid boni, est differens a bono, quod est forma, quæ materia non per aliquam speciem sentiri sed per omnimodam speciei priuationem cogitari uix potest. Quia ergo materia non ita est propè nihil. nec ita in potentia, quin sit natura. atq; substantia capax formarum, differens per essentiam a forma: nec esse suum, quo est quid capax formarum, a forma est, sed a Deo etiam immediatiùs, q̃ forma, ita quod ipsarum formarum productio quodam modo magis dici possit forma tio quædam de materia, quàm creatio, non est dicendum propter debile, & potentiale esse materiæ, quod omnino possibilitas esse eius simpliciter sit dependens a forma, sed potius econtrario, imò est susceptibilis esse per se tanquam per se creabile, & propriam habens ideam in creatore. Et quamuis secundum communem cursum institutionis naturæ sic sit facta materia, ut aliqua actione naturæ nõ possit omnino spoliari forma (: quoniam pura actione naturæ non est generatio vnius sine corruptione alteriùs) tamen actione creatoris spoliabilis est ab omni forma, ut id quod formæ est, relinquatur suæ naturæ, nec ipsa conseruetur ab illo, sed illud cadat in nihilum: idq; quod materiæ est, in esse conseruet Deus per se. Non enim minus potens est Deus esse materiæ conseruare. quàm ipsam creare: imo si non conseruaret, nec in composito starret: nec minus potens est eam per se creare, quàm esse formæ in composito ei communicare: quia natura, & origine esse eius in actu creationis compositi, præcedit esse formæ, atq; compositi, quamuis non tempore simpliciter. imò tenendum est, quod actione diuina supernaturali, materia potest per se subsistere nuda absq; omni forma. multo plus q̃ accidentia, quæ magis remota sunt a per se subsistente substantia, quàm materia, cum ipsa sit substãtiæ pars essentialis. Et qui istud negant de materia, multo magis negarent hoc de accidente, nisi oppositum pateret per fidem. Ad obiectum dicendum, quod procedit ex defectu philosophiæ non determinantis omnem modum essendi non ex contrarietate eius ad theologicam ueritatem. Quemadmodum enim ait super secundam hebdomadam Boethij Commentator, In philosophia esse simpliciter, & esse aliquid circa quamcunque, rem multipliciter dicuntur. Nempè in theologia quod aliquid dicitur esse, hoc intelligunt theologici denominatione extrinseca, ab esse primi principij: quia uidelicet participant diuino esse, inquantum sunt similitudo quædam diuini esse.

Auicenna.

August.

Boethij.

Quod verò res dicitur aliquid esse, ut homo, vel corpus, dicunt ei conuenire denominatione intrinseca a natura suæ essentiæ. Hinc in mataria attenditur triplex esse, utpote esse simpliciter, quod habet a Deo participatione increati esse, inquantum est eius effectus & esse aliquid duplex, vnum quod est formarum capacitas, quod habet a sua natura, qua est id, quod est, differens a formæ: aliud, quo est cõpositi fulcimentũ, & hoc habet a forma, quia quod forma, habet ex natura suæ essentiæ, per hoc quod perficit capacitatem, potẽtiamq; materiæ, communicat materiæ, ac toti composito: & tale esse est illud, quod materia habet in actu, per quod habet, & existentiam actualem, ita quòd quantum est ex aptitudine suæ naturę nisi supernaturaliter conseruetur, definere esse sub forma, est ei definere esse simpliciter. Vnde philosophi respicientes ad naturalem materiæ aptitudinem solum, dicunt quod materia est in potentia, & non habet actualiter esse nisi per formam, Hæc Henricus. Qui istud ibidem consequenter declarat, sicut & in quęstionibus suæ Summæ.

¶Porro Scotus respondet: Res materialis composita est ex duobus, quæ sunt partes eius essentiales oppositæ, & semper aliquid generantis præexistit genito sub forma corrupti. Vnde teneo, quod non est contradictio, materiam esse sine forma quacunque substantiali, & accidentali: quoniam absolutum distinctum, & priùs alio absoluto, potest esse sine illo absque contradictione: sed materia, est qd absolutum distinctum, ac priùs forma quacunque substantiali, & accidentali. maior est manifesta in omnibus, nisi in illis sit simuleitas originis, quæ includit simuleitatem correlatiuorum. Materia autẽ est quid absolutum, cum faciat compositionem realem, & absolutam: & est natura, uel origine prior forma, cum sit receptiua, fundamentumq; formæ. Præterea quicquid Deus absolutum facit in creaturis mediante causa secunda, potest facere sine illa per se. si ergo per formam dat esse materiæ, potest hoc facere per se effectiuè, & conseruatiuè. Rursus, quod Deus immediatè creat, potest conseruare immediatè, sed materiã immediatè creat per se. Istud multipliciter probat Scotus, & auctoritatẽ Boethij, quod omne esse est a forma, exponit de esse perfecto specifico, vel quod loquitur de facto, non de possibili secundum omnipotentiã Dei. Addit quoq; quod materia non est ens in potentia, sicut futurũ quod nunquam fuit, sed est in potentia respectu formę, & esse perfectioris. sicq; Scotus in isto consentit Henrico, a quo communiter, seu valde frequenter dissentit.

Scotus.

Boethij.

¶Porro Thomas, & Bonauentura, ut patuit supra, dicunt impossibile esse, materiam actualiter sine forma existere. Attamen dubium esse potest, an intelligant hoc de impossibilitate secundum cursum, ordinemq; naturę, an de impossibilitate simpliciter, ita quod implicet contradictionem.

Tho.aqui. Bonauent.

¶Richardus uerò respondet: Materia dupliciter accipi potest. Primò pro re purè possibili, transmutabili in actualitatem generabilem, & corruptibilem, sicq; contradictionem includit. quia ex hoc res dicitur purè possibilis, quod sibi nullus actus conuenire potest per quamcunque potentiam. Secundò ꝙ natura recipiente formam, quæ manet altera pars compositi: & materiam taliter sumptam, Deus facere pôt absq; omni forma. Quamuis enim naturale esse materiæ sit esse sub forma: tamẽ Deus supernaturaliter potest ipsam priuare illo esse, & dare

Richardus

dare ei esse per se, ut patet de accidente in sacramento. Et quia res purè possibilis, transmutabilis in formã, concreata est materiæ, ꝙ sumitur ꝙ natura suiceptiua formæ, quæ remanet altera pars cõpositi: ideo quamuis non sit possibile ꝙ quamcunq; potentiam fieri illam naturam purè possibilem per se, tamen per diuinam potentiam possibile est ipsam esse supernaturaliter sine actualitate, quæ est forma per hoc quod Deus potest facere materiã sine forma. Hæc Richadus.

Dionysius

¶Cuius rñsio uĩ obscura, & implicans. Si enim contradictionem includit, materiã primo mõ sumptam fieri per se, vĩ, quod nec per diuinam potentiam possibile sit ipsam esse supernaturaliter sine actualitate, quæ est forma. In creaturis quippè, qd̃ fieri nequit, esse non ualet, Insuper quæ est illa res purè possibilis, transmutabilis in actualitatem? aut enim hoc est forma inchoata, seu quæcunq; inchoationis eius, uel aptitudo, potentialitas, dispositiove ad ipsam, Proprijssimè aũt loquendo, materia prima, quæ est altera pars compositi ꝙm se sumpta, & abstractissimè considerata, est pura potentia passiua per totius actualitatis exclusionem, utpote id, quod remanet abstracta ab ea per intellectum omni forma substantiali, & accidentali, quæ materia ꝙm Philosophum non est quid, nec quale, nec quantum, & de illa materia uersatur hæc difficultas. Porro materia illa primo modo accepta secundum Richardum, vel est realiter idem cum materia secundo modo sumpta, vel cum forma substantiali, aut cum toto composito, alioquin non est in gñe substãtiæ per se, nec reductiuè. Si aũt est realiter idem cũ materia secundo modo accepta, non transmutat in actualitatem: si est idem cum forma, non est res purè possibilis. Hæc breuiter tacta relinquo alijs pleniùs prosequenda.

Philosop.

Richardus

Durandus

¶Insuper Durandus recitat ambas istas opiniones cum suis motiuis, & tenet, quod implicet cõtradictionem, materiam, quæ est altera pars compositi, esse absq; omni forma substantiali, quod item impossibile uideatur, materiam esse sub forma accidẽtali sine substantiali, & motiua eius sunt tacta. Nempè, ut asserit Commentator, materia substantificat per posse: ideo eam actualiter esse sine forma, implicare vĩ. Præterea ueriùs reor, quod omnipotentia Dei supernaturaliter possit materiam per se creare, & creatam per se nudam conseruare. Inquãtum. n. materia recedit a non ente, seu nihilo, intãtũ sortit & habet aliquid de opposito, hoc est, de entitate, q̃ quamuis non sit actualitas formalis completa, naturaliter per se substẽtabilis, aut subsistens, attñ est entitas absoluta, imcompleta, supernaturaliter conseruabilis in se, nec est successiuæ naturæ, nec contra hoc Durandi obiectio militat. Et iuxta hoc omnipotenti Deo possibile est materiam conseruare sub forma accidentali sine substantiali.

Durandus

QVAESTIO. III.

MOdo quærendum est, *An omnium corporaliũ sit una materia.* idest, uniuocè dicta, seu eiusdem rationis. Aliqui verò cõius quærunt, *An omniũ spiritualium, & corporalium sit una materia.* Sed quia superiùs tam in isto secundo. q̃ super primum est declaratũ, quod in angelis, & anima non sit materia, propriè dicta, neque uniuocè cum rebus corporeis, hinc modo præcipuè est scrutandum, an omnium corporalium sit una materia. De alia tamen quæstione paulisper tangendo, sciendum quod Bonauentura circa hoc scribit supra 3. distinctione: Circa hanc qõnem sapientes sapientibus uidentur contrarij. Magni etenim, ac profundi in theologia, philosophiaq; clerici, qui eminentiùs ueritatis inquisitores fuerunt, diuersificati sunt. Quidam enim posuerunt, quòd materia in spiritualibus, & corporalibus differt, nec vnitatem nisi analogicè habet. Alii posuerunt, quod sit vna per essentiam. Si autem quis sapienter consideret, uidebit quod utraq; opĩnio secundum diuersas uias uera loquatur. Ratio namq; huius diuersæ positionis, fuit diuersus modus cognoscendi materiam: quia materia dupliciter scibilis est, utpote per priuationem, & analogiã. Cognitio per priuationem est priùs remouendo omnem formam, deinde dispositiones ad formas, sicq; considerare ipsam essentiam materiæ nudam quasi intelligibilem tenebram. Cognitio verò per analogiam, est per consimilem habitudinem Porro habitudo materiæ est per potentiam, & ista cognitio est per materiæ comparationem ad formam mediante potentia Potentia quoque materiæ dupliciter potest comparari ad formam. Primò, inquãtum materia præbet formę fulcimentum in rõne entis, sicq; considerat eam metaphysicus: aut sub ratione mobilis, & sic considerat eam naturalis. Itaq; considerantes materiam secundum priuationem omnis formæ tam substantialis, q̃ accidentalis, dixerunt quod eadem est in spiritualibus, & corporalibus secundum essentiam. Si enim ab omnibus formis, & ab omnibus accidentibus separetur utraque materia, nulla omnino inter eas diuersitas apparebit. Considerantes uerò materiam secundum analogiã, uidelicet sub rõne potentiæ, inquantum præbet fulcimentum formæ in rõne entis, dixerunt esse eandem secundum analogiam: quia est ibi consimilis habitudo. quemadmodum enim materia corporalium sustinet, & dat suis formis existere, atq; subsistere. sic materia spiritualium est ratio participationis secundum plùs, & minùs. Nam in spiritualibus substat formæ spirituali tantum, in corporibus autem superioribus formæ substantiali, & quantitati: in corporibus verò inferioribus, formæ substantiali, & quantitati, & contrarietati. Et quia quod purè est in genere substantię, plùs participat de ratione per se stantis, & independentis: quod verò plùs accedit ad accidentis naturam, in plùs elongatur: hinc substantiæ spirituales per priùs, ac ueriùs substantiæ appellantur, deinde corpora superiora, postremò corpora inferiora. Potest quoque aliter dici, quòd dum loquimur de unitate materiæ, loquimur de ea prout ad ipsam stat ultima resolutio principiatorum: ideo tripliciter possumus loqui de ea, secundum quod tres sunt, qui docent resolutionem facere ad principium materiale. Ad materiam nãq; resoluit naturalis, qui considerat generationem, & corruptionum. Ad eam resoluit physicus uniuersalis, qui considerat omne corpus mobile siue secundum situm siue secundum formam. Ad eam resoluit metaphysicus, qui considerat omne ens, & quilibet horum resoluit secundum ampliationem suæ considerationis. Physicus quippè inferior, qui negociatur circa generationem, & corruptionem, considerat materiam, ut est principium generationis, & corruptionis, sicque solum est in inferioribus. Cum que omnia illa sint inuicem transmutabilia, ideo solum dicit generabilium. & corruptibilium eandem esse materiam: physicus autem superior considerat ipsam naturam mutabilem siue ad situm, siue ad formam, uidetq; omnem passionem in inferio-

Materia dupliciter est scibilis

Bonauent.

ribus, & ſuperioribus, per quam mutabilia ſunt ad ſitum, eſſe a partibilitate mobilis, cuius principium eſt materia: aut contrarietate, cuius ſubiectum eſt ipſa, ideo reſoluit ad materiam omnes paſsiones rei corporalis. Hinc ſm ipſum eſt eadem materia in corporalibus uniuerſis. Porro metaphyſicus conſiderat naturam omnis creaturæ, præſertim ſubſtantiæ, per ſe entis, in qua eſt conſiderare, & actum eſſendi, quem dat forma, & ſtabilitatem per ſe exiſtẽdi, quam præſtat id, cui innititur forma, hoc eſt, materia. Cumq; per ſe eſſe, in ſpiritualibus, & corporalibus dicat communitatem, non æquiuocationem, imò communitatem generis, ac rei, non analogiæ tantum, ideo oportet recurrere ad principij unitatem. Vnde ſm metaphyſicum, in omnibus per ſe entibus eſt materiæ unitas. Omnium horum philoſophorum conſideratio uera eſt, ſed indicant differenter. Phyſicus namq; non dicit eandem eſſe materiam in corporalibus cunctis, quoniam non pertingit ad conſiderationem materiæ ſm eius eſſentiam, ſed ſolum ſm eſſe & abſq; dubio aliquod eſſe habet materia in corporibus, quod non in ſpiritualibus, & aliquod in corruptibilibus, quod non in incorruptibilibus. Metaphiſicus demũ non tantum ſm eſſe, ſed & ſm eſſentiam conſiderat materiam, cumque omni eſſe abſtracto, non ſit reperire, imo nec fingere diuerſitatem in materia, ideo dicit eſſe unam in omnibus per eſſentiam. Idcirco dũ hanc quæſtionem tractat theologus, aut pertractat eam ut naturalis, aut ut metaphyſicus. poteſt etenim ipſe accipere omnium modos ſcientiarum cum ei deſeruiant. Si ut naturalis, decet non eſſe eandem: ſi ut metaphyſicus, dicet eandem eſſe ſecundum eſſentiam, non ſecundum eſſe. Et quoniam nobiliori modo iudicat metaphyſicus, quàm inferiores ſcientiæ, hinc, qui poſuerunt eandem in ſpiritualibus, corporalibusque materiam, altiùs eleuati meliùs iudicarunt, quamuis ſecundum diuerſas conſiderationes utrique potuerunt dicere uerum. Hæc Bonauentura.

¶Inſuper quærit ibidem, utrum materia ſpiritualium, & corporalium ſit numero una. Rñdet. Poſitio philoſophorum, & phyſicorũ uirorũ eſt, quòd materia in quibuſcunq; conſiſtit, eſt una numero ſecundum eſſentiam, cum ſm ſe ſit pura potentia nullum habens actum, nullamq; formam, ergo nullam diſtinctionem. Hæc Ibi.

Dionyſius ¶Quę recitatiuè induco, cum certum ſit materiã quæ eſt in uno, non eſſe eandem numero, quæ exiſtit in alio: neq; eſſentia unius eſt eſſentia alterius. Materia verò omnino abſtracta, & ſm eſſentiã ſuã conſiderata, ut ſic, non eſt in pluribus: imo ſoli increatæ diuinæ eſſentiæ proprium eſt eſſe eandem numero in pluribus, ut primo patuit libro.

Quæſtio. ¶Prętereà hac duodecima qrit diſtinctione, utrũ cœleſtium, atq; terreſtrium corporum ſit una materia quantum ad eſſe. Videtur, ꝙ ſic, quia cum dicitur: In principio creauit Deus cœlum, & terram. ſecundum expoſitores communiter, nomine terræ intelligitur materia uiſibilium omnium citra cœlũ empyreum, & ſi extitit una, habuit aliquam formã, ergo cœleſtia, & terreſtria ex una materia, quo ad eſſe materię, ſunt producta.

Reſpõſio. ¶Dicendum, quòd qõ iſta poteſt dupliciter intelligi, primo, de unitate materiæ ſm eſſe, quam habuit antè rerum ex ea ꝓductionem. Secundò, de unitate materiæ ſm eſſe ſuum poſt productionem rerum ex ea. Primo modo fuit una: quoniam una fuerat moles, unicam habens formã incompletam. q̃tum verò ad ſm quæſtionis iſtius intellectum, alia eſt cœleſtium terreſtriumq; materia, utpote diuerſis formis completis formata. & corruptibilis, ac priuationi ſubiecta ſub una forma, non aũt ſub alia, quod non ſolum facit diuerſitatem in materia ſm eſſe quantum ad actum, imo etiam quantum ad potentiam ad actum ordinatam, quæ diuerſitas non eſt in materia, prout formis elementaribus eſt ſubiecta. Nempè etſi materia ſubiecta formis ignis, & aeris, habeat aliud, & aliud eſſe actuale, attamen: quoniã utrobique ſubiecta eſt tranſmuiationi, atq; priuationi, & poſsibilis ad utrunq;, ideo dicuntur materiam unam habere ſm eſſe. porro in cœleſtibus, & inferioribus corporibus non eſt ita, Hæc Bonauentura. ¶Cuius rñſio procedit ſm prænducta eius opinionem, qua opinatus eſt primordialem illam materiam una cõi, & incompleta forma ſubſtantiali tñ fuiſſe formatam, cuius oppoſitum eſt oñſum.

¶Poſtremò qrit de illa materia primordiali q̃tũ ad tẽpus, & locũ, uidelicet qñ, & ubi fuerit creata. Et q̃tum ad tempus, rñdet ꝙ antè omnem diẽ, quo ad prioritatem ordinis naturæ: ſed quo ad ordinẽ durationis, ſeu temporis, diuerſimodè diuerſi ſenſerunt. Quidã namq; dixerunt, ꝙ non fuit aliqua mora inter creationem, & diſtinctionis inceptionẽ, ita, ꝙ ſtatim ut producta eſt illa materia, facta eſt, & lux, q̃ diẽ cauſauit nec ulla fuit intermedia morula. Alij dicunt, ꝙ intererat mora, cui plus conſonat ex poſitorum ſententia, q̃uis de his non ſit certitudo omnimoda. Hæc Bonauentura. Qui addit vnũ iuxta ſuã poſitionẽ notabile: Quadrupliciter, inquiens, põt intelligi unitas materiæ. Primò, q̃tum ad eius eſſentiã. Secundò, quo ad eſſe in completũ, & a cõpletione proximũ, aut ſecundũ eſſe ſuũ ĩcompletũ complexioni proximũ, aut ſm eſſe ſuũ completum ſimpliciter. Et iuxta hoc diſtinguit materia, ꝙ quædam eſt ſubiecta formæ ſubſtantiali tñ, ſicut in angelis: quędam formæ ſubſtantiali, & q̃titati, ſicut in cœleſtibus corporibus: quædam formæ ſubſtantiali, quantitati, & contrarietati, ut in elementis: quædam formæ ſubſtantiali, quantitati, & corruptioni ut in mixtis, quæ ſecundum ſe tota corruptioni obnoxia ſunt. Primo modo eſt eadem materia ſpiritualium, & corporalium. Secundò, cœleſtium, & terreſtrium, ſeu incorruptibilium, & corruptibiliũ. Tertio mõ, corporum elementariũ, ac inuicem tranſmutabilium Quarto, corporum ſpecie, ac natura ſimilium. At uerò q̃tum ad ſecundũ, rñdet, ꝙ primordialis illa materia fuit in loco, & habuit ſitum, ptingens ſurſum uſq; ad cœlum empyreũ, habuit quoque differentiam in partibus ſuis ſecundum ſuam ſubtilitatem, atq; groſsitiem ſemiplenam, poſitiones et ſecundũ ſurſum, & deorſum quodammodo. Hæc Bonauentura.

Materiæ vnitas quadrupliciter intelligibilis.

Richard⁹ ¶Præterea ad hoc, an materia angelorum, & corporalium ſit unigenea, ideſt unius rationis, rñdet Richardus: Dicunt quidam, ꝙ imo, eo modo, quo plures annuli facti ex auro, dicuntur unigeneam habere naturam, ideſt, in ſubſtantialitate conſimilem. quod probant: quoniam libro de mirabilibus ſacrę ſcripturæ primo capitulo dicitur: Ex informi materia, quam Deus primo ex nihilo condidit. cunctorum uiſibilium, & intellectualium, ac intellectu carentium ſpecies multiformes diuiſit. Sed mihi vr̃, quod omnium horum non eſt materia unigenea, ſeu uniuocè dicta, Materiam.n. corporaliũ ſequitẽ extenſio, non aliorum. Materia quoq; ſe habet ad formam, ſicut potentia paſsiua ad actũ. differentiæ autem potentiarũ ſumunt iuxta differentias actuũ,

Vnde

Vnde cum materia cuiuſlibet elementi ſit in potentia ad formam cuiuſlibet elementi, dicimus in eis eſſe materiam uniuocè. cumq; materia angelorum ſit determinata ad formã ſpũalem, & ei ꝓportionata, nec ſit in potentia ad formam aliquam corporalem, non eſt vnigenea materiæ corporalium rerũ.

Philoſop. ¶Ad auctoritatem ergo prætactam dicendum, quod ibi accipitur informis materia non tantum ꝓ illa, de qua fecit Deus corporalia omnia infra empyreum cœlum contenta, ſed etiam largiſsimè ꝓ omni potentiali natura perfectibili forma ſubſtantiali. Hinc ſecundum philoſophum primo de generatione, illorum tantum eſt una materia, quæ traſmutationem habent adinuicem. Hæc Richardus.

¶Qui iterum quærit, An angelorum materia ſit actualior, q̃ forma corporum quorumcunque. Reſpondet, Probabiliter dici poteſt, quòd imò: qm̃ paſsio intellectualis nobilior eſt, q̃ quęcunque actio purè corporalis, ergo nobilius eſt principium paſsiuum ſubſtantiæ intellectualis, uidelicet eius materia, q̃ principium actiuum cuiuſcunq; ſubſtantiæ purè corporalis. Veruntamen alij poterunt opinari, ꝙ ſi materia illa eſſet actualior quacunq; forma corporali, ex ipſa, & forma eius non poſſet unũ

Richardus ſimpliciter fieri. Hæc Richardus.

¶Ex quib⁹ manifeſtè apparet, ꝙ iſti ponẽtes ſpũalẽ materiã in intellectualibus, loquunẽ de materia impropriè, atq; ęquiuocè, cũ materia ꝓpriè ſumpta dicat, q͂d ꝓrſus potẽtiale. Quid aũt ſup his ꝓbabilius uideat, dictum eſt ſupra, & ſuper primum.

¶Ampliùs ad iſtud, utrum corporum incorruptibilium, & corruptibilium ſit una, & unigenea materia, rñdet Richardus: Dici põt ſine præiudicio, & aſſertione ptinaci, ꝙ non: quia (ut tactum) materia ſe habet ad formã ſicut potentia paſsiua ad actum. ideo ſicut potentiæ paſsiuę non ſunt unigeneę, quę ita ſunt diuerſis actibus proportionatæ, ac determinatæ, ꝙ una non põt recipere actum actui alterius ſimilem nec econtra, ita materias iudicamus non unigeneas, quæ ita ad diuerſas formas ſunt determinatæ, & proportionatę, ꝙ una non ualet naturaliter recipere alterius formam, nec ecõuerſo. Cumq; materia corporum corruptibiliũ naturaliter nequeat incorruptibilium corporum ſuſcipere formas, neq; econtra, patet ꝓpoſitum. Hinc in metaphyſica ait Philoſophus: Omnia materiam hñt, quæ tranſmutãtur, ſed alia ſempiternorum materia, quæ non tranſmutantur. Commentator quoq; 8. metaphyſicæ ꝓ

Themiſti⁹. teſtatur: Themiſtius dicit, ꝙ Sol, & Luna, & ſtellæ, aut ſunt formæ ſine materijs, aut ꝑ æquiuocationẽ hñt materiam. Iterum aſſerit Commentator: Non inuenitur materia una cõis unicuiq; naturalium rerum, niſi in rebus habẽtibus gñationẽ & corruptio

Rob.Mo. nem. Vnde & Rabbi Moyſes: Materia, inquit, corporis quinti, non eſt quatuor elementorum materiæ unigenea.

¶Porro ad iſtud, utrum omnium corruptibilium ſit materia numero una, rñdet: Siue materia generabilium, & curruptibilium dicat ens purum in potentia, ſiue infimum actualitatis gradum, ſemper eſt numero alia, ſm quod conſideratur ſub formis: quia ſecũdum dicentes, ꝙ materia dicit infimum gradũ actualitatis materiæ diuerſorum compoſitorum, diſtinguũtur ſe ipſis incompletè, & ꝑ formas completè: ſi verò materia dicatur, quid purè potẽtiale, quãuis in ipſa formis circumſcriptis nulla poſsit intelligi diſtinctio in actu: poſſet tñ in ea diſtinctio intelligi in potentia, quæ per diſtinctas formas reduceretur ad actum. ſicq; materia in diuerſis compoſitis adhuc eſſet numerata per formas, & formæ formaliter numeraræ ſeipſis, ideo concedendum, ꝙ in diuerſis generabilibus, & corruptibilibus non eſt materia numero una. Hæc Richardus.

¶Qui etiam addit, quòd materia de ſe importat infimum actualitatis gradum.

Dionyſi. ¶Contra, quod obijci poteſt, ꝙ cum materia, & forma ſunt extrema, & primò diuerſa, ac ſeipſis diſtincta, vnum nihil includit alterius, ergo materia de ſe nil actualitatis, aut formalitatis includit. Deniq;, ſi cum Thoma concedit formas per materias indiuiduari, ergo & numerantur per eas.

Tho.aqui. ¶Præterea de hoc, an omnium corporalium ſit una materia, ſcribit Thomas: Duplex ſuper hoc inuenitur philoſophorum opinio, quarum vtraque

Auicenna. ſectatores habet. Auicenna etenim omnium corporalium dicit vnam in ſpecie eſſe materiam, argumentum ex ratione corporeitatis accipiens, quæ cum ſit unius rationis, una ſibi debetur materia. Hoc autem Commentator in principio cœli, & mũdi, & alibi ſæpe improbare conatur, quia materia quantum in ſe eſt, eſt in potentia ad omnes formas, licet non poſsit ſimul eſſe ſub pluribus formis, ergo ſecundum quod eſt ſub una, eſt ad aliam in potentia. nulla autem inuenitur potẽtia paſsiua, cui non correſpondeat potentia quædam actiua potens eam in actum reducere, aliàs fruſtra eſſet potentia illa paſsiua. cumq; non ſit aliqua potentia naturalis actiua, quæ materiam, cœli ad aliam queat formam perducere, nihil inuenitur in cœlo de materia prima corporum inferiorum. ſequeretur etiã, ꝙ materia elementorum poſſet actuari formis cœleſtium corporum. Hinc poſitio iſta commentatoris probabilior mihi uidetur, & philoſophi dictis plùs conſona. quamuis autem corporeitas ſecundum intentionem logicam in cunctis corporibus extat vniuocè: tñ ſecundum eſſe conſiderata, non poteſt in materia corruptibilium, & incorruptibilium eſſe rõnis eiuſdem, quia non habent ſe ſimiliter in eſſendi potentia, cum unum ſit poſsibile ad eſſe, & nõ eſſe, non aliud. Hæc Thomas in Scripto.

Materia corruptibiliũ, & ĩcorruptibiliũ nõ eſt eiuſdẽ rõnis.

Arti. 2. ¶At verò in prima parte, qõne 66. Circa hoc, inquit, diuerſæ fuerunt opiniones philoſophorum.

Plato. Plato namq; & oẽs ante Ariſtot. philoſophi, poſuerunt omnia corpora eſſe de natura quatuor elementorum. cumq; quatuor elementa in una cõicent materia, vt mutua gñatio, & corruptio in eis oñdit, ſequebatur, ꝙ oĩm corporum una conſiſtit materia. Quod autem quædam corpora ſunt incorruptibilia, Plato aſſcripſit non conditioni materiæ, ſed uoluntati primi artificis, quem in 1. Timæi introducit corporibus cœleſtibus dicẽtẽ: Natura vr̃a eſtis diſſolubilia, mea aũt uoluntate indiſſolubilia, qa volũtas mea maior eſt nexu veſtro. Hanc poſitionẽ Ariſtoteles reprobat per naturales corporum motus.

Philoſop. Cũ.n. corpus cœleſte habeat naturalẽ motũ diuerſum a motu naturali elementorũ, ſequiẽ, ꝙ eius natura ſit alia a natura illorũ: & ſicut motus circularis, qui ꝓpriùs eſt cœleſtis corporis, caret contrarietate, motus autem elementorũ ſunt inuicẽ cõtrarij, ut motus ſurſum, & deorſum: ita corpus cœleſte eſt abſq; contrarietate, corpora verò elementaria hñt contrarietatem adinuicem. Cumq; gñatio, & corruptio ſint ex cõtrarijs, ſequitur, ꝙ corpus cœleſte ſecundum ſuam naturã ſit incorruptile, elementa uerò corruptibilia. Verũ non obſtante hac differentia naturalis incorruptibilitatis, & corruptibilitatis, Auicebron poſuit oĩm corporum vnã materiam,

Auicebrõ. attendẽs ad unitatẽ formæ corporalis: Sed ſi forma

 incorpo-

incorporeitatis esset vna forma per se, cui superue nirent aliæ formæ quibus corpora distinguunt, dicere cogeretur, ꝙ forma illa immutabiliter materię inhæret. & quantum ad illam formam, omne corpus esset incorruptibile, sicq; corruptio accideret per remotionem formarum sequentium, quæ non esset corruptio simpliciter, sed ſm quid: quia priuationi substernereetur aliquod ens actu, quemadmodum antiquis accidebat philosophis, qui ponebant subiectum corporum aliquod ens actu, ut ignem, aut aerem, aut aliquid tale. Supposito autem, quòd nulla forma, quæ sit in corpore corruptibili, remanet substrata generationi, & corruptioni, necessariò sequitur, ꝙ non sit eadem corruptibilium, incorruptibiliumq; materia corporum. Materia enim ſm id, quod est, est in potentia ad formam. oportet ergo, ꝙ materia ſm se considerata, sit in potentia ad formas omnium illorum, quorum est cõis materia, per unam autem formam non fit in actu nisi quantum ad illam formam. remanet ergo in potentia quantum ad omnes alias formas. Nec hoc excludit per hoc, si una illarum si perfectior alijs, uirtualiter eas includens: quia potentia quantum est de se, habet se ad perfectum, & imperfectum. Vnde sicut qñ est sub forma imperfecta, est in potẽtia ad formam perfectam: ita dum est sub forma perfecta, remanet in potentia ad formam imperfectã. sicq; materia ſm quod est sub forma incorruptibilis corporis, erit adhuc in potentia ad formam corruptibilis corporis, & dum actu eam non habet, erit simul sub forma, & priuatione. Hæc autem est dispositio corruptibilis corporis. Impossibile ergo est, ꝙ corruptibilis, & incorruptibilis corporis sit una materia. Non tñ dicendum est, ut fingit Auerrois, ꝙ ipsum corpus cœleste sit materia cœli, in potentia existens ad ubi, & non ad esse, & forma eius sit substantia separata, quæ unitur ei, ut motor, quia impossibile est ponere aliquod ens actu, quin uel ipsum totum sit actus, & forma, uel habeat actũ, seu formam. Semota ergo per intellectum substantia illa separata, si corpus cœleste non est habens formam, sequitur quòd totum sit forma, & actus. Omne autem tale est intellectum in actu, seu quid actualiter intellectum, aut intelligibile, quod de corpore cœlesti dici non potest, cum sit sensibile. hinc materia corporis cœlestis non est in potentia, nisi ad formam suam, siue illa sit anima, siue non. Hæc Thomas in Summa.

Auerrois. Substantia separata non est forma cœli.

¶Petrus verò circa hæc narrat aliorum opiniones, tangens earum motiua, & qualiter quælibet probabiliter, quæat defendi declarans, nec ad aliquam specialiter multum declinat, nolens in his, quæ infra certitudinem sunt, assertoriè loqui. Sic & Albertus expositionem Augustini tangit, ac aliorum de operibus sex dierum: magis tamen declinare uidetur ad Augustinum. An verò sit una materia in omnibus spiritualibus, ac corporalibus, uel saltem in corporalibus cunctis, non mouet in ista distinctione, sed supra in prima, ubi inducit positionẽ Auicebron, & Platonicorum, sicut præhabitum est. Et sequitur Peripateticos, asserentes non esse uerè, ac propriè materiam in intellectualibus substantijs separatis, neq; in anima rõnali. Infra quoq; 14. distinctione tuetur, corpus cœleste non esse naturæ elementaris, nec materiam eiusdem rationis esse in cœlis, ac elementis.

Petrus. Albertus. August.

¶Idem fatetur Vdalricus in summa sua 4. uolum.

Vdalricus

¶Prætera Durandus in decisione huius quæsiti, Vtrum omnium corruptibilium, & incorruptibiliũ sit materia eadem scribit notabilia quædã: De hoc, inquiens, est triplex opinio. una, ꝙ ipsorum est alia, & alia materia. secunda, ꝙ eadem. tertia, ꝙ nec eadẽ nec alia. Per incorruptibilia uerò intelligit solum cœlestia corpora. Nempè in angelis non esse materiam alibi comprobauit. Per tertiam uerò opinionem intelligit positionem Auerrois, qui in libro de substantia orbis affirmat, in cœlestibus corporibus non esse materiam, quæ sit pars compositi. Prima uerò opinio est, quam Thomas, & Richardus sequũtur, cuius motiua tangit Durandus, quæ & modo inducta sunt. Porro secunda est opinio ipsius Auicebron, quam Bonauentura magis sequi vr. Durãdus uerò sequitur primam. nihilominus objcit contra eam: Huic, dicens, opinioni duo obuiare apparent. primum, quia secundum rõnem eius sequitur, ꝙ sicut corruptibilium, & incorruptibilium corporum non est eadem materia, ita nec ipsorum incorruptibilium adinuicem: sed ꝙ erunt tot materiæ primæ, quot corpora cœlestia: quia materia unius corporis cœlestis, aut est in potentia ad formas aliorum corporum cœlestium, aut non. si est in potentia ad formas aliorum corporum, cum eas actu nõ habeat, est sub priuatione earum. materia autẽ sub priuatione, est corruptionis principiũ, sicut dicunt, sicq; corpus cœleste corruptibile eẽt, quod negãt. Materia uerò est in potentia ad formas omnium, quorum est cõis materia, ergo cœlestium corporũ ad nuicem non est aliqua cõis materia, sed erit materia uniuscuiusq;, differens a materia alterius propria rõne. Et præter materiam corruptibilium erunt tot primæ materiæ, quot cœlestia corpora. quod inconueniens ualde vr. Sic namq; cœlestia corpora differrent inter se gñe. Secundum est, quia impossibile est ea, quæ diuersarum sunt rationum, esse in gradu propinquitatis æquali ad esse, quemadmodũ impossibile est, diuersas species numerorum esse in distantia æquali ad unum. Si ergo materia cœlestium sit alterius rationis a materia corporum inferiorum, non sunt in gradu æquali. Cumq; materia gñabilium, & corruptibilium sit pura potentia ad esse, & ad omnia, quæ consequuntur ipsum esse, impossibile est, quòd materia cœlestium sit potentia pura ad esse: quia in pura potentia nõ sunt gradus, sicut nec in puro actu, sed materia illa necessariò erit actus, aut actum habens, quorum utrunque est impossibile, quia quoq; eorum dato, sequeretur, ꝙ ex ipsa, & forma non fieret unum per se, sicq; cœlũ non esset unum per se, nec unum simpliciter. Verum hæc solui possunt, dicendo ad primum, ꝙ corpora cœlestia communicant in materia: non tamen sunt inuicem transmutabilia, nec materia unius propriè fertur priuata forma alterius. transmutatio namq; fit inter contraria, non inter similia. Communitas autem materiæ ad formas diuersas, prouenit ex hoc ꝙ potest transmutari ad ipsas, & ad formas diuersas secũdum diuersos gradus specificos. Cum ergo corpora cœlestia non differant specie, nec formę eorum, sed numero solo, non sunt adinuicem trãsmutabilia. Ad secundũ dicendum, ꝙ in potentia pura passiua est dare gradus, & in puro actu similiter, sumendo actũ proportionabiliter ad passiuã potentiam: sicut n. materia est pura potentia, sic forma est purus actus. Materia namq; sic est pura potentia, ꝙ nec est actus, nec habet actum partẽ sui: tñ actui extat unibilis, sic forma ita est actus, ꝙ non est potentia, nec habet potentiã partem sui: tñ potentiæ unibilis est. Quẽadmodũ ergo in tali actu, sic & in huiusmodi potẽtia est dare gradus. Secũda opinio est, quòd

Dueandus

Bonauent. Obiectio prima.

Ad primũ.

Ad secũdũ

ꝙ omniũ corruptibiliũ, & incorruptibiliũ est eadẽ materia. Hoc etenim ab alijs non negat, nisi quia inferiora sunt coruptibilia, non alia. Sed istud nõ obstat quia materia non est corruptionis principium. nisi inquantũ priuationi, & contrarietati subiecta, ut primo physicorum habet. materia verò cœli, q̃uis sit eadem cum materia inferiorum, non est tñ priuationi, & contrarietati subiecta in cœlo, imò forma cœli est quodammodo omnis forma, utpote productiua omnium inferiorum formarũ. Quod demum ait philosophus, ea communicare in materia, quæ possunt inuicem transmutari, intelligitur de materia non, prima, sed proxima. His autem objcitur, quia materia susceptiua est formę, non solum ſm id, quod est uirtualiter, sed item ſm id, quod est essentialiter, forma verò cœli non est essentialiter omnis forma, ergo materia stans sub forma cœli, adhuc omni alia forma est priuata. Tertia opinio est, ꝙ in cœlo non est materia, materia quippè dupliciter sumitur. Primò ut est pars essentialis compositi, sicq; Auerrois cum suis sequacibus negat materiam esse in cœlo, dicens ꝙ cœlum sit corpus simplex, non solum simplicitate opposita mixtioni, ſm quod elementa dicuntur simplicia corpora, sed & simplicitate opposita compositioni ex essentialibus partibus, seu ex forma, & materia, qua simplicitate nullum corpus generabile, & corruptibile potest esse simplex. Secundò sumitur materia, ut est subiectum actu. eos, ſm quod accidentia dicuntur habere materiam, sicq; dicunt in cœlo esse materiam vel potius ipsum cœlum esse materiam suę quantitatis, diaphaneitatis, & luminositatis: Denique opinio ista fundatur in hac imaginatione. Ea, quæ a Deo procedunt, quanto plus distant ab ipso, tanto compositionem inducunt ampliorem: & quo minus, eo minorem: cumq; cœlestia corpora minus distent a creatore, q̃ corruptibilia, erunt minùs composita, itaque in eis non erit diuersarum coniunctio naturarum, uidelicet formæ, & materiæ, sed solum partium quantitatiuarum. Præterea ſm Commentatorem, operatio arguit, seu scire facit formã, transmutatio materiã nam sicut operatio est entis in actu, sic motus, seu transmutatio est entis in potentia. potentia quoque respicit materiam, quemadmodum actus formam. Quicquid ergo habet materiã, quæ est in potentia ad esse, potest transmutari de esse ad non esse, & de non esse ad esse. Si igitur cœlum haberet materiam talem, posset transmutari de esse. ad non esse, esseq; corruptibile. Veruntñ huic opinioni obijcitur, quia cœlum, aut est materia tñ, aut forma tñ, aut compositum ex utroque. Non potest dici, ꝙ sit materia tantum, quia nõ esset quid actu: nec forma tantum: qm̃ forma per se actu subsidens, est intellectus, ergo compositum ex utroq;. Iterũ, in omni, quod mouetur, oportet imaginari materiã, similiter, in omni re corporali sensibili. Ad hęc tamen alij respondet, ꝙ diuisio substantiæ in materiam, formam, & compositum, non est uniuersalis, sed solum in certo genere rerum, cum angelus non sit materia nec forma, quæ est actus materiæ, neque compositum, similiter omne mobile, atque sensibile habet materiam altero modo prætacto. Tamen huic non consentio opinioni, nec uerum est quòd omnis materia, quæ est in potentia ad esse, sit in potentia ad non esse, præsertim dum est actuata propria forma eius appetitum satiante. Hæc Durandus.

Philosop.

Auerrois.

Dionysius

¶In cuius uerbis obscurum uidetur, ꝙ ait corpora cœlestia abinuicem specie non differrẽ nec formas eorum, cuius oppositum alibi est ostensum. Thomas quoque, & Richardus hoc improbant, & infra patebit contrarium.

¶Præterea circa p̃habitas qõnes multa pulchra disseruit Alexander, quæ sententialiter sunt inducta, & tenet, ꝙ non est communis materia cœli, & terræ: Nõ est, inquiens, una materia cummunis cœlo, & terræ, & quamuis omnium substantiarum sit vnũ genus in rõnali philosophia: non tamen eadẽ materia. Non. n. correspondet materiæ genus, quãuis dicamus genus esse admodum materiæ, differentiasq; instar formæ aliàs eadem esset materia spirituum, & corporum. Distinguit ergo, ꝙ quædam est materia subiecta motui, & contrarietati, sicut in elementis: q̃dam motui, non contrarietati, ut in cœlis: q̃dam nec motui, nec contrarietati, sed tm̃ formis, ut in spiritibus. Oportet aũt nos, loquendo ſm expositiones sanctorũ, fateri non esse eandẽ materiã cœli, & terrę, si nomine cœli intelligat cœlũ empyreũ iuxta Strabum: si verò per cœlum intelligat firmamentum, ac sidera, est distinguendum. Materia namq; cõis potest uocari, in qua fit formarum adinuicem transmutatio. nec sic est cœli, & terræ communis materia, sicq; Gregorius loquitur, distinguendo cœlum, & ea, quæ spectant ad ipsum, a terra, & ab his, quæ producuntur ex ea. Si vero dicatur materia, in qua est formarum distinctio, antequam plenariè distinguantur, sic communis potuit esse materia cœli aquei, seu chrystallini, & firmamenti, ac inferiorum cœlorum. Insuper dici potest, quia cum dicitur, In principio creauit Deus cœlum, & terram, quòd per cœlum, & terram designat informis materia, ex qua facta sunt cœlum, & terra. Vñ Augustinus contra Manichæos, Primò materia facta est confusa, & informis, ex qua omnia fierent, quæ sunt formata, atque distincta, quam credo a Græcis chaos uocari Si enim in libro Sapientiæ dicitur Deo: Qui fecisti mundum de materia informi. pro quo aliqui codices habent de materia inuisa. Hinc rectissimè creditur Deus omnia ex nihilo condidisse. quia etsi omnia de materia illa sunt facta: ipsa tamen materia de nihilo facta est. Hæc Alexander, qui in cæteris satis concordat nunc approbatis, attamen nunc temporis, in quo omnia simul creata dicuntur secundum utranq; expositionem, non secundum eundem sensũ, dicit fuisse nunc ęui, non temporis.

Gregor.

Alexãder.

August.

Sapien. 11

QVAESTIO. IIII.

Arguitur primò contra ueritatem.

QVæritur, *An sint tantum quatuor coæquæua. uidelicet angelus, cœlum, tempus materia* ¶Videtur, quòd non, quoniam locus est conseruatiuus locati, & ei coæuus, sicut & tempus rei temporali, tempus uerò est corruptiuum rei temporalis, ergo locus est unum coęquæuorum, sicut & tempus, imò, & magis, q̃ tempus. Secundò, tempus est mensura motus cœlestis, ergo satis datur intelligi nomine cœli, nec ultra cœlum ponit in numerum, imò cum cœlum mobile, utpote firmamentum, secunda die sit factum, tempus secunda die incepit, nec coæquæuum est angelo.

¶In oppositum sunt auctoritates Bede Strabi, ac Rabani.

In oppositum.

¶Ad istud rñdet Albertus lib. de coæquæuis: Numerus coæquęuorum accipiẽ penes principia creationis, & coexistentiam eorundem. Sunt. n. quedã creata ex materia corporea mutabili, & illorũ principium extat materia, quædam verò ex materia immutabili,

Albertus.

mutabili, id est, ingenita, & incorruptibi per generationem, & corruptionem, & horum principiũ est cælum, quædam autem creata sunt non ex corporali materia, & hæc nequeunt esse principata ex materia, aut ex cælo, ut angelus, ideo tria ista sunt coæquæua. Tempus quoq; coęquum ponit̃ eis, ſm quod sumit̃ ex tenso nomine, pro mensura cuiuscũque mutationis ad quod cunq; esse, vc3 pro mensura ꝑgressionis rerũ in esse ꝑcreationẽ. Hinc tẽpus illud non est in uno dũtaxat, sed adiacet trib⁹, angelo, cęlo, materiæ: habetq; duplicẽ cõparationẽ ad id, cui adiacet, ut pote, ut mensura, & accidens. Atq;, ut accidens priucipatur ex illis, estq; posterius illis ſm intellectum, non quo ad esse, & durationem: sed ut mẽsura, est passio motus, & adiacet, ut coæuum. Porro locus propriè non est nisi extremitas corporis alicuius, & refert̃ ad ipm sicut terminans ad terminatũ, & pars ad totũ. Scđum autẽ ꝙ accipit̃ in generatione, atq; natura, habet influẽtiã quãdã principij sup formã, & figurã rei generatæ in ipso, ꝑut ait Porphyrius, locus generationis [Vdalric⁹.] principium dicitur uel ab eo, qui genuit, aut ab eo in quo quis genitus est. Hæc Albertus, & concordat Vdalricus.

[Tho Aq.] ¶ Deniq; Thomas, ꝑ opus, ait, creationis instituta est tota natura, quantũ ad esse suũ informe. Vñ, quæ reduci nequeunt ad unum informe principiũ, quod est materia, faciunt numerũ in oꝑibus creationis. Substantia aũt, & accidens non reducuntur in vnam materiam, qm accidentis pars, materia nõ est. Hinc accidens, quod est sicut extra mensurãdo denominãs, substantiæ cõnumeratur, uidelicet tẽpus. Substantia quoq; spiritualis, & corporalis in materiam unam non reducuntur, cum spiritualia careant ipsa materia. Similiter corporum cælestiũ, & inferiorum non est una materia: ideo angelus, cælum & materia quatuor elementorum inter coæq̃ua connumerant̃. Cumq; locus sit superficies [Loc⁹ cur inter coæq̃ua nõ cẽseatur.] corporis locantis creatio loci in creationem intelligitur corporalis naturæ. At uerò accidẽtium quędam denominant illud, in quo sunt, ut albedo parietẽ, & illa intelliguntur creata in creatione subiectorum suorum, si sint de his, quę primum esse cõsequuntur figura quantitatis: quædam uerò denominant illud in quo non sunt ut in subiecto, ut locus non est locus corpis contenti: & tempus est numerus omnium motuum, quamuis primo motus eius in quo est ut in subiecto, uidelicet motus primi, ꝑ quẽ oẽs motus alij mensurant̃. ut decimo metaphysicę dicitur. Attamen alia rõ est de tẽpo- [Tps cur annumeret coæquis.] re, & de loco, qm locus essentialiter est supficies corporis locantis, tempus aũt non est idem numero cũ aliquo accidẽte in substantia fundato. Locus quoq; totũ suum complementum sortit̃ in re. Rõ aũt temporibus cõplet̃ actione animæ numerãtis. iõ magis habet rõnẽ extrinseci, q̃ locus aut aliud, ꝙcunq; accidens. idcirco ꝑ illis inter coęquęua annumerat̃: quod & factũ puto ad remouendũ antiquorũ philosophorum errorem, q̃ tpus dixerũt æternũ. præter Platonẽ, sicut octauo dr̃ physicorum. Præterea si dicantur oĩa non simul facta, motus cęli cœpit die sc đa, [Philoso.] sicq; tẽpus istud non potest intelligi mensura, seu numerus motus primi mobilis, sed per tẽpus significatur, ęuũ secundum quosdã, aut largissimè sumitur pro mẽsura cuiuscunq; successionis, ita ut tempus primò creatum dicatur, qđ mensurat creationem rerum, qua post non esse prodierunt in esse. Postremò per cęlum intelligitur cælum empyreum, aut etiam crystallinum, & firmamentum, quantum ad naturam eorum informem. Cęlum namque empyreum mox in sua creatione proprium habuit complementum. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Porrò in prima parte, qõne 66. testatur: [art. 4.] Cõmuniter ponunt̃ quatuor simul creata, uidelicet natura angelica, cælum empyreum, materia, tps. Veruntamẽ hoc dictum non ꝑcedit secundũ intentionem [August.] Augustini. Augustinus q̃ppe ponit duo prima creata, puta naturã angelicam, & corporalẽ materiam informem, nulla mentione facta de cælo empyreo. Et hęc duo, natura angelica, ac informis materia, p̃cedunt formationẽ non duratione, sed natura: & sicut natura præcedunt formationẽ, sic etiã & motũ, & tps, sicq; tempus non posset illis connumerari ut coæq̃uum. Procedit ergo enumeratio illa secũdum aliorũ intentionẽ sanctorum dicentiũ, ꝙ informitas materię duratione p̃cessit formationem. sicq; illius durationis necesse est ponere aliquod tẽpus. aliter.n. mensura durationis illius accipi non v ileret. At verò si motus firmamenti nõ statim à principio cœpit, tunc tẽpus, quod præcessit, non fuit numerus motus firmamenti, sed cuiuscũq; primi motus, accidit etenim tẽpori, ꝙ sit numerus motus firmamenti, inquantũ hic motus est primus motuũ, si autem esset alius motus primus, illius motus mensura esset tempus, qm omnia mensurantur primo sui generis secũdũ philosophum, oportetq; dicere statim à principio fuisse aliquem motũ ad minus secundũ successionem conceptionũ, & affectionum in mente angelica: motus autem sine tempore neq̃t intelligi, cũ aliud nihil sit tps, q̃ numerus prioris, & posterioris in motu. [Motus cur coæquis non acceseatur.] Quod si quærat̃, cur tempus magis, q̃ motus inter coæquæua annumeret̃, dicendum, ꝙ inter primo creata, seu coæquæua cõputantur ea, q̃ habent generalem habitudinem ad res: tempus autem habet rationem communis mensuræ, non motus, qui solum ad suum mobile comparatur. Hæc Thomas in Summa. Ex quibus patent obiecta.

¶ Consonat Petrus: [Petrus.] Vniuersale, inquiens, naturaliter prius est particulari. ideo ea, quæ respectu aliarum rerum rationem alicuius vniuersalis principij habent, primò creata dicuntur, in q̃bus cętera quodam modo continentur. Ideo quatuor præfata, dicuntur primò creata, seu coæquæua. Nã oĩa sunt in materia sicut in sustinente, in angelica natura sicut in continente, & regente, in cęlo empyreo, ut in cõtinente, in tempore, vt in mensurante. Hæc Petrus.

QVAESTIO. V.

Consequenter quæritur, *an secundum expositionem Augustini saluetur sex dierum distinctio.* [August.] ¶ Videtur, quòd non: quoniam dies ex sua ratione dicit successionem temporalem, & temporis partem, & continet mane, meridiem, vesperam, quæ in spiritali die, de qua loquitur Augustinus, non inueniuntur ad literam, sed metaphoricè, mysticè, & per adaptationem.

¶ Ad hoc Alexãder rñdet: [Alexand.] Lux illa fuit irradiatio super intellectum angelicũ ad cognoscendũ, vel in verbo, & sic diceretur mane: vel in ꝑprio genere, sicq; vespere vocaret̃. Istæ verò irradiationes distinguunt̃ secundum operata. In opere nãq; distinctionis erat triplex distinctio: una lucis à tenebris, alia aquarũ superiorum ab inferioribus tertia inferiorũ ab arida. Et ita tria sunt operata, & secundũ ea tres dies: similiter in ornatu erãt tria, puta ornatus cæli, ornatus aeris, & aquæ, & ornatus terræ, sicq; sunt alij dies tres. Septimus aũt dies determinat̃ ſm conseruationẽ rerũ factarũ, q̃a nõ solũ oportet ꝑduce-

re,

[Tho aqui.] re, sed etiam conseruare. Hæc Alexander.

Denique de his Thomas diffusiùs, ac clariùs loquens: Illi, ait, sex dies (secundum August.) sunt vnus dies simul præsentatus sex rerum distinctionibus, secundum quas numeratur, quemadmodum unum uerbum est, quo omnia facta sunt, scilicet filius Dei, quamuis sæpe legatur, Dixit Deus. Et sicut opera illa saluantur in uniuersis sequentibus, quæ ex ipsis propagantur operatione naturæ, ita illi sex dies manent in tota successione temporis. Natura quippè angelica, intellectualis est, & lux est, & si propriè lux est, oportet, ut eius illustratio dies uocetur. Angelica autem natura in prima rerum conditione cognitionem earum accepit, sicq; lux intellectus eius rebus creatis præsentabatur, inquantum cognoscebantur. vnde ipsa cognitio rerum dicitur dies, atque secundum diuersa genera, ac ordinem cognitorum, dies illi distinguuntur, ac ordinantur, ut in prima die intelligatur formatio spiritualis creaturæ ad uerbum, seu ad eius imitationem: in secunda die formatio creaturæ corporeæ, quantum ad eius partem superiorem, quæ dicitur firmamentum, in tertia die, quantum ad partem inferiorem, uidelicet terræ, & aquæ, ac aëris sibi uicini, in quarta die, superior pars, scilicet firmamentũ ornatur, in quinta, inferior pars, quo ad aquam, & [Angeli matutina, ac vespertina cognitione sunt p̃diti.] aërem. In sexta, quantum ad terram. Cumque Deus sit lux plena, in quo nullæ sunt tenebræ, cognitio Dei plena est lux, creatura uerò ex hoc, ꝙ tenebras passibilitatis, imperfectionisq; habet, idcirco co- [Tho. aqui.] gnitio, quæ creatura cognoscitur, tenebris est admixta. Potest autem cognosci dupliciter, puta in uerbo, secundum quod exit ab arte diuina, sicque eius cognitio dicitur matutina: quoniam sicut manè finis est tenebrarum, & principium lucis, sic creatura a uerbo principium lucis sumit, cum priùs non fuerit. Cognoscitur quoque prout est in propria sua natura existens: & talis cognitio dicitur vespertina: qm sicut uespera est terminus lucis, & tendit in noctem, sic creatura in se existens, est terminus operationis uerbi, tamquam facta per uerbum, & de se in tenebras tendens defectionis, &c. Hæc aũt superiùs dicta sunt, ubi de cognitione angelorum matutina, ac vespertina tractatum est. Hæc demum expositio subtilis, & bona est, dummodo dies, & lux in spiritualibus propriè, non metaphoricè dicantur. Sed qm a plerisq; negatur, ideo sustinentes cum Augustino omnia esse simul facta, atq; per species distincta, dicere possimus, ꝙ dies de quibus hic agit̃, accipiuntur pro illustratione lucis corporalis, ita tamen, ꝙ ordo dierum attendatur secundum ordinem, & distinctionem eorum, in quæ lux illa corporalis refulget. Itaque lux illa, tam spiritualis, q̃ corporalis potest intelligi, & si intelligatur corporalis, dies distinguentur secundum diuersa illuminata, non secundum tempus illuminationis. Si verò intelligat̃ lux spũalis, non est per influentiam luminis ad res creandas, sed per lucis fulgorem ad res cognoscẽdas. Præterea species rerum primò habent esse in arte diuina, quæ est uerbum æternum, quod significatur cum dr̃. Dixit Deus, fiat, idest, uerbum genuit, in quo erat, ut fieret. secundò habent esse in intelligentia angelica, quod significatur cum dr̃, factum est. tertiò esse habent in rebus, quod significatur dum dr̃, fecit Deus. Hæc Thomas.

¶ In his doctores satis concordant, quamuis uarijs uerbis eundem exprimunt sensum. Thomas quoque in 1. parte qõne 74. pleniùs super his scripsit, ut suis locis tangetur.

QVAESTIO VI.

Circa hæc quærit Richardus. *An materia sit de essentia compositi.* [Arguitur primò contra ueritatem.] Vr̃, ꝙ non: qm 7. Metaphysicę, loquitur Commentator, ꝙ anima est substantia animati. ¶ Itemq;, diffinitio est uniuersalis intentionis, & formę, non aggregari ex forma, atq; materia. sed diffinitio indicat quid est res, ergo materia non est [2] de essentia rei.

¶ In contrarium est, quod 7. Metaphy. suæ cap. 5. [In oppositum. Auicenna] Auicenna deprompsit: Composita non sunt ex forma tñ id, quod sunt. diffinitio.n. compositorum nõ est ex sola forma. diffinitio quippè rei significat oẽ [Forma, & quidditas differunt.] illud, ex quo componitur sua essentia, vnde contingit, ut contineat materiam aliquo modo. Et ꝑ hoc agnoscitur differentia inter quidditatem, & formã. forma namque est pars quidditatis in compositis. Rursus, philosophus 7. Metaphys. & Commentator ibidem affirmãt, ꝙ hõ, & aĩal est totum aggregatũ.

¶ Ad hoc ait Richardus. [Richard⁹.] Aliqui dicunt, ꝙ materia non est essentia compositi, sed transmutat̃ in essentiam compositam, & est in quã resoluit̃ essentia cõposita: nec tñ annihilatur: materia uerò transmutat̃ in id, quod gñatur. & ꝙ gñatur, dicunt non esse ex materia, & forma compositum, ita, ut materia sit actu pars essentiæ illius, sed pro tanto: qm ipsum genitum secundũ id, quod est, est actu forma. Quãuis [Philosop.] aũt opinio hæc aliquã habeat probabilitatem: est tñ expressè contra philosophum, ponente materiã ingñabilem, & incorruptibilem, esse 1. physicorũ, & ꝙ sit de essentia compositi, 7. Metaph. & contra Aui- [Auicenna.] cennam 5. Metaph. suæ, quo ait, ꝙ quidditas compositi est compositio formam, materiamq; complectens, & contra communem opinionem, quæ tenet, ꝙ nulla forma generabilis, & corruptibilis, potest naturalis existere per se. Mihi autem apparet, ꝙ sic accipiatur materia pro re potentiali transmutabili in formam. non est de essentia compositi, quamuis id, in quod transmutatur, sit de illius essentia. Porro si sumitur materia pro fundamento transmutationis primario, quod recipit formam tanquam essentialem suam perfectionem, nec transmutatur in eã, ipsa est de essentia compositi. Hæc Richardus.

¶ De cuius hac duplici acceptione materiæ, qđ uideat̃, tactum est supra, nec huius qõnis discussioni volo hic immorari. ¶ Thomas uerò in plur bus locis, præsertim in tractatu suo de esse, & essentia, te- [Tho. aqui. Albertus. Vdalricus Hugo Victorinus.] net materiam esse de quidditate materialium rerũ. Albertus uerò Vdalricus, & alij quidam, imò & Hugo de sancto Victore, senserunt materiam non esse de essentia materiati, nisi ut quid intrinsecè terminans fluxum formę. Allegat quoq; Thomas pro se, ꝙ diffinitionis naturalium non dantur per additamenta: quæ tñ per materiam dantur. Idcirco materia non vr̃ extranea essentiæ talium. Verùm de his loco opportuniori pleniùs inquiretur.

Ampliùs Scotus hic sciscitatur, [Quæstio. Scotus.] utrũ substantia rei gñabilis, & corruptibilis, sit aliqua entitas positiua realiter distincta a forma. Quo circa inter cætera scribit: Opinio vna est, quæ ponit rem generabilem, & corruptibilem habere tñ in se vnam realitatem positiuam. Verũ aliqui hoc tenentes, dicunt realitatem illam esse materiam, aliqui formã. & differunt illæ opiniones solum in uoce, quia dicẽtes realitatem illam esse materiam, dicũt materiam in gradu suæ entitatis proficere, qñ res generatur: quemadmodum quantitas cum terminatur, non acquirit nouam realitatem, seu entitatem ab ipsa realiter aliã, sed ꝑficit in gradu propriæ entitatis. Alij, dicẽ-

tes

tes materiam non differre à forma, dicunt materiã in formam proficere in gradibus ſuæ entitatis, atq; materiam, ut eſt ſub hoc termino ſuo intrinſeco, eſſe compoſitum hoc: & ut eſt ſub alio termiuo intrinſeco, eſſe compoſitum aliud. Quibus obiicitur,

Philoſo.

quia ſecundũ philoſophum primo Ethicorum, Oẽ agens naturale, aliquid corrũpit, & aliquid producit. ergo in oĩ actione naturali, oportet contrarium eſſe aliquid generato. vnũ autẽ oppoſitorum non fit aliud, ſicut albedo non fit nigredo, ergo oportet aliquid commune manere ſub utroq; terminorum. Siquidem omne agens naturale, requirit potentiam in quam agat, quam tranſmutat de oppoſito in oppoſitum, non ſic, ꝙ nihil commune remaneat vtrique oppoſitorum, ergo ipſa materia in ſua manet natura, nec mutatur in formam. ¶ Circa hæc ſcribit

Scotus.

Scotus prolixè, & benè concludit, ac philoſophicè probat, ꝙ totum compoſitum non eſt forma tantũ: ꝙ item materia non mutatur, nec tranſit in formã, nec fit forma, ſed ſub vtroque termino manet vna, & eadem, & ſucceſſiuè diuerſis ſubſtat, ac perficiẽ formis. Imo opinio illa huic contraria, vr̃ prorſus irrationabilis, & inſana. Veruntamen non videtur quomodo per hæc ſoluatur præpoſita quæſtio, iſtá videlicet, utrum ſubſtantia rei generabilis, & corruptibilis, ſit aliqua entitas poſitiua realiter diſtincta à forma. Quid enim intelligit per ſubſtantiã rei generabilis, & corruptibilis? Si materiam, hoc videtur ineptum, quia de hoc Ariſtoteles præcipue reprehendit antiquos Epicureos philoſophos, ꝙ dixerunt materiam eſſe totã corporaliũ, ac generabilium rerum ſubſtantiam, certumq; eſt ꝙ forma ſubſtantialis ſit potiùs tota ſubſtantia talium rerum, q̃ materia, quanquam vtrunque ſimul ſit illorũ ſubſtantia. Si autem per ſubſtantiam huiuſmodi rei intelligit formã, inculta eſt quæſtio, cum nihil ſit quęrere, vtrum forma generabilium ſit aliqua entitas poſitiua, diſtincta realiter à forma, cum planũ ſit, idem à ſeipſo non diſtinguit realiter, nec in eodem ſint plures formę ſubſtantiales, niſi forſan intelligatur de formis diuerſimode dictis, puta de forma partis, & de forma totius. Apparet autem, ꝙ Scotus per ſubſtantiam rei generabilis intellexerit materiam. Sic nãq; quæſtionem iſtam determinat, ꝙ materia, & forma realiter diſtinguuntur ab inuicẽ, atq;, ꝙ ſunt primò diuerſa, & extrema extremè diſtantia, quanquam ex eis vnum per ſe naturaliter cõſtituatur ex coordinata naturali proportione, qua potentia perſici, & actuari habet per formã, & forma non intellectualis ſubſtentari indiget per potẽtiam, id eſt, materiam extra nequit naturaliter ſeparatim ſubſiſtere. Itaque quæſtio iſta planiùs, & formaliùs formaretur hoc modo: Vtrum materia rei generabilis, & corruptibilis ſit aliqua entitas poſitiua, realiter diſtincta à forma. Opinio demum contraria, dicens materiam non eſſe aliquid poſitiuũ, ſed ſic puram potentiam, tanquam in ſe non ſit q̃d reale, ſicut res producenda nondũ producta, Antichriſtus eſt ens in potentia: ſatis eſt reprobata, cũ materia ſit ſubiectũ tranſmutationis: & altera pars compoſiti, creationiſq; terminus. Allegauit quoq; opinio illa pro ſe id, quod ſeptimo primę philoſophiæ Ariſtoteles materiam non eſſe quid, nec quale, nec quantum. Ad quod Scotus reſpondet verbũ hoc falſum eſſe nec Ariſtotelem hoc dixiſſe ex intẽtione, ſed arguendo ad partem falſam pro antiquorum opinione.

Scotus.

¶ Veruntamen aliter dici poteſt, & meliùs, quòd ſcilicet philoſophis ex intentione hoc dixerit. Nã & cõiter, verbum iſtud tanq̃ auctoritas ſuſcipiẽ, exponitur, atq; concedit adhunc ſenſum, ꝙ materia non eſt, q̃d, nec quale, nec quantũ: q̃a in ſe conſiderata, & abſtractiſsimè ſumpta, non hẽt eſſe ſubſtantiale determinatũ formale, nec accidentale quãtũ, nec quale, non tñ eſt nihil, ſed aliquid poſitiuũ. Attamen nõ arbitror concedẽdũ, ꝙ ſit ſumpta ſic ens in actu, aut aliq̃d actuale, ſeu actus, quãuis Scotus cõcedat hoc: imò eſt ens, prius purè, & penitus potẽtiale per totius actualitatis excluſionẽ, propriiſſimè loquẽdo de actu, atq; potẽtia, ſm quod philoſophus ea diffinit, dicendo ꝙ actus eſt principium trãſmutandi, agendi, ſeu mouẽdi, alterum inquantũ alterũ: potẽtia verò principiũ eſt tranſmutandi, mouẽdi, aut perficiendi in altero ut altero. ſic etenim Deus oĩpotens, & æternus, ſupglorioſiſsimus, & immẽſus, verè, ac ſubtiliſsimè dr̃ actus purus, vtpotè primũ, ac ſummũ actiuum principiũ, cuius eſt cętera vniuerſa agere, trãſmutare, mouere, perficere. Et ex oppoſito materia prima ſm ſe conſiderata, eſt pura potẽtia. i. paſsiuũ, infimumq; principiũ, cuius eſt trãſmutari, agi, perfici, & moueri, nullum eſſe actuale habẽs ex ſe. Idcirco rectiſsimè dr̃ facta prope nihil, & mediũ inter non ens, & ens, idcirco, qui dicunt eã eſſe q̃d purum potentiale poſsibile, nil poſitiuũ reale, valde modicum attribuũt ei: qui verò fatenẽ eam ſm ſe eſſe quid actuale, aut ens in actu, ſeu actũ, nimis multũ ei aſſcribunt. Aliqui demũ locuti ſunt, ꝙ aliq̃d dr̃ ens in actu, ſeu actuale dupliciter, primò, ab actualitate eſſentiæ, ſicq; materiã primã poſſe dici quid actuale, inquantũ recedit à nihilo, & diſtat à nõ ente. ſecundò, ab actualitate formalitatis, ſeu formæ, à qua propriè, ac ſimpliciter fluit eſſe. Sed q̃m receſſus ille materiæ à nõ eſſe, eſt tam imperfectus, & modicus, non apparet, ꝙ abſolutè loquendo ſufficiat materiam ita denominare, vt ſecundũ ſe, & ex ſe dicatur ens in actu, vel quid actuale, aut actus, ſicut non valet argumẽtum à dicto ſecundũ quid, ad dictũ ſimpliciter.

Dionyſ.

Actus & potentiæ diffinitio.

Quæ fuerit prima diſtinctionis operatio. *Diſtinctio XIII.*

A

Gen. 1. Augu. li. 1. de Gene. cap. 2.

PRima autem diſtinctionis operatio fuit formatio lucis, ſicut oſtendit ſcriptura Geneſis, quæ commemorata rerum informitate, earũ diſpoſitionẽ à luce inchoauit, ſubdens: Dixit Deus, Fiat lux. & facta eſt lux. & diuiſit lucem à tenebris, appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem. Et factum eſt veſpere, & mane dies vnus. Congruè mundi ornatus à luce cœpit, vnde cætera, quæ creanda erant, viderentur.

Qualis fuerit lux illa, corporalis, an ſpiritualis.

B

Aug. li. 1. de Gene. ca. 3. & 16.

Si q̃ritur qualis illa lux fuerit, corporalis, ſ. an ſpiritualis: id reſpondemus, quòd à ſanctis patribus legimus traditũ. Dicit enim Auguſtinus, quia lux illa corporalis, vel ſpiritualis intelligi põt. Si ſpiritualis accipitur, angelica natura intelligitur: quę priùs informis fuit, ſed poſtea formata eſt, cum ad creatorem conuerſa ei charitate adhæſit: cuius informitatis creatio ſuperiùs ſignificata eſt, vbi dictum eſt, In principio creauit Deus cœlum, & terram. Hinc verò eiuſdem formatio oñdiẽ, cum ait: Fiat lux, & facta eſt lux. Hæc ergo angelica natura priùs tenebræ, & poſtea lux fuit: quia priùs habuit informitatem, & imperfectionem, deinde formationis perfectionem: & ita diuiſit Deus lucem a tenebris. Nam ut ait Aug. ſuper Geneſim, Huius creaturæ informitas, & imperfectio fuit antequam formaretur in amore conditoris. Formata uerò eſt, q̃n conuerſa eſt ad incommutabile lumen uerbi. Si uerò corporalis fuit lux illa, quod utiq; probabile eſt, corpus lucidum fuiſſe intelligitur, uelut lucida nubes: quod non de nihilo, ſed de præiacenti materia formaliter factum eſt, ut lux eſſet, & uim lucendi haberet: cum qua dies prima exorta eſt: quia ante lucem, nec dies fuit, nec nox, licet tempus fuerit.

De ſpũali luce.

Gene. 1.

Auguſt. ſuper Gene. li. 1. cap. 6.

Hic de corporali luce.

C *Quòd lux illa facta eſt vbi Sol apparet, quæ in aquis lucere poterat.*

Si aũt quærit, ubi eſt facta lux illa, cum abyſſus oẽm terræ altitudinem tegeret: dici põt in illis partibus facta, quas nec illuſtrat Solis diurna lux. Nec mirum lucem in aq̃s poſſe lucere, cum ẽt naturarum operatione ſæpius illuſtrentur, qui in profundum merſi, miſſo ex ore oleo, aquas ſibi illuſtrant: quæ multò rariores fuerũt in principio, quàm modo ſunt, quia nondum congregatæ fuerant in uno loco. Facta ergo lux illa, uicem, & locum Solis tenebat, quę motu ſuo circumagitata, noctem, diemq; diſcernebat. Ibi ergo primum lucem apparuiſſe ueriſimile eſt, ubi Sol quotidiano curſu circumuectus apparet: ut eodem tramite lux circumcurrens, ac primò ad occaſum deſcendens, ueſperam faceret: deinde reuocata ad ortum, auroram. i. manè illuſtraret. & ita diuiſit Deus lucem, & tenebras, & appellauit lucem diem, & tenebras noctem.

Gene. 1.

D *Quòd dies diuerſis modis accipitur.*

Auguſt. de Gen. cap. 10 11.

Hic notandũ eſt, ꝙ dies diuerſis modis accipiẽ in ſcriptura. Dr̃. n. dies lux illa, q̃ illo triduo tenebras illuminabat, & dr̃ dies illuminatio ipſa aeris. Dr̃ ẽt dies ſpatium vigintiquatuor horarum, qualiter accipitur cum dr̃: Factum eſt ueſperè, & manè dies unus. Quod ita diſtinguendum eſt, factum eſt ueſperè priùs, & poſtea manè, & ita fuit dies unus expletus uigintiquatuor horarum. Dies ſ. naturalis, qui habuit veſperam, ſed non manè. Manè. n. dr̃ finis præcedentis, & initium ſequentis diei, quod eſt aurora: quæ nec plenam lucem, nec omnino tenebras habet. Manè ergo primus dies non habuit, quia nec dies præceſſerat, qui ſequentis diei initio terminaretur: ex eo præcipuè, quia luce apparente mox ſup terrã plenus, atq; p̃clarus dies extitit, qui nõ ab aurora, ſed a plena luce inchoauit, & manè ſequentis diei conſummatus eſt. Vñ Beda ſuper Geneſim: Decebat, ut dies a luce inciperet, & in manè ſequentis diei tenderet: ut opera Dei a luce inchoaſſe, & in lucẽ cõpleta eſſe ſignificarenẽ. Reliqui aũt dies manè habuerunt, & veſperam: quorum quiſq; a ſuo manè incipiẽs, vſq; ad alterius diei man tendebatur.

Gen. 1.

Beda.

E *De naturali ordine computationis dierum, & de illo, qui pro myſterio introductus eſt.*

Hic eſt naturalis ordine diſtinctionis dierum, ut diſtinguantur, atque computentur dies a manè uſque ad manè. Poſtea uerò myſterio factum eſt, ut dies computentur a ueſpera in ueſperam: & adiungatur dies præcedenti nocti in computatione, cum iuxta naturalem ordinem præcedens dies ſequenti nocti adiungi debeat: quia homo a luce per peccatum corruit in tenebras ignorantiæ, & peccatorum, deinde per Chriſtum a tenebris ad lucem rediјt. Vnde Apoſtolus: Eramus aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Primus itaque dies non ab aurora, ſed a plena lnce incipiens: & poſt ueſperam paulatim occidente luce excipiens manè ſequentis diei, expletus eſt. Vnde Beda: Occidente luce paulatim poſt ſpatium diurnæ logitudinis inferiores partes ſubeunte, factum eſt ueſperè, ſicut nunc vſitato curſu Solis fieri ſolet. Factum eſt autem manè, eadem ſuper terram redeunte, & alium diem inchoante: & dies expletus eſt unus uigintiquatuor horarum. Fuitq; nox ab illo triduo omnino tenebroſa, quæ poſt creata ſidera aliqua luce claruit.

Amb. li. 1. Meta c. 10.

Epheſ. 5.

Beda.

Auguſt. li. unico ſup Gen. c. 13.

F *Cur Sol factus eſt, ſi lux illa ſufficiebat.*

Solet autem quæri, quare factus eſt Sol, ſi lux illa ad faciendum diem ſufficiebat? Ad quod dici poteſt: quoniam illa fortè ſuperiores partes illuſtrabat, & ad illuminationem inferiorum Solem fieri oportebat. Vel potius ideo, quia facto Sole, dici fulgor auctus eſt. Ampliori enim multo luce radiauit dies poſtea, quàm ante. Si autem quæritur, quid de luce illa factum ſit, cum modo non appareat: poteſt dici aut de ea

Auguſt ſuper Geneſ. li. 1. ca. 11.

corpus

corpus solis formarum, aut in ea parte cæli esse in qua sol est, non ꝙ ipsa sit sol, sed sic est ei unita, ut discerni non ualeat.

G

Quomodo accipiendum sit illud, dixit Deus: an sono vocis id Deus dixerit, an aliter.

Præterea inuestigandum est, quomodo accipiendum sit, quod ait, Dixit Deus: utrū temporaliter uel sono uocis illud dixerit, an alio modo. Augustinus super Genesim tradit, nec temporaliter, nec sono uocis Deum locutum fuisse: quia si temporaliter, & mutabiliter. Et si corporaliter dicatur sonuissè uox Dei, nec lingua erat, qua loqueretur: nec erat quem oporteret audire, & intelligere. Bene ergo uox Dei ad naturam uerbi per, quod omnia facta sunt, refertur. Dixit ergo Deus, fiat &c. non temporaliter, nō: sono uocis, sed in uerbo sibi coæterno, id est, uerbū genuit intemporaliter, in quo erat & disposuit ab æterno, ut fieret in tempore, & post in eo factum est.

August. li. sup Gen. cap. 2 4. — Iohan. 1.

H

Quomodo accipiendum sit, quod dicitur pater operari in filio, vel per filium, vel in spiritusancto.

Hinc q̄ri solet, quomodo accipiendum sit, ꝙ dr̄ pater operari in filio, uel ꝑ filiū, uel in spiritusancto. Hoc.n. scriptura frequenter nobis proponit, ut: Oīa in sapientia fecisti dn̄e, id est, in filio. Et, In principio, id est, in filio creauit Deus cælū, & terrā. Et illud, Per quē fecit, & secula. Sup illū quoque Psalmi locū, Verbo dn̄i cæli firmati sunt &c. dicit Augustinus, ꝙ pater operatur per verbū suum, & spiritumsanctum. Quomodo ergo hoc accipiendum est? Putauerunt aūt quidā hæretici, quod pater uelut autor, & artifex filio, & spiritusācto in rerū operatione quasi instrō uteret̄, ex ꝓdictis uerbis errādi occasionem sumentes. Quod uelut blasphemū, atque sanæ doctrinæ aduersum abijcit pia fides. Non est itaque intelligendum, ideo scripturam frequenter commemorare patrē operari in filio, uel per filiū, tanquam filius non posset facere, si ei non porrexisset pater dexterā, uel tanquā aliquod instrumentum fuerit patris operantis: sed potiùs illis uerbis patrem intelligi uoluit cū filio, & spiritusancto operari, & sine eis nihil facere.

August lib. 2 de Gene. ca. 7 8. — Psal. 103 a — Gene. 1. a — Hebr. 1. a — Psal. 32. b — August. sup Psal. 32. — Hic ap̄it ex qua sensu dicat̄ p̄r opari in filio uel per filium.

I

Contra hanc expositionem surgit hæreticus.

Sed dicit hæreticus hac rōne hoc * possè dixissè, filiū operari per patrem uel in patre, & spiritumsanctū cum vtroq; vel per vtrunq;, quia filius cum patre, & spiritussanctus cum vtroq; operatur. Cui breuiter respondetur, Ideo illud dictum esse, & nō istud, vt in patre monstraretur auctoritas. Non enim pater à filio, sed filius à patre operatur, & spiritus sanctus ab utroque. Ideoq; etiam filius per spiritumsanctum legitur operari, quia cum spiritusancto operatur hoc ipsum à filio habente, ut operetur.

* posset — Respōsio. — Iohan. 16.

Alia prædictorum expositio.

K

Potest & aliter illud accipi, ut dicatur pater in filio vel per filium operari, quia eum genuit omnium opificem, sicut dicitur pater per eum iudicare, quia genuit iudicem. Ita & per spiritumsanctum dicitur operari, siue pater, siue filius, quia ab vtroque procedit spiritussanctus factor omnium. Vnde Iohannes Chrysostomus in expositione epistolæ ad Hebræos sic ait: Non ut hæreticus inaniter suspicatur, tanquam aliquod instrumentum patris extiterit filius: neque per eum pater dicitur fecisse, tanquam ipse facere non posset: sed sicut dicitur pater iudicare per filium, quia iudicem genuit: sic etiam dicitur operari per filium, quia cum constat opificem genuisse. Si enim causa eius pater est secundum quod pater, multo amplius eorum causa est, quæ per filium facta sunt. Hæc de opere primæ diei dicta sunt.

Iohan. 5. — Chrysost. super epistolam ad Hebr. ca. 3. homi. 2.

Summa distinct. 13.

Rescripto opere creationis præcedenti distinstione, describitur hic opus distinctionis quantum ad opus primæ diei, & sequenti distinctione quantū ad opus diei secundę. Primò igitur tangit, vnde distinctio ista incepit, & quid fuit, vtpotè lucis formatio. Quo circa declarat, hoc posse intelligi de duplici luce, videlicet spiritnali, ac corporali: & qualis extiterit corporalis lux illa, ac vbi formata sit, atque vt meliùs intelligantur quædam contenta in textu Geneseos, exponit quot modis dies accipiatur, & qualiter distinguantur dies, ac noctes, & item quo sensu dicatur pater operari per filiū, & in spiritusancto.

Gene. 1.

QVAESTIO I.

Hic quærit primò, *An per opus distinctionis aliquid additū sit operi creationis. Et si sic, quid sit illud.* Et vr̄ in primis ꝙ post opus creationis nō fuit necessaria ista distinctio, qa vt ait Apostolus, quæ à Deo sunt, ordinata sunt ergo ꝓcedentia à Deo per creationē, in ipsa creatione ordinata sunt & distincta. Secūdò, sapientis est opus ordinatum, & distinctū ꝓducere. cūq;, teste scriptura, Deus in sapientia fecerit vniuersa, condidit ea distinctè, & distincta.

Roma. 13. — psal. 103. — Prouer. 8.

¶In oppositum sunt, quæ habentur in litera.

In oppositum.

¶Ad hæc Thomas rn̄det: Natura in operibus sex dierū ita est instituta, vt naturę principia tunc condita,

Tho. Aqu.

dita, in se subsisterent, & ex eis ꝓpagari alia possent ꝑ mutuam actionem, & passionē. Ideo tunc datum est eis esse, uirtutes, quoq; actiuæ, & passiuę quas Augustinus rōnes seminales appellat, quibus ꝓducerentur ex eis effectus sequentes. Hinc, quo ad esse ipsorum principiorū attendit opus creationis, quo substantia elementorum mundi in esse ꝓducta est. Virtutū verò actiuarū, & passiuarū aliquę mouent ad species determinatas, ut uirtus seminis equi: quędam ad oēm speciem, ut calidū, frigidum &c. sicq; ꝑ opus distinctionis attributę sunt rebus creatis uirtutes actiuę, & passiuæ cōes ad speciē oēm mouentes: ꝑ opus, aut ornatus collatæ sunt rebus uirtutes mouētes ad species determinatas. Porro distinctio non pōt nisi tripliciter uariari. cum.n. motus alterationis ſm quem fit generatio, & corruptio, ducatur in unum primum alterans, non alterarum. s. cœlum, oportet in essentialibus mundi principijs esse tria: Primū, quod est alterans non alteratum, utpote cœlum: ſm quod est alterans alteratū, ut tria elementa, ignis, aer, aqua: tertiū, quod est ultimum, & minimum hn̄s de alterandi uirtute, uidelicet terra.

August. — Distinctio variatur tripliciter

¶Primò, ergo oportuit distingui primum ab ultimo, quod factū est per lucis ꝓductionem, quę fontaliter est in cœlo, id est, corpore quodā cœlesti. s. sole, & participatiuè in elementis ſm magis, & minus. Vltimum verò elementū, quod est terra, caret, luce, aut minimum habet de ea. Secundò oportuit esse distinctionem primi a medio, quod factū est die secundo, quando diuisæ sunt aquæ inferiores a superioribus, facto iam firmamento. Tertiò facta est diuisio medij ab ultimo, quod factum est tertio die quando congregatæ sunt aquæ in unum locum, & apparuit arida. Itaq; distinctio partium mundi, facta non est per extractionem materialem ab aliquo mixto, ut putabant quidam philosophi, sed per hoc formaliter, quod diuersis rebus diuersę uirtutes collatæ sunt. Præterea in istis distinctionibus est quędā diuersitas, quia cum corpora cœlestia, & superiora non sint eiusdem naturæ cum elementis inferioribus, & ab hoc loco confundi non ualeant, ideo prima distinctio, quæ est primi elementi ab ultimo, secunda quæ est medij ab infimo, est tantum ſm collationem diuersarum uirtutum ad agendum, ac patiendum. tertia autem distinctio, quæ est medij elementi ab infimo, quæ commisceri possunt, & loco confundi, est ſm utrunq;, in quantum elementis collatæ sunt qualitates, quæ sunt principia alterationis, ut calor, frigus, & illa, quæ sunt principia motus localis, ut grauitas, leuitas. Hinc in tertio die mētio fit de loco, cum dr̄: Congregātur aquæ, non antè. Sciendum quoque, ꝙ opus distinctionis interdū communiter sumitur, prout dicit discretionem ſm quamcunque uirtutis differentiam, sicq; includit in se ornatum. Vnde in litera dicitur, sex diebus Deus creaturas per species distinxit. Quandoq; accipitur propriè, sicut iam patuit. Hæc Thomas in Scripto.

Gen. 1. — Gen. 8.

¶Insuper in Summa quæstione sexagesima septima super his pleniùs scribit: De productione: inquiens, lucis est duplex opinio. Augustino namque uidetur, quòd non fuit conueniens, Moysen prætermisisse spiritualium creaturarum productionem. Hinc cum dicitur, In principio creauit cœlum, & terram, per cœlum intellexit spiritualem naturam adhuc informem: per terram verò, corporalis creaturæ informem materiam. Cumq; spiritualis creatura sit dignor, priùs formata est, & eius formatio designatur, cum dicitur, fiat lux: Sicq; formatio lucis primo die facta, de spirituali exponitur luce:

Thō. aqui. Arti. 4. — August. — Gene. 1.

Alijs apparet, quod spiritualis creaturæ productio sit prætermissa a Moyse, non descripta. Cuius ratio ſm Basilium est, quia Moyses principium suæ facit narrationis ab exordio pertinente ad tempus sensibilium rerum. ideo natura angelica prætermittitur, quia fuit ante creata. Chrysostomus autem aliā ponit rationem: qm̄ Moyses rudi populo loquebatur, non nisi corporalia capere ualenti, qui etiam ad idololatriam fuit pronissimus, a quo eos retrahere uoluit. Qui si audissent spirituales esse substantias, occasionem sumpsissent colendi easdem, cum & procliues fuerint corpora adorare cœlestia. Præmissa est autem circa corporales creaturas informitas multiplex. Vna cum dicitur, Terra erat inanis, & uacua Alia, cum subditur, tenebræ erant super faciem abyssi. Idcirco primo ablata est informitas tenebrarum per lucis productionem: primo: qm̄ lux est qualitas primi corporis, seu cœlestis. Hinc per lucē fuit mundus primo formandus. Secundò propter lucis communitatem, quia in luce inferiora cum superioribus corporibus communicant. Tertiò, secundum Basilium, quia per lucem omnia manifestatur. Quarta ratio addi potest: quoniam sine luce dies esse non ualet. ideo prima die eam fieri oportebat, imò in primo instanti illius diei. Itaq; secundum ponentes informitatem materiæ formationem eius præcedere tempore, est dicendum, ꝙ materia a principio fuit sub substantialibus formis creata, postmodūq; formata ſm conditiones quasdam accidentales, inter quas primum locū lux obtinet. At uerò lucem illam quidam dicunt fuisse lucidam nubem, quæ facto sole in materiam redijt ꝑiacentem. Quod non vr̄, quia scriptura Genesis describit instrutionem rerum, quæ postmodum ꝑseuerat: ideo dicendū non est, tunc aliquid factū, quod postea esse desierit. Hinc alij dicunt, ꝙ nubes illa manet, & soli coniuncta est, quamuis discerni non queat. Sed ſm hoc uideretur superfluè permanere. Propter quod alij dicunt, ꝙ ex nube illa formatum est corpus solis. Quod stare non potest, si sol dicatur non esse de natura elementari. Dicendum igitur sicut quarto cap. de diuinis nominibus beatus Dionysius protestatur, ꝙ lux illa fuit lux solis adhuc informis, quantum ad hoc, ꝙ iam erat substantia solis habens illuminatiuam uirtutem communem, postmodum verò data est ei uirtus specialis, & determinata ad particulares effectus. Sicq; in productione lucis istius, distincta est lux a tenebris quantū ad tria: primo, quod ad causam, ſm quod in substantia solis fuit causa luminis, in opacitate autem terræ causa tenebrarum. Secundo, q̄tum ad locum, quia in uno hemisphærio erat lumē, in alio tenebræ. Tertiò, quātum ad tempus: qm̄ in eodē hemisphærio secundum vnam temporis partem erat lumen, secundum aliam tenebræ. Hinc scriptum est, lucem uocauit diem, & tenebras noctem. Si autem quæratur, qualiter lux illa causauit diem, & noctē, respondet Basilius, quòd sine motu per emissionem, contractionemque luminis. Sed contra hoc obijcit Augustinus, quia nulla tunc ratio fuit emittendi, retinendique lumen: quoniam homines, & animalia quorum usibus deseruirent, nondum fuerunt. In prima quoque rerū institutione non quæritur miraculum, sed quid rerum competebat naturis, Idcirco dicendum, quòd duplex est motus in cœlo. Vnus toti cœlo communis, qui fecit diem, & noctem, & iste uidetur primo die institutus, Aliis qui per diuersa corpora diuersificatur, secundum quos motus diuersitas fit dierum adinuicē, & mensium,

Chrysost. Angelicæ creationis cur Moyses nō meminerit. — Lux cur primo fit die formata. — Basilius. — Lux primo die formata non fuit nubes lucida. — Dion. mar. — Lucis & tenebrarū triplex distinctio. — Gene. 1. — Basilius. — August.

at, contrarietatemq; habeat, seu oppositionē priuationem, atq; obiectum sit visus. Quòd si lux esset forma lucidorum substantialis, tanto unumquodque esset nobilius, quanto lucidius, quòd fallit in multis. Alia multa huic possent obijci opinioni.

Tho. aqui. ¶ Hinc Thomas: Differunt, inquit, hæc quatuor lux, lumen, radius, splendor. Lux etenim dicitur, ſm quod est in corpore aliquo lucido actu, à quo alia illuminantur, ut in sole: lumen autem ſm quod est receptum in corpore diaphano terminato. Radius vero dr illuminatio secundum directam lineā ad lucidum corpus. Ideo vbicunq; est radius, est lumen, non econuerso. Contingit namq; lumen esse in domo ex radiorum solis reflexione, quamuis non ex directa oppositione propter aliquod corpus interiacens. Sed splendor est ex reflexione radij ad aliquod corpus tersum, politum, sicut ad aquam, siue argentum.

Lux lumē, radij, splēdor differunt.

Lux nō est corpus aut solis substantia. ¶ Cenique circa naturam lucis, ac luminis multiplex fuit fuit opinio. Vna, ꝓ lux est corpus, quod est substantia solis, ex quo fluunt quædam corpora parua. Quæ opinio est à philosophis reprobata. Sequeretur enim, quòd illuminatio esset motus localis corporum à sole fluentium, esseтque motus hic successiuus, qui sensum latere non posset per spatium maximum ab oriente in occidentem, & à sole ad nos. Iterum sequeretur, duo corpora in eodē simul loco consistere, cum totum spatiū illuminatum, sit aere plenum, ac lumine. Alij dicunt, ꝓ lumen recipitur in aeris poris, quod ridiculum reputatur. Insuper sequeretur, ꝓ sol tali defluxu minueretur, & tandem deficeret prorsus consumptus. Alij dicunt, ꝓ lumen receptum in corpore diaphano est accidens, cum post esse completū adueniat, & recedat rebus manētibus, sed in corpore lucido lux sit forma substantialis, aut ipsum lucidum corpus. Quòd stare non ualet. Illuminatio enim est actio vniuoca, qua lucidū illuminat. unde si lumen in aere est accidens, oportet, quòd principium illuminationis in corpore lucido, accidens sit, quēadmodum et Commentator probat, ꝓ calor non est forma substantialis ipsius ignis, qm in corporibus calefactis est accidens. Quidā dixerunt, ꝓ lux nō addit ultra colorē, sed euidentia ipsa coloris fit lumen, seu lux. Quā positionem et improbat Auicē-

Auicenna na, accipiendo oēs modos qbus intelligi potest. Sēsibiliter quoq; hoc falsum apparet in noctilucis, quorū color in nocte occultat, dū lux apparet: & qn color vr in die, lux non vr. sed verum est, ꝓ per lucem vr color, qn facit colorem esse visibilem actu. Nonnulli dicunt, ꝓ lux non habet esse firmū, & ratū in natura, sed intentionale, sicut species coloris in aere. Nā p eandem aeris partē species albedinis, & nigredinis deferunt, ita intentio corporis lucidi in aere relicta, est lumē. Et hęc opinio valde probabilis ē. Primo, qa cū lumē det eē spūale colori. multo plus vr, ꝓ ipm eē habeat spūale. Secdò, qn qualitas nulla habens eē naturale immediatè supposita organo uisus, pōt uideri. lumē aūt occulū tāgens, vr. Veruntn hoc vr oīfariè uerū, qa per illud, quod habet esse intentionis tm, non sequitur

Lux non habet tm esse intentionale in aere. transmutatio nisi scdm animæ actionē, ut in videndo, & audiendo. Per illuminationē verò sensibiliter cernimus trāsmutationes fieri naturales p caliditatē ex radijs solis. Hinc alij, qbus cōsentiēdū vr, dicūt, ꝓ lux est forma accidētalis, habēs eē ratū in natura. & sicut calor est qualitas ignis actiua, sic lux qualitas actiua est solis, atq; in alijs ēscdm, qd

Auicenna. magis cū sole cōmunicant. Hinc Auicenna testat, ꝓ nulla qualitas est à corporibus superioribus descendens in inferiora, nisi p lucem, sicut & ignis agit mediante calore. Vnde lux, & lumen differūt, sicut calor in calido, & calefacto. Cumq; cęlum sit primum alterans, oīs alteratio in inferioribus perficitur per uirtutem luminis, siue sit alteratio ſm esse naturale, siue secundum sensum: & ex hoc habet lux, ꝓ cunctis corporibus gēnerationem confert. coloribus quoq; esse spirituale largitur secūdum quod in medio, & organo recipiuntur. Nā & ipm lumen uirtutem habet spūalem, & secundum

August. Augustinum lumen in oī sensu est mediū, sed primò, & immediatè in uisu. Qualitates quippe visibiles priores sunt cæteris, ꝓ ut secundum esse suum formale in inferioribus consistunt corporibus secundum qd cū cælesti conueniunt corpore, ut patet scdo de anima, & secundo de generatione. aliorum uerò sensuum mediantibus qualitatibus alijs. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Hæc eadē cū aliquātula additione, seu potiùs euidētiori expalanatione scribit in prima parte, q-

arti. 1. stione. 67. ubi, & aliqua addit ad ꝓbādū, ꝓ lumē, ꝓcedēs à luce, seu luminari, vel sole, nō fit corpus: oē, iquiēs, corpus hēt motū naturalē determinatū. motus aūt illuminatiōis ē ad oēm partē, nec magis secundum circulum, quàm secundum rectitudinem. nō ergo est motus localis corporis alicuius.

Rursus, si lumen est corpus, ergo dum aer obtenebratur. lumen corumperetur, & eius materia aliam acciperet formā. Quod non apparet nisi qs dicat ēt tenebras eē, qd positiuū. Nec vr ex qua materia quotidie gnet tm corpus, totū hemisphæriū replēs. Ridiculū quoq; ē dicere, ꝓ ad solā luminaris absentiā corrūpat corpus tā grāde. Si verò dicat nō corrūpi, sed simul cū sole accedere, recedere, circūferri, qd poterit dici de hoc, ꝓ ad iterpositionem alicuius corporis ad candelā, tota domus obscuratur? Nec dici potest, ꝓ lumen congregetur, & refluat ad candelam: quoniā non apparet circa eam claritas maior postquàm ante.

¶ Præterea, ꝓ lumē in aere habeat esse naturale, nō intētionale, hinc cōstat: qa de nominat aerē, sicut color parietem, & qm habet realē effectū calefaciendo subiectum. Hæc Thomas in Summa.

Bonauent. ¶ De hoc scribit Bonauētura: Circa hoc fuerūt quatuor opiniōes. Vna, ꝓ lumē, & radi ē corp in medio, & fluēs à sole, sicut riuus à fonte: nec sol tū cōsumit, qa inferi attrahit sibi uapores, ex qbus depditū restaurat. Qd Seneca sēsisse vr, qd est cōtra philosophiā, q corpora cælestia docet in corruptibilia eē. ¶ Scda opinio ē, ꝓ lumē, & radi sūt corpus, ita à sole egrediēs, sicut ram à radice absque radicis minoratione. Sicq; sol diceret cōtinuè

Seneca. lumē, radiumq; emittere. Qd reprobat, quia si sol obscuretur, oportet lumen, & radiū de nouo creari. ¶ Tertia opinio imaginant, ꝓ lumen, & radius in medio, corpus ē: & quātū ad formā, sit à sole: & quantum ad materiam, à creatore. Contra quod est, quòd Deus nunquam creat materiam sine forma. Hinc quarta, & vera est positio, ꝓ lumen, & radius sit qualitas. Hæc Bonanentura.

Petrus. ¶ Cōcordat Petrus: Quia ēt tāgit opinionē dicētiū, ꝓ lumē indefinenter nouū fluit à sole, nō habēs esse fixū, sed in fluxu cōtinuo. Ad quod allegat, ꝓ loquit Augustinus: Lumē non habet permanen-

Augu. tiā nisi ad lucis influentiā. Verū ut super primum ostensum est, verius reputatur, ꝓ lumen idem numero ad tempus conseruatur à luce, seu lucido, q conseruatio influētia appellat, nō tamē incessanter

Albertus. ter aliquid superanddens lumini cōseruato, sed est permanens habitudo causæ ad effectum.

Democriti opinio de natura lucis. ¶ Ampliùs his concordans Albertus: Antiquissimus, inquit, philosophus Democritus, q ſm Aristotelem, de oibus curā gesit, dixit, ꝓ lux, & lumē sunt corpora parua, à solē seu lucido ī corpus per

Auicenna spicuū, seu diaphanum defluentia. cumq; vbiq; iūgantur partibus perspicui, efficitur ꝓspicuū actualiter luminosum. Atq;, vt 6. de naturalibus recitat Auicenna, rōnem accepit ex hoc, ꝓ uidebat lumen transire de loco ad locū: radiū quoq; descendentē à corpore luminoso, ingredi p fenestrā, & rgflecti à corpore solido, cūq; talia sint corporalium rerū, dixit lumen, & lucem consistere corpus quod iam satis est probatum. Hæc albertùs.

Dio. Car. ¶ Quidēt contestatur, ꝓ lux, & lumen sunt formę intentionales, & naturales. Intentionales, quia ſm esse intentionale seruantur in diaphano medio, & illæ dicūtur spūales formæ, non ꝓ sint spūs ſm substantiam, sed, quia ſm esse intentionale, quod est eē spūale, existunt in sensu, ac medio, ut dicit commētator super. 2. de aīa. Veruntn circa hoc verior vr positio sancti Thomæ, nisi intelligatur, ꝓ quodam modo habent modum spūalis, intentionalisq; esse,

Albertus. sicut ptactum est, alioquin non staret, qd ipse hic scribit Albertus: Reuera, inquiens, lux, & lumē sunt formæ corporeæ, quę distendontur incorporè ſm corporis mensuras, & sunt magnæ in magno, & paruo. Circa, quæ uerba Alberti dicendum, ꝓ inter sensibiles qualitates, lux spūalissima nuncupat, tanquàm minimè cum materia, & corporietate participans: attn aliquo mō corporea dicitur, quia corporali inest subiecto, & in eo per accidens est extensa per dimensionem subiecti.

Soluuntur argumēta initio q̄stionis addūcta ¶ Ex his patet ad obiecta pro parte solutio. Ad primum etenim, & ſm est dicendum, ꝓ in illa, & consimilibus autoritatibus sumitur, lux pro corpore lucido, quemadmodum tenebræ, seu caligo frequenter accipitur ꝓ loco, seu corpore obscurato, iuxta quē modū cōmētator 2. de aīa naturalē calore ꝓbat esse corpus. Diuisio quoq; ignis ptacta conformiter sumit lucem pro igne, prout in propria lucet materia, per carbonem uerò, & flāma, prout in materia lucens est. aliena, ut per carbonem intelligat ignis in materia sicca terrestri, per flāmā accipiat ignis in aereo humido. Ad tertiū, ꝓ coniūctio, & separatio illa intelligendę sunt ſm intentionem, remissionēq; luminis, multiplicatis, aut subtractis luminibus, quorū radij inconfusio dicunt ꝓp lumi-

Radiorū sterfectio non ē caloris causa. nariū distinctionē. Ad quartū, ꝓ actus illi cōueniūt lumini per similitudinē quandā, non propriè. Dr namq; radius descēdere, & moueri, qm principiū illuminationis ē supra nox. Ex intersectione etiam radiorū solis non sequtur calor, sicut ex corporum cōfricatione: sed concurrentibus radijs multis ad unum punctū, oportet lumē multiplicari, ex quo multiplicat, & calor, inquàm tū lumē ex hoc, qd ex est qualitas primi alterantis, habet ad alterationē iuuare, pstertim ſm qualitatem, qua maximè, & sipliciter est actiua, uidelicet calor, q per hoc uirtutis primi alterātis maximè ē cōformis. Deniq;, ut af-

Auicenna ferit Auicēna, lux, & lumē sunt in gne qualitatis, & in tertia specie eius, qm sensui inferunt passionē. Nec tn oportet, ꝓ habeant contrariū, qa illius sunt corporis qualitates, ꝓ est à cōtrarijs elōgatū. Hoc quoq; pēsādū, qa ut diuinus Dionysius fassus ē, lu-

S. Dion. mē solis ī diuersi corporibus diuersimode ſm ipsorū dispositionē, & capacitatē recipitur. hinc, quędā illuminantur in superficiè tantum, ut opaca: quædam usq; in profundum, sicut diaphana: quæ tamē lucem non retinent, qm imperfectè illud suscipiūt, propter quod illuminante subtracto, cessat in eis lumen. aliqua autem perfectiùs susciciunt illud, ac retinent, sicut carbunculus. Hæc Thomas.

¶ Concordat Durandus per omnia. Qui tamen Durandus. sic arguit: Lumina in medio sunt distincta, ut beatus Dionysius quarto capitulo de diuinis nominibus ait, quòd per experimenta probatur. Vnū corpus opacum luminaribus duobus oppositū, duas producit umbras, quod non fieret, nisi essent lumina duo, cū vmbra nō sit nisi priuatio luminis. Rursus, à duobus luminaribus, quorū lumina transeūt per vnū foramē, sunt duo fulgores in pariete oppositō: qd non esset, nisi in foraminè in quo coniūgunt subiectiuè, manerent essentialiter distincta. Item præcipua ratio cur lumen negatur esse corpus, est: quoniā simul consistit cū aere, duoq; corpora nequeunt simul esse Sed probatur, quòd hoc non obstet. Ferrū namq; ignitur non in superficiè tantum sed etiā in profundo Itaq; in ferro ignito sunt ferrum, & ignis, & tamen ferrum ignitū non occupat locum maiorem, q̄ solum ferrum. Et rndē dum ad primū, quòd duæ umbræ non sunt in eadē medij parte, sed in diuersis. idcirco non argūt pluralitatē luminis in eadē pte medij, sed in diuersis. Ad scdm, ꝓ lumina diuersa in eodē foramīe coniungitur, & vnum sunt lumen: attn radij, & fulgores ultra ꝓcedētes distinguunt: non ꝓp distinctionem, separationēvè luminis in foraminè existentis, sed qa non pōt ad eandē partē ultra ꝓcedere utriusq; actio luminaris. imò ꝓcedit ad ptes diuersas ꝓp corpus, in quo extat foramen, utriq; luminari

S. Dion. respectu alterius, & alteri us situs, iterpositū. Ad tertiū, ꝓ in ferro ignito nō est ignis intrinsecus, q nō est nisi in materia rara, sed est ibi dispositio ad formā ignis nondū ultima, & perfecta. Hæc Durādus.

¶ Cuius huic ultimo verbo obijci potest, ꝓ nūc dictum est de triplici illa speciē ignis, qualiter possit esse in materia propria, & aliena,

¶ Præterea ad istud, vtrum lux sit res uera, respōdet Henricus tertio, quodlibeto: Tota huius quę- Henricus Ganduus. stionis difficultas oritur ex modo generationis luminis: quòd si dicatur educi de potētia medij tanquam ex materia, oportebit fateri, ꝓ sit res uera, Lux est res uera. cum omnis forma educta de potentia materiæ, sit res vera. Si autē dicatur produci solum de efficiēte, per qualem nescio diffusionem, seu multiplicationem lucis à corporē luminoso in medio, quod est solum in potentia receptiua, tunc aliquo modo posset dici non esse res uera. Nec tamen video quin adhuc illu modo esset rès uera, cum realiter producatur, nec sit dare medium inter ens, & nihil. Vnde dicendum, quòd potest dici intentio respectu eorum qua per manet, causa eorum subtracta, quibus habet debiliùs esse, & res uera cōparatione nō entiū, Hæc Hænricus, qui de mō productionis luminis, nō prosequitur loco pallegatio.

¶ Porro Richardus mouet hanc quæstionē, utrū Richard. Quęstio. lumē educatur de potentia medij. Videtur, qd sic, quia aliàs videretur creati, id est, non ex aliquo fieri. Hugo quoquelibro de sacramentis: Opus, Hugo. inquit, creationis, & multiplicationis, & annihilationis, soli Deo possibile est, sed si lumen non educitur, oportet, quòd per multiplicationem gignatur. ¶ Ad hoc Richardus respondet: Mul- Richard. torum, & magnorum responsio est, quòd lux producit lumē in medio, nō ipsum de potentia medij educendo, sed multiplicando seipsam. Alij, quibus

consentio, dicunt, ꝙ lux producit lumen, ipm educendo de potentia materiæ: & quæcunq; creatura similitudinẽ suam producens in medio, educit de potentia materiæ eã. Aliter.n. produceret non de aliquo. Istud Richardus tenet sobriè, non im̄oderate. Porro q̃tũ cape queo, ista opinio pãdit hũani imbecillitatẽ, ne dicã ruditatẽ, ingenij. Si.n. lux nõ producit lumen, diffundẽdo, & multiplicando, seu cõicando seipsam, ergo nec calor ingnis calorẽ, cuius oppositum experientia docet. Et quõ lux posset tã instantaneè, & æquè uelociter educere lumen de tã innumerabilibus, tãq; diuersimode dispositis, atq; distantibus corporibus ad luminis receptionẽ? Quõ de ferro, saxo, & consimilibus põt tã repente educere lumen, & tam cito de illis, sicut de uitro, argẽto, & stanno? Præterea opinio illa difficultatẽ, quã euadere studet, illabitur. Etenim dato, ꝙ lux educat lumẽ de potẽtia medij, seu subiecti, quæro de quo fit, seu producit illud lumẽ, an de nihilo, an de forma luminis inchoata, an de substantia medij. Si primũ, ergo creat: Si s̄m, quæro an forma luminis inchoata sit realiter idẽ, quod lumen eductũ, an nõ. Si sic erunt innumerabiles formæ accidentales, & inuicẽ cõtrariæ in subiectis latentes. Si non est realiter idẽ, quærit, q̃d sit, an sit ens uel non ens. Si aũt tertium admittat, ergo substantia conuertet in accidens. Et quærit, an materia medij, an substantialis forma ipsius, an utrũq; simul, an pars totius, seu ꝑs partiũ conuerrat in lumen, an in aliam formã accidẽtalẽ, quę de potẽtia materiæ ꝓhibet educi. Insuꝑ iuxta hãc opinionẽ, nec ordo ꝓduci similitudinẽ suã in medio, sed de potẽtia materiæ, seu medij eã educit. sicq; aer saltẽ materialiter causat similitudinẽ colorũ, speciemq; odorũ in medio, imò ĩ se ipso. Cumq; oĩs processio sit per similitudinẽ, & unumquodq; ꝓducat simile sibi, q̃d est in aere de quo tãquàm de simili ꝓdeũt similitudines, seu species illę? Hin grossa vr̄ illa opinio, nec motiuũ eius est ualidũ. Productio quippe accidentis nõ semꝑ requirit materiã ex qua, sed naturaliter materiã in qua. Estq. opinio illa apertissimè diuini Dionysij documentis contraria, qui libro de diuinis characteribus, & 4. capitulo de diuinis nõibus, ac alibi sæpè testatur, ꝙ sol naturalia diffusione, & emicatione lumen suum diffundit, & cũcta uenustat. Modũ quoq; gñationis æternæ, ac diuinæ ad intra, præsertim quantum possibile est, declarat per emanationem luminis à luce solis. Naturaliter quippe luci conuenit emicare, q̃ emicatio est luminis productio. Ad, quod probandum possent verba Thomæ, Alexandri, Alberti, Bonauenturæ, copiosè inducit: imo potius Augustini, Boethij, Anselmi.

Diony.

Lumẽ de potenaria medij non elicitur.

S. Dion.

¶ Hinc Scotus dicit triplicem esse radium, s. rectum, fractũ reflexum: & quẽlibet immediatè genitũ, seu productũ à luce, ac speciẽ esse lucis. Cũque inquirit an lumẽ, seu radius habet esse intẽtionale, dicit intentionẽ non significare id, quod sensus intentio, sed id, per quod tanq̃ per formale, & sicut per medium tendit in rem. Sicq; lumen vocatur intentio, cum sit similitudo, & species lucis, per quam ipsa à sensu uidetur. Et sicut quoddam signum est signum, & res, sic lumen est intentio, & res, quia per ipsum uidetur obiectum, & ipsum quoque uidetur.

Scotus.

Triplex ẽ radius.

¶ Amplius quæritur hic, an lux, lumẽ, radius, splẽdor, veriùs, ac perfectiùs magisq; propriè dicãtur, & inueniantur in spiritualibus, q̃ in corporalibus.

Questio

¶ Ad quod Thomas respondet: In hoc vr̄ esse quædam dinersitas inter sanctos, q̄m Augustinus sensisse uidetur, ꝙ lux in spiritualibus ueriùs inueniatur. siquidem 4. super Genesim loquitur: Non sic Christus lux dicit, quomodo lapis: q̄m propriè lux uocatur, lapis figuratiuè. Vnde, & Iohannes ait: Erat lux uera. Et alibi: Deus lux est, & tenebræ non sunt in eo ullæ. Porro sanctus Dionysius, & Ambrosius uñr sic innuere, ꝙ lux in spũalibus non nisi metaphorice inueniat, ait namq; beatus Dionysius 4. cap. de diuinis nominibus, ꝙ Deus dr̄ lumen ex eo, ꝙ similitudo eius præcipue resultat in radio solis, quantum ad causalitatẽ. Et ista positio uerior esse videtur, quia nihil per se sensibile spũalibus conuenit, nisi metaphoricè. Hæc Thomas.

Tho. Aq̃.

Augustin.

Iohan. 1.

1. Iohan. 4.

S. Dion.

Dion.

¶ Huic quæstioni nolo hic immorari. Alibi nãq; præsertim in libro de diuina essentia, seu Dei natura, euidenter, multipliciterq; monstraui, ꝙ lux, lumen, radius, splendor, illuminatio, manifestatio, claritas, multo ueriùs, eminẽtiùs, malisq; propriè, Deo, & separatis, ac spũalibus, q̃ temporalibus cõpetũt, imò hæc oĩa, & unũquodq; eorum in rebus materialibus, & sensibilibus non sunt, nec est nisi obumbrata imitatio, seu imago lucis, & radij spiritualis. Hinc Christus seipsum, & Deitatem, ac spiritualia in toto euangelio secundum Iohannem nomine lucis posstiuè, proprijssimè, ac uerissimè, imo, & frequentissimè designauit. Deniq; hoc ipsum esse mente diuini, & illuminatissimi Dionysij, in præallegato tractatu clarè, & copiosè ostendit. Nonne Deus proprijssimè appellatur ueritas, sapientia, sanctitas, quorũ vnumquoq; aptissimè dicitur lumẽ? Sic, & spiritualia dona, gratia, sapientia, scientia, & uirtutes. rectissimè lumina nuncupantur. Et quãuis lux, prout nos de ea contractè in communi loquendi loquimur usu, dicatur sensibilis qualitas, sicut & sapientia dr̄ qualitas spiritalis, nihilominus loquendo de ea incontractè in sua cõmunitate, multo eminentiùs spiritalibus conuenit, quemadmodũ sapiẽtia potissime conuenit Deo, iuxta illud Apostoli: Soli sapienti deo honor, & gloria. Attamen sapiẽtia prout communiter de ea loquimur, tanq̃ de forma accidentali, Deo nõ conuenit. At uero Thomas apꝓbando positionem scd̄am, infirmare ur̄ opinionem suã, qua pauloante secus est Augustinũ dicentẽ oĩa simul distinctè producta, atq; per lucem intelligendum esse angelicam creaturam. Quæ expositio, ut ipsemet Thomas fatetur, non literalis, sed spiritalis, & mystica est, si lux, & dies non propriè, sed transsumptiuè, seu metaphoricè in spiritalibus, ac diuinis consistit. dum ergo dr̄ expositio illa literalis, & tamen lux metaphoricè in spiritalibus ponitur, inuenitur contradictio, & repugnantia quædam. Postremò, utriq; positioni satisfacere cupiens, dicere potest, quòd de luce loqui ualemus dupliciter. Primò, quantum ad id, à quo nomine imponitur, quod est manifestare, iuxta illud Apostoli: Omne, quod monifestatur, lumen est. Vnde, & Ioh. ait: Qui facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius. sicq; lumen in spiritalibus potissimè reperitur, in quibus omnia clara, & euidentia sunt. Scd̄ò, q̃tum ad id, cui nomẽ imponitur: & sic iuxta vsum loquentiũ lux in corporalibus magis est. Verũtñ quo spiritalia, ac diuina ex sua natura, & in sua essentia, ab oĩ feculentia materiæ, omniq; mixtione, & macula sunt magis immunia, eo veriùs, ac eminentiùs nomen, ac ratio lucis conueniunt eis, quod, & multi affirmant doctores.

Lucę ueritus inueniatur in sãua libis quã corꝑalib⁹.

Roma. 16.

Tho. Aqu.

August.

Cõciliatio

Ephesi. 5.

Iohan. 4.

¶ Amplius quęrit: An pater oĩa operetur per filium, & quali dictione, prolatione, seu uerbo Deus oĩa fecit. Videtur, quòd pater non fecit omnia per filium, quoniam is, qui facit, & per quem facit, non sunt factor æquè immediatus, nec factor vnus, & idem: sed pater, & filius sunt omniũ creaturã vnus, idem, & immediatus creator, non ergo vnus eorum operatur per alium. De hac materia scriptum est supra per primũ. Idcirco nunc breuiandum. ¶ Itaq; Thomas: Operari, inquit, quis dupliciter dr̄ per alium. Primò, per virtutem, seu autoritatem illius, sicque baliuus operatur per regem. i. per potestatem regis sibi commissam, quæ immediatior est operi, q̃ uirtus sua, & sic, nec pater operatur per filium, nec cõtra, imo ambo una, & indiuuisibili operantur uirtute. Alio modo, sicut per operantẽ, ut rex per baliuũ. Cuius distinctionis ista est rõ, q̄a cum operatio sit medium inter operantẽ, & operatũ, causalitas importata per ꝓpositionem hanc, per, potest referri ad operationem, s̄m quod exit ab operante, & sic quis operatur per illum, cuius uirtute est operans. Potest quoq; referri ad operationem, secundum quod terminatur ad operatum. sicq; operatur, quis per illud quod est ab operante ordinatum ad operatum, ut causa eius. hinc designatur auctoritas in operãte respectu eius, per quem operatur, in quo est causalitas respectu operari, quòd contingit dupliciter. Primò, dum id, quod ordinatur ab operante causa, s̄m aliã operatur uirtutem à uirtute operantis, inquantum est motum ab operante: vel per imperium, sicut serui vel motu corporali, sicut securis, & similia inanimata. unde s̄m philosophum octauo Physicorum, seruus est organũ animatũ, & organa sunt serui inanimati. Et sic pater non operatur per filium, quod tamen hęretici asserebant. Alio modo, quando eadẽ virtute operatur, quam tñ ab operante recepit is per quem agit. sicq; pater per filium operatur. Nam filius est causa operatorum una, & eadem uirtute cũ patre, quam à patre nascendo accepit. Hæc Thomas in Scripto.

Questio.

Tho. Aq̃.

Operari p aliũ dupliciter dr̄.

Philoso.

Insuper Petrus ait. Dicere dei multipliciter sumitur. Quemadmodum enim in nobis dicere notat actum interiorem absolutum, aliq̃n interiorem exteriori conniunctum, interdum interiorẽ ad exteriorem ordinatum (est enim uerbum conceptum, verbũ imaginatũ, uerbũ prolatum) sic dicere dei, q̃nq; noĩat actum æternũ tm̃, sine respectu ad creaturas, vt filiũ generare. Aliq̃n uerò actum æternum cũ respectu actuali ad creata, vt generare filiũ, atq; in illo disponere cuncta. Nonnunquam autem actũ æternum temporali coniunctum, ut filium generare, & in illo res ipsas producere. Primo modo non sumitur hic. Sic enim non connotat in creatura ullũ effectum vel respectum: sed scd̄o, ac tertio mõ põt hic accipi, quia sic connotat effectum actu, aut habitu.

Petrus.

A De opere secundæ diei, qua factum est firmamentum. Distinctio XIIII.

Dixit quoq; Deus: Fiat firmamentũ in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Diuisitq; aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Sciendum est, ꝙ illius cæli describitur hic creatio, sicut ait Beda super Genesim, in quo fixa sunt sidera, cui suppositæ sunt aquæ in aere, & in terra, & superpositæ aliæ, de quibus dr̄: Qui tegis aquis superiora eius. In medio ergo firmamentum est, s. sidereum cælum, ꝙ de aquis factum esse credi põt. Crystallinus enim lapis, cui magna est firmitas, & perspicuitas, de aquis factus est. Si quem verò mouet, quõ aquæ natura fluidæ, & in ima labiles, super cælum possint consistere, de Deo scriptum esse meminerit: Qui ligat aquas in nubibus suis. Qui enim infra cælum ligat aquas ad tempus uaporibus nubium retentas, põt etiam super cæli sphæram non uaporali tenuitate, sed glaciali soliditate aquas supẽderet ne labantur. Quales autem, & ad quid conditæ sint, ipse nouit, qui condidit. Ecce oñsum est his uerbis, ꝙ cælum factum sit scilicet illud, in quo sunt fixa sidera. i. quòd excedit aerem: & de qua materia, scilicet de aquis: & quales sint aquę, quæ super illud cælum sunt, scilicet ut glacies * solidatæ.

Gene. 1. Ambro. in Hexam li. 2 cap. 3. Beda

Psal. 103. a

Quõ aquæ possunt esse sup cęlũ & quales sũt illę aq̃

Iob 26 c.

Augu. li. 2. de Gene. capite. 11.

* soliditate.

B Alij putant cælum illud esse igneæ natura, quibus consentit Augustinus.

Quidam uerò cælum, quod excedit aeris spatia, igneæ naturæ dicunt, asserentes super aerem purum ignem esse, qui dicitur esse cælum, de quo igne sidera, & luminaria, facta esse coniectant. Quibus Augustinus cõsentire ur̄. Vtrum uero noĩe firmamenti cælum, ꝙ excedit aerem, an ipse aer hic intelligatur, idem Augustinus quærit, nec soluit. Magis tñ approbare uidetur cęlum illud hic accipi, ꝙ spatia aeris excedit. Aquas autem, quæ super illud cælum sunt, dicit uaporaliter trahi, & leuissimis suspendi guttis. Sicut aer iste nubilosus exhalatione terrę aquas uaporaliter trahit, & per subtiles minutias suspendit, & post corpulentiùs conglobatas pluialiter refundit. Si ergo potest aqua (sicut uidemus) ad tantas minutias peruenire, ut feratur uaporaliter super aerem aquis naturaliter leuiorem, cur non credamus ẽt super illud leuius cęlum minutioribus guttis, & leuioribus emanere uaporibus? sed quoquo modo ibi sint, ibi esse non dubitamus.

Augo. sup Gene. li 2. capite 3. Augu li 2. sup Gene. capite 4. 5 & 19.

C Quæ sit figura firmamenti.

Queri etiam solet, cuius figuræ sit cælum. Sed spiritussanctus, quamuis autores nostri sciuerint, per eos dicere noluit, nisi quòd prosit saluti. Quæritur etiam, si stet, an moueatur cælum. Si mouetur, inquiunt, quomodo est firmamentum? Si stat, quomodo in ea fixa sidera circumeunt? Sed firmamentum dici potest non propter stationem, sed propter firmitatem uel terminum aquarum intransgressibilem. Si autem stat, nihil impedit moueri, & circumire sidera.

Vtrũ stet an moueatur cęlum Quare dicatur firmamẽtũ.

D *Quare tacuit scriptura de opere secundæ diei, quòd in alijs dixit.*

Post hæc q̃ri solet, quare hic nõ est dictũ, sicut in aliorũ dierũ operibus. Vidit Deus q̃ esset bonũ. Sacramentũ aliqd̃ hic commendat. Ideo.n. fortassis non est dictum, quod tũ sicut in alijs factum est, quia binarius principium alteritatis est, & signum diuisionis.

E *De opere tertiæ diei, quando aquæ congregatæ sunt in unum locum.*

Gene. 1. Beda

Sequitur: Dixit Deus, congregentur aquæ in vnum locum, & appareat arida. Tertiæ diei opus est congregatio aquarum in unum locum. Congregatæ sunt.n. oẽs aquæ cælo inferiores in unam matricem, ut lux, quæ præterito biduo aquas clare luca lustrauerat, in puro aere clarior fulgeat, & appareat terra, q̃ cooperta latebat, & quæ aquis limosa erat, fieret arida, & germinibus apta. Eodem.n. die protulit terra herbam uirentẽ lignũ

Vbi cõgregatę sunt aquę.

que faciens fructum. Si aũt quæratur, ubi congregatæ sint aquæ, q̃ totum texerant spatium usq; ad cælum: potuit fieri ut terra subsidens, concauas partes præberet vbi fluctuãtes aquas reciperet. Potest ẽt credi, primarias aquas rariores fuisse, q̃ sicut nebula tegerent terras, sed congregatione esse spissatas: & ideo facile in unum posse redigi locum.

Amb li 3. Hexamerõ ca. 2.

Cumq; multa constet esse maria, & flumina: in unum tamen locum dicit aquas congregatas, propter continuationem, vel congregationem oĩum aquarum, quæ in terris

Eccle. 1.

sunt: quia cuncta flumina, & maria magno mari iunguntur. Ideoq; cum dixerit aquas congregatas in unum locũ, deinde dicit pluraliter, congregationes aquarum ꝓꝓ * multifidos sinus earum, quibus omnibus ex magno mari principium est.

* multiplices

De opere quartæ diei quando facta sunt luminaria.

F Sequitur: Dixit Deus, Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diẽ, ac noctẽ.

Gene 1. Aug li. 2. de Gene. capite 13.

in p̃cedenti triduo dispositа est uniuersitatis huius mundi machina, & partibus suis distributa. Formata.n. luce prima die, q̃ uniuersa illustraret: duo sequentes dies attributi sunt supremæ, & infimæ parti mundi, firmamento scilicet, aeris, terræ, & aquæ. Nam secunda die firmamentum desuper expansum est. Tertia uerò aquarum molibus intra receptacula sua collectis, terra est reuelata, atq; aer serenatus. Quatuor ergo mundi elementa illis diebus suis locis distincta sunt, & ordinata. Tribus autem sequentibus diebus ornata sunt illa quatuor elemẽta. Quarta.n. die ornatum est firmamentum sole, & luna, & stellis Quinta, aer in uolatilibus, & aquæ in piscibus ornamẽta acceperunt; Sexta, accipit terra iumenta, & reptilia, & bestias, post quæ omnia factus est homo de terra; & in terra: non tamen ad terram nec propter terrã, sed ad cælum, & propter cælum.

Ante alia de ornatu cæli agitur, sicut priùs factum est.

G Quia ergo cælum cęteris elementis * specie præstat, priusq; alijs factum est, iõ añ alia ornatur in quarto die quo fiunt sidera: q̃ ideo facta sunt, ut ꝑ ea illustrẽt inferior pars, nec esset habitantibus tenebrosa. Infirmitatiq; hominum prouisum est, ut circũeunte sole potirentur hoĩes diei, noctisq; uicissitudine, propter dormiendi, uigilandiq; necessitatem. Et ideo etiam ne nox indecora remaneret, sed luna, ac sideribus consolarentur hoĩes, quibus in nocte operandi necessitas incumberet, & quia quędam animalia sunt, lucem ferre non possunt. Quòd autem subditur, Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos, quomodo accipiendum sit, quæri solet. Ita.n. dictum vt̃, quasi quarto die cępissent tempora, cum priùs triduum sine tempore non fuerit. Ideoq; tempora, q̃ fiunt per sidera, non spatia morarum, sed uicissitudinem aereæ qualitatis debemus accipere: quia talia motibus siderum fiunt, sicut dies, & anni quos usitatè nouimus. Sunt.n. in signa serenitatis, & tempestatis, & in tempora: quia per ea distinguimus quatuor tempora anni, ſuer, æstatem, autumnum, hyemem. Vel sunt in signa, & in tempora, id est, in distinctionem horarum: quia priusquam fierent, ordo temporum nullis notabatur indicijs, uel meridiana hora, uel qualibet hora. Hæc quarta die facta sunt.

Qua utilitate facta sunt ei luminaria.

* specie

Gene. 1.

Aug. li 2. de Gene. cap. 14

Sũme distinctionis. XIIII.

Escripto primo opere distinctionis præcedenti distinctione, hinc describuntur duo alia opera distinctionis, videlicet productio firmamenti in medio aquarum, & congregatio inferiorum aquarum in locum unum. Et circa hæc quæstiones mouentur in textu. Prima est, cuius figuræ sit cælum: secunda, an moueatur: tertia, cur in descriptione horum non additur, Vidit Deus, quòd esset bonum, sicut in descriptione operum aliorum dierum.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *Vtrum firmamentum. idest celum stellatum sit factum de aqua, & an uere in medio aquarum sit constitutum.* ¶ De qua tũ q̃stione iã introducta sũt multa, uidelicet, ꝓ corpora cælestia, & elemẽtaria sint eiusdẽ materię

Gene. 1.

teriæ, ac naturæ: & ꝓ ita sit, scriptura Geneseos, quę allegatur in litera, & ipse Magister in textu, sancti quoq; doctores, Augustinus, Basilius, Ambrosius, Beda, & alij multi expresse testanẽ. Sed, & multa loca scripturæ canonicæ ut illud in Psalmo Qui tegis aqs superiora eius. Et rursus: Aque sup cælos sunt, laudent nomẽ dñi. In hymno quoq; puerorũ. Bene dicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, domino.

Augusti. Basilius Ambrosi. Beda. Psal. 103. Psal. 148. Dan. 3.

In oppositum. Philosop.

¶ In oppositum rationes philosophi primo cæli, & mundi, ubi nariis rationibus probat, cælum esse alterius naturæ, quàm elementa, utpote alienum à contrarietate, & nec graue, nec lene, quod probat, quoniam naturaliter competit ei alius motus, quàm elementis, similiter alius locus, alia item figura saltem pro parte.

Alexanẽ.

¶ Circa hæc scribit Alexander: Cælum, quòd dr̃ firmamentum, uidetur esse ex eadem imformi materia, de qua dr̃ in Genesi: Spiritus dñi ferebatur sup aquas: non tũ ex eadem materia propria, imo sicut differt cælum crystallinum à firmamento, & aquæ inferiores congregatæ in unum locum differunt à firmamento, sic differunt propriè materiæ singulorum istorum. Præterea, quidam dixerunt, quod frigidum, & humidum per hanc rationẽ continet cælum, cælum ignem, ignis aerem, aer aquam, ergo aqua similiter circundare debuit totam terram ex oĩ parte, quod fieri nequiuit ꝓꝓ animalia terrę, hinc aquam eleuari oportuit alibi, ut circũdare posset terram totam. ideo eleuatæ sunt sup firmamentũ, ibi que habent naturã frigidi, & humidi. Alij dicũt, qd̃ solum sunt ibi ſm naturam humiditatis. In aqua nã quæ sunt humiditas, atq; frigiditas. Humiditas aũt continuatiua, fluxibilisq; consistit, qm̃ terra quæ sic ca est, cõtinuitatem sine aqua non habet. Propterea medici dicunt, quod humiditas glutinum est membrorum. Non autem suut super cælum aquę, in quãtum fluxibiles sunt. Fluerẽt enim deorsum, ergo manent ibi secundum naturam cõtinuationis. Siquidẽ hæc proprietas continuatiua, nobilior est in ea. Etenim cum in cælis sit natura supercælestium, & inferiorum, oportuit ea coniungi. ideo aqua est ibi ſm hanc coniunctiuam, & cõtinuatiuam naturam. Alii dicunt, ꝓ sunt ibi ſcd̃m naturam perspicui: perspicuum verò est, quod habet aliquam dispositionem ad recipiendum lucem per totum. Verum hæ qualitates sunt ordinatæ, quia nil inordinantum est à summa sapientia. Vna ergo harum qualitatum alia extat nobilior, certumq; est, ꝓ secundum nobilissimã suam qualitatem ibi consistunt, hæc uerò est ꝑspicuitas. A qua enim cum terra, & aere, ac cælo stellato, & igneo conuenientiam habet. Cælũ aũt stellatũ, & igneũ, nobiliora sunt terra, & aqua. Aqua demum cum cælo stellato conuenit in diaphaneitate, ergo aqua secundum hanc qualitatem est super cęlum. Præterea perspicuitas non est pura qualitas, qm̃ misceẽ qualitatibus contrarium habentibus, ut cũ humido graui, & calido sicco, ergo alicubi est qualitas pura, qa ex ordinatione summæ sapientiæ Dei, si aliquid impurum sit alicubi, idem purũ est alibi. In inferioribus aũt qualitas ista impura est. In aqua namq; est cũ frigido, & humido, in igne caliditate, in cælo quoq; stellato cum quadam difformitate: quia hoc cælum in orbe, & stellis diuersimode extat dispositũ, cũ stella sit pars densior sui orbis. Ergo locus huius perspicui secũdum, quod pura natura est, est supra cælũ stellatum, & infra empyreum. In empyreo quippè esse non ualet, quia empyreũ datiuum est luminis, diaphanum verò est luminis receptiuum, ergo super cælum stellatum sunt aquæ istæ.

Hinc super illud beati Petri, Elementa calore solue tur, afferit glossa: Duo elementa, uidelicet aqua, & ignis, absumẽtur: cælum autem, & terra in melius commutabuntur. Cælum ergo crystallinum nõ habet aquas cum ponderositate, frigiditate, aut humiditate, qm̃ ignis ille conflagrationis non attinget vsque ad cælum illud, Talis uerò erit renouatio duorum elementorum, quæ remanebunt, ꝓ oẽs qualitates contrarium habentes, cedent in pœnam damnatorum. si dicat̃, ꝓ dispositio diuina separabit ab aquis illi, quæ sunt supra firmamentum, qualitates contrarias: contra, ipse non faciet in cælo stellato aquis illis inferiore, ꝓ aliqua eius pars cedet in locũ damnatorum: ergo nec in aquis illis supremis. Qm̃ itaq; sancti super hoc nil certi definierunt, opinãdo dico, ꝓ cælum crystallinum, seu aqueum, est luce sicut ex complemento, & ex perspicuitate, tanquam ex dispositione materiali. Verũtã Augustinus in lib. de ciuitate dei fatetur, Sicut humidũ ẽ in cerebro, & manet ibi quamuis sit superiùs, sic humidum eẽ super firmamentum nil prohibet Basilius quoq; ex præsit, ꝓ Deus disposuit ibi aquas ad tẽperandum feruentissimũ solis feruorem. In cuius etiam signũ Saturnus dr̃ frigidus esse. Sed aduertendũ, ꝓ quod dã est calidum saluatiuũ, ut calidum solis: quoddã destructionum. Hæc Alexander. ¶ Cuius positio generat quæstiones, utpote, quid intelligatur ꝑ lucẽ, ex qua tãquàm ex cõplemento factum dicit cælum crystallinum: quid item per diaphaneitatẽ, ex qua sicut materiali dispositione opinatur id factum, prę sertim cũ cælũ crystallinum non sit lucidum luce sensibili, sicut sol, alioquin nõ fieret nox in terra. Sãcti quoque, quia allegan̄ in litera, sensisse vñr, ꝓ aquæ illæ sint humidæ, quamuis non fluidæ, sicut crystallus, quę est congelatissima aqua.

Gene. 1. Augusti. Basilius Ambrosi. Beda. Psal. 103. Psal. 148. Dan. 3.

In oppositum. Philosop.

Alexanẽ.

Gene. 1.

Augu.

Basilius.

Dion.

a Petr 3.

¶ Pręterea Bonauentura: In hac, inquit, q̃stione propter diuersitatem positionum, debilitatemq; iõnum, uix dici põt aliquid certũ, sed ex diuersis rñsionibus elici põt, quędã coniecturalis rñsio sobria, inter fidem, & rõnẽ incedẽs quasi media uia. Quidã enim uiã, ac rõnẽ sapientiæ mundanæ sequẽtes, dixerunt, ꝓ supra firmamentũ non sunt aq̃ corporales, & scripturas loqui de spũalibus aquis, aut noĩe firmamẽti intelligit aerẽ superiorẽ. Quod ex verbis eliciũt Aug. 13. confess. dicentis: Sunt aliæ aquæ, q̃ sup firmamẽtum sunt, immortales, & ab oĩ corruptione secretæ. Alij literæ innitentes, dicunt ꝓ super cælũ stellatũ sit cælum aquæ naturæ, quas diuina dispositio posuit ibi ad refrigerandũ ætheris ardorẽ, ita ꝓ Deus in mundi constitutione magis attẽdit fiuis utilitatem, quàm formæ qualitatem. Hinc sicut in minore mundo, uidelicet hoĩe, posuit cerebrum sursum ad temperandum cordis calorẽ, sic supra cælum stellatum locauit aqueũ cælum: & ibi aquæ illæ quiescunt, & sustentantur solditate, ut tangit Beda, vel sua subtilitate, aut diuina uirtute sic ordinãte. Sed qa credendũ est, sapientissimũ mũdi artificẽ corpora mũdi optimo ordine collocasse, nec solũ cõsiderasse finis utilitatẽ, sed, & pfectionis dignitatẽ, nõ apparet, quod uerũ aquæ elemẽtũ supra firmamẽtũ locauerit. Hinc tertia positio ẽ, ꝓ supra mamẽtũ non sũt aquæ uerę, & elemẽtis cõsimiles in specie, ac natura, sed ob similitudinẽ ꝓprietatis in diaphaneitate vocan̄t aquæ sunt ẽt frigidæ effectiuẽ. Sicq; nomẽ aquę triplicit̃ sumitur in descriptione primæ institutionis mundi. Primò, pro inferiori materia, ut ibi: Spiritus dñi ferebatur super aquas. Scd̃ò, ꝑ natura trãsparẽti, & luminis retẽtiua, ut ibi: Fiat firmamentũ in medio aquarũ. Tertio. ꝑ

Bonauent.

August.

Beda.

Aqua triplicitèr sumitur.

ipso aquæ elemento, vt ibi: congregentur aquæ in locum unum. Et sic supra fidereũ cælũ ueræ sunt aquæ; non tamen elementares, nec eiusdem naturæ cum illis, quantum ad corruptibilitatem: nec quantum ad grauitatem, ignobilitatem, grossitiem, aut transfusibilitatem. Aqua autem, quæ apud nos est, habet diaphaneitatem, non solũ, quia receptiua, sed etiam qũ retentiua quodammodo est lumin is, ut experientia docet, si metallum ponatur in fundo vasis in tenebris. Nam superfusa liquida aqua uidebitur sub luce retenta ab aqua. Sicq; probari dicũtur rubini, qui per se non lucent de noctè. Verum in his oĩno cauendum est, ne de incertis aliquid certitudinaliter asseratur. Melius quippe est piè ambigere quàm temerariè diffinire. Hæc Bonauentura.

Diony. ¶ In cuius positione uĩ obscurum, ꝓ dicit super cælum stellatũ consistere ueras aquas: non tamen elemẽtares, nec eiusdem naturæ cũ illis, &c. Ex quo sequi apparet, ꝓ illæ, & istę non sint aquæ uniuocè. Et si aquæ illæ sunt ex natura incorruptibiles, non uidentur eiusdem naturæ cum istis ex natura sua corruptibilibus. Humiditas quoq;, & frigiditas uĩr naturales proprietates aquæ, ut calor ignis.

Thomas. ¶ Denique responsio Thomæ uidetur satis consonare responsioni Bonauenturę, dempto, quòd Thomas dicit aquas illas non esse uerè, aut ueras aquas. Sic equidem ait: Circa hæc uaria dicta sunt.

Ambrosi. Ambrosius nãq; in libro de spiritusancto, uidetur dicere, quòd per aquas, quæ super cælos sunt, intelligitur spiritusanctus Sed hoc ad anagogicam, nõ ad literalem perinet expositionem: Alij dicũt aquas illas esse de natura elementi, quod apud nos est, & eas contineri ibidem uirtute diuina. Quòd remouet Augustinus, dicendo: In operibus sex dierum, quibus natura instituta est, non quæritur, quid Deus facere possit sua uirtute, sed, quid rerum patiatur natura, & quid eis conueniat.

Augustin. Augustinus quoque inquirendo alium tangit modum, intelligendo per firmamentum aerem, super quem uapores, aquę ascendunt Sed hoc non uidetur concordare scripturæ, quæ stellas asserit positas in firmamento, nisi fortè firmamentum diuersimode sumatur. quẽ

Rab Mo. admodum rabbi Moyses dicit, qui etiam expositionem hanc innuit. Meliùs tamen intelligitur de firmamento, quod est cælum sidereum supra quod sunt aquæ, non de natura aquæ, quæ apud nos est, sed de natura quintæ essentiæ, habentes similitudinem cum aqua, quæ apud nos est. Propter quod nomen aquæ scriptura eis attribuit, occulta per nota sensibilia manifestans, quæ similitudo attendi nequit nisi secundum lucidum, atque diaphanum, in quibus corpora inferiora cum cælestibus conueniunt, ut 12. de aĩa dr̃.

Cęlum aqueũ cur dicatur. Ideo sicut dicitur cælũ empyreum idest igneum, quia cum igne conuenit in hoc, ꝓ totũ est lucidũ, sic dr̃ cælum crystalinum, seu aqueum, inq̃tum conuenit cũ aqua in hoc, quòd est diaphanum, siue, ꝓ pars aliqua eius sit lucens, ut in cælo sidereo, cuius quædam partes lucẽt ut stellæ. Hæc autẽ cælum aqueũ nona est sphæra, ad quã primò reducunt astrologi motum orbis signorum, communem oĩbus stellis, qui est de occidente in orientem: & iterum ponunt decimam sphæram, ad quam reducunt motum diurnũ, qui est de oriente in occidentem, ita, quòd Saturnus infrigidat, ex ꝓpria, sua habet natura, & virtute suam speciem cõsequente, non ex aquis, quę supra firmamentũ sint: quæ etsi verè essenti ibidem, non possent tñ infrigidare Saturnũ, qui cũ sit de natura quintæ essentię, non est susceptibilis peregrinæ impressionis: imo si essent ibi huiusmodi aq̃, potiùs infrigidarent stellas octauæ sphæræ tanquã sibi propinquiores: quarum tamẽ aliquę calidissimi sint effectus. Ampliùs, in qualibet materialium specie, oportet esse terminum quendam rarefactionis, ultra quem species nõ saluatur. Vnde ultima raritas, ad quã potest peruenire, est secundum qd̃ materia stat sub forma ignis elementaris, ut asserit commentator quarto Physicorum. Hinc aqua intantum rarefieri posset, quòd nõ maneret aqua, sed fieret aer, aut ignis. Non ergo potest intantum rarefieri, ut supra firmamentũ leuetur. Imo cum ignis maximè sit actiuus, non potest uapor illẽ pertransire regionem ignis, quin cõsumeretur. Minus quoque esset possibile, quòd substantiam orbium penetraret, qui secundum omnes indiuisibiles perhibentur. Hæc Thomas in Scripto. q. 78. ar. 2.

¶ Porro in prima parte Summæ, quæstione 48. Augustino, inquit, testante, maior est huius scripturæ autoritas, quàm omnis ingenij humani capacitas. Idcirco dicendum, quòd quomodocunq;, aut qualescunq; aquæ sint super firmamentum, nequaq̃ dubitãdũ est eas ibi esse: quales verò sint, à diuersis diuersimode traditur. Et n. Origenes: Aquę, ait, quę super cælos sunt, sunt spirituales substantię. Vũ in Psal. dicitur: Aquæ, quæ super cęlos sunt, laudãt nomen domini. In Daniele quoq; legitur: Benedicite aquæ oẽs, quæ super cælos sunt domino. Verũ ad hoc respondet Basilius in tertio sui Hexamerõ, hoc non esse dictum sic, quasi aquę illæ rationales sint creaturæ, sed quia earum consideratio apud sapientes completam glorificationem perficit creatoris Nam idem dicitur ibi de igne, & grandine. Sunt igitur aquæ corporales, sed quales oportet diuersi mode definire secundum diuersas de firmamento sententias. Si enim firmamentum, seu cælum stellatum dicatur de natura elemẽtorum, idẽ necesse est de aquis illis fateri Quòd si cælum illud dicatur nõ esse elementaris naturæ, idem de aquis illis erit censendum, utpote, quòd sicut secundum Strabum dicitur cælum empyreum. i. igneum propter solum splendorem, ita dicetur aliquod cælum aqueum, ob solam diphaneitatem, quòd est supra cælum sidereum. Posito etiam, quòd firmamentum alterius sit naturæ præter quatuor elementa, adhuc põt dici aquas distinguere, si per aquam non elementum aquę, sed materiam corporum informem intelligamus, quia secundũ hoc, quicquid est inter corpora, diuidit aquas ab aquis. Si verò per firmamentum intelligatur pars aeris, in qua nubes condensantur: sic aquæ super firmamentum existentes, sunt quę vaporaliter resolutæ super aliquam partem aeris eleuantur. Intelligendo demum per firmamentum cælum stellatum, per aquas has intelligendum est cælum totum diaphanũ, scilicet nona sphæra, quam aliqui dicunt primum mobile, quòd reuoluit inferiores cælos motu diurno, ut operetur per illum continuitatem generationis, quemadmodum cælum sidereum per motum, qui est secundum Zodiacum operatur diuersitatem generationis, & corruptionis per accessum, & recessum per diuersas uirtutes stellarum. Hæc Thomas in Summa.

Origenes Psal 148. Danie 3.

Basilius.

Aquę supcęlestes non sunt angeli.

Strabus.

Petrus.

¶ Idem Petrus: Aquæ, inqens, illæ frigidæ sũt, nõ formaliter, sed effectiuè, seu virtualiter, & positæ sũt supra firmamentũ ad tẽperãdũ in inferioribus effectũ ardoris corporum superiorum. Ideo autem aquæ dicuntur, non qa de aqua facta sunt elementari, sed partẽ clariori primæ materiæ, q̃ intelligitur nomine aquæ. Nẽpe cum firmamentum, ex duplici

Firmamẽtũ duplici natura cõstat.

plici natura compositum sit, videlicet perspicua, & luminosa, & ante oẽ difforme sit uniforme, oportet super firmamentũ esse vnum cælũ totaliter perspicuum, aliudq; totaliter luminosum. i. cælũ crystallinum, seu aqueum, & cælum empyreũ. Hæc Petrus.

Richard. ¶ Richardus præterea recitat hic opiniones præfatas, ad nullam declinans, & addit ꝓ Augustinus 13. confessionum videbatur sensisse aquas, quæ super cælos sunt, esse spirituales, seu angelos sanctos. idcirco in libro Retractationum hoc reuocat.

Albertus. ¶ At verò Albertus post multam argumentationem auctoritati scripturæ rationem subijciens, respondet fideliter: Nobis, dicens, rationabiliùs videtur, quod supra 12. distinctione ait Magister his verbis: Tria elementa permixtione cõfusa circunquaq; suspensa, eousq; in altum porrigebantur, quousque nunc summitas corporeæ naturę pertingit. & sicut quibusdam videtur, vltra locum firmamenti extendebatur moles illa, quæ in inferiori parte spissior erat, & grossior, in superiori parte rarior, atq; subtilior, de qua rariori substantia putant quidã fuisse aquas, quæ supra fimamentum esse dicuntur. Hanc opinionem sequentes, dicimus aquas super firmamentum esse certissimè, propter cælum crystallinum seu aqueum, quod sancti ibi esse dicunt. Et dicimus, ꝓ materia huius cęli est rarior, atq; nobilior illius informis primordialis materiæ pars. Dispositio autem materialis ad formam, ratione cuius disponitur, & aptatur esse super firmamẽtum, est perspicuitas vniformis per totum, sicut aqua per totũ perspicua est, & sicut chrystallus: forma verò per quam ad locum super firmamentum determinatur à Deo, est luminositas vniformis. Per hanc namque est nobilior firmamento, atque secundum ordinem naturæ super illud locata Hæc Albertus.

Dionysius ¶ Verum vt tetigi, cælum illud non potest dici luminosum luminositate perceptibili oculo corporali, alioquin indefinenter excluderet noctẽ à terra. Et quamuis Albertus prætacto respondeat modo in Scripto, nihilominus libro de coæquæuis conscripsit: Cum cælum non habeat motum, nec potentias, nec qualitates elementorum, non potest esse de elementorum natura.

Durandus ¶ At verò Durandus Thomã hic sequens: Supra lunam, ait, non est locus generationis, & corruptionis. Vnde philosophus loquitur, ꝓ super orbem lunæ non est malum. Si autem supra cælum stellatum essent aquæ elementares, esset ibi locus generationis, & corruptionis. Si etenim aquæ essent inter duas sphæras cælestes, possent, per motum cælestiũ corporum calefieri, & rarefieri vltra, quàm congruit formæ aquæ. sicq; eis corruptis aliquid generaretur, vt aer, aut ignis, quod ibi fieri nequit. Non ergo sunt ibi aquæ veræ. Hæc Durandus.

Philosop.

Dionysi. ¶ Veruntamen hęc ratio non conuincit. Nã multi dicunt, quòd nona sphera sit mobile primum. & quamuis ponatur decima sphæra mobilis, dici posset, quòd aqua inter eam, & octauam sphæram locata, sic esset disposita, quòd tali motu alterari non posset, quemadmodum, nec octaua sphæra à nona, sed simul circunuoluerentur.

Gulielm. Antisiod. ¶ Denique circa præhabita Antisiodorensis multa conscribit, quæ in introductis continentur. & sequitur textum, ac Moysem magis, quàm Aristotelem, ponendo interualla dierum, & opus creationis præcessisse opus distinctionis, opus quoque distinctionis, opus ornatus, & de prima illa informi materia, facta esse cęlestia corpora.

Scotus. ¶ At verò Scotus quærit hic, an corpus cęleste sit simplex essentia. In cuius quæsiti responsione indũcit, vtrum in corporalibus cęlestibus sit materia. Ad quod respondendo, inserit & hoc, an orbes cęlestes sint animati. Quantum ad primum, testatur: Aliter videtur hic respondendum secundum philosophos, & aliter secundum theologos Secundum intentionem namq; philosophi, cum omnis potentia passiua sit potentia contradictionis, vt dicitur nono metaphysicæ, & sic quodcunq; sempiternum sit necessarium, & ita nequaquam in potentia contradictionis, cælum quoq; secundum ipsum philosophum sit sempiternum, sequitur, ꝓ secundum ipsum nihil sit in cælo existens in potentia contradictionis: atq; per consequens, nec habẽs materiam, quam si haberet formaliter, corruptibile esset, quẽadmodum ignis. dato enim quod nõ esset aliquod agens extra, quod posset ipsum corrumpere, quia non haberet contrarium, hoc non tollet quin intra haberet principium corruptionis, quo res potest esse, & non esse, vt ignis. Et in hoc videtur Auerrois in libro de substantia orbis, meliùs habere intentionem philosophi, quàm alij ponentes in cœlo materiam. Hæc Scotus.

Aristotel.

¶ Cui obijci possunt duo. Primum, ꝓ ista responsio videtur incidere articulum Parrhisiensem damnatum, quo prohibetur sic responderi: Aliter dicẽdum est secundum Aristotelem, seu naturalem rationem, & aliter secundum scripturam, seu fidem, vel theologicam traditionem: quoniam talis responsio sonat, ac si sint duæ veritates sibi inuicem contrariæ, cum tamen verum consonet vero, nec aliquid veritati contrarietur nisi falsum: & quicquid theologicæ veritati repugnat, falsum est absolutè. Secundum est, quia supra probatum est copiosè, quòd opinio illa Auerrois extat erronea, Aristotelí quoque contraria.

Dionysi. nota damnatam respondendi formam.

¶ Insuper ait Scotus, Secundum theologos ponẽda est in cęlo materia, qm̃ chaos, quod ponunt attigisse vsq; ad cælum empyreum, erat materia oĩum corporalium contentorum sub cęlo empyreo. Imò poneretur ibi materia secundum se. & quantum est ex se eiusdem rationis. sicq; cælum quantum est ex materia sua, corruptibile esset. ¶ Sed huius dicti cõtrarium iam supra innotuit. Quid verò de animatione cælorum Scotus loquatur, infra pandetur.

¶ Postremò de his scribit diffusè Gulielmus prima parte libri de vniuerso, sequens & ipse fideliter Moysen sanctũ, ex diuina inspiratione locutum magis, q̃ Aristotelem condemnatũ, humana ratione in multis deceptum: Declarabo, inquiens, firmamentum factum esse in medio aquarum, atq; diuidere aquas ab aquis, vtpotè abyssum illã, quæ impleuit totam concauitatem cæli empyrei vsq; ad terram. factum quippe, locatum, & ordinatum est firmamẽtum hoc in medio corporũ extremorum, id est, in medio mundi, puta in medio spatio, quod est inter cælum empyreum, & terram, & hoc medium fuit aquarum. Quod si quis dicat aquas illas supra firmamentum superuacuę esse, respondebo, ꝓ sicut in mundo isto inferiori non sunt superuacuæ aquæ ex quibus facti sunt pisces, qui & conseruantur in aquis: sic nec cõsumptæ, nec superuacuæ sunt aquę superiores, ex quibus formati sunt cæli, quos, & verisimile est conseruari in aquis illis, sicut ex ipsis sunt generati. Deniq; concordant hæc opinioni dicentium cœlos esse ex aquis illis per congelationẽ earum vehementissimam, & obdurationem fortissimam instar crystalli. Vnde & crystallinæ substantiæ eos esse sunt opinati, sed longè nobilioris, atque subti-

G. Parrhi.

subtilioris, quàm crystallus terrestris. Veruntamen hoc potius dicitur, qm̃ color crystallinus secũdum vulgi opinionẽ apparet in eis, color quoq; sapphireus, vel hyacinthinus, iuxta illud in Exodo: Subter Deũ Israel erat, quasi opus lapidis sapphirini, quasi cælũ quando serenum est. Impossibile autem videtur, vt verè crystallinæ substantiæ sit aliquod cælorum per congelationẽ ex medio aquarum. Congelari enim non videtur aqua, nisi ex vehementia frigiditatis, neq; congelatio aliud est, q̃ frigiditatis excessus. Qualiter autem congelatum fuisset medium illud aquarũ, remanentibus extremis in temperantia suæ naturæ, præsertim cũ superiores partes omnium aquarum priùs cõgelentur, & ob id superior pars aquæ priùs debuit congelari? Amplius, crystallina substantia plus est terrestris, q̃ aquea. Substantia quippe crystalli, omniumq; gemmarum, non est nisi cinis caloris vehementia resolutus, seu liquefactus, & postmodum congelatus. nam per contritionem, aut comminutionem resoluũtur in cinerem. Idem est sentiendum de vitro. Rursus, si substantia cœlorum esset crystallina, quasi incomparabiliter ponderosior esset, quàm tota terra. quare nec super ignem, nec super aerem stare posset. Adhuc, cum ignis impleat concauitatem cæli lunaris, vsque ad aera, quomodo stabit contiguum tanto igni cęlum lunæ, si crystallina est eius substantia? Itaq; propter similitudinem apparitionis, & visus peruietatem, ac propter stabilitatem, & soliditatem substãtiæ corporeorum, dictũ est cœlum crystallinum. Est quippe crystallus difficillima ad liquefaciendum, atq; secandum. Forma ergo cœlorũ, quam medium illud aquarum. in sua suscepit materia, distinctæ naturæ est à formis elementorum, & elementatorum. ideo nec à calore, neq; frigiditate exat passibilis. Præterea mirum, cur quidam mirantur esse super cęlos aquas huiusmodi, cum nullus miretur, aut horreat igné esse sub aquis, imò sub terra, sicut apparet ex locis naturalium balneorum, & ex inũdationibus, ac quasi diluuijs ignis, quæ ex moutibus tribus erũpunt, puta Vulcano, Aetna, Chimæra: quod non est minus contra naturam, q̃ aquas super cælos consistere. Nec dici potest, ꝓ ibi fuerũt repositę propter diluuium tunc futurum, & vt aqua pluuiarum inde descendat. impossibile. n. est aquam inde descendere, eo ꝓ cœlum omnino sit solidũ. nec infra mille annos posset in terram pertingere, vt in libro de profunditate cœlorũ ostensum est. Nec dicendum est, ꝓ sint ibi veluti in thesauris, eo ꝓ scriptũ sit: Ponens in thesauris abyssos. nam & simili modo in libro Iob fertur: Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? Atq; in Psalmo: Qui producit ventos de thesauris suis, cum tamen venti non sint nisi dum flant. Ideo dico quòd aquæ, quæ super cælos sunt, non sunt ibi in forma aquarũ, quę circa nos sunt, sed ex eis regio illa, quę cœlo empyreo circũtegitur, sic est facta, vt sit amœna, & salubris, atq; per omnem modum apta habitatio glorificandis hoĩbus, conueniensq; immortalitati, ac impassibilitati vitæ eorum. sicut quibusdã forsan videtur. Nempè cum homines in aquis, quæ hic sunt, viuere nequeant, necesse est regionẽ superiorum aquarum sic esse dispositam, vt requirit salubritas immortalitatis, & incorruptionis futuræ post resurrectionẽ mortuorũ. Conuenientiùs, nãq; vr̃, vt regio illa sit habitatio hominum glorificãdorum, q̃ substantia cœli empyrei, vt quidam forsitan opinantur, cũ cœlum empyreum ob suam soliditatem spirationi, & respirationi nequeat deseruire. Quare si spirabitur, & respiraretur in illa vita, habitatio illa infra cælum empyreũ sola vr̃ conueniens gloricandis hoĩbus. Deniq; pulchritudo, ac splendor cœli empyrei magis digna est conspici, q̃ calcari. imò cum cœlum illud sit tectum totius mũdi, non conuenit vt subsit habitãtium pedibus, sed vt supereminеat eorum capitibus. Ergo aquæ illæ iam versæ sunt in corpus tale, quale iam dixi: aut vertẽtur, dum homines glorificandi fuerint glorificati, & transferentur in altum. Hæc Gulielmus.

Cęlũ crystallinum est non ex aquarum congelatione.

Cælũ crystallinum unde dicatur.

Nota tres mõtes signiuagos.

Psal. 32.

Iob 38.

Psal. 134.

¶ Qui in his intricatus vr̃, & singularis opinionis, dicendo cęlos factos ex aqua illa primordialiter condita, & tũ distinctæ esse naturæ ab elementis seu aqua inferiori. Et multa superiùs tacta contra hoc obijci queunt. Quod verò subiungit de cœlo aqueo, ꝓ erit habitatio hoĩum glorificatorum, videtur dissonare à cõi doctrina sanctorum, dicentium, ꝓ in ipso cœlo empyreo morabunt. Verum hoc ad quartum sententiarum est reseruandũ. Apparet quoq;, ꝓ senserit, ꝓ cęlum empyreum cęlũq; aqueum, de quo loquitur, splendebunt luce perceptibili visu exteriori. Quod demum, ait, versas, aut vertendas esse aquas illas in corpus, quod erit habitatio glorificatorum: dubium habet qualiter facta sit, aut fiet versio illa, an per corruptionẽ, & expulsionem prioris formę substantialis. Et multa circa hoc inquirenda occurrunt. Loquitur tamen cautè, non quasi secundum propriam, sed aliorum opinionem, & forsan non audens exprimere euidenter, quod sensit: quia re vera illa opinio est inepta, uec aliquod cœlum quod nimis dignum est, vt in eo detineantur, qui Deo beatificè perfruuntur.

Dionysius

QVAESTIO II.

Secundò quæritur, *an cœlum stellatum, seu firmamentum sit de natura elementorum*. ¶ Quod sic, videtur ex litera Genesis, & ex verbis Magistri in textu, imò auctoritate eorum, quos allegat.

S. Diony.

¶ In oppositum videtur auctoritas magni Dionysij quarto capitulo libri de diuinis nominibus affirmantis, Cœli, & sidera ingenerabilem, & inuariabilem habent substantiam.

Tho. aqui.

¶ Ad hoc Thomas respõdet: Circa hoc fuit diuersa philosophorum opinio omnes namq; ante Aristotelem dixerunt cœlũ esse de natura quatuor elemẽtorum. Quod Aristoteles primo improbauit, dicens cœlum esse sine grauitate & leuitate, alijs q̃ cõtrarijs, vt patet primo cęli. Et propter efficaciam rationum eius, posteriores philosophi consenserunt ei. Vnde nunc omnes opinionem eius sequuntur. Expositores quoq; scripturæ diuersificati sunt, ꝛm quod diuersorum philosophorum doctrinis in philosophia eruditi fuerunt. Basilius namq;, & Augustinus, & plures sanctorum, sequuntur in philosophicis, quæ ad fidem non spectant, opiniones Platonis, & ideo ponunt cœlum de natura quatuor elementorũ. Porrò D. Dionysius ferè vbiq; Aristotelẽ sequit, vt patet diligenter inspicienti libros ipsius. Hinc 4. ca. de diuinis noĩbus secernit cęlestia corpora ab inferiorũ natura, vt patet in auctoritate eius præallegata, cui cõsentio. Hæc Thomas in Scripto.

S. Diony.

Art. 3.

¶ Insuper in prima parte, quæst. 68. Considerando, inquit, superficietenus literam Genesis posset quis imaginationem cõcipere similem imaginationi antiquorum philosophorum dicentium aquam esse corpus quodam infinitũ, & omnium corporũ aliorum principiũ, quod corpus immensum posset accipere aliquis noĩe abyssi, cũ dr̃ tenebræ erant super faciẽ abyssi. Dicebant quoq;, ꝓ cęlum sensibile quod videmus, non continet intra se oia corpora-

lia, sed esse infinitũ corpus aquarum supra, & extra cœlũ. & iuxta hoc diceretur, ꝓ firmamentũ diuideret inter aquas superiores, & inferiores. Sed ꝗa hęc opinio rõnabiliter reprobat̃, nõ est scriptura sic intelligenda. Idcirco dicendũ, ꝓ Moyses rudi populo loquens, atq; eorũ imbecillitati condescendens, illa tm̃ proposuit eis, quæ sensui manifestè apparent. Aer autẽ non ita apertè ab oĩbus percipitur sensu, vt aqua, & terra. Vt tũ veritatẽ capacibus exprimeret, dat locum intelligendi eundẽ, significans ipsum quasi aquę connexũ, dicendo: Tenebræ erant super faciẽ abyssi. Per quod dat̃ intelligi, superficiẽ aquæ esse aliquod corpus diaphanũ, quod est subiectum lucis & tenebrarũ. Amplius, Empedocles dixit stellatũ cęlum ex elementis esse cõpositum, non tũ dissolubile esse: quia in eis non est lis, sed amicitia tm̃. Alij dixerunt firmamentũ esse de natura elementorũ, non quasi ex elementis cõpositum, sed quasi simplex elementũ, vt Plato, qui dixit corpus cæleste elementum ignis existere. Quidã posuerunt cælum nõ esse de natura elementorum, sed esse quintum corpus, vt Aristoteles. Hæc Thomas in Summa.

Empedoc.

Plato.

Dionysi.

¶ Cui obijci potest, ꝓ Plato perhibuit stellas esse de ignis natura, ipsosq; orbes de aqua, vt & j. patebit. Idem Petrus: Plato, inquiens, in Timæo asseruit, quòd sphæra ignis est cælum, quòd non habens altiùs quò ascendat, reuoluitur in circulum.

Petrus.

¶ Concordat quoq; Richardus: Aliqui, dicẽs: posuerunt cęlũ igneę esse naturę, imò ipsum ignem in sphæra sua, non ponentes aliquã quintam naturam corpoream simplicem. Cuius opinionis vr̃ Marcianus fuisse, dicens ꝓ mundus constat ex quatuor elementis instar sphæræ globatus. Plato etiã in Timęo, & Augustinus decimo de Trinitate, vbi vr̃ abijcere opinionẽ ponẽtium quintũ corpus super quatuor elementa. Sed istud est contra Aristotelẽ, & cõmentatorẽ, cõtra Auicennã, ac Algazelem: & quod maius est, contra rõnem. quod primo probat̃ per motus naturã. Quodlibet q̃ppe elementum habet propriũ motum, & rectum, neq; possibile est vnũ corpus habere duos motus naturales. cœlum autẽ naturaliter mouet̃ motu circulari. Secundò per naturã cælestium corporũ. Experienria docet, ꝓ Saturnus in frigidat, luna humectat, ignis verò calefacit, & siccat. ergo Saturnus, & luna nõ sunt igneæ naturę, igit̃, nec cęlum in quo luminaria ista cõsistunt. Sol demum calefacit, atq; deficcat, terra infrigidat, aer, & aqua humectant: sol ergo non est naturæ terreæ, nec aquæ, neq; aereæ. Tertiò, ex parte mixtionis elementorũ. Elementa. n. habent contrarias qualitates, contraria verò nunquam cõueniunt ad aliq̃d vnum constituendũ: imò à se diffugiunt, nisi per aliq̃d sublimatum super contrarietatẽ conciliẽtur. ergo est corpus quintũ non habens ȯrium Quinto, ex parte saluationis, vnũ elemẽtum nõ est per se saluatiuũ, sed potius corruptiuum alterius. & tũ vnũ elemẽtum renuit separari ab alio, vt patet in clepsydra, in qua dum obturatur foramẽ superius, ne aer possit intrare, aqua non descendit per inferiora foramina, ergo hoc est ex influentia corporis superioris. Hæc Richardus. Concordat Vdalricus.

Marcian?.

Plato. August.

Cœlũ esse quintum corpus ab elementis alienum.

Vdalric.

¶ Albertus quoq;: Firmamentum, ait, duobus dr̃ modis Primò, à firmitate naturæ naturaliter incorruptibilis, qm̃ tota natura sua est à contrarijs aliena, & à cõtrariorũ actione, & passione immunis. Vnde ꝛm philosophum non recipit peregrinas impressiones, sicq; totũ corpus, quod dr̃ quinta essentia, à luna & supra, dr̃ firmamẽtum, atq; in decẽ cõprehendit̃ cœlis, videlicet sphæris septem planetarũ, & cœlo stellarum fixarũ, cœloq; crystallino, & cœlo empyreo. Secundò dr̃ firmamẽtum à firmitate standi, ac distinguendi inter aquas, vt dictũ est. sicq; solũ cœlum stellatum firmamẽtũ vocat̃. Itaq; sol, & luna, alijq; planetæ sunt in firmamẽto, primo modo accepto, iuxta illud Genesis: Fecit Deus duo luminaria, & posuit ea in firmamẽto cœli. Itemq;, fiant luminaria in firmamẽto cœli. Præterea cœlũ, ꝛm Augustinũ non est de natura aquæ deorsum fluxibilis, sed est ex aqua, quæ p̃p puritatem naturæ in substãtia, & perspicuitatis in dispositione materiali, ac luminositatis in ꝓfundum sui per opus distinctionis sita est super cælos, vt ex ea formarent̃ cęlestia, sicut est dictũ. Et illa aqua nullũ est elementum, nec in ea sunt humidum, & frigidũ coniuncta in elementi cõplexione, sed cõfusa vt oẽs aliæ qualitates. Nec materia illa ad formã cœli est determinata, nisi puritate substãtiæ, & perspicuitate, ac luminositate. Hæc cœlum est igneum, quãuis Plato & Democritus hoc dixerunt. Est tũ cõpositum ex essentialibus partibus, s. ex forma, & materia, & resolubile in easdẽ resolutione rõnis, nõ reali. Per opus q̃ppe distinctionis diuinæ, materia cæli determinata est ad suã formã, sicut & alia, quæ Deus creauit. Veruntũ Aristoteles asserit cœlũ esse simplex, ꝗa non cõstat ex cõtrarijs, neq; ex elementis. ¶ Sed obijci potest, qm̃ Ptolemæus in Almagesti, & Albumasar in introductorio suo, diuidunt stellas, & dicunt aliquas esse graues, vt Saturnũ, Iouẽ & Martem: quasdã verò leues, vt lunã, Mercuriũ, Venerem. grauissimas aũt, q̃ sunt in cœlo stellato. grauia verò & leuia ex contrarijs cõstant & elementis. Macrobius quoq; suam sic incipit philosophiã: Mundus ex quatuor constat elementis, ijsdẽq; totis. Idẽ loquitur Marcianus. Et rndendum ꝓ graue, & leue dicunt̃ dupliciter, vt potè à natura, & ab actu, A natura, vt q̃ ex contrarijs sunt cõposita. ab actu, vt velox, & tardum, prout 6. Physicorũ dicit philosophus: Velox diuidit tẽpus, tardum autẽ magnitudinẽ. Velox q̃ppe in tempore paruo trãsit spatium multum, tardum autẽ in tempore magno spatium paruum. Sicq; stellæ dicũtur veloces, & tardæ, atq; tardissimæ, sicq; tarda & velocia ex cõtrarijs cõposita non sunt. At verò Macrobius totus fuit Platonicus. Idcirco Platonẽ sequens hoc dixit. Aristoteles verò Peripateticus improbauit illam opinionem, necessarijs argumentis probans, ꝓ materia corporis cælestis non est in potentia, nisi ad vbi Hæc Albertus in Scripto.

Cœlũ cur simplex dicat̃ a philosopho.

Obiectio.

Gene. 1.

Dilutio. Graue, & leue dupliciter dicuntur.

Macrobi.

¶ Præterea Bonauẽtura diffusè scribit circa hæc, dicẽs in primis philosophos cõiter posuisse, ꝓ corpora cęlestia nõ sint elementaris naturæ: sctos verò doctores voce tenus sensisse ȯrium. Quos tũ cõcordat, dicendo ꝓ sctĩ corpora illa dixerunt elemẽtaris naturę p̃p similitudinẽ in claritate, diaphanеitate, effectibusq; q̃busdã, non p̃p veritatẽ naturæ specificæ. Conformẽ cõcordantiã tangit Albertus, dicẽs: Aristoteles ait ꝓ antiq dixerunt cœlũ igneum esse, & hoc, vt ipse subiungit, qm̃ oẽ corpus inflammans, aut inflãmatum inflãmatione actiua, seu passiua, aut vtraq;, ignẽ vocabãt. Videtesq; oẽ corpus cæleste suo lumine esse inflãmans, aut inflãmatum, asserebant igneum esse. & hic non est ignis, q̃ est elementum, sed qui est lumen, aut lux. Hæc Albertus.

Bonauen.

Albertus philosop

¶ Veruntũ si ea, q̃ Magister in textu cõscribit, pẽsent̃, patebit, ꝓ cõcordãtia ista nõ sit nisi ad hoĩem siue ad aerẽ, cũ certũ sit Platonẽ, & Platonicos antiquiores quoq; sensisse, ꝓ corpora cælestia sint verè elemẽtaris naturæ: atq; hoc ipsum Augustinũ, Basilium, Bedã, Damascenum, aliosq; præallegatos sensisse,

Vdalric.

Albertus. Firmamẽtum vnde dicitur.

Dionysi.

sisse, vt S. Thomas verè, & planè enarrat, & infra ex verbis clarebit sancti Ambrosij.

Ambrosi. Alexan1. ¶Porrò Alexander: Cœlum, inqt, stellatum vr̃ ex eadem esse informi materia, de qua dr̃ Genesis primo: Spiritus domini ferebat̃ super aquas: non tamẽ ex eadẽ materia propria, imò sicut differt cœlũ crystallinum à firmamẽto, & aquæ inferiores differunt à firmamento, ita differunt propriæ horum singulorum materiæ. Quæ rñsio brevis est, & satis obscura, sed ex prætactis eius verbis clariùs innotescit.

G. Parrhi. ¶Præterea Parrhisiensis libro de vniuerso prima parte: Generatio, inqt, nouẽ cœlorum, ex aquis est facta. i. ex materia, q̃ erat inter cælum empyreum, & terrã. Alioquin quid factum esset de aqua illa? Non n. per motum localẽ translata est ad alium locum, cum nõ fuerit tunc alius locus. Cumq; impossibile fuerit eã remansisse in loco, in quo nunc sunt cœli nouẽ, cum totũ hunc locum cæli hi occupent, constat eã per corruptionẽ transisse in generationẽ cœlorum, quod fieri in instãti nequiuit. aliàs eadẽ materia simul, & semel sub pluribus substãtialibus formis stetisset. Hinc aliter facta est generatio cęli primi, puta empyrei, & cæterorũ cœlorum. Ego autẽ intendo hic literam Moysi planã defendere. Habet autẽ quæstionẽ, à qua parte inceperit generatio cęlorum, estq; verisimile ꝓ cælum quod vocat aplanũ, primũ creatũ fuerit. i. in prima parte diei, deinde cælũ fixarum stellarum quasi in parte secunda, tertiò cælũ Saturni, & ita donec veniatur ad cœlũ lunę: quod etiã vr̃ requirere ordo dignitatis, & nobilitatis cœlorum. Idem n. est ordo cęlorũ in dignitate, & nobilitate, & in situ seu altitudinis positione, & ſm Alpetragium etiã in velocitate, & tarditate. Quibusdã quoq; vr̃ ꝓ virtutes, & operationes, altiorum cęlorum inferioribus influunt cælis. Aliqui tamen potius opinantur, quod omnes cœli isti sint simul formati, eo ꝓ Deus propria virtute per se fabricatus est eos. Sicq; nomine firmamenti horum cœlorum congeries designatur. Hæc Gulielmus. Qui de his scribit prolixè, & inquisitoriè magis, q̃ assertoriè, atque diuersas tangit opiniones.

Alpetrag.

Dionys. ¶Postremò, omnibus iam prętactis ritè pro posse pensatis, securiùs reor textum Geneseos, ac sanctos sequi doctores, & ipsam canonicę scripturę defendere veritatem. Certum est autẽ, excellentiores sanctos doctores tam latinos, q̃ Græcos, Hieronymum, Augustinum, Ambr. Gregoriũ, posterioresq; multos, videlicet Bedam, Strabum, Rabanũ, Alcuinum, Albinum, & inter Greços Basilium, Chrysostomum, Gregorium Nysenum, Iohannem Damascenum, & alios plures, ita egisse, ita ꝓ omnes hi senserunt, scripserunt & fassi sunt corpora cęlestia elemẽtaris esse naturæ: opinionem quoq; illam, ꝓ sint altioris speciei, & quintæ essentiæ ex intentione redarguisse, prout ex præallegatis ostenditur. Nam & beatus Ambrosius in suo fatur Hexameron: De natura, & qualitate substantiæ cæli quid enumerẽ ea, quæ disputationibus suis philosophi texuerunt, cũ quidam asserant illud ex quatuor elemẽtis compositum, alij quintam quandã naturam noui corporis ad constitutionẽ eius inducant, atq; configant æthereum esse corpus, cui neq; ignis admixtus sit, neque aer, nec aqua, nec terra, quia huiusmodi elemẽta proprium habent motum, vsum & cursum? Sed nõ ista opinio propheticæ potuit obuiare sentẽtiæ, quã & Christus in euangelio approbauit: qua dicitur, Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, & sicut vestimentũ veterascent. Nil igitur agunt, qui ad defendẽdũ cœli perpetuitatem, quantum corpus æthereum introducunt, cum videant vnius mẽbri partem dissimilem cæteris labẽ corpori magis asserre. Hæc Ambrosius. Ita & Augustinus libro, de Trinitate: Quidam præter humũ, & humorem, aerem & ignẽ, quintã nescio, quam inducunt essentiã. Argumenta demũ philosophi nõ videntur magni vigoris, cum & elementa superiora, quibus naturaliter cõuẽnit sursum moueri, naturaliter moueant̃ deorsum in generatione mixtorũ, quibus per comparationem, & respectum ad vniuersalẽ naturã, & propter conseruationẽ boni vniuersi conuenit moueri deorsum, sicut & aquæ aliquando conuenit naturaliter moueri sursum, etiam vltra particularem suæ naturæ proprietatẽ ad vacuũ euitandum. Deniq; posset defendi, cęlum sic esse contẽperatas in cœlis, cœlestibusq; corporibus, vt nec sursum, nec deorsum moueri sit eis naturale, sed orbiculariter circunuolui, pr̃sertim per respectum ad totius vniuersi naturã, consistentiãq; seruandam. Sed & igni sub orbe lunæ nõ violenter, sed naturaliter conuenit circulariter circunferri. Quãuis etiã Gulielmus, & alij quidã testentur corpora cælestia esse formata ex informi, & cõfusa illa materia primò creata, quæ q̃nq; noẽ aquæ significat̃, & à terra vsq; ad cęlũ empyreum protendebatur, ſm Magistrum in litera, & eos, quos ipse allegat: non tamẽ fatentur, ꝓ ex aqua elementari sint procreata. Hæc breuiter tetigisse reor sufficere, quia materia infra certitudinem est, nec expedit in ea aliquid incautè asserere. Propter quod libro 2. cap. 6 asserit Damascenus: Substantiã cœli nimium quærere non oportet, ignotam nobis existentem.

Quid antiquores theologi senserit de cęlestium corporum natura.

Ambrosi.

Matt. 24. Lucæ 21. Psal. 191.

Soluuntur argumẽta philosop.

Damasc.

QVAESTIO III.

Arguitur primo cõtra ueritatem.

TErtiò quæritur, *quot sint cœli* ¶ Videtur quòd tantum sint tres, quia Apostolus raptũ se protestatur vsque ad tertium cœlum, & hoc fuit cælum supremum. Rabanus verò ponit septem cœlos, cui obijcitur, quòd septem sunt cœli planetarum, & octauum est cœlum stellatum. Nonum verò cœlum crystallinum, & aliqui addunt decimam mobilem sphæram, vt *Thebud, quod & Thomas supra secutus est.

2. Cor. 12. Rabanus.

Thebit.

¶In contrarium sunt, quæ habentur in litera.

In oppositum. Albertus. Damasc.

¶Ad hæc respondet Albertus: Damascenus lib. 2. cap. 6. ponit decẽ cœlos, puta empyreum, aqueum & stellatum, septemq; orbes planetarum. Sed quærendũ quomodo intelligatur illud Deuteronomij: En domini Dei tui cœlũ est, & cœlum cæli. Vbi Rabanus ait in Glossa, Aliqui dicunt tres esse cœlos, videlicet aereum, æthereum, atq; sidereum. Aliqui septem, vtpotè aereum, æthereum, olympeum, quartũ igneum, quintum firmamentum, sextum aqueũ, septimum angelorum. Nempe ſm Rabanum ad esse cœli duo requiruntur. Primum quòd alicubi circulariter aliquod corporum simplicium contineat secundum quod sit sphæricum, receptiuum luminis, ac datiuum. Hinc aqua & terra cum non contineant aliquod corpus simplex, non sunt cœli; quia nec receptiua sunt luminis, nec datiua. sed tot secũdũ Rabanum sint cæli, quot modis contingit multiplicari perspicuũ circulariter aliquod continens simplex, tale verò perspicuum, aut est receptiuũ luminis, aut datiuum: aut motũ, aut non motũ: & aut vniforme in lumine, aut non vniforme. si est datiuũ luminis, vniforme, & non motum, sic est cęlum empyreum: si verò datiuum luminis, vniforme, motum, sic est cælum crystallinum, seu aqueum: si est datiuum

Deute. 10. Rabanus.

Ad esse cęli duo requiruntur.

datiuum luminis, non vniforme, & motũ, sic est firmamentũ, qui tres cæli ad quintã spectant essentiã. Porrò quarta cõbinatio esse nequit, puta non vniforme immotũ, q̃m omne non vniforme mouetur. Quod si sit luminis receptiuũ, non datiuũ, aut recipit illud separabiliter, aut inseparabiliter. si inseparabiliter, aut hoc est secundũ circulũ superioris superficiei, quæ est in forma conuexi, & ita est igneũ cœlũ, seu sphæra ignis. Ignis nãq; est corpus inseparabiliter recipiens lumen, cũ in Topicis dicat philosophus, ꝓ ignis in propria natura lux est, atq; vt loquitur Auicenna, ignis secundũ superficiem suã superiorem, seu exteriorem vbiq; tangit camerã cœli lunæ. Si verò secundũ superficiem inferiorem, q̃ est in forma concaui, sic est cœlum olympiũ, ab *olon quod est totum, & lymphos, luci dũ. quasi totum lucidum. à quo etiã dicitur lympidum, quod est clarũ. Si autẽ receptiuum est luminis separabiliter, est cęlũ aereum. Aer quippe prę̃sente lumine illustrat̃, quo subtracto obtenebratur. Quod tamen secundũ Rabanũ, in duo diuiditur. si. n. accipit̃ aer in regione, seu parte sua inferiori, vocatur propriè cœlum aereum, iuxta illud Matthæi: Volucres cæli comederunt illud. atq; illud Danielis, Benedicite oẽs volucres cœli dño. si verò sumatur aer secundum partẽ suam superiorem inflãmabilem ex motu astrorum, vicinitateq; ignis, sic Rabanus vocat illud æthereũ: quia vt ait philosophus primo Meteororum, Antiqui omne corpus simplex inflammans, & inflammabile, vocauerunt æthera Hæc Albertus.

Philosop. Auicenna

*olon Olympiũ cęlum unde dicatur

Rabanus.

Matt. 13. Dani. 3.

Th. Aqui. ¶At verò Thomas: Cœlũ inquit, dici potest vel ab aliqua proprietate cœlesti, aut à proprietate pariter, & natura. Natura nãq; corporis cęlestis est, vt separatum sit à cõruptione, atq; cõtrarijs. proprietates verò eius præcipuè attenduntur in altitudine situs, & participatione claritatis. Si igitur nominetur cœlum à natura, atq; cælesti proprietate, sic est triplex cœlum: quorum vnũ est vniforme, & immobile, puta empyreum, secundũ vniforme, ac mobile, vt cęlum crystallinum, tertiũ difforme, & mobile, vt cœlum stellatum. Si verò dicatur à proprietatibus ipsis cœlestibus tantum, sic erit quadruplex cœlũ. Sunt etenim duo elementa, quæ simul claritatem participãt lucis, & altitudinẽ situs, videlicet aer & ignis. in quorũ vtroq; distinguitur pars superior, quantũ ad conuexũ sphæræ ipsius: pars quoq; inferior, quantũ ad concauum. Pars ergo superior ignis, dicitur cœlum igneum, q̃m ignis ibi purissimus est propriam seruans naturã. pars autem eius inferior dicitur cœlum olympinm, à mõte Olympio in Macedonia sito, qui vltra nubes porrigitur. Superior demum pars aeris dicitur cęlũ æthereum, ob eius inflammationem ex ignis propinquitate: qa vt dicitur primo cœli, & mundi. Aether est corpus velocis motus, cito inflammabile, & inflãmans. Inferior autẽ pars aeris dicitur cœlũ aereum, in quo est natura aeris nobis noti, atq; in nostrum prouenientis vsum. Itaq; cœlũ superbeatissimæ trinitatis dicitur cœlum metaphoricè ipsa celsitudo maiestatis diuinæ. Cœlum quoq; ex natura sua quãuis habet partem superiorẽ, & inferiorem: non tamen in duplex cœlum diuiditur: q̃m alterabile, non est, sed in vtraq; sui parte vnius manet dispositionis, atq; naturæ: imò cœli septem planetarũ sub cœlo includuntur stellato, quia in hoc omnes conueniunt cũ fixarum sphæra stellarum, ꝓ habent difformitatem in partibus, eo ꝓ aliqua pars eorum est lucida, videlicet ipse planeta. & altera pars diaphana, vt reliquæ partes orbis. Porrò cũ triplex distinguitur cœlum, intelligitur secundum Glossam triplex genus visionis, triplexve hierarchia. Vel dicitur triplex cęlum, quod naturam habet cælestem, sicq; tertium cœlũ consistit empyreum. Hæc Thomas in Scripto.

¶Præterea in prima parte, quæstione sexagesima octaua respondendo ad istud, vtrum sit tm̃ vnum cœlum an plures: De hoc, inquit, videtur, quædam esse diuersitas inter Basilium, atq; Chrysostomum. Chrysostomus namq; dicit non esse, nisi vnum cœlum. Quod verò pluraliter dicitur, laudent eum cęli cœlorum: est propter proprietatem linguæ hebreæ, in qua consuetum est, vt cœlum pluraliter tãtum significetur, sicut & in latino quædam nomina singulari numero carẽt. Porrò Basilius, sequẽsq; eum Damascenus, plures esse cœlos testantur. Verum ista diuersitas vocalis est potius, q̃ realis. Chrysostomus quippe vnum cœlum nominat, totum ꝓ est super aquam, & terram. sed quia in corpore isto multæ sunt distinctiones, Basilius asserit plures esse cęlos. Damascenus verò vocat cęlum aereum, totũ spatiũ quod est ab aquis, vsq; ad orbem lunę. Ponit quoq; cęlũ sidereum, & tertium, vsq; ꝓ raptus est Paulus. Cætera vt supra. Hæc Thomas in Summa.

Art. 4. Basilius. Chrysost. Damasc. 2. Cor. 12.

¶At verò Petrus: Cœlum, ait, dicitur à cælando, hinc cęlum vocamus, quod habet virtutem vniuersalem continendi, & cælandi hunc mundum inferiorem. Aut ergo habet virtutem incorruptibilem, & sic propriè dicitur cęlum: aut corruptibilem, sicque ignis, & aer dicuntur cęlum. Et vtrunque dupliciter, vtpotè secundum partem sui superiorem, & inferiorem, vt patuit. Hæc Petrus.

Petrus.

¶Insuper Richardus respõdens ad istud, vtrum omnia luminaria cęlestia, vtpotè sidera, & planetæ, posita sint in vno corpore continuo: Ad istam, asserit, quæstionem dicunt nonnulli, quòd imò, dicentes luminare non aliud esse, q̃ partem cæli, in qua congregata est lux multa; quoniam cęlum in partibus, quæ luminaria appellantur, magis receptiuum & retentiuum est luminis. Quibus consentire videtur philosophus, dicens stellam esse densiorem sui orbis partem. Dicũt quoq; quod distinctio orbium inter se, non est propter distinctionem formarũ in specie diuersarum, quemadmodum distinguuntur inter se elementa, nec ex discontinuatione superficierum, sed ex diuersitate motũ, quæ non discontinuat corpus subtile, & ad motum habile, vt manifestè videmus in aqua, quando secundum varias sui partes mouet̃ ad positiones diuersas. Non enim repugnat, corpus naturaliter esse fluxibile, & vnam eius partem ab alia diuidi posse, ac denuo posse cõtinuari: nec tamen eius materiam naturaliter posse sua forma priuari, & talem dedit Deus naturã corpori quinto. Alij dicunt quòd corpus cæleste sit solidum neq; scissibile, cum scriptum sit: Cæli solidissimi sunt quasi ære fusi. Philosophus quoq; secundo cæli probat, quod stella non mouet̃ ab vna parte orbis ab aliam: q̃m cælum scinderetur, quod habet pro inconuenienti. Hoc item multi rationabiliter videntur defendere, quoniã si fluxibiles, & scissibiles essent, corruptibiles viderentur. Ideo dicunt quod illa contrarietas motuum, esse non valet cũ continuatione sphærarum. Sunt ergo sphæræ cælestes inter se contiguæ, non continuæ: & deferens planetæ, cuius circunferentia est inter cõuexum, & concauum sphæræ, contiguus cum parte sphæræ ipsum ambiente, & cum illa, quæ ambitur ab ipso: & epicyclis, cuius centrum, & circunferentia est inter conuexum, & concauum deferentis, contiguus cũ partibus deferentis: & planeta, cuius centrũ, & circunferentia

Philosop.

Iob. 37. Philosop.

cunferentia est inter conuexũ, & concauum epicy-
Obiectio. cli, contiguus epicyclo. Si autẽ obijciatur quod iux
ta istam opinionem ex confricatione cælestium or
bium in suo motu sonus caũsaretur, seu melodia.
Dilutio. ¶Dicendum quod quidam hoc concesserunt, dicẽ
tes aures nostras ab exordio natiuitatis ita repleri
sonitu illo, vt à nobis discerni non valeat, sicut æra-
rij discernere nequeunt inter vocem, atq; filẽtium
propter dispositionẽ cõsuetudinis, auditus eorum
Philosop. & impressionẽ ex sonitu malleorũ. Sed hoc philo-
sophus secundo cæli reputat ridiculosum. Alij di-
cunt, ꝓ ibi est sonus harmoniæ, nõ tã tam magnus,
vt ad nostras perueniat aures, ad quod allegant il-
Iob 38. lud Iob: Concentũ cęli dormire quis faciet? Verum
ista opinio nulla est, & male exponit scripturã: quia
scriptura illa intelligitur de concẽtu sanctorum in
cælo empyreo post resurrectionem, sumendo cõti-
nens pro contento. Vel concentus ille est proporti-
tio motuum cęlestium corporum. Hæc Richardus.
T. Argen. ¶Quidã præterea, quos sequitur Thomas de Ar-
gentina, ponunt septemdecim orbes, seu cælos, vi-
delicet empyreum, decimam sphæram, quam pri-
mum mobile nominant, cælum crystallinum, firma
mentum, septem orbes planetarum, tria interstitia
ignis, & tria interstitia aeris.
Bonauen. ¶Amplius Bonauentura aliter à Præinductis vi-
detur sentire: Secundum cõmunẽ, dicens, positio-
nẽ loquentiũ in hac materia, tam naturalium quam
mathematicorũ, luminaria in orbibus collocantur
diuersis: quæ distinctio orbiũ secundũ eos, qui me-
liùs intelligunt, non venit ex distinctione formarũ,
quemadmodum distinguuntur aer, & aqua. Nec ex
discõtinuatione superficiei, sicut distinguitur lapis
à lapide, sed à diuersitate motuũ, quæ non tollit cõ
tinuitatem à corpore subtili, habiliq; ad motum, vt
manifestè patet, in aqua, quando secudũ varias sui
partes mouetur ad positiones diuersas, atq; in ae-
re. Itaq; ſm istam opinionem dicẽdum, luminaria
cæli posita esse in pluribus orbibus: tamẽ in corpo
re vno, quod scriptura nominat firmamentum, di-
Gene. 1. cens: Fiant luminaria in firmamento cæli. Verum
Obiect. 1. his obijci põt primo. Numerus in corporibus eius-
dem naturæ procedit, ex diuisione continui: sed or
bes planetarum sunt septem, ergo sunt discõtinui.
2 Secundò, impossibile est duo corpora, q̃ mouẽtur
diuersis, disparatisq; motibus, ſm suum totum esse
continuari. orbes autẽ planetarum ſm astronomos
mouentur motu directè cõtrario motui firmamen
3 ti, aut vltimæ sphæræ. Tertiò, si oĩa luminaria posi-
ta sunt in corpore vno continuo, ergo omnia sunt
Ad primũ sidera fixa, & nulla erratica. Dicẽdum ad primum,
quòd numerus ille consurgit ex diuisione cõtinui,
quo numerantur corpora eiusdẽ naturæ in genere
entium. non autẽ est verũ de numero, quo numerã-
tur corpora in genere mobiliũ. imò ad hunc suffi-
Ad secũm. cit sola distinctio motuũ. Ad secundum dicendum,
quòd verum est hoc in corporibus solidis, nõ in ra
ris, aq; subtilibus, cum manifestè habeat instantiã
in aqua, & aere: vnus desuper, alter de subter. sicq; cælorum
distinctio magis attenditur secũdum diuersitatem
proprietatum, & motuũ, quàm secundum discon-
Ad tertiũ. tinuitatem corporum. ¶Ad tertium, quod non se-
quitur: quoniã in corpore eodem cõtenta possunt
diuersimodè collocari, ita quod vnũ alligatur inse-
parabiliter, aliud non. Stellæq; fixæ dicuntur imme
diatè positæ in sphæra octaua, cuius motu mouentur.
planetæ verò in orbibus sunt, q̃ mouentur alio motu.
idcirco aspectui nostro errare videntur, dum contra-
viam superioris orbis incedunt. Hæc Bonauẽtura. Dionysius
¶Contra cuius opinionem præsertim obijcitur, quòd inuiolabili auctoritate scripturę canonicę cę-
li solidissimi sunt quasi ære fusi. propter quod vnũ, Iob. 37.
& idem cælum in diuersis pattibus suis nõ videtur
sic posse moueri contrarijs motibus, instar, aquę, &
aeris seu consimilium, subtilium, mollium, ac diuisi
bilium corporum, & de hoc inferiùs plus tãgetur. Scotus.
¶Amplius Scotus circa hæc scribit: Supponẽdũ
est, ꝓ nulla stella habet propriũ motum localem, ita
ꝓ moueatur motu alio, q̃ motu orbis, in quo est. Si
n. locũ mutaret recedendo à parte orbis, in qua lo
cat, aliãq; intrando, aut nihil ei succederet, & sic va
cuum esset: aut aliq̃d ei succederet, & sic corpus cæ
leste esset rarefactibile, & cõdẽsabile: aut posset scin
di, recedenteq; corpore scindente, rursus continua
ri, vel si neutrũ istorũ concedatur, oportet, ꝓ stella
mota semper sit simul cũ alio corpore mouẽte. Hęc
est intentio philosophi primo cœli. Hinc sequit, ꝓ
quæcunq; stellæ non sunt æquè distantes, non sunt
in eodẽ cælo: qm̃ alia, & alia distantia diuersis tem-
poribus non põt esse per motũ proprium stellæ, sed
tm̃ per motũ cæli, in quo ipsa est. Et si stella à stella
distat difformiter, ergo cælũ huius monet difformi
ter à cælo alterius. ergo sunt cæli diuersi. Mouentur
autẽ septem stellæ, seu planetæ difformiter. ita ꝓ nõ
semper æquè distant à stellis fixis: quæ fixæ dicunt,
qm̃ semper sunt inter se æquè distantes, atq; eundẽ
situm, ac figurã seruantes. ideo respectu oĩum stel-
larum fixarũ non oportet nisi vnum ponere cœlũ.
Neq; reliquæ septem semper inter se æquè distant.
Hæc duo de inęquali distantia planetarũ inter se &
à stellis fixis, supponantur secundũ considerationẽ
astronomorum. Possibile enim est, de locis planeta-
rũ per instrumenta certificari, de quorum numero
tractat Ptolomæus in Almagesti, dist. 5. cap primo. Obiectio.
¶Et si obijciatur, ꝓ radius visualis frangitur pro-
pter mediorum diuersitatem, ergo nõ certificat de
vero loco stellæ, dico ꝓ saltem certificabit de loco Dilutio.
stellæ visibili: & si stellæ secundũ locum earum visi-
silem æqualiter distent, ergo & secundum locũ ve
rum: quoniam loca visibilia nunc, & tunc propor-
tionabiliter habent se ad loca earum vera nunc, &
tunc: aut saltẽ nõ ita improportionabiliter, vt pos-
sit esse tãta distantia locorum visibilium, sine distã-
tia locorum verorum. Et illa distantia ad propositum sufficit. Ad minus ergo præter cęlum stellatum
sunt septem orbes planetarũ. Concedo quoq; cælũ
superiùs cælo stellato, quia vnius corporis tantum
est vnus proprius motus. Motus autem diurnus nõ
est motus proprius cœli stellati, cum cœlum stella-
tum moueatur, & alio motu, vt ex considerabilibus
est probatum. Non enim quæcunq; stella fixa sem-
per æquè distat ab immobilibus polis, neq; etiã sem
per in temporalibus æqualiter æquè distat à capiti-
bus arietis, & libræ, ergo motus iste diurnus est pro
prius alicuius alterius corporis superioris. Nõ enim
mouetur aliquod cælum proprio motu alterius, ni-
si illud alterũ existat superius. Consequenter de eo
in quo non oẽs concordant, dubiũ est an vnicuiq;
planetæ sufficiat suum cælum, sicq; sufficiat ponere
tm̃ nouem cælos. Triplex ꝓpe in motibus planeta-
rũ apparet differentia. Vna in latitudine, qa nõ sem
per planeta ab immobilibus polis æquè distat, secũ
da in lõgitudine, qa diuersi non æqualiter pcurrũt
zodiacũ. tertia in eleuatione, & depsione, qm̃ idẽ
planeta interdũ plus propinquat centro terræ, quã- Ptolemęus.
doq; plus distat, vt ꝓbat Ptolemæus, in Almagesti,
vt apparet de Marte: quia dum est in auge, apparet
notabi-

notabiliter paruę q̃titatis, respectu quantitatis, quã
vt habere dũ est i opposito augis. ꝓbatur quoq; de
luna: qm̃ ipsa, & sole existentibus ꝓpe caudã & ca-
put draconis, ecclipsis nõ sp æqualiter durat: sed qm̃
que diutius, aliqn̄ minus. ꝓ esse non põt, nisi qa lu-
na qn̄q; plus, qn̄q; minus intrat vmbrã terræ, ita ꝓ
vbi trãsit diameter lunæ, diutius moratur vmbra per
se: qm̃ ibi est diameter vmbræ longior, q̃ alibi iuxta
conũ. Si etiã vltra negaret ista eleuatio, atq; depsio
solis, ac lunę, neq; ex ꝑte vnius, neq; ex parte alteri⁹
posset assignari diuersa q̃titas vmbrę. Semper eterũ
vmbra æquè in altũ porrigeret, ibiq; esset quãtita-
tis æqualis. Sẽper quoq; luna qm̃ æqualiter esset ꝓ-
pè conũ, æqnè esset iuxta & ꝓpè vmbrã. Itaq; ex his
& alijs cõsideratio nibus Ptolemæi supponat eleua-
tio, & depsio iã prætacta. Porrò primã distantiam
secũm duas differentias, s. lõgitudinis, & latitudinis,
posset qs forsan saluare attribuẽdo planetæ vnũ cę
Alpetragi lũ per exitũ polorum huius cæli, sicut Alpetragius
nisus est saluare in suo libello de qualitate cælestiũ
motuũ: q̃ ponens polos cæli stellati exire polos cæli
noni, & per ꝓsequens circa polos illos immobiles
describere circulos paruos ꝑter cœlũ octauũ super
polos suos, sed non ꝓrio motu moueri motui primi
cœli, sed ad eandẽ partẽ: & ꝓ polus octaui cœli mi
nus efficiẽter recipit influentiã illã, q̃ cœlum nonũ,
ideo polus ille nõ cõplet circulũ, dũ punctus in cœ
lo circulũ complet. Cũq; polus cœli inferioris defi-
interstitio ciat à cõpletione, vocat *intercisionẽ primã, quam
nem. ſm eum supplet motus cœli inferioris super polũ il
lũ. In cælo autẽ octauo perfectè supplet, quantũ ad
longitudinẽ: sed quantũ ad latitudinẽ, necessariò est
differentia. Nã polus exit polũ, qm̃ motus factus su-
per polũ cæli inferioris, q̃uis cõpleat motũ huius cę
li circa polum superiorẽ, q̃tum ad lõgitudinem, tm̃
nõ põt esse verè circulus alicuius stellæ motæ in cir
culo inferiore, sed sphæra: qa nõ redit ad punctum
eundẽ à quo motus incepit. Ita per diuersitatẽ polo
interstitio rũ quorundã cælorũ ab alijs, & per *intercisionẽ pri
nem. mã, & suppletionẽ eius, & specialiter in q̃busdã stel
lis per hoc ꝓ nõ situant in medio cæli fui, nitit dare
fundamẽta ad saluandũ differẽtias longitudinis, &
latitudinis in motibus planetarũ. & hoc non ponẽ-
do aliquod cęlũ inferiùs moueri ꝑ motũ cæli sui su
perioris, vt talis, sed ponẽdo cælũ superiùs moueri
ad eandẽ partẽ ad quã inferiùs. Attã minus efficaci
ter: qm̃ naturale est ꝓ virtus recepta in aliq̃bus na-
turaliter coordinatis, efficaciùs recipiat in ꝓximio-
ribus. Hæc doctrina satis vt naturalibus consonare
principijs, si p eã possent saluari oĩa apparentia ſm
lõgitudinẽ, & latitudinẽ. Forsitã nãq; per eã possent
saluari stationes, & retrogradationes, ꝓcessionesq;
planetarũ, sicut & ipse nitit saluare in q̃busdã de po
lis. sed differentiã tertiã, vtpotè deprelsionis, & im-
pssionis, seu eleuationis, impossibile est saluare, po
nẽdo oẽs cælos esse excentricos: qa tunc si planeta
nõ exit cælũ suum, sed tm̃ partẽ eius, & illa pars cę
li qualitercũq; moueat, sp æquè distat à cẽtro, ꝓ eo
ꝓ totũ illud cælũ mundo cõcentricũ, vbicunq; stel-
la fuerit, sp æquè eleuabit, & æquè deprimet per re
spectũ ad centrum suũ, & q̃uis nõ esset necessarium
ꝓp duas differentias ponere excentricos, & epicy-
clos, ſm Ptolomæũ, alios q; astronomos, tm̃ ꝓp diffe
rentiã tertiã necessariũ est. Quo supposito, ad ꝓpo-
sitũ cõcludit, nulli planetæ ad suũ motum sufficere
vnũ cælũ. Accipiat ergo verbi gratia cælũ Saturni si
ponat excentricũ mundo, cum cęlum octauũ sit cõ
centricũ mundo, moueat cęlũ Saturni. succedit er-
go aux huius cœli opposito augis, si aux huius nõ
intrauit cælũ stellatũ, vt duo corpora essent simul,
sed tm̃ attingebat oppositũ augis, minus est distans
à centro terræ, q̃ aux, qui nõ attinget super faciẽ cõ
cauã cæli stellati, vel erit ibi vacuũ. Non ergo põt vi
tare incõueniẽs de scisione, aut simuleitate, vel va-
cuũ, nisi attribuendo ad minus cuilibet planetę tres
cęlos terrã circũdantes, quorũ duo extremi habeãt
supficies excentricas vltimas, vtpotè superiùs cõue
xã, atq; inferiùs cõcauã: habeant quoq; illæ duæ su-
pficies alias duas, puta superiùs cõcauã, inferiusq;
cõuexã, excentricas mundo: & inter illas duas sup-
ficies erit tertius orbis, q̃ dicat deferẽs, excentricus
illis duabus supficies deferẽtibus: ita ꝓ dũ illi duo
reuoluẽtes quãcunq; partẽ moueant, non sequit va
cuũ sp, si spissior pars vnius est ꝓ partẽ, minus ferẽs
inter istos duos reuoluentes superiorẽ, & inferior-
rẽ. sicq; ex motione eius non sequit, vacuũ nec scis-
sio: qm̃ supficies ambæ sunt excentricæ superficieb⁹
intra quas cõtinent, atq; mouent sicq; stella fixa in
ꝑte vna huius deferẽtis, qn̄q; erit in auge, qm̃ videli
cet pars, in qua est directè, supponit parti spissiori
inferioris reuoluẽtis, ac s. ponit parti minus spissæ
superioris reuoluentis: qa tũc maximè distabit à cẽ
tro terræ. Erit aũt stella in opposito augis, qm̃ & illa
pars orbis deferẽtis, & vbi ipsa fixa est, supraponet
tenuissimę parti superioris reuoluẽtis, supponetur
spississimè parti superioris reuoluẽtis, qa tunc ma-
ximè distabit à cẽtro terræ. Istius imaginatio patet
expssiùs in figura. ¶Præterea cũ Mercurius hẽat de-
ferens, circa cuius cẽtrũ mouet, & non circa terrã,
sicut deferens lunæ: sed ex vna ꝑte describendo cir
culũ paruũ, vt patet in Almagesti distinctione 6. se-
quit ꝓ orbis deferẽtis cõcentricus est reuoluẽtib⁹,
sub primo videlicet & infimo: ideo est ibi ad minus
ponere quinq; orbes reuoluẽtes. & quatuor deferẽ
tes. Insuper ꝑter istos oportet epicyclos ponere, qui
nõ sunt orbes terrã circũdantes, sed parui orbes si-
tuati in determinata ꝑte orbiũ circundãtiũ terrã:
& hoc, qa maior est eleuatio stellę qn̄q;, q̃ aliàs, quæ
eleuatio esse nõ posset ex solo deferẽte. statio quo-
que, & retrogradatio faciliùs saluant per epicyclũ.
Verũ quicqd fit de epicyclis, cæli mobiles circũdan
tes terrã, erunt saltẽ 25. videlicet 21. planetarũ. Scri
ptura autẽ accipit firmamentum ꝓ toto cælo inter
empyreũ, & elementa. Cœlũ quoq; non põt cede-
re stellæ, sicut aer, & ignis rebus per eos motis: qm̃
corpus naturaliter incorruptibile, est naturaliter in
diuisibile. & hoc, si ponit incorruptibile tã ſm par-
tes, q̃ ſm totũ vt cęlũ. ideo nõ põt esse motus alicu-
ius in cęlo nõ moto peragẽs naturale. Hęc Scotus.
¶Ex ꝓhabitis innotescit, quãta sit opinionũ varietas
in ista materia, quæ citra certitudinẽ esse censetur.

QVAESTIO IIII.

QVartò q̃rit, *an corpora cœlestia animata sint, ac moueantur a proprijs animabus*. Vt ꝓ sic, quia Arguitur primò cõtra veritatem.
ſm philosophũ in oĩ gñe id, quod est p se, est priùs
illo, ꝓ est per aliud, siue per accidẽs: ergo in gñe mo
biliũ, ac motorũ, primũ mobile est per se motũ, &
ita mouet à motore ꝓprio intrinseco, & cõiuncto,
puta ab aĩa. Et hoc philosophus. 8 physicorũ, nõ so
lum affirmat, sed etiã ꝓbat. Similiter in libro de cę
lo, & mundo, defendit hoc ipsum. In lib. quoq; de
cælo testat, ꝓ differentiæ loci, vt sursum, deorsum,
dextrorsum, sunt in cælo: q̃ tm̃ differentię ſm eundẽ
nõ nisi in rebus aĩatis consistunt. Insuper ordo re-
rum hoc vt exigere, sicut in libro de causis ꝓbatur,
vbi per aĩas nobiles animæ cælorum intelliguntur.
¶Ad hoc Thomas rndet: Circa hoc multiplex cõ Th. Aqui.
sistit opinio. Quidã etem dicũt, ꝓ sicut motus alio-
rum

Cæleste corpus nõ est suijpsius motor.

rum simplicium corporũ est à naturis, seu naturali bus formis eorũ, ita & motus cælestium. Quod nõ vr, qm̃ oīs motus ab aliquo est motore. in motu verò simplicium corporum, q̃uis forma naturalis sit principiũ motus, nõ tm̃ est motor: sed essentialis motor est generans, ꝙ dedit formã, & accidẽtalis motor est remouẽs, phibens, 8. physic. ꝓbatur, quæ nequaquã cælesti cõpetunt corpori. ¶ Præterea motus naturalis est ad vnã partẽ tm̃, & quiete perficiẽ naturali, estq; corporis extra naturale vbi existentis, q̃ oīa à cælesti corpore sunt aliena. Hinc alij dicunt, quòd oportet cœlestiũ corporum motũ esse ab aliquo intellectu, & voluntate, sed immediatè à Deo.

Cælũ moueatur à Deo non immediate. S. Dion. Gregori⁹.

Verum hoc diuinæ sapiæ non cõgruit ordini, quia eius effectus per mediũ deueniunt ad vltima, vt beatus Dionysius protestat. Gregorius quoq; 4. dialogorum fatet, ꝙ corporalẽ creaturã Deus per spiritualẽ administrat, mouet, ac regit. Idcirco probabile, ꝙ aliqs intellectus creatus sit proximus motor cęli. Porrò philosophi posuerunt diuersos motores diuersis motibus, atq; mobilibus correspõdere. Vnde secundũ eorum numerũ probauerunt, & posuerum numerum intelligentiarũ mouentium. Vtriq; tm̃ orbi assignauerunt duos motores. vnum cõiunctum, quẽ dixerunt aīam orbis: alterum separatum, quẽ dixerunt intelligẽtiã. Cuius positionis rõ fuit, q̃a intelligentia ſm eos habet formas vniuersales, q̃ nõ conueniunt ad hoc, vt immediatè dirigant in diuersis renouationibus motus cælestis, & in his, quę educunt per motum cœlorum: idcirco oportet habere motorẽ in quo sint formæ particulatæ dirigẽtes in motu, & hunc dicunt esse aīam orbis. Hæc autẽ positio partim hæretica est, & partim põt catholicæ sustineri. Philosophi nãq; affirmant, ꝙ res ſm ordinẽ exeant, & causent à Deo, ita ꝙ à prima causa immediatè producta sit intelligentia prima, & ab illa sit aīa orbis primi, & ipsa substãtia orbis: & pro tanto, forma seu anima illa vocari põt motor proximus suis orbis, q̃a dat sibi esse sicut causa sua proportionata.

Angelus angelum nõ creauit

Sed hoc fides nostra non patitur, q̃ solum Deum asserit creatorẽ: ideo angelos, qui proximè mouẽt cælos, possumus eorum motores vocare, nõ formas substantiales, aut aīas: quia ab angelis recipiunt cœli motum tm̃, nõ esse. Porro in hoc sustineri põt, vt dicamus angelos superiores, q̃ formas habent vniuersaliores, esse motores remotos, ac separatos angelos autẽ inferiores, qui habẽt formas magis particulatos, proximos esse motores.

Auicenna.

Propter quod asserit Auicenna, ꝙ intelligẽtię apud philosophos sunt, qui in lege vocãtur angeli superiores. Animæ verò orbium dicunt inferiores, q̃ dicuntur angeli ministerij. Præterea si quærat, an motus cæli sit naturalis: dicendum q̃a (vt primo cœli

Cœli motus, qualiter dici possit naturalis.

differuit cõmentator) motus cœli dr̃ naturalis, nõ quia princium eius actiuum sit forma aliqua naturalis, sed quoniam corpus cæleste est talis naturæ, ꝙ natum est talem suscipere motum ab aliquo intellectu, non habens naturam hui ſmodi motui repugnantem. Natura quippe nõ tantum de forma, sed etiam de materia dicitur. Verum vt in libro de substãtia orbis ait Auerrois, corpus cæleste cum sit ingenerabile, & incorruptibile, non indiget anima vegetatiua. Motor quoque cæli non accipit cognitionem à rebus, sed habet scientiam quasi actiuam. idcirco non indiget anima sensitiua. Hinc secundum philosophos non dicitur vniuocè anima cœli, & anima hominis. Hæc Thomas in Scripto.

ait. 3.

¶ Insuper in prima parte Summæ quæstione 70. Circa hanc, asserit, quæstionem apud philosophos diuersa fuit opinio. Anaxagoras namq;, vt 18. de ciuitate Dei recitat Augustinus, factus est reus apud Athenienses, quoniam dixit solem esse lapidem ardentem, negans vtiq; ipsum esse Deum, seu aliquid animatum Platonici verò posuerunt corpora cœlestia animata. Conformiter apud doctores fidei fuit de hoc diuersa opinio. Origenes quippe cælestia corpora, asseruit animata. Quod Hieronymus, quoq; sensisse videtur, exponens illud Ecclesiastis, lustrans vniuersa per circuitum pergit spiritus. Basilius verò & Damascenus libro secundo dicunt cõtrarium. Augustinus autẽ hoc relinquit sub dubio super Genesim secundo, atq; in Enchiridio, vbi ait Quod si cœlestia corpora animata sunt, ad societatẽ pertinẽt angelorum. Porrò vt in hac opinionum varietate veritas aliqualiter innotescat, consideran dum, ꝙ vnio animæ, & corporis nõ est propter corpus, sed animam. nõ enim forma est propter materiam, sed ecõtra. Natura autem & virtus animæ deprehẽditur ex eius operatione, quæ est quodammodo animæ finis. Corpus verò necessarium est ad animæ operationem: quoniam operatio illa mediante corpore exercetur. Aliqua demum est operatio animæ, quæ non exercetur corpore mediante. sed tamẽ ex corpore aliquod adminiculum tali operationi exhibetur, sicut per corpus exhibentur animę rationali phantasmata, quibus eget ad intelligẽdum. Hinc talis anima cõiungitur corpori ob suam opinionem, quamuis eam separari contingat. Porrò cęlestis corporis anima nequit habere operationes animæ vegetatiuæ, quæ nõ fiunt nisi in corpore corruptibili: nec animæ sensitiuæ, quia secundum philosophum omnes sensus fundantur supra tactum, qui est apprehensiuus, elementarium qualitatum, quæ in cœlestibus non existunt corporibus. Omnia quoq; organa sensiriuarum potentiarum determinatam requirunt proportionem secundum cõmixtionem aliquã elementorum, à quorum natura sunt cęlestia corpora aliena. Hinc de operationibus animæ nullæ conueniunt cœlesti animæ, nisi duæ, videlicet intelligere, & mouere. Nam appetere sequitur sensum, & intellectum, & coordinatur vtrique. Intellectualis vero operatio, cum non exerceatur per corpus, non indiget corpore, nisi inquãtum eī per sensus phantasmata ministrantur. Cumq; vires sensitiuæ non conueniant præfatis corporibus, sicut iam dictum est, non vnitur cœlesti corpori anima propter operationem intellectualem, ergo propter motum duntaxat. Sed ad hoc, quod moueat, non oportet, ꝙ vniatur ei vt forma, sed per contactum virtutis, vt mobili motor. Vnde Aristoteles octauo physicorum, postquam ostendit, ꝙ primum mouens seipsum, componitur ex duabus partibus, quarum vna est mouens, & alia mota, ostendens, quomodo partes hæ vniantur, dicit ꝙ vel per contactum duorum, si vtrunq; sit corpus: vel per contactum vnius ad alterum, non econtra, si vnum sit corpus, non aliud. Platonici quoq; non ponebant animas vniri corporibus, nisi per contactum virtutis, vt motor coniungitur mobili. sicque per hoc, quod Plato dixit corpora cęlestia animata, nil aliud datur intelligi, quàm quod substantiæ spirituales vniuntur corporibus cœlestibus, vt motores mobilibus. Denique quod cœlestia corpora moueantur ab aliqua substantia apprehendente, non à natura, vt grauia, & leuia, constat, quia natura non mouet nisi ad vnum: quo adepto, quiescit, quod in motu cęlestium corporum nõ contingit. Sic igitur patet, quod corpora cęlestia nõ sunt animata eo modo, quo plantæ, & aīalia, sed æquiuocè. Propterea inter ponentes ea esse animata, & alios, parua, uel nulla differentia est in re, sed tm̃ in uoce. Hæc Thomas in Summa. Qui ẽt in scripto secundi fatetur catholicæ fidei repugnare, quòd cœlestia corpora uerè aīata dicantur: imò ex hoc idololatriam gentilium ortam, quod aliquid uiuum esse putabant in illis.

August.

Origenes.

Hierony. Eccles. 1.

Basilius. Damasce.

Philosop.

¶ Insuper de his multa conscribit in Summa contra gentiles, ubi tertio libro vigesimoprimo capite multripliciter probat, quòd motus cœli est a principio intellectiuo: Nihil, inquiens, ſm propriam speciem agens, intendit formam forma propria altiorem: qm̃ omne agens intendit simile sibi producere. corpus autem cœleste, ſm quod est per motum agens, intẽdit formam ultimam, quæ est intellectus humanus, seu rationalis anima, quæ omni forma corporali est altior. non ergo agit ad generationem secundum propriam speciem alicuius singularis agentis, ut agens principale: sed ſm speciem alicuius superioris agentis intellectualis, ad quod se habet corpus cœleste, ut instrumentum ad agens principale. Cumq; agat ad generationem ſm quod moueatur, sequitur, quòd ab intellectuali substantia moueatur.

Tho cõtra Gentiles.

Cœlũ mouet a principio intellectiuo extrinseco.

¶ Ampliùs, si principium motus cœli est sola natura absq; apprehẽsione aliqua, oportet, quòd principium motus cœli sit forma cœlestis corporis, sicut & in elementis. Quamuis enim formæ simplices non sint mouentes, sunt tm̃ principia motuum: quia ad eas consequuntur motus naturales, sicut & omnes alię naturales proprietates. sed motus cœlestis consequi non potest formam cœlestis corporis, sicut actiuum principium. sic enim forma est principium motus localis, inquantum alicui corpori secundum suam formam debetur aliquis locus, in quem mouetur ex ui suæ formæ tendentis in illum locum: quem quia dat generans, dicitur esse motor: quemadmmdum igni ex sua forma conuenit esse sursum. corpori autem cœlesti ſm suam formam nõ magis debetur unum, quàm aliud. principium ergo motus cœlestis non est sola natura, sed aliquod ꝓ apprehensionem intellectualiter agens. Hoc idem probat ibidem per alia multa. Veruntamen ea, quę scribit de hac re, in libris præallegatis, non uidentur adinuicem consonare. Nempè (ut patuit) in scripto testatur hæreticum esse, dicere, quòd corpora cœlestia uerè sint animata: sed in Summa cõtra gentiles lib. 2. affirmat: Hoc quod dictum est de animatione cœli, nõ diximus quasi asserendo ſm fidei doctrinam, ad quam nihil pertinet, siue sic, siue aliter dicatur. Vnde Aug. in libro Enchiridion loquiẽ: Nec hoc quidem certum habeo, utrum ad eandem, vtpote angelorum, societatem pertineant Sol, & Luna, & sidera cuncta. De his uerò, quæ fidei sunt, nõ licet ambigere Insuper in prima parte Summæ asseruit, inter eos, qui dicunt corpora cœlestia animata, & inter aliter sentientes, nullam aut modicam differentiam esse: quia ſm utrosq; anima cœli non posset nisi intellectualis consistere, non sensitiua: talisq; anima non potest corpori uniri nisi ut motor, non ut forma substantialis. Ex quibus ibi concludit, quod ẽt ſm philosophos corpora cœlestia dicuntur æquiuocè animata, & plantæ, ac animalia. Verum his videtur non concordare, quod in Summa contra gentiles lib. 2. cap. 69. disseruit: Quia, inquiens, Auerrois suam opinionem maximè nititur confirmare per verba, & demonstrationes Aristotelis, restat monstrandum, quod ſm doctrinam philosophi necesse sit dicere intellectum, seu intellectuum principium ſm suam substantiam vniri alicui corpori, ut formam. Probat namq; philosophus in libro physicorum, quòd in motoribus, & motis impossibile sit in infinitum procedere. Vnde concludit, quòd deuenire oportet ad aliquod primum motum, quod uel mouetur ab immobili, aut mouet seipsum. atq; de his duobus accipit ſm, uidelicet, q̃d primum mobile mouet seipsum hac ratione, quia quod est per se, semper est priùs eo, quod est per aliud. deinde ostendit, ꝙ mouens de necessitate in duas diuiditur partes, quarum una est mouens, & alia est mota. ergo primum se ipsum mouens, ex talibus partibus duabus componitur, & omne tale est animatum. Cœlum ergo ſm Aristotelem verè est animatum. Hinc secundo de cœlo, dicit expressè, quòd cœlum est animatum. & ꝙ pp hoc oportet in eo ponere differentias positionis, non solũ, quo ad nos, sed ẽt ſm seipsum. Inquiramus ergo, qua aīa cœlum sit aīatum ſm Aristotelis positionem. Probat aũt 11. Metaph. ꝙ in motu cœli est aliquid considerare, quod mouet oīno immotum: & aliquid, quod mouet, motum. Porro, quod mouet, oīno immotum, mouet sicut desiderabile ab eo, quod mouet. Ostendit quoq; non sicut desiderabile desiderio concupiscentiæ, quod est desiderium sensitiuũ, sed sicut desideratum desiderio intellectuali. ergo cœlum, quod mouetur ab illo, est desiderans, atq; intelligens nobiliori modo, q̃ homo, ut probat ibidem. Cœlum ergo ſm Aristotelem compositum est ex anima intellectuali, & corpore. Hoc itẽ insinuat 2. de anima, dicens: Quibusdam inest intellectiuum, & intellectus, ut hominibus, & si aliquid hm̃ oī est. actiuum autem homine rationabiliùs, utpote cœlum. Constat demum, ꝙ cœlum secundum Aristotelem non habet aīam sensiciuam, quia haberet organorum diuersitatem: quod non conuenit simplici corpori, ad quod designandum subiungit, quòd quibus de numero corruptibiliũ inest intellectus, insunt omnes aliæ potentiæ, ut daret intelligere, q̃d aliqua incorruptibilia habent intellectum, uidelicet cœlestia corpora, q̃ non hũt alias potentias aīæ. idcirco nec dici põt, ꝙ intellectus continuatur corporibus cœlestibus per phantasmata, sed dicere oportebit ſm Philosophũ, ꝙ intellectus ſm suã substãtiã vniat corpori cœlesti, ut forma. Hęc Thomas ibidẽ.

August.

Philosop.

Dionysius

Dionys.

¶ Cæterum, ꝙ ait Platonicos nõ posuisse animas vniri corporibus, nisi sicut motores, vr̃ pati instantiam, quia Porhyrius, Auicebron, Plotinus, Macrobius, Apuleius, imò, & Proclus, inter Platonicos summi, dixerunt materiam esse puram potentiam, & non ens, id est, non aliquid actuale. ideoque esse sortiti a forma substantiali. Verum est tm̃, ꝙ animã rõnalem dixerunt corpori ita uniri. Siquidem in eodem ponebant plures formas substantiales, saltem quidam eorum. Porphyrius quippè Aristotelem, & Peripateticos in multis est assecutus. In hoc autem consentio, ꝙ ſm Aristotelẽ, & Platonẽ, præcipuosq; eorum sequaces, cœlestia corpora uerè sunt animata, quamuis ſm sacramentissimæ nostræ fidei ueritatem uideatur, q̃ plurimis aliter sentiẽdum. Et quãuis ſm Augustinum super Genesim, de hoc non sit aliquid asserendum nisi perspecta certiùs ueritate, securiùs tm̃, seu minus periculosum reor sentire, ꝙ nõ sint aīata, q̃ q̃d aīata existant, præsertim cum sanĉti cõiter dicant duas rationales, seu intellectuales creaturas Deum creasse, utpote angelum, & hominem, quod etiam Gregorius, Bernardus, Beda, multique alij exclusiuè intellexisse videntur. Quòd si corpora cœlestia uerè animata dicantur, ita

Cœlestia corpora animata ꝓbãtur Platonis. ac Aristotelis non fidei.

quod orbes, & stellæ sunt intellectualis naturæ, multa occurrẽt inqrenda, uidelicet an sint cõprehẽsores an uiatores, & utrũ sint cõfirmati in gra, an etiã vnquã peccauerũt. & si nõ, qũo accidit hoc, cũ sint inferiores naturæ, q̃ angeli, in qb⁹ Deus reperit pra uitatẽ, & itẽ, an sint inuocãdi, sicut & cateri sancti.

Petrus. ¶ Præterea Petrus: Quidam, inquit, dixerunt, ꝓ cœlum cum sit primum mobile, mouet immediatè a prima causa: qm̃ motus infinitus, i. sine fine, est a uirtute infinita, ſm Philosophũ 8. physicorũ. Verũ

Philosop. positio ista non conuenit, quia motus cœli non est infinitus: imò cessabit, nec æternaliter fuit. Virtus quoq; primæ causæ, cũ sit infinita, est uirtuti cuiuscunq; motoris, ac moti improportionabilis. ideo posset mouere spatio improportionabiliter breuiori. Alij posuerunt, ꝓ mouet ab aia, dicentes corpora cœlestia animata, & aias eorũ mouere ea, ut assimilentur intelligentijs in ꝓductione inferiorũ. Sed hæc positio extat erronea: qm̃ corpora cœlestia nõ sunt aiata, cũ non sint corpora organica. Intelligentiæ quoq; non sunt causæ inferiorũ. Alij dicũt, ꝓ mouet a forma ꝓpria inclinante, q̃ est causa motus eius ad locũ suum, quẽadmodũ accidentiũ aliorũ.

Boethius. Vt̃ lib. de Trinit. ait Boethius, habetq; motũ forma materiæ cõiuncta. Sed qm̃ mobile oportet esse ens actu, materia verò non est ens actu cõpletũ, hinc alij dicunt, ꝓ nullum corpus mouet sufficienter a forma sua, sed mouet a gnante suo tanquã ab essentiali motore, & remouente ꝓhibens tanquam a motore accidentali. Verũ tali motore non indiget cœlũ. ꝓp quod dicunt, ꝓ mouetur ab intelligentia ad regimẽ inferiorum ꝓ motũ cœli diuinitus deputata: qm̃ Deus regit creaturam corporalem mediante spirituali, secundum Gregorium. Hæc Petrus.

Richard⁹. Aristo. Auicenna ¶ Insuper Richardus absolutè rn̄det, ꝓ corpora cœlestia non sunt aiata, dicendo: Quãuis Aristoteles, & Auicenna senserunt cœlestia corpora esse aiata, Aristoteles, quippè 2. de cœlo testat, Ipsa sunt viua, operationem aialem habentia. Auicenna quoq; 9. Metaphysicæ suæ, Cœlum, ait, est animal Deo

Origenes. obediens. & ẽt Origenes, Cœli, dicens, sunt animalia rõnalia, sicut apprehensores creatoris. ad quod

Baruch. 3. item quidam allegant illud Baruch: Stellæ dederũt lucem in custodijs suis. Vocatæ sunt, & dixerũt, assumus, & luxerunt ei cum iucunditate. in hoc tamẽ

August. istis acquiescendum non est. Quamuis etiam Aug. hoc interdum sub dubio dereliquit, indubitanter tn̄ dicendum, ꝓ aiata non sunt. Non. n. habent uegetatiuam, aut sensitiuam aiam, nec possunt hr̃e aiam tn̄ intellectiuam: qm̃ nullum corpus potest informari anima intellectiua, nisi habente uim uegetandi, & sensificandi. Operationes namq; intellectuales non exercet per corpus, nisi mediantibus uirib⁹

Psal. 113. sensitiuis q̃busdã. auctoritas ergo Baruch metaphoricè est sumẽda, sicut & illud: Mare vidit, & fugit.

Iob 31. ¶ Præterea si corpora cœlestia essent animata, essent veneranda, & inuocanda, quo contra Iob uir sanctus ait: Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunã incedentem clarè, & osculatus sum manum meam, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Hinc ponere corpora cœlestia aiata, est articulus Parrhisijs excommunicatus a dn̄o Stephano Parrhisiensi episcopo. Hæc Richardus.

Albertus. ¶ Insuper de his scribit Albertus; Quod cœlum a natura moueri non ualeat, cõcorditer dicunt omnes philosophi Epicurei, & Stoici, ac Peripatetici, ob unam hanc simplicem rõnem: qm̃ omnis motus naturalis localis, est a generante, uel prohibens remouente, ut probat philosophus. Cuius causam

Cœlum a natura neq; moueri

Commentator assignat, dicendo: Quantum generans dat de forma, tantum dat de consequentibus formam, quæ sunt motus, & locus. Hinc nihil in suo loco existens mouetur a natura, sed quiescit ibidẽ. Cœlum autem mouetur in loco suo, non ergo a sua natura, sed a causa superiori, quæ intelligentia est actiua. Nullum etenim mouens producit diuersa per ordinem artis, & sapientiæ ordinata ad unũ, nisi intelligentia. Hinc Peripatetici dixerunt intelligentiam esse actiuam formis plenam, quas explicat motu sui orbis in inferioribus, quæ mouet. Rursus, quia uidebant, quòd intelligentia secundum se nõ potest esse alicuius corporis actus, seu forma, & motor coniunctus ei, quod mouet, dixerunt omnes sectæ philosophorum, quòd hic motor cœli est anima, & quòd cœli mouentur immediatè ab animabus, & mediatè ab intelligentijs, ita quòd Plato

Plato. ait in primo Timæi, quòd creator ad imitationem pulcherrimi mundi archetypi existentis in ipso, mũdum pulchrum producens, cum perfectio intellectus deesse non posset, & non nisi animæ posset intellectus accedere, dedit ei animam rationalem, & intellectualem, ipsamq; posuit in medio, quatenus æqualem relationem haberet in circuitu ad circum ferentiam, in exerendo uires ad omnem partem mundi: cui tamen animali creator, nec manus dedit, nec pedes, nec alas: quia nil erat extra ipsum, ad quod moueri deberet, aut indigeret. Itaq; Aristoteles, Auicenna, Auerrois, cum suis sequacibus, dixerunt proximum cœli motorem animam esse, & illam moueri ab intelligentia, quæ est ordinatrix motus animæ ad finem a creatore dispositum. Verum hæc omnia contraria sunt patrum traditioni, ac fidei. Nam & Damascenus ait lib. 2. cap. 6. Nullus autem cœlos animatos existimet. Inanimati sunt eũ, & insensibiles. Et iterum dicit, quòd omnes tales, qui cœlos, & luminaria animata dicunt, sunt patris sui diaboli, & cum ipso sunt maledicti. Dicendum est ergo, sicut ibidem loquitur Damascenus, quòd vniuersa diuina iussione facta sunt, & firmata, uoluntatemque Dei, & eius consilium pro inconcussibili fundamento sortita sunt. Ambrosius

Damascẽ. Ambrosius quoque in suo Hexameron libro primo: Ego, inquit, qui profundum artis, ac sapientiæ Dei comprehendere nequeo, non me disputationum libramentis committo, sed omnia in eius reposita æstimo potestate sic, quòd voluntas eius fundamentum sit uniuersorum. Ideo illos suis relinquamus contentionibus, qui mutuis disputationibus se refellunt. Nobis uerò satis est ad salutem non disputationum controuersia, sed ueritatis præceptum; nec argumentationis astutia, sed fides mentis, ut seruiamus potius creatori, quàm creaturæ. Hinc dicimus, ꝓ omnia ista mouentur iussu, ac dispositione diuina, & quòd Deus omnium horum motor est. Et sicut Deus disposuit sapientia sua, ita mouentur ad propagationem generationis, & corruptionis inferiorum, quandiu stat hic mũdus donec implebitur numerus electorum. Mouentur inquam in locis suis motorem habentia, non naturam, nec animam, sed virtutem diuini imperij, cui obedit oẽ, quod in natura est. Veruntamen quidam temporis nostri dicunt, quòd angeli sunt intelligentiæ Deo deseruientes in motu sphærarum. Quod ortum habet a Rabbi Moyse Iudæo. Sed hoc dictum ex imperitia uenit, quoniam omnis, qui scit qualiter philosophi intelligentias posuerunt, scit quod angeli non sunt intelligentiæ. Nam ex alio, & ad aliud creantur, & multiplicantur intelligentiæ, & angeli.

Ambrosius Fides oẽ disputatio superior.

Omnes

Oẽs etenim angeli a Deo immediatè creati sunt, & ad ministeria uirtutis assistricis, ac ministraticis multiplicantur. Intelligentiæ uerò ſm philosophos non immediatè creantur a Deo, sed prima intelligentia immediatè a Deo est, secunda a prima, & tertia a secunda, sicq; deinceps usq; ad decimam. Adhuc tn̄ est vna opinio, quam tangit Aneualpetras, seu Alpetragius in astrologia sua, ꝓ omnia cælestia corpora

Aneualpe. Alpetrag. mouentur ab uno motore primo, cuius uirtus fortior est in immediato, q̃ in mobili mediato. Hinc supremum cœlum, quod est stellatum, ſm ipsum, mouet in uiginti quatuor horis. Et si quis ita vult dicere, caueat ne per primum motorem intelligat Deũ, cuius virtus, nec ꝓficit, nec deficit, cõparata ad immediatum, mediatumve mobile, sed est infinita ad quolibet. Per primũ ergo motorem intelligat uirtutem creatã, a Deo influxã mobili primo. qd̃ uirtutẽ suam motiuã extendit in mobile quodlibet proportionabiliter sibi cõinnctum. Hæc Albertus in Scrip.

¶ Ampliùs lib. de coæquæuis, tractatu de cœlo, multa super his scribit, uarias allegando actoritates Aristotelis, Auicennæ, Auerrois, ad probandum corpora cœlestia esse animata. sed qm̃ certum est, Platonem, Socratem, ac præfatos, imò Peripateticos

Rab. Mo. Platonicosq; communiter ita sensisse, auctoritates illas dimitto. Allegat, & Rabbi Moysen in secunda collatione ducis neutrorum, dicentem: Cœli sunt animalia rationalia, apprehensoresq; creatoris. Et hoc verum esse probatur etiam per legem, id est, per scripturas ueteris testamenti, seu legis Mosaicæ. Nec solum sunt corpora mota, ut ignis, & aqua, ac terra: sed sunt sicut dixerunt philosophi, animalia obedientia creatori, & laudant ipsum, & cantant ei canticũ

Auicenna. grande, & laudem sublimem. Præterea Auicenna 6. de naturalibus, & in libro suo de cœlo, & mundo; expressè dicit, ꝓ cœlum habet animam, & phantasiam, cui obedit uniuersa materia mundi inferioris, quemadmodum corpus animalis obedit animę suæ. Et sicut corpus animalis immutatur secundum imaginationes delectabilium, seu tristium rerum; apprehensas ab anima animalis, ita materia elementorum immutatur ad imaginationes motoris cœli. Propter quod fiunt qm̃q; terræ motus, atq; scissuræ

Hierony. Eccle. 1. in terra. Adhuc autem S. Hieronymus super illud Ecclesiastis, Lustrans uniuersa in circuitu pergit spiritũs, testatur. Ipsum Solem Salomon spiritum nominauit, eo ꝓ animal sit, & spiret, & vigeat, ac oẽs

Damascẽ. orbes suo expleat cursu. Sed his obuiat Damascenus, apertè affimans cœlos non esse animatos. Dicimus ergo cum sanctis, cœlos animas non habere, nec animalia esse. & si uellemus philosophos ad idẽ cum sanctis reducere, dicamus, ꝓ quædam intelligentiæ in orbibus sunt deseruiẽtes Deo in motibus orbium, & intelligentiæ illæ dicuntur animæ orbiũ, non uniuocè cum intelligentijs, id est, animabus intellectualibus hominum: quia non egrediuntur in actum intelligendi per abstractionem a phantasmatibus, nec comparantur ad orbes secundum rationem hanc, qua anima dicitur endelechia, seu forma corporis organici physici, potentia uitam habentis. Intellectus enim corporis, nullius est actus. Deniq; ꝓ ista sit sententia, & intentio philosophorum, patet ex dictis eorum. Ait quippè Rabbi Moyses 2. collatione ducis neutrorum. Nullus citò dicit, ꝓ cęlum habeat animam, sed apprehendit hoc labore intellectus. Auditor autem putat, quòd hoc longè sit a scientia. id est, a uera notitia, quando ascendit in cor eius, cum dicimus, quòd cœlum habet animam, quasi anima illa sit sicut anima hominis, aut asini, sed non est ratione hac dictum. Est autem ratio eius, quòd motus ipsius localis ostendit, quia in ipso est principium, a quo mouetur sine dubio. & illa uirtus prima dicetur anima. Eandem sententiã dicunt Auerrois, & Auicenna, & penè omnes philosophi. sicq; non est contradictio inter sanctos, atque philosophos de animatione cœlorum, nisi nomine solo. Sancti namq; abhorrent nomen animæ circa cœlorum formationem, ne cogantur fateri cœlos animalia esse. bene tamen concedunt, ꝓ intelligentiæ quædam, seu angeli moueant cœlos. Antiqui verò philosophi Deum, & angelos dicebãt animas mundi. Vnde 4 de Ciuitate Dei loquiẽ Augustinus: Hi soli aduertisse uidentur quid sit Dens, qui crediderunt eum esse animam motu, ac ratione mundum gubernantem. Hæc Albertus.

August.

¶ Insuper in commentario suo super librum de Causis, etiam multa hinc scribit, primò recitans rationes propter quas Peripatatici, ac Stoici dixerunt motum cœli esse ab anima: & addit, Epicurei autem, qui principium motus ponebant figuras, & uacuum soli dixerunt motum cęli per naturam esse, atque principium eius esse rotunditates atomorũ, ex quibus cœlum esse compositum asserebant Auicenna uerò, & Algazel eius secutor, & ante eos Alphorabius, & inter Græcos Alexander, & Porphyrius, dixerunt cœlum moueri ab anima imaginatiua, & electiua. aliter enim secundum eos non moueretur determinatè ab hoc situ in illum, & de illo in alium, ac rursus ab alio illo in primum. Nempè concipiens differentias situs particulariter, & determinatè, imaginatiuum est, & electiuum. Hanc demũ opinionem Hermes Trismegistus, Socrates, Plato, totaq; secta Stoicorum defendit, ac multi Peripateticorum. Contra, quam disputant Auerrois, ac Rabbi Moyses, multiq; alij philosophorum Arabum: quoniam anima per imaginationem, & electionem mouens, est determinata ad unum, in quod perueniens quiescit, nec ultra progreditur, quod motori non conuenit cœli: cuius cum motus sit iugiter uniformis, potius ab intelligentia erit, q̃ ab anima tali. Et quamuis intelligentia secundum esse suum sit separata: tamen per lumen suum huic, aut illi influxum, efficitur immediata mobili, & coniuncta. & lumen illud acceptum in cœlo, est specificum esse cœli. quod propria puritate perceptiuum, ac susceptiuum est luminis huius. Hæc idem.

Nota varia philosophorum dicta de cœli motore.

¶ Quæ tamen recitatiuè magis scribit, quàm assertiuè, præsertim ista in commentario suo super librum de Causis contenta. Denique in uerbis eius prehabitis aliqua contineri uidentur obscura. Primum est, quòd in Scripto secundi testatur omnes philosophos Epicureos, & Stoicos, ac Peripateticos concorditer dicere, cœlum a natura moueri non posse. In commentario autem superlibrum de Causis, sicut iam patuit, narrat, ꝓ soli Stoici dixerunt cœlum a natura moueri. Secundum est, quia in Scripto affirmat, quòd omnes sectæ philosophorum dixerunt cœlum moueri ab anima, & cœlos immediatè moueri ab animabus, & mediatè ab intelligentijs, sed in prefato ait commentario, quòd non solum Epicurei, sed Auerrois quoque, & Rabbi Moyses asserunt cœlum moueri non ab anima, sed ab intelligentia: & quòd intelligentia efficitur cœlo immediata, & coniuncta per lumen a se cœlo influxum. Tamen, quod Auerrois, & Rabbi Moyses dicunt de anima, uidentur intendere de anima imaginatiua, quam probabile est in cœlo non esse.

Dionysius

Hinc quoq;, ꝙ ait Albertus, concordando philosophos sanctis, ꝙ solum dissentiant uoce, non re, non vī posse saluari: quia ut etiam fatetur Albertus, philosophi p̃cipui posuerunt intelligentias, animasq; cœlorum realiter, suppositaliterq; distingui. sancti verò dixerunt immediatos cœlorum motores angelos, seu intelligentias esse, & eos per similitudinē quandam animas nuncupari. Rursus, ꝙ reprobat uerba dicentium, ꝙ intelligentiæ sunt angeli, non videtur apte prolatum: quia re uera sic est, & ex uerbis Alberti hoc sequitur, cum dicat omnem intellectualem, seu rōnalem creaturam esse hominem, seu angelum. Et persuasio, qua id reprobat, non in ueritate, sed falsitate fundatur. falsa quippè, imò hæretica est philosophorum illa opinio, ꝙ una intelligentia creauit aliam. Eadem quoq; substantia diuersis rationibus angelus, & intelligentia nominatur, atq; ut ex uerbis patuit Thomæ, Auicenna etiam dixit hoc. Prostremò, ꝙ dicit lumen ab intelligentia cœlo influxum, existere specificum esse cœli, non videtur idoneè dictum: qm̃ esse specificum rei, est esse suum substantiale, substantialiue forma, quod intelligentia, pduxit, nec indidit cœlo, sed omnipotens tantum creator.

Cœli motor nō idē sanctis, & philosophis.

Angelus, & intelligentia tm̃ rōne differunt.

Cœlū esse specificū habet a Deo non ab intelligentia.

¶Hinc quoq; Vdalricus in Summa sua libro 4. fatetur: Substantiæ intellectuales, quæ apud philosophos uocantur intelligentiæ, in scripturis angeli nuncupantur, ſm quod penes illuminationes distinguuntur. Intelligentiæ verò mouent cœlos, non autem Deus effectiuè, & immediatè. Nec efficiens motor, & coniunctus potest habere naturam, & proprietates primæ causæ, ut in libro ducis neutrorum probatur, cum prima causa sit esse penitus separatū, cuius proprietas est omnipotentia, & actio eius creatio. Nec motor talis potest habere rationē ultimi finis: qm̃ omne, quod mouet, est propter id ad quod mouet, sicut propter operis finem. Finis verò ultimus est propter se ipsum, & omnia alia propter ipsum. Mouens quoq; non est perfectum neq; sufficiens per seipsum suas largiri bonitates. aliter motus esset superfluus, sed prima causa per seipsam ad hoc omnino perfecta est. Hinc philosophus hac uia procedens, ponit primam causam ante primam intelligentiam libro de principio uniuersitatis, atq; in libro de natura deorum, & libro de regimine dominorum, Consentit, & Plato, qui in Timæo præter deos, qui orbium sunt motores, ponit patrem deorum, qui deos illos, & totum uniuersum condidit sine motu. Sic ergo de intelligentijs loquimur, sicq; philosophi tractant hanc qōnem, an intelligentiæ ipsæ sint angeli. Variantur tm̃ in hoc. Nam Auicenna, & Rabbi Moyses, ac Isaac dicunt intelligentias esse, quas lex diuina angelos uocat. Alij dicunt oppositum: qm̃ ea, quæ intelligentijs ascribunt philosophi, non conueniunt angelis. distinctio quoq; secundum illuminationes, & alia multa, quæ (teste scriptura) angelis competunt, nec ad intelligentias pertinent. Inter hęc autē nos firmiter asserimus, uel intelligentias non esse in rerum natura, uel ipsos angelos esse. Oppositū quippè fidei extat contrarium. nullum enim esse intellectualem naturam præter angelicam, & humanam, pandit Christus apud Lucam, dicens mulierem, id est diuinam sapientiam habere decem dramas, quarum decima olim predita, per uerbum incarnatum reperta est. Præterea Ptolemæus in Almagesti dicit intelligentias non mouere cœlos, sed solam Dei voluntatem, quod, & multi mathematicorum affirmant, specialiter uerò Alpetragius in scientia secretorum astronomiæ, quæ sibi asserit reuelata. dicit enim omnes cœlos immediatè moueri uirtute diuina, & ꝙ diuersimodè mouentur, hoc est propter distantiæ gradus a primo: qm̃ omnis primi motoris uirtus, maiorem in mobili immediato. ideo illud uelociùs mouetur. hanc quoq; posuit causam, ꝙ stellæ uidentē stantes siue retrogradæ. Epicyclos verò excentricosq; negauit, & motum planetarum contra primi mobilis motum. Quod rn̄ irrationabiliter dictum esse hinc constat, ꝙ in inferioribus istis uidemus omne mobile mouens seipsum esse perfectum per motorem sibi coniunctum, ut patet in animalibus uniuersis. idcirco, ꝙ primū mobile, cuius motus est primus motuum, & causa omnis motus, non sit per aliquod mouens sibi coniunctum, perfectum, seu actuatum, inconueniens est omnino. Porro nobis uidetur consentiendum probabiliori opinioni Peripateticorum dicentium cœlos mouerī ab intelligentijs tantum, prout Aristoteles, Rabbi Moyses, atq; Auerrois dicunt. Sunt enim intelligentię tres rationes, ſm quas diuersa sortita est nomina. Etenim secundum naturam suam in se intelligentia est: & secundum proportionem suā ad mobile, anima dicitur: ac propter eleuationem sui supra id, quod est actus corporis, appellatur in libro de Causis, anima nobilis. Est equidem anima nobilis principium, & causa motus circularis ad formam intelligentiæ. Hæc Vdalricus.

Vdalric.

Philosop.

Plate.

Lucæ 15.

Ptolemæ⁹.

Alpetrag.

Intelligentia tribus nominib⁹ nuncupatur.

¶Veruntamen iuxta præhabita potius est tenendum, ꝙ secundum Aristotelem, commentatorem, auctorem libri de Causis, ac Rabbi Moysen, cuilibet orbi cœlesti deputati sunt duo speciales motores; videlicet intelligentia, anima nobilis, realiter, personaliterq; distincti, quod, librum de Causis subtiliter intuenti, lucidè patet. denique quod Vdalricus refert de Alpetragio, ut quod secretum astronomiæ sibi asseruit reuelatum &c. Albertus in scripto secūdi de Alphorabio narrat: Nec potest dici, ꝙ fuit idē binomius: quia (ut ambo conscribūt) Alphorabius sensit cœlū mouerī ab anima imaginatiua, & electiua, non immediate uirtute diuina, ut Alpetragius.

Dionys.

De Alpetragio.

¶At verò Durandus hic probat, quod motor cœli non potest esse anima, quæ sit forma substantialis informans materiam: quia cum idem secundum idem nequeat esse mouens, & motum, oportet ipsam rem motam ex se diuidere in partem mouentem, atque in partem motam, ut dicitur Physicorum 8. & pars, quæ moueret, aut esset anima, & pars quæ moueretur, esset materia: aut pars una quantitatiua, composita ex forma, & materia, moueret aliam partem quantitatiuam ad imperium animæ, sicut in animalibus. Primum non valet dici, quia materia secundum se non potest habere rationem mobilis, cum secundum se non sit quanta, nec secūdum se sit subiectum ens actu, quod præcipuè requiritur ad motum localem. Nec forma respectu materiæ potest habere rationem mouentis: quoniam forma, & agens non coincidunt in idem secundum numerum. Hæc Durandus.

Durādus.

¶Cuius dicta uidentē esse contra illud authenticum, & commune, Formæ est agere, & mouere, materiæ verò moueri, ac pati. Rursus, quamuis materia secundum esse abstractionis, quod habet in anima, non sit quanta: tamen secundum esse suum reale nunquam est nuda, neque a quantitate actualiter separata. Quamuis etiam forma, & agens non coincidant in idem numero respectu eiusdē, bene tamen respectu diuersorum: forma etenim rerum compositarum, est effectiuum, & radicale principium respectu

Dionys.

respectu quorundam effectuū, præsertim anima rōnalis. Ampliùs, ex hac persuasione Durandi sequeret, quòd nec animalia mouerēt seipsa, seu quòd aīa in ipsis nō esset pars mouens, nec materia pars mota.

Bonauent.

¶Insuper Bonauentura, primò hic sciscitat, vtrū cœlum mouetur immediatè a Deo. Rn̄det, In omni operatione Deus intimè, & immediatè operatur, cū diuina volūtas sit omnium specierum, motiuumq; prima, ac summa causa. In aliquibus uerò sic operatur, quòd ipse est tota causa. In cæteris taliter agit, & mouet, quod uirtutem agendi, ac mouendi communicat creaturæ. Et prima dicuntur mirabilia, secunda uerò naturalia quantum ad egressum. Dum igitur quæritur, an motus primi mobilis sit immediatè a Deo, qō non est, an uirtus diuina immediatè, ac intimè operet ad illam exercendam mutationem: quia sic nil mouetur, nisi ipse moueat, & cooperetur uirtuti motiuæ, sed est quæstio, utrum motus primi mobilis sit a Deo tanquam a tota causa, an simul cum uirtute diuina mouente moueat aliqua alia uirtus. Ad quod planè potest rn̄deri, quòd cum motus ille natus sit connenire uirtuti finitæ, diuinaque bonitas communicet creaturæ, quòd ipsa est nata suscipere: hinc primum illud mobile mouet mediante uirtute creata, sicut & mobilia alia. Philosophus autem uirtutem motoris cœlestis dixit adeo proportionari suo mobili, ꝙ si modicum quid materiæ corpulentæ adderetur mobili illi, lassaretur in mouendo uirtus motoris. Consequenter quærit, an motus cœlorum sit a propria forma, uel ab intelligentia. Ad quod rn̄pondens: In hac, inquit, quæstione duæ sunt positiones probabiles, rationi, ac scripturæ concordes, præter tertiam dicentium cœlos esse animatos, ac instar animalium inferiorum moueri a proprijs animabus, quas dixerunt regi, ac diri gi a Deo mediantibus intelligentijs. Quæ opinio falsa est, propter quod Augustinus retractat, ꝙ in libro de immortalitate animæ dixit mundum animari. Est quoq; contra multos philosophicos tractatores dicentes intellectualem essentiam corpori non uniri ut formam, seu animam, nisi mediante uegetatiuo, ac sensitiuo. Porro modus respōdendi chatolicus, duplex est. Aliqui. n. dicunt, quod cœlum mouetur a propria forma. quoniam habet quantitatem, atq; figuram, per quam habile est ad motum huiusmodi. Habet quoque lucis perfectionem, & formam, quæ inter cæteras formas corporales est magis actiua, & quasi medium tenens inter formas corporales, ac spiritales. sicq; per uirtutem huius formę mouentur cœlestia corpora motu orbiculari multo fortiùs, & sufficientiùs, q̄ elementa motu recto: nec ad motum cœlestem adhiberi oportet ministerium intelligentiæ, aut animæ, sicut nec ad motum elementaris naturæ. Nec obstat, ꝙ recedit ab eodem loco ad quem mouetur. Cœlum namq; propriè nō mouetur ad locum, sed potius circa locum: nec pars existens in oriente, mouetur ad occidentem, quasi illum situm determinatè intendat, sed quia intendit moueri orbiculariter, qui est motus cōueniens suæ naturæ. Verum ex his sequi videtur, ꝙ quies esset cęlo uiolenta, seu contra naturam. Alia positio est, ꝙ Deus mouet cœlum mediante intelligentia, seu angelo, iuxta congruentiam ordinis uniuersi, quo corporalia per spiritualia mouentur, & gubernantur. Vnde quemadmodum congruum est angelos deputari ad ministerium hominum, sic congruum est quosdam angelos deputari ad motum, regimenq; cœlorum. Et ista positio magnorum est in philosophia, ac theologia: quoniam concors est fidei, pietati, ac rationi. Hæc Bonauentura.

Cœlū mouetur uirtute finita immediatè.

Philosop.

Cœlū non mouetur ab intrinseco instar animaliū.

Auguſt.

Angeli ministerio cęlum mouetur.

¶Præterea Gulielmus prima parte libri de uniuerso, narrat, ac reprobat opinionem dicentium totū, quod est a luna supra uitam esse solummodo: & stellas, ac luminaria nil aliud esse, q̄ spiritus, & nihil omnino corporeitas, aut corpulentiæ esse ibidem. Fulgores autem, & luminositates, quæ ibi apparent, pcedere ab ipsis spiritibus. In quem errorem potissimè lapsi videntur ex consideratione nobilitatis, ac ordinis lucis, quæ inter omnia, quæ uidentur, prima, & nobilissima est: ergo a spiritali natura primò profluxit, quare nec corpus est, nec spiritus, sed medium inter ea. Verum ex horum positione sequitur, non esse in cœlestibus uerum motum, & homines huius opinionis, non solum indigent sensu: quoniā nec sensibus cedunt, ideo indigent pœna.

Gulielm⁹

¶Consequenter Gulielmus in secunda parte libri eiusdem, scribit multum prolixè de animabus cœlorum, non quidem directè probando eas non esse ponendas, sed non posse poni eo modo, & ob talē finem, quo eas posuerunt philosophi, utpote, ꝙ animæ illæ cœlos mouerent ob situum renouationem, atq; vt intelligentijs assimilarentur, quasi ipsas intelligētias, & assimilationes earum summè, finaliterq; apparent. Quod multipliciter reprobat, & (nisi fallor) reprobationes eius parum concludunt contra mentem philosophorum, qui utiq; cognouerunt, & scripserunt Deum altissimum esse omnium causam ultimatè, ac summè finalem, eiusq; cognitionē, & assimilationem uniuersis intelligentijs, & animabus nobilibus esse finem supremum, ac feruentissimè affectatum. Nihilominus posuerunt ordinem, proportionalem inter intelligentias, & animas nobiles, ita quòd prima, & summa anima nobilis, s. anima primi mobilis, specialiter conuertereturad intelligentiam primam: quatenus dirigeretur, & perficeretur ab ea immediatè: attamen a Deo principaliter, ac mediatè, hoc est, mediante intelligentia prima, a qua etiam putauerunt primam nobilem animam esse creatam. Conformiter dixerunt secundā animam mobilem ad intelligentiam conuerti secundam, sicq; descendendo deinceds usq; ad ultimam: Fatetur quoq; Gulielmus, ꝙ secundum Aristotelem & eius sequaces animæ mobiles, & intelligentię realiter distinguuntur, sicut & Bonauentura testatur, quod consonat his, quæ dixi.

Dionysius

¶Præterea Scotus: Vī, inquit, ꝙ cœlum ſm philosophos non potest dici, nec esse animatum formaliter, quia aut esset intellectiua anima tantum, non enim posuerunt ibi animam, nisi intellectiuam, sicq; solus intellectus esset quantus: quod non est intelligibile. Nam constat cœlum esse formaliter quantum. Vel præter animam, quę est de essentia cœli, est ipsum cęlum aliquid, quo ad se perfectibile per animam, sicq; erit ibi passiua potentia, atq; potētia contradictionis, nec esset perpetuum, & incorruptibile. Vnde siue Philosophus siue Commentator ponat cœlum formaliter animatū, anima, quę sit per se de essentia cœli, vī statim recedere a prima positione, qua asserit intellectum separatum, nulliusq; corporis actum, nec esse corporeum Sed quicquid sit de Auerroe, non imputemus hoc Aristoteli, nec uerba eius cogunt, id sibi imponi: qm̃ ubicunq; ponit animam cœli, potest exponi quantum ad illam conditionem, qua anima dr̄ motrix corporis, nō qua dr̄ forma, & illa anima est intelligentia propria motrix orbis ei coniuncta, ut ,ppria motrix. Auicenna tamen planè distinguit inter intelligentiam, & aīam illam. Verum nulla extat necessitas multitudi-

Scotus.

Auicenna.

August. nis tantæ. Præterea quantum ad animationem cœli ſm theologos vr̃ dubiũ eſſe: qm̃ Auguſtinus in Enchiridio de hoc loquitur dubitatiuè. Primò quoq; retractionum, ubi tangit, ꝓ alicubi dixit mundum eſſe aĩal, addit: Hoc non aſſero eſſe falſum, nec affirmo contrarium, qa de nullo horum auctoritatẽ habeo ſcripturarum. Et ſuper Geneſim vr̃ dicere cælũ habere aĩam. Quod dicit non retractatum tanq̃ falſum. Vũ manifeſtè vr̃, ꝓ in nullo lib. ſcripto ante libru retractationum id retractauit, ſed alius græcus, uidelicet Damaſcenus, aſſerit cœlos nõ eſſe animatos. Ad quod rõ ponitur: qm̃ aĩa illa fruſtra uniretur corpori illi, ex quo aĩa illa non habet ſenſum, nec ꝑ conſequens aliquam ex corpore illo ꝑfectionem acquirit. Veruntũ hoc non vr̃ congruè dictũ, q.d. forma unitur materiæ quatenus ab ea ꝑfectionem accipiat, ſed magis, ut materiæ ꝑfectionem cõicet, imo potiſsimè, ut totum ex eis compoſitum ſit perfectum. Ad quod rn̄dendũ, ꝓ forma aliquam a materia ꝑfectionem ſortitur. Alioquin aĩa beata corpori fruſtra uniretur. Itaq; breuiter dico, ſi cœli ſunt animati, hoc eſt creditũ, non rõne concluſum: qm̃ nulla eſt conditio in corpore illo tã ꝑfecto, manifeſtè apparens animationi corporis repugnare. Hæc Scotus.

Damaſce.

Henricus ¶At uerò Henricus circa hęc quodlibeto decimo tertio quærit, utrum angelus moueat corpus immediatiùs ꝑ uoluntatem, an ꝑ intellectũ. Ad quod rn̄det: Quemadmodum in nobis primum principiũ motus, & actionis, eſt intellectus appetibile repræſentans: ſm verò, uoluntas determinans, interioriq; motu ſuæ uolitionis imperãs uiribus ipſis motiuis: tertiũ verò ſunt uires motiuæ, motũ, operationẽq; exequentes, tanq̃ principium immediatũ, & ꝓximũ mouens, & agens ſic exiſtit in angelis, & ita, ut per principium primum mouet per intellectum: ꝑ voluntatem verò, ut ꝑ principiũ mediatum: tanquam autem per principiũ immediatũ, mouet ui ſua motiua: ſicq; immediatiùs mouet per uoluntatem, q̃ ꝑ intellectum. Hæc Henricus.

¶Verũ ſpecialis eſt difficultas, an in angelis, ſeu intelligentijs uis illa motiua ſit realiter a uoluntate diſtincta. & ſi non, videreẽ angelus ſua uoluntate, effectum producere, ad quæ doctor iſte hic non rn̄det, ſed de hoc ſupra aliquid recolo tactum.

QVAESTIO V.

AMpliùs quæritur hic, *Vtrum luminaria, ſeu planetæ moueantur in orbibus ſuis motibus proprijs.* ¶Reſpondet Bonauentura: De hoc controuerſia eſt inter naturales, & mathematicos. Matematici quippè potiſsimè attendens apparentia circa cœlos, ut illa queant ſaluare, ſimul cum vniformitate, & perpetuitate motus cœleſtis, epicyclos, atq; excentricos poſuerunt, planetas quoq; motibus proprijs moueri in epicyclis, ſicq; ſalua motus vniformitate, quandoq; contingit planetã deprimi, aliqn̄ eleuari ſm motum planetæ in epicyclo, atq; epicycli in excentrico, & excentrici circa centrum proprium, quod eſt extra centrum mundi. Porro poſitio naturalium, ut Ariſtotelis, & commentatoris, eſt ꝓ planetæ non mouentur niſi ſuorũ orbiũ motu, ut clauus fixus in rota: qa, ut dicunt, corpus illud cœleſte ſcindi non põt. Ponunt quoq; idem eſſe certũ corporũ ſuperiorũ, & inferiorũ, utpote centrũ mũdi: & hoc ꝑꝑ perfectã orbium rotunditatẽ, q̃ circulariter mouent̃, ita, & unus aliũ non ſubintrat. Ponunt itẽ cum hoc maiorẽ, ac minorẽ uelocitatẽ in molibus orbiũ, & ex hoc habere mõ retrogradationes, nõ progeſsiones: quia cũ unus planeta aliũ multum p̃cedit ſua uelocitate, alter retrodecere vr̃. Quę oĩa uident̃ rõni conſona ualde, q̃uis poſitio mathematicorũ ſm iudiciũ ſẽſuũ uerior æſtimet̃, qa ſm illã poſitionẽ ſenſus nõ fallunt̃ circa motũ cœleſtiũ: nõ tn̄ ſequit̃ hoc uerius eſſe, qm̃ falſum frequenter eſt uia inueniendi verũ. Nihilominus naturalis philoſopus vr̃ rationabiliùs dicere. Hęc Bonauentura.

Bonauent.

Ariſto.

¶Veruntn̄ agnoſcendũ, & Plato in Timæo aſſerit etiam ſtellas firmamenti moueri in eo, ſicut auis mouet̃ in aere, & piſces in aqua, quam opinionem ſecutus eſt Ptolomeus.

Platonis opinio de ſtellarum motu.

¶Inſuper Richardus: Luminaria, ait, q̃ ſunt in in ſphæra octaua, quæ dicunt̃ ſtellæ fixæ proprijs motibus non mouentur, ſed tn̄ motu ſphæræ, quæ proprio motu mouentur ab occidente in orientem in centũ annis uno gradu, ꝑ motum verò nonæ ſphæræ mouent̃ motu diurno ab oriente in occidentẽ. Quilibet aũt planeta præter motum ſuæ ſphæræ, q̃ eſt ab oriente in occidens, & ꝑter motum propriæ ſphæræ illius, q̃ eſt ab occidente in oriens moueret̃ etiam motu deferentis Quilibet item planeta præter Solem, ultra motus prædictos mouetur per motum epicycli ſui. Solus verò Sol inter planetas epicyclo eſt carens. Nec eſt putandum, quod epicyclus transferatur de una parte deferentis ad aliam, ſed ſicut tota ſphæra mouetur motu circulari circa ſuũ centrum, & deferens circa ſuum centrum: ſic epicyclus mouetur motu circulari circa centrum ſuum, quod habet inter conuexũ, & concauũ deferentis. Porro an aliquis planeta moueatur circa centrum proprium, ſatis creditur de Sole quod non. De reliquis quinque in certum eſt mihi. Attamen eſt certum, ꝓ nullus transfertur de una epicycli parte ad aliam, ſicut nec epicyclus de una parte deferentis ad aliam: De Luna verò multis uidetur probabile, ꝓ motu proprio circulariter moueatur centrum ſuum, quod habet inter concauum & conuexum epicycli: quoniam macula Lunę nunquam apparet nobis modo oppoſito, ita ut pars illa maculæ, quæ apparet ſuperiùs, appareat inferiùs. quod & 2. cœli videtur vellè Philoſophus. Et ſi proprio motu non moueretur per epicyclum, macula illa tranſponeretur. eſtq; motus Lunæ circa centrum ſuum ad partem contrariam motus epicycli, tali proportione, quòd quantum per motum epicycli illa macula tranſponeretur, tantum per motum Lunæ proprium ad contrarium tranſponi prohiberetur. Verum, Ariſtoteles fuit ſimpliciter contrariæ opinionis, utpote quòd planetæ non mouentur niſi ſuarũ motu ſphærarum, ac motu diurno, qui eſt in ſphæris inferioribus ex motu ſphæræ ſupremæ. Sic quippè ait 2. cœli: Remanet ut dicamus, quòd circuli tantum mouentur, & ſtellæ quietę ſunt rotundę in circulis fixę. Eodemq; libro nititur hoc probare de Luna per experientiam, dicens: Stellæ non mouen- motu rotundo, quod clarum eſt: quoniam res inuoluta conuertitur, atq; reuoluitur. Facies autem Lunę eſt eadem apud nos, & ſemper nobis oppoſita. Hæc Richardus.

Richard.

Ariſtotel.

Dionyſius

¶Verum mõ cõis opinio eſt. quod planetę ſunt ſtellę erraticę, & non fixæ, ideo quãquam Ariſtoteles dicat 2. cœli, quòd planetæ moueantur ſolo ſuorum orbium motu: ueriùs tamen dicũt aſtronomi, ponentes ipſos moueri in epicyclis, atq; excẽtricis. Quod de excentricis patet: quoniam ſtella, quę mouetur ſolum motu ſphæræ, non poteſt quãdoq; magis, quandoq; minus terræ appropinquare: quoniam omnes ſphæræ exiſtunt concentricæ, planetæ autem uno tpe plùs propinquant ad terram, q̃ alio. ſicut per aſtrologica patet experimẽta. Hinc coacti ſunt aſtrologi ponere motum planetarum in circulis excentricis, quorum una pars maximè remouet̃ a terra, ut aux, ſeu eleuatio: altera verò magis accedit ad terram. Similiter patet de epicyclis: qm̃ ſi planetæ mouerent̃ ſolum motu ſphæræ, cum ſphæræ planetarum moueantur ab occidente in orientem, tunc ſi planeta aliqua nocte eſſet ex directò alicuius ſtellæ fixæ, ſequente nocte præcedere ipſam uerſus orientem: cuius oppoſitum ſæpe in quibuſdam planetis uidemus. Ergo præter motum ſphærarum oportet in eis ponere motum retrogradationis. qd̃ fit in epicyclis, in quibus planeta eſt retrogradus, ſtationarius, uel directus. Veruntamen non diuiditur ſphæra planetæ. Ponitur enim excentricus circulus inter duas ſuperficies ſphęræ exiſtens cuius una medietas magis accedit ad ſuperficiem ſphæræ concauam, altera ad conuexam, & mouetur hic circulus infra ſphæram, cum ſit ſphæræ contiguus, & motu eius mouetur planeta, tanquam pars eius exiſtens, planeta, inquam, hũs excentticũ ſine epicyelo, ut eſt Sol. Si verò habeat epicyclũ cũ excentrico, tunc epicyclus ponetur moueri in excentrico ꝑ modũ, quo ponitur moueri excentricus in ſphæra, quia epicyclus eſt ſphæricũ corpus infra excentricum contentum. ideo põt in excentrico ꝓprium motum habere, cuius epicycli pars eſt planeta. Hæc Durandus.

Planetæ mouentur non ſolum motu ſphęrarum.

Dionyſius

¶In cuius uerbis vr̃ obſcurum, quod dicit planetam eſſe epicycli partem: quia ſic non poſſet ſeparari ab eo, aut egredi illum, cum iſtud non uideat̃ poſſe intelligi, niſi de parte integrali.

Quæſtio. Richard.

¶Quærit demum Richardus, Vtrum cœlum ſit a nobis uiſibile in parte non ſtellata. Vr̃ quòd non, qm̃ Auicenna ſexto naturalium loquitur: Corpus ſimplex translucens, non eſt uiſibile, ſed cœlum in parte non ſtellata eſt corpus ſimplex tranſlucens, quia per medium ſphærarum ipſorum planetarum
2 ſtellæ uidentur. Rurſus ibidem aſſerit Auicenna: Viſibile ex ſua natura, prohibet videri id, quod retrò ſe eſt. pars autem cœli nõ ſtellata, nõ prohibet videri, quod poſt ſe eſt. Rurſus, ſi partem cœli non ſtella
3 tam videremus in die, videremus quoq; eam in nocte. Cum igitur illud, quod vulgus aſſerit eſſe cœlum, nõ uideamus æqualiter in die, & nocte, ſequit̃ id non eſſe cœlum! Iterum, ignis quamuis in ſua
4 ſphæra ſit luminoſus: non tamen a nobis vr̃ ob ſui raritatem, ſed cœlum quocunque elemento rariùs ſubtiliùs ve conſiſtit.

In oppoſitum.

¶In contrarium eſt, ꝓ galaxia a nobis vr̃, in qua tn̄ ſunt partes plurimæ non ſtellatæ. Luna quoque videtur a nobis non ſolum in parte, in qua aggregatum eſt lumen, ſed item in alia. Ergo a ſimili, pars orbis non ſtellata, eſt nobis viſibilis.

Guliel. de Conchis.

¶Ad iſtud rn̄det Gulielmus de Conchis, in libro ſuo de naturalibus qõnibus ad ducem Normannorum: Supra Luna, nec tu, nec alius præter ſtellas aliquid uidit. Nec eſt ibi obſtaculum, quo repercutiatur, ſed deficit, & deficiendo ſpiſſatur radius viſualis, cum ad ſuperiora dirigitur. Cum autem tranſit per oculum, in quo eſt albugineus humor, & cryſtallinus cum exeritur, nec alius color ſibi occurrit, talem uidelicet cryſtallinum, & aqueum, ſibi colorem confingit. Radium uerò uiſualem (ut patet in libro eodem) dicit eſſe corpus, quod naturali agilitate in eodem ferè momento modo eſt in oriente, modo in occidente. Verum hanc opinionem inconuenientia multa ſequuntur. Primum eſt, quod viſio fieret extra mittendo, non intus ſuſcipiendo. Aliud quod vnum corpus aliud penetraret, ac pertranſiret naturaliter ſine alterius læſione. Alij ergo dixerunt, quòd ſicut non uidemus aerem purum, nec purum ignem, propter eorum raritatem: ſic non uidemus aliquid de quinta eſſentia niſi ſtellas: qm̃ quanto corpora ſunt ſuperiora, tanto ſunt nobiliora: & quo nobiliora, eo & rariora. Igitur, quod videmus, eſt quoddam confuſum reſultans quantum ad apparentiam uiſus noſtri, ex aere, igne, & cœlo, ſicut ſi acciperemus plura corpora, quorum quodlibet eſſet tam tenue, quod neutrum eorum ſufficeret per ſe terminare uiſum noſtrum a remotis: ſed plura ſimul ſufficerent, ſi ita ordinarentur, quod vnum eſſet alio maius, diſtantia inter ea exiſtente. Tunc etenim uiſus a remotis aſpiciens, iudicaret ea eſſe vnum ſenſibile, nec apprehenderet inter ea diſtinctionem, appareretq; ſibi quoddam cõfuſum ex illis, ut ſi objicerent uiſui plures parietes uitrei, vnus ante alium, diuerſimodè lumen participantes, ſed ſiue uideamus, ſicut dicit iſta opinio, ſiue non, conſtat, quòd quædam falſa contineantur in ea. Sol quippè eſt nobilior inter planetas, & tamen ſuperipſum ſunt, Mars, Iupiter, & Saturnus. Pars quoque cœli ſtellata non eſt minoris nobilitatis eo, lumine ſuo, quod ſortitur a Sole, ſecluſo. & tamen eſt denſior, ꝑꝑ quod abundantiùs a Sole ſuſcipit lumẽ, ac retinet. Non eſt igitur verum in partibus quintæ eſſentiæ, quod quanto ſunt nobiliores, tanto ſunt rariores. Subtilitas namque cœleſtium corporum non attenditur penes maiorem, & minorem raritatem, ſicut ſubtilitas elementorum, quamuis ſubtiliſsimum inter illa, videlicet cœlum empyreum, credatur rariſsimum, eo quòd diſpoſitio talis congruat loco corporum glorificatorum: ſed attenditur penes maiorem, & minorem uirtutem ſubſtantiæ, quæ uirtus in aliqua parte denſiori eſt maior, quàm in alia parte magis rara. Sicq; dicimus aurũ ſubtilius plumbo, quamuis plumbum ſit rarius: ſic & corpora beatorum erunt igne ſubtiliora, non tamen tam rara. Alij dicunt, quod illud, quod homo iudicat ſe videre in parte cœli non ſtellata, ſimile ſit colori exiſtens in parte cœli non ſtellata, in cęlo ve cryſtallino. Quod quidem cauſatur ex naturali luce ipſius cœli, & lumine, quod recipit a Sole, ac ſtellis. Siquidem pars illa non eſt denſitatis tantæ, ꝓ in ea poſſit aggregari lumen ſicut in parte ſtellata, propter quam aggregationem non poſſumus videre in parte ſtellata ſimile illud colori, quod uidemus in parte octauæ ſphæræ non ſtellata, cœlo ve cryſtallino. Illa quoque pars cœli, in qua uidemus ſimile illud colori, non eſt tantæ raritatis, ut purus aer, purusq; ignis. Vnde magis poteſt eſſe in ea æqualis aggregatio luminis, q̃ in aere puro, ſeu puro igne. Idcirco pars cœli non ſtellata, cœlumve cryſtallinũ, magis ualet terminare uiſum, q̃ purus aer, vel purus ignis. Hæc Richardus.

Raritas corporum cœleſtium nobilitatis gradũ non facit.

QVAESTIO VI.

AMpliùs quærit, *Cur, & qua neceſſitate ponatur cœlum cryſtallinum, ſeu aqueum præſertim cũ quidã aſtronomi dicant cœlum ſtellatum cum orbibus planetarum ad inferiorum productionem ſufficere, non nulli quoque theologi octauam ſphæram cœleſtem primum mobile nominent.* ¶Ad hoc Albertus: Quadruplici, inquit, neceſsitate ponitur cœlum cryſtallinũ. Prima eſt ex parte motus, quia ab uno motore ſimplici, non niſi unus poteſt exiſtere motus mul-

Albertus.

Cœli cryſtallinum, cur neceſſe ſit ponere

autem sunt motus in cœlo stellato, non ergo est mobile primum: multi quoq;, & multum difformes sunt motus in sphæris planetarum. ideo nulla earū pōt consistere mobile primum, aut ergo vniuersum non est completum in ordine mouentium, & motorum, aut ponendum est cœlum aliquod vniformè super cœlum stellatū, quod uno motu simplici moueatur a primo motore. Secunda est, q̄a cum sit corpus vnū circulare, quod participat bonitatē primi motoris sine motu, ut cœlum empyreum: & aliud, quod eā per multos participat motus, requirit mobile medium inter ista extrema, quod primi motoris bonitatem participat motu vno. Tertia sumit ex dictis Platonis in Timæo dicentis: Creator circulū cœli in circulos duos reflexit, puta aplanes: circulum quoq; planes, diuisit in circulos septem. Cumque duo sint motus in genere, de perfectione principiorum naturæ est, quod uterq; habeat proprium mobile. Et quia in cœlo stellato sunt motus primi, qui sunt planes: illud non potest esse mobile primum, nec mobile motus, qui uocatur aplanes. Est equidem motus aplanes super polos mundi, & super polos æque distantes æquinoctiali ad tropicum æstiualem, & ad tropicum hyemalem. Motus verò planes est super polos circuli æquinoctialis, q̄ dr̄ circulus decliuis, & super circulos æque distantes æquinoctiali ad partem utranq;: & mobile illi primo motui ꝓprium, oportet vniformè consistere, quod cœlum dicimus crystallinum, a quo in cœlis omnibus inferioribus est motus diurnus, q̄ motus aplanes uocatur: quia philosophus secundo metaphysicæ tradit pro regula, ꝙ quicquid est in pluribus per rōnem est in uno primo, quod est causa cæterorum. Quarta est ex parte finis. Nempè cum in inferioribus sit diuersitas in figura, difformitas quoq; generationis, & alterationis, aliorumq; motuū, ad hæc causanda sunt orbes, ac cœli difformes in partibus, & in motu. Est item in inferioribus vniformitas in esse specifico, & in esse generico, oportet ergo, quòd sit cœlū aliquod vniforme influens uirtutem ad conseruationem in specie, & in genere: & hoc oportet vniformè esse in partibus, & in motu, & hoc non potest esse, nisi quod appellamus crystallinum: q̄m nullum aliud est vniformè post empyreum. Denique multæ difformitates sunt in cœlo, uidelicet dextrum, & sinistrum, ante & retro. nam ad austrum est ante, & ad aquilonem retro. Similiter est ibi sursum, & deorsum, per eleuationem, & depressionem in auge, seu in opposito augis planetarū, & in ascensu descensuve circuli differentis, s̄m quod uirtus vnius planetæ, præualet super uirtutem alterius, atq; s̄m quod unus ascendit in epicyclo, & alter descendit, & unus dirigitur, alter verò stat, uel retrocedit, prout ait Albumasar. Quod si Sol ascendit super Mercurium, & Luna, & adiuat a Marte, facit longitudinem serenitatis, & senectutis: si econtra fuerit, signabit humiditatem, & pluuias longas. Hæc Albertus in Scripto.

Plato. Philosop

Dionysius

Motoris unitas nō arguit motus unitatem.

¶In cuius uerbis uidetur obscurum, quod ait ab vno motore primo, & simplici non posse esse nisi motum unum, quod siue de Deo vero, siue de intelligentia intelligatur, instantiam patitur: nec iuuat si, & illud philosophorum quorundam pariter allegetur, Ab vno simplici non procedit immediatè nisi unum, imò intellectualis substantia, potissimè Deus supergloriosus, sicut simul plura intelligit, ita & plura opere simul exequitur tam in creando, quàm in mouendo, ac perficiendo, & hoc etiam ipse Albertus super primum testatur. Superiùs quoque ex Thoma est tactum, quòd aliqui ponunt decem mobiles cœlos.

Bonauent.

¶Præterea Bonauentura hic sciscitatur, utrum conueniat alicui orbi absq; stellis moueri, hoc est, an sit ponendum aliquod cœlum mobile non stellatum, utpote uniforme in omnibus partibus suis. Et respondens: Ponendum est, ait, aliquod cœlum moueri, carens diuersitate luminarium, ac stellarum, & hoc est cœlum crystallinum. Et si peruenerunt philosophi pauci ad eius cognitionem, quia corporeum latet sensum: quidem tamen peruenerunt, dixeruntq; esse nonam sphæram, prout quidā astronomi probare conati sunt. Communiter verò ad eius notitiā peruenerent tractatores catholici, illustratione scripturæ adiuti: q̄ illud esse apertè declarat, quamuis motū eius, seu quietem nō explicet. Doctores verò theologiæ ponunt, & ꝓbant ipsum moueri potissimè ex ꝑfectione uniuersi, ex qua ē distinctio, numerusq; cœlorū accipit, &c. ut supra in Thoma, Alberto, ac alijs. Et breuiter, in isto concordant theologi, nec opus est immorari, cū & supra inde tractatum sit.

QVAESTIO VII.

Arguitur primò contra ueritatem.

QVæritur quoq;, *An opus tertiæ diei conuenienter describatur.* ¶Videtur quod non: quoniam tertio die separata est aqua a terra, sed aer, & ignis elementa sunt præstantiora, quàm aqua, & terra, ergo eorum distinctio debuit designari.

¶Secundò, elementa ab exordia suæ creationis
habuerūt ꝓprias, & distinctas formas substantiales, 2
ut ꝓbabilior tenet opinio & supra ostensum est: ergo a principio fuerunt distincta ab inuicem ēt loco & situ, quia dans formam, dat consequentia eam.

¶Tertiò, naturale est, leuiora superiùs collocari: 3
& innaturale est, ea sub grauioribus situari. Cum ergo aqua sit leuior terra, innaturale fuit eā de superficie terræ ad locum redigere bassiorem.

¶Quartò, tres ultimi dies pertinent ad ornatum
ergo in uno illorum debuit describi, qualiter terra 4
plantas produxit, & herbas, cum horū productio ad ornatum pertineat.

¶Quintò, scriptū est in Genesi, quòd post trans- 5
gressionē primorū parentū locutus est dn̄s homini primo; Spinas, & tribulos germinabit tibi, ergo terrænascentia nō tertia die, sed postea oriri cœperūt.

Gene. 3.

In oppositum.

¶In oppositum est scriptura Genesis primo.

Tho. aqui.

¶Ad hæc Thomas respondet: Opus distinctionis attenditur in hoc, quod corporibus, quæ sunt elementa, collatæ sunt uirtutes uniuersaliter ad effectus naturales mouentes, cuiusmodi sunt qualitates actiuæ, & passiuæ elementorum, quæ datæ sunt illis tertia die, quibus ab inuicem proprietate, & situ separantur, eo quod inter qualitates elementares grauitas, & leuitas contineantur, quæ sunt principia motus elementorum ad propria loca, ac naturalis quietis ipsorum in illis, quemadmodum calidum, & frigidum sunt principia alterationis. Hinc ex collatione talis uirtutis dicuntur aquæ tertia die in vnum locum congregatę.

Ad primū

¶Ad primum ergo dicendum, quod ignis, & aer sunt elementa magis latentia. ideo Moyses rudi populo loquens de eis expressè non dixit. Aer quoque, & ignis, quantum ad suam abinuicem, & ab alijs distinctionem, aliquo modo dantur per aquæ distinctionem intelligi, quemadmodum secretiora per manifestiora relinquuntur prudentibus intelligenda.

Ad

Ad secūdū

Ad secūdū, q̄d sicut calor, & frigus nō sunt formæ substantiales elementorum, ita nec grauitas, & leuitas. ideo sicut forma substantialis in elementis non est principium alterationis nisi mediante frigore, & calore, ita nec quietis, nisi mediante grauitate, aut leuitate. ideo quamuis aqua formam substantialem habuit ex opere creationis: non tamen ex hoc congregabatur in proprium locum, sed per opus distinctionis factum est hoc.

Ad tertiū.

¶Ad tertium, quanto elementum est subtilius, tanto maius, sicut aer maior est aqua, & aqua quàm terra: ideo aer complectitur ista duo, undique sphæricam complens figuram, a quo deficit aqua terram cingens, non totam operiens, circulum complens, sed a completione sphæræ deficiēs. Et hoc est propter exigentiam finis, ob quem creata est aqua, & terra, ut in terra valeat esse habitatio animalium respirantium, generatioque plantarum, terra uerò quasi minima in centro concluditur. denique corpora inferiora præter proprios motus sequuntur quodammodo motum superiorum. & quo corpus inferius extat perfectius, tanto plùs consequitur de motu superioris. Quod patet ex hoc, quod in corporibus cœlestibus orbis inferior præter proprium motum retinet motum orbis superioris. Conformiter elementa ex motu cœlestium corporum aliquid consequuntur de motu circulari. præter motus proprios naturales. quod euidenter apparet in maris refluxu, qui sequitur motum Lunæ: nec tamen hoc fit uiolenter, quia (ut asserit Commentator super quartum de cœlo, & mundo) motus quibus elementa sequuntur impressiones cœlestium corporum, non sunt uiolenti, cum sit secundnm ordinem corporum naturalem, quòd inferiora impressionem superiorum sequantur, atque per modum hūc ex corporum impressione cœlestium mouentium elementa ad commixtionem aqua subingreditur terram, ut sit ad generationem mineralium apta, & animalium, ac plantarum, & exinde in locum proprium naturali motu reuertitur, iuxta illud Ecclesiastis: In locum unde exeunt flumina, reuertuntur.

Eccle. 1.

Salsedo vn̄ gignatur.

¶Ampliùs, elementa vbi se contingunt, abinuicem alterantur, ut sit quidam motus continuationis inter ea, & exinde in mari causatur salsedo ex admixtione uaporis terrestris, simul cum adustione radij solaris, & hoc præcipuè prope terram, & superficie maris. In profundo etenim pelagi est aqua dulcis. vt patet ex uerbis philosophi libro de animalibus, ubi ait, quòd piscis nomine malariæ, inuenitur magnus ualde in locis pelagosis, in quibus abundant aquæ dulces. Ad quartum respondendum, quod de productione plantarum videtur esse diuersitas inter Augustinum, & alios sanctos. Augustinus quippè uidetur uelle, quòd cum dicitur, producat terra herbam uirentem, &c. non intelligitur tunc esse plantas productas in natura propria, sed tunc terræ datam esse uirtutem germinatiuam ad producendum plantas opere propagationis. Alijs autem videtur, quòd tunc etiam plantæ productæ sunt. Propter quod ait Ambrosius: Herba sole antiquior est. Et utroque modo plantarū productio ad distinctionis pertinet opus: quoniam ad earum productionem sufficit uirtus cœlestis loco patris, & virtus terræ loco matris. Sicque principia actiua communia ad opus distinctionis spectantia, sufficiunt ad generationem plātarum, non ad productionem animalium perfectorum, ad quæ requiritur uirtus formatiua existens in semine. uel quoniam quælibet res pertinet ad ornatum loci illius, in quo mouetur, non in quo quiescit. Plantæ uerò radicitùs terræ infixæ adhærent, ideoque ad ornatum eius non pertinent, sed computantur cum ipsa, ut super Genesim loquitur Augustinus: Plantæ nociuæ simul cùm alijs sunt productæ. Veruntamen ante peccatum hominibus non fuissent nociuæ, diuina protegente prouidentia: sed post peccatum cœperunt hominibus esse nociuæ. Hæc Thomas in Scripto.

Philosop. Ad quartū August. Ambrosi⁹. Plātę, quo tpe sint ꝓductæ. Ad quintū

Aristotel. & Ptolem.

¶Vbi, & addit: Aristoteles dixit tantum orbes moueri, non stellas nisi in orbe. Ptolemæus verò disseruit stellas habere proprium motum pręter motum orbis. Insuper præter mysticam rationem, quæ in litera tangitur, de hoc cur in descriptione operis secundæ diei non dicitur, uidit Deus, quod esset bonum, aliam quoque literalem in historijs Magister assignat, quam etiam rabbi Moyses tangit: quia videlicet in secundo die medium elementum a supremo distinguebatur, & ita non erat perfecta distinctio medij elementi, nisi etiam ab infimo distingueretur. sicque opus secundæ diei tertia die est consummatum. Hincque benedictio tertiæ diei ad utrunque refertur.

Arti. 2.

Terræ duplex informitas est ablata.

¶Præterea in prima parte quæstione sexagesimanona: Tertia, inquit, die informitas terræ aufertur. Duplex uerò informitas circa terram describebatur. Vna quod erat inuisibilis, seu inanis: quoniam aquis extitit cooperta. Alia, quòd fuit incomposita, seu uacua, id est, non habens decentem decorem, quæ acquiritur ex plantis eam quodammodo uestientibus. idcirco utraque informitas die hac tertia remouetur. Prima, per hoc, quòd aquæ sunt congregatæ in locum vnum, & apparuit arida. Secunda, per hoc, quòd terra protulit herbam uirentem. De productione autem mineralium non loquitur Moyses: quoniam generationem habent occultam in uisceribus terræ. Moyses uerò ea tantum proposuit, quæ in manifesto apparent. Hæc Thomas in Summa.

Mineraliū productio cur a Mose pręterita.

Albertus.

¶Circa hæc scribit Albertus: Aer distinctus est, & liberam formam accepit, distinctumque locum, quando aquæ uaporabiliter in aere diffusæ, per congregationem condesatæ sunt, & descenderunt ad terram. Ignis quoque uaporabiliter in aere mixtus, per hoc liberam formam accepit, & per consequens motum: quia motus consequitur formam. Vnde tunc undique liber ascendit ad cameram cœli Lunæ, sicque ab alijs est distinctus.

Beda.

Aquæ in quē locū sint cōgregatæ.

¶Si uerò quæratur ad quem locum congregatæ sint aquæ, respondet super Genesim Beda: Cum multa constet esse maria, ac flumina: in unū tamen locum dicit aquas congregatas: quoniam cuncta maria, & flumina magno mari merguntur. & si qui lacus in seipsis restricti uidentur: occultis tamen in mare meatibus reuoluuntur. Fossores quoque puteorum hoc probant: quoniam omnis tellus trahit aquas per inuisibiles uenas, quibus ex mari principium est. Vnde in Ecclesiaste: Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat. Ad locum unde exeunt flumina, reuertuntur ut iterum fluant. Dicit etiam Beda, quòd uerno tempore factus est mundus, in quo tempore solent herbæ apparere uirentes, & ligna pomis onusta. Hæc Albertus.

Eccle. 1.

De

A *De opere quintæ diei, quando creauit Deus ex aquis uolatilia, & natatalia. Distinctio XV.*

Gene. 1. Ambro in Hexam. li. 5. ca. 1. 2. 3.

DIxit etiã Deus: Producant aquæ reptile animæ uiuentis, & uolatile sup terram, &c. Opus quintæ diei est formatio piscium, & auium, quibus duo elementa ornatur: & de eadem materia, id est, de aquis, pisces, & aues creauit: uolatilia leuans in aere, & natatilia remittens gurgiti.

B *De opere sextæ diei, quando creata sunt animalia, & reptilia terræ.*

Sequitur: Dixit Deus, Producat terra animam uiuentem, iumenta, & reptilia, & bestias terrę, secundum species suas, &c. Sextæ diei opus describitur, cum terra suis animalibus ornari dicitur.

Aug. li. 4. de Ge. c. 1.

C *Vtrum post peccatum uenenosa animalia noxia facta fuerint, an propter peccatum nocere cœperint, priùs facta innoxia.*

Aug. li. 3. super Gene c. 15.

Queri solet de uenenosis &c, perniciosis animantibus, utrum post peccatũ hominis ad uindictam creata sint, an potius creata innoxia, peccatoribus nocere cęperint. Sane dici põt, quòd creata nihil homini nocuissent, si nõ peccasset. Puniẽdorũ namq; uitiorum, & terrendorum, uel probandæ, uel perficiendæ uirtutis causa nocere cœperunt. Fuerunt ergo creata innoxia, sed propter peccatum facta sunt noxia.

D *Vtrum minuta animalia tunc creata fuerint.*

Aug. li 3. de Gene. capit. 14.

De quibusdam ẽt minutis animantibus quæstio est, utrum in primis conditionibus creata sint, an ex rebus corruptis postea orta sint. Pleraq; n. de humidorum corporũ putrefactionibus, uel exhalationibus terræ siue de cadaueribus gignuntur, quædã etiã de corruptione lignorum, & herbarum, & fructuum, & Deus autor omnium est. Potest aũt dici, q̃d ea, quæ de corporibus animaliũ maximè mortuorum nascũtur, cũ animalibus creata non fuerint nisi potentialiter, & materialiter. Ea uera, quæ ex terra, uel ex aquis nascuntur uel ex eis, q̃ terra germinante orta sunt, tunc creata fuisse non incongruè dici põt.

E *Quare post omia factus est homo.*

Omnibus autem creatis, atq; dispositis, nouissimè factus est hõ tãquam dominus, & possessor, qui, & oĩbus præferendus erat. Vnde sequitur: Vidit Deus, quod esset bonum, & ait: Faciamus hoĩem ad imaginem, &c. Sed antequam de hoĩs creatione tractemus, quod supra breuiter tetigimus, pleniùs versantes, clariùs faciamus. In hac n. rerum distinctione catholici tractatores dissentire (vt supra diximus) inueniuntur, alijs dicentibus res creatas, atq; distinctas ꝓm species suas per interualla sex dierum. Quorum sentẽtiæ, quia litera Genesis magis inseruire vr̃, atq; catholica ecclesia magis approbat: ideo, hactenus studiosè docuimus, qũo ex illa communi materia priùs informiter facta, postea corporalium rerũ gẽa per sex dierum volumina distinctim sint formata. Alijs autem vr̃, quod non per interualla temporum facta sint, sed simul ita formata ad esse prodierunt. Quod Augustinus super Genesim, pluribus modis nititur ostendere, dicens elementa quatuor ita formata, sicut modo apparent ab initio extitisse, & cęlum sideribus ornatum fuisse. Quędam vero nõ formaliter, sed materialiter tunc facta fuisse, quæ post per temporis accessum formaliter distincta sunt, ut herbæ, arbores, & forte animalia. Omnia ergo in ipso temporis initio facta esse dicunt, sed quædam formaliter, & secundum species, quas habere cernimus, ut maiores mundi partes, quædam verò materialiter tantum. Sed (ut dicunt) Moyses loquens rudi, ac carnali populo, locutionis modum temperauit, de Deo loquens à simili hominis; qui per moras temporum opera sua perficit, cum ipse simul sua opera fecerit. Vnde Augustinus: Ideo, inquit, Moyses diuisim refert Deum illa opera fecisse, quia non potuit simul ab homine dici, quod à Deo simul potuit fieri. Item potuit diuidere scriptura loquendi temporibus, quod Deus operandi temporibus non diuisit. Illi, qui his auctoritatibus, & alijs huiusmodi inhęrentes, dicunt quatuor elementa, atque cœli luminaria ita formata simul esse, & habuisse, illos sex dies, quos scriptura commemorat, sex rerum genera, id est, distinctiones, appellant, quæ simul factæ sunt, partim formaliter, partim causaliter.

Aug. li 3. super Gene. cap. 6.

Hic prosequitur opinionem illorum, qui simul omnia facta contẽdũt. Aug. li. 1. capit. 18.

F *Quomodo intelligendum sit Deum requieuisse ab omni opere suo.*

Gene. 2. Aug. li 4. de Gene. capit. 12.

Iam de septimæ diei requie aliquid nos eloqui oportet. Scriptum est, quia compleuit Deus die septimo opus suum, & requieuit die septimo ab uniuerso opere, quod patrarat. Requieuisse dicitur Deus die septimo, non quasi operando lassus, sed ab uniuerso opere

opere requieuit, quia nouam creaturam facere cessauit. Requiescere enim ce
tur. Vnde in Apocalypsi dicitur: Non habebant requiem, dicentia: Sanctus
sanctus, id est, dicere non cessabant. Requieuisse ergo Deus dicitur, quia
faciendis generibus creaturæ: quia ultra noua non condidit. Vsque nunc ta
veritas in euangelio ait) operatur pater cum filio, scilicet administrationem
dem generum, quæ tunc instituta sunt. Creatoris enim uirtus, causa subsi
omni creaturæ. Quod ergo dicitur, Pater meus usque modo operatur, &
ror, illud vniuersæ creaturæ continuam administrationem ostendit. Die ergo
requieuit, ut nouam creaturam vlteriùs non faceret, cuius materia, uel si
non præcesserit: sed usque nunc operatur, vt quod condidit, continere, &
nare non cesset.

G *Qualiter accipiendum sit, quod dicitur Deus complesse opus, septimo die, cum tunc requieuerit ab omni opere suo.*

Sed quæritur quomodo septimo die dicatur Deus complesse opus suum
omni opere illo die requieuerit, nec aliquod genus nouum rerum fecerit. Ali
tio habet, Consummauit Deus die sexto opera sua: quæ nihil quæstionis aff
manifesta sunt, quæ in eo facta sunt; & omnium consummatio eo die perfec
cut scriptura ostendit, cum ait: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ual
Omnia quidem naturaliter bona erant, nihilq; in sui natura vitij habentia. E
na, quæ condidit Deus etiam singula. Simul uero vniuersa ualde bona: quia
bus consistit uniuersitatis admirabilis pulchritudo, in qua etiam illud, quo
dicitur, bene ordinatum, & loco suo positum, eminentiùs commendat bon
gis placeant, & laudabiliora sint dum comparantur malis. Sextò ergo die
omnium operum consummatio. Ideo præmissa oritur quæstio, quomodo
Deus die septimò opus suum complesse: quod Hebraica ueritas habet, in qu
nihil nouum creasse dicitur. Nisi fortè dicatur die septimo compleuisse op
quia ipsum benedixit, & sanctificauit, sicut subijcit scriptura: Benedixit diei
& sanctificauit illum. Opus enim est benedictio, & sanctificatio, sicut Salom
operis fecit cum templum dedicauit.

H *Quæ sit benedictio, & sanctificatio septimæ diei.*

Illud autem diem, & benedixisse, & sanctificasse dicitur, quia mystica præ c
nedictione, & sanctione eum donauit. Vnde in lege dicitur: Memento sa
diem sabbati. Et inde est, quòd numerando dies, vsque ad septimum proce
dicimus septem esse dies, quorum repetitione omne tempus agitur: non q
sit ab illis dies octauus, & nonus, & sic de cæteris. Sed quia in sex diebus reru
distincta sunt, & in septimo licet non fuerit nouum genus rerum institutun
men in eo quasi quidam nouus status sanctificationis operum, & requietioni
Potest etiam sic exponi illud, Compleuit Deus die septimo opus suum, id est,
tum, & consummatum uidit.

Summa distin. 15.

DEscriptis operibus creationis, & distinctionis, nunc describitur opus ornatus. Et primò ornatus cœli quarta die peractus, deinde ornatus aeris, & aquæ, quinto die completus. Consequenter exprimitur ornatus terræ sexto die effectus. Mouet quoque circa hæc quæstiones, & quædam obscura exponit, uidelicet quare post omnia factus est homo: quomodo intelligendum sit Deum requieuisse ab omni opere suo, quomodo etiam dicitur Deus compleuisse opus suum sexto, septimo, & quãliter* utrum uerificetur, utpote, quod sexto die, & item, quod septimo die opus suum compleuit, seu consummauit. Quid etiam sit benedictio, aut sanctificatio septimæ diei.

* vtranq;

QVAESTIO I.

MOdo quæritur primò, *Desine constitutionis cœlestium corporum. & specialiter utrum orbes cœlestes influant inferioribus istis, & quos effectus producant in eis, potissimè uerò an luli, id est, stellæ, atque planetæ, sint causæ etiam inclinationum, & morum, int actuum humanorum.*

¶ Et ecce hæc quæstio multa includit
partes sunt prosequenda: Et primò qui
liter orbes, seu cœli influant mixtis, ac
Superiùs uerò ostensum est, quòd nec
aliqua intelligentia, nec anima nobilis,
orbis cœlestis creauit, aut distinxit el
quidam putauerunt philosophi, præserti
na, & Algazel, asserentes ultimam part
gentiam præsidentem sphæræ actiuorum
uorum, produxisse, imò creasse elemen
tur autem, quòd cœli non influant in
istis. Primò, quia ex opinione dicenti
corpora cœlestia habent in inferiora ista
secuti sunt multi errores, imo hęreticę
ut quòd omnia proueniant necessitate,
humani, prout Gulielmus Parrhisiensis li

& legibus, uolumine quoq; de vniuerso declarat, ergo vitanda est talis positio tanquam fomentũ errorum. Deniq; ut vitetur, Damascenus ait lib. 2. capit. sexto: Greci per astrorum istorum, & solis, ac lunæ ortum, & occasum, atq; concursum, aiunt omnia dispensari, quæ circa nos sunt. Nos autem dicimus, qm̃ signa fiunt ex ipsis ficciatis, & frigiditatis, & caliditatis, & humiditatis. Itemq;: Nos, inquit, dicimus qm̃ non sunt causa alicuius eorum, quæ fiunt, nec generationis, nec corruptionis. Signa verò sunt imbrium trãsmutationisq; aeris. Vt etiam Damascenus hæc specialiter protulisse contra Aristotelem, asserentem: Oportet hunc mundum esse contiguum lationibus superiorũ, ut tota ipsius uirtus inde gubernetur. ¶ Præterea, signũ distinguitur contra causam, sed in litera, imò in Genesi scriptũ est, Sint in signa: ergo corpa illa cælestia, ac luminaria sunt signa, non causæ inferiorum. ¶ Insuper, cũ certus, & inuariabilis, pureq; naturalis sit cælestium corporum ordo, motus, cursus, vigor, influxus, si ipsa sũt, causæ inferiorũ, omnia in inferioribus necessariò, accidunt, quem admodum Tullius dixit. Nam effectũ oportet causæ suæ proportionari. ¶ Amplius, causa nobilior est suo effectu: sed inferiora, p̃sertim creatura humana, cælestibus corporibus extant præstantiora, potissimè si illa dicantur inanimata, quod iuxta præ habita magis consonum videtur dictis sanctorum. viua namq; non viuentibus constat esse nobiliora. ¶ Adhuc in Deuteronomio habetur, ꝙ sol & luna, ac cœlestia corpora in ministerium cũctis gentibus sunt creata. Ieremias quoque: A signis, inquit, cæli nolite metuere, quoniam leges populorum (puta gentilium signa illa timentium) uanæ sunt. Ex quibus in sinuauri videtur, ꝙ causalitatem non habent in inferioribus istis, nisi prout in Genesi legitur: Vt sint, inquit, in signa, & tempora, & annos, & illuminent terram.

Tulius. Deute. 4. Ierem. 10.

¶ In contrarium est auctoritas sancti Dionysij quarto capitulo de diuinis nominibus protestantis: Radius solis generationi visibilium corporum confert, ea ad uitam mouet, auget, nutrit, ac perficit. Augustinus quoq; lib. de ciuitate dei fatet. Nõ absurdè credi potest afflatus quosdã sidereos ad species corporum differentias peruenire. Idem probari multipliciter potest argumentis Prolemæi in Almagesti, & alibi, & ipsius Albumasar in introductorio maiori, Albategni, Alfragani, & aliorũ, imo & Christianorum philosophorum.

In oppositum S. Dion. August.

¶ Circa hæc loquitur Alexander: Iuxta opinionem dicentium sidera habere proprium motum, quã recitat Augustinus: vel, si fixa sũt in orbe suo, ait philosophus, destinguendum est inter fixa. Est etenim, quoddam fixum, oriens ex illo, cui infixũ est. & aliud fixum, quod factũ est in illo, cui infigit, & quod ornat. Primo modo herbæ, & arbores infixæ sunt terræ, secundo modo sidera infixa sunt cęlo, & ornant illud. Primus verò actus lucis notat, cum dicitur, Luceant super terram. Reflectitur. n. radius lucis ex resistentia terræ, corporis vè terrestris. Et quamuis luceant super aquam, & aerẽ, non tamen scriptura hoc exprimit: quoniam virtus in suo vltimo determinantur, & in illo alia danẽ intelligi. Porro sol dicitur p̃sesè diei in lumine, quo causat diem, & luna nocti: non quòd luceat semper in nocte, sed, quia dominatio, seu duratio in die, & nocte penes duo luminaria ista, quo ad effectus, præsertim pensatur: attamen ipsa nox ex solis recessu causatur. Cõtra id verò, ꝙ fertur in Genesi, Diuidant inter diẽ, & noctem, obijcitur: qa luminaria ista sunt facta quarta die, & ita fuit distinctio inter diẽ, & noctẽ ante productionem istorum. ¶ Ad quod Augustinus in libro cõtra Manichæum rñdet: Sic dictum est, diuidant inter diem, & noctẽ, ac si dicatur: Sic inter se diuidant diem, & noctem, vt dies ascribatur soli, nox lunæ, atq; sideribus cæteris. quæ duo iam erant diuisa, sed nondum patebat quid per diẽ, quid per noctem appareret hominibus. Insuper quamuis sol, planetæq; cęteri dicantur posita in signa, sunt tamen & alia signa in cęlo, vt sunt duodecim signa zodiaci, qui signifer appellatur. & præter illa secundum philosophos, sunt signa, quæ vergunt ad austrum, & signa quæ vergunt ad aquilonem. Ideo aduertendum, ꝙ oia signa, quę sunt in cælo, aut sunt signa principalia quæ sunt in zodiaco, vel vergentia ad austrum, vel ad aquilonem, & omnia determinantur per stellas, & vocantur imagines ex plurium stellarum cõiunctione. Dicuntur etiam signa, quoniam aliquã præbent significationem circa inferiora. Similiter, quinque planetæ aliquam habent significationem secundũ differentiã sui aspectus, seu motus super hæc inferiora. Principaliter verò sol & luna sunt in signa. Ideo alia habet translatio. Fiant sidera in firmamento cęli, vt per hæc intelligatur hæc omnia. In nostra verò translatione habetur, Fiant luminaria, quod etiã est commune, quamuis magis specificet de sole, & luna. Sunt etiam in signa, non quia de necessitate producunt semper quicquid in inferioribus operãtur, sed quia frequenter, atq; in pluribus. Sicq; concordãtur Damascenus, & quod dicunt philosophi, quoniam Damascenus loquitur de causa simpliciter: philosophi verò de causa propinqua. Actuum verò rationalis animæ non sunt causa directa, nec certa signa. Veruntamen cum luminaria faciãt immutationẽ in aere alijsq; corporibus, per hoc etiã faciunt alterationem in corporibus nostris. anima autem inclinatur ad sequendum sui corporis inclinationem, & ex hoc sequuntur in homine dispositiones, quarum causa est anima: quam tamen non est necesse sequi impsiones in corpore factas, imò per liberum arbitrium est domina sui actus. Sciendum est item circa illud. Sint in dies, & tempora, ꝙ iam præcesserant dies, & tempora quædam, sed non erant luminaria, quæ ita manifestè discernerẽt dies priores, vt nunc. Tempora verò possunt dici, ver, æstas, autumnus, & hyems, quæ per motum solis discernuntur, nec priùs ita discernebantur. Similiter solstitium æstiuale, & hyemale, æquinoctiũque vernale, & autumnale. De annis etiam constat, ꝙ annus solaris, & annus lunaris terminantur secũdum motum solis, & lunæ. ¶ Sed obijcitur, quia si luna condita fuit cum sole, cur annus lunaris non continet tot dies, quot annus solaris, qui continet dies trecentos sexagintaquinque cum quadrante? Vnde computantur in anno bisextili trecenti sexaginta sex. Porrò annus lunaris continet dies trecentos quinquagintaquatuor. ¶ Dicendum, quòd sol factus fuit in quarto die mundi, Luna verò condita fuit perfecta, seu plena, quemadmodum ait Damascenus, decuit eam plenam in lumine fieri: & secundum August. perfecta est condita, vtpote à perfectissimo conditore producta. Cumq; luna facta sit plena, sol verò 4. die oportuit vt anticiparetur cũ sole vndecim diebus, vt sic esset quasi quartadecima, & velut in oppositione: & inde procedente tpe accidit, ꝙ annus lunaris excedebatur ab anno solari, vt astruit Damascenus. ¶ Deinde quod sequit, & stellas,

Alexãder August.

Obiectio

Dilutio. August.

Planetæ, ac stellę cur signa uocentur.

Sidera inclinãt animum, non cogunt.

Obiectio.

Annus solaris cur sit lunari superior.

stellas, exponitur tam de fixis, quàm de erraticis stellis, quas dicitur posuisse in firmamento cœli, prout firmamentum includit orbis planetarum inferiores. Hæc Alexander.

¶ Qui etiam quærit hic, an luminaria moueantur proprio motu, an motu tantummodo sui orbis, quod perscrutationi astrologorum relinquit. Et addit, ꝙ aliqui ad saluandum diuersitatem motuum cœlestium, opinabantur, ꝙ animata extiterint, ita ꝙ mouerentur diuersis motibus ab animabus instar animalium mundanorum, cum corpora illa cœlestia quantum est ex sua natura, & figura, nõ plùs mouerentur ab oriente in occidentem, q̃ ecõuerso, nisi esset inclinatio motoris, quo sic aut aliter mouerentur. Quo circa sequitur Damascenum, dicendo, ꝙ inanimati, insensibilesq; consistant.

Damascę.

¶ In præinductis demum uerbis Alexandri continetur, quæ Antisiodorensis in Summa sua lib. 2. scribit de opere quartæ diei.

Antisiod.

¶ At uerò Thomas circa hanc quæstionem asserit: Multiplex fuit error. Antiqui etenim naturales, non cognoscentes aliquam esse substantiam præter corporea, ea quæ nobilissima extant in rebus, corporalia esse dixerunt. propter quod naturalem, seu physicam scientiam dixerunt primam esse scientiarum, ut 4. Metaphysicæ dicitur. Hinc corpora cœlestia Deos uocabant, quæ & animata dixerunt, ipsamq; animam corpus esse putabant, ut fertur primo de anima. Vnde cœlestia corpora senserunt primam habere influentiam in inferiora ex se, non aliũ de, ex quo errore idololatria est secuta. Verum ista opinio non solum per scripturas, sed & per philosophos reprobatur, qui quasdam esse intellectuales substantias conuicerunt.

Tho. aqui.

Philosop.

¶ Alia est opinio quorundam philosophorum dicentium corpora cœlestia aliunde suscepisse essentiam, ac uirtutem agendi: attamen esse inferiorũ a Deo procedere mediantibus illis corporibus. Nã & naturam elementorum dicit Auicenna a substantia cœli causari, & hoc, ut ostendat cuncta a Deo secundum ordinem processisse, uidelicet animas mediantibus intelligentijs, corporalia mediantibus spiritualibus, corruptibilia mediantibus incorruptibilibus. Quod erroneum est, atque contrarium fidei, quæ ponit solum Deum materiæ rerum omnium creatorem.

Auicenna.

¶ Aliorum opinio est, quòd nullum omnino effectum in inferiorum corporibus habent, quod est penitus contra sensum, & contra auctoritates sanctorum. Idcirco dicendum, quia (ut ait Auicenna) duplex est agens, puta diuinum, & naturale. Agẽs diuinum, scilicet Deus, est agens per se simplici emanatione. Agens naturale transmutat materiam. Sicq; cœlestia corpora causæ sunt generationum, & corruptionum, inquantum motus eorum est causa omnium inferiorum mutationum. Sed cum motus omnis fit actus mouẽtis, & moti, oportet in motu manere uirtutem mouentis, uirtutemq; mobilis. hinc ex mobili, quòd est corpus, habet uirtutem mouendi corpora inferiora ad dispositiones corporalis, quæcunq; fit illa, habet uirtutem ad formas substantiales. Manet quoque virtus cœlestis motoris in motu cœli, sicut uirtus mouentis in instrumento. sicq; formæ naturales descendunt a formis, quæ sine materia sunt, ut testatur Boethius libro de Trinitate, & Commentator 10. Metaphysicæ, quemadmodum formæ artificiatorum ab artifice.

Boethius.

Obiectio.

¶ Verum si obijciatur, ꝙ omnia cœlestia corpora habent lumen, ergo omnia calefacere, non infrigidare haberent: dicendum, quòd lux quantum est de se, semper est effectiua caloris, etiam lux Lunæ. propter quod libro de animalibus ait philosophus, ꝙ noctes plenilunij sunt calidiores: sed præter naturam lucis, quæ cunctis cœlestibus corporibus est communis, quælibet stella determinatam habet uirtutem, consequentem speciem eius, ex qua lux eius, & motus infrigidat, seu humectat, sicut & præter communem motum diurnum quilibet orbis habet proprium motum.

Dilutio.

Noctes plenilunij sũt calidiores

¶ Præterea si quæratur, qualiter uirtus, & influentia superiorum cœlorum ad inferiora ista pertingat, cum medios orbes non immutet, mouens autẽ, & motum, quemadmodum agens, & passum, oportet aliquo modo esse simul: dicendum, quòd actio cuiuslibet agentis situm habentis, priùs recipitur in medio, quàm in termino: non tamen oportet, quod recipiatur in utroque eodem modo, sed prout dispositio exigit vtriusq;. Cuius exemplum ponit Cõmentator physicorum octauo, de pisce, qui stupefacit manum absq; hoc, quod stupefaciat rete, quod stupefactionis capax non est. & tamen aliquo modo alteratur a pisce. Sic & uirtutes superiorum stelarum, ac orbium priùs recipiuntur in inferioribus, ac medijs orbibus, q̃ in elementis, ac mixtis, quamuis non eosdem effectus habeant utrobique. Hæc Thomas in Scripto.

Quæstio. Virtus cœli superioris pmeat ad infima absq; medioruꝫ orbium immotatione

¶ Insuper in 1. parte Summæ, qõne 115. Cum omnis, inquit, multitudo ab unitate procedat, quod autem immobile est, uno modo se habet: quod uerò mouetur, multiformiter: considerandum est in tota natura, quòd omnis motus ab immobili est procedens. Hinc quanto aliqua sunt immobiliora, tanto plùs causæ sunt mobiliorum. Porro inter corporalia corpora cœlestia sunt magis immobilia: qm̃ non nisi motu locabi mouentẽ. ideo motus corporũ inferiorũ, qui multiformes, varijq; cõsistũt, reducũtur in cœlestis corporis motũ tanquã in causam.

Arti. 3.

¶ Si verò obijciatur, quòd in inferioribus inueniuntur agens, & patiens, vt calidum, & frigidum, & ignis, ac stuppa: quæ ad alterationem sufficiunt, non ergo ultra requiritur influentia cœli. dicendũ, quòd principia actiua in inferioribus corporibus non inueniuntur, nisi qualitates elementorum, quæ se habent, ut materiales dispositiones ad formas substantiales corporum naturalium. materia autẽ non sufficit ad agendum, idcirco oportet super huiusmodi dispositiones materiales ponere actiũ principium. Vnde Platonici posuerunt species separatas, secundum quarum participationem inferiora corpora formas sortirentur substãtiales, quæ positio non est uera, cum species illæ essent omnino immobiles. idcirco ꝛm Philosophũ 2. de gñatione, & corruptione, oportet ponere principium actiũ mobile, quod per sui absentiam, atq; pñtiam causa fit gñationis, & corruptionis, ac uarietatis corporũ inferiorum. Hmõi aũt sunt corpora cœlestia. hinc quicquid in inferioribus mouet ad formam, seu speciem, agit hoc, ut instrumentum corporis cœlestis, ut 2. dicitur physicorum, quòd homo generat hominem, & Sol. Thomas in Summa.

Obiectio.

Dilutio.

Philosop.

¶ Præterea in Summa contra gentiles libro tertio capitulo octauo: Quemadmodum, ait, in substantijs intellectualibus est superiùs, atque inferiùs, ita in corporalibus. hinc sicut substantiæ intellectuales inferiores a superioribus gubernantur, quatenus diuinæ dispositio prouidentiæ proportionabiliter descendat, & pertingat usque ad infima,

Thoma s cõtra gẽt.

infima, si corpora inferiora per superiora regun-
tur. ¶ Iterum quanto corpus est loco superius, tan
to existit formalius, ut patet in elementis, in quibus
ignis elementaris formalior perhibetur. corpora
verò cælestia sunt loca suprema, ergo corporibus in
ferioribus formaliora. Et quanto formaliora esse
probantur, tanto sunt magis actiua, & aliorum mo-
tiua, cum formæ sit agere, & mouere. Agunt ergo,
& influunt in ista inferiora. Quòd etiam constant
ex hoc, ꝙ sunt vniuersalioris virtutis, spiritalibus
quoque substantijs similiores, & propinquiores. Et
denuo, quia in omni genere primum est causa eo-
rum, quæ sunt post se. cumque motus cæli sit pri-
mus, est causa motuum aliorum. Hæc Thomas diffu
sè prosequitur ibi.

Corpus superius est inferiori formalius

Quæstio

CIrca hoc locum habet quæstio ista, utrum ele-
menta possent aliquid operari si cælum non
influeret eis.

¶ Videtur, ꝙ non, quia in essentialiter subordina
tis, posterius operari non ualet sine primo.

¶ Circha hoc narrat Richardus tres opiniones.

Richardus

Vna est, ꝙ cælo non influente, quamuis elementa o-
perari non posset omnia, quæ nunc operantur, ali-
quid tamen possent operari naturali operatione.
Quemadmodũ enim à deo immediatè creata sunt,
& formata, sic immediatè ab ipso virtutem actiuã
sortita sunt. Insuper dominus Stephanus episcopus
Parrhisiensis excommunicauit dicentes, si cælum
staret, ignis stuppam non inflammaret.

Stephanus Parrhisiẽ.

¶ Alia opinio est, ꝙ cælo non influente elemen-
ta desinerent esse, cum Rabbi Moyses contestetur:
Quemadmodum si cor à suo quiesceret motu, ho-
mo mox moreretur: ita si cælum quiesceret, mun-
dus inferior desineret esse. Contra quod obijci-
tur, quòd elementa non habent esse à cælo, nec à
motu cęlesti: unde, nec conuerterentur in non es
se, nisi subtracta eis influentia suæ causæ, videli-
cet dei.

Rab. Mo.

¶ Tertia opinio est, quòd cælo non influente ele-
menta manerent in suo esse, & quamuis nõ possent
producere naturales effectus, qui fiunt per motum,
possent tamen producere intentionales effectus, si-
cut est, species visuales, seu lumen diffundere, sensus
que immutare. Et ait Richardus, ꝙ harum opinio-
num prima, & tertia probabiliter possunt teneri, nõ
secunda, quia vſ fauere errori dicentium materiam
elementorum esse à Deo productam, cælesti corpo
re mediante. Insuper Rabbi Moyses sentire vſ, ꝙ
cælum non influeret rebus nisi per motum. in quo
consentio ei: fateor tamen, quòd cęlum habet ali-
quem modũ influendi per motum, quẽ sine motu
non haberet: qm̃ eius influentiæ non sic innouaren
tur, nec alternarentur per comparationem ad par-
tes mundi diuersas, nec secundum illum modum
proportionarentur modo. Hæc Richardus.

¶ At verò de causalitate, & influentia cælestium
corporum super inferiora, disseruit: Cælestia corpo
ra circa inferiora habent naturales quosdam effe-
ctus specie differentes, non tamen directè, & imme
diatè in liberum arbitrium, aut super partem intel-
lectiuam. Vniuersitatis etenim exigit ordo, ut per
corpora nobiliora, & potentiora regantur inferio-
ra. uidemus quoque elementa saluari in suis locis
per cælestis influentiam corporis in ea proportio-
ne, qua est elementi huius, aut illius saluatiua. Si-
quidem diuersa cęlestium influentiarum proportio
in locis diuersis, est ratio quare sic ordinantur ele-
menta secundum loca, & cur vnumquodq; conatur
esse in proprio loco. Hæc etiam ratio non tantum
ostendit, quòd hic inferiùs habeant quosdam effe-
ctus, sed etiam quòd habeant effectus specie diffe-
rẽtes. Deniq; à diuersis formis substantialibus ema
nãt distinctæ virtutes, per quas producuntur diuer
si effectus. Cumque cœlestia corpora differant spe-
cie per influentias substantialium suarum forma-
rum, quas immittũt, cum suis radijs luminosis cau
sant effectus diuersos in specie in inferioribus istis.
Propter quod Rabbi Moyses dixit: Inuenies à sa-
pientibus dictum, non esse aliquam plantam infe-
riùs, quæ non habeat stellam in cœlo, quæ percu-
tit eam, & dicit ei, Cresce. Hæc Richardus.

¶ Consonat Petrus: Duplex, inquiens, est agens,
videlicet principale, & instrumentale. Agens prin-
cipale est Deus respectu omnium entium tam supe
riorum, quàm inferiorum. Agens instrumentale est
cœlum respectu effectuum corporalium inferio-
rum. Ita que in omni genere motus oportet esse ali
quod mouens non motum, & aliquo mouens mo-
tum, atque aliquod motum non mouens. Hinc in
alteratione inferiorũ deuenire oportet ad aliquod
principium alterans, non alteratum, vtpotè cœ-
lum. Virtus autem agendi hoc, per tria completur,
videlicet per virtutem consequentem totam spe-
ciem, ex qua diuersi diuersarum stellarum effectus
nascuntur, & per radium inferiùs emissum, atque
per motum suum. Hæc Petrus.

Petrus.

¶ Amplius circa hæc fatur Albertus: Signũ mul-
tipliciter sumitur. Primò enim secundum Augusti-
num, signum est, quod præter speciem quam inge-
rit sensibus, aliud facit in notitiam deuenire, sicq;
sacramentum propriè dicitur signum. Secundò di-
citur signum causa communis, non propria, in-
nuens aliquem effectum, & non de necessitate il-
lũ inducens. sicq; luminaria cœli sunt in signa ex
situ radiationis in coniunctione, vel præuentione,
aut alia radiatione oppositionis, puta quadrati, tri-
goni, vel sextilis aspectus, signans effectum, quem
non de necessitate inducit. Hinc in centilogio lo-
quitur Ptolæmæus: Sapiens homo dominabitur
astris. Dicitq; Haly in commentario: Si stellæ scin-
tillant ad melancholiam, atq; quartanas, sapiẽs me-
dicus corpora disponat ad sanguinem, & quartanę
non inducentur. Vnde Mestalach in libro de sphæ-
ra mota: Sapiens, inquit, homo circulum iuuat cę-
lestem, sicut ad fructũ iuuatur terra aratione, &
seminatione. Causam quoq; quòd non possunt es-
se causæ de necessitate producentes effectum, as-
signat Ptolemæus in quadripartito, dicens: Virtu-
tes astrorum, ac lumina non deueniunt ad corpora
inferiora, nisi per aliud, atq; per accidẽs. Per aliud,
quia per alia elementa: per accidens, quia non agũt
in nos nisi informando qualitates actiuas, & passi-
uas elementorum, quæ sic informatæ, corpora ipsa
immutant. ideo non sunt causæ, nec signa eorum
quæ cadunt sub libero arbitrio hominis, quoniam
liberum arbitrium, non immutatur virtute cælesti,
neque virtute elementari de necessitate. imò sicut
Aristoteles, Gregorius Nysenus, & Damascenus te-
stantur, liberum arbitrium est de his, quæ in nobis
sunt, id est, in nostra potestate, & quorum nos ipsi
causa sumus. Et de his Aristoteles pulcherrimum
dat exemplum, loquens de somnijs, quæ per signũ,
non per causam extant in nobis. Dicit enim, ꝙ si-
cut cõsilia magnorum, qui multis intendunt, & ob
hoc quæ propria sunt singulorum circunspectè in-
tẽdere nequeunt, sępe mutantur à priuatis homini
bus, qui singulorũ propria magis valent attendere.
sicq; fit vt signa, quæ ex inspectionibus fiũt astrorũ,
& imprimuntur in somnijs, sæpe fallant, eo quòd a
proximis causis in corpora nostra iagentibus ua-
rientur, ex quibus, & alterantur ad alias dispositio-
nes. idcirco frequenter decipiunt talia signa, ac som
nia, nisi sint uisiones siue oracula reuelationibus di
uinis accepta. Hęc Albertus in Scripto.

Ptolemæus. Haly. Mestal.

Signum multipliciter sumitur.

Damascenus. Gregor. Nysenus. Aristot.

¶ Idem libro de coæquęuis, ubi & addit de causa
litate, effectibusq; stellarum Quædam stellæ dicunt
siccæ, & calidæ, ut Sol; quædam siccæ, & frigidæ, ut
Saturnus; quædam frigidæ, & humidæ, sicut Luna;
quædam calidæ, & humidæ, quemadmodũ Iupiter
Quod qualiter verum sit, triplex datur responsio li-
bro de substantia orbis. Prima, ꝙ qualitates istę æq
uocè sunt in stellis, & elementis, sicut diaphanũ: &
ꝙ illę, quę sunt in elementis, sequuntur actionem &
passionem. Verum ista solutio non vſ idonea, quia
si calor, & frigus equiuocè essent in stellis, & elemẽ
tis, efficerent in inferioribus istis calorem, & frigi-
ditatem alterius rationis.

Nota de causalitate stellarũ.

¶ Alia est, ꝙ stellæ habent has qualitates solum ef
fectiuè, nec eis efficiuntur; nec sequitur si causent
eas in inferioribus, ꝙ habeant eas in se; qm̃ nõ opor
tet, ꝙ alterans aliud, ſm aliquã qualitatẽ disponat
ſm eandem. Id enim quod mouet localiter, calefa-
cit. non tñ de necessitate oportet, ꝙ sit calidũ. Cali-
dũ quoq; frerdũ nigrificat, nec oportet, ꝙ sit nigrũ.

¶ Tertia solutio est, ꝙ sicut in motu locali uenit
ad unum mouens immobile, ita in motu alteratio-
nis ſm qualitates primas, necesse est uenire ad vnũ
alterans, non alterabile ſm qualitates easdem. & ta
men qualitates primæ sunt proprietates quas ha-
bent elementa a stellis mouentibus, non alterabili-
bus ſm has qualitates, quemadmodum motus pri-
mus est proprietas primi mobilis, quam habet à pri
mo motore secundum motum illum immobili.

Albertus

¶ Si autem obijciatur, quia uidetur, ꝙ omnes sint
calidæ, cum omnes sint lucidę (de proprietate nam
que luminis est, ex motu, reuerberationeq; radiorũ
causare calorem) dicendum, ꝙ stellæ mouent per
radios, & per proportionem situs earum, quæ cau-
satur ex motu. Et quamuis de ratione luminis sit ca
lorem inducere; tamen, qm̃ lumẽ illud non est eiusdem
naturæ in omnibus stellis, nec proportio situs
est una in omni tempore motus, idcirco stellæ non
faciunt semper in inferioribus idem.

Obiectio diluitur.

¶ Circa hæc quærit potest, quare sint plures stel-
læ, quàm quatuor, cum tamen accipiantur qualita-
tes stellarum secundum complexiones qualitatum
elementorum. Et respondendum, ꝙ stellæ mouent
elementa ad generationes, & corruptiones rerum,
& sicut est multiplex generatio, ita necesse est mul-
tiplicem esse motum. Hinc multa sunt mouentia,
quæ sunt stellæ, & multipliciter mouent secundum
cõiunctiones, & prequẽtiones, aliosq; respectus stel
larum in se, & in imaginibus, ac spatijs cæli, ut dicit
Albumasar libro iudicorum.

Cur plures sint stellæ, q̃ quatuor.

Albumas.

¶ Ampliùs super his ait in Scripto: Ptolemæus in
quadripartito, atq; Albumasar in introductorio
suo testantur, ꝙ fixarum sphęra stellarum habet mo
uere terram, & contenta in ea propter inducendã
multitudinem figurarum generabilium, & corrup-
tibilium, quę sunt in terra. Sphæra uerò Saturni pro
pter frigidum, & sic cum, quæ dominantur in Satur
no (secundum sensum præhabitum) quorum utrũ
que parit potentiam retentiuam, habet in omni ge-
nerabili, & corruptibili mouere consistentiam, &
retentionem speciei, ac figuræ. Sphæra autem Iouis
ꝑ calidum, & humidũ, quod dominat in eo sicut
in signo ex ordine diuinæ sapientiæ omnia disponẽ
tis, habet mouere calidũ, & humidũ, & q̃ sunt prin-
cipia generationis in omni complexionato. Porro
sphæra Martis ꝑ calidum, & siccum, quæ sunt in
ea sicut in signo, habet mouere ad calidum ustiuũ,
quod consumptiuum est superfluorum impedien-
tium generationẽ. Sed sphęra solis ꝑ lumẽ, quod
abundant in eo, accendens mouet ad generationẽ,
& recedens mouet ad corruptionem. Sphæra verò
Veneris ꝑ frigidum, & humidũ temperatè, quod
est in ea sicut in signo, habet mouere humidũ com
plexionale, quod est quasi semen generationis, &
augmenti in inferioribus. Sphæra demum Mercurij
ꝑ multiplices eius motus ualde difformes, habet
mouere humidum fluxibile, præsertim aereũ ad di-
uersas figuras, & formas, Hoc. n. necessarium est ꝑ
spũs discurrentes in generatis inferioribus, aduehẽ
tibus ad diuersas operationes potentias, & uirtutes;
quia (ut asserunt Galenus, & Auicenna) spũs uehi-
lum est uirtutis. At verò sphæra Lunæ cũ sit infima,
mouet humidũ elementare aqueum ad hoc, ꝙ mo-
ueat ad mixtionem generabilium, & continuatio-
nem terrenorum. Itaq; quęlibet inferiorũ sphęrarũ
mouet ad vnũ in speciali: & ad hoc vnũ sortit stel-
lam siue planetam a prouidentia Dei, atq; ad illud
complendum adiuuat uirtutes omnium superiorũ
spherarum: qm̃ regulariter uerũ est in omni natura,
ꝙ sicut superiora uirtutibus suis informant inferio
ra, sic inferiora restringunt ad vnũ, atq; determinãt
superiora. ¶ Præterea si quaraſ, an sphęrę celestes se
inuicem immediatè contingant: dicendũ, ꝙ ad hoc
nil potest uerius responderi, q̃ quod etiã rñderunt
philosophi, utpote ꝙ sphæræ cœlestes non se con-
tingunt, sed una multum super aliam exaltatur; &
in medio earum est corpus spũale sicut aer, in quo
omnes mouent. & hoc est rarum, ac spissum, non ra
ritate, & inspissatione unius rationis cum raritate,
& inspissatione elementorum: qm̃ illa quæ est in ele
mentis, ex actione, & passione primarum efficitur
qualitatum. idcirco non conuenit nisi transmutabi
li, & corruptibili corpori. illa verò, q̃ in cœlesti est
corpore, consistit in solo situ, positioneq; partiũ ꝑ-
pinquiori, seu distantiori, sicut expressè uidemus, ut
loquitur Auicenna, ꝙ corpus solis magis conculca
tum, compressum est in substantia, & lumine, q̃ alia
pars orbis, ideo sphæræ per tale medium motæ, non
diuidunt ipsum diuisione corruptionis, sed diuiso
ne situs, & positionis. ꝑ quod nullã inducunt cor-
ruptionem. Hęc Albertus in Scripto.

Galenus. Auicenna.

Quæstio Sphęræ cœlestes non se contingunt.

Auicenna.

¶ De hoc etiam scribit libro de coæquæuis: Aneu-
alpetras dixit, ꝙ sphæræ contingunt se. Auerrois
aũt opinatus est, ꝙ a Luna superiùs totum est unũ
continuum. Cętери dicunt, ꝙ sphæræ non contin-
gunt se, & ꝙ corpus eiusdem naturæ est inter eas,
diuisibile quidem a sphæris, non tñ transmutabile
in aliam formam, De hoc dictum est supra.

Anevalp. Auerrois.

¶ Deniq; iam inductis Bonauentura concordat,
affirmans luminaria diuersos habere effectus, & in
fluentias uarias in inferioribus, ſm quod ipsa inter
se specificè distinguuntur, & iuxta specierum sua
rum diuersitatem diuersas sortita sunt uirtutes cau
sales. Vnde cum Luna ex indita sibi uirtute cũ adiu-
torio luminis aspectum habeat sup humorem, hinc
per influentiam suam humidum auget: atq; ad eius
prę̃sentiam excrescũt, & quasi æstuant, ac affluunt
materia, ad absentiam verò ipsius in sinum suum re
uertuntur, ac refluunt. Hęc Bonauentura.

Bonauent.

¶ Durandus quoq; Aliq; inq̃t, dicunt, ꝙ quãuis
cœlũ nõ sit uiuens: qm̃ tñ mouet a substantia uiuen
te, id est, intelligentia, põt uirtute illius aliquod ui-
uens

Durandus

uens producere. Sed hoc nõ uſ, qa uel hoc eſſet per motum, ant per aliquam uirtutem ab intelligentia cælo influxam. Non per motum, quoniam motus localis non poteſt eſſe ratio aliquid operandi: nec per virtutem cęlo influxam, quia uel eſſet immediatè influxa ab intelligentia, vel mediate. Non immediatè, quia intelligentia non agit immediatè per formam: nec motu mediantè, quia per motum localem, qualis eſt motus cęli, nihil acquiritur. Hinc dicendum, ꝓ ſicut in ſemine, quod non eſt viuens, eſt uirtus generatiua rei uiuentis, eo, ꝓ ſemen deciſum ſit à viuente, ita in cælo quamuis non viuente, eſt virtus generatiua reſpectu uiuentiũ: quia productum eſt à Deo tanquam ſemen quoddam omuium generabilium, & corruptibilium. ſicq; agit uirtute diei ad productionem viuentium, quemadmodum ſemen equi in uirtute equi generantis ad producendum ſimilem equum. Hæc Durandus.

Diony. ¶ Cuius dicta videntur inepta, & primò contra dictum illud commune philoſophorum, atq; theologorum, Cęlum agit in inferiora lumine, motu, influentia. Secundò, cum cælum ſit inſtrumentum intelligentiæ, aliquam vtiq; uim ſortitur ab ea tanquã à ſuo motore. Nec tamen negandum eſt, quin & virtute à Deo impreſſa agat. Attamen cælum valde improprie dicitur ſemen inferiorum, cum ſemen ſit ꝓpriè principium rei in intrinſecum, & cauſa particularis vniuoca. cælum verò eſt principium inferiorũ extrinſecum, & item æquiuocum. Rurſus, ꝓ per motum localem nil acquiratur, eſt contra ſenſum, rationem & auctoritatem, cum videamus, & experiamur motum localem eſſe calefactiuum productiuumque ignis, qui ex chalybe, & ferro motu concuſsionis producitur.

Cęlum in ꝓprie dr ſemẽ inferiorum. Motus localis ẽ opatiu alicuius.

Scotus. ¶ At verò Scotus: Stellę: ait, habent actionem in inferiora tam in elementa, quàm in mixta animata, & non animata. In elementa dupliciter, vtpote quo ad generationem, & quo ad alterationem. Aſcendente nãq; ſole, & alijs ſtellis calidis ad cẽtrum centih alicuius regionis, elementa ſuperiora (ut ignis, & aer) augentur, & inferiora (vt aqua, & terra) minuntur, ac conuertunt in ſuperiora: & econuerſo, recedente ſole, & accedentibus ſtellis frigidis, vt Saturno, atq; Mercurio, accidit, & augetur generatio aquæ, & terræ. Itaq; ſicut accedente ſole ad cenith unius regionis per acceſſum eius plus generat ibi de igne, & minuitur de aqua: ſic per receſſum eius ab alia regione, tantum generatur in illa de frigidis elementis: ſicq; ſeruatur ibi æqualitas, quo ad cęlum. Secdò, ſtellæ habent actionem in elementa. ſuperior namq; pars circulariter fertur ad motum cæli, cum videamus impreſsiones ignitas ibi generatas circulariter transferri. multo magis ſphæra ignis propinquior cælo, ad motum cęli circulariter mouet. ſic & luna cauſat in mari motum fluxus, & refluxus. Vnde aſtrologi experimentaliter probant, ꝓ luna habet dominium ſuper humida, ſicut ſol ſuper ſicca. Super quancumq; igitur regionẽ eleuatur luna, aſcendit in directum aqua maris, tanq̃ uerſus cauſam ſuam, ita, ꝓ aqua maris illo in loco qui directè ſupponit cẽtro lunæ, eſt altior, quàm in quocunq; alio loco.

Aquę eleuatio qua iter effectiue fiat. ¶ Qualiter demũ fiat illa eleuatio effectiuè, diuerſimode aſſignatur. Primò, ꝓ luna habet attractiuam aquę naturalem, quemadmodũ magines attrahit ferrum. Secdò, ꝓ ſit ꝓp diuerſitatem angulorum, quos faciũt radij lunæ ſuper aquas in principio ortus lunæ, atq; in medio cęli exiſtentis. Ponitur q; exẽplũ de pulmento in olla ſuper ignẽ, & de uapore reſoluto à cibo faciẽte animal dormire, Primę opinio nis fuit Albumaſar ſecundo libro maioris introductorij, in aſtronomiã. Verum ſequendo opinionem vtriq; cõem, puta ꝓ tumor iſte ſemper eſt in directo lunæ vbicunq;, ſequitur qm̃ tumor ille totã circuit terrã in tanto tempore, in quanto tempore luna circuit ſuũ orbem per motũ firmamenti. Sed cur bis fluit mare in die & refluit? Albumaſar vbi ſupra, dicit ꝓ luna in quartis cœli habet effectum conſimilem in quartis terræ oppoſitis, ita ꝓ ſicut in orientali quarta inter orientem, atq; meridiem cum luna eſt in aſcendendo ſuper hemiſphærium, tunc cauſa fluxũ in hac quarta: & deſcendente luna à quarta meridiei ad occidentem, continuè incipit mare decreſcere in illa quarta, in qua priùs creuit, & fluit in alia parte occidentali, deſcendenteq; luna ab occidente ſub terrã vſq; ad angulum mediæ noctis, fluit mare in quarta orientali ſuper terrã illi quartæ oppoſitam, in qua eſt tunc luna. & ita iam bis in illa die fit fluxus in illa quarta, & ſic de alijs.

Algumaſ.

Mare cur bis fluat in die ac refluat.

¶ De hac materia ſcribit Scotus diffusè, proſequẽdo qualiter cœleſtia corpora agunt, & imprimunt in mixta imperfecta, vt ſunt impreſsiones, quæ generantur in aere, prout hoc in libro meteororum pleniùs edocetur. In cætera quoq; prætacta, imò & in homines quantum ad partem corpoream, non tamen quo ad partem intellectiuam neceſsitando, ſed inclinando indirectè, vt tactum eſt.

Guil. Par.

¶ Inſuper prima parte libri de vniuerſo diſputans Gulielmus aduerſus eos, qui circa effectus planetarum, ac ſiderum errauerunt: ¶ Circa effectus, inquit, planetarum, atq; ſtellarum fixarum aliqui errauerunt erroribus impijs, ac blaſphemis, dicendo eos eſſe maleuolos, & infortunatos, ac cauſas vitiorum ſeculi huius, videlicet homicidiorum, furtorum, fraudium, contentionum, bellorum, & conſimiliũ. ſicq; ſpecialiter diffamauerunt Saturnum, & Martem, quod redundat in creatoris iniuriã, à quo naturam, eſſe, ac virtutem ſortiti ſunt. vnde ſequeretur ipſum eſſe maleuolum, qui ſcienter, ac ſponte tales creauerit illos. Quòd ſi dixerit mala huiuſmodi non prouenire à Saturno & Marte per ſe & naturali intentione, nec voluntario motu planetarũ illorum, aut ſiderum, conſtat eos malos nõ eſſe. Quod enim per accidens eſt, non directè denominat, nec naturales aufert proprietates: ideo Mars & Saturnus nõ extant maleuoli, ſicut nec lux ſolis dicenda eſt mala ob hoc, ꝓ alicui viſui eſt nociua: nec ignis eſt malus, quia interdum comburit templum Dei, aut hominem ſanctum. Vnde qui attribuunt Saturno vim adiuuandi intellectum humanum, nequaquam debent Saturno aſſcribere corruptiones, abuſiones, fraudes, verſutias, inclinationesq; prauas, mendacia, atque periuria intellectus: ſed magis hæc omnia fieri in intellectu ex ineptitudine, & inhabilitate ſuſceptibilis, vtpotè potentiæ intellectiuæ, ſeu incapacitate ipſius, quæ ineptitudo ineſt ei ex parte materiæ, ſeu corporis, ſicut in tibia claudicante vitium claudicationis, eſt ex in diſpoſitione materiæ, nõ ex progreſsiua, & motiua virtute. Iuxta exempla hæc ponendum eſſet aſtronomis, ſi veræ eſſent eorum opiniones, vt cum Saturnus ſecundum eos aſpiciat virtutem animæ intellectiuam, tamen ex parte corporis impeditur huiuſmodi operatio Saturni, & retorquetur in aliud, ſeu in contrarium. Nempe cum ſecundum eos Saturnus intendat dirigere, & illuminare virtutem intellectiuam humanam, ad intelligendum recta, vtilia, ſalubria, etiam interdum vſq; ad prophetiæ ſplendorem, impeditur tamen hæc intentio operatioq; Saturni ex corpo-

Planetis, ac ſtellis quos effectus tribuere ſit impium.

corporis diſpoſitione: & cũ ex illuminatione Saturni (iuxta eorum opinionem) debet intellectus eſſe ſtudioſus circa ſcientias ſalutares, efficitur circa alias curioſus, intenditq̃ue fraudibus, ac interdum melancholicus redditur, quemadmodũ in viſu corporeo multiplex conſiſtit deceptio, nõ ex ipſa ui naturali viſiua, ſed ex organi qualitate, accidentibusq; diuerſis. Conformiter dicendum eis eſſet de Ioue, qui cum ſecundum eos intendat, & influat ſuper animas hominum fidem, ſeu fidelitatem, clementiã, iuſtitiam, benignitatem, modeſtiam, mauſuetudinem, tamen à parte materiæ, ſeu corporis impeditur hæc operatio eius, ita, ꝓ animus hominis ſit remiſſus, malè flexibilis, diſolutus, aut certè crudelis, ac durus. Sic, & de Marte dicere habent, qui cum ſecundum eos intendat magnificentiam conferre hominibus, iuſtamq̃ue indignationem contra uana, fęda, & uilia, nihilominus ex parte corporis inclinatio huiuſmodi bona influentia Martis (ut dicunt) impreſſa, in qualitates, & actiones vergit cõtrarias: velut ſi quis intendat ab igne recipere calefactionẽ, ſuſcipiat uſtionem, De Venere quoque ſic dicere habent, quæ cum iuxta eos intendat vim generatiuam præſtare, aut adiuuare: tamen materiæ diſpoſitio quandoque extendit eam in deteſtandam luxuriam, intolerabilemq̃ue, ac proſtitutam libidinem. Mercurius item cum ſecundum eos intendat iuuare, atque dirigere uirtutem interpretatiuam in homine, eloquentiamq̃ue conferre, diſpoſitio tamen materiæ faciut non eloquentia, ſed loquacitas, & hiſtrionica garrulitas recipiantur. Pariformiter de ſole habent ſentire, qui cum ſecundum eos eminentiam, dignitatem, & uim aliorum regitiuam contribuat, ex ineptitudine tamen corporis recipiuntur ſuperbia, ambitio, & violenta oppreſsio aliorum. Poſtremò, de luna eſt eis conſimiliter ſentiendum, quòd bona ſit, & ex ſua natura bene intendat animabus humanis, quamuis ex præfata radice contingat oppoſitum. Sicque euidenter ſtat bonitas abſque infamatione malitiæ in ſeptem planetis. Nec loquor hic niſi de virtutibus naturalibus acquiſitis, & uitijs eis oppoſitis. Hæc Gulielmus, qui præallegato loco, & in libro de fide, & legibus, de his multa inducit, quorum aliqua infra tangentur.

NVnc plenius perſcrutandum, an cæleſtia corpora efficientiam habeant in liberum arbitrium ſuperioresq̃ue animæ uires.

Tho. Aqui. ¶ Ad quod Thomas reſpondet: Cum propria operatio rei ſequatur eius naturam, illud tantum poteſt eſſe cauſa operationis rei, quod aliquo modo eſt cauſa ſuę naturæ. idcirco cum actus ex libertate arbitrij procedentes, ex hoc, quòd uoluntarij ſunt, atque in noſtra poteſtate, propriè nominentur actus humani, non poſſunt in aliquam cauſam directè reduci, quæ ipſius animæ cauſa non ſit. Ideo ſecundum diuerſas poſitiones de cauſa, & productione animæ rationalis, conſecutæ ſunt uariæ opiniones de cauſalitate actuum humanorum. Quidã namq; philoſophi ſenſum, & intellectum idem eſſe dixerunt, intantum, ꝓ ſicut ex tranſmutatione corporis tranſmutatur ſenſus, ita, & intellectus, prout Democrito refert philoſophus. Cumq; omnes uirtutes corporales ex corpore dependentes, reducantur in uirtutes cæleſtium corporum tanquã in cauſas, ſequebatur, ꝓ corpora cæleſtia directè cauſalitatem haberent ſuper animas rõnales, & per conſequens ſuper operationes earum. hinc ponebant, ꝓ qualis vnuſquiſq; eſt ſm diſpoſitionem, quam ex nati uitate conſequitur ex impreſsione cęleſtium corporũ, talis ei finis appareat bonus, ſicq̃ue diuerſificentur hoinũ electiones, uno hoc, alio aliud eligẽte. ¶ Verũ iſta opinio à philoſophis ſatis eſt reprobata, qui ꝓbauerunt uirtutem non eſſe potentiam organicã, electiones quoq; in nra conſiſtere proteſtate, alias homo, nec pęnam, nec gloriam mereretur. vnde, & ſancti errorem iſtum tanq̃ hæretitum damnauerũt.

Intellectus non ẽ potẽtia organica.

¶ Alij intellectum à ſenſu diſtinguentes in hoc, ꝓ ad corpus non dependet, nec actum ſuum corporali organo explet, dixerunt nullam corporalem uirtutem habere cauſalitatẽ ſuper intellectũ humanum, ſed ipſum oĩno ab extrinſeco eſſe: ideoq; electionẽ humanum ex cęleſtibus nõ dependere corporibus, niſi per accidens, inquantum uidelicet ex diſpoſitione corporis (quam impreſſio cælestis relinquit) aliquo modo inclinatur anima ad ſequendum corporales affectiones per modum, quo paſſiones corporales rationem inclinant, & q̃nq; deducunt. Verum tamen qm̃ poſuerunt animas mediantibus intelligẽtijs à Deo creari, dixerunt motores orbium cauſare motus, affectionesq; uoluntatis humanæ. Vnde Auicenna in fine metaphyſicæ ſuæ affirmat, ꝓ varietas operum voluntatis, reducitur ut in cauſam in cõceptiones uniformes motorũ. cæleſtiũ, nec tamen poſuerunt tolli libertatem arbitrij, cum impreſſio recipiatur ſecundum modum recipientis.

¶ Sed hæc quoq; opinio eſt contra fidem, quæ teſtatur animas rõnales à ſolo deo immediatè creari: idcirco, nec corpus cęleſte, nec anima eius, neq; intellectus, ſed Deus omnipotens eſt directè, & per ſe cauſa electionis humanæ. Nihilominus exteriores liberi arbitrij actus cauſalitati corporum ſubijciuntur cæleſtium, ſecundum quod in corporali executione conſiſtunt, non ſecundum quod à voluntate, aut libero arbitrio imperantur, cum motus inferiorũ reducant in motus ſuperiorũ tanquã in cauſas.

Obiectio.

¶ Poſtremò, ſi objiciatur, ꝓ ex conſideratione cõplexionum medici multa prædicunt de actibus, & moribus hominum, quod fieri non ualeret, niſi homines etiam quantum ad partem intellectiuam ſequeretur corporalem ſuam diſpoſitionem.

Dilutio

¶ Dicendum, ꝓ plurimi ſequuntur animæ paſſiones, & corporis diſpoſitiones, non tamen neceſsitate: ideo talia poſſunt præſciri nõ certitudinaliter, ſed cõiecturaliter tantum. Ideo ſecundum Auguſtinum ſecundo ſuper Geneſim, non eſt tutum talibus prænunciationibus multum intendere, cum plerũque aſtrologi uera annuncient, non tam ex ſignis cęleſtibus, quàm ex dęmonum occultis inſtinctibus. Hæc Thomas in Scripto.

Auguſtin. aſtrologorum coniecturis non nimis intẽdendum. art. 4.

¶ At uerò in prima parte Summæ quæſtione 115. corpora, inquit, cœleſtia in corpora quidem directè imprimunt, & per ſe: in uires autem animæ, quæ ſunt perfectiones organorum, non directè, ſed per accidens imprimunt: quoniam uires illæ à ſuis actibus impediuntur ex diſpoſitione corporalium organorum, quæ ſuperiorum corporũ influentijs directè ſubijciuntur. Intellectus etiam, & uoluntas per accidens, & indirectè cæleſtęs impreſsiones aliquomõ ſuſcipiunt, inquantum aliquid ab inferioribus, atq; organicis viribus ſumunt in actibus: diuerſimode tamen, quoniam intellectus de neceſsitate accipit ab inferioribus uiribus apprehẽſiuis. vnde turbata imaginatiua, uel cogitatiua, aut memoratiua, neceſſariò turbatur actio intellectus. voluntas aũ non ex neceſsitate ſequitur inclinationem ſenſitiui appetius, hinc impreſſio cæleſtiũ corporum minus pertingit ad volũtatẽ, quæ eſt proxima cauſa actuũ huma-

humanorũ,q̃ intellectum.Hæc Thomas in Summa.
¶ Qui ad ista probanda multas , ac fortes inserit
Thomas cõtra gentiles. rationes in Summa contra gentiles libro tertio : Pri
mò,quoniam ordo diuinæ prouidentiæ habet,ut in
feriora,ac corporalia per spiritualia,ac digniora re-
gantur. sed intellectus noster,& uoluntas sunt spi-
rituales potentiæ,atque cunctis corporibus dignio
res.¶ Item,nil agit vltra speciem suam.ergo nec cor
poralia,& mobilia imprimere queunt directè in spi
ritualia,ac immobilia,quales sunt intellectus,& vo-
luntas . ¶ Rursus,quæ naturaliter , & necessariò fi-
unt , hæc ut in pluribus accidunt , cum natura sit
determinata ad unum,nec deficit nisi ut in paucio-
ribus secundum philosophum. electiones verò ho-
minum pro maiori, & maxima parte sunt deuiãtes.
Contra Homerũ. Falsum est ergo,quod dixit Homerus: Talis est intel
lectus in dijs, hominibusque terrenis,qualem in die
inducit pater deorum,atque virorum,id est, sol vel
potius Iupiter, quem summum esse Deum dicebãt ;
intelligentes per ipsum totum cælum,secundum Au
gustinum libro de ciuitate dei.Hæc ibi .
Petrus. Richard⁹ ¶ Concordat Petrus . Itẽ Richardus,q̃ loquit̃ de
cometa:Dicunt aliqui,ꝙ cometa,nec est stella cæli,
neq; naturaliter generet̃,sed iussione diuina:nec na
Cometa uñ gñet̃ & quid significet. turalem habet significationem.Alij verò viam philo
sophicam magis sequentes,dicunt,ꝙ cometa sit im-
pressio sicca ,& calida , generata in superiori aeris
parte prope ignem ex uapore sicco , & calido : &
globus uaporis illius adunatus,apparet corpus stel-
læ : partes verò ipsius vaporis discontinuatæ circa
globum,in longinquum protensæ , in suis extremi-
tatibus globo coniunctæ,sunt quasi coma ipsius. Et
scd̃m hanc positionem cometa signat,& causat non
per se , sed per accidens mortalitatem prouenientẽ
ex infirmitatibus calidis,& siccis. Vehemẽs quippè,
distemperataq; siccitas , consueta est præueuire , &
concomitari generationem cometę.Et quia ut plu-
rimũ diuites calidis nutriuntur , ideo tempore illo
multi diuites moriuntur, inter quos mors regum ;
Bonauẽt. ac principium extat notabilis . Hæc Richardus .
¶ Amplius Bonauentura præclarè hic scribit,sed
sensus quasi totus præhabitus est.Etenim quærit , u-
Quęstio trum ex impressionibus luminariũ causetur in hoĩ-
Mores hoĩm quõ refferri posſint in sidera. bus diuersitas morum.Respondet,Mores hominum
euentusq; futurorum à sideribus,& planetis causa-
ri, dupliciter potest intelligi . Primò, ꝙ inde causen
tur necessariò, & sufficienter .Scd̃ò,ꝙ dispositiuè,
& contingenter. Primo modo repugnat fidei, rõni,
& experientiæ,& culpam hominum refundit in De-
um, datq; peccanti licentiam , Derogat quoq; diui
næ iustitiæ punienti hominum culpas, cũ eas uitare
Damasce. non ualeant,sicut de hoc scribit Damascenus libro
secundo capitulo sexto. Hinc contra istum errorem
disputat sanctus Gregorius in Homilia de epipha-
Gregori⁹ nia . De his multa pulchra cõscribit Bonauentura .
de quibus,cum sententialiter sint inducta,ptranseo.
Durãdus. ¶ Durandus quoque : Aliquid , inquit , haberet
causalitatem super actum, seu motum alterius, intel
ligi potest dupliciter , puta causando , aut impedi-
endo . Causando,intelligi potest tripliciter .Primò,
quoniam dat naturam,ad quam sequitur actus, seu
motus , quemadmodum grauia , & leuia dicuntur
moueri à generante . Secundò , in naturam subie-
ctam imprimendo , ut qui lapidem proijcit sursum,
& horum utrunq; est causa per se. Tertiò aliquid est
causa grauium per accidens, ut qui remouet prohi
bens motum illorum. Impediendo etiam aliquid est
causa alterius dupliciter . Primò directè, sicut con
trarium prędominans , ut aqua frigida impedit
ignem à calefactione. Secundò indirectè , subtra-
hendo obiectum,ut qui retrahit lignum ex igne.Cũ
que cælum non sit causa rationalis naturæ, constat,
ꝙ non habeat causalitatem super actus intellectus ,
aut voluntatis primo modo, neque secundo modo:
quoniam bonum,& malum,quod inest nobis ab ex
trinseco, non habet rationem meriti siue demeriti ,
sed potius poenę,aut pręmij . Vnde secundum Au- August.
gustinum primo de libero arbitrio, est malum , qđ
patimur , & est malum, quod facimus . Primum est
malum poenæ, secundum est malum culpæ,
¶ Amplius , corpus cæleste non potest directè
impedire actum liberi arbitrij , quoniam nihil pen
se impedit actum alterius,nisi ponẽdo actum suum
circa idem subiectum cum actu alterius:quia con-
traria compatiuntur se in diuersis , atq; impediunt
se tantum respectu eiusdem . Cælum autem nullam
potest habere impresionem in liberum arbitrium,
sicut ostensum est. ergo non potest directè impedi-
re, aut prohibere actum ipsius: potest tamen hoc in
directè , agendo in partem sensitiuam , sicut præ-
habitum est . Hæc Durandus .

PRræterea ut inducta de effectibus planetarum ,
ac siderum pleniùs intelligantur, aliqua sunt ad Petrus de Aliaco.
denda . Nempe de ista materia diffusè diseruit reue-
rendus pater, dñs Petrus de Aliaco ,doctore præcla
rus, Cardinalis, & Camaracensis episcopus, in tra-
ctatu suo de lege , & sectis contra superstitiosos a- Gul Par.
stronomos,in quo ait capitulo primo: Sicut narrat
Gallorum doctor eximius Gulielmus Parrisiensis
libro suo de fide, & legibus, quidam sapientium se- Nota errorẽ dediuersarũ legũ origine
culi huius, diuersitates legum attribuunt cœlis, &
stellis, sicut, & alias hoĩnum diuersitates , & condi-
tiones, dicentes, ꝙ lex Hebreorum ortum habuit à
Saturno,& eius cælo, unde, & diem Saturni, qui est
dies sabbati, celebrem habent, in qua etiam die prę
sertim vacant legi suæ legendæ, atq; discendæ. Ob
multiplicia quoque infortunita Saturni , videlicet
retrogradationes, cõbustiones, aliasq; occasiones ,
lex illa,& regimen eius, ac populus varijs cladibus ,
tribulationibus, multiplicibusq; infortunijs semper
exposita fuit,& est. Quoniam ẽt Saturnus(ut aiunt)
dux est prophetiæ, ac reuelationum, idcirco hæc in
lege illa plurimum abundabant.. Sunt , & alia pro-
pria Saturni, ut dicũt, uidelicet auaritia, pertinacia,
duritia, quibus uitijs gens illa semper noscitur labo
rasse. Porro legem Saracenorum attribuunt Vene-
ri, cuius die, & hora extitit promulgata propter , ꝙ
diem Veneris habent solennem, & venereis immo-
derantissimè sunt intenti. De lege uerò Christiano-
rum, quæ sola est lex veritatis, honestatis, ac sanctita
tis, affantur, quòd sit lex solis, & quòd regimen eius
regnum sit solis. propterea diem solis , qui est dies
dominica, habent festiuum : & supremus præsidens
in hac lege, scilicet Papa, sedem habet in ciuitate so
lis, videlicet Roma, quæ figuram habet leonis, qui in
cælo domicilium solis est , ipsaque ciuitas fundata
est in leonis ascensu seu ortu. Atuerò quidam dixe-
runt legem Christianorum esse legem Mercurij, q̃a
Mercurius secundum astronomos respectum habet
ad deitatem , ad oracula prophetarum , & ad cre-
dulitatem , atque orationem , maximè dum ei
coniungitur Iupiter . Vnde , & lex Mercurialis prę
cœteris difficilior est ad recedendum , & hoc pro-
pter motus Mercurij multiplices , ad cognoscendũ
difficiles,& ob eius circuitus in epicyclo, & excen-
trico, & æquante, q̃ sunt difficiliores, ac mirabiliores
oĩbus motibus planetarum, ut patet ex dictis Ptole
mæi, & pleniùs Albategnij , ac Alfragani . ideo si-
gnat

gnat super legem, quæ difficiles habet articulos, oc
cultasque veritates, cuiusmodi est lex Christiana.
¶ Insuper dicunt , quòd Mercurius est significa-
tor scripturæ,& profunditatis sciẽtiæ in libris pro-
fundis, & facunditatis,& signat , quòd Christiana
lex tam authenticis scripturis, tamque profundis
scientijs, ac potestate eloquentiæ defendetur, ꝙ sta-
bit semper in robore suo, quousque lex ultima quę
erit lex lunæ, lex Antichristi, lex corruptionis, & in
stabilitatis, eam ad tempus perturbet. Dicunt itẽ, ꝙ
ista est lex prophetæ nasciturì, nũc nati de uirgine ,
Vaticinũ Chaldæorũ de partu Vginis ut dixerunt astrologi . Omnes quippè Chaldæi Ae-
gyptijque astrologi contestantur , quòd in prima
facie signi uirginis oritur in terra uirgo mũda, puel
la immaculata, corpore decora, vultu venusta, habi
tu modesta, crine prolixa , puerum fouens in gre-
mio in terra Hebræa. Sic etenim scribitur in maiori
introductorio Albumasar Mauri: His addunt, quòd
si Iupiter coniungitur lunæ, erit ex hoc lex lunę, quę
vltima erit, quemadmodum circulus lunæ est ulti
mus , & hæc erit lex corruptionis , & fœda , quæ
violabit omnes alias leges , & etiam legem Christia
uam ad tempus, Luna nãque (ut dicunt) signat ni-
gromantiam , & mendacium . idcirco lex lunæ erit
magna, & mendosa , verum non diu durabit , quo
niam luna mutatur uelociter figuratione , & luce
sua . Statuetur autem (ut dicunt ab aliquo magno
potente, ac impio, qui alijs præualebit . Aestimant-
que astronomi tam ueteres, quàm moderni, quòd
hæc erit lex Antichristi , qui ultimo ueniens , le-
gem corruptionis inducet, infatuabitque mun-
dum per magicam artem , & per sua mendacia.
¶ Præterea , quamuis quædam iam dicta uidean-
tur pro laude euangelicæ legis sonare , potius ta-
men sunt pro euersione eius, si perspicaciter consi-
Stellę legẽ dei non statuũt s; eidẽ obtẽperant. derentur . Nam ut libro de fide, & legibus ait Gu-
lielmus : Vera fides docet stellas , & planetas diui-
no culti subditas esse, ac legi diuinæ , non econ-
uerso . Obedierunt enim sol , & luna ipsi Iosuæ
cultori dei , stando immobiles in cælo spatio unius
diei , & non nisi propter cultum dei, ac ministeri-
um legis diuinæ . Ergo cultus dei , fides, & lex, su-
periores, & fortiores sunt sideribus, ac planetis , &
dei cultores faciunt illis potentiores . Idem pater
ex retrocessione solis ad instantiam Iezechiæ , &
inuocationem Isaiæ .
¶ Insuper cæli & stellæ , seu planetæ , aut scien-
ter , ac uoluutariè hæc operantur , aut naturaliter.
Si primo modo, grauissimè peccant in Deum, indu
cendo sectas perditionis, & peccata prætacta. Rur-
sus, malitia ista, aut est eis innata , aut acquisita . Si
innata, naturaliter mali sunt, & à creatione maliti-
am istam sortiti sunt . Si acquisita , ergo ab inge-
nita bonitate mutati sunt, & decepti, eorumque a-
nimæ peccauerunt . Si verò purè naturaliter agunt,
seruiliter operantur , & viliùs , quàm creaturæ, li-
bertate gaudentes , atque in creatorem redundat
prauitas eorum , cum opus naturæ sit opus primi
opificis .
¶ Amplius , si virtutes cælestium corporum
corporales consistunt , imprimere nequeunt in in-
tellectum , & voluntatem, sicut est demonstratum .
Si uerò sunt spirituales , sequitur, quòd scienter,&
voluntariè agunt præfatos effectus , cuius opposi-
tum patuit .
¶ Hæc & alia multa argumenta dominus Petrus
ex Gulielmo inducit, nihilominus fatetur, quòd pla
netæ dispositiuè , uon coactoriè , agere possunt ad
legum , & consuetudinum immutationem , at-
que ad quędam eorum , quæ Deus ęternaliter fi-
eri præordinauit , quod etiam consonat dictis ca-
tholicorum doctorum præallegatis . Hinc præfa-
tus Petrus affirmat : Omnes leges , sectæ , quan-
tum ad ea , quæ in eis purè naturalia sunt , seu
naturaliter fiunt , astronomicæ potestati , constel-
lationi , seu dispositioni cælesti subesse aliqualiter
possunt : quia secundum philosophum , orbis Philoso
iste inferior infra sphæram lunæ , contiguus est, &
subiectus lationibus superiorum , id est , cęlesti-
um corporum , ut tota eius uirtutus inde guber-
netur . Quòd verum est de his , quę naturalia
sunt , naturaliterque procedunt : non de his ,
quæ pure libere miraculoseve fiunt . Verbi gra-
tia , CHRISTVS à sua natiuitate optimæ fuit
naturalis complexionis . non est ergo fidei disso-
num , imò rationi est consonum , quòd sub bo-
na cæli constellatione fuerit natus , à qua comple-
xionis suæ bonitas naturaliter potuit dependere.
Sic , & de conceptione eius in utero virginis est di
cendum , quantum ad naturalem præparationem
materiæ , ac fomentum . Quemadmodum , & Cataractæ cęli signa sunt aquatica.
in generali diluuio per cataractas cæli , quæ tunc
apertæ fuisse leguntur, Gulielmus intelligit par-
tes cæli , qua generatiuæ sunt pluuiarum , & in un
dationis aquarum: qualia sunt signa aquatica , can-
cer, piscis , stellæ pleiades , & orion . Itaque fi-
gura , seu dispositio cæli est quasi liber naturalis,
inscriptus manibus dei , in quo tanquam lite-
ras , seu scripturas legibiles fecit luminaria cæli,
vt sint (sicut Moyses protestatur) in signa , &
tempora . Ibi ergo repræsentantur futura non quæ
cunque , sed naturaliter fieri possibilia . Hinc ex
huiusmodi signis non potuerunt prænosticare a-
stronomi de lege CHRISTI, aut de supernatura
libus veritatibus fidei .
¶ Si verò objiciatur , quòd de huiusmodi Obiectio.
multa prædixerunt infideles , ut Hermes Trisme-
gitus de verbo æterno , & Sibylla de CHRI- Lactant.
STo , vt docet Lactantius , & libro de ciuitate Augustin.
dei recitat Augustinus . Dilutio.
¶ Dico, ꝙ isti , seu alij eis consimiles astronomi
siue philosophi , non habuerunt hæc per astrono-
miam uel naturalem scientiam, sed forsitan ex scrip
turis, quas legerunt , aut per reuelationem prophe
ticam , quam nec à Saturno neque à cælo , ut fa-
bulantur astronomi, sed à solo Deo credimus pro-
uenire . Verum ad confirmationem propositi, ad-
huc unam facio rationem , quæ tanquam Achiles
est fortior . Nam signemus figuram cœli , seu con
stellationem , quæ secundum Albumasar, aliosve a-
stronomos signauit super lege CHRISTI futura:
tunc quæro ab eis , an similis constellatio aliquan-
do præcesserit, an non. Si dicant, ꝙ sic, ergo tunc si-
milis propheta ex uirgine natus, similis quoque lex
atque consimiles fidei veritates præcesserunt: quo-
niam similem causam similis sequitur effectus, sicut
& simile signum simile signatum. quod consequens
nullus concedit fidelium . Etenim fides tenet, quòd
hæc lex, sicut, & legislatoris nostri mater , sit incor
rupta, nec primam similem uisa est, nec habere se-
quentem .
¶ Porro si dicant , ꝙ nunquã similis constellatio Sedulius
p̃cessit, neq; futura sit, nec similis causa in cælo, aut
simile signum, vnde sequi ualeat talis euentus, seu si
milis p̃uenire effectus, sequitur, ꝙ ipsi, alijve aucto
res astronomiæ, non potuerunt habere experienti-
am astronomiæ prædecessorũ suorum, & per conse
quens, nec naturalem scientiam , ꝙ hujusmodi con

stellatio esset aliquo modo signum prænosticans, aut causa efficiens huius legis, aut sectę futurę: quia nec talem esse eam futuram ex huiusmodi constellatione naturali prægnoscere potuerunt. Insuper, si similis constellatio nunquam præcessit neque sequetur, consequens est, quod motus, seu reuolutiones cælestes improportionabiles, incommensurabilesque consistant, ita, quòd cęlum nunquam reuoluitur punctualiter, seu pręcisè ad eundem statum, cuius oppositum uidetur suppone re communis astronomorum opinio. Hæc Petrus prefatus. Dionysi.

¶ In cuius verbis videtur obscurum, quòd ait, quod ex quo CHRISTVS optimę fuit complexionis, sub bona constellatione sit natus, à qua complexionis suę bonitas potuit naturaliter dependere. similiter conceptio eius in virgine, quantum ad naturalem preparationem materię, ac fomentum. Contra quę breuiter obijci potest, quòd sacratissimũ corpus CHRISTI omnipotenti uirtute spiritusancti ex purissimis sanctissimę uirginis sanguinibus formatum, organizatum, complexionatum est in instanti, in quo mirabilissimo, prorsusque supernaturali opere nulla causa creata cooperata esse ctiuè censetur. & iuxta quod asserit Augustinus, In his, quę sunt super naturam, tota ratio operis est potentia facientis. Cõplexio Christi cõstellationi nõ fuit obnoxia Quæstio.

AMplius idem Petrus in eodem tractatu inquirit, an motus cęlestium corporum sint inuicem commensurabiles, proportionabiles. Ad cuius, quęsiti partem utranque multas rationes inducit, quas tamen fatetur solum probabiles esse, non demonstratiuas. Innuit quoque quęstionem illam de commensuratione, & proportionalitate cęlestium motuum, dupliciter posse intelligi. Primò, an eriam pariant sensibilem sonum, seu audibilem harmoniam. Secundò, an solum intelligibilem consonantiam generent. Quòd autem audibilem faciant sonum, sic arguit: Proportio irrationabilis, seu incommensurata, excludit è cęlis non solum arithmeticam, sed etiam subalternatam ei scientiam, utpote musicam. Proportio quippè sic irrationabilis, est ab omni consonantia aliena: magisque apta litibus horrendis inferni, quàm motibus, atque concentibus cęli, in quibus dulcissima musica (secundum philosophorum testimonia) ponitur resonare, & dei gloriam enarrare. Vnde Pythagoras summam ibi consonantiam se fatebatur audisse, per cuius dulcedinem opifex mundi nexum uniuersæ fabricę mundanę creditur moderari. Petrus de Aliaco. Pythago.

¶ Denique Tullius sexto de republica narrat somnium Scipionis, ubi dicitur, quòd implebat aures eius cantus dulcisonus, qui pulsu, & motu efficitur cęlestium orbium. Quòd exponens Macrobius, allegat Platonem, qui dum in libro suo de repub. loqueretur, ait sphęrarum motum numeris musicis exhiberi. Tullius. Macrobi.

¶ Insuper theologi gentilium, puta poetę, dixerunt esse mouem musas cęlestes, videlicet octo sphærarum musicos cantus, seu sonos, unamque consonantiam maximam ex illis omnibus resultantem.

¶ Rursus, ad hoc propositum allegat Hesiodum Macrobius super somnium Scipionis, multaque dicit de musica illa cælesti, concludens, quòd ideo omnis anima in hac uita musicis capitur sonis, quia in corpus descendens, secum defert memoriam musicæ, cuius in cælo conscia fuit Hesiodus

¶ Præterea Boethius contestatur, quòd non frustra à Platone sit dictum, mundi animam musica cõsonantia esse compactam: quod item dubitari non queat, quin animæ nostræ, ac corporis status eisdem quodammodo proportionibus uideat esse compositus, quibus modulationes harmoniacæ copulant. Boethius

¶ Adhuc, Boethius musicam posuit trinam, primã uocans mundanam, de qua dicit, quòd in his suscipienda est, quæ in calo, aut elementorum compaginẽ, aut rerum varietate uisuntur. Vnde subiungit: Non potest ab hac cælesti uertigine ratus modulationis ordo absistere.

¶ At uerò Hermes pater philosophorum: Non immeritò, inquit, in hominum cœtum musarum chorus à summa extat deitate demissus, nec terrenus mundus uideretur incultior, si modorum dulcedine caruisset: sed potius ministratis hominum cãtilenis, celebraretur laudibus, qui solus est omnia, aut pater est omnium: atq; cælestibus laudibus, nec in terra harmoniæ deffuisset suauitas. ¶ Hæc demũ rationalis proportio cælestem efficiens musicam, in eloquijs tangitur sacris, cum legitur: Quis enarrabit cælorum rationem? aut concentum cæli dormire, quis faciet? Hinc Casiodorus musicam recommendãs; Quid, inquit, prestãtius manchina cæli, quæ sonora dulcedine modulatur, & naturę continentiam ubique dispersam virtutis suę gratia comprehendit?. Hermes Iob 28. Casiodo.

¶ Veruntamen Plato rationalem cœli motum dixit fieri sine sono. Nec Aristoteli placet, quòd orbium motus faciant strepitum, aut sonum audibilem. Non ergo intellexerunt philosophi mundi musicam auribus fore sensibilem, sed animo intelligibilem. hocque (secundum Hermetem) à paucissimis, qui pura mente dotati, sortiti sunt cęli suspiciendi venerabilem curam. Hinc (secundum eundem) musicam noscere, non est nisi cunctraum rerum ordinem scire. Ordo quippè singularum rerum in unum collotus, concentum quendam dulcissimum verissimumque confecit. Vnde ꝙ hæc musica nõ sit perceptibilis auribus, Casiodorus asserit dicẽs: Harmonia cæli humano nequit explicari sermone, quam animo tantum ratio dedit, sed auribus natura non prodidit. Qualis verò in cælis sit musica, manifestiùs pandit, dicens, quòd lyram Mercurius dicitur inuenisse, quam esse inter stellas requirendam putauerunt astrologi, persuadentes cælestem existere musicam, quando lunæ formam conprehenderunt inter sidera collocatam; Hæc Petrus præfatus. Plato Aristotel. Casiodo.

¶ Veruntamen Pythagoras cum suis sequacibus, dixit cælos suo contactu in motu sensibilem facere melodiam dulcissimam: & qui uult tenere contrarium, poterit dicere, quòd in hoc fuit deceptus, præsertim, quòd dixit se illam sensibiliter audiuisse, quemadmodum etiam fuit deceptus, dicendo animas transcorporari: potissimè tanto in eo, quòd affirmauit se recordari, quòd ante diu fuit idem in alio corpore, & quod interfuit prælio Troiano, atq; in illo ipse extitit miles Euphorbius nomine, & se fuisse ibiden ab Achille occisum. Nota superstitiosam Pythagoræ opinionẽ de animarũ migrationẽ.

QVAESTIO II.

PRræterea quæritur *de operibus quintæ, & sexta dierum.* ¶ Quintò etenim die, pducti sunt pisces & aues ex aqua. ¶ Contra ꝙ arguitur primò sic: Aqua est elementũ non uiuum, ergo non potuit animalia uiua, pducere, cũ nihil agat ultra propriæ speciei, ac naturæ gradum, & dignitatem. ¶ Secundò omnia animalia mixta, constant ex quatuor elementis: ergo incõueniẽter dicunt aliqua facta ex aqua. Arguitur primò contra uerit̃tem.

Si

Si autem respondeatur, quòd dicũtur facta ex aqua tanquam ex elemento prædominante, obijcitur quoniam vnicuique mixto debetur, & conuenit locus secundum elementum in ipso prædominans, vt dicitur primò cæli: sed locus auium est uel aer uel terra. Nam volant in aere, & quiescunt in terra: ergo terra, aut aer est eis prædominans elementum.

¶ Tertiò, uita animalium consistit in calido naturali, & humido radicali, ergo, ignis prædominatur in eis. In oppositum. Tho. aqui.

¶ In oppositum est scripturæ auctoritas.

¶ Ad hæc Thomas respondet: Elementum prædominari in corpore, intelligi potest dupliciter. Primò secundum suum genus, seu quantum ad id, quod est proprium corpori in genere illo. Dum enim alicui corpori deputatur complexio aliqua, hoc non est secundum indiuisibilem gradum, sed secundum latitudinem quandam, ita, quòd est inuenire terminos aliquos, ultra quos non saluatur generis illius complexio: imo inter terminos illos est diuersitas multiplex, secundum quod acceditur ad unum vel alterum. Verbi gratia, Complexio debita corpori humano, est complexio temperatissima. attamen multi insunt gradus temperamenti, secundum quos quidam dicuntur melancholici, quidam cholerici, &c. propter propinquitatem ad terminos complexionis speciei humanæ, uel in calore, aut frigore, quem non transcendit humana complexio, Dico igitur, quòd loquendo de elemento prædominante in corpore animalis, quantum ad complexionem consequentem ipsum genus, oportet, quòd elementa inferiora, & grossiora secundum quantitatem excedant elementa subtiliora, quæ tamen excedunt uirtute in mixtis secundum calidum, & humidum, in quibus uita consistit, quæ sunt qualitates principales ignis, & aeris. Nempe cum corpora animalium debeant esse alijs temperatiora, quatenus a contrarijs magis remota, per æqualitatem complexionis assimilata naturæ corporis cælestis, sortiantur perfectionem similiorem uirtuti, quæ mouet cælos, oportet elementa inferiora, quæ sunt minus actiua, eo, quòd habeant plus de materia, & minus de forma secundum quantitatem excedere, ut uirtutis defectum suppleat quantitatis excessus. Veruntamen complexio, in qua saluatur animalis natura, multas habet diuersitates: atque secundum quod accedit ad unum extremum uel alterum, dicitur in eo dominari hoc, aut illud elementum, Ignis dominum secundum virtutem dominatur in corporeo sensitiuo, eo, quòd calor instrumentum sit animæ: non tamen potest esse, quod instrumentum sit animæ: non tamen potest esse, quòd ignis dominetur secundum quantitatem materiæ, quia ignis cum maximè sit actiuus, alia consumeret elementa. Itaque in corporibus animalium terra prædominatur simpliciter, quantum ad quantitatem: quoniam aqua continuat partes, ita ut non * comminutionem, sed mixtionem efficiat. * cõtionẽ

¶ Porro animalia præ cæteris habentia plus de aqua, dicuntur constare ex aqua, pensata eorum propria complexione per comparationem ad complexionem communi generi debitam. Et secundum hoc pisces dicuntur producti ex aqua, quo ad id, quod in aqua subtilius est. Auctoritas uero philosophi ex primo de cælo adducta, de loco intelligitur naturali, qui est terminus motus. & in quo naturaliter corpus, quiescit. sicque locus auium non est aer, quoniam non in aere, sed in terra quiescunt.

Aer uerò est locus earum quantum ad motum naturalem, cuius principium non est grauitas, & leuitas. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Ex quibus ad obiecta patet solutio, primò excepto, ad quod dicendum, quòd aqua, & terra dicuntur principia productiua materialiter, non efficienter.

¶ Præterea in prima parte Summæ quæstione septuagesima prima: Operi, inquit, distinctionis correspondet per ordinem opus ornatus. hinc sicut inter tres dies deputatos distinctioni, media, quæ est secunda, deputatur distinctioni medij corporis, scilicet aquæ: ita inter tres dies ornatui deputatos media, quæ est quinta, deputatur ornatui eiusdem elementi per productionem auium, piscium que ex aquæ. Sexta autem die, quæ est tertia dies ornatus, correspondens tertię diei distinctionis, decorata est terra per materialem productionem iumentorum ex ea Per iumenta autem, & pecora, intelliguntur bruta domestica: per bestias, animalia sæua, ut ursi, leones: per reptilia uerò designantur animalia non habentia pedes, quibus eleuentur à terra, uel habent breues, quod modicè eleuantur, sicut lacertæ, formicæ. Alia inter hęc se habent medio modo, quę per quadrupedia designantur. Vel quadrupedia præmisit quasi genus, & alia subiunxit, ut species. Sunt etiam quædam quadrupedia reptilia, ut lacertę. In descriptione quoque productionis plantarum, nulla mentio fit de vita: quia imperfectissimam uitam habent, sed de generatione duntaxat, quia secundum hanc tantum in ipsis est uita. Porro inter animalia, communiter perfectiora sunt terrestria auibus, & piscibus, propter maiorem distinctionem membrorum: ideo animalia terrestria uocat animam viuentem, sed pisces nominat reptile animæ uiuentis. Cumque inter animalia ista, perfectissimus gradus uitæ existat in homine, ideo uitam hominis non dicit Moyses produci à terra, aut aqua, sed à Deo. Quamuis etiam quædam animalia uidentur hominibus inutilia, quia eorum commoditates ignorant, non tamen superflua sunt, cum ordo rerum, & uniuersitatis integritas compleatur ex ipsis. multasque uires habent, & vtilitas, quæ latent nos. Quemadmodum ergo fatuus esset, quia artificis ingrediens officinam, ea instrumenta reputaret superflua, quorum caussam, vsum & utilitatem nesciret: ita stultissimi sunt, qui creaturas quasdam iudicant inaniter factas, aut à principio malas plasmatas, quia earum utilitates, res, & proprietates ignorant, prout super Genesim libro primò Augustinus contra Manichæos conscripsit. Hæc Thomas in Summa. arti. 2. August.

¶ Præterea Petrus circa hæc quærit tria. Primum est, an animæ brutorum sint productæ ex nihilo: secundum, an corpora ipsorum contestent ex quatuor elementis, tertium, quæ elementa in eorum prædominentur corporibus. Primum horum reseruo ad, quæstionem infra diligenter discutiendam, uidelicet an rationes seminales, seu inchoationes formarum in materia sint ponendæ. Alia duo condependent, ad quorum primum respondet: Anima sensitiua est forma, & motor corporis sui. forma, secundum essentiam suam: motor, secundum potentias. In quantum forma. cũ sit nobilis ualde forma, requirit materiã per multas formas dispositã, & contemperatam. Vnde pręexigit formam potentiæ vegetatiuæ, formam complexionis, formamq; mixtionis. Porro inquantum motor, Petrus.

stellatio esset aliquo modo signum prenosticans, aut causa efficiens huius legis, aut sectę futurę: quia nec talem esse eam futuram ex huiusmodi constellatione naturali prȩcognoscere potuerunt. Insuper, si similis constellatio nunquam præcessit neque sequetur, consequens est, quod motus, seu reuolutiones cælestes improportionabiles, incommensurabilesque consistant, ita, quòd cęlum nunquam reuoluitur punctualiter, seu precisè ad eundem statum, cuius oppositum uidetur suppone re communis astronomorum opinio. Hæc Petrus prefatus.

Dionysi.

¶ In cuius verbis videtur obscurum, quòd ait, quod ex quo CHRISTVS optimę fuit complexionis, sub bona constellatione sit natus, à qua complexionis suę bonitas potuit naturaliter dependere. similiter conceptio eius in virgine, quantum ad naturalem pręparationem materię, ac fomentum. Contra quę breuiter obijci potest, quòd sacratissimũ corpus CHRISTI omnipotenti uirtute spiritusancti ex purissimis sanctissimę uirginis sanguinibus formatum, organizatum, complexionatum est in instanti, in quo mirabilissimo, prorsusque supernaturali opere nulla causa creata cooperata esse ctiuè censetur. & iuxta quod asserit Augustinus, In his, quę sunt super naturam, tota ratio operis est potentia facientis.

Cõplexio Christi cõstellationi nõ fuit obnoxia

Quæstio.

Petrus de Aliaco.

AMplius idem Petrus in eodem tractatu inquirit, an motus cęlestium corporum sint inuicem commensurabiles, proportionabiles. Ad cuius quęsiti partem utranque multas rationes inducit, quas tamen fatetur solum probabiles esse, non demonstratiuas. Innuit quoque quęstionem illam de commensuratione, & proportionalitate cęlestium motuum, dupliciter posse intelligi. Primò, an etiam pariant sensibilem sonum, seu audibilem harmoniam. Secundò, an solum intelligibilem consonantiam generent. Quòd autem audibilem faciant sonum, sic arguit: Proportio irrationabilis, seu incommensurata, excludit è cęlis non solum arithmeticam, sed etiam subalternatam ei scientiam, utpote musicam. Proportio quippè sic irrationabilis, est ab omni consonantia aliena: magisque apta litibus horrendis inferni, quàm motibus, atque concentibus cęli, in quibus dulcissima musica (secundum philosophorum testimonia) ponitur resonare, & dei gloriam enarrare. Vnde Pythagoras summam ibi consonantiam se fatebatur audisse, per cuius dulcedinem opifex mundi nexum uniuersæ fabricę mundanę creditur moderari.

Pythago.

Tullius.

¶ Denique Tullius sexto de republica narrat somnium Scipionis, ubi dicitur, quòd implebat aures eius cantus dulcisonus, qui pulsu, & motu efficitur cęlestium orbium. Quòd exponens Macrobius, allegat Platonem, qui dum in libro suo de repub. loqueretur, ait sphęrarum motum numeris musicis exhiberi.

Macrobi.

¶ Insuper theologi gentilium, puta poetę, dixerunt esse mouem musas cęlestes, videlicet octo sphærarum musicos cantus, seu sonos, unamque consonantiam maximam ex illis omnibus resultantem.

Hesiodus

¶ Rursus, ad hoc propositum allegat Hesiodum Macrobius super somnium Scipionis, multaque dicit de musica illa cælesti, concludens, quòd ideo omnis anima in hac uita musicis capitur sonis, quia in corpus descendens, secum defert memoriam musicæ, cuius in cælo conscia fuit

Boethius

¶ Præterea Boethius contestatur, quòd non frustra à Platone sit dictum, mundi animam musica cõsonantia esse compactam: quod item dubitari non queat, quin animæ nostræ, ac corporis status eisdem quodammodo proportionibus uideaẽ esse compositus, quibus modulationes harmoniacæ copulanẽ.

¶ Adhuc, Boethius musicam posuit trinam, primã uocans mundanam, de qua dicit, quòd in his suscipienda est, quæ in calo, aut elementorum compagine, aut rerum varietate uisuntur. Vnde subiungit: Non potest ab hac cælesti uertigine ratus modulationis ordo absistere.

Hermes

¶ At uerò Hermes pater philosophorum: Non immeritò, inquit, in hominum cœtum musarum chorus à summa extat deitate demissus, nec terrenus mundus uideretur incultior, si modorum dulcedine caruisset: sed potius ministratis hominum cãtilenis, celebraretur laudibus, qui solus est omnia, aut pater est omnium: atq; cælestibus laudibus, nec in terra harmoniæ deffuisset suauitas. ¶ Hæc demũ rationalis proportio cælestem efficiens musicam, in eloquijs tangitur sacris, cum legitur: Quis enarrabit cælorum rationem? aut concentum cæli dormire, quis faciet? Hinc Cassiodorus musicam recommendãs; Quid, inquit, prȩstãtius manchina cæli, quæ sonora dulcedine modulatur, & naturę continentiam ubique dispersam virtutis suę gratia comprehendit?.

Iob 28. Casiodo.

Plato Aristotel.

¶ Veruntamen Plato rationalem cœli motum dixit fieri sine sono. Nec Aristoteli placet, quòd orbium motus faciant strepitum, aut sonum audibilem. Non ergo intellexerunt philosophi mundi musicam auribus fore sensibilem, sed animo intelligibilem. hocque (secundum Hermetem) à paucissimis, qui pura mente dotati, sortiti sunt cęli suspiciendi venerabilem curam. Hinc (secundum eundem) musicam noscere, non est nisi cunctraum rerum ordinem scire. Ordo quippè singularum rerum in unum collotus, concentum quendam dulcissimum verissimumque confecit. Vnde ꝙ hæc musica nõ sit perceptibilis auribus, Cassiodorus asserit dicẽs: Harmonia cæli humano nequit explicari sermone, quam animo tantum ratio dedit, sed auribus natura non prodidit. Qualis verò in cælis sit musica, manifestiùs pandit, dicens, quòd lyram Mercurius dicitur inuenisse, quam esse inter stellas requirendam putauerunt astrologi, persuadentes cælestem existere musicam, quando lunæ formam conpræhenderunt inter sidera collocatam; Hæc Petrus præfatus.

Casiodo.

¶ Veruntamen Pythagoras cum suis sequacibus, dixit cælos suo contactu in motu sensibilem facere melodiam dulcissimam: & qui uult tenere contrarium, poterit dicere, quòd in hoc fuit deceptus, præsertim, quòd dixit se illam sensibiliter audiuisse, quemadmodum etiam fuit deceptus, dicendo animas transcorporari: potissimè tanto in eo, quòd affirmauit se recordari, quòd ante diu fuit idem in alio corpore, & quod interfuit prælio Troiano, atq; in illo ipse extitit miles Euphorbius nomine, & se fuisse ibiden ab Achille occisum.

Nota superstitiosam Pythagoræ opinionẽ de animarũ migratione

QVAESTIO II.

PRræterea quæritur *de operibus quintæ, & sextæ dierum.* ¶ Quintò etenim die ꝑducti sunt pisces & aues ex aqua. ¶ Contra ꝙ arguitur primò sic: Aqua est elementũ non uiuum, ergo non potuit animalia uiua ꝑducere, cũ nihil agat ultra propriæ speciei, ac naturæ gradum, & dignitatem ¶ Secundò omnia animalia mixta, constant ex quatuor elementis: ergo incõueniẽter dicunẽ aliqua facta ex aqua.

Arguitur primò contra ueritatem.

Si

Si autem respondeatur, quòd dicũtur facta ex aqua tanquam ex elemento prædominante, obijcitur quoniam vnicuique mixto debetur, & conuenit locus secundum elementum in ipso prædominans, vt dicitur primò cæli: sed locus auium est uel aer uel terra. Nam volant in aere, & quiescunt in terra: ergo terra, aut aer est eis prædominans elementum.

¶ Tertiò, uita animalium consistit in calido naturali, & humido radicali, ergo ignis prædominatur in eis.

In oppositum.

¶ In oppositum est scripturæ auctoritas.

Tho. aqui.

¶ Ad hæc Thomas respondet: Elementum prædominari in corpore, intelligi potest dupliciter. Primò secundum suum genus, seu quantum ad id, quod est proprium corpori in genere illo. Dum enim alicui corpori deputatur complexio aliqua, hoc non est secundum indiuisibilem gradum, sed secundum latitudinem quandam, ita, quòd est inuenire terminos aliquos, ultra quos non saluatur generis illius complexio: imo inter terminos illos est diuersitas multiplex, secundum quod acceditur ad unum vel alterum. Verbi gratia, Complexio debita corpori humano, est complexio temperatissima. attamen multi insunt gradus temperamenti, secundum quos quidam dicuntur melancholici, quidam cholerici, &c. propter propinquitatem ad terminos complexionis speciei humanæ, uel in calore, aut frigore, quem non transcendit humana complexio, Dico igitur, quòd loquendo de elemento prædominante in corpore animalis, quantum ad complexionem consequentem ipsum genus, oportet, quòd elementa inferiora, & grossiora secundum quantitatem excedant elementa subtiliora, quæ tamen excedunt uirtute in mixtis secundum calidum, & humidum, in quibus uita consistit, quæ sunt qualitates principales ignis, & aeris. Nempe cum corpora animalium debeant esse alijs temperatiora, quatenus a contrarijs magis remota, per æqualitatem complexionis assimilata naturæ corporis cælestis, sortiantur perfectionem similiorem uirtuti, quæ mouet cælos, oportet elementa inferiora, quæ sunt minus actiua, eo, quòd habeant plus de materia, & minus de forma secundum quantitatem excedere, ut uirtutis defectum suppleat quantitatis excessus. Veruntamen complexio, in qua saluatur animalis natura, multas habet diuersitates: atque secundum quod accedit ad unum extremum uel alterum, dicitur in eo dominari hoc, aut illud elementum, Ignis demum secundum virtutem dominatur in corporeo sensitiuo, eo, quòd calor instrumentum sit animæ: non tamen potest esse, quod instrumentum sit animæ: non tamen potest esse, quòd ignis dominetur secundum quantitarem materiæ, quia ignis cum maximè sit actiuus, alia consumeret elementa. Itaque in corporibus animalium terra prædominatur simpliciter, quantum ad quantitatem: quoniam aqua continuat partes, ita ut non * comminutionem, sed mixtionem efficiat.

* cõtionẽ

¶ Porro animalia præ cæteris habentia plus de aqua, dicuntur constare ex aqua, pensata eorum propria complexione per comparationem ad complexionem communi generi debitam. Et secundum hoc pisces dicuntur producti ex aqua, quo ad id, quod in aqua subtilius est. Auctoritas uero philosophi ex primo de cælo adducta, de loco intelligitur naturali, qui est terminus motus. & in quo naturaliter corpus, quiescit. sicque locus auium non est aer, quoniam non in aere, sed in terra quiescunt. Aer uerò est locus earum quantum ad motum naturalem, cuius principium non est grauitas, & leuitas. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Ex quibus ad obiecta patet solutio, primò excepto, ad quod dicendum, quòd aqua, & terra dicuntur principia productiua materialiter, non efficienter.

arti. 1.

¶ Præterea in prima parte Summæ quæstione septuagesima prima: Operi, inquit, distinctionis corresponet per ordinem opus ornatus. hinc sicut inter tres dies deputatos distinctioni, media, quæ est secunda, deputatur distinctioni medij corporis, scilicet aquæ: ita inter tres dies ornatui deputatos media, quæ est quinta, deputatur ornatui eiusdem elementi per productionem auium, pisciumque ex aquæ. Sexta autem die, quæ est tertia dies ornatus, correspondens tertię diei distinctionis, decorata est terra per materialem productionem iumentorum ex ea Periumenta autem, & pecora, intelliguntur bruta domestica: per bestias, animalia sæua, ut ursi, leones: per reptilia uerò designantur animalia non habentia pedes, quibus eleuentur à terra, uel habent breues, quod modicè eleuantur, sicut lacertæ, formicæ. Alia inter hęc se habent medio modo, quę per quadrupedia designantur. Vel quadrupedia præmisit quasi genus, & alia subiunxit, ut species. Sunt etiam quædam quadrupedia reptilia, ut lacertę. In descriptione quoque productionis plantarum, nulla mentio fit de vita: quia imperfectissimam uitam habent, sed de generatione duntaxat, quia secundum hanc tantum in ipsis est uita. Porro inter animalia, communiter perfectiora sunt terrestria auibus, & piscibus, propter maiorem distinctionem membrorum: ideo animalia terrestria uocat animam viuentem, sed pisces nominat reptile animæ uiuentis. Cumque inter animalia ista, perfectissimus gradus uitæ existat in homine, ideo uitam hominis non dicit Moyses produci à terra, aut aqua, sed à Deo. Quamuis etiam quædam animalia uidentur hominibus inutilia, quia eorum commoditates ignorant, non tamen superflua sunt, cum ordo rerum, & uniuersitatis integritas compleatur ex ipsis. multasque uires habent, & vtilitas, quæ latent nos. Quemadmodum ergo fatuus esset, quia artificis ingrediens officinam, ea instrumenta reputaret superflua, quorum causam, vsum & utilitatem nesciret: ita stultissimi sunt, qui creaturas quasdam iudicant inaniter factas, aut à principio malas plasmatas, quia earum utilitates res, & proprietates ignorant, prout super Genesim libro primò Augustinus contra Manichæos conscripsit. Hæc Thomas in Summa.

August.

¶ Præterea Petrus circa hæc quærit tria. Primum est, an animæ brutorum sint productæ ex nihilo: secundum, an corpora ipsorum contestent ex quatuor elementis, tertium, quæ elementa in eorum prædominentur corporibus. Primum horum reseruo ad, quæstionem infra diligenter discutiendam, uidelicet an rationes seminales, seu inchoationes formarum in materia sint ponendæ. Alia duo condependent, ad quorum primum respondet: Anima sensitiua est forma, & motor corporis sui. forma, secundum essentiam suam: motor, secundum potentias. Inquantum forma. cũ sit nobilis ualde forma, requirit materiã per multas formas dispositã, & contemperatam. Vnde prȩexigit formam potentiæ vegetatiuæ, formam complexionis, formamq; mixtionis. Porro inquantum motor,

Petrus.

Corpus aïalis debet quatuor elementis contiare.

tor, cum per diuersas moueat vires, requirit organorum diuersitatem. Complexio verò contempera ta, & organorum diuersitas, non potest in vno solo consistere elemento, sed in proportione quatuor elementorum conueniẽter proportionata. Idcirco oportuit omne corpus animalis esse ex quatuor elementis conpositum. Terra quippè præexigitur, quia oportuit corpus solidum esse. Aqua autem cum sit multum subtilior terra, penetrat eam vsq; ad minima eius, & facit in ea continuationem, ac partium cohæsionẽ. Aer verò cum sit vtroque illo elemento subtilior, penetrat, ea vsque ad minima vtriusque, facitque utriusque extensionem, & rarefactionem. Sed & ignis tanquam subtilior illis, penetrat omnia illa vsque ad minima eorundem, & alterationem facit elementorum. sicque generatur ex ipsis corpus mixtum.

Obiectio

¶ Si autem obijciatur quoniam elementa natura liter sunt in locis diuersis, ergo, si ita miscentur, hoc erit per uiolentiam, non per naturam: Dicendum, quòd quamuis actu sint in locis diuersis, attamen in potentia simul sunt, ita, quòd vnumquodq; eorum est in potentia ad alia tria. Vel respondendum, quòd quamuis secundum se tota distincta sint locis, tamen secundum aliquas sui partes coniuncta sunt. Siquidem in terra sunt alia tria. nam terra, aqua, & aer alicubi se contingunt. ignis quoque generatur in terra mediantibus cælestibus radijs. Præterea duplex est quantitas elementorum, videlicet molis, atque virtutis. & iuxta hoc prædominatia duplex est, Itaque elementa passiua, scilicet terra, & aqua, prædominantur in animalibus quantitate molis, quæ elementa plus de materia habent: alia verò duo actiua, quæ plus de forma, seu specie habent, & de materia minus, vtpote ignis, & aer prædominantur secundum quantitatem uirtutis. Aliter namque obseruari non posset proportio debita, & æqualitas in corpore animalis: quoniam si passiua elementa vtroque modo prędominarentur, non essent corpora ipsa idonea ad suscipiendum operationes, motusque animæ, sicut nec corpora mineralia. Quòd si actiua utroque modo prædominarentur propter nimiam superabundantiam actiui agentis, & paucitatem passiui resistentis, alia duo elementa corrumperent. Hæc Petrus.

Dilutio.

Elementorũ duplex & quãtitas

Richardus

¶ Idem pro parte Richardus, & addit, quòd determinatus est gradus, vltra quem virtus elementorum actiuorum non potest excedere virtutem elementorum passiuorum, salua proportione necessaria in corporibus animalium ad operationes uitę, & sensus, & ad consistentiam corporis bonam. determinatus quoque est gradus, ultra quem non potest uirtus elementorum actiuorum excedere uirtutem elementorum passiuorum, ad hoc, quod corpus sit aptum uitam recipere animalem.

¶ Præterea aliqui dicunt, quod graue, & leue consequuntur raritatem, & densitatem, quæ sunt in composito ratione materiæ. cumque motus naturalis sit in generabilibus, corruptibilibusq; corporibus per naturam leuitatis, & grauitatis, affirmant, quod corpora mixta mouentur secundum exigentiam elementi prędominantis in eis secundum materiam. Sed contra hoc est, quòd non semper densius corpus est grauius, cum plumbum sit rarius ferro, & tamen est grauius eo. Iterum, quamuis corpora mixta moueantur ratione materiæ, attamen mouent se ratione formæ, ergo prędominatio elementi secundum materiam, non videtur ratio, quod mixtum huiusmodi secundum exigentiam elementi illius se moueat. Hinc apparet, quod auctoritas philosophi primo de cælo, dicentis, motus compositorum corporum sunt diuersi, veruntamen motio eorum est per motum corporis simplicis vincentis super ipsum, intelligenda sit de uictoria quantum ad prædominantiam quantitatis molis, inquantum mixtio in qua est talis prædominatio, disponit ad talem formam mixti completiuam: quæ determinantur ad mouendum mixtum ad illam partem, ad quam elementum ibi prædominans, quantum ad molem moueretur per suam formam. Hæc Richardus.

¶ Qui in ultimo isto dicto uidetur à Thoma, ac Petro recedere. Idem quoque Richardus, & Petrus allegant philosophum in libro de morte, & vita, dicentem: Vita consistit in calido difficulter infrigidabili, atque in humido difficulter desiccabili, ita, quòd uita radicatur in humido aereo, quantum ad prædominantiam, sicut in principio magis passiuo: & in calido aereo, ac igneo, tanquam in actualiori principio. vnde constat, quòd ad actiones uitæ animalis, plus confert uirtus ignis, & aeris, quàm terræ, & aquæ. Hæc Richardus.

Albertus

¶ Insuper Albertus: Quæritur, inquit, quomodo vno, utpote quinto die producantur ornamenta aquæ, & aeris, cum tamen sint duo elementa propter quod uidetur, quòd duobus diebus ornari debeat, quemadmodum cælum, & terra. Dicendum, quòd quamuis sint duo elementa, conueniunt tamen in hoc secundum Platonem, ꝙ sunt media inter sensibilis mundi extrema, quæ sunt cælum, & terra: idcirco distinctos ornatus habent cælum, & terra per dies duos. Ad eandem verò diem pertinet ornatus medij tam aquæ, quàm aeris. Aliter quippè, ut ait Plato, oporteret plures esse proportiones extremi ad extremum, quàm per media duo, quod esse non ualet. Hinc quia duobus medijs illis tanquam vno iunguntur illa extrema, ideo uno die ornata sunt.

Plato.

Aqua & aer cur uno sint die ornata

¶ Secundò quæritur, quomodo de uno materiali principio producta sunt ornamenta illa duorum elementorum, cum ornamentum cuiuslibet elementi uideatur debere pro principio materiali habere suum proprium elementum. Respondendum secundum Augustinum in libro contra Manichæos, quod ideo non est dictum, producant aquæ reptilia, & aer uolatilia, sed utrunque ex aquis productum narratur: quoniam quicquid est aquarum siue labiliter undosum, siue uaporabiliter tenuatum: totum tamen naturæ humidæ deputatur. Et intendit asserere, quod in libro de sensu, & sensato dicit philosophus, quod scilicet aer est elementum humidi quasi spiritualis, quod non est incorporabile in generatione animalium, & nutritione eorum. Aqua verò est elementum humidi corporalis incorporabilis in generatione, atque nutritione, & quod faciliter induit formam aeris per euaporationem, & exhalationem. Vnde iuxta terram aer mixtus est humido aqueo per quod aliquantulum inspissatus potest esse locus, in quo aues mouentur sustentando alas earum, & per spirationem attrahi potest ad spirandi refrigerium. In altiori autem est ita subtilis, quòd nec uapore humido ad rorandum, nec uapore sicco terreo ad uentandum miscetur: ideo habitatio animalium ibi esse non potest.

Auguſt.

¶ Tertiò quæritur, quæ sit differẽtia inter reptile, vola-

Reptile volatile & natatile differunt.

volatile, natatile. Respondetur, quòd reptile dicitur, quod in uno motu processiuo toto se corpore rapit, nec nititur specialibus membris ad motum illum, sicut sunt, ala, pes, pinnula. Pedibus quippe nituntur gressibilia, alis uolatilia phinnulis tãquã remis natatilia. Porro reptilia sunt, q̃ vel motu, & uirtute costarũ se rapiunt, ut serpẽtes: uel motu annulorũ vt annulosa, & uermes: uel cõtractione corporis ĩ mediũ anulũ, q̃ loco est cordis, & emissione corporis eiusdem de illo, & tractu oris. Emittunt etenim illa antetiorem corporis partem, & tunc figunt os, totumque corpus tunc trahunt ad os, ut faciunt lumbrici terræ.

Philoſo.

¶ Amplius, sunt animalia quædam, quæ generant in terra, & nutriuntur in aqua, ut septimo de animalibus ait Philosophus de delphino. qui & partus suos usque duodecimum diem sæpe ducit à littore maris ad mare, ut assuescant ad illud. Talia ergo animalia ad ornatum illius pertinent elementi, in quo plus mouentur proprio motu. Ardea nempe, & anser cum auibus ad aerem deputantur. Motus namque eorum volatus est, fitque in aere. Delphinus autem, & crocodilus, ac consimilia, spectant ad aquam, quoniam motus eorum natatio est. Vrsus verò marinus, & canis, castor, & luter, quamuis interdum venentur in aqua quia pędibus nituntur, & gradiuntur, ac ambulant, ad ornatum pertinent terræ.

Albumaſ.

¶ Quartò quæritur, quare dicat scriptura, producat terra, cum uirtus productiua non sit in terra, sed in cęlo secundum astronomos, intantum ut Albumasar in introductorio dicat, quòd uirgo, seu virginis signum, in cuius prima facie oritur constellatio quædam ad similitudinem uirginis puerum in gremio habentis, tantæ uirtutis, est ut fœcunditatem quibusdam uirginibus afferat sine commixtione virili. Datque exemplum, quòd tamen omnino hæreticum est, quòd beata virgo ita concepit dominum Iesum, quem gens Christianorum adorat.

Damaſce.

¶ In super Damascenus dicit libro secundo, ꝙ cuiuslibet speciei animalis perfecti, primæ duæ hypostases masculus, & fœmina, primò à Deo immediate creatæ sunt, in quibus propter distinctos sexus sementina est uis propagandi: ergo debuit dici, ego producam in terra. Et respondendum, quòd dum dicitur Deum dixisse. producat terra, &c. non designatur nisi, quod terra sit materiale principium rerum huiusmodi. Quod verò dixit Albumasar, error est presumptus, & vituperandi sunt, qui hoc quasi pro testimonio introducunt, quod philosophi nobis de partu virginis attestantur. In conceptu etenim saluatoris operatus nemo est nisi spiritussanctus. Auctoritas quoque Damasceni est uera, sed prætactæ expositioni non obuiat. Hæc Albertus.

¶ Qui, & in fine libri de quatuor coæquæuis, scripsit de his, q̃ in præinductis uirtualiter continentur.

Bonauen.

¶ Præterea Bonauentura circa hæc scribit diffusè, cuius scripta pro maxima parte sententialiter extant præhabita: Corpora, inquiens, animalium habent sine dubio in se naturam quatuor elementorum. Primò ut idonea sint ad sensum. Secundò, ut idonea sint ad motum. Tertiò, ut aptà sint ad multiplicem operationem. Quartò, ut habeant in se cõplexionis dignitatem. Perfecta uerò mixtio non est, nisi quousque concurrant quatuor elementa. Aqua quippè cum sit subtilior terra in deculpa proportione, penetrat partes terræ: sed non perfectè, quia aliquam habet grossitiem. aer autem, qui est subtilior terra in censupla proportione, adhuc intimiùs se profundat, sed ignis, qui est rarior, atque subtilior in millesima proportione subtilitate sua penetrat vsque ad intima, sicque fit vsque ad intima alteratio plena, mixtioque perfecta, quoniam miscibilia perfectè sunt alterata. Denique non est putandum, quòd Deus in exordio mundi corpora animalium componendo, fecit elementa ex diuersis sphæris cõcurrere. Hoc namque non oportebat, quoniam terra, & qua non sunt pura elementa: in uno quoque sunt cætera in potentia, & ex eo fieri queunt alia, si assit uirtus alterans, & actiua sine mutatione locali, & violentatione. Hinc dum fit commixtio elementorum, natura non facit ignem aeremve descendere, sed ignem, aut aerem, qui in terra est, uel per actionem alicuius generatur agentis, facit conuenire ad animalis constitutionem, quod fit per naturam, non per violentiam. Cum enim natura secundum Philosophum semper desideret, quod melius est, materia, quæ sub forma est elementari, appetit esse sub forma mixti: & quæ est sub forma mixtionis, cupit esse sub forma complexionis. ideo cum ex diuersis elementis fit mixtio appetius naturę, complectur violentia, non infertur. Hæc Bonauentura.

Auerois.

¶ Veruntamen Auerrois, & alij quidam, dicunt in productione mixtorum elementa superiora, simpliciora, ac magis actiua descendere, talemque motum aiunt esse naturalem per respectum ad naturam vniuersalem, non quo ad naturam particularem.

Bonauent.

¶ Insuper scribit Bonauentura: Corpus mixtum idoneum non esse ad sensum, nisi prędominaretur in eo terra, cum tactus sit sensuum primus, in quo terram prædominari oportet quantum ad molem. Similiter ad hoc, quòd idoneum sit ad sensum, oportet in eo prædominari ignem, quo ad suam uirtutem, puta calorem. Calor enim, & spiritus, sunt instrumenta sensitiuæ uirtutis. Propter quod super Genesim libro tertio loquitur Augustinus: Tactus terreno elemento plus congruit. Siquidem per totum corpus animãtis, quod maximè est ex terra, tacta sentiuntur. Anima enim, cui sentiendi uis, est eum corporea non sit, per corpus subtilius uigorem agitat sentiendi. Inchoat quippè motum in omnibus sensibus per ignis subtilitatem. Vnde constat, quòd ad hoc, quòd corpus sit aptum ad sentiendum, necesse sit elementorum actiuorum, & passiuorum esse prædominium mutuum. Quemadmodum enim artifex aliquis miscendo terram cum aqua efficit lutum, & ex illo cõstituit statuam: ita dum aqueus liquor terrę miscetur, fit humor, qui dum per naturam coagulatur, fit corpus organicum. Dupliciter quoque potest intelligi ista commixtio, quia, aut ita, quòd aquæ præexistenti fluxibili commisceatur terra, aut econtra. Rursus, quædam dicuntur facta ex aqua, non quòd plus habeant de aqua quantum ad substantiam, quàm de terra, cum omne corpus animãtis ad sui constitutionem, atque substantiam recipiat plus de terra, eo, quòd ipsa alijs soliditatem, stabilitatemque præbeat, sed ideo aliqua dicuntur facta ex aqua, quia in eis potius, quàm in alijs natura aquea dominat. Quòd dico, non quantum ad prædñium qualitatis actiuæ siue passiuæ, sed q̃tum ad aliquam conformitatẽ naturæ, per quã illa, q̃ ex aquis, ꝓducta sunt, magis delectant esse in aqua. Cũq; humor aqueus duplex sit, vnus in ratione humoris fluctantis, alter in

Augustin.

in ratione vaporis exhalantis; ideo aqua ſecundum rationem humoris eſt principium natatilium, & ſecundum rationem vaporis principium volatilium. Hæc Bonauentura.

Dionyſ.

¶ In cuius verbis, videtur obſcurum, quod ait quædam ex aquis producta deſcribit propter conformitatẽ naturę, qua magis delectantur eſſe in aquis. Quod quamuis de piſcibus pro maxima parte eorum verum ſit, de auibus tamen pro maxima parte inſtantiam patitur, cum plurimæ aues potiſſimè delectentur uolare in aere, aut in terra quieſcere, ac nutriri.

Alexãder.

Aquę nomine etiã aer exprimitur Auguſtin.

¶ At uero Alexãder circa hæc loquitur copioſè, & inter cætera ſciſcitatur: Cum aqua, & aer habeant ſuum ornatum, cur non etiam ignis? Rurſus, cũ duæ ſint aeris regiones, cur ſuperior non habet ornatum ſicut inferior? Dicendum, quòd nomine aquæ intelligitur aer, qui in ſua extremitate humiditatem habet aquoſam, vnde aliquando rorat. Hinc Auguſtinus libro contra Manichæos diſſeruit: Sciãt omnes, quos hæc mouent, hunc aerem nebuloſum, humidum, in quo aues uolant, à doctiſſimis hominibus, qui hæc diligenter inquirunt, deputari ſolere cum aquis. Concreſcit enim, & pinguis efficitur exhalationibus, & quaſi vaporibus maris, & terræ, ac de ipſo humore pingueſcit quodammodo, ut ipſos auium poſſit portare volatus. Idcirco per noctes ſerenas etiam rorat, cuius roris guttæ mane in herbis inueniuntur. Nempe mons Macedoniæ, qui Olympus vocatur, tantæ altitudinis eſſe ferẽ, ut in eius cacumine, nec uẽtus ſentiatur, nec nubes ſe colligant, quia excedit altitudine ſua totum hunc aerẽ humidum, in quo volitant aues. Idcirco, nec aues ibi volare dicuntur. Quòd ab eis fertur expertum, qui per ſingulos annos ſolebant, neſcio quorum ſacrificiorum cauſa memorati montis cacumen aſcendere, notaſque aliquas in puluere ſcribere literas, quas integras anno alio inuenerunt, qđ fieri non valeret, ſi ventum, aut pluuiam locus ille pateretur. Denique aer, qui ibi erat, eos non inſpirabat, qui erant ibidem, nec poterant ibi durare niſi ſpongias humectas naribus applicarent, vnde craſſiorem, & ſpiſſiorem ſpiritum ducerent. Hi quoq; indicauerunt ſe nullam auẽ aliqñ ibi vidiſſe.

Olympi montis nota altitudinem.

Auiũ origo ac piſcium cur magis aq̃ tribuatur quam aeri

¶ Præterea, ſi quæratur cur communis illa auium, piſciumq; origo, magis nomine aquæ, quàm aeris exprimatur: dicendum, quòd aqua magis eſt ordinata ad animantium generationem, quàm aer, quamuis in aere multæ fiant impreſſiones propter aſcenſum aquarum.

¶ Ad aliud reſpondendum, quòd quamuis ignis pertinet ad mediam naturam inter cęlum, & terrã: non tamen ſortitur ornatum ſecundum aliquam ſui partem, nec ſuperiorem, nec inferiorem: quia ob nimiam eius ſubtilitatem non poſſent ibi habitare, viuere, aut nutriri animalia aliqua: multo utique minus id poſſent, quàm in ſuperiore aeris parte, aut Olympi. Rurſus, natura ignis eſt deſtruere corpus deſtructibile alienum, idcirco non poſſent ibi durare corpora aliena. Reſtat ergo, quòd ipſa lux in vtroque cælo eſt ornatus corporis ſuis ſufficiens, ut ſicut cælum aqueum, ſeu cryſtallinum nullum habet ornatum corporeum præter ſuam perſpicuitatem luminoſam, nec cælum empyreum præter ſuam lucem, ita, nec corpora iſta in ſuo genere alium habent ornatum, quàm lucẽ. Hæc Alexander.

¶ Cui obijci poſſet, quòd ſecundum Auicennam ignis elementaris in propria ſphæra non lucet, nec cælum: aliquin nunquam hic fieret nox. Ad quod forſan, quis dicet, quod non lucent ad extra, ſicut, nec empyreum cælum, ut fertur.

QVAESTIO .II.

Arguitur primò cõtra ueritatem.

IN ſuper quæritur, *Vtrum trium elementorum ornatus ſufficienter, ac ordinate deſcribitur*. ¶ Videtur, quòd non, quia homo eſt digniſſimum animalium ſaltem mixtorum, ergo ante animalia alia debuit fieri. 2. Secundò, ornatus correſpondere debet rei ornatæ. ſed inter elementa ornata præminet aer, ergo homo debuit dici ornatus, ſeu ornamentum. aeris, & non terræ. 3. Tetiò irrationalia animalia magis conueniunt inuicem, quàm rationale, & irrationalia: ergo animalia irrationalia gradientia ſuper terram, & natantia in aquis, & volantia in aere, potius debuerunt ſimul formari, quam homo, & cætera bruta terræ.

4. ¶ Quarto, nullus videtur ordo ſeruatus inter productionem ornatuum trium elemẽtorum: quia nec ordo dignitatis, nec ſucceſſionis, aut generationis.

Antiſiod.

Auguſtin.

¶ Circa hæc Antiſiodorenſis in Summa, ſua lib. ſcribit ſecundò: Homo, & animalia terræ ex eodẽ elemento, puta ex terra ſunt facta, atque ad terræ ornatum producta ſunt. Hanc autem conuenientiam non eſt inuenire in animalibus ſolum greſſibilibus, & natatilibus, ac volatilibus. Vel ſi placet recurrere ad generalem illam Auguſtini ſolutionem, ꝙ tantũ in ſenario. i. numero ſex dierum fecit Deus opera ſua, volens operum ſuorum perfectionem oſtendere: ideo hominem, & animantia terræ vno conſtituit die, nolens ſenarium dierum numerum excedere. Ideo quoque hoc agit, quatenus homo cernens ſe factum eodem tempore, & ex eodem elemento cũ beſtijs terræ, fragilitatem ſuæ conditionis penſaret, & ſe magis humiliaret. Si uerò, quis dubitet cur in operibus quintæ diei benedictio eſt adiuncta, non in operibus cęterorum dierum, dic, ꝙ benedictio diei facta vno die, intelligenda eſt facta cæteris diebus.

¶ Quæritur demum, cur de animalibus dicitur. quòd facta ſunt ſecundum genus ſuum, nec de uno, dictum eſt. Reſpondendum, quòd genus dicit ibi multitudinem, atque collectionem indiuiduorum ſub ſpecie, uel ſpecerum ſub genere, aut generũ ſub ſpecie, & ponit uim generatiuam, ſecundum quod ipſa eſt ſubuentiua ſpecie, ne pereat, per propagationem indiuiduorum ſuorum: ſic uerò non eſt factus homo ſecundum genus, cum vnus ſolus primò plaſmatus ſit, qui etſi in primo ſtatu manſiſſet, corruptioni ſubditus non fuiſſet.

¶ Quæritur etiam de ordine ſex dierum, utrum ſit artificaliter attendendus ſecundum operum dignitatem, an naturaliter ſecundum rerum eſſentias, ac naturas. Quidam arbitrantur ordinem operibus aſſignandum, uel ſecũdum rationem principij ſiue cauſæ, uel ſecundum rationem loci, aut fundamenti. Cælum namque emphyreum locus eſt angelorum. Terra vero, cauſa, & principium, ac locus, & fundamentum eſt his, quæ ſunt facta ex ea. Alij ordinant ſecundum maiorum, & minorum participationem ipſius eſſe, ita, quòd terra in principio facta eſt, in qua omnia erant confuſa commixtaque elementa, ita, quòd ſeruari poſſent ab inuicem.

Ignis cur nõ ẽ a deo ornatus

Salamandra qualiter uiuat in igne.

¶ Poſtremo quæritur, cur elementũ ignis non eſt ornatum. Si dicatur, ꝙ nihil in eo viuere poſſet, falſum eſt hoc; quoniam ſalamandra uiuit in igne, & ex igne. Ideo dic, quòd cauſa huius eſt, quia ſi eſſent ibi animalia aliqua, in nullo ſeruirent hominibus, nec etiam ibi poſſent gigni, & educari, nec ſalamandra ex igne illo elementari tam puro, & ſimplici gignitur, & nutritur. Quod autem quatuor animalia, ſcilicet talpa, gramaleón, illec, ſalamandra, conſtare dicuntur ex igne, intelligendum eſt ſecundum ſuperabundantiam, atque dominum. Hæc Antiſiodorenſis.

Alexand.

¶ Idem Alexander, qui & alias plures hic mouet quæſtiones ex Auguſtino ſuper Geneſim, videlicet de productione minutiſſimarum beſtiarum, & nociuarum, de quibus pertranſeo: quoniam ſatis communia ſunt, & competenter præhabita. Nempe in vniuerſis, & ſingulis multiplex valde, & magna inuenitur vtilitas, & quædam condita ſunt ad terrorem, quædam ad exercitationem, quædam ad informationem, quędam ad ſolatium, quædam ad vſum. Salubriter enim docemur timere infernalia illa tormenta, ferocitateſq; dęmonum, ſi quarundã beſtiarum horribilitatem, & crudelitatem ritè pẽſemus, & ex viſibilibus ad inuiſibilia informamur.

Bonauen.

Homo cur poſtremo ſit productus.

¶ Præterea Bonauentura: In productione, inquit, ſenſibilium duplex attenditur ordo. Vnus ſecundũ diſtinctionem diei à die. Alius, ſecundum ordinem eorum, quæ eodem die producta ſunt. Primus ordo attenditur ſecundum exigentiam finis, atq; materiæ. Et quia volatilia, atque natatilia ex aqua producta ſunt, prout aqua communis eſt ad humorẽ, atque vaporem, ſuntq; ad ornatum naturæ perſpicuæ, ideo ſcriptura aſſerit ea facta vno die. Cumq; greſſibilia non ſolum rationalia, ſed & irrationalia ad ornamentum pertineant terræ, & ex eadem materia, vtpotè terra, ſint facta: ideo alio die à prædicto formata ſunt, ita quod ſicut vno die ornata eſt natura cæleſtis, videlicet die quarta, ſic vna die, ſcilicet quinta, ornata ſit natura elementaris perſpicua: & alia, vtpotè ſexta die terra. Secundus ordo attenditur penes excellentiam perfectionis naturę. Priùs enim producitur imperfectum, deinde perfectum: quia hic ordo eſt, vt à minus completo perueniatur ad magis cõpletum. Hinc ſcriptura priùs dicit eſſe producta natatilia, quæ ſunt minus perfecta, quàm volatilia. Similiter ſextò die priùs producta ſunt irrationalia, quàm homo. Triplex quoq; ponitur ratio, cur poſttemo productus ſit homo. Prima eſt, propter multitudinem partium eius. Nã corpus hominis inter corpora mixta eſt completiſſimum. idcirco, & compoſitum ex membris, neruis, venis, viribus, qualitatibus, proportionibuſq; diuerſis. & quãto compoſitius eſt, tanto poſterius, idcirco poſt cætera eſt productum. Secundò, propter animæ, corporiſq; diſtantiam: cum enim diſtet anima à corpore, non ſolum ſicut forma à materia, ſed etiam ſicut ſpirituale à corporali, & ſicut perpetuum à corruptibili: ideo magna diſtantia debuit interuenire inter productionem hominis, quantum ad materiale principium, & coniunctionem partium eius: quatenus per diſtantiam temporis, intelligeretur diſtantia principiorũ conſtituentium ipſum. Tertiò, propter totius compoſiti perfectionem: nempe cum homo ſua dignitate, & complemento finis ſit corporalium omnium, ideo fuit poſt omnia producendus. Nam finis eſt vltimum in executione: & finit, complet, ac perficit media. Hęc Bonauentura.

¶ Qui etiam quæritur hic, vtrum omnia ſenſibilia facta ſunt propter hominem. Ad quod circa principium huius ſecundi reſponſum eſt.

Animalis duplex eſt motus.

At verò Thomas: Animalia ait, non dicuntur ornamenta elementorum, niſi ſecundum quod comparantur ad elementa, vt locatum ad locum: comparatio autem corporis ad locum ſuum, eſt ſecundum motum, & quietem ſuam in loco, motus verò animalis eſt dupelx. Vnus conſequens naturam corporis eius, ſecundum virtutem elementi prædominantis in ipſo, alius ſequitur apprehenſionem, & appetitum, qui eſt motus proprius animalis, inquantum eſt animal: ideo animal ad illius pertinet elementi ornatum, in quo motum obtinet animalem, non ad quod mouetur motu conſequente naturam corporis ſui: quoniam nõ conſequitur animal inquantum eſt animal, ſed prout ex grauibus, leuibuſq; componitur. Quamuis igitur aues volando mouent corpora ſua contra eorum naturam, propter quod motus ille eſt cum labore, & pœna, vt ſecundo cœli habetur: attamen ad aeris ſpectant ornatum, ſed naturaliter quieſcunt in terra quiete, qua eorum labori ſuccurritur. Hæc Thomas in Scripto.

¶ In his doctores concordaat.

Gulielm.

Ignis cur ornatu careat & habitatorib⁹

¶ Gulielmus quoq; ſecunda parte libri de vniuerſo: Multi, inquiens, admirantur, quod latiſſima illa regio ignis elementaris habitatoribus, atq; ornatibus caret, cum elementa inferiora, imò & terra ſex elementorum, illis abundet. Deinde tangit tres rationes iſtius. Prima eſt, quia habitatio debetur, & conuenit animali ratione elementi in ipſo prædominantis, quantum ad molem materiæ, ſicut præhabitum eſt. ſic autem in nullo elemento eſt ignis prædominans. Secunda eſt, quod animalia quęrunt eſſe in loco, quo poſſint nutriri, & cõſeruari, ignis verò purè elementaris, nec nutritiuus eſt, neque animantium conſeruatiuus. Tertiò, quòd animalia appetunt locum, in quo ſuas operationes valeant exercere, quas in igne exercere non queunt. Aſſerit itẽ hic doctor, quòd nec ſalamandra, nec aliud animal ex ſolo, puroq; igne poteſt conſtare, aut enutriri.

QVAESTIO IIII.

Arguitur primò cõtra ueritatem.

QVæritur conſequenter, *An creator ſeptimo die ſua opera conſummauit, & ab eiſdem producendis quieuit, ipſumq; diem ſeptimum ſanctificauit, quia in ipſo quieuit.* ¶ In hac quæſtione tria tanguntur. Primum eſt, an Deus die ſeptimò ſua opera conſummauit. Secundum, an ex tunc ab operatione ad extra ceſſauit. Et duo hæc condependent. Tertium eſt, de ſeptimæ diei ſanctificatione. ¶ Quo ad duo prima, arguitur, quòd non. Primò, quoniam alia habet tranſlatio, quòd die ſexto compleuit, vel conſummauit opera ſua. 2 Secundo, quoniam Chriſtus ait; Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. (Iohan. 7.) 3 Tertiò, quoniam Deus indeſinenter conſeruat, gubernat, & adminiſtrat creata: imò quicquid agunt cauſæ creatę ſecundæ, principaliùs agit cauſa prima, & increata, iuxta illud in libro de Cauſis: Cauſa prima plus influit, quàm quæcunque cauſa ſecunda. 4 Quartò, Deus operando non mouetur, ergo ceſſando ab opere non quieſcit. Oppoſita quippe habent fieri circa idem. 5 Quintò, quòd non operatur per motum, habet actionem in ſuo effectu non tantum quandiu fit, ſed quandiu durat effectus in eſſe, vt Auicenna teſtatur, Deus autem non agit per motum, imò ſtabilis, atque immobilis perſeuerans, dat cuncta moueri, & ſolo imperio mundum creauit: ergo inceſſanter producit eſſe mundi, quemadmodum fons riuum ex fonte manantem.

Auicenna

Boethius.

nantem. Sextò, solus Deus iustificat, donaq; gratiæ impartitur, & munera gloriæ elargitur, & rationales animas innumerabiles creat quotidie, iuxta illud: Qui finxit singulatim corda eorum. Septimò, Philosophus decimo septimo de animalibus loquitur, quod quotidie apparent nouæ quædã animalium species in his, quæ ex putrefactione gignũtur, ergo nec à nouis rerum condendis speciebus Deus septima die quieuit. Vltra videtur, quòd septimam diem non sanctificauit. Primò, quoniam omni die vacandum est Deo, non septimò die tantum. Rursus, sanctificatio consistit in actu exercitioq; virtutum, non in ocio, & quiete: ergo diebus quibus operatus est Deus, potius conuenit sanctificatio, quàm diei quietis.

Psalm 72. 7 8 9

Albertus.

¶Ad hæc respondet Albertus: Senarius qui perfectus est numerus, est causa congruentię, non necessitatis, quòd in ipso fecit, & compleuit Deus opera sua. Dei enim perfecta sunt opera. Dicitur quoque Deus quieuisse, id est, cessasse à suis operibus, quæ patrauit. Quies namque vt quinto dicitur Physicorum, priuatio motus est, motus verò diuinus, qui est in Deo solummodo effectiuè, atque in creatura formaliter, opere peracto cessauit. Requieuit igitur Deus, opere consummato secũdum genera, & species: nihilominus vsque modo operatur, propagando successiuè ex illis generibus administrationem, & gubernationem totius mundi. Nec dicitur requieuisse quasi laboraueri in creando: sed quoniã quæ de Deo dicuntur, per effectum intelliguntur: hinc & requies illa per effectum accipitur, quia videlicet creaturam angelicam, & humanam fecit requiescere in seipso, tanquam in vltimo omnium fine. Porrò sanctificatio diei septimi, & benedictio eius, non fuerunt aliquid operis à quo Deus cessauit. Etenim cessauit ab opere creationis, & distinctionis, atque ornatus, quæ pertinebant ad mundi constitutionem, ex quibus est postea propagatio facta, ad mundi permanentiã, gubernationemq; pertinens. imò benedictio ad operis spectat consummationem, à qua nunquam feriandum est, aut cessandum. Hoc est, quod loquitur Augustinus super illud Genesis. Compleuitq; Deus die septimo opus suum, quia ipsum opus benedixit, & sanctificauit. Opus quippe non nullum, est benedictio, & sanctificatio. Aliquid enim operis fecit Salomon cum tẽplum dedicauit. Modus demum sanctificationis illius, non fuit nisi, quod Deus indicauit rationali creaturæ, quod nulla cordis quies, & sanctificatio esset in his, quæ fecit ad mundi administrationem, sed ipso duntaxat, quo solo fruendum est. Inquietum enim est cor nostrum, donec ad ipsum peruenniat. Et hoc notatur in ipso modo loquendi, cum dicitur: Requieuit ab omni opere suo, id est, auersus, seu cessãs ab opere quieuit in seipso, indicans homini nihil esse finem desideriorum, nisi ipsum. Ideo septima dies mane habet, non finem, seu vesperam. Illustratio enim qua illustratur rationalis creatura à Deo, quo fruitur, vita beata est, quę nunquam habebit finem, nec vnquam tendit ad occasum. Hæc Albertus.

Deute. 32. Philosop. August. Gene. 1.

¶Hinc in fine libri de coæquæuis: Quiescere, inquit, est ab opere cessare duobus modis, puta ex parte operis, & ex parte efficientis. Ex parte operis: quoniam postea nouum nil fecit, cuius principia naturalia secundum formam, vel materiam, aut similitudinem in sex diebus non præcesserunt. Ex parte quoque efficientis, quia in sex diebus naturam in suis principijs Deus per seipsum instituit. Postea verò non per se solus, sed cum natura res naturales propagauit. At vero sabbatum sanctificare, est sanctam Dei quietem demonstrare, vt scilicet libros legis discat, in Deo per contemplationem, & amorem quiescere, nec opera Dei pro Deo diligere, instar eorum, qui creaturis fruuntur. Hęc ibidem.

Sabbatum sanctificare qd fit.

¶Hinc Thomas disseruit: Sicut Magister in litera ait, in hoc nostra translatio discordat ab ea, qua vtitur Augustinus: quia in nostra translatione sanctificatio ascribitur diei septimæ, in alia sextæ. Vtraq; autem est vera, siue intelligatur septimus dies sequi sex alios successione temporis, vt alij sancti volunt: siue secundum Augustinum ponantur septem dies, dies vnus, nebus septempliciter præsentatus: puta cognitio angelica. Loquendo enim secundum Augustinum distinguẽda est duplex rei perfectio. Vna totalitatis, quam habet res ex hoc, quòd ex omnibus partibus suis essentialibus integrata est, & talis perfectio mundi competit sextæ diei, quia post primos sex dies nulla perfectio mundo est addita, quæ non aliquo modo in operibus sex dierum extiterit, vt patebit. Alia perfectio rei est, quã habet ex fine, quæ est perfectio vltima: talisque perfectio mundi competit diei septimo, in quo Deus ab operibus omnibus requieuit in seipso, sicut in fine. Verum alios sanctos sequẽdo, rursus distinguitur perfectio duplex. Vna est perfectio prima, quam habet res secundum esse suum. Hæcque perfectio mundi completa fuit sexto die: quoniam nulla pars mundi postmodum addita est, quæ in primis sex diebus non aliquo modo præcesserit. Alia est perfectio secunda, quæ est operatio rei, vt fertur secundo de anima & talis perfectio mundi fuit septimo die, quia ex tunc cessante operatione, qua Deus naturam instituit, incepit operatio propagationis toto in vniuerso, secundum quod ex naturis iam conditis aliæ producuntur, quam operationem Deus in rebus omnibus vsque nunc facit. Hinc innotescit, qualiter senarius conuenit operibus primæ institutionis. Senarius quippe numerus ratione partium suarum perfectus est, quia ex omnibus suis partibus aliquoties aggregatis consurgit: idcirco perfectio senarij congruit illi mundi perfectioni, quæ consistit in totalitate partium, quantum ad esse primum. Et sicut partes aliquotæ senarij ordinatè, atque continuè sibi succedunt sine alterius numeri interpositione, videlicet, vnum, duo, tria: sic in productione partium vniuersi, ordo seruatus est, vt post productionem, primæ partis, statim narretur productio partis secundæ, sicque deinceps vsque ad sextam. Ex præinductis patet solutio ad tria prima.

Th. Aqui. August.

Soluuntur argumẽta initio quæstionis adducta.

¶Ad quartum dicendum, quòd Deo non ascribitur quies opposita motui, aut labori, sicut expositum est: nec Deus dicitur cessare ab operatione, nisi ratione effectus sequentis. Deus quippe non agit aliqua operatione media intrinseca, vel extrinseca, quæ non sit sua essentia: quoniam suum velle est suum facere, & suum velle est suum esse: nec tamen ab æterna operatione sequitur effectus, nisi secundum determinationem suę liberrimæ voluntatis. Hinc dicitur incipere operari, vel ab operatione cessare ex parte effectus.

Ad quintum.

¶Ad quintum, quòd sicut irradiatio solis semper, & indefinenter est causa illuminationis, & lucem producit in aere, quandiu aer manet illuminatus: sic Deus semper influit rebus esse non aliud & aliud, sed vnum & idem: nec tamen res dicitur semper

semper fieri, aut causari siue institui apud nos, sed tunc, quando primò sortita est esse. Ideo dicitur, quòd Deus cessat creare, & facere mundum. ¶Ad sextũ, quòd Deus nil agit in creatura, quod in operibus sex dierum non præcessit: diuersimodè tamẽ. Quædã namq; fuerunt in operibus sex dierũ, vt in principijs materialibus, & actiuis: & secundum similitudinem speciei, vt ea, quæ generantur ex sibi similibus in natura: quædam verò sicut in principijs actiuis materialibus, sed non secundum similitudinem speciei, vt animalia ex putrefactione genita: quædam sicut ex principijs disponentibus, non actiuis, & secundum similitudinem speciei, vt anima rationalis: quædam, vt in potentia obedientiali duntaxat, vt quæ miraculosè, & supernaturaliter fiunt.

Ad sextũ.

Ad sept.

¶Ad septimum, quod illæ nouæ species producuntur ex virtute cælesti, quæ tenet locum virtutis formatiuæ in animalibus ex putrefactione genitis, & ex putrescente materia: ideo species illæ fuerunt productę in operibus sex dierum in suis principijs, scilicet in materia, & in rationibus seminalibus, quemadmodum alia, quæ per operationem producuntur naturæ. Ad alia respondebitur infra. Hæc Thomas.

¶Qui de requietione Dei in septimo die subiungit: Quies propriè opponitur motui, & qm̃ motus in operationibus nostris causat laborem secũdum philosophum, hinc quies labori quoque opponitur. Atque ex his significationibus duabus, quietis, transsumptæ sunt aliæ duæ. Nam quia operationibus nostris motus adiungitur, venit in vsum, vt omnis operatio motus dicatur, quamuis impropriè, sicq; omnis cessatio ab operatione, dicitur quies, & hæc à prima transumitur. Sed quoniam nil laborat nisi ex hoc, quòd à perfectione propriæ distat naturæ, vt patet in motibus violentis: hinc res in illo quiescere perhibetur, in quo sufficientiam inuenit. sicque voluntas quiescit in vltimo fine, & hæc quietis significatio transumitur à secunda. Itaque quies conuenit Deo non quo ad primam, aut secundam significationem, sed quãtum ad tertiam, & ad quartam. Veruntamen non sic quasi ab operatione deficiat, cum sua operatio sit sua essentia: sed ratione effectus hoc dicitur: quoniam operatio æterna hoc facit, vt aliquis effectus temporaliter sit. Quies quoque voluntatis diuinæ in fine accipi potest dupliciter. Primò absolutè, secundum quod in seipso sufficientiam inuenit. sicq; quies Dei æterna est. Secundò per relationem ad creaturam, secũdum quod creatura complacet Deo, nec sic quasi Deus ea indigeat, sed illam ad se ordinans, in seipso sufficientiam habet. Hæc idem.

Operatio cur motũ dicitur, & cessatio quies.

Philosop.

Quies quatenus Deo conueniat

¶De sanctificatione demum & benedictione septimæ diei subiungit: Diei septimo duo attribuuntur, videlicet cõsummatio operũ, & quies opificis. Quantum ad primũ, debetur diei septimæ benedictio: quia secũdum Gregorium, benedictio Dei, est collatio donorum ipsius, & multiplicatio eorundem. Multiplicatio aũt creaturarum, præsupponit duplicẽ rerum perfectionem. Vnã, qua vniuersum perfectum est, ex omnibus suis essentialibus partibus constans. Vnde Philosophus quarto Metaphysicæ loquitur: Vnũ quodq; perfectum est, quando potest alterum facere tale quale ipsum est. Aliam, qua vniuersum perfectum est ex ordine suo ad finẽ: quoniam multiplicatio creaturarum, per generationem tendit ad hoc, vt diuinum esse pro posse perpetuent in posteris, atque participent, vt secundò de generatione asseritur. Omnis quoq; creaturę operatio naturalis, ad finẽ aliquem ordinatur. hinc benedictio septimæ diei debetur, in qua post primã vniuersi perfectionem, quæ sexto die completa est, ipsum vniuersum perfectum est in ordine ad proprium finẽ. Porrò quo ad secundum, quod est qes Dei, debetur septimæ diei sanctificatio. In scripturis etenim dicitur aliquid sanctificari, quia diuino cultui deputatur, seu consecratur. sicq; dies septimus est sanctificatus, quia actibus cultus diuini est deputatus, vt in eo fideles specialiter essent Deo intenti, quatenus sicut Deus à rebus conditis in seipso quieuit: sic nos nõ in operibus, sed in summo ipso opifice finaliter quiescamus: quæ vtique quies Christianis non ad tempus, sed perpetua indicitur, quibus dicitur: Sine intermissione orate, ideo temporalis obseruatio ista in euangelica lege cessauit, seu potius obseruatio diei dominicæ ei successit. Denique quies ista in Deo per actus contemplatiuos, & inter nos non impeditur: imò in eis consistit, sed exteriori inquietudini seruilium actuum, & vituperabilium ociositatũ contrariatur. Hæc Thomas in Scripto, in quibus virtualiter cõtinẽtur, quæ de his scribit in prima parte Summæ, quæstione septuagesima quarta vbi & addit, quòd Deus septimo die opus suum complendo etiam aliquid fecit, ea, quæ facta erant, administrando, & ad suas operationes mouendo, imò & conseruando. In his etiam satis continentur non solum quæ Petrus, & Richardus, sed item quæ Alexander & Antisiodorensis super his scribunt.

Septimæ diei duo tribuũtur.

Gregor.

Septimus dies cur sanctificatus.

1. Thess. 2.

artic. 2. ad tertium.

¶Insuper Henricus quodlibeto septimo quærit, an Deus aliquid rebus influit, & respondet: Influere dupliciter dicitur, propriè & impropriè. Impropriè dicitur res ipsas producere, quod magis propriè diceretur effluere. Propriè autem influere, est in res ipsas iam existentes beneficia sua causare, suaq; dona rebus communicare. Et vtroq; modo Deus influit rebus. Primò modo dando eis esse immediatè per creationem: vel mediante naturali agẽte, per generationem, seu aliam productionẽ, quibus tũ priùs dedit esse in suis primis principijs, ex quibus generantur, producẽdo illa in esse per creationẽ, de quo dẽ octaua propositione libri de Causis: Res omnes entia sunt propter ens primũ. Secundò modo influit in omnes, eas conseruando, iuxta illud libri de Causis: Omnes virtutes quibus est finis, sunt pendẽtes per infinitum primum, quod est virtus virtutum. Virtutes quoq; & bonitates influẽdo ad dirigendum in bene esse, prout ait 20. propositione libri eiusdem. Causa prima regit res omnes. vbi dicit in commentario, & influit super eas virtutem vitæ, & bonitatis, secundum modum receptibilitatis, & pluralitatis earum. Hæc Henricus.

Philosop.

Henricus.

Influere dupliciter dicitur.

Qualiter Deus rebus influat.

QVAESTIO V.

ADhuc quæritur circa præhabita, *Vtrum in mixto remaneant elementa actiue secundũ suas formas substantiales*. ¶Videtur quòd non, quia mixta generantur ex elementis, generatio autem vnius corruptio extat alterius.

¶In oppositum est, quòd primò de generatione ait Philosophus: Mixtio est alteratorum, non corruptorum.

Philosop.

¶Circa hoc scribit Scotus: Fuit opinio Auicennæ, quã refert Auerrois tertio cæli, & primo de generatione, q̃ elementa manent in mixto, non ẽm substantiam, sed ẽm qualitatem suam remissa. Contra quod arguit commentator, quia si remittuntur secũdum qualitates, ergo secundũ substantias, substãtialesq; formas, cum sit eadem ratio partis qualitatis,

Scotus.

litatis, totiusq; qualitatis. Ergo si pars qualitatis posset remitti non remissa substantia, eadem ratione qualitas tota: sicq; posset remanere elementum sine sua naturali qualitate, vt ignis sine calore: ergo potest substātia elemēti remitti, sicut & qualitas eius. Probat autem, quòd elementum manet aliqualiter secundum remissam substantiā. Primò, quia secundum philosophum tertio metaphysicę, elementum est ex quo componitur res, & manet in re: ergo substantia elementi manet in mixto, quamuis remissa, sed contra hoc arguit ipse: quoniam sequeretur, q̃ forma mixti adueniret enti in actu, ergo esset forma accidentalis. Item nulli formæ competit intēdi, & remitti nisi accidentali: substantia namq; non suscipit magis, & minus, ergo si formæ elementares remitterentur, accidentales consisterent. Dico ergo ad quæstionem, negando vtrunq; opinionem, videlicet, quòd elementa non manent in mixto secūdum substantiam remissam, vt opinatus est cōmentator: neque secundum substantiam non remissam, vt loquitur Auicenna. Non enim est ponenda pluralitas sine necessitate. sed nihil cogit ponere substantiales elementorum formas in mixto: quia nec operatio, eo quòd naturę transmutatio maximè cōcludit aliam ibi consistere formā. Nec qualitas mixti, vtpotè frigiditas carnis, quoniam illa non est frigiditas terræ, aut aquæ. Præterea formas elementaris est nata constituere indiuidum per se subsistēs in substantiæ genere: ergo si ibi manent quatuor formæ substantiales elementorum, erunt ibi quatuor indiuidua: imò & quintum cōstitutum forma mixtionali. Insuper vnum & idem subsistens, non habet plures formas specificas, præsertim quarum vna non est perfectibilis ab alia: quod tamen sequeretur, si elementa secundum suas formas substantiales manerent in mixto. Quo modo ergo manent elementa in mixto? Dico, quòd in omni genere, & in qualibet re est inuenire medium rationis eiusdē, cum extremis, vt decimo metaphysicæ dicitur: quāuis autem medium dicatur compositum ex extremis, vt rubor ex albedine, atque nigredine: tamen compositio illa non est nisi quędam conuenientia, quoniam nullus ponit, quin qualitates mediæ sint simplices formæ. Hinc propter conuenientiam hāc naturalem medij ad extrema, quæ non est extremorum adinuicem, dicuntur extrema, seu qualitates eorum, esse atque manere in medijs, nec dicitur, quod extremum sit in extremo. Dico ergo, quòd in mixto dicuntur manere formæ elementorum propter naturalem conuenientiam formæ mixti cum elementis, seu forma eorum, quæ conuenientia nō est vnius elementi ad aliud. Deniq; Aristoteles vult quòd forma generati, seu mixti est actualior, & perfectior forma elementi, ita quòd forma elementi inferior, potentialiorq; consistit: ideo elementa dicuntur virtualiter manere in mixto, quemadmodū imperfectiora, & inferiora dicuntur manere in superioribus, in quibus non nisi virtualiter manent. Idcirco cum Aristoteles dixisset, quòd elemēta manent in mixto, adiecit: saluatur enim virtus eorum. Dico ergo, quòd elementa non manent in mixto secundum substantiam, nec oportet dicere, quòd plus maneant in mixto, quàm vegetatiuum, & sensitiuum in intellectiuo. Quomodo ergo generabitur mixtum? Dico, quòd non est necesse quatuor elementa concurrere ad esse mixti, cum aliquando factum sit mixtum ex vno elemento, iuxta illud Genesis: Producant aquæ reptibile, &c. Dico tamen, quòd si cōcurrant, nunquam generatur mixtum per actiones eorum se mutuò corrumpentium. Nam quæro vtrum in instanti, quo gignitur mixtum, sint in illo omnia elementa corrupta, an maneant aliqua. Si omnia sint corrupta, ergo mixtum generatur ex non ente: si aliquid manet, ergo non corrumpunt se inuicem in generatione mixti. Tunc quoque non generaretur mixtum, nisi ex vnico illo. Itaque quòd mixtio dicitur alteratorum vnio, intelligendum est de vnione in vno effectu communi, in quo virtualiter saluatur virtus ipsorum. Vnde dico, quòd in mixto non sunt veræ qualitates elementorum, sed similes eis. Nam calor ignis, generat ignem: calor hominis carnem. Hæc Scotus.

Philoso. Philosop. Philosop. Gene. 1.

¶ Circa cuius positionem sufficit tangere, quòd ipsa est manifestè contraria omnibus iam præallegatis theologis, similiter Platoni, ac Aristoteli, atq; eorum sequacibus peripateticis ac Platonicis, qui rerum naturas tam diligenter scrutati sunt. Multis quoq; experimentis constat, mixta ex elementis verè esse composita, in quæ etiam sensibiliter resoluū tur. Nec ratio Scoti alicuius censetur vigoris, cum constet elementa in generatione mixtorum nō penitus annihilari, imò ad minus materialiter remanere, materia verò numeratur numero formæ suæ substantialis. Præterea de hac quæstione magistralius scribit Richardus: Aliqui, inquiens, dicunt, quòd in corporibus animalium, & mixtorum sint formæ substantiales elementorum secundum suas essentias incompletas. Quæ opinio multas pro se habet auctoritates. Ait etenim Damascenus tertiò libro, quòd necesse est dicere hominem esse compositum ad minus ex quinq; naturis, id est, ex quatuor elementis, & anima. Philosophus quoque libro de generatione, & corruptione probat omnia mixta esse composita ex quatuor elementis, quia nec sine aqua partes terræ sibi cohærent, &c. Alij dicunt quod formæ elementares secūdum suas essentias, nullo sint modo in mixto: quia cum quælibet pars mixti sit mixta secundum philosophum primo de generatione, oporteret quod formæ illæ essent simul in qualibet parte materię corporis animalis: nec formæ illa essent sine suis materijs, nec materiæ sine dimensionibus, & sic duo corpora essent simul. ¶ Rursus formæ illæ exigerent dimensiones diuersas, formæ quoque substantiales non recipiunt magis, & minus. Hæc Richardus.

Diony. Richad. Damasce. Philosop. Elemento rū formæ substantiales nō sint in mixto.

¶ Qui vtriusque huius opinionis tangit & soluit motiua, declarans qualiter vtraq; possit defendi, nec ad vllam declinans. Primam earū videtur sequi Albertus, secundum Thomas: quam reputo veriorem, & rationabilioribus argumentis fulcitam.

Diony. Brutorum animæ nō sunt extensę in corpore.

¶ Insuper quærit Richardus, An animæ brutorū sint extensæ. Quo circa duas recitat opiniones. Vnā dicentium quod sic. Nam partes anguillæ, & aliorū quorundam brutorum diuisæ, ab inuicem manent viuentes, ac sentientes, quod esse non posset, nisi anima earum diuisione corporis diuideretur: nec diuidi posset, nisi esset extensa saltem per accidens extensione materiæ. educitur quoq; de potētia materiæ. Alij dicunt, quod non est extensa, sed est in qualibet parte corporis tota: quia vt eis apparet, aliter non posset mouere corpus secundum oppositas partes positionis, neq; sentiret tota in qualibe parte corporis. Hęc Richardus. ¶ Veruntamē aliqui tenent mediam viam, dicentes q̃ animæ perfectorū brutorum sint indiuisibiles, & totæ in toto, ac totæ in qualibet parte. Cæterorum, vt anulosorum, & consimilium, præfato modo extensæ sunt.

De

De hominis creatione: vbi considerandum est, quare creatus sit homo, & qualiter sit institutus, quæ duo supra tractata sunt, & qualis factus, & qualiter lapsus, postremò quomodo sit reparatus: quæ discutienda sunt. Distinctio XVI.

A

Is excursis, q̃ supra de hoīs creatione præmisimus, effectui mācipare, atq; ordine explanare nunc suscipimus. Vbi hæc consideranda vēnt, s. quare creatus sit hō, & qualiter institutus. & qualis, & qūo factus, deinde qualiter sit lapsus, postremo qualiter, & per q̃ sit reparatus. Horum autē primo, & secūdo posita. i. causam creationis hoīs humanæ, & modum institutionis, superius pro modulo nostræ facultatis tractauimus. Ideoq; superst, vt qualis vel qūo factus sit, discutiamus. In Genesi legitur: Faciamus hoīem ad imaginem, & similitudinem nostrā. In eo q̃ dicit, faciamus, vna operatio trium personarū ostenditur: in hoc verò q̃ dicit, ad imaginem, & similitudinem nostrā, vna & æqualis substātia trium personarum monstratur. Ex persona enim patris hoc dicitur ad filium, & spiritum sanctum, non (ut quidam putant) angelis: q̃a Dei, & angelorum non est vna eadē imago, vel similitudo.

Gene 1. c Beda.

Quod imago, & similitudo hic à diuersis accipitur variè: à quibusdam

B

increata, & ab alijs creata, & increata: vel essentia trinitatis, vel filius, & spiritussanctus.

Imago aūt & similitudo in hoc loco, vel increata intelligitur. i. trinitatis essentia, ad quā factus est hō. vel creata, in qua factus est homo, & ipsa hoī concreata. Increatam. n. imaginem, q̃ Deus est, intellexisse vī Beda, cum dicit, non esse vnam imaginem Dei & angelorū, sed trium personarum: & ideo personis, non angelis fit ibi sermo. Impropriè tñ imago dicitur: quia imago relatiuè ad aliud dī, cuius similitudinē gerit, & ad quod repræsentandum facta est: sicut imago Cæsaris, quę ipsius similitudinem præferebat, ipsumq; quodāmodo repræsentabat. Propriè autem imago dī id, ad quod aliud fit: sicut exemplum propriè dī, quod sumitur ex aliquo: & exemplar, ex quo sumitur aliquid. Ponitur tamen & aliquando abusiuè alterum pro altero: ita & minus propriè accipitur imago essentia trinitatis: si tamen ea nomine imaginis in hoc loco intelligitur.

Beda sup Genesim. Matt. 22.

Opinio eorum, qui put auerunt filium per imaginem, & similitudinem hic accipi.

C

Filius verò propriè imago patris dī, sicut supra in tractatu de trinitate diximus. Vnde fuerunt nonnulli, q̃ ita distinxerunt, vt imaginem in hoc loco intelligerent filiū: hominem, verò non imaginē, sed ad imaginem factum dicerent: quos refellit Apostolus, dicens: Vir quidem est imago, & gloria Dei. Hæc nāq; imago. i. homo: cum dicitur fieri ad imaginem, non quasi ad filium dicit fieri. alioquin non diceretur ad imaginem nostram. Quomodo enim nostram diceret, cum filius solius patris imago sit? Fuerunt autem & alij perspicaciùs hæc tractantes, qui per imaginem filium, & per similitudinem spiritum sanctum intelligerent, qui similitudo est patris, & filij. Et ideo pluraliter putauerunt dici nostram, id referentes ad similitudinem tantum: ad imaginem verò subintelligendum esse, meam. Hominem verò & imaginem esse, & ad imaginem, & similitudinem factum esse tradiderunt, & imaginem imaginis esse, & similitudinis.

Aug in 7. lib. de tri, cap. 6. 1. Cor. 11. b Aliorum opinio.

Nec horum scientiam approbat, sed imaginem, & similitudinem

D

Dei in homine quærendam, & considerandam docet, vt imago, & similitudo creata intelligatur.

Veruntñ hæc distinctio licet reprobabilis penitus nō videat, q̃a de medio montiū. i. auctoritatibus sctōrum manat, congruentiùs in ipso hoīe imago, & similitudo q̃renda est, & consideranda. Factus est ergo hō ad imaginē Dei, & similitudinē ſm mentem, in qua irrōnabilibus antecellit: sed ad imaginē, ſm memoriā, intelligentiā, & dilectionē: ad similitudinē, scd̃m innocentiā, & iustitiā, q̃ in mēte rōnali naturaliter sunt. Vel imago cōsideraī in cognitione veritatis, similitudo in amore virtutis. Vel imago in alijs oītitate aīæ: Aīa facta est similis Deo, q̃a immortalē, & indissolubilem fecit eā Deus. Imago ergo ptinet ad formā, similitudo ad naturā. Factus est ergo hō ſm aīam ad imaginē, & similitudinē nō pris, vel filij, vel spūssancti, sed totius trinitatis: ita & ſm animam dicitur

Zac. 6. In quibus considerātur imago & similitudo. August de quantitate animę c. 2. & de immortalitate animæ. cap 2.

Aug.li.15 de trin. cap.14. citur homo eſſe imago Dei,quia imago Dei in eo eſt.Sicut imago dicit̄,& tabula,& pictura,q̃ in ea eſt:ſed propter picturam, quæ in ea eſt, ſimul & tabula & imago appellat̄: ita propter imaginem trinitatis etiam illud in quo eſt imago,noīe imaginis vocatur.

E

Quòd homo dicitur imago, & ad imaginem: filius verò imago, non ad imaginem.

Quo circa hō,& imago dr̄, & ad imaginem: filius autem imago, non ad imaginem, q̃a natus,non creatus:æqualis,& in nullo diſſimilis: hō creatus eſt à Deo, non genitus: non parilitate æqualis,ſed quadā ſimilitudine accedēs ei. Vnde Auguſtinus in libro ſeptimo de Trinitate: (Aug. li.7. de tri.c.6.) In Geneſi legitur,Faciamus hoīem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrā.Faciamus,& noſtrā,pluraliter dixit: & niſi ex relatiuis accipi non oportet,vt facere intelligant̄ pater,& filius,& ſpirituſſanctus ad imaginem patris, & filij,& ſpirituſſancti,vt ſubſiſteret hō imago Dei.Sed quia non omnino æqualis fiebat illa imago,tāquam non ab illo nata,ſed ab eo creata ideo ita imago dr̄, ꝙ & ad imaginem: quia nō æquatur parilitate,ſed accedit quadā ſimilitudine.Filius aūt eſt imago, ſed non ad imaginem,q̃a æqualis patri.Dictus eſt ergo homo ad imaginem, propter imparē ſimilitudinem.Et ideo noſtrā,ut imago trinitatis eſſe homo intelligat̄: non trinitati æqualis,ſicut filius patri. Ecce oſtenſum eſt, ſecundum q̃d ſit homo ſimilis Deo,ſ.ſecundum animā.Sed & in corpore quādam proprietatem habet, quæ hoc indicat:quia eſt erecta ſtatura, ſecundum quam corpus animæ rationali congruit, quia in cœlum erectum eſt.

Quod & ſecundum corpus poteſt dici factus ad ſimilitudinem Dei.

Summa diſtinct. 16.

Ompletis ꝑtractationibus de ſubſtantijs intellectualibus ſeparatis,de ſubſtantijs. quoq; corporalibus tā cæleſtibus quam elemētaribus, atq; mixtis:nūc tractatus inducitur de ſubſtantia partim ſpiritali, & intellectuali, partimq; corporali,& mortali,hoc eſt, de homine: de quo agitur hic, quando & qualiter, & quo fine ſit inſtitutus,& cōditus. Specialiter vero, quomodo ad imaginē, & ſimilitudinem ſuperbeatiſsimæ trinitatis formatus ſit: Verum oīa, quæ hic de iſta tanguntur materia,præhabita ſunt,& diffuſè expoſita circa exordiū primi libri. ideo prolixitatē deuitans,lectorem ad locum illum remitto.& nunc decimamſeptimā diſtinctionem aggredior.

A

De creatione animæ, vtrum de aliquo facta ſit vel non,& quando facta,& quam gratiam habuerit in creatione. Diſtinct. XVII.

Ic de origine animæ plura quæri ſolent, ſ.vnde creata fuerit, & quando, & quam gratiam habuerit in creatione. Sicut hoīs formatio ſecundum corpus deſcribitur, cum dicitur, Formauit Deus hominem de limo terræ:ita eiuſdem ſecundū animam factura deſcribitur,cum ſubditur, Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculū vitæ. Corpus enim de limo terræ formauit Deus, cui animam inſpirauit. Vel ſecundū aliam literam,flauit,vel ſufflauit: non ꝙ faucibus ſufflauerit,vel manibus corporeis corpus formauerit. Spiritus n.Deus eſt,nec lineamētis membrorum compoſitus. Non ergo carnaliter putemus Deum corporeis manibus formaſſe corpus,vel faucibus inſpiraſſe animam, ſed potius hominem de limo terrę ſecundum corpus formauit iubendo, volendo, id eſt, voluit,& verbo ſuo iuſſit, vt ita fieret:& inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, id eſt,ſubſtantiam animę,in qua viueret, creauit: non de materia aliqua corporali, vel ſpirituali, ſed de nihilo.

Gene.2.d. Beda. Quod non corporeis, inſtrumētis formaſſe, uel ſufflaſſe Deus dicitur. Iohan.4.

B

Opinio quorundam hæreticorum, qui putauerunt animam eſſe de ſubſtantia Dei.

Putauerunt enim quidam hæretici Deum de ſua ſubſtantia animam creaſſe, verbis ſcripturæ pertinaciter inhærentes,quibus dicitur:inſpirauit,vel inſufflauit,&c. Cū flat, inquiūt,vel ſpirat homo, de ſe flatum emittit.Sic ergo cum dicitur Deus flaſſe,vel ſpiraſſe ſpiraculum in faciem hominis, ex ſe ſpiritum hominis emiſiſſe intelligitur,id eſt, de ſua ſubſtantia. (Reſpōſio.) Qui hoc dicunt, non capiunt tropica locutione dictum eſſe,ſufflauit,vel flauit,id eſt,flatum hominis ſcilicet animam fecit. Flare enim eſt,flatum facere: eſt animam facere. (Iſaiæ.57.d) Vnde dominus per Iſaiam, Omnem flatum ego feci. Non ſunt ergo audiendi, qui putant animam eſſe partem Dei. Si enim hoc eſſet, nec à ſe, nec ab alio decipi poſſet: nec ad malum faciendum vel patiendum, compelli, nec in meliùs, vel deterius mutari. Flatus ergo quo hominem animauit,factus eſt à Deo:non de Deo, nec de aliqua materia, ſed de nihilo.

C

Quando facta ſit anima, an ante corpus, aut in corpore.

Opi. Aug. li.7. ſuper Gen.c.21. Sed vtrum in corpdre, vel extta corpus, etiā inter doctos ſcrupuloſa q̃ſtio eſt. Auguſtinus enim ſuper Geneſim tradit animam cū angelis ſine corpore fuiſſe creatā, poſtea

vero

verò ad corpus acceſſiſſe. neq; compulſa eſt incorporari, ſed naturaliter illud voluit.i. ſic creata fuit vt veller,ſicut naturale nobis eſt velle viuere. Malè aūt velle viuere,non naturæ, ſed voluntatis eſt peruerſæ. Alij verò dicunt aīam primi hoīs in corpore fuiſſe creatam,ita exponentes verba illa:Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę.i.animam in corpore creauit, quæ totum corpus animaret:faciem tamen *ſpecialiter expreſſit,q̃a hæc pars ſenſibus ornata eſt ad intuenda ſuperiora. Sed quicquid de anima primi hoīs æſtimetur,de alijs certiſsimè ſenriendum eſt,ꝙ in corpore creentur. Creando enim infundit eas Deus, & infundendo creat. Dicendum eſt etiam animam illam non ſic eſſe creatam, ut præſcia eſſet operis futuri iuſti, vel iniuſti.

Aliorum ſententia. — * ſpirtualiter — Gene.3. — Quòd aīa illa nō eſt pſcia operis futuri.

D

In qua ætate Deus hominem fecerit.

Solet etiam q̃ri, vtrum Deus hoīem repente in virili ætate fecerit, an perficiendo,& ætates augendo,ſicut nunc format in matris vtero. Auguſtinus ſuper Geneſim dicit, ꝙ Adam virili ætate continuo factus eſt:& hoc ſm̄ ſuperiores, non inferiores cauſas.i. ſecundum voluntatē,& potentiam Dei,quam naturæ generibus non alligauit, qualiter, & virga Moyſi conuerſa eſt in draconem. Nec talia contra naturam fiunt,niſi nobis q̃bus aliter naturæ curſus innotuit:Deo aūt natura eſt,quod facit. Non ergo cōtra diſpoſitionem ſuā illud fecit Deus.Erat.n.in prima *creaturarum conditione, ſic hoīem poſſe fieri.ſed non ibi erat neceſſe vt ſic fieret: hoc.n.non erat in conditione creaturæ, ſed in beneplacito creatoris,cuius voluntas neceſſitas eſt: hoc.n. neceſſariò futurū eſt,quod vult & præſcit.Multa verò ſm̄ inferiores cauſas futura ſunt,ſed in præſciéntia Dei futura non ſunt. Si autē ibi aliter futura ſunt, potius futura ſunt ſicut ibi ſunt,vbi præſcit ille,qui non pōt falli. Sic ergo factus eſt Adam non ſecundum inferiores cauſas,quia nō erat in rerum cauſis ſeminalibus,ut ita fieret:ſed ſecundum ſuperiores cauſas non contra naturam operantes,quia in rerum cauſis naturalibus erat ut ita poſſet fieri.

Aug. ſup Gene li.6. cap 16. Exo.7. b Aug li. 6. ſuper Gene.ca. 15. — * cauſarum

E

Quòd homo extra paradiſum creatus, in paradiſo ſit poſitus, & quare ita factum ſit.

Hoīem autem ita formatum tulit Deus,vt ſcriptura docet: & poſuit in paradiſo voluptatis,quē plantauerat à principio.His uerbis apertè Moyſes inſinuat,ꝙ homo extra paradiſum creatus,poſtmodū in paradiſo ſit poſitus. Quod ideo factum dicitur,q̃a nō extra in eo permanſurus:vel ut non naturæ, ſed gratiæ hoc aſſignaretur. Intelligitur autem paradiſus localis,& corporalis,in quo homo locatus eſt. Tres.n.generales de paradiſo ſententiæ ſunt. Vna eorum,qui corporaliter intelligi uolunt tantum,alia eorum, qui ſpiritualiter tantum,tertia eorum,qui utroq; modo paradiſum accipiunt. Tertiam mihi placere fateor,ut homo in corporali paradiſo ſit poſitus,q ab illo principio plantatus accipi poteſt, quo terrā omnem, remotis aquis, & herbas,& ligna producere iuſſit. Qui etſi pręſentis eccleſię,vel futuræ typum tenet, ad literam tamen intelligendum eſt eſſe locum amœniſſimum, fructuoſis arboribus magnum, & magno fonte fœcundum. Quod dicimus,à principio,Antiqua translatio dicit,ad orientem. Vnde uoluit in orientali parte eſſe paradiſum, longo interiacente ſpatio, uel maris, uel terræ, à regionibus, quas incolunt homines, ſecretum,& in alto ſitum, uſque ad lunarem circulum pertingentem. Vnde nec aquæ diluuij illuc peruenerunt.

Gene. 2. — Tres ſentētiæ de paradiſo ſūt. & quæ ſunt. — A quo prīcipio ſit plantatus. — Qualis ſit locus paradiſi,& vbi

F

De lignis paradiſi, inter quæ erant lignum vitæ, & lignum ſcientiæ boni, & mali.

In hoc aūt paradiſo erant ligna diuerſi generis,inter q̃ unum erat, quod uocatū eſt lignū uitæ, alterū uerò lignum ſciæ boni,& mali.Lignum aūt uitæ dictum eſt,ſicut docet Beda, & Strabus,q̃a diuinitùs accepit hāc uim,ut q ex eius fructu comederet,corpus eius ſtabili ſanitate, & ꝑpetua ſoliditate firmaret̄, nec ulla infirmitate,uel ætate imbecillitate in deteriùs,uel in occaſum laberet̄.Lignum aūt ſciæ boni, & mali,non à natura hoc nomen accepit, ſed ab occaſione rei poſtea ſecutæ. Arbor.n.illa non erat mala: ſed ſciæ boni,& mali,ideo dicta eſt,q̃a poſt prohibitionem erat in illa tranſgreſſio futura,qua hō experiēdo diſceret, q̃d eſſet inter obedientiæ bonum,& inobedientiæ malū. Non ergo de fructu,q naſceretur inde, poſitum eſt illud nomen,ſed de re tranſgreſſionem ſecuta. Cognouit.n.homo priuſquā tangeret hoc lignū, bonum & malum:ſed bonum per prudentiā,& experientiā,malum uero per prudentiam tm̄. Quod etiā per experientiā nouit,uſurpato ligno uetito: q̃a per experientiam didicit,q̃d ſit inter bonum obedientiæ,& malū inobedientiæ.Si uerò primi parentes obedientes eſſent,nec contra præceptū peccaſſent: non ideo tū minus diceretur lignum ſcientiæ boni,& mali, quia hoc ex eius tactu accideret ſi uſurparetur.A ligno ergo homo prohibitus eſt,quod malum

Beda ſup Geneſim. Strabus. — Si primi parētes nō peccaſſent ñ ideo minus ſcīęboni, & mali lignum diceretur.

lum non erat: ut ipsa præcepta conseruatio bonum illi esset transgressio malũ. Nec me
liùs consideratur quantum malum sit inobediẽtia, q̃ hoc modo, cum. s. ideo reus factus
esse hõ intelligitur, quia prohibitus rem tetigit: quàm si non prohibitus tetigisset, nec
peccasset, nec pœnã sensisset. Si. n. venenosam herbam prohibitus tetigeris, pœna sequi
tur: & si nemo prohibuisset, similiter sequeretur: *sic etiã prohibetur res tangi, quæ non * si
tangenti tm̃, sed prohibenti obest, sicut aliena pecunia: ideo prohibitum est peccatum,
quia prohibenti est dãnosum. Cum vero tangitur, quod nec tangenti obest, si non pro
hibetur: nec cuilibet, si tangatur: ideo prohibetur, ut per se bonum obedientiæ, & malũ
inobedientię monstretur. Sicut primus homo à re bona prohibitus pœnam incurrit, vt
non ex re mala, sed ex inobedientia pœna esse monstretur, sicut ex obedientia palma.

Summa distinct. 17.

IN hac distinctione docetur, an primi hoĩs anima in corpore sit creata: & qd de aliarum animarum rationalium creatione sit sentiendum, in qua etiam ætate factus sit homo protoplastus: consequenter hic agitur de paradiso, & cur extrã paradisum factus sit primus homo: de lignis quoq; seu arboribus paradisi, & de earum nominibus, ac nominum rationibus.

QVAESTIO I.

Arguitur primo cõtra uerita tem.

HIc quæritur primò, *an anima primi hominis vere sit creata.* ¶ Videtur, ꝙ non qa ſm philosophum lib. de aĩalibus, solus intellectus, est ab extra, sed aĩa rationalis non intellectũ duntaxat, imò cõprehẽdit in se vegetatiuum, & sensitiuum. ergo quantũ ad hoc, est de materiæ potentialitate edu-
2 cta. Secũdò, hõ verè generatur. ergo aliqua forma substantialis est terminus huiusmodi gnationis, cũ materia, prima ingnabilis, incorruptibilisq; consistat, & non ália forma, q̃ anima rõnalis, nisi (quod absit) plures formæ substãtiales putentur in homine esse. ¶ Circa hũc passum diuersi diuersas, ac plures mouent qõnes. Prima est, an aĩa sit de diuina essentia. Quocirca Thomas, Bonauentura, ac alij recitant antiquorũ opiniones adeo rudes, & fatuas, vt prorsus indignæ sint recitari. Iam quoq; à philosophis, atq; theologis plenissimè est probatũ, & demonstratiuè ostẽsum, ꝙ superglorio sissimus Deus sit purus actus, bonitas pura, incõmutabile, incircunscriptibile, penitusq; perfectũ ens, vniuersis, & singulis prorsus in infinitũ sublimior, feli cior, atq; in oĩ perfectione, fẽlicitate, & gloria dignior. ideò superstultissimum, & ineffabiliter rudissimũ, ac imperitissimum est, putare aliquid factum esse, aut fieri posse de substantia Dei: qm̃ sequeretur Dei substantiam esse mutatã, aut rem factam Deo esse consubstantialẽ. Secunda quæstio est, vtrum aĩa rationalis sit ex aliqua materia constituta siue composita. Cuius q̃stionis solutio elucescit ex dictis, tam in isto lib. 2. de simplicitate, & immaterialitate angelorum, seu intelligentiarũ, ac etiam aĩarum, q̃ in libro primo de rebus eisdẽ. Tertia quæstio est, an aĩę rõnales creatæ sunt simul, & extra corpus, an sigillatim & in corporibus. Et circa hoc aliqui quærũt. an in cunctis hoĩbus sit anima vna intellectiua, vel saltẽ vnus numero intellectus. Et de his aliqua sunt dicenda. specialiter quoq; ponendum est vnũ motiuũ, quo Thomas probat animã non esse in sua natura materialẽ. Nempe cum aĩa sit corporis forma, oportet vt vel tota sua essentia sit forma corporis, vel pars suæ essentiæ. si tota sua essentia est corporis forma, impossibile est ꝙ materia sit pars suæ essentiæ. Quod. n. in se est pura potentia, non põt esse forma, aut actus alicuius. Porrò si secundũ partem substantiæ suæ forma est corporis, ſm quam partẽ ipsa est in actu, & nõ ſm aliam, quæ est materia sua, sequunt inconuenientia duo: Vnum, ꝙ vnus, & idẽ numero actus est diuersarũ forma materiarum, videlicet materiæ spiritualis, & corporalis. Aliud, ꝙ in potentijs non vnius generis, est vnus actus perficiens. in materia namq; corporalis, & spiritualis non possunt esse vnius rõnis. Hæc Thom. in Script.

Tho. aqui. Bonauen.

Anima nõ est facta de diuina essentia.

Anima nõ est naturę materialis.

¶ Insuper de hoc, an sit idẽ numero intellectiuũ principiũ, seu ipse intellectus, aut aĩa rationalis, in vniuersis hoĩbus, scribit: ſm philosophos triplex distinguitur intellectus, videlicet intellectus possibilis, intellectus agens, & intellectus in habitu. Intellectus possibilis est, q̃ est in potentia ad recipiendũ intelligibiles formas Intellectus, agens, q̃ intelligibilia in potentia, facit intelligibilia actu, quemadmodum lumen facit colores actu visibiles. Intellectus in habitu, seu formalis vocatur ab eis, qũ intellectus possibilis iã perfectus est spẽ intelligibili, vt valeat operari. Nulla qppe virtus passiua habet operationẽ, nisi perfecta specie sui obiecti, sicut visus non videt anteq̃ coloris recipiat species Denique in hoc penè oẽs cõcordãt philosophi post Aristotelem, ꝙ intellectus agens, & possibilis differunt ſm substantiam, & ꝙ intellectus agens sit quædam substantia separata, intelligentiarũq; vltima, ita se habens ad intellectũ possibilem, quo intelligimus, sicut intelligentiæ superiores ad aĩas orbium. Sed hoc ſm fidem sustineri non põt. Si enim (ut probat Anselmus) reparationem hoĩs Deus per angelũ fieri noluit, ne paritas hominis, & angeli in gloria tolleret, dum angelus homini fieret causa salutis: similiter si poneret anima nostra ſm naturalem operationem depẽdere ab intelligentia quædã, seu angelo, nõ posset rationabiliter sustineri, ꝙ anima futura sit angelis æqualis in gloria: qm̃ vltima vniuscuiusq; perfectio, est in complemento, seu completiuo suæ operationis. idcirco prætacti philosophi dicut vltimam hoĩs, fẽlicitatem esse vnionẽ cum intelligentia illa agente. Ideo quidã doctores catholici præfatam opinionẽ corrigẽtes, & partim sequẽtes, posuerunt ipsum Deũ esse intellectum agẽtem: quia per applicationem nostrã ad ipsum, anima nostra beata est, ꝙ confirmãt per illud Iohannis: Erat lux vera, q̃ illuminat &c. ¶ De intellectu quoq; possibili fuit magna diuersitas inter philosophos Aristotelem sequentes. Quidam enim dixerunt intellectum possibilem in diuersis hoĩbus esse diuersum, aliqui vero eundẽ in omnibus. Eorum aũt q̃ posuerunt esse diuersum in diuersis, sunt tres opiniones. Vnã, ꝙ intellectus possibilis non sit nisi ꝑparatio in natura humana ad recipiendum impressionem intellectus agentis: & hanc esse virtutem corporalẽ, consequentem complexionem humanam, quæ fuit opinio Alexandri. Sed ipsa Aristoteli quoq; repugnat, ſm quem intellectus possibilis receptiuus est ꝓ specierum intelligibilium, quarũ præparatio illa nequaquã est receptiua. Cum. n. sit corporalis, nõ nisi corporaliter recipit, nõ spiritualiter, & abstractè. Præterea sequeretur, ꝙ intellectus possibilis nõ esset vis cognoscitiua: quoniam nulla vis, ex elemẽtorum

Intellectus triplex.

Anselmus Intellectus agens non est substantia separata.

Iohan. 1.

Intellectus possibilis nõ est virtus corporalis cõplexionẽ consequens.

torũ cõmixtione causata, cogniscitiua cõsistit. aliàs elemẽta agerent ultra spẽm suã. Alij ergo dixerunt, ꝙ intellectus possibilis nil aliud est, quãuis imaginatiua, ſm quod nata est, ut in ea sint formæ intellectæ in actu. Et hæc opinio fuit Auenpothe. q̃ est falsa, qa ſm philosophũ 3. dẽ aĩa, phãtasmata, q̃ sunt in imaginatiua, se hnt ad intellectũ sicut colores ad uisum. hinc oportet, ut phãtasmata moueant ad intellectum possibilẽ, quẽadmodũ color uisum. Vnde aptitudo, quæ est in intellectu possibili ad intelligẽdum, est similis aptitudini, q̃ est in patiente in potentia, ut actualiter patiat: aptitudo uerò, q̃ est in imaginatiua, est sicut aptitudo agentis in potentia, vt sit agens in actu. impossibile aũt est, idẽ esse mouens, & motũ, agens, & patiens ſm idẽ ergo impossibile est ꝙ uirtus imaginatiua sit intellectus possibilis, imò ex hoc sequereẽ, ꝙ intellectus possibilis esset uirtus organica: deniq; ſm istas opiniones intellectus possibilis cum hoĩe corrumpereẽ. cumq; in hoĩbus nõ sit distinctio, seu dria intellectus, nisi ipsius intellectus possibilis: qm̃ agens est unus: sequiẽ. ꝙ illud, qd̃ remanet de intellectu ex hoĩbus vniuersis post mortem, est vnũ numero, intellectus uidelicet agens: qd̃ est valde hæreticum: qm̃ tollereẽ retributio meritorum post mortem. Idcirco est tertia opinio Auicennæ, dicentis intellectum possibilẽ in diuersis esse diuersum, atq; in essentia aĩæ rõnalis fundatum, nec gñari, neq; corrumpi cum corpore, sed cũ eo incipere. Sicq; quantum ad intellectum possibilem, consonat fidei: sed circa intellectũ agentem errat cum alijs. At uerò eorum, q̃ ponunt intellectum possibilẽ esse unũ in cunctis hoĩbus, est duplex opinio: Vna Themistij, & Theophrasti, vt Commenta. eis imponit 3. de aĩa. Dixerunt. n. ꝙ ẽt intellectus in habitu est æternus, & unus oĩbus, & est quasi compositus ex intellectu agente, atq; possibili; ita ꝙ intellectus agens est quasi forma illius, & per continuationem intellectus possibilis, cõtinuat ẽt nobis intellectus agens. sicq; intellectus agens est de substantia intellectus speculatiui, q̃ ẽt nuncupat intellectus in habitu, per quẽ intelligimus. Et huius signũ inducũt: qm̃ actio intellectus, q̃ in nostra est in ptãte, pertinet ad intellectum in habitu. cum ergo a phantasmatibus abstrahere spẽs sit in nra ptãte, oportet ꝙ intellect agens sit, ut forma intellectus in habitu. Ad hanc dumum positionem inducti sunt, qa ex demonstratione Aristotelis dicunt hri, ꝙ intellectus possibilis sit unus in oĩbus, cum non sit hoc aliqd nec virtus in corpore, ideoq; æternus Intellectum quoq; agentẽ dicunt æternum, & ꝙ impossibile sit effectum esse corruptibilem, si agens & recipiens sit æternũ. Hinc posuerunt, ꝙ spẽs intellectæ æternæ sint, & ideo cõtingit, ꝙ intellectus qñq; intelligat, & qñq; non intelligat ꝑ hoc, ꝙ fiant in eo nouæ intelligibiles spẽs, sed ex coniunctione intellectus agentis cum possibili, ſm quod nobis continuat per suã impressionẽ. Verũ hanc opinionẽ reprobat ẽt Cõmẽtator: qm̃ sequereẽ, ꝙ formæ rerũ naturaliũ, q̃ intelligunt, essent ab æterno sine materia, & extra aĩam, ex quo spẽs illæ non ponunt in intellectu possibili tanquã forma ipsius: qm̃ forma intellectus possibilis ponit ab eis intellectus agens. Sequereẽ ẽt, ꝙ cũ prima perfectio hoĩs sit ſm intellectũ possibilẽ, & ultima ſm intellectũ in habitu, ꝙ hõ non differret nisi ſm primã pfectionẽ, non ſm ultimam. sicq; esset unũ esse, & una opatio oĩm hoĩum. Ideo ipse tenet aliã uiã, ꝙ. s. tam intellectus agens, q̃ possibilis, sit æternꝰ, ac vnus in oĩbus, spẽs uerò intelligibiles non sint æternæ: & ꝙ intellectus agens non se habeat ad possibilem, ut forma illius, sed sicut artifex ad materiam: & species intellectæ abstractæ a phantasmatibus, sint sicut forma intellectus possibilis, ex quibꝰ duobus efficit intellectus in habitu. Atq; ꝑ hanc positionem euadere nitiẽ oĩa impossibilia, q̃ contingunt Themistio. Primò, qa oñdit non esse necessarium, si intellectus agens est æternus, & recipiens æternum; videlicet intellectus possibilis, ꝙ obiecta sint æterna, utpote species intelligibiles. Quẽadmodũ. n. species uisibilis habet duplex subiectũ, unum, in quo habet esse spũale, s. visum: & aliud, in quo habet eẽ materiale, ut corpus coloratum: sic species intelligibilis habet duplex subiectũ, unum, in quo habet esse materiale, puta phantasma, & in quo habet esse immateriale, utpote intellectum possibilem. & ſm hoc esse, ẽt species illæ non sunt gñabiles nec corruptibiles. Sed ista rñsio nulla vr̃. Sicut. n. non est eadẽ numero species, q̃ est in pariete, & q̃ est in oculo, ita non est eadem numero spẽs, q̃ est in imaginatione, & intellectu. Secundò conat oñdere, ꝙ ex hac positione nõ sequit, ꝙ oĩm hoĩum sit unum esse, & operatio una ſm quas oẽs sint sapientes. dicit namq; ꝙ cum spẽs intellecta se habeat ad intellectũ possibilẽ quodãmodo sicut forma ad materiã, ita ꝙ ex eis efficit quodammodo unum cõpletum, cõiunctio eius ad nos, est per id, quod est formale in dicta cõiunctione, puta per spẽm intellectam, cuius vnũ subiectũ dicit esse phãtasma, qd̃ est in nobis: aliud, intellectũ possibilẽ. Cumq; in diuersis diuersa extẽt phãtasmata, diuersis hoĩbus cõiungit intellectus possibilis diuersa cõiunctione, & ex hoc hoĩes hnt diuersum esse, unusq; scit, ꝙ alter ignorat: quia ſm unã spẽm intellectam coniungit uni, ſm quam non coniungitur alteri. Ex hac quoq; opinione sequitur, ꝙ nulla animarum diuersitas manet post mortem.

Auẽpothe

Intellectus possibilis non est uis imaginatiua.

Themistij, & Theophrasti opinio de intellectu possibili.

¶ Verum ista rõ oñdit multipliciter friuola: quia (ut dictum est) species, quæ est in intellectu possibili, non est eadem numero in phantasmate, & in subiecto, sed est similitudo illius. vñ sequit, ꝙ intellect nullo mõ nobis coniungit. & ideo per ipsum nõ intelligeremus. Secundò, quia coniunctio intellectus cum specie intellecta, est per operationẽ intellectus pertinens ad perfectionẽ secundã. impossibile ergo est, ꝙ mediante tali coniunctione acquirat homini perfectio sua prima, & esse substantiale. sicq; cũ hõ ex tali coniunctione sit hns intellectum, ut dicũt, hõ non esset hõ in specie determinata per hoc, ꝙ habet intellectum: qm̃ medium istud, uidelicet spẽs intellecta, coniungit vtriq; extremorum ꝑ modum accidentis, quod est contra Philosophum 8. Metaphysicę asserentem, ꝙ aĩa coniungit nullo mediante etiã nec mediante scientia, ut dixit Licoston. Tertiò, operatio non egredit ab obiecto, sed a potentia. non. n. uisibile uidet, sed uisus. si ergo intellectus non coniungit nobis nisi per hoc, ꝙ spẽs intellecta aliquo mõ habet subiectũ in nobis, sequit, ꝙ hic hõ nõ intelligat, sed intellectus separatus intelligat ea, q̃ ipse imaginat. Alia multa absurda ex opinione illa sequuntur. ¶ Hinc remotis illis erroribus, dico cum Auicenna, intellectum possibilem cum corpore incipere non deficere, & in diuersis diuersum esse, ac multiplicatum, ſm diuisionem materiæ in diuersis indiuiduis, sicut alias formas substantiales. Et super addo, intellectum quoq; agentem in diuersis esse diuersum. Nequaquam. n. vr̃ probabile, ꝙ in aĩa rõnali nõ sit principium potestatiuum intrinsecum, quo naturalem ualeat operationem explere. Nec dico intellectum agentem, & possibilem eandem esse potentiam diuersimodè nominatam ſm operationes

Aristo.

Licoston.

Auicenna.

Intellectus diuersus ẽ in diuersis.

Intellectus agẽs, & possibilis non sunt una potentia.

diuersas: quia quæcunque operationes in contraria reducuntur principia, impossibile est eas reducere in eandem potentiam. sed quomodo queant in eadem radicari substantia animæ, difficilè est uidere. Non enim apparet, quòd eidem possit conuenire substantiæ, esse in potentia respectu omnium formarum intelligibilium, quod est ipsius intellectus possibilis, & esse in actu respectu earum, quod est intellectus agentis, aliàs non posset formas facere intelligibiles actu. Veruntamen non est inconueniens aliqua duo esse, quorum utrunque secundum diuersa est in potentia respectu alterius, sicut ignis est in potentia frigidus, quod actu conuenit aquæ: & aqua est in potentia calida, quod actualiter conuenit igni; ideo agunt, & patiuntur adinuicem. Conformiter habet se sensibile ad animam intellectiuam. sensibile namque est in potentia intelligibile, & actu naturam habens determinatam. In anima quoque est actu lumen intellectuale, sed determinatio cognitionis respectu huius, uel illius naturæ, est ibi in potentia, sicut pupilla est in potentia respectu huius, & illius coloris. ideo anima uirtutem habens, per quam facit species esse intelligibiles actu, quæ uirtus est intellectus agens, habet etiam uirtutem, per quam est in potentia, ut efficiatur in actu determinatæ cognitionis a specie rei sensibilis facta actualiter intelligibili, & hæc uirtus est intellectus possibilis. Harum autem duarum uirtutum actiones sequitur omne intelligere nostrum tam principiorum, quàm conclusionum. Vnde apparet falsum, quod aliqui dicunt habitum principiorum esse intellectum agentem. Hæc Thomas in Scripto.

Artic. 1. & 2.

¶Insuper in prima parte, quæstione septuagesima sexta. mouet de hac re duas quæstiones condependentes.

¶Prima est, utrum intellectiuum principiū uniatur corpori, ut forma substantialis.

Intellectiuum principiū forma est corporis.

¶Secunda, an multiplicetur multiplicatione corporum.

¶Ad primum respondet, quod imò. Illud enim quo aliquid primò, & per se operatur, est forma eius, cui operatio illa ascribitur sicut, quo primo corpus sanatur, est sanitas: & quo primo scit anima, est scientia. propter quod sanitas forma est corporis, scientia animæ: quia nil agit nisi secundum quod est in actu. unde quo aliquid est actu, eo agit. manifestum est autem, quod primum, quo uiuit corpus, est anima. cumque uita manifestetur secundum diuersas operationes in gradibus diuersis uiuentium, id quo primum operamur, unumquodque horum operum uitæ, est anima. Anima namque est, quo primum nutrimur, sentimus, localiterque mouemur, ac intelligimus. hoc ergo principium, quo primo intelligimus, siue intellectus dicatur, siuè anima intellectiua, est corporis forma. Et hæc est Aristotelis demonstratio secundo de anima. *Philosop.* Porro si quis dixerit animam intellectiuam non esse corporis formam, oportet, ut assignet modum, quo actus intelligendi conueniat homini isti. Experitur etenim unusquisque se esse uerè intelligentem, atq; scientem. *Actio tribuitur alicui tripliciter.* Actio autem attribuitur alicui tripliciter ſm philosophum 5. physicorum. Nam dr̄ quis mouere, seu agere, uel ſm se totum, sicut medicus sonat: uel ſm partem, sicut homo uidet: aut per accidens, sicut album ædificat: qm̄ ædificatori accidit esse album. Cum autem dicimus Socratem intelligere, *Philosop.* manifestum est, ꝙ intelligere attribuitur ei non per accidens, sed per se, inquantum est homo, quod essentialiter prædicatur de ipso. aut ergo Socrates intelligit secundum se totum, ut Plato asseruit, dicens hominem esse animā intellectiuam: *Plato.* aut ita, ꝙ intellectus, seu anima intellectiua sit aliqua pars hominis huius. Sed primum horum stare non ualet: qm̄ idem homo est, qui percipit se intelligere, & sentire. sentire uerò non est sine corpore, idcirco oportet corpus esse hominis partem. *Homo nō est anima ītellectiua Auerrois.* Intellectus ergo, quo Socrates intelligit, est aliqua pars Socratis, ita ꝙ intellectus aliquo modo vnitur corpori Socratis. Hanc verò vnionem Commentator 3. de anima dicit fieri per speciem intelligibilem, quæ habet duplex subiectum, uidelicet intellectum possibilem, & phantasma, sicque per speciem intelligibilem continuatur, atq; coniungitur intellectus possibilis corpori huius siue illius. Verum hæc unio non sufficit ad hoc, *Philosop.* ꝙ actio intellectus sit actio Socratis. nempè ſm philosophum tertio de anima, ita se habent phantasmata ad intellectum, sicut colores ad uisum. Quemadmodum ergo species colorum sunt in uisu, ita species phantasmatū in intellectu possibili. sed ex hoc, ꝙ colores sunt in pariete, quorum similitudines sunt in uisu, actio visus non attribuitur parieti. non enim paries uidet, sed vr̄. ex hoc ergo, ꝙ species phantasmatū sunt in intellectu possibili, non sequit̄, ꝙ Socrates, in quo sunt phantasmata intelligat, sed ꝙ ipse, seu eius phātasmata intelligantur. Hęc in Summa.

Intellect⁹ multiplicatur corporum multiplicatione

¶Insuper, ꝙ intellectiuum principium, seu uis intellectiua possibilis, multiplicetur multiplicatione corporum humanorum, ostenditur. Si. n. iuxta Platonis sententiam homo sit tantum intellectus, Petrus, & Iohannes essent unus homo, nec distinguerentur nisi per id, quod est extra essentiam utriusq;. *Aristo.* Similiter, si iuxta doctrinam Aristotelis intellectus ponatur pars, seu potentia animæ, quæ est hominis forma. Impossibile quippè est plurium numero diuersorum esse unam numero formam, *Dio. Car.* sicut impossibile est, quòd sit vnum esse eorum. Hæc & multa consimilia introducit Thomas ibidem.

Auer. uesana opinio

¶Ex quibus euidentissimè claret error, imò insania, atq; fatuitas Auerrois in hoc, quod dixit eūdem numero intellectum esse in cunctis hominibus. Cū etenim actus intelligendi sit actus immanens, idest, essentialiter manens in eo, a quo elicitiuè, formaliterque egreditur, & quem denominat, apertissimè constat, ꝙ si in homine non sit formaliter, & item intrinsecè intellectiuum principium, utpote anima uerè intellectiua, seu potentia intellectiua immaterialis, & inorganica, a qua actio intellectiua, qua immaterialia, & abstracta uniuersaliter, & abstractè intelliguntur, immanenter egrediatur, ac profluat, quod homo nequaquā uerè intelligat immaterialia, abstracta, & separata uniuersaliter sine materia, & conditionibus, ac appendicijs eius, cuius contrarium experimur in nobis. Ideo opinio illa Auerrois fuit fictitium, & error stultissimus. Et sicut super tertium de anima scribit Aegidius, *Aegidius.* ipse Auerrois adhuc uiuens, non potuit opinionem suam defendere, sed sic, aut simili modo dicere in publicis disputationibus consueuit: Viri fratres, hāc positionem tanquam probabilem, non demonstrabilem pono. *Auer. arrogātia, atq; perfidia.* ¶Præterea, omnibus consideratis, clarissimum est, quòd Auerrois ex alijs suis erroribus, imò pfidijs, quas reliquere noluit, incidit, excogitauit, & finxit istum errorem. fuit enim primo de lege Machometi, quam tandem propter multa uana, & friuola ibi contenta reliquit. Fides quoque Christianorum. propter multa incomprehēsibilia, & super

per

per naturalia in ea inclusa, sibi displicuit. Similiter lex Moysi. Vnde lege naturali uoluit esse contentus. Hinc indicit multos prorsus enormes, intolerabilesq; errores, ut subuerteret fundamenta sacratissimæ legis, ac fidei Christianæ. Negauit enim prouidentiam Dei, futurum iudicium, pœnas inferni, immortalitatemq; animæ.

¶Contra prætactum quoque suum errorem de unitate intellectus possibilis in cunctis hominibus, fecit Aegidius specialem tractatum pulchrum, & planum: Thomas etiam magis difficilem, & profundum. Insuper in Summa contra gentiles in libro secundo per diuersa capitula tractat subtiliter, fundamentaliter, ac diffusè de ista materia, utpote quo modo intellectualis essentia, seu anima intellectiua possit corpori uniri, ut substantialis informans, & intrinseca forma. Anima enim rationalis inferiorum naturalium formarum perfectiones, & gradus includit in se, ita quod ipsa etiam est uegetatiua, sensitiua, & secundum locum motiua. Nihilominus quantum ad uires suas intellectuales supremas, est separata a corpore, id est, eidem non immersa, nec obligata, sed inorganicas, immaterialesq; uires habens, & actiones incorporeas, ac diuinas. Hac ibi copiosè probantur.

Albertus.

¶His concordant scripta Petri, Richardi, & Hanibalis, ac sententialiter comprehenduntur in istis.

¶At uerò de hac re scribit Albertus multum prolixè. *Albertus cōtra Aue. errorē disputauit in curia.* Dixerunt, inquit, Arabes quidam, sicut Auerrois, quod vnus numero intellectus sit in omnibus animabus humanis, & in cunctis hominibus. Qui error intantum inualuit, quod multos habuit defensores. & est ualde periculosus, contra quem disputaui in curia.

¶Ponit quoque Albertus triginta rationes pro hac opinione uanissima, quarum licet quædam uideantur Alberto subtiles, & fortes: nulla tamen earum, quantum capere queo, ullius uigoris est. Ponit item Albertus triginta sex rationes magis idoneas contra insaniam illam, quarum potissima est, quam etiam in commentario suo super librum de Causis inducit: Homo, dicens, seipsam sortitur a perfectione hac essentiali, & quidditatiua, quæ est esse rationale, per quam potest in actus, & exercitia rationis ex cognitione materialium, & sensibilium rerum, ad diuinorum, & immaterialium, ac abstractissimorum cōtemplationem proficiendo, & multa prorsus incorporalia, atq; subtilia intuēdo, absq; reflexione ad formas sensibiles, appendiciasq; materiæ. Huiusmodi autem actio, seu contemplatio cum sit actio pura, diuina, & circa uniuersalia vniuersaliter uersans, nullatenus potest subiectiuè consistere in aliqua potentia organica, neq; in organo corporali: imò necessario inhæret, ac inest immateriali, indiuisibiliq; subiecto. Ergo in ipsa natura animæ est talis potentia, & tale subiectum. Cumque potentia nullatenus esse queat præstantior, immaterialior, sublimior, aut diuinior essentia, a qua fuit insolubiliter, sequitur, quòd ipsa essentia animæ sit pura, simplex immaterialis ex se, deriuans, effluēs, & producens immateriales diuinas, & inorganicas uires, & actiones, quæ competunt homini ex specifica differentia sua, atque ex essentiali sua perfectione intrinseca. Alioquin constitueretur in specie non ex propria quidditatiua, & intrinseca perfectione, quod nulli competit rei, neque in cœlo, neque in terra.

¶Præterea, nulla uis organica est reflexiua super proprium actum, nec rediens ad se reditione completa: quod Proclus in elementatione sua theologica, & auctor libri de Causis, subtilissimè probāt. *Proclus.* Nempè, quod reflectitur, atque conuertitur plenè ad se, & super se ipsum secundum quodlibet sui coniungitur sibi, nec potest in ipso situalis distantia reperiri. omne quoque organicum, & materiale, est in infinitum diuisibile, nec potest hoc actu compleri, ac petransiri. experimur autem in nobis, quòd intellectus noster reflectitur, ac redit ad se reditione completa, discutiendo, cognoscendo, & intuendo seipsum, & proprios actus, intentiones, ac studia.

¶Ampliùs, ex errore illo pestifero sequitur, quòd anima humana mortalis sit instar animarum brutalium: ergo nulla post hanc uitam est merces, seu retributio meritorum, ac demeritorum, quod diuinæ iustitiæ inestabiliter derogat, præsertim cum uideamus iustos, & uirtuosos, ac contemplatiuos frequenter plùs opprimi in uita præsenti, quàm impios: imò interdum occidi a pessimis, ac tyrannis, quod multis quoque philosophis legitur contigisse. Cumq; etiam, teste philosopho, homo contemplatiuus theoricus, & heroicus, sit amantissimus Deo, consequens erit, quòd iustissimus Deus summè liberalis, bonus & amorosus, nullum penitus condignum exhibeat præmium suis charissimis. quod etiam sapientiæ creatoris indicibiliter derogat. Cur enim tribuit homini rationem, nisi ut ea utatur, & suum diligat, consideret, colat, ueneretur que creatorem? Quod si fecerit benè, & meritoriè conuersetur, dignus est laude, & felicitate. si non, utique demeretur, & pœnas recipere habet.

¶Disputationem autem Alberti, breuitati studens, dimitto, præsertim cum error ille tam pessimus iam omnibus innotescat, & copiosissimè a doctoribus catholicis sit destructus.

¶Insuper Henricus de hac quæstione: Mihi, ait, *Henricus.* non videtur mirum, qnod homines dubitant, quid de his duobus, uidelicet an intellectus sit idem numero in diuersis, & utrum intellectus sit forma, & actus corporis, Aristoteles sēserit. imò (ut arbitror) ipsemet Aristoteles super his semper in dubio fuit, nec unquam pro certo, aut supposito quasi principio habuit, quòd intellectus in omnibus unus sit, neque ꝙ in diuersis diuersus, neque quòd esset forma, substantialisq; actus corporis, neque quòd nō: sed inter vtrunque horum fluctuans, modo pro una, modo pro alia parte apparentia protulit. Sed quod quidam expositorum eius, tam Gręcorum, quàm Arabum, exponunt eum in omnibus dictis suis pro una parte, & alij pro alia. Nempè, qui dubitans fluctuat, non tanta profert pro una parte, cui fortè magis adhæret, quin & alia quædam pro alia parte loquatur. Hinc non ex nudis propositionibus, quæ modo uidentur sonare pro una parte, modo pro alia, nec ex dictis expositorum ipsius, sed ex fundamentis eius (de quibus omnibus constat, quòd de eius intentione fuerunt) inquirendū est, quid super his senserit, aut saltem, cui parti magis consenserit. Denique duodecimo metaphysicæ ait: Causæ mouentes sunt quæ præcedunt. Hæ autē sunt simul, sicut si homo est sanus, sanitas, & homo sunt simul. Si autem aliquid remanet in postremò, seu posteriùs, quærendum est de hoc. Si enim anima talis est dispositionis, non tota, sed intellectus, tota enim fortè impossibile est, hoc est dicere, quòd causæ mouentes pręcedunt generatum. forma

Aristo. qd senserit de immortalitate aiæ.

ma aũt est simul cum eo: quia non priùs habet esse homo sanus, q̃ sanitas eius. Sed si aliqua forma remanet sine eo cuius est forma, de hoc quęrendum est hic in Metaphysica. Quo circa notandum, ꝙ dicendo, si anima talis est, non asserit, ꝙ sit talis, neq; ꝙ post hominis mortem remaneat, quamuis asserat ꝙ non præcedat: supposito tñ, ꝙ sit forma, substãtialisq; actus materiæ. Ex quo euidens est, Aristotelem non asserere, ꝙ in homine sit forma aliqua, quæ manet eo corrupto. Rursus, euidens est ipsum non asserere, intellectum esse formam, & actum materiæ. Hinc non est certum, nec euidens, an posuerit intellectus plures plurium, uel unicum singulorum. Si namq; sensisset, quòd non esset actus, & forma materiæ, necessariò dicere habuisset, ꝙ si unicus oĩum hominum intellectus, ex illo videlicet fundamento, ꝙ indubitanter posuit sub eadem specie non multiplicari indiuidua nisi ꝑ materiam. E contrariò, si sensisset, ꝙ intellectus sit actus, & forma materiæ, necesse dicere habuisset, ꝙ singulorũ essent singuli intellectus, ex alio suo fundamẽto, quo posuit formas existẽtes ĩ materia, plurificari plurificatiõe materię.

¶ Præterea, si Aristoteles asseruisset intellectũ, seu aĩam intellectiuam esse corporis formam, concessisset infinitam animarum talium multitudinem actualiter existentem, ac separatam, eo ꝙ sensit mundum ab æterno fuisse, nec intellectum corrumpi posse. non autem concessit multitudinem actu infinitam in permanentibus rebus, sed benè in successiuis, vbi numquam simul est infinita in actu. unde constat ꝙ Aristoteles nunquã in naturali philosphia asseruit aĩam separabilem esse corporis formam. Si.n. hoc ibi assertiuè dixisset, nequaquã in Metaphysica sua, in qua supponit determinata ĩ naturali philosophia, hoc sub conditione proposuisset.

¶ Præterea certum est, quòd animam humanam asseruit corporis formam, sed cum incertum sit an intellectum senserit esse corporis formam, incertum relinquitur, an animam humanam sensit esse uerè ex sua natura intellectiuam. sed cum homo intelligere nequeat nisi intellectus esset in aĩa eius, dubium remanet qualiter sensit actum intelligendi homini conuenire. Vnde cum tres sint partes, seu uires animæ principales, uegetatiuum, sensitiuum, intellectiuum, utrum intellectus differat ab alijs subiecto, ita ut nõ sint in eadem substantia animæ, an potius sit idem illis subiecto, & sint sicut trigonum in tetragono indeterminatum relinquit. Hinc & qñ aĩam definiens dixit, quòd anima est actus primus corporis organici, non dicit determinatiuè de intellectu sic esse, nisi fortè esset actus corporis, sicut sunt aliq; vires in brutis, & vegetabilibus. Propter quod subdit: Si oportet aliqd cõe in omni anima dicere &c. Et quamuis pro certo determinet, quòd aĩa, in qua sunt vegetatiuum, & sensitiuum, sit substantialis forma hois: non tñ pro certo determinat hoc de aĩa, in qua sunt vegetatiuum, sensitiuum, & intellectiuum. Iterum firmiter sensit (ut patet 1. de cœlo) nihil perpetuum esse a parte post, quod non fuit ꝑpetuum a parte ante. Si sensisset animas post corpora remanere, sensisset, & eas a parte ante ab æterno fuisse, quod tñ non sensit, determinãdo formam in eodem non præcedere materiam, nec fuisse, nec esse multitudinem simul actualiter infinitam. Hinc vr magis ad hoc declinasse, quòd principium intellectiuum non sit actus, formaq; corporis, nec plurificetur ſm corporum plurificationem, sed magis sit unus in omnibus intellectus Nec tñ suis intantum credidit fundamentis, ut id, quod sequebat ex eis, expressè voluerit asserere: sed ne de facili reprehendi posset. sub dubio id reliquit: qm̃ ad oppositum alias rõnes habuit efficaces, quibus certitudinaliter rñdere nesciuit, quin. s. intellectus esset corporis forma, ideoq; plurificaret ſm corporum numerum. Quod utiq; ex dictis Aristotelis certitudinaliter potest ostendi, præsertim qm̃ exprimitur in nobis actũ intelligendi. Actus autem nulli conuenit, nisi a forma, cui debetur, seu competit ille actus, aut quia ipse agens est forma illa, aut quia forma illa est aliqd eius. Nam primo modo intelligit angelus, seu intelligentia, secundo modo homo: quia si homo intelligeret primo modo, ipse homo non esset nisi intellectus, seu anima intellectiua, ut dixerunt Platonici, cuius contrarium docet Aristoteles 7. Metaphysicę. Et quamuis hæc rõ in se uerè sufficiens sit ad ꝑbandum, quòd anima intellectiua sit corporis forma, Aristoteli tñ non fuit sufficiens, ꝑꝑ alia eius fundamenta, quibus magis adhæsit. Nobis uerò, qui illa eius fundamenta falsa esse cognoscimus, ratione fide suffultã, demonstratio certa est, quòd intellectiua essentia sit corporis forma, & numero corporũ multiplicata, atq; corrupto corpore permanens, quamuis simul cum illo incipiat, cui sufficienter ꝑparato de nouo infunditur. Hæc Henricus.

Plato.

¶ Qui de his scribit prolixè.

Dio. Car.

¶ Quo circa mihi vr, quòd sicut expositores Aristotelis Græci, & Arabes, ita expositores eius latini atq; catholici uerba Aristotelis diuersimodè sumũt, exponunt, intelligunt. imò aliqui horum dicunt Aristotelem absolutè sensisse, quòd anima hominis sit mortalis: quod & Gulielmus Parrhisiensis in lib. de uniuerso Aristotelem sensisse frequenter insinuat, dicens, quòd ſm Aristotelem, corruptis hominibus non remanet nisi vnum cõe intellectiuum principium, id est, intelligentia separata. Alij asserunt Aristotelem sensisse contrarium, utpote intellectiuum principium esse hominis formam, & incorruptibile esse, ac plurificari ſm indiuidua hominũ. Et hoc sanctus Thomas, Albertus, Aegidius, & alij quidam; potissimè sanctus doctor, affirmant. Alij demum fatentur Aristotelem in difficultate hac fluctuasse; ut probat Henricus, & horum quidam sentiunt, ut Henricus præfatus. Alijs uerò apparet, ꝙ non plùs ad unam, q̃ ad aliam declinauerit partem. Verum qm̃ pars illa, ad quam ſm Henricum magis diuertit, est in ueritate tam apertè irrationabilis, & absurda, ita ꝙ eius oppositum cadit sub demonstratione, ut Henricus quoque fatetur, & Albertus, Thomas, Aegidius, ac alij plurimi contestãtur, reor, ꝙ Aristoteles magis consensit in hoc, ꝙ intellectus possibilis sit uerè potentia animæ, ipsaq; anima rationalis intellectiua, sit hominis forma, ac immortalis. Nam & hoc Aristoteles in quibusdam alijs suis dictis, uidelicet in lib. de secretis secretorum, in lib. quoq; de uita, & morte, seu morte, & pomo, atq; in quibusdam suis epistolis sensisse conspicitur. Postremò, quamuis Gulielmus in lib. suo de vniuerso, ita ut tactum est scripsit, alibi tñ & si benè recordor, in libro suo de diuina rhetorica, id est, de oratione refert Aristotelem protulisse, & exorasse: Nunc te inueniò causa causarum, fac me tibi acceptum. At uerò fundamentum illud de mundi æternitate, Aristoteles sciuit, ac fassus est non esse demonstratiuum, sed topicum, cum in topicis dicat ꝑblema de mundi æternitate esse pro utraque parte probabile.

G. Parrhi.

Quę sint magis probata Arist. circa intellectus naturam.

Arist. iudiciũ de mũdi æternitate.

¶ Bonauentura quoq; alijs uerbis recitat ꝑinducta, & quasdã antiquorũ impitas refert opiniões: qualiter

qualiter et Auerrois tres intellectus distinxit in aĩa, utpote efficientem, recipientem, & passiuũ. Verũ de huiusce modi uanis, friuolisq; erroribus satis dictũ vr, quos & Gulielmus plenariè improbat.

QVAESTIO II.

Arguitur contra ueritatem.

NVnc restat inquirere *an anima rationalis uniatur suo corpori immediatè*. i. absq; intermediãte alia aĩa, ita ꝙ in hõe nulla sit alia forma substantialis, q̃ aĩa rõnalis. ¶ Vr, ꝙ non immediatè suo corpori vniatur, cum inter ipsam, & corpus sit tam grãdis distantia, atq; (ut diuinus Dionysius docet) a distanti in indistans non itur nisi ꝑ medium. ¶ Circa hæc multa scisciratur Albertus. Primò, an aĩa rõnalis corpori extet unibilis. Et rñdet, Sicut ait Gregorius Nysenus in lib. suo de hõe cap. 3. difficultas qõnis istius Platonem compulit dicere, ꝙ homo non est compositus ex aĩa, & corpore, sed sit aĩa corpore utens. Et rõ sua fuit: Quæcunq; vniunt in unum, quod neutrum unitorũ est, distant formis, quibus vnumquodq; vnum est in seipso: quia si non distarent a formis illis per vnionem, non vnirent, sed manerent distincta. Quod aũt aliqua duo distincta remaneant, & coniungant in unum, illa duo nõ stant simul. Si ergo coniungit aĩa corpori, iã incipit a sua distare natura ipsa unione. sed hoc est falsum, quia sic simul confunderent, & neutrũ remaneret, quod erat. Præterea aĩa rõalis est hypostasis, & hoc aliqd, similiter corpus organicũ: ergo ex eis non põt constituì unũ. Et rñdendum, ꝙ absq; dubio aĩa rõnalis, & quæcunq; alia aĩa, tam ex ordine creationis, q̃ ex ordine suæ naturæ, unibilis est corpori ad vnum animatum constituendum: & operationes vitæ, quæ sibi essentiales sunt, & naturales exercere non ualet nisi in corpore, & ꝑ corpus, præter intellectuales solas, quas exercet ꝑ se: qa ſm illas est separata. Porro Plato errauit, putando, ꝙ nulla duo diuersa vniretur in unum nisi ꝑ modũ mixti, vel cõfusi, ubi utrũque vnibiliũ alterat aliud: quod nõ est verũ, nisi in corporibus qualitates actiuas, ac passiuas habentibus: in his verò, quæ coniungit sibi ad cõicãdum in una actione, aut passione, nõ est unio talis, sed utrũque manet distinctum, sicq; iungunt intellectus, & appetitus, aĩa quoq;, & corpus, & ita nõ distãt, uidelicet ordine cõicationis in operibus uitæ, & passionibus: imò in ꝓportione congrua, & immediata sehñt, nisi ꝙ aĩa est sicut principians, & corpus sicut subiectum. Deniq; nec corpus, nec aĩa est ꝑfecta hypostasis, sed hõ constitutus ex eis. Corpus.n. ſm philosophum 2. de aĩa, est tamquã materia: & non est hypostasis, sed perfectibile imperfectũ. aĩa aũt ut dr ibi, est sicut forma, q̃ et non existit hypostasis, sed ꝑfectio ꝑfectibilis. i. actus materiæ, q̃ ꝑ ipsam perficit. Hinc Greg. ait Nysenus, ꝙ continens, quod per se continens est, semper est incorporeum. cõtentum uerò, quod indiget cõtinentia ne dissoluat, semper corporeũ est. continens aũt, & contentũ, coniũcta sunt, & unũ constituũt. aĩa aũt continet corpus, cuius signũ est ſm Philosophũ in fine primi de aĩa: qm̃ aĩa egrediẽte, corpus expirat, marcescit, dissoluit.

S. Dion.

Albertus.

Greg. Nyſ.

Philosop.

Greg. Nyſ. Aĩa corpꝰ continet.

¶ Insup ad hoc, an aĩa cõiungit corpori immediatè, rñdet Albertus: Duplex est mediũ. unũ in se alterans, uniensq; extrema, sicut est mediũ in mixto, & cõplexionato, nec tali medio uniunt corpus, & aĩa. Nam quamuis corpus a suis sit qualitatibus alterabile, aĩa tñ a suis ꝓprietatibus nullatenus alteratur. Aliud est medium congruentiæ, faciens extrema cõgruere sibi ad inuicẽ. taleq; mediũ necesse est esse duplex, ut ferẽ in lib. de spiritu, & aĩa. Vnum, quod facit congruere vnum extremũ: aliud, quod facit congruere alterũ. Et tale mediũ ex parte carnis est sensualitas, non illa, quæ est pars aĩæ sensibilis, sed illa, quę est sensibilitas, quã aĩa influit corpori organico, quatenus tanquam instrm̃ susceptibile sit sensibilium specierũ sine materia, ea tñ præsente. Hancq; asserit ignem esse: quia quod laxat organa ad sensibilium receptionem, calor est naturalis, qui ignis habet ꝓprietatem. Similiter cum dicit, ꝙ medium ex parte aĩæ est phantasticus spũs, qui congruit sensibilitati, nõ est intelligendũ de spũ, qui est spiritalis substantia, & aĩa, uel pars eius, sed de spũ per defert sensibiles formas ab organis sensuũ: quẽ ꝓbat Auicẽna esse corporeum, quia in oĩbus organis potentiarũ aĩæ sensitiuæ interrioribus, & exterioribus, nihil recipit nisi sub corporali figura, nec in somno, neq; in uigilia. Nil quippè recipiunt potentiæ aĩæ sensitiuæ nisi sensibile, aut cum sensibili: sensibile, ut sensus exteriores: cum sensibili, ut estimatiua, q̃ apprehendit conueniens, & nociuum: sicut ouis uidens lupũ, apprehendit, ut inimicũ, & nociuũ, ac fugit: uidens canem, æstimat amicũ, & ipsum accedit. Hic quoq; spũs in lib. de spũ, & aĩa, appellat uigor naturalis, & ꝓprietatem ignis sortitur, ut Aristoteles loquit: qm congregat homogenea, & disgregat heterogenea, quod igni est ꝓprium. Hic laxat, & penetrat organa, ac media sensuum, & defert in ea, & ab eis in aĩam formas sensibiles. sicq; sumendo medium, quod facit sibi extrema congruere, aĩa corpori vnitur per mediũ, nõ aliter. Aĩa insup quãtũ ad suã essentiam, est tota in corpore suo toto, cũ ipsa sit indiuisibilis: & tota in qualibe corporis parte, vt Aristoteles, Augustinus, Gregoriusq; Nysenus testant. nihilominus ſm partes suas potentiales, est in determinatis partibus corporis, in quibus operationes suas exercet. Nec plures sunt aĩæ, substantialesve formæ in hõe, sed aĩa rõnalis inferiores uirtualiter continet. Hæc Albertus. ¶ Insuper Thomas in 1. parte qõ. 76. Plato, inquit, posuit diuersas esse aĩas in corpore vno, et organis, seu subiectis distinctas, quibus diuersa uitæ opera asscribebat, dicens uim nutritiuã esse in hepate, concupiscitiuam in corde, cognoscitiuã in cerebro. Quod Aristoteles reprobat de aĩa, quantum ad illas animæ partes, seu uires, quæ corporeis organis in suis utuntur operibus, ex hoc, ꝙ in aĩalibus, quæ decisa uiuunt, in qualibet inueniuntur operationes diuersæ animæ, sicut sentire, atq; appetere: quod non esset, si diuersa principia operationũ aĩæ tanquam per essentiam diuersæ, essent diuersis corporis partibus distributa. sed de intellectu sub dubio uidetur relinquere, utrum sit separatus ab alijs aĩæ partibus rõne tñ, an etiam loco.

Mediũ duplex.

Auicenna.

Thoaquin. Plato.

Aristo.

¶ Porro opinio Platonis posset utique sustineri, si anima uniretur corpori solum, ut motor, non ut forma, ut posuit Plato. Nullum namq; inconueniẽs sequi vr, si idem mobile a motoribus moueatur diuersis, præsertim ſm opationes diuersas. Si verò ponamus animam corpori vniri, ut formam, impossibile est plures animas per essentiam differentes, in vno eopore esse. Primò: qm̃ animal non esset simpliciter vnum, cum res habeat esse per formam, & ab eodem res habet, ꝙ sit ens, & ꝙ sit vna. Hinc q̃ denominantur a formis diuersis, non sunt vnum simpliciter, ut hõ albus. Secũdò, hoc patet ex mõ prędicationis. Quæ.n. a diuersis formis sumunt, prędicantur ad inuicẽ, uel ꝑ accidẽs, dum formæ nõ sunt adinuicem ordinatæ, si aũt formæ sunt inuicẽ ordinatæ, erit ꝑdicatio ꝑ se, in secũdo mõ dicendi ꝑ se: qm̃

Vno in corpore una tm̃ est aĩa.

subiectum ponitur in diffinitione prædicati, sicut superficies præambula est ad colorem. Si ergo dicat, ꝙ corpus superficiatum est coloratum, erit secũdus modus prædicationis per se. Vnde si alia forma sit a qua dr̃ animal; & a qua dr̃ homo, sequitur, ꝙ unũ istorum non possit prædicari de altero nisi per accidens, si duæ hæ formæ non hnt adinuicem ordinẽ, uel ꝙ ibi sit ꝑdicatio in secundo modo dicendi per se, si una animarum ad aliam consistat præambula. Vtrunq; aũt horum manifestè est falsum: qm̃ aīal p se prædicat de hoīe, non per accidens. Homo uero non ponit in definitione aīalis, sed econuerso, oportet ergo eandem esse formam, per quam res est homo, & aīa, alioquin homo non esset uerè id, quod est animal. Tertiò patet hoc: qm̃ vna operatio aīę cũ fuerit intensa, impedit aliam; quod non esset, nisi principium actionum esset per se unum.

¶Insuper cum anima intellectiua vniat corpori, ut forma substantialis, non pōt in hoīe poni alia forma substantialis, q̃ anima: qm̃ forma substãtialis dat esse simpliciter, & ponit in specie, forma verò accidentalis dat esse ſm quid, & quicquid aduenit enti in actu, est accidentale. Hæc Thomas in Summa.

Richard°. ¶Verum in hac re aliter sentit Richardus: Quidã, inquiens, dicunt in hoīe non esse aliam formã substantialem, q̃ aīam intellectiuam, nec completã, nec incompletam, nec in aliquo composito vno eē formam substantialem nisi unam, dicentes esse cuiuslibet substantiæ indiuisibili consistere. & formam substantialem, quæ fuit educta de potentia materiæ in aduentu aīæ intellectiuæ, corrumpi; recedente q; aīa intellectiua, aliam formam specificam in materiã introduci: noua quoq; accidẽtia prioribus similia, in eadem causari materia. Sed contra hoc, quod dicunt esse cuiuslibet substantiæ in indiuisibili cõsistere, sunt oīa argumenta dicentium elementa manere in mixto ſm formas suas substantiales. experimẽtaliter ẽt constat, eandem plantam in una sui parte mori, in alia viuere: & tn̄ partes eius manent continuæ, quod non esset, nisi aliqua forma substantialis maneret utriq; cõis parti. Aut ergo in plãta sunt formæ plures substantiales, uel forma eius recipit magis, & minus. sed quocunq; horum dato, sequit̃ falsum esse, ꝙ esse plantæ in indiuisibili sit consistens.

¶Præterea contra hoc, quod dicunt formam eductam de potentia materiæ, in aduentu intellectiuæ, seu animæ rōnalis corrumpi, arguit̃: Non corrumpit̃ a seipsa, imò unumquodq; suæ corruptioni pro posse resistit. nec ab essentia materiæ primæ, cũ illa perficiat̃ p eam. nec ab essentia aīæ intellectiuæ, cũ vna alteri non cõtrarie t̃: nec a Deo creante animã rōnalem corrumpit̃, cum illa corruptio naturalis non esset; (Deus aũt in ꝓductione naturaliũ effectuũ non agit supturaliter, aut miraculosè) neq; a causa naturali, q̃ eã eduxit: qm̃ causa naturaliter suũ conseruat effectum. ¶Præterea, si in aduentu aīæ intellectiuæ corrumpit̃, quicquid ante in materia fuit productum, ergo forma præcedens frustra fuit producta. Vñ vr̃, ꝙ facta prima corruptione in semine, rōnalis aīa mox crearet̃, & inducerẽt̃, quia ex tũc esset in materia dispositio requisita ad intellectiuæ aīæ receptionem, utpote denudatio ab omni alia forma substantiali, & accidentali. ¶Insuper ex illa opinione sequitur unum inopinabile, quia si in eodem instanti introducerent̃ diuersis materijs forma hominis, formaq; asini, materia hoīs tam apta esset recipere formam asini, ut formam hoīs, similiter materia asini tam apta consisteret recipere formam hoīs sicut asini formam; quia in illo instanti denudaret̃ ab omni forma præcedente, seu ab omni dispositione ad formam, & nuda essentia materiæ non plùs respicit vnam formam, q̃ aliam. ¶Ampliùs, cõtra hoc, quod dicunt recedente aīa intellectiua, noua accidentia introducunt̃ in materia prioribus similia, obijcitur: Nam introductio illa non esset a casu, cũ casualia in paucioribus cõtingant, nec posset huius introductionis causa assignari determinata. Illa nãque non est essentia materiæ primæ: qm̃ quantũ est de se, non magis determinat̃ ad accidentia illa, q̃ alia: nec essentia animæ intellectiuæ: qm̃ ordine naturæ ipsa priùs a materia separatur, atq; recedit, q̃ accidentia illa noua introducantur. Pari etiam rõne arguitur, quòd priora accidentia materia nõ determinant ad consimilia accidentia noua: qm̃ ordine naturæ priora accidentia, priùs oportet corrũpi, q̃ induci. sed impossibile est, quòd ordine naturæ causa priùs corrumpatur, q̃ eius effectus producatur. Nec dici pōt, quòd causa determinans materiam ad accidentia illa, noua fit influentia cœli: qm̃ si in eisdem loco, & tpe, in quibus decapitatur uir magnus, & albus decapitetur paruus, & niger, non apparerent accidentia illa in materia parui, & nigri, quæ apparerent in materia magni, & albi. Nec dici pōt, quod corruptio illa sit ex parte corrumpentis naturalis assimilati corrupto per hoc, quod corrũpendo patitur a corrupto: quia cũ maximè patiat̃ a qualitatibus actiuis ipsius corrupti, maximè determinaret materiam ad qualitates actiuas illis consimiles, quæ in corrupto ante suam corruptionẽ fuerunt. Deniq; forma prior, fuit forma uitæ: forma sequens, est forma cadaueris. ergo forma ista sequẽs cadaueris, non requirit, neq; determinat, nec ꝓducit in materia, illa accidentia prioribus similia, sed potius dissimilia, sicut & formę illæ substãtiales dissimiles sunt. Nec est determinatio illa per ipsos spiritus, qui erant in corpore dũ uiuebat: quia ſm Cõstabulum in lib. de dr̃ia spiritus, & animæ, spiritus dum separat̃ a corpore, perit. Cumq; ſm prænarratam opinionem in separatione aīæ intellectiuæ non remanet corporeitas in materia prima, spiritus, qui erant in corpore adhuc uiuente, pereunt, præsertim cum ſm eundem Constabulum in lib. eodem, spiritus uitalis exeat in morte. Præterea si illi spũs remanerent, cum sint naturaliter operantes, nunquã possent determinare materiam ad accidentia uioletter introducta, sicut sunt cicatrices: & tn̄ uidemus in corpore mortuo cicatrices consimiles sicut in corpore uiuo. Restat ergo, quòd recedente anima intellectiua, remanent in corpore aliqua accidentia eadẽ numero, ut eadẽ quantitas, eademq; figura. Alij dicunt, quòd in hoīe non est alia forma, quã intellectiua. nihilominus ea egrediente, manent aliqua accidentia eadem numero, q̃ inerant priùs, ꝓp unitatẽ materiæ: quia ut loquit̃ Auicenna 1. suo physicorũ, quæ consequunt̃ ex parte materiæ, aliqn̄ manẽt post formam, ut vulnerum cicatrices, & nigredo æthiopis post mortem. Pro hac demum opinione est, qd̃ ait Commẽtator lib. de substantia orbis, quòd dimẽsiones interminatæ præcedunt formã substãtialem in materia, & sunt coæternæ ipsi materiæ.

Cõstabul.

Auicenna.

Philosop.

Auerroës.

¶Verum his quoq; obijcit̃, quia ſm philosophũ 1. physicorum, materia cũ forma est oīum accidentium causa. ergo nullum accidens pōt esse in materia, nisi mediante forma aliqua substantiali. rErgo si post separationem aīæ remanent accidentia aliqua eadem numero in materia corporis, oportet ibidẽ manere aliquã formam substantialẽ incõpletã, quæ simul cum anima intellectiua fuit in illa materia.

Philosop.

¶Hinc

¶Hinc mihi vr̃ dicendum, ꝙ in Adam simul cum aīa rōnali fuit aliqua forma substantialis incõpleta, & ita in quolibet alio homine, quæ forma educitur de potentia materiæ, ex qua & materia constituit̃ vnum compositum incompletum: quod cum aliquibus suis accidentalibus dispositionibus incompletis, est̃ materia proxima, & immediata ad recipiẽdum animam intellectiuam. Nec illud compositum habet plenè rationem substantiæ, inquantum substãtia est: nec corporis, inquantum corpus est: sed tantummodo incompletè, atq; per quãdam reductionem. Hæc opinio sic probatur: Per actum generantis educitur aliqua forma de potentia materiæ, nec corrumpitur in aduentu intellectiuæ, sicut probatum est. ergo in homine est forma ita educta ad animæ rōnalis susceptionem dispositiua. Item nisi sic esset, non manerent in corpore aliqua accidentia eadem numero post animæ separationem, cuius oppositum est ostensum:

Henricus. ¶Præterea aliter filius carnalis non haberet esse genitum a patre. Materia namq; ingenita est, anima verò creatur. Hæc Richardus. qui de ista materia scribit diffusè, & pro hac sua opinione uaria inducit motiua partim philosophica, partim theologica, que & infra tangentur.

¶At verò eidem fauens opinioni Henricus 11. quodlibeto: Si ex conditione, inquit, naturæ humanæ est, quòd forma corporeitatis quoq; modo sit media ad hoc, vt anima humana vniatur materiæ ad hominis constitutionem, firmiter teneo (sicut & aliàs sæpius declaraui) quòd sicut aīa humana non posset esse forma corporis asini, in quo clarum est, corpus esse corpus ab aliqua forma educta de potẽtia materiæ, sic impossibile est solam animam esse formam materiæ in homine. Nempè si homo Chr̃s Iesus (sicut & alij) esset corpus a substantia animæ rōnalis, & transsubstantiatio panis fieret in corpus Chr̃i, necessariò fieret in substãtiam animæ rōnalis. Non.n. dici posset, quòd fieret transsubstantiatio in animam, ſm quod dat esse corporeitatis, sic quod tn̄ non fieret in animam rationalem: qm̃ nõ dat esse corporeitatis nisi per suam substantiam, nec separãtur esse corporeitatis, quod dat anima, & esse sensualitatis, ac intellectualitatis, q̃ similiter aīa prestat nisi ſm rationem: neq; in id, quod est accidens substantiæ, sed solum in id, quod uera est substantia rei naturalis, fit transsubstantiatio illa. Hinc quicunque concedit, quod est impossibile fieri transsubstãtionem in substantiam animæ rationalis, & cũ hoc, qd̃ sola anima rōnalis sit forma hominis contradictionem in suis implicat uerbis. Hæc Henricus.

¶Qui argumentationem istam prolixè prosequitur, quæ tamen pro magna parte ad quartum pertinet librum.

¶Insuper tertio quodlibeto, soluendo hãc qõnẽ, vtrum homo gn̄at hominem, ait: Secundum philosophum 5. physicorũ, Per se termini generationis, & corruptionis distinguunt̃ penes esse, & non esse. ideo illi conuenit propriè gn̄ari, & corrumpi, cui conuenit esse, puta composito, & non parti in suo toto, & quasi per accidens. Toti namq; composito acquiritur esse per naturalis agentis, ac particularis generantis operationem, cum tn̄ essentia materiæ ingenerabilis, incorruptibilisq; dicatur. Si ergo alicui composito acquiritur esse per agens aliquod, quamuis ipsum agens non posit super essentiam componentium ſm seipsas producẽdo in esse, quo ad amborum essentiam, sed solum quantum ad esse actuale, quod habent in composito. Hinc sicut homo corrumpitur per agẽs naturale, sic gn̄at̃ p agẽs tale, nõ tn̄ omnino tam propriè animalia cętera: qm̃ homo gn̄ans non ita extrahit animam intellectiuã de potentia materiæ, sicut in cæteris animal gignẽs. Nec solum sic homo generat hominem, sed oportet, quod aliquam formam educat de potentia materiæ. aliter nullum esse faceret, aut causaret in gn̄ato, nec aliquod esse ei præstaret. Hæc Henricus.

¶Inter has opiniones reor cum Thoma, Alberto, Aegidio, Petro, multisq; alijs, ꝙ in homine, seu quocunq; composito non est nisi una forma substantialis, sicut probatum est. Veruntn̄ sicut ait Arbertus, inter animam, & materiam est medium congruentiæ. Nec puto in ipsa animæ rōnalis infusione pręcedentes dispositiones accidentalis figurationem, organizationem, qualificationem, complexionem, corrumpi, aut desinere esse, sed easdem numero permanere. alioquin frustra præcessissent. Et si destruũtur, quid in ipsa infusione animæ rōnalis, seu immediatè post ipsam producit in materia præfatas accidentales dispositiones, lineamenta, complexionem & organa? Non.n. agens naturale potest illa in instãti producere, cui competit successiuè operari per motum. Si uerò dicantur illa naturaliter concomitari, & produci ab aīa rōnali infusa, ergo & sine p̃aramentis tot medijs poterant produci ab anima, seu concomitari eandem Postremò, dicere, quòd in homine, seu iumento defuncto nõ maneant aliqua accidentia eadem numero, puta figura, cicatrix, color, ac alia quædam, vr̃ omnino contra sensum, & experientiam, ac rōnem Nec agens naturale posset talia in defuncto in instanti producere. Et quamuis hoc posset: non tn̄ id ageret: qm̃ forma substantialis in defuncto succedens, talia accidentalia non requirit in materia sua, nec ei deseruirent in aliquo, cum per talia non operet̃. ideo frustra ibi de nouo producerentur. Hinc dimẽsiones interminatas sentio coęternas, seu magis coæuas materiæ, q̃ nunquã nec tpe, nec instanti nudatur ab omni quantitate. Cumq; obijcit̃, quod accidentia non migrant de subiecto in subiectum, quòd item cõpositio prima est ante secundam: rn̄deo, quòd materia nunquam stat nuda a forma substantiali, & quod forma altior superueniens, ac prioribus formis succedens, ipsas uirtualiter, ac potestatiuè includit in se. estq; ipsarũ uicem locum, & actum supplens, ita quòd subiectũ æquiualenter est idẽ: imò & materia, rõne cuius insunt accidentia illa, eadem manes. Cum uerò per mortem anima rōnalis recedit, seu anima rōnalis esse desistit, forma succedens quantum ad hoc, supplet uicem, locum & actum formæ prioris, qd̃ præfata accidentia ad tempus cõseruat in esse. Illa quoque forma pōt in instanti educi: qm̃ in materia morientis præparatio manet sufficiens ad eius eductionem. Hæc non nisi breuiter tango, præbens legenti occasionem perscrutationis maioris.

Dio. Car.

Accidẽtia eadem numero manent in uiuo, & mortuo.

Dimensiones interminatæ sunt coęuę materiæ.

Obiectio.

Dilutio.

¶Porro, ꝙ argutum est, a quo forma præcedens corrumpatur, faciliter solui vr̃, dicendo, quòd subtractio conseruationis suæ causæ, ad eius corruptionem sufficiens est, quæ conseruatio tunc ei subtrahitur, dum completo ministerio suo, aduenit forma ultimate intenta: qua infusa, superflua esset inexistentia ipsius formæ prioris.

Forma precedens, a quo corrũpatur succedente pfectiore.

QVAESTIO III.

MOdo quæritur cõsequẽter, *vbi & quando creata sint anima Adæ, ac anima cæterorum.* ¶Ad quod Bonauentura rn̄det: Quãuis egregius doctor

Bonauent.

Auguſt.

Auguſtinus dubitaſſe vr̃,q̃ anima Adæ fuerit condita,quia utraque pars vr̃ de hoc probabiliter poſſe defendi, pro probabiliori tñ, ac ueriori tenendũ eſt,quòd producta fuit in corpore non ante corporis formationem. Quamuis enim uideatur ſatis rationabiliter poſſe dici, quòd Deus produxit animam ante corporis ſui formationem, ut oſtenderet eam non dependere a corpore, ac ſine corpore poſſe ſubſiſtere, conformitatem quoque habere cum angelis, atque ad illorum beatitudinem ordinari:multo tamen rationabiliùs eſt, ut dicatur in corpore facta, tum quia unitur corpori, ut naturalis perfectio,cui naturaliter appetit copulari, intantum,ut pœna ſit ei ſine illo : tum,quia coniungitur corpori,ut motor mobili, ſine quo mereri nequit, aut demereri. Hinc in Geneſi legitur Deus primo corpus Adæ formaſſe, deinde eidem uitæ ſpiraculum inſpiraſſe. Hæc Bonauentura.

Veriſimilius eſt animam corporis formationem nõ præceſſiſſe.

¶Ex quibus elicitur, ꝙ & cęterorum animæ in ſuis corporibus ſint creatæ non ſimul, ſed ſigillatim, iuxta illud pſalmi : Qui finxit ſigillatim corda eorum. Vnde de hoc plenius ſcribit hic doctor, dicendo,ꝙ de hoc fuit triplex opinio. Vna quorundam philoſophorum dicentium, quòd animæ rationales ſimul ſint conditæ, & in ſtellis comparibus collocatæ. Quam multum approbat Macrobius ſuper ſomnium Scipionis. Sed verè poſitio iſta magis eſt ſomnium, quàm dictum authenticum. Alia fuit opinio hæreticorum Manichæorum, qui dixerunt animas ſimul creatas in cœlo, & ibi ad ſuggeſtionem Dei tenebrarum peccaſſe, atque ob hoc in corpora tanquam in carceres eſſe demerſas. Tertia eſt catholicorum poſitio, quòd animæ infundendo creantur, & creando infunduntur. Si enim animæ ante corpora ſimul creatæ fuerunt, aut habuerunt vſum rationis, aut non. Si non,quid impediuit? Quod cum aſsignari non ualeat, ſequitur, quòd vſum habuerit rationis ; ergo meruerunt,uel demeruerunt. Quorum vtrunque eſt contra illud Apoſtoli, Antequam boni,aut mali quicquam egiſſent &c, Hæc idem.

Pſal 32. Macrobi⁹. Roma.9.

Tho.aqui.

¶Thomas quoq; : Quidam,inquit, Philoſophi dixerunt animas extra corpora eſſe creatas,qui dixerunt animas uniri corporibus, ut nautam naui, & hominem ueſtimento.quod Ariſtoteles reprobans, docet animam habere ad corpus ſuum, cui dat eſſe ſubſtantiale ſpecificum, tam eſſentialem habitudinem,ut aliud corpus informare, atq; perficere nequeat. Hæc Thomas in Scripto.

Arti.4. Auguſt.

¶Porro in Summa quæſtione 90. refert: Auguſtinus ſeptimo ſuper Geneſim dicit, quòd anima Adæ ante corpus cum angelis eſt creata : quoniam opinatur, quòd corpus Adæ in operibus dierum non fuit productum in actu, ſed ſolum ſecundum rationes cauſales, quod non poteſt de anima dici : quoniam nec ex aliqua materia corporali, aut ſpirituali præexiſtente fuit facta, nec ex aliqua potuit uirtute creata produci. Hinc apparet, ꝙ ipſamet in operibus ſex dierum ſit creata cum angelis, & poſtea propria voluntate ſit inclinata ad corpus adminiſtrandum. Sed hoc locutus eſt Auguſtinus non aſſerendo.imò cum anima ſit naturaliter pars hominis, tenẽdum eſt, ꝙ in corpore ſit creata.Deus namq; res primò inſtituit, ſicut earum naturis conueniebat. Hæc Thomas.

Alexand.

¶Præterea de omnibus his quæſitis Alexander ſcribit egregiè,& penè omnium aliorum nunc allegatorum dicta continentur in ipſo.imò in his quaſi omnes catholici concordant.

Richard⁹. Auicenna.

¶Richardus demum inter cætera quærit, vtrum anima rationalis fuit ipſius Adæ ſpecifica forma. Et patet ex dictis, quòd imò. Sed cuiuſlibet hominis ſpecifica forma, eſt anima ſua. Objicit tamen Richardus : quoniam Auicenna ſexto naturalium ait de anima rationali : Ipſa uerisſimè eſt ego, aut ipſa eſt ego, regens hoc corpus. Ad quod reſpondet, quòd verbum illud Auicennæ eſt falſum, & contra illud in ſymbolo, Anima rationalis, & caro,unus eſt homo.

Aĩæ hoĩm non ſunt ſimul creatæ.

¶Prætera de hoc, an omnes animæ rationales fuerunt ſimul creatæ, effatur: Animæ hominum non ſunt ſimul creatæ. Cuius rationem quidam aſſignant, quia non potuiſſent fieri animæ numero multæ ante corporum multiplicationem : quoniam animæ indiuiduantur per corpora. Et hoc ſumptum videtur ex Auicenna 6. naturalium. Verum hæc ratio nulla eſt : quia ſi Deo placuiſſet, potuiſſet omnes animas ſimul creaſſe antequam aliquod corpus formaretur, & quælibet earum fuiſſet ſeipſa formaliter numero una, ſicut & modo, quamuis a Deo hanc vnitatem ſumpſiſſet. Hæc Richardus.

Durandu

¶Quibus concordans Durandus : Quidam, inquit,affirmant,ꝙ impoſsibile eſt animam ante corpus produci : quoniam impoſsibile eſt terminum generationis generationem præcedere. anima autem eſt terminus generationis. Item,quoniam formæ non multiplicantur ſecundum numerum niſi ex parte materiæ. Sed iſta poſitio neceſsitatem non habet,nec prima ratio tenet.Nam eo modo,quo terminus generationis ad quem, non valet generationem præcedere: ſic terminus, a quo corruptionis, nequit poſt corruptionem manere. Quemadmodũ enim terminus ad quem acquiritur, ſic terminus, a quo abijcitur.ſed ſicut anima eſt terminus ad quẽ in generatione, ita eſt terminus, a quo in corruptione : ergo ſi non poteſt præexiſtere generationi, pari ratione non poteſt poſt corruptionem exiſtere. Conſiderandum eſt ergo, ꝙ aliquid poteſt dupliciter eſſe terminus gñationis. Vno modo, quia per gñationem acquirit eſſe,& eſſe in hoc, puta in materia : quæ eſt gñationis ſubiectum,taliſq; terminus gñationi præexiſtere nequit, nec poſt corruptionẽ manere. Et tales ſunt omnes formæ naturales, anima rationali inferiores. Alio modo aliquid terminat generationem,non quia abſolutè per gñationẽ acquirit eſſe, ſed quia acquirit eſſe in hoc : & talis terminus poteſt poſt corruptionem manere,gñationi quoque præexiſtere, ut anima humana acquirit eſſe per creationem,ſed eſſe in materia acquirit aliquo modo per gñationem, ſaltem diſpoſitiuè. Ratio item ſecunda non cogit, quia probatum eſt ſupra, nil prohibere ſubſtantias ſeparatas, & etiam formas materiæ unibiles numeraliter ſine materia multiplicari. Hæc Durandus.

Aliquid gñation termin duplicit

¶Et ambo iſti doctores in his contradicunt ſcriptis beati Thomæ,cuius tñ poſitio in doctrina Ariſtotelis,& Auicennæ euidenter ſatis fundatur.

¶Vnde Gulielmus Parrhiſienſis libro de uniuerſo,alibiq; fatetur,ꝙ ſecundum Ariſtotelem non eſt multiplicatio indiuiduorum ſub eadem ſpecie ſpecialiſsima niſi per materiam: ꝑꝑ quod nec in ſubſtãtijs ſeparatis nec in cœleſtibus corporibus ſunt plura indiuidua ſub ſpecie una, cum & cœleſtia corpora ex tota ſua conſtent materia.

Anim trãſcorp ratio re litur.

¶Inſuper libro de uniuerſo Gulielmus longã, & efficacẽ diſputationẽ inducit contra Pythagorã, & Platonẽ,dicẽtes animas ſimul ꝑductas,ad incorporationem deſcendere:in qua ſi impiè uixerint,quandoq; tranſcorporari quoſq; expiatæ,& purgatę rurſus aſcendant ad compares ſtellas,id eſt, animarum numero pares.Hi enim philoſophi,ut probat Gulielmus,naturam rõnalium animarũ ignorauerunt: quæ non ſolum ſunt intellectualis,ſed etiam ſenſitiuę,ac uegetatiuę naturæ,ita ꝙ naturale eſt eis uniri corporibus,ac ea perficere : idcoq; innaturale,ac uiolentum eis conſiſtere,extra corpora produci,ac detineri. Porro ſi in ſtellis comparibus ſunt locatę, ſciẽtia fuit eis connata, ergo ſciuerunt uitã illã multo nobiliorem,atq; feliciorem eſſe,q̃ immergi corporibus,& uitæ huius ſubdi miſerijs.Non ergo deſcenderunt in corpora ſponte,nec ſine earum demeritis inde in ea detruſæ ſunt,cuius tñ oppoſitum dixerunt philoſophi prefati.Quòd ſi fateantur eas ꝑꝑ ſua demerita corporibus tanquam carceribus alligatas,videntur ſentire de animabus,quod theologi dicunt de angelis malis.Irrationabile quoque uidetur aſſerere nullam animam in corpore exiſtentem quantum libet proficientem,puram, contemplatiuam,abſtractã,& eleuatam, poſſe reminiſci ſe fuiſſe in compari ſtella,ac ſiderea manſione, cum tamen in ueritate ex fide,ac certiſsima relatione, imò & experientia multiformi noſcamus multorũ animas Chriſtifidelium fuiſſe abſtractas a corpore, ſiue per raptum,ſiue per mortem, ſiue per imaginariam ſubductionem, aut alienationem propheticam,qui tñ reſuſcitati a morte,aut ad ſeipſos reducti,reminiſcebantur eorum,quæ in tali ſeparatione, ſeu raptu, uel abſtractione contemplati fuerunt. Præterea adhuc mirabiliùs irrationabiliùſq; conſetur fari,quod animæ miſerias uitæ præſentis ſemel, imò frequenter,ac pluribus annis expertæ, exeuntes de corpore,ac redeuntes ad ſidera,prorſus obliuiſcerentur omnium horum malorum culpabiliũ atq; pœnalium,intantum quòd poſt aliquanta temporum interualla rurſus delectarentur corporibus,& afficerentur ad unionem,corturbeniumq; cum eis in his tantis miſerijs:unde eſſet in eis ignorantia maxima,& multo maior,quàm in animabus cõiũctis,nec eſſet in illis ulla uera felicitas,de cuius ratione ſunt æterna ſecuritas, ac ſecura æternitas. Hanc diſputationem proſequitur Gulielmus prolixe.Hinc quoque,ut inlibro de ciuitate Dei recitat Auguſtinus,Porphyrius Platonicus in hac re a Platone receſsit,& eius opinionem in re iſta ſecundum Auguſtinum non parua correxit, dicens animas uirtuoſas a corporibus ſeparatas,nequaquam de cætero facere lapſum ad corpora,nec affici eis, ſed fugere ea.Verum iſtud proſequi magis ſpectat ad quartum.Patet itaq; ex prædictis, quòd omnis rationalis anima creatur immediatè a Deo cumq; ſolus intellectus dicitur eſſe ab extra per intellectũ, intelligitur intellectualis eſſentia, non ſola eius potentia.

Auguſt. Porphy.

QVAESTIO IIII.

AMpliùs *quæritur hic de formatione corporis hominis primi, a quo & ex quibus formatus ſit:*

Arguitur primò contra ueritatem.

¶Dicitur autem in Geneſi : Formauit Deus hominẽ de limo terræ.Vnde apparet, quòd a Deo immediate ſit corpus illud formatum, & ex limo terræ materialiter ſumptum. Contra primum arguitur,Omne agẽs producit ſimile ſibi.Propter quod effectus uocatur participata ſuæ cauſæ ſimilitudo, hinc in elementatione ſua theologica theoremate uigeſimo octauo Proclus effat: Omne producens, ſimilia ad ſeipſum ante diſsimlia ſubſtituit.Sequente qnoque theoremate ibi teſtatur: Omnis proceſſus per ſimilitudinem ſecundorum ad prima efficitur, cum ergo Deus glorioſus, & adorandus ſit incomparabiliter ſimplicisſimus ſpiritus, & corpus humanum inter omnia corpora magis compoſitum, uidetur non eſſe immediatè a Deo formatum.

Proclus.

2 ¶Secundò,inter primum,& ultimum eſt diſtantia maxima,ſed a diſtanti in diſtans non itur neq; pertingitur niſi per medium,ut diuinus Dionyſius loquitur.ergo ultimum,& vltimè factũ inter creata,non eſt immediatè a Deo.

Dio. mar.

3 ¶Tertiò,effectus contingens,corporeus,& infirmus,non videtur immediatè a ſuperſimplicisſimo, omnipotentiq; Deo productus:corpus autem humanum ex ſua natura eſt res prorſus contingens, corporalis,infirma.

1 ¶Inſuper probatur,quod non ſit formatum ex limo terrę,quia ex quatuor elementis formatum,ac mixtum,eſt conſtat ex dictis.

2. ¶Secundò, corpus humanum fertur ad cœliformem æqualitatem potiſsimè eſſe redactum, ergo aliquid de natura cœleſtis corporis ei admixtum eſt.

3. ¶Tertiò,anima hominis per intellectualem ſuã portionem cõuenit cum natura cœleſtis motoris, ergo & corpus humanum cum cœleſti corpore conuenit in natura quintæ eſſentiæ,Eadem quippè eſt habitudo mobilium,ac motorum.

4. ¶Quartò,in ſemine triplex eſt calor.utpote elementaris,ſeu igneus,& cæleſtis,atq; uitalis:& ita in humano corpore eſt quid cęleſtis naturæ. Nec aliter uident elementa inter ſe tã contraria,ad tantam comproportionẽ,& æqualitatem poſſe conciliari.

In oppoſitum.

¶In oppoſitum horum eſt pręallegata ſcriptura, & item,quod corpus cœleſte incorruptibile eſt,& incommiſcibile elementis.

Alexand.

¶Circa materiam hanc Alexander multa ſciſcitatur. Primò,an corpus Adæ in ſtatu innocentiæ ſit factum a Deo.Secundò,an fieri,ſeu formari poterat ab angelo Tertiò,an a natura cœleſti. ¶Ad primum reſpondet,quòd corpus primi hominis conditum,& formatũ fuit a Deo,non ab angelo, neq; ab alia creatura.Vnde Auguſtinus ſuper Geneſim ad literam proteſtatur:Formare,ſeu ædificare coſtam in mulierem uſq;,intantũ nõ potuit niſi Deus, ut nec illud quidem carnis ſupplementum in corpore uiri,quod loco coſtæ in ipſo ſucceſſit,ab angelis eſſe crediderim,ſicut nec hominem ipſum de puluere terræ.

Adami corp⁹ formatum eſt a Deo immediatè. Auguſt.

¶Duplex quoq; eſt cauſa,ob quã decuit corpus immediatè formari a Deo.Prima, quoniam Adam etiam ſecundum corpus,eſt aliquo modo Dei imago.nam ſicut Deus ſimpliciter cauſa,eſt, & principium omnium rerum,ſic Adam ſm corpus ſuum fuit principium omnium ſui generis corporum. Secundò,cũm Deus ſit alpha,& ω principium,& finis uniuerſorum, uoluit ut homo ſecundum utranq; ſui partem a nullo alio ſortiretur eſſe,quatenus ſe totum ſciret Deo aſtrictum,a quo etiam ſecundum corpus tanta bona ſuſcepit.

Apocal. 1

¶Ad ſm rñdet,quod angeli non potuerut per miniſterium ſuum educere,ſeu formare corpus huhumanũ,nec ad hoc fuit eorum potentia ordinata.

Obiectio.

¶Si autem objiciatur,quòd non ſolum angeli boni,ſed etiam angeli mali poſſunt formare,atq; aſſumere corpora in effigie humana: dicendum,quòd corpora illa nõ ſũt verè,ſed ſimilitudinariè corpa naturalia,

Dilutio.

naturalia, & humana: imo sunt artificialia corpora, opera autem naturę angeli facere nequeunt, nisi applicando actiua, & passiua, in quibus etiam effectũ accelerare valent, & expedire. Nec aliqua causa naturalis inferior poterat corpus Adæ formare, & intus, ac foris congruenter organizare. Hæc Alexander. Ad quæ ex alijs doctoribus plenius patebit responsio.

Auicebrõ. ¶ Item, quærit, an corpus Adæ fuit compositum ex quatuor elementis. Respondet, Sicut ait AVICEBRON in libro fontis uitæ, corpus humanum inter omnia corpora compositissimum est. Nam ut dicitur ibi, quanto substantia aliqua est à materia magis immunis, tanto plurium operationum est effectiua. Anima ergo intellectiua cum maximè immunis sit à materia, plurimarum operationum est productiua. ideo pluribus indiget organis, atque potentiis, propter quod corpus eius oportuit esse compositissimum, & heterogeneum. Veruntamen corpus illud factum specialiter perhibetur de limo terræ. Adami corpus de limo factum dicatur. Primò, quia secundum philosophum terra in ipso magis abundat. Habet etenim plus de materia, & minus de specie. Motus namque sequitur prędominantis elementi naturam. Secundò, quia secundum Augustinum humus, & humor, id est, terra, & aqua aptiores sunt ad patiendum, aer, & ignis ad agendum. Fieri autem dicit rationem passibilis. idcirco ex terra dicitur homo factus. Tertia est, ut homo magis humiliet se, sciens se ex elemento isto vilissimo factum. Quartò, quoniam cætera tria elementa reperiuntur in terra. Hæc Alexander. Augustin. Tho. Aq.

¶ At uerò Thomas hic quærit, an in compositione corporis humani sit aliquid de natura cælesti. Respondet, aliquid aduenire in compositionem alterius, contingit dupliciter Primò, secundum essentiam suam per modum principij materialis, aut formalis. sicque nihil aduenit de natura cælestium corporum in compositionem corporum humanorum, quoniam plura corpora conuenire in constitutionem corporis unius, non contingit nisi tripliciter. Primò, per simplicem aggregationem, quemadmodum ex lapidibus fit aceruus: secundò, per compositionem, quæ est in ordine, & colligatione partium determinatarum, ut ex saxis, & lignis fit domus: tertiò, per commixtionem, sicut ex elementis fit mixtum. Sed nullo horum modorum potest aliqua pars corporis cælestis in compositionem corporis uenire humani: quia in primis duobus modis oportet unam partium, esse distinctam secundum situm ab alia, non autem reperimus in corpore humano aliquid corporis cælestis, situ distinctum ab elementis. In tertio autem modo oportet alterationem cõponentium esse, cum mixtio fit miscibilium alterator um unio, ut primò de generatione habetur. natura uerò cælestis corporis, inalterabilis esse censetur. Alio modo uenit aliquid in compositionem alterius per effectum suæ uirtutis. sicque natura cęlestis corporis in compositionem corporis humani descendit, omniumque corporum mixtorum: quia nihil eorum consequitur formam substantialem, nisi per corporis cælestis uirtutem, eo quod corpus cæli est primũ alterans, cuius uirtute oẽs alterationes regulantur, atq; ad fines proprius perducuntur. Nihilominus quidã dicũt aliquid de natura corporis cęlestis essentialiter venire in corporis, cõpositionem humani, quasi concilians elementa: qd̃ asserunt esse lucem, quam corpus esse affirmant. Verũ ista opinio falso innititur fundamento, dicendo lucem esse corpus, quod reprobatum est supra, quo remoto, veritatem haberet quodammodo. Nec tamen adhuc corpus cælestis naturæ esset de corporis humani compositione, quia natura cælestis, seu lux non est forma substantialis corporis humani, sed aliquo modo causa eius, videlicet dispositiuè. Virtualis demum aduentus cælestium corporum, ad conciliationem sufficit elementorum. Hęc Thomas in Scripto. Corpora plura qualiter in cõpositionẽ unius corporis conueniant. Humanũ corpus cęlesti corpore non cõstat.

¶ In quibus videtur obscurum, quod ait nullum mixtorum formam consequi substãtialem, nisi per corporis cælestis virtutem, cum anima rationalis immediatè à Deo creetur. Et si ad hoc respondeatur, quòd cum non creetur, nec infundatur nisi disposito corpori, ad cuius præparationem, & organizationem dispositiuè concurrit, ac operatur corpus cæleste, ideo aliquo modo causa est animæ rationalis: obijcitur contra hoc, quod omnipotens virtus Dei per se immediatè, ac repentinè disposuit corpus Adæ ad infusionem animæ suæ, cælesti corpore non cooperante. Conformiter obijci posset de corpore Christi, & ita in corpore primi hominis, nullo modo fuisset aliquid de natura orbis cælestis. Dio. Car.

¶ Porrò in prima parte Summæ, quęstione nonagesima prima sãctus doctor diffusiùs scribit de his. Etenim ad id, vtrum hominis primi corpus sit factum de limo terræ, respondens: Cum, inquit, Deus perfectus sit in suis operibus, perfectionem contulit rebus ſm modum earũ, iuxta illud: Dei perfecta sunt opera. Deus autẽ perfectus extat simpliciter, eo quòd omnia præhabeat in se non per modũ cõpositionis, sed simplicissimè. Ista autem perfectio deriuatur ad angelos, secundum quod omnia à Deo creata, in ipsorum cognitione existunt. Ad hominem vero inferiori modo deriuatur per fidem. Non enim in naturali sua cognitione habet omniũ naturalium rerum scientiam, sed est quodammodo ex omnibus rebus compositus: quia de genere spiritualium substantiarum habet animam rationalẽ, de similitudine cœlestium corporum, elongationem habet à contrarijs per maximam æqualitatem complexionis. elementa verò secundum substantiam, ita quòd superiora elementa aer, & ignis, prædominantur in eo secundum virtutem: quia vita consistit in calido, quod est ignis, & humido, quod est aeris: inferiora verò elementa vt aqua, & terra, abundant in eo secundum substantiam: aliter enim non valeret in eo mixtionis æqualitas, nisi inferiora elementa, quæ sunt minoris virtutis, abundarent secundum quantitatem. Ideo corpus hominis fertur de limo terræ formatum: quoniam limus est terra aquæ permixta. Hinc homo dicitur minor mundus, quoniam cuncta creata in ipso, quodammodo continentur. articul. 2. Deute. 32. Homo cur dicatur minor mundus.

¶ Secũdò quærit Thomas ibidem, vtrum corpus humanum ipsius Adæ, fuit immediatè à Deo productum. Respondet, prima corporis humani formatio, non potuit esse per aliquam virtutem creatam, sed immediatè à Deo. Posuerunt autem quidam, formas, quæ sunt in corporali materia, à formis immaterialibus deriuari: quam opinionem septimo metaphysicæ Philosophus, improbat per hoc, quòd formæ non competit secundum se fieri, sed composito. Cumq; oporteat agens esse simile facto, non conueuit, quòd forma pura, quæ est sine materia, producat formam, quæ est in materia, quæ non fit nisi per hoc, quod compositũ fit. Nec oportet, quod forma, quæ non est in materia, sit Philosop.

sit causa formæ, quæ est in materia, ſm quod compositum a composito generatur. Porro solus Deus quamuis immaterialis, solus tũ materiam põt creando producere: idcirco ipsius solius est formam in materia producere sine adminiculo præcedentis formæ materialis. Hinc angelis nequeunt corpora transmutare ad aliquam formam, nisi adhibitis quibusdam seminibus, prout tertio de Trinitate loquit Augustinus. August. Qm̃ ergo corpus humanum nunquam ante fuit formatum, cuius uirtute corpus Adæ per uitam generationis formaretur, non poterat nisi a Deo formari: Potuit tamen fieri quod aliquod ministerium angeli exhibuerint Deo in illius corporis formatione, quemadmodum exhibebunt in ultima resurrectione pulueres colligendo Sed obijci potest, quia nihil fit ex materia corporali, nisi per aliquam materiæ transmutationem, ad quam requiritur motus cœlestis. Obiectio prima.

¶ Rursus Augustinus super Genesim ait, quòd homo factus est secundum corpus in operibus sex dierum ſm rationes causales, quas Deus corporali inseruit creaturæ, postmodum verò factus est actu. Quod autẽ sic in materia præexistit, per causas potest naturales produci ¶ Et respondendum, quod motus cœli est causa transmutationum naturaliũ, non super naturalium. ¶ Ad secundum, quod secundum rationes, causales aliquid in creatura Præexistit dupliciter. Primò, secundum potentiam actiuam, atq; passiuam, ita ut non solum ex materia p̃existenti fieri possit, sed etiam ut aliqua uis in materia existens hoc facere ualeat. Secundò, quantum ad potentiam tantum passiuam, ut scilicet ex materia præexistenti fieri possit a Deo, sicq; secundum Augustinum corpus humanum pręexititit in operibus sex dierum secundum rationes causales. Denique falsum est, quod aliqui dicũt aliquid de quinta essentia ad compositionem corporis humani materialiter aduenire, ponentes animam corpori, mediante quadam luce, uniri. Primò etenim est, quod dicunt lucem esse corpus: secundò impossibile est, aliquid quintę essentiæ a cęlesti corpore diuidi, aut elmentis misceri propter impassibilitatem corporis cœlestis. Hoc quoq; sciendum, quòd animalia perfecta, quæ generantur ex semine, nequeunt generari sola cœlestis corporis potestate, ut Auicenna confinxit: imo exigitur etiam uirtus particularis agentis, ut probat Philosophus. Requiritur etiam locus temperatus ad talium generationem. Vnde secundum Albumasar, in locis excessiuè calidis, aut frigidis homines non gignuntur. Hæc Thomas. Dilutio 1. Ad secũdũ August. Humano corpori nihil admisceẽ quintæ essentię Auicenna. Philosop. Albumas. Richard.

¶ De hoc ultimo pleniùs scribit Richardus, dicẽdo: Quidam ponebant corpus humanum posse gñari de terra p̃ influentiam corporis quinti, sicut mus gignitur absq; concursu particularis agentis uniuoci, quamuis conuenientiùs generetur in matrice. Cuius opinionis extitit Auicenna, ut recitat commentator super octauum Physicorũ. Hi quippè dixerunt, quòd corpus humanum ante animę intellectiuę infusionem, non fit nisi quòddam compositum ex materia, & formis quatuor elementorum incompletis, existentibus in eadem parte materiæ in aliqua proportione determinata, per quam sufficienter disponitur ad animæ intellectiuæ susceptionem. Ad qualemcunq; autem elementorum p̃portionem in materia, sufficit influentiam corporis quinti. Cum enim per influentiam eius possit de materia terrę educi forma cuiuslibet elemẽti in uarijs gradibus, eis apparet, quòd cuicunq; proportioni formatum elementarium correspondeat cœlestis influentia aliqua, tanquam sufficiens causa proportionis. illius Illam quoque influentiam dicunt regnasse quando corpus Adæ formatũ fuit, nõ ubiq;, sed super locum terræ, de qua corpus eius formatũ est. Verum opinio ista hæretica est, utpote contra illud. Genesis: Formauit Deus hominem de limo terræ. Est quoq; articulus ille excommunicatus, ꝙ homo generari posset ex putrefactione. Est item contra philosophiã, dicit etenim commentator physicorũ 8. quia si posibile esset, ꝙ homo generaretur ex non semine, homo sic genitus, diceretur homo equiuocè: quoniam diuersificata materia proxima, diuersificatur, & forma. Hęc Richardus. Gene 2. Homo generari non põt ex putrefactione.

¶ Præterea cognoscendum, quòd Auicenna dixit generale diluuium naturaliter fieri posse, & post illud species rerum naturaliter renouari modo præfato, quod est contra scripturam, & philosophiam. Vnde Auerrois Auicennam irridens, dicit tales opiniones prorsus abijciendas ab homine uolente philosophię operam dare. Diluuium naturaliter fieri nõ potuit.

¶ Insuper quærit Richardus, An qualitates elementares in corpore Adæ, fuerunt ad punctalem æqualitatem redactæ. Et respondens: Quidam, inquit, dixerunt quòd non, loquendo de æqualitate æquiparantiæ. aliàs non fuisset in corpore ille mutua actio, & passio, & per consequens nec consumptio cibi. Veruntamen quicquid sit de qualitatum æqualitate, falsum videtur, quod si qualitates in aliquo corpore essent secundum æqualitatem æquiparantiæ, non possent inuicem agere, ac pati. Agens namq; debilius, quamuis uincat a fortiori agente: attamen aliquam transmutationem facit in agente prædominante, si agentia illa in materia communicent. Nam omne huiusmodi agens, patitur in agendo ratione alicuius inferioris: ut cum ignis agit in terram, patitur ab eadem: quoniam ignis ex parte suæ materiæ, est inferior forma terrę, idest, materia ignis est inferior forma terrę. Hinc ponendo formas duorum elementorum, ut ignis, & aquæ in punctali æqualitate, adhuc ignis ratione suę materiæ pateretur ab aqua. Itaq; qualitates in corpore Adæ fuerunt in maxima æqualitate proportionis per comparationẽ ad naturales actus animæ eius, sic ꝙ nobilius complexionari nõ potuit. non tamẽ fuerunt in æqualitate æquiparantię. imo ſm quosdam in nullo mixto uiuo, in tali ęquiparantia esse queunt. Nempè cum uita stet per calidum, & humidum, cuius signum, est ꝙ corpora mortua efficiunt mox sicca, & frigida, oporter in corpore uiuo, præsertim humano, plus eẽ de calido, & humido, q̃ de sicco: & frigido. Alioquin ineptũ esset ad actus uitales. Hęc Richardus. Agẽs corporale in agendo re patitur. Aequalitas ęquiparantiæ nequit esse in humano corpore.

¶ His cõsonant scripta Thomæ in 1. parte, qõ. 61. dicẽtis: Tactus, qui fundamentum est sensuum aliorum, perfectior est in homine, q̃ in aliquo alio animali. idcirco oportuit hominem temparatissimam habere complexionem inter aialia uniuersa, Prędicit quoq; homo animalia cætera, quantum ad uires sensitiuas interiores: sed quo ad aliquos sensus exteriores, homo a quibusdam animalibus deficit. Siquidem inter omnia animalia peiorem habet olfactum. Necessarium enim fuit, quòd homo inter animalia omnia respectu, & comparatione corporis sui, haberet cerebrum maximum: tum ut, in eo liberius perficerentur operationes sensuum interiorum, q̃ necessarię sunt ad intellectus operationẽ: tum, ut frigiditas cerebri calorem temperet cordis, quẽ oportet in homine abundare ad hoc, quod sit erectæ staturæ: magnitudo quoq; cerebri ob suã humi- Artic. 3. ad primum. Tactu præcedit hõmo cætera animalia.

Visus & auditus obtusiores sunt hominis q̃ quorũdam animaliũ.

humiditatẽ, est impedimentum olfactus, q̃ siccitatẽ requirit. Conformis est rõ, ꝓ quadã aĩalia sunt uisus acurioris, & subtilioris auditus, q̃ hõ, ꝓp impedimentum sensuum horũ in hoĩe: qd̃ necesse est hoĩe consequi ex suæ complexionis æqualitate. Vnde, & quædã aĩalia sunt homine velociora, cui excellẽtiæ velocitatis repugnat equalitas cõplexionis. Postremo, statura cõuenit hoĩ. Primò, qm̃ sensus dati sunt

Homini erecta statura cur conueniat

hoĩ non solũ ad vitæ necessaria procuranda, ut aĩa libus cæteris, sed ẽt ad proficiendũ in cognitione intellectuali. vñ cum cætera aĩalia non delectentur in sensibilibus nisi per relationẽ ad cibos, atq; venerea, solus nõ delectat̃ in illis ipsa pulchritudine eorũ dẽ. Cũq; sensus in facie præcipue uigeant, alia aĩalia habent faciẽ pronã ad terrã, quasi ad cibum quærẽdum, & prouidendũ sibi de uictu. Hõ verò uultũ habet erectũ, ut per sensus, præsertim per uisum, qui extat subtilior, & plures ostendit differentias rerũ, valeat ex oĩ parte liberè sensibilia cælestia, & terrena cognoscere. Secundò, ut interiores vires liberius suas exerceant operationes, dũ cerebrũ in quo quodammõ perficiunt̃, nõ est depressum. sed super oẽs partes corporis eleuatum. Tertiò, quia si hõ pronã haberet staturam vtilitas manuum ad diuersa opa exercenda cessaret. Quartò, qm̃ si haberet pronã staturam, seu manibus vteretur loco pedum anteriorum, oporteret, ꝓ caperet cibũ ore, sicque haberet os oblongum, & labia dura, ac grossa, linguamque durã, ne ab exterioribus læderetur, ut in alijs aĩalibus patet: talis aũt dispositio impediret oĩno loquelam. Ista quoq; dispositio staturæ humanæ, maximè distat à plantis. nam hõ habet suum superius, utpote caput uersus superiùs mundi, & inferiùs sui versus inferius mũdi, ideo optimè dispositus est ſm dispositionem totius mundi. Porro plantæ habent superiùs sui uersus inferiùs mundi: q̃a radices in eis sunt ori proportionales, inferiùs autem sui habent versus superiùs mundi, sed bruta se habent medio mõ, Superiùs enim animalis, est pars, quæ accipit alimentum: inferior pars, quæ emittit superfluum. Hæc Thomas in Summa.

Petrus.

¶ Præinductis consonat Petrus: Duplex est dicẽs, æqualitas partium componentium. Vna ponderis, alia æquitatis. Cuius exemplum est in modico auro & multo plumbo, quia modicum aurum, ſm æqualitatem iustitiæ, æquiualet multo plumbo, nõ ſm æqualitatem ponderis, quæ est æqualitas æquiparantiæ: & hæc in humano corpore esse nequiuit, quia, ſm quãtitatem solius molis, eo, ꝓ nimia esset prædominantia elementorum actiuorum, quæ plus habent de specie idest forma, seu uirtute in minori materia: nec ſm quantitatem solius virtutis, quia non esset uictoria qualitatum actiuarum super passiuas. ergo, nec alteratio, nec motus naturalis, nec mixtio. Nec secundum q̃titatẽ molis, atq; uirtutis simul, qm̃ elementa, quæ plus habent de materia, minus habent de specie, & econtra. Aequalitas uerò iustitiæ, ẽ æqualitas ꝓportionis in cõparatione uni ad alterum, oĩmq; ad formam suam, & hæc in corpore Adæ fuit. Ex qua æqualitate fiebat alteratio quædam ad conseruationem corporis pertinens, non ad corruptionẽ ipsius. Hmõi quippè æqualitas in triplici gradu, seu statu consideratur. Primo, cum possibilitate ad corruptionẽ. sic erit in gloria. Sdo, cum necessitate ad corruptionem. sic est in præsenti miseria. Tertio, cum possibilitate ad utrunque. sic fuit in paradiso tempore innocentiæ. Hæc Petrus.

Partium componẽtium ẽ duplex æqualitas.

¶ Cuius rñsio ex Bonauentura sumpta vĩ, & hoc cõpẽdiosè ꝓplectit̃, ꝓ Bonauentura ꝓplixè ꝓsequit̃.

Adami corpuscula elementare fuerit.

¶ Porrò circa compositionem corporis Adæ scribit. Corpus Adæ fuit de natura elementari, exigente hoc congruentia ordinis, quẽ in cunctis suis operibus conseruat sapientia creatoris. Exigebat nãq; hoc ordo hominis ad se, ad creaturam inferiorem, ad creaturam æqualem, & ad omnium creatorem. Nempè cũ homo creatus fuerit, vt aptus multa de nouo cognoscere duplici cognitione, datum est eĩ corpus, diuersa organa, diuersasq; vires habens, & qm̃ fuit conditus in libertate vertibili liberi arbitrij, qua potuit mereri, ac demereri, datũ est corpus mortale. Idẽ requirebat ordo hominis ad inferiora, quæ facta erant vt homini deseruirent ad necessaria vitæ, & ad profectum scientiæ: ideo factus est homo ex natura elementorum, non cælestium corporum. Ordo quoq; ad parem, puta ad angelum, Quemadmodũ. n. facta fuit creatura rationalis, incorporalis, immortalis in cælo, sic decuit fieri creaturam rationalem, corporalem, mortalem in terra, vt ista ad illius consociationem progrederetur, & creator omnipotens ab vtraq; collaudaretur. Ordo item ad Deum, vt homo suæ conditionis, & cõpositionis fragilitatem, ac vilitatem cõsiderans, suo se magis subijceret conditori, & illuc per humilitatem iugiter ascendere niteretur, vnde per arrogantiam deiectus dæmon agnoscitur.

¶ Insuper quidam dixerunt, quod natura cęlestis venit in compositionem humani corporis, vt elementum: quia dixerunt cælum esse naturæ ignis, ꝓ improbatum est supra. ¶ Alij dicunt, quod natura cælestis in compositionem humani corporis venit non vt elementum, sed vt medium ligamentum elementa colligans, atq; concilians, vt requirit dignitas conditionis humanæ. Sed contra hoc est, quod corpora cælestia incorruptibilis sunt naturę, neque à suis locis queunt secari siue descendere. Cæteri dicunt, quòd venit per influentiam, & virtutem, quod iuxta præhabita verificatur. Quod verò Philosophus ait in semine hominis cælestem esse calorem, intelligendum est, non quòd in cælestibus corporibus calor sit, sed quia ab ipsis causatur in inferioribus secundum aptam proportionem, qua valet ad vitæ conseruationem. Hæc Bonauentura.

Philosop.

Philosop.

Albertus

¶ Denique scripta Alberti concordant præhabitis. Qui etiam quærit hic, an anima rationalis sit immortalis. Respondet, Peripatetici, qui dicebant animam à corpore separabilem esse, ac post mortem manere, decem signa immortalitatis huius inducebant, quæ omnia decimosexto de naturalibus colligit Auicenna. Primum est, quòd omnis virtus organica corpore destructo destruitur, intellectus verò non debilitatur neq; destruitur organo quouis destructo, aut debilitato per infirmitatem, aut senectutem. ergo natura intellectualis non est organica virtus, sed separata, & incorruptibilis. Secundum est, quod nulla organicarum virtutum apprehendit se, ac proprium instrumentum, seu organum, intellectualis autẽ natura apprehendit seipsam, quia conuertit se supra se, quod facere nequit organica virtus, ergo intellectualis natura est libera, & separata. Tertiũ est, quòd nulla virtus organica qualitatẽ organo suo perfectè assimilatam apprehendit. calefactus, namq; non apprehendit sibi simile calidũ. Ethicus quoq; calorem suum nõ sentit, quamuis sit magnus, eo quòd habitualiter conuersus est ad similitudinem habitus naturalis, sed intellectus melius apprehendit perfectè sibi assimilatam, quàm aliud: ergo nõ est virtus organica, sed separata in se existẽs.

Auicenna. Immortalitatis animę decem signa.

¶ Quar-

¶ Quartum est, quòd nulla uirtus organica agit, seu operat̃ seipsa, sed instrumento, utpote spiritu, seu calore, intellectus aũt agit seipso, & apprehendit in semetipso, habens agens incorruptibile, & separatum, nec immixtum alicui corpori, & habens in se in quod agit: quod est intellectus speculatiuus, qui est obiectum separatum, & incorruptibile, ergo intellectus non est uirtus dependens a corpore.

¶ Quintum est, quod ab Aristotele sumitur, qm̃ omnis uirtus organica si multum intendatur ad vnum, minus sentit, ac percipit aliud, ut patet in uisu, qui ex intuitu luminis magni, minus conspicit aliud. Intellectus verò ex subtili intellectione vnius ac altioris, meliùs intelligit, & clariùs uidet minora: ergo est uirtus separata, nil cõe habens cũ corpore.

¶ Sextum est, quòd actiones uirtutum organicarum post quadraginta annos debilitantur, atq; lassantur, intellectus verò ex tunc confortatur.

¶ Septimum est, quia si intellectus esset uirtus organica nihil reciperet nisi sub figura corporis, & in instrumento corporeo, quod falsum est, cum nullam talem recipiat formam.

¶ Octauum est, quod & magis est propriũ, quod intellectus nil recipit nisi separatum, & a materia denudatum, appendicijsq; materiæ: quia receptum est in recipiente communiter, ſm naturam & potestatem recipientis. Sequitur ergo ex necessitate, ꝓ intellectus sit a materia denudatus, ac separatus.

¶ Nonum est, quoniam si intellectus dependeret à corpore, utereturq; corpore in operationibus suis, non apprehenderet nisi ea, quæ de illius corporis sunt natura, sicut uisus, & auditus non sentiunt, nisi quæ ad sua corporalia spectant obiecta. Intellectiua verò potentia apprehendit omnia, quia ꝑ intellectum agentem est omnia facere, & per intellectum possibilem est omnia fieri, ut dr̃ tertio de anima. Intellectus ergo est separatus, & immortalis.

¶ Decimum est, quòd intellectus percipit formam infinitam, id est, non finitam corporali mensura. vniuersale namque est ubique, & semper, & hoc percipit intellectus. Porro nulla uirtus corporea accipit infinitum, sed potius limitatum mensuris corporis, in quo est. Ergo intellectus est liber, & independens a corpore. Ex quibus omnibus sic arguit Auicenna: Quicquid secundum nihil sui dependet a corpore, nec secundum esse, neque secundum agere, manet resoluto corpore: sed talis est anima intellectiua, ergo est immortalis. Hæc Albertus.

¶ Sunt autem rationes istæ notabiles, & subtiles, Veruntamen apud eos, qui imaginantur hominem non posse intelligere in hac uita, nisi intuendo phantasmata, quædam earum parum concluderent, prout hoc alibi sæpe ostensum est.

¶ Addit quoque Albertus, Quòd anima se Parabilis sit a corpore, ita quòd per se separata maneat, & agat secundum intellectum, ponit fides catholica, posu eruntq; Stoici omnes, ut patet in libro Phædonis, quem in morte composuit Socrates, atque ad hoc probandum talem dat uiam Aristoteles primo de anima: Si est aliquod operum animæ propriũ, quod scilicet non habet in cõicatione ad corpus, sed ſm seipsam, erit ipsa anima separabilis: si autem nihil, non erit, idest, si anima non habet huiuscemodi actum, non erit separabilis, quia sic nihil operabitur nisi in corpore.

Philosop.

¶ Ampliùs, Plato hoc probat sic: Anima essentialem similitudinem habet ad intelligentiam, immortalem, ergo & ipsa est immortalis. Hinc Plato in Timęo inducit summum opificem lequentem ad intelligentias planetis, ac orbibus pręsidentes: Horũ, uidelicet inferiorum, sementem ego faciã, uobisq; tradã: uestrum autẽ exequi per erit, ita ut id, quòd uobis simile perspexeritis, atque iustitiam colere, & ueritatem amare, ist est, animas rationales recipiatis ad uos post separationem a corpore. Hinc cũ Socrates occidendus esset ueneno, & Plato, ac alij socij sui flerent, consolabatur eos Socrates, dicens: Nolite flere. Animę namq; philosophorum mori non possunt. imo per corporis mortem ibimus ad deos, & ad optimos uiros illos.

Plato.

Nota insignem fidũtiã ethnici hominis.

¶ Hinc Isaac Israelita philosophus in libro definitionum fatetur, quòd animæ peccatrices post mortem deprimentur sub orbe tristi, & erunt ibi in magno igne. Animæ verò benè meritæ erũt in psalmodia & laude, ac contemplatione cum Deo. Hæc Albertus.

Isaac.

¶ Ex quibus conuincitur, quod etiam iuxta Aristotelis mentem probari non ualeat, animam esse immortalem, si nullam habet in corpore actionem, in qua non indigeat communicatione, seu ministerio organicę potentiæ, seu reflexione ad phantasma, cum nulla res ualeat esse expers propriæ operationis. Et si dicat̃, quòd separata habeat alium modum intelligendi, sicut & alium modũ essendi: hoc est petitio principij, q̃a hoc restat probandum, qd̃ possit separari, & manere corpore resoluto.

¶ Quod autem Albertus refert Socratem in morte composuisse librum Phædonis, videtur dictum obscure: quoniam Plato librum illum composuit, quamuis, & ibi alibi inducat Socratem sub sua persona disputantem: quia Socratem maximè diligebat, ut in libro de ciuitate Dei recitat Augustinus.

Liber Phedonis ĩscriptus Platonis est, non Socratis.

QVAESTIO V.

Arguitur primo contra ueritatem.

QVæritur demum, *An ea, quæ de paradiso terrestri leguntur, sint vere ad literam corporaliter intelligenda.* ¶ Videtur quòd non: quoniam Deus præuidit genus humanum tali regione fore indignum, atque in hac terra miseriæ habitaturum: ergo frustra instituisset huiuscemodi locum. Si dicatur, quòd primi parentes manserunt ibidem, & nunc Enoch, & Elias sunt ibi, objicitur quia propter tam paucos non oportuit, nec decuit constitu regionem tam grandem, quæ toti generi suffecisset humano.

¶ Secundò, fertur in litera ex uerbis Bedę, & Strabi, quod pertingit usq; ad orbem, seu globũ Lunæ. quod videtur impossibile, quia sic penetraret ignẽ elementarem, & staret in medio eius, nec aptus fuisset, aut esset habitationi humanæ: præsertim, quoniam (ut in historijs ait Magister) in cacumen monti Olympi nequibant ascendendere philosophi, ob subtilitatem aeris ibi, nisi spongijs humidis ad nares applicitis, per quas crassiorem attraherent aerem, attamen mons ille non pertransit mediã aeris regionem. 2.

¶ Tertiò, homo primus præditus fuit mente spirituali, & ornatus scientia nec morti subiectus: nõ ergo indiguit arboribus scientiæ boni, & mali, ac uitæ, imo nec ei comedere competebat, cum de corpore eius nihil deperderetur. comestio autem fit ad restaurationem deperditi, ergo frustra erant ibi arbores cum fructibus suis, de quibus in litera. 3.

¶ Quartò, Damascenus libro secundo testatur, ꝓ 4.

fons,

fons de quo habetur in Genesi, Fons ascendebat de
terra, fuit oceanus. Oceanus autem vniuersam am-
bit, & circuit terram, ergo per paradisum intelligen
dus est totus mundus, non determinata pars terræ.
5. ¶ Quintò, flumina quatuor, quę ex paradiso mana
re narrantur, alibi originem habere reperiuntur,
ut historiographi scribunt, ergo falsa, & fabulosa
Origenes est ista de paradiso historia. Vnde, & Origenes to-
tum, quod de paradiso dicit scriptura, spiritualiter
asserit, non literaliter exponendum.
In oppositum. ¶ In oppositum est scripturæ auctoritas.
Albertus. ¶ Ad hæc respondet Albertus: Tres sunt de para-
diso positiones, Vna, exponentium totum corpo
raliter, quod de paradiso ait scriptura, Alia, dicen
tium totum spiritaliter tantum esse intelligendum.
Tertia, ꝙ utroque modo sit accipiendum, quod ve-
Paradisus triplex in scripturis. rius iudicatur. Rursus, de triplici paradiso fit men-
tio in scripturis, videlicet de paradiso deliciarum,
2. Cor. 12. beatorum spirituum, iuxta illud Apostoli: Scio ho-
minem in Christo, quoniam raptus est in paradi-
sum dei. Item de paradiso terrestri corporaliũ per-
sonarum, iuxta illud Genesis: Plantauerat autem do
Gene. 2. minus Deus paradisum voluptatis à principio, in
quo posuit hominem. Est item paradisus hoĩm glo-
Luc. 23. rificatorum, qui non ponit in numerum cum pri-
mo paradiso. Et quamuis paradisus terrestris al-
tior esse credatur monte Olympo, propter quod a-
quæ diluuij non deuenerunt ad eum, nihilominus
aptissimus fuit, & est habitationi humanæ: quoniã
fontem habet rigantem vniuersam superficiem pa-
radisi congruis locis, ac modis, ex cuius humore,
& frigiditate temperatur ilico aer, ut aptus sit respi-
Paradisus ad usq; lunę sphęrã ꝑtigit imitatione nõ extensiõe. rationi humanæ. Hinc, quod paradisus pertingere
perhibetur usque ad sphæram lunæ, videtur intelli
gendum non de corporali extẽsione, & eleuatione,
sed imitatiua participatione, ita, quòd proprietates
lunæ, ac orbis sui participat per hoc, ꝙ est locus qe
tis, immortalitatis, & incorruptionis. Nõ enim sunt
ibi tempestates, & peregrinę impressiones. Hoc ta-
men dico sine pręiudicio sententiæ melioris, quo-
niam in quibusdam libris antiquissimis inuenitur,
quod gloriosus Thomas apostolus fuit illius senten
tiæ auctor, q̃ Bedæ, ac Strabo asscribitur, ꝙ scilicet
paradisus sua altitudine tendat vsq; ad sphæram lu-
Arbor sciẽtiæ boni & mali vñ dicatur. næ. ¶ Atuero arbor, seu lignum scientiæ boni, & ma
li, vocatur non à uirtute causali, quasi scientiã causa
re potuerit vel conferre, sed à consecuto euentu: qa
ex esu ipsius experimentaliter innotuit, quid inter-
sit inter obedientiæ bonum, & inter inobedientiæ
Adam immortalitatis gratiã uñ habuisset. malum, Immortalitatem quoq; in primo habuit sta
tu ex tribus. Primo ex carentia culpæ, quæ causa est
mortis, secundum illud Apostoli: Per unum hominẽ
peccatum intrauit in mũdum, & per peccatũ mors.
Secundò, ex gratia innocentię, quæ ab Anselmo uo-
catur originalis iustitia tanquam ex conseruãte. Ter
tio, ex esu ligni uitę, sicut ex disponente, & disposi-
tiones contrarias remouente. Hinc decimo tertio
August. de ciuitate dei loquitur Augustinus: Accepit Adam
aliorum lignorum refectionem contra defectionẽ,
esum autem ligni uitæ contra uetustatem, & infirmi
tatem. Et quoniam immortalitas illa non fuit omni
moda, sed dependens, ideo cibis indiguit. Hęc Al-
bertus in Scripto.
¶ Pręterea in libro de homine circa finẽ pleniùs
super his scribens: Paradisus, inquit, terrestris est (,p
Beda ut Beda tastatur) à nostra habitatione distãs, & secre
tus lõgo maris, ac terrę tractu. Et sine pĩudicio cre-
do, ꝙ sit in oriente vltra æquinoctialẽ versus meri-
Ptolem. diem. Et sicut in Almagesti loquitur Ptolemæus, de
habitantibus vltra æquinoctialẽ, an aliqui ibi sint,
æstimationem habere possumus, non sciam: quia ex
nostris regionibus nemo ibi peruenit. Quidã verò
philosophi dicunt, ꝙ sub circulo æquinoctiali sit,
quoddã mare salsissimũ ob solis corrosionem, nec
cõmendabile à nobis. Deniq; secundus fluuius de
paradiso egrediens, qui Gen. 2. dr̃ Geõ, & à sanctis
Nilus, in Aegypto percurrens, determinato tẽporę
terram illã sine pluuijs inundat sole existente in cã-
cro, dum apud nos est solstitium æstiuale, illoq; tẽ-
pore sol est remotissimus à pattibus meridianis vl-
tra æquinoctialẽ existentibus. Cumq; remotio so-
lis inducat hyemen, in quę multi eleuantur humo-
res, nec cõsumuntur, ex illo tempore vltra æquino-
ctialẽ tempus multũ est pluuiosum, à qbus pluuijs,
vltra æquinoctialẽ veniens, accipit inundationem
aquarum in Aegypto: nec alia causa inundationis
Nili, cum tunc magis deberet diminui, põt rationa
biliter assignari. Et quoniã Nilus est fluuius paradi-
si, oportet paradisum esse in loco eodem. Si vero
obijciatur, ꝙ tũc similiter alia flumina paradisi, vt- Obiectio soluitur.
potè Tigris, & Euphrates, deberent illo tp̃e inunda
re, dicendum ẽm sanctos, ꝙ flumina illa non fluũt
continuo fluxu, vt Nilus, sed interdum diuiduntur
in partes, & absorberentur sub terra, ac denuo quo
rundã mõtium mole expressi, partim siue totaliter
in illorum montiũ radicibus oriuntur. Nilus autem
continuo fluit fluxu de vltra æquinoctialem fluens
per Aethiopiam, veniensq; in Aegyptum. Notissi-
mum demũ est, & per nigredinem Aethiopũ probã
tur ipsi Aethiopes habitare versus æquinoctialẽ iux
ta torridam zonam, quæ sola prohibet transitũ ha-
bitantium in nostro habitabili vltra æquinoctialẽ.
Insuper cum Damasceno dicendum, ꝙ pulchritu- Damasc.
do, atq; amœnitas paradisi excedit intellectũ om-
nis formæ apud nos existentis, ita ꝙ verè, & dignè
correspondebat pulchritudini hominis ad Dei ima
ginem conditi in statu illo tam gratioso. Nec enim
fuit irrationalium animalium habitatio, quamuis
ad breuem horulam fuerunt ibi adducta, dum Adã
eis imposuit nomina. Habitatio quippe dicit mo-
ram continuam, & erant ibi bruta ad modicum (vt
legitur de serpente) ad virtutis, aut sapientiæ exer-
citium. Hæc Albertus. Qui & per alia signa probat
paradisum esse situatum in loco præfato.
¶ Consonat Thomas, dicendo: Origenes dixit pa Thom. Origen.
radisum non esse locũ corporalem, sed omnia, quæ
de paradiso dicuntur, allegoricè de paradiso spiri-
tuali debere intelligi. Quod tanquam erroneum re-
probat Epiphanius Cypri episcopus, in quadã epi- Epipha.
stola ab Hieronymo translata. Simpliciter ergo est
concedendum, ꝙ sit locus corporeus, quem aliqui
æstimat esse sub æquinoctiali ad orientem: quoniã
locum illum, quidam philosophi aiunt temperatis-
simum esse, atque exinde Nilus fluuius paradisi ve-
nire videtur. Nec probabile reputatur, alia anima-
lia illuc potuisse venire, nisi aut virtute diuina, ut
quando adducta sunt ad Adam, vt videret quid vo
caret ea: nisi forte per interiorẽ repræsentationem
id factum sit, aut dæmonis operationẽ, vt patet de
serpente. Nec potuit locus ille agnosci, nisi per reue
lationẽ diuinam: quia non valet adiri impediẽtibus
montibus, aquis, aut intemperiè aeris in medio si-
tuatis. Positus quoq; fuit homo in paradiso, vt cu-
stodiret ipse paradisum sibi, ne peccando amitteret
eum, & operaretur, non quod in statu innocentiæ
agricultura fuerit necessaria, ac laboriosa, vt mo-
do, sed delectabilis ex consideratione diuinæ proui
dentiæ, & experiẽtia naturalis virtutis: vel vt Deus
custodi-

custodiret hominem ibi, sine cuius custodia nemo
est tutus, & operaretur eum spiritaliter ad profectũ
colendo. Fons quoq; paradisi ex oceano habet or-
tum, sicut, & flumina cætera. hinc primum exordi-
um quatuor fluminum paradisi extat oceanus, pro
xima uera eorum origo, est fons præfatus. Hæc Tho
mas in Scripto.
arti. 1. ¶ Porro in prima parte quæstione 102. Paradi-
sus, inquit, in oriente cõuenienter creditur situs, qa
in nobilissimo terræ loco est positus. Oriens autem
Paradisus in oriente est situs. est dextra cæli, quoniam inde incipit motus, ut pa-
tet secundo cęli. Dextera uerò nobilior est sinistra.
Fuit autem primus hõ immortalis, & incorruptibi-
lis, non quòd corpus eius in se incorruptibilitatem
habuerit, sed qm̃ inerat ei vis ꝓseruandi corpus suũ
à corruptione, & morte, uidelicet originalis iustitia
&c. Corpus uero humanum corrumpi potest à prĩ-
cipio interiori, & exteriori. Ab interiori, per con-
sumptionem humidi radicalis, ac senectutem, cui
consumptioni obsistere potuit per esum ciborum.
Porro inter exteriora corrumpentia, præcipum es-
se videtur aer distemperatus: ideo contra hoc datus
fuit homini paradisus, temperatissimo, tenuissimo,
atque purissimo aere circunfulgens. Vnde qui dicũt
paradisum esse sub circulo æquinoctiali, opinatr̃ sub
circulo illo esse temperatissimum locum, propter
æqualitatem dierum, & noctium, & quia sol nunq̃
elongatur ab eis, non est ibi superabundantia calo-
ris, aut frigoris: quoniam etsi sol super illorum
capita transeat, non tamen diu in hac dispositione
Circulus ęquinoctialis ẽ inhabitabilis. ibi moratur. Veruntamen Aristoteles in lib. metero-
rum, ait erpresè, ꝙ regio illa est inhabitabilis ꝓp æ-
stum, quod probabilius esse uidetur, qm̃ terræ per
quas nunquàm sol pertransit in directum capitis, in
temperatæ sunt in calore, propter sola m solis uici-
nitatẽ. Sed quicquid sit de hoc, credendum est para
Adã extra paradisum est factus non Eua. disum in loco tẽperatissimo esset. Factus est etiã pri
mus hõ extra paradisũ, ad innuendũ, ꝙ locus ille cõ
cessus esset homini supernaturaliter ex liberalitate
creatoris, sicut, & originalis iustitia, non ex debito
humanæ naturæ. Mulier tamen facta est in paradiso,
non quia dignior uiro, sed ob dignitatem principij
sui: quia ex uiro ibi iam posito, est formata. Hinc, &
filij fuissent nati in paradiso, in quo parẽtes iam fue-
rant constituti. Hæc Thomas in Summa.
Petrus. ¶ At uerò Petrus: Paradisus, ait, est hortus, seu lo
cus deliciarum, ꝙ dupliciter põt intelligi, utpote de
liciarum perpetuarum, aut tẽporaliũ. & ẽm hoc di
stinguitur paradisus cælestis, & terrestris. Locus per
petuarũ deliciarũ dupliciter sumitur, scilicet ꝓpriè
pro cęlo empyreo, & impropriè pro statu beatitudi
Luce. 23. nis, ut in euangelio: Hodie mecũ eris in paradiso.
Locus quoq; tẽporaliũ deliciarũ dupliciter capitur,
videlicet ꝓpriè, de quo hic agitur: & metaphoricè
ꝓ statu beatitudinis hominis primi. Atq; ut asserit
Damasce. Damascenus in utroq; positus fuit hõ, puta in loco
corporaliũ deliciarũ, ẽm corpus, & in loco spiritua
liũ deliciarũ ẽm spiritũ, inde transferendus in locũ
perpetuarũ deliciarũ tã corporalium secundum cor
pus, quàm spiritualium secundum spũm. Sicq; qua
drupliciter sumitur paradisus. Hæc Petrus.
¶ Veruntamen cælum empyreũ nõ est locus cor-
poralium deliciarum eo mõ, quo Saraceni ponunt
carnales delicias in suo paradiso terrestri ẽm gu-
stum, & tactum, sed secundum visum, atq; auditum
aut etiam odoratum: quoniam corpora glorificatã
suauissimè redolebunt: quemadmodum corpora
damnatorum fœdissima erunt.
¶ Hoc quoq; pẽsandũ, ꝙ paradisus ĩ scripturis in
terdum accipitur quinto modo, pro quocunq; lo-
co amœno, & pulchro, vt in Iezechiele: Fili homi- Iezech. 31.
nis, dic Pharaoni, & populo eius, Cui similis factus
nes ĩ magnitudine tua? Ecce Assur quasi cedrus in li
bano. Cedri non fuerunt altiores in paradiso Dei.
Oẽ lignũ paradisi Dei non est assimilatũ illi Quę ad
literã dicta sunt de rege Aegypti, & rege Assyriorũ.
¶ Insuper de altitudine paradisi terrestris loqtur
Petrus: Cum sola tria elementa, terra, aqua, aer, se-
cundum superficies suas iungantur, paradisus ter-
restris non trãscendebat spatium aeris. Cumq; in-
terstitium aeris triplex sit, s. infimum, in quo volitãt Aeris triplex interstitium.
aues: medium, in quo fiũt superiores impressiones:
& supremum serenũ, in quo nõ sunt venti, nec plu-
uiæ, nec vapores, locus ille transcendebat intersti-
tium primũ, ac medium perueniens vsq; ad supre-
mum aerẽ purissimum, in quo ex triplici causa fuit
temperamentum maximũ. Habebat quippe calorẽ
ex vicinitate sphærę ignis, & oppositione directa so
lis, ac duplici transitu eius in anno super cenith ca-
pitis eorum, id est, per punctum in cęlo super posi-
tum capitibus eorum. Sed hũc calorem triplex cau-
sa concurrens temperabat. Vna subtilitas aeris, ob
quam effectus radiorum solis minus poterat ei in-
corporari, sicut ignis in panno minus fortiter agit,
q̃ in ligno. Altera, impermixta puritas eius: quia us-
que ad locum illum, terreni vapores non ascende-
bant. Tertiò altitudo eius, quia vsq; ad locũ radij à
terra non reflectebantur. Quamuis itaque paradi-
sus sit sub torrida zona, & circulo æquinoctiali, nõ
tamen habet immoderatum calorem: quia intem-
perantia illa caloris est in parte aeris inferiori, non
in superiori. Quòd verò paradisus dicitur pertin-
gere vsq; ad globum lunæ, per hyperbolen dictum
est, ad denotandum inconsuetam altitudinem eius,
sicut de nauigantibus in mari, seu de fluctibus ma-
ris fertur in Psalmo: Ascendunt vsque ad cælos, & Psal. 106.
descendunt vsque ad abyssos.
¶ Postremò, quamuis aqua diluuij non peruenit
vsq; ad paradisum, tamẽ ignis conflagrationis per-
tinget ibi. ¶ Et si instetur, quia secunda Petri secun- Obiectio diluitur.
do asserit glossa, Ascendet ignis ille quantum aquę Ignis conflagrationis duplex effectus.
diluuij ascenderunt, dicendum ꝙ ignis ille duplicẽ
habebit effectum, videlicet purgationis, & innoua-
tionis. Et quantum ad effectum pnrgationis, ascen-
det quantum aquę diluuij: sed quo ad innouationis
effectum, magis ascendet. Hæc Petrus.
¶ Cuius positio quantũ ad hoc, ꝙ dicit paradisũ Diony.
transcendere mediũ interstitium aeris, vr̃ multis in-
certa. Imò dicunt, q̃ plures, ꝙ non pertingit vsque
ad mediũ interstitium aeris, quod in parte prima Sũ
mæ, quæstione 102. Thomas vr̃ sentire: dicẽdo: Qui Artic. primo ad primum.
dam dicunt, ꝙ paradisus pertingebat vsq; ad glo-
bum lunarem, id est, vsq; ad interstitium aeris me-
dium, in quo generantur venti, ac pluuiæ: quia do-
miniũ super euaporationes præsertim attribuit lu-
næ. sed secundũ hoc locus ille non esset conueniẽs
habitationi humanæ: qm̃ ibi est intemperies maxi-
ma, & quia aer non est ibi contẽperatus complexio
ni humanæ, sicut aer inferior terræ magis vicinus.
¶ Veruntamen Richardus ait cum Petro, ꝙ para Richard.
disus transcendit medium interstitium aeris, & sum
mum interstitium eius subintrat, nec tamen sphærã
lunæ attingit. Puto præterea in isto certitudinem
sine reuelatione haberi, aut non, vel vix posse.
¶ Nihilominus Bonauẽtura consimilia scribit di Bonauen.
ctis Richardi, & Petri, additq;: Vniuersitas lignorũ Lignorũ paradisi triplex diuersitas.
paradisi, cõprehenditur differentijs tribus, secundũ
quod ad triplicẽ hoĩs vtilitatem ordinabantur. Aut
enim

enim ordinabantur ad commodum corporis, ut lignа fructifera, quæ ad corporis sustentationem alimenta præbebant. Aut ad commodum animæ, ut lignum scientiæ boni, & mali, quod ordinabatur ad probationem obedientiæ hominis. Aut ad utilitatē coniuncti, ut lignum uitæ, quòd contulit ad uitę humanæ perpetuationem. Verū de his lignis duo sunt tantummodo nominata, ob suos spirituales, ac speciales effectus ꝓp quos Deus ea cōstituit in medio paradisi, unum iuxta aliud, quatenus ex uno homo conciperet effectum amoris, ex alio effectū timoris: sicq; quasi opposita iuxta se posita, elucescerent clarius: & homo abstinendo ab uno, mereretur reficiri sufficienter ex alijs. Itaq; Deus posuit hominem in paradiso, ut esset facilitas perueniendi ad patriā: atque, ut Deus ostenderet homini beneuolentiā suā, cui tam amœnum locum parauit, & ita habitaculi exterioris amœnitas correspondet interioribus delicijs, quas habet anima, quæ templū est Dei, & quales habuit anima hominis primi.

¶ Pręterea extra paradisum cōdidit hominē, quatenus homo magis attenderet beneficiū creatoris, dum se in locum tam deliciosum uidit aliunde adductū. Et quamuis Deus casum hominis præcognouit: attamen eum in paradiso locauit, ut homo inde eiectus, meliùs sciret, quæ & quanta bona amisit, & quanta mala incurrit peccando. Hæc Bonauentura.

Alexand. ¶ Porro Alexander de his præclarissimè scribit: & uniuersa iam introducta, in eius scriptis continēri uidentur. Scribit autem modestè, nec de incertis assertoriè loquitur. testatur tamen primum hominem factum in agro Damasceno de terra rubra, & inde translatum in paradisum, quatenus uisa terra extra paradisum, ipsum paradisum sibi ipsi, ac posteris diligentiùs custodiret, non transgrediendo Dei præceptum, ac tanto beneficio lympidiùs cognito, gratior esset Deo.

Adam factus creditur de terra rubra agri Damasceni.

¶ Additq; Alexander: Ex probabili positione aliorum expositorum scripturę, oritur dubium: ubi situs sit paradisus. Aestimant namq; ꝓ sit in sectione, id est, loco diuisionis orientali duorum marium, puta oceani, & mediterranei. Ait quippè Isidorus duo decimo libro etymologiarum: Oceanum Græci, & Latini dicunt circulum ambientem orbem terræ. Mare verò magnum est, quod ab occasu ex oceano fluit, & in meridiem uergit, ac deinde tendit ad septemtrionem: quoniam cætera maria in comparatione illius, minora sunt. Illud etiam est mare mediterraneum: quia per mediam terram usque ad orientem diffunditur. Dicunt ergo, ꝓ paradisus sit in sectione marium illorum, puta in angulo orientali quartæ habitabilis. Ex quo situ ponunt, ꝓ paradisus sit in circulo æquinoctiali. quod ita persuadet, Circulus æquinoctialis diuidit sphæram cœlestem in duo æqualia, qui ſm quamlibet sui partem, æqualiter distat a polo utroq;, hinc circulus iste diuidit sphæram in duo æqualia super eius centrum. Si ergo mare mediteraneum transit in orientem per medium terram, transit sub circulo æquinoctiali in illa parte, in qua uergit in orientem. Nam teste Isidoro, quamuis mare magnum, quod uocatur mediterraneum fluens ab oceano a parte occasus, aliquando transeat per meridiem in septentrionem, nihilominus secando terram per medium, transit in orientē. Vnde dicit Isidorus: In parte orientali secando terram in medio terræ, transit in oceanum. Medium autem terrę est sub circulo æquinoctiali. sicq; patet ꝓ angelus orientalis iuxta sectionem ꝓtactā, est sub circulo ante dicto, quare & paradisus. Hæc Alexan.

Isidorus.

¶ Præterea a præinductis Scotus dissentit: De altitudine, inquiens, paradisi dicunt nonnulli, quòd pertingit usq; ad globum lunarem. Quo ad longitudinem verò, dicunt ipsum esse ad orientem. Nam alia translatio habet Paradisus, quē plantauit Deus ad orientem. Quantum ad latitudinem, dicunt ipsi esse sub æquinoctiali, & quòd locus æquinoctialis est maximè habitabilis: quoniam Sol uelocissimè ibi pertransit. ideo pauciores ibi facit reflexiones. Verum si ratio attendatur, videtur concludere magis oppositum; quia cū motus causet calorem, maior, & fortior motus maiorem, ac fortiorem calorem causabit. Responsio quoq; illa in se non ualet, sed est falsi contentiua. ideo recurrendum ad Auicennam primo Canonis, & ad Ptolemęum libro de dispositione sphærę, quantum ad hoc, quòd dicunt esse ad orientem in comparatione ad cœlum, uel respectu diuersorum situum terræ, præterquam respectu duorum polorum, qui sunt immobiles. Vnde per esse in oriente, non habetur aliqua detemination terræ pręcisa, in qua paradisus existat. Nec potest paradisus attingere usq; ad medium interstitiū aeris: quoniam locus frigidissimus ibi est perpetuè secundum philosophum. Cuius causa positiua, est frigiditas nubium: causa verò priuatiua est duplex carentia, uidelicet carentia caloris generati per reflexionem radiorum a terra, atque carentia caloris causati a Sole directè. Cum ergo paradisus sit locus habitationi humanæ conueniens, sequitur ꝓ non ꝓ tingit tam altè, nisi ponatur locus huiusmodi accidentaliter temperatus, ut sunt loca sub polo arctico, secundum Marcianum in uiridi descriptione, & Plinium septimo naturalium. nec ualet argumentū de diluuio, quia aquæ diluuij inudauerunt miraculosè, utpote ascendentes ad puniendum peccatores. cum ergo in paradiso non fuerint peccatores, non debebant illuc ascendere. Quòd autem dicunt sub ęquinoctiali esse regionem temperatam, non vērum: quia dum hyems est frigidissima nobis, nō remouetur Sol a nobis nisi per gradus triginta, & tunc est eis propinquior, q̄ nobis in maxima æstate in qua distat a nobis per gradus uigintiquinq;. Ergo plùs habent de calore in fortissima hyeme, quàm nos in fortissima æstate. Dico ergo, quòd paradisus non est in tanta altitudine, nec sub æquinoctiali, sed in regione temperata. Nec necessarium est, ꝓ sit ad orientem, & si ibi est, tamen est æque temperata. Hæc Scotus.

Scotus. Auicenna Ptolemæ. Philosop. Plinium.

¶ Cuius positio nullius cunsetur uigoris, utpote tot sanctis, authenticisq; doctoribus contraria. Cuius etiam persuasiones solutæ sunt in dictis Petri, Richardi, ac aliorum. Nec formaliter arguit. Nam contra illud, ꝓ alij dicunt habitationem sub æquinoctiali esse temperatam: quoniam Sol uelocissimè ibi pertransit, sic argumentatur: Quanto motus est maior, & fortior tanto maiorem, & fortiorem inducit calorem. quod concedendum est, cæteris paribus. Experientia verò pandit, ꝓ motus quantumcunq; fortis, & magnus, tanto minus calefacit, quanto recedit celerius: & tanto plùs incalescit, quanto diutius immorat. Insuper positio alia non dicit paradisum esse in medio interstitio aeris, idcirco ex hoc, ꝓ medium illud probatur frigidissimū esse, non improbatur positio illa.

Dionys.

¶ Hinc Durandus contra opinionē hanc loquit: Quærit ubi sit paradisus terrestris. Dicendum, ꝓ sub æquinoctiali, sed in monte eleuato super cōem altitudinem montium, ubi nec aquæ diluuij attigerunt. Est autem locus ille temperatus, nō ex natura

Durand.

climatis, sed ex situ, & altitudine loci. Reflexio. n. radiorū solis in locis planis illius climatis cū sit ad angulos rectè, qñq; puta in puncto libræ, atq; arietis, quæ tangunt æquinoctialem, qñq; ad angulos quasi rectos, uidelicet omnibus temporibus aliis, causat ardorem nimium, & forte inflammat aerē: q̄ inflammatus, & motus, forsan in Genesi uocatus est gladius flammeus, & uersatilis. sed reflexio illa nō pertingit usq; ad altitudinē paradisi terrestris. Verū istud quibusdam nō placet, imò dicunt impossibile esse, ꝓ supra mediū aeris interstitiū in quo est locus ꝓpetuę frigiditatis, sit habitabilis locus cum ſm historiographos aer super montē Olympum ob suam raritatem ineptus sit respirationi humanę. quāto magis in paradiso, si altior esset Olympo? Hinc dicunt, ꝓ locus tēperatus ꝓp habitatione humana solum est super terrā sub interstitio aeris medio, & ipse paradisꝰ nō sub ęquinoctiali. Quod verò aquā nō ascenderit super paradisum, cum ascenderet super montes altiores eodem, dicunt factum miraculosè &c. tu supra. Sed istud non vī rōnabiliter dictum: qm̄ non est ad miraculum recurrendum, ubi ueritas pōt saluari naturali rōne, & cursu rerum. Nunc aūt rōnabiliter est oñsum qualiter super medium interstitium aeris ualeat esse habitabilis lucus, præsertim cum contraria nō collocentur immediatè. Cum ergo medium illud interstitium sit excessiuæ frigiditatis, non est probabile, quòd interstitium superius proximum sibi, sit excessiuæ caliditatis. Hęc Durandus.

Paradisus est ampla regio.

¶ Cuius uerba non sunt intelligenda iuxta quorundam simplicium imperitam imaginationē, putantium paradisum terrestrem esse quasi hortum angustum, aut habitationem paucorum, cum sit regio grandis, seu terra latissima, pro totius humani generis inhabitatione sufficiens in innocētię statu.

Gul. Par.

¶ Ampliùs Parrhisiensis primo lib. de vniuerso: Incipiam, inquit, loqui de paradiso terrestri, quem Deum plantasse ad orientem, seu ab initio Moyses scripsit. Sunt quoq; de eo narrationes historiographorū, ac testimonia experimentatorū, q̄ eū uidisse testati sunt, & posteris tradiderunt. Testanť hoc idē quatuor nobilissima flumina ex ipso manantia per hoc, quòd ortus, seu origo eorum nec ex maribus, neq; ex fontibus totius nr̄æ habitationis inuenitur cōsistere. Et laboratū est a regibꝰ antiquis Aegypti & oriētalibus in inuestigatione originis Nili, q̄ nōdum inuenta est: sed hoc solū inuentū est, quòd ab extremis orientis finibus fluūt. Hinc cōstat ortum eorū non innotuisse hominibus, nisi aut per primos parentes, q̄ ibi fuerunt, aut p spūm ꝓphetiæ, quo Moysi credit̄ reuelatum. Omnis demū rectè intelligens, intelligit paradisum nō minoris amplitudinis, aut latitudinis esse, q̄ tota est maior India, aut Aegyptus, utpote totius humani gñis habitationi primitus deputatam. Quidā verò dixerunt paradisum regionem esse, a tota terra, q̄ in medio cœli est, longo tractu terræ, maris, aerisq; distantem, & vsq; ad lunarem circulum eleuatā. Quod nec rōpatit̄, nec natura: qm̄ tantam molē sustinere aer nō posset, & regio ista in igne esset elementari, inducretq; interdū eclipsim Lunæ, ac Solis, pśertim i partibus oriētalibus Armeniæ maioris, ac Indiæ, & videret̄ a ꝓximioribus terris. Manifestū est ergo, paradisum terrestrem esse magnam partē totius corporis terræ, & esse in extremis finibus oriētis. estq; verisimile, ꝓ sit extremitas terræ a parte orientis.

Paradisū cur Deus

¶ Pręterea, mirū vī cum creator p̄uiderit primos parentes tam modico tpe ibi mansuros, cur ꝓp homines creauerit paradisum, cum oēs priuati sint illo. Ad quod dico, quod habitatio paradisi nō conuenit hominibus ꝓ statu huius miseriæ, ac corruptionis, in quo corporales decliciæ eis non ꝓsunt, sed obsunt. Sed in statu innocentiæ aliter fuit, in quo sensualitas rōni fuit sine renisu subiecta. Multa quoq; sunt ꝓp hominem facta, q̄ in ipsius nō uenīūt usum, ut sunt innumerabiles pisces, ac bestiæ. Sunt ēt aliæ multæ paradisi utilitates. Nā cōfert ad decorem, & ordinē vniuersi, estq; materia, & obiectum contemplandi altissimum, atq; memoriale ꝑclarū charitatis, misericordiæ, ac munificentiæ eius ad homines protoplastos, ac pueros eorūdē: quibꝰ tot, ac tanta bona parauit, contulit, aut cōferre disposuit: & contulisset, nisi ex parte ipsorum fuisset defectus. Alia quædam scribit de his Gulielmus, q̄ ſnialiter sunt inducta. Recitat quoq; q̄dam deliramenta stultissima Iudæorū, dicentiū quod arbor, seu lignum uitæ habuit in altitudine iter quingētorum annorū. Grossities verò trūci, seu stipitis eius erat grossitię totius terræ. Quam ēt arborē asserūt ambulasse. His addit: Nec mireris fructū ligni uitæ habuisse uirtutem conseruatiuā uitæ humanæ ꝑpetuo, cum myrrha, & aloe, sal, & balsamū corpa hominū corrupta, & mortua, a corruptione, putrefactione, & fœtore diu ꝑseruent. Sic & medicinę q̄dam uitam prolungant cōseruādo naturalē humorē, aut uitalē calorem, uel purgando, aut remouendo corruptiua uitæ humanę. Sunt item quædā habentia renouatiuam uirtutem, quam quidam in seipsis renouationē sortiti sunt, & experti, ut carnes serpentum, qui tyri uocantur. Hæc Gulielmus.

cōdiderit hominibꝰ mox inde pellendis.

Nota deliramēta Iudæorū de paradiso.

Lignū uitæ fugādę mortis virtutem habuit.

¶ De hoc paradiso loquitur Damascenus lib. 2. Quia ex uisibili, & inuisibili creatura conditurus erat hominem Deus ſm propriam imaginem, & similitudinem, tanquam regem, & principem omnis terræ, & omnium, q̄ sunt in ea, constituit ante eum quasi regiam aulam, in qua conuersans, beatam, & * omnium diuitem duceret uitam. Et hic est paradisus diuinus, manibus Dei in Eden plantatus, promptuarium exultationis uniuersæ, ac gaudij. Eden. n. uoluptas interpretat̄. In oriente est, oi terra excelsior, temperatissimo, purissimo, ac tenuissimo aere circūfulgēs, plātis floridis sem ꝓ comatus, ac bono odore plenꝰ, repletꝰ lumine pulchritudinis vniuersę. Alia multa sublimia inde disseruit Damascę.

Damasce.

*Omnino

¶ In pręinductis verò uerbis Gulielmi aliqua cōtinentur, quæ pariunt qōnem, ut quod ait, seu refert experimentatores quosdam paradisum uidisse, & neminem inuenisse ortum fluminis paradisi. Nullus namq; mortalium naturali potentia corporeis oculis paradisum conspexit. nec experimentatorum quispiam illuc adductus est. Nam & ipse Gulielmus in uerbis testatur præhabitis, quòd sola primorum parentum relatione, atq; prophetica Moysi reuelatione paradisus innotuit.

Diony.

¶ Porro de quibusdam fluuijs paradisi beatꝰ Augustinus in lib. de Ciuitate Dei, Beda, & alij fide digni, testati sunt, quòd in certis terrę locis oriri, atq; erumpere reperiunt̄. Propter quod ēt quidā increduli scripturam Geneseos fictam fabulam reputarunt. Verū, sicut prætactum est, primus, & originalis ortus ipsorum est in paradiso ex fonte in scaturiente, qui extrahit originem. Decurrēdo aūt per terram alicubi in uoraginibus absorbentur, & currunt sub terra, iterumq; erumpunt. & hoc latuit ꝑ fidos. Nilus verò continuò fluxu sine hmōi absorptione currere recitatur, ita ꝓ nullibi, in terra habitabili inuenitur eius origo.

August.

Fluuiorū paradisi alia est origo prima & ꝓxima.

De formatione mulieris. Distinctio XVIII.

A

* costa.

IN eodem quoque paradiso mulierem formauit Deus de * substantia uiri, sicut post plantatum paradisum, hominemque in eo positum, & post uniuersa animalia ad eum ducta, suisque nominibus designata, subnectit scriptura: Immisit Deus soporem in Adam. cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & formauit eam in mulierem. Gen. 2. d. Aug. lib. 6. sup Gene. cap. 3.

B *Quare virum priùs, & postea de viro mulierem creauit, non simul vtrunq;.*

Hic attendendum est, quare non creauit simul uirum, & mulierem, sicut angelos, sed priùs uirum, deinde mulierem de uiro. Ideo. s. ut unum esset generis humani principium, quatenus in hoc, & superbia diaboli confunderetur, & hominis humilitas Dei similitudine sublimaretur. Diabolus quippè aliud a Deo principium esse cōcupierat. Ideoq; ut eius superbia retunderetur, hoc homo in munere accepit, quod diabolus peruersè rapere uoluit, sed obtinere non potuit. Et per hoc imago Dei in homine apparuit, quia sicut Deus omnibus rebus existit principium creationis, ita homo omnibus hominibus principium generationis: Ideo etiam ex uno homine oēs esse uoluit Deus, vt dum cognoscerent se ab vno esse omnes, se quasi unum amarent. Aug. lib. 6 sup Gene. cap. 2. Alia ratio quare ex vno hoīe oēs hoīes.

C *Quare de latere viri, non de alia corporis parte formata sit.*

Cum aūt his de causis facta sit mulier de uiro, non de qualibet parte corporis uiri, sed de latere eius formata est: ut ostenderetur, quia in consortium creabatur dilectionis, ne fortè si fuisset de capite viri facta, viro ad dominationem videretur præferenda: aut si de pedibus, ad * seruitutem subijcienda. Qua igitur viro nec domina, nec ancilla parabatur, sed socia: nec de capite, nec de pedibus, sed de latere fuerat producenda: ut iuxta se ponendam cognosceret, quàm de suo latere sumptam didicisset. Hugo li. parte 6. 24.

* Sæuiendum.

D *Quare dormienti, & non vigilanti costa subtracta sit.*

Non sine causa dormienti quoq; uiro potius, q̄ vigilanti detracta est costa, de qua mulier in adiutorium gn̄ationis uiro est formata: sed ut nullam in eo sensisse pœnam monstraretur, & diuinæ simul potentię opus mirabile ostēderet, quæ hominis dormiētis latus aperuit, nec eum tm̄ a quiete soporis excitauit. In quo ēt opere sacramentum Christi, & ecclesiæ figuratum est: quia sicut mulier de latere uiri dormientis formata est, ita ecclesia ex sacramentis, quæ de latere Christi in cruce dormientis profluxerūt, s. sanguine, & aqua: quibus redimimur a pœnis, atque abluimur a culpis. Aug. lib. 6 sup Gene. cap. 6. De sacramento huius operis.

E *Quare de illa costa sine extrinseco additamento facta fuit mulier per Dei potentiam, sicut quinque panes in se multiplicati sunt.*

Solet ēt quæri, utrum de illa costa sine adiectione rei extrinsecæ facta sit mulier: qd̄ quibusdam nō placuit. Cæterū si ad perficiendum corpus mulieris Deus extrinsecum augmentum addisset, maius illud esset, q̄ ipsa costa. Ideoq; potius de illo addito, q̄ de ipsa costa mulier facta deberet dici, de quo plures accepisset substantiæ partes. Restat ergo, ut de sola ipsius costæ substantia sine omni extrinseco additamento p̄ diuinam potentiam in semetipsa multiplicata, mulieris corpus factum dicatur: eo sanè miraculo, quo postea de quinq; panibus Iesu cęlesti benedictione multiplicatis, quinq; millia hominum satiata sunt. Illud etiam sciri oportet, q̄ cum angelorum ministerio facta sit mulieris formatio, non est eis tm̄ tribuenda creationis potentia. Angeli. n. nullā possunt creare naturam, ergo nec formare costam in mulierem, nec carnis supplemētum in locum costæ: non q̄ nihil agant, ut aliquid creetur, sed nō ideo creatores sunt, sicut nec agricolæ segetum, vel arborum. Solus Deus, id est, Trinitas est creator. Facta est ergo fœmina a Deo, etiam si costa ministrata sit per angelos. Hugo ubi supra. Iohan. 6. Matth. 14. Aug. lib. 6. sup Gene. cap. 15.

F *Vtrum secundum superiores, an secundum inferiores causas ita illa facta sit mulier, id est, an ratio seminalis id haberet, ut ita fieret, an tantum, ut ita fieri posset, sed ut sic fieret, in Deo esset causa.*

Sed quæritur, an ratio, quam Deus primis operibus concreauit, id haberet, secundum

secundum ipsam ex uirili latere fœminam fieri necesse foret, an hoc tantum, ut fieri posset. Ad quod sciendum est, omnium rerum causas in Deo ab æterno esse. Vt enim homo hic fieret, uel equus, & huiusmodi, in Dei potentia, & dispositione ab æterno fuit. Et hæ dicuntur primordiales causæ: quia istas aliæ non præcedunt, sed istæ alias, quæ sunt causæ causarum. Cumque unum sit diuina potentia, dispositio siue uoluntas, & ideo una omnium * principalis causa: tamen propter effectus diuersos pluraliter dicit Augustinus causas primordiales omnium rerum in Deo esse: indu cens similitudinem artificis, in cuius dispositione est, qualis futura sit arca. Ita & in Deo uniuscuiusque rei futuræ causa præcessit. In creaturis uerò quarundam rerum, sed non omnium causæ sunt, ut ait Augustinus. Quia inseruit Deus seminales rationes rebus, secundum quas alia ex alijs proueniunt: ut de hoc semine tale granum, de hac arbore talis fructus, & huiusmodi. Et hæ quoque dicuntur primordiales causæ, etsi non adeo propriè: quia habent ante se causam æternam, quæ propriè, & vniuersaliter prima est. Illæ verò ad res aliquas dicuntur primæ, quæ scilicet ex eis proueniūt. Ideo etiam primordiales dicuntur, quia in prima rerum conditione rebus a Deo insitæ sunt: & sicut creaturæ mutabiles sunt, ita & hæ causæ mutari possunt. Quæ autem in immutabili Deo causa est, mutari non potest. Aug. super Gen. lib 5. cap. 5. * Primordialis. Aug. lib. 9. sup Gene. cap. 17. Idem ubi supra.

G *Distinctio causarum, & rerum perutilis, scilicet, quod quædam in Deo, & in creaturis, quædam in Deo tantum sunt.*

Omnium ergo rerum causæ in Deo sunt, sed quarundam causæ, & in Deo sunt, & in creaturis, quarundam uerò causæ in Deo tantum sunt, & illarum rerum causæ dicuntur absconditæ in Deo: quia ita est in diuina dispositione, ut hoc, uel illud fiat, quod non est in seminali creaturæ ratione. Et illa quidem, quæ secundum causam seminalem fiunt, dicuntur naturaliter fieri, quia ita cursus naturæ hominibus innotuit. Alia uerò præter naturam, quorum causæ tantum sunt in Deo. Hæc autem dicit Augustinus esse illa, quæ per gratiam fiunt, uel ad ea significanda non naturaliter, sed mirabiliter fiunt. Inter quæ mulieris facturam, uel ad ea significanda non naturaliter, sed mirabiliter fiunt. Inter quæ mulieris facturam de costa uiri ponit, ita dicens: Vt mulierem ita fieri necesse foret, non in rebus conditum, sed in Deo absconditum erat. Omnis * creaturæ cursus habet naturales leges. super hunc naturalem cursum creator habet apud se posse de omnibus facere aliud, quàm eorum naturalis ratio habet, ut scilicet virga arida repente floreat, fructum gignat: & in iuuentute sterilis fœmina, in senectute pariat: ut asina loquatur, & huiusmodi. Dedit autem naturis, ut ex his etiam hæc fieri possent, non ut in naturali motu haberent. Habet ergo Deus in se absconditas quorundam futurorum causas, quas rebus conditis non inseruit: easque implet non opere prouidentiæ, quo naturæ subsistunt, ut sint, sed quo illas administrat, ut uoluerit, quas ut uoluit condidit. Omnium ergo, quæ ad gratiam significandam non naturali motu rerum, sed mirabiliter facta sunt, absconditæ causæ in Deo fuerunt: quorum unum erit, quòd mulier facta est de latere uiri dormientis. Non habuit prima rerum conditio ut fœmina sic fieret, sed ut fieri posset: ne contra causas quas Deus uoluntariè instituit, mutabili uoluntate aliquid facere putaretur. Aug. super Gen. lib 9. cap. 17. * Naturæ. Num. 17 c. Gen. 21. a. Num. 22 c. Aug. lib 9 sup Gene. cap. 18.

H *De anima mulieris, quæ non est ex anima viri, ut quidam putauerunt, dicentes animas esse ex traduce.*

Quemadmodum mulieris corpus de uiri corpore traductum fuit, ita putauerunt aliqui ipsius animam de uiri anima propagatam, & omnes animas præter primam de traduce esse sicut corpora. Alij aūt putauerunt simul oēs aīas ab initio creatas. Catholica aūt ecclesia, nec simul, nec ex traduce factas esse aīas docet: sed in corporibus p̄ coitum seminatis, atq; formatis, infundi, & infundendo creari. Vnde in Ecclesiasticis dogmatibus: Aīas hoīum non esse ab initio inter cæteras intellectuales * creaturas, nec simul creatas, sicut Origenes fingit, neq; in corporibus per coitum seminari, sicut Luciferiani, Cyrillus, & quidam latinorum præsumptores affirmant. Sed dicimus corpus tm̄ per coniugij copulam seminari. Creationem uerò animæ solum creatorem nosse, eiusq; iudicio corpus coagulari in uulua, & compingi, atq; formari: ac formato iā corpore, aīam creari, atq; infundi: ut uiuat in vtero homo ex anima constans, & corpore, & egrediaī uiuus ex utero, plenus humana substātia. Hieronymus etiam anathematis. Aug. li. 1. sup Gene. cap 1. Aliorum opinio. * Naturas Aug in li. de ecclesiasticis dogma c. 14. Hierony.

Psal. 32. c. uinculo illos condemnat, qui animas ex traduce dicunt, inducens auctoritatem prophetæ: Qui finxit singulatim corda eorum. Hoc satis, inquit, innuit propheta, ꝙ non ipsam animam de anima facit Deus, sed singulatim animas de nihilo creat.

Summa distin. 18.

IN duabus præcedentibus distinctionibus tractauit Magister de homine protoplasto, uidelicet uiro: hic agitur de fœmina prima, illius vxore. Et primò ondit causam eius materialem deinde causam efficientem, qa a Deo ex costa viri formata est supernaturaliter, seu miraculosè. Et circa hoc mouet dubia aliqua, utpote cur Deus non simul produxit utrunq; & cur potius de costa uiri, q̃ de alia parte corporis eius sit facta, cur item ex costa dormientis magis, q̃ vigilãtis. Ampliùs circa hoc tangit duas difficultates. Prima est, an de sola costa uiri formatum sit corpus mulieris, sine alterius materiæ additione. Secunda, an in costa uiri fuit rõ seminalis ad hoc, ꝙ ex ea formaretur fœminæ corpus. Quocirca tangit distinctionẽ inter rõnes primordiales, & seminales, & inter effectus naturales, ac miraculosos. Vltimò scisitatur, ac docet, qñ & qualiter producta sit anima mulieris, imò, & cæterorum, ac circa hoc excludit errores.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *Utrũ ex sola costa uiri formatum, & factum sit corpus primæ mulieris.*

Arguitur primo contra ueritatem.

¶ Vt, ꝙ non: qm̃ costa illa non continebat totam 1 substantiam corporis mulieris illius, ergo aliquid materiale est additum ei.

¶ Secundò, in prima rerum institutione Deus vnumquodque produxit prout suæ conueniebat naturæ, Augustino super Genesim protestante: In rerum creatione non quæritur quid Deus sua omnipotentia facere potuit, sed quid rerum natura sustinuit, seu exegit. fœminam uerò ex costa uiri produci, non est naturale.

¶ Tertiò, costa illa ad uiri integritatem pertinuit; 3 ergo ea illi subtracta, mansit truncatus, & imperfectus. Et quæritur, in quo amborum costa illa resurget.

¶ Quartò, in cæteris animalibus perfectis prima 4 indiuidua masculus, & fœmina sunt simul producta, non unum ex alio: ergo in humana specie cæteris nobiliori, sic fieri debuit.

¶ Quintò, in costa illa non potuit alia forma sub 5 stantialis induci, nisi priori sublata, ergo costa illa corrupta fuit antequam ex ea mulier formaretur.

¶ In oppositum est scriptura.

In oppositum. Tho. aqui.

¶ Ad hoc Thomas respondet: Secundum catholicos dubium non est, quin mulier de costa viri sit facta, quamuis Ihdæi multa circa hoc fabulentur. Nõ enim magis impossibile est omnipotenti, mulierem ex costa uiri formari, quàm uirum de limo terræ ꝙ duci, cum utrunque secundum naturam impossibile reputetur. Modum uerò, quo id factum est, diuersimodè diuersi assignant. Magister enim in textu, & Hugo de sancto Victore, dicunt ex costa uiri corpus mulieris esse formatum sine additione alicuius, seu nouæ materiæ creatione. Quod intelligi bile non uidetur. Si etenim per multiplicationem dicant hoc factum, oportet multiplicationem hãc aut secundum quantitatem tantum attendi, aut secundum materiæ essentiam. Si primo modo, sic oportet, ut eadem materia numero, quæ primò stetit sub dimensionibus paruis, postmodum maiores dimensiones receperit. & hoc est rarefieri, ut quarto dicitur physicorum. sicque corpus mulieris per rarefactionem esset formatum, quod est impossibile manifestè: quoniam sic corpus mulieris fuisset rarius aere. Si autem multiplicatio essentiam attingat materiæ, cum nil aliud sit multiplicari, quàm aliquid, quod priùs non fuit, fieri, oportet aliquid nunc esse sub forma corporis mulieris, quod priùs sub forma costæ non fuit, quàm necessariò est, uel per conuersionem alterius corporis in corpus mulieris, cuius materia sub forma corporis mulieris permaneat: aut per hoc, quòd aliquid materiæ fit de nouo creatum, & hoc esset per additionem nouæ materiæ de nouo creatæ, aut aliunde acceptæ. Sic quoque panum multiplicatio accipi potest. Potius tamen videtur factum per additionem materiæ præexistentis, cum omnia simul esse creata saltem in materia, sancti communiter tradant. Veruntamen corpus mulieris non dicitur factum ex illo adiecto, quia adiectum illud non venit in materiam mulieris nisi per costam viri: quemadmodum menstruum dicitur materia embryonis, quamuis oporteat ex cibis acceptis corpus embryonis augeri, ita & aqua mediante vino in corpus Christi transsubstantiatur, quamuis esset maior quantitas aquæ, dummodo uirtute uini fortioris posset absorberi.

¶ Et per hoc patet ad primum solutio. Ad primũ

¶ Ad secundum dicendum, quòd institutio naturalium rerum dupliciter potest considerari. Primò, quantum ad modum fiendi: secundò, quantum ad proprietates consequentes res institutas. Modus autem fiendi in principio mundi naturalis esse nõ potuit, cum non præcesserint aliqua principia naturalia, quorum actiones, & passiones sufficerent ad effectus naturaliter producendos. idcirco oportuit per diuinam supernaturalem virtutem prima principia in naturis constitui, ut ꝙ corpus hominis formaretur ex terra, corpus mulieris ex costa, sicq; de alijs. Sed proprietates consequentes naturas institutas nõ sunt miraculo afferibendæ, vt ꝙ aquæ super cœlos miraculosè consistant. Ad secũdũ

¶ Ad tertium, ꝙ aliquid dr̃ esse de perfectione alterius dupliciter. Primò, quia requiritur ad esse indiuidui, sicq; costa illa non fuit de perfectione, integritateq; viri. Secundò, quia exigitur ad conseruationem speciei, prout semen dr̃ superfluum respectu indiuidui, quod tñ necessarium est ad conseruationem speciei: & ita costa extitit de perfectione Adæ, inquantum principium generis humani. Hinc costa illa resurget in Eua, cum sit de personali integritate corporis eius. Porro, quod reseruatur, & ordinatur ad conseruationem speciei, non solum sine dolore, sed etiam cum delectatione descinditur: ideo sine afflictione Adæ, costa illa separabatur ab eo. Vel dici potest, ꝙ diuina uirtute hoc accidit, ꝙ dolorem non sensit. Ad tertiũ

Ad quartum satis respondetur in litera. Hæc Thomas in Scripto. Ad quartũ

¶ Præterea in prima parte, qõne 92. Conueniens, inquit, fuit in prima rerum institutione, mulierem formari ex uiro magis, quàm in animalibus alijs. Primò, ut in hoc quædam dignitas primo homini seruaret, quatenus sicut Deus est principium totius uniuersi, sic primus homo esset principium totius generis humani. Secundò, ut mulierem tanquam ex se sumptam magis diligeret, & ei fideliùs adhæreret. Tertio, quia (ut octauo dicitur ethicorum) in genere humano uir, & uxor conueniunt non solum ad generandum, sed etiam in reliquamen curæ domesticę, ac mutuæ prouisionis, in quibus quædam aptiùs fiunt ꝙ mulierem, in quibus tñ uir caput est mulieris. idcirco ex uiro tanquam ex suo principio est formata. Quarta est rõ sacramentalis. Figuratur enim per hoc, ꝙ ecclesia a Christo sumit exordium. Vnde Apostolus: Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo, & in ecclesia. Philosop. Ephes. 5.

¶ Conuenienter demum facta est Eua de costa Adæ. Primò, ad significãdum, ꝙ inter uirum, & mulierem debet esse socialis coniunctio, atq; ꝙ mulier non debet uiro dominari, neq; ab eo cõtemni. Ideo non est facta de capite, aut pedibus uiri. Secundò, propter sacramentum: quia de latere Christo dormientis in cruce fluxerunt sacramenta, uidelicet sanguis, & aqua, quib' ecclesia est formata. Fuit quoq; corpus Euæ immediatè a Deo formatum. Naturalis quippè generatio cuiuslibet speciei, est ex determinata materia. Materia verò ex qua homo naturaliter generatur, est semen humanum, nec ex alia potest materia naturaliter generari. Verũ solus Deus, qui est institutor naturæ, potest præter ordinem naturalem res ipsas producere. ideo sicut ipse solus potuit uirum de limo terræ formare, ita & mulierem de costa Adæ. Atq; ut nono super Genesim loqtur Augustinus, quod ministerium angeli Deo exhibuerunt in formatione mulieris, ignotum est nobis. Hæc Thomas in Summa. Eua cur ex viri. costa fit formata. Iohan. 19. August.

¶ Vnde super Iohannem afferit Augusti ꝙ Deus misit soporem in Adam, & tulit unã de costis eius, non ideo ne ipse Adam in abstractione costæ doleret. Quis.n. sic dormit, ut ei non euigilanti ossa euellan? An ideo Adam non sensit: qm̃ Deus auulsit? Potuit ergo, & uigilãti sine ipsius dolore auellere. Sed ideo misit soporem in Adam, ad præfigurandum, ꝙ sicut de costa dormiẽtis formata est fœmina, ita de latere Christi iam dormientis in cruce emanarent ecclesiæ sacramenta, quibus formatur ecclesia. Vnus enim militum latus eius lancea aperuit, &c. Costa cur dormienti euulsa. Iohan. 19

¶ Insuper Petrus: Quamuis, ait, sapientia Dei appareat in productione omnium rerum, excellentiùs tñ declaratur in constitutione rationalium creaturarum. Hinc quamuis sexus hominibus, & bestijs sit cõis, in hominibus tamen est dignior ob eminentiam animæ rationalis. Ideo congruebat differentem esse modum formationis eorum. Nempè in sexu humano ex superaddita ratione, est tripliciter addita comparationis differentia. Vna ad Deum efficientem, secunda ad genus humanum ex se producendum, tertia ad se inuicem, scilicet uiri ad mulierem, & econuerso. Prima est: qm̃ solus homo inter animalia est Dei imago, ad quod insinuandum, uoluit Deus, ꝙ sicut ab ipso est emanatio vniuersorum, ita ex primo homine esset cunctorum processio hominum. Secunda est: qm̃ indiuidua speciei humanæ non solum confœderantur fœdere naturæ. sed & amicitię: idcirco ut omnes maiori amicia colligentur, uoluit Deus, ut omnes ex uno procederẽt homine. Tertia est, quia in homine solo sexus uirilis, atq; fœmineus miscentur secundum matrimonij legem. idcirco legẽ matrimonij exprimi decuit in ipsorum formatione, in qua lege principalitas reginimis est in uiro: ideo mulier est formata ex eo. Petrus.

sed penes utrunque est æqualitas obligationi, quantum ad actum coniugalem, ideo mulier facta est de latere uiri: & quia a uiro firmitatem sortitur, facta est de osse illius. Immisit quoque dominus soporẽ contemplationis in Adam, ut eum supernaturaliter erudiret de horum significatione: quoniam exercitium sensuum a contemplatione impedit hominẽ. Hinc ad se reuersus, mox dixit: Hoc nunc os &c. Hæc Petrus.

¶ Idem Richardus, & addit: In coniugio magnũ est sacramentum, id est, sacrum signum unionis animæ cum Deo, & humanitatis cum verbo æterno, ecclesiæ quoq; cum Christo. Dicunt etiam Petrus, Richardus, & alij quidam, ꝙ secundum quosdam corpus Euæ factum est de sola costa Adæ, supernaturaliter multiplicata uirtute diuina, sicut de pane fit corpus Christi. Richard.

¶ Ait item Albertus: Costa os durum est, non habens medullam. Ideo dicit Isidorus libro etymologiarum capitulo decimo: Deus fecit homini viginti quatuor costas, tanquam totidem radios semicircularis, de spina dorsi contra seinuicem procedentes ad uiscerum munimentum. cumq; mulier formanda fuit de uiro, sapienter oportuit, ꝙ ex ea uiri parte formaretur, in qua potiissima est adiutorij uirtus, & ratio æqualitatis. Hoc autẽ est latus, quia in latere dextro est uirtus, ex qua est motus, & in sinistro est uirtus per quam regyratio fit uirtus motiuæ in dexterum, ut iterum moueat. Secunda ratio est, quia cor nulla corporis membra æqualiter respicit nisi duo latera. situs etenim cordis est in sinistro. Ventriculum autem maiorem apertum porrigit in dextrũ. idcirco in partem dextri lateris magis exuffiat spiritum, & calorem, quàm in sinistrum. Hinc partes laterum uicinius referuntur ad cor, quàm alia membra. ideo cum mulier facta sit non ut subijcienda ancillariter, sed ut diligenda socialiter in ædificationem domus, quæ consistit in pueris, atq; familia, ideo potiissimè facta est de latere viri. Et formatum est corpus eius in instanti diuina uirtute, quod a Deo duntaxat fieri potuit. Angeli tamen ministrauerunt, exhibueruntq; costam ad formandum ex ea. Non autem producunt effectum, nisi semina rerum colligendo, & adhibendo, quod instãtaneæ fieri nequit, quamuis fiat velociùs, quàm per naturam. Albertus.

¶ Si præterea quæratur, cur Deus pro costa supplenit carnem, & non potius os, seu costam: dicendum, ꝙ opera Dei ad instructionem sunt futurorũ. hinc dixerunt antiqui, ꝙ mulier ex complexione mollis, ac fragilis, facta est ex osse uiri, ut sciat se a uiro debere accipere diciplinam continentiæ, ac uirtutis. Caro autem suppleta est, & non os, ut uir sciat se a muliere debere accipere emolitionem ad pietatem, seueritatisq; relaxationem ad coniugem, tanquam ad infirmiùs uasculum. Veruntamen caro illa suppleta est in uiro, in figura, & fortitudine costæ, quæ & usum costæ accepit in uiscerum defensione, Hæc Albertus. Costæ loco cur carne suppletus est nõ osse

¶ Qui etiam commendat, ac sequitur rñsionem Magistri, dicentis ꝙ sine additamento extrinseci factum est corpus mulieris ex costa uiri. Verum circa hæc oritur quæstio, quia si costa ulla fuit in viro non ad eius pertinens personalem integritatem, sed ut in principio speciei, videtur, ꝙ caro pro ea suppleta, non fit in costam mutata.

¶ Præinductis etiam consonat Bonauentura, cuius rñsionem compendiosè expressit Petrus. Et addit Bonauentura, & non ex sola costa Adæ sumpsum Bonauent.

ptum & factum eſt corpus Euæ, ſed & aliqua pars carnis ex carne Adæ aſſumpta eſt, & ædificata in carnem corporis mulieris. Ad quod innuendū aſſeruit Adã: hoc nūc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea. Oīum uerò prætactorū dicta doctorū, in Scripto excellētiſsimi, irrefragabilisq; doctoris Alexãdri habent, q & alia multa circa hæc ſciſcitat̃, ac ſcribit.

Durãdus. ¶Poſtremò Durandus hic refert: Triplex opinio eſt de iſto, vtrum de coſta Adæ facta ſit mulier ſine additione. Vna, ꝙ non ſolum uirtute diuina, imò ēt uirtute naturæ poteſt de paruo fieri magnum, abſq; rarefactione, & additione materiæ. Quod declarāt ex ſuppoſitionibus tribus. Prima eſt, ꝙ in omnibus rebus naturalibus dare eſt minimum ſm materiam, ut minimam carnem, ut 1. phyſicorum hr̃. Secunda eſt, ꝙ elementa alternatim ex inuicem gñantur. Tertia, ꝙ ſuperiora generantur ex inferioribus ſm multiplicem analogiam. Itaque ex uno pugillo terræ ſiunt decem pugilli aquæ. ſicq; ulterius, ut 2. de generatione habetur. Ex his ita arguitur: Vnum minimum aeris poteſt conuerti in aquam ex ſuppoſitione ſecunda, Aut ergo conuertitur in minimū aquæ, aut in minus minimo. Non in minus minimo, cum illud non ſit dabile: ergo conuertitur in minimam aquam. Sed ex uno minimo aquæ poſſunt decem fieri minima aeris, & hoc abſque additione materiæ, & rarefactione: qm̃ æquè rarum eſt minimum aeris, quod primò conuertitur in minimum aquæ, ſicut decem minima aeris, in quæ minimum aquæ conuerſum eſt. Verum ratio iſta non ualet. Quamuis enim in naturalibus dare ſit minimum, hoc tñ intelligendum eſt de minimo ſeparato per ſe exiſtēte, ita ꝙ in minori non ſaluaretur ſpecies rei. minimum autem toti coniunctum, non eſt dare. Cum ergo dr̃, ꝙ minimum aeris conuertitur in minimum aquæ, aut in minus minimo illo: dicendum, ꝙ conuertitur in aquam, & in minus ſm decuplum minimo ſeparabili. Illud tñ minus eſt coniunctum, non ſeparatum. In minus enim ſeparatum non poteſt cōuerti, quia nec illud poteſt eſſe: ſed benè poteſt cōuerti in coniunctum minus minimo ſeparato: qm̃ in coniunctis non eſt minimum dare. Et ſi illud coniunctum minus minimo ſeparato cōuerteretur rurſus in aerem, conuerteretur in decem partes aeris coniunctas, quæ non efficerent niſi unum minimū aeris ſeparatum, & non decem minima ſeparata, ut iſti putant: & ita non fieret aer magnus ex paruo, ſed æqualis ex æquali. Alia opinio eſt, quòd nec opere naturæ, nec uirtute diuina poteſt fieri magnum de paruo, nec fieri potuit corpus Euæ ex coſta Adæ ſine rarefactione, vel additione materiæ. quod probant, ut ſupra in Thoma. Quam opinionem reprobo, nihilominus tenentes mediam uiam, dicunt, ꝙ Deus poteſt facere magnum de paruo ſine rarefactione, & additione materiæ. Deus namque facere poteſt quicquid eſt potentia materiæ non ſolum naturali, ſed etiam obedientiali. Sed quælibet materia quantum eſt de ſe, eſt æqualiter in potentia ad magnum, & paruum, ad rarum, & denſum. materia nāque ſm ſe non eſt æqualis, aut quanta, imò eſt in potentia ad quantitatem, & qualitatem ſm quamlibet earum dr̃iam hinc ſi materia montis magni, atq; materia lapidis parui, per intellectum ſepararentur ab omni forma ſubſtantiali, & quantitate, nulla erit differentia inter eas, quantum ad ſuſceptionem magnitudinis & paruitatis, rarefactionis, & denſitatis. idcirco æqualis magnitudo, & denſitas poteſt utriq; induci.

Philoſop.

¶Tertia, & medio modo ſe habens opinio eſt, ꝙ uirtute naturali iſtud fieri nequeat, ſed diuina. Hæc Durandus.

¶Quæ recitatiuè commemoro. & ſi ritè penſent̃, poſitio ſancti Thomæ rōnabilior eſſe vr̃: Qui tamē euidenter non negat, quin diuina, & ſupernaturali id fieri valeat poteſtate.

QVAESTIO II.

SEcundò quærit̃, *An omnium rerum, quæ fiunt aut generantur, ſint ponēdæ in materia rōnes ſeminales.*

¶Quo circa multa occurrunt diſcutienda, videlicet quid ſint hm̃ōi rōnes ſeminales, & utrum ſint idem, ꝙ rōnes cauſales, radicales, & naturales, ſeu primordiales, & exemplares. Et rurſum, an rōnes ſeminales, ſint ipſæ inchoationes formarum: hoc eſt, an formæ naturales gñabiliū ſint in materia inchoatæ, & quid ſit inchoatio illa, ſeu forma ſic inchoata. Hæc eſt vna præcipuarū difficultatū in philoſophia, in qua ēt magni theologi diuerſimodè ſentiūt. ideo immorari oportet perſcrutationi iſtorum.

Arguitur primo pro parte negatiua. ¶Videtur, ꝙ rōnes ſeminales non ſint in materia ſtatuendæ. Ratio. n. dicit quid ſpirituale, materia uerò corporeitatis eſt fundamentum.

2 ¶Secundò, res dupliciter, & in duobus habet eſſe, uidelicet in intellectu, & in propria ſubſiſtentia, exiſtentia, ſeu natura. & eſſe in intellectu, eſt ratio rei. ergo rationes ſeminales non in materia, ſed in mente ſunt collocandæ.

3 ¶Tertiò, materia eſt pura potentia ſm ſe ſumpta, quod de potentia paſſiua accipitur. In pura autem potentia non eſt rō ſeminalis eorum, quæ fiunt ex ea, cum ſemen ſit actiuum principium.

4 ¶Quartò, omne ens eſt ſubſtantia, uel accidens. quęritur ergo quid realiter ſit rō ſeminalis. Non. n. vr̃ eſſe ſubſtantia. Aut enim eſſet ipſa materia, quod nullus admittit, aut forma, quod non apparet, cum forma ſubſtantialis non recipiat magis, & minus: nec in materia ſunt plures formæ ſubſtantiales. nec formarum latitatio Anaxagorica eſt ponenda, ut Ariſto. probat.

Auguſt. ¶Veruntamen ſuper Geneſim quarto aſſerit Auguſtinus: Omnis iſte uſitatiſsimus naturæ curſus, quaſdam naturales habet leges, quibus ꝓgreditur. Vnde apparet, ꝙ rōnes ſeminales ſint naturales leges. & ita uidentur eſſe accidentales diſpoſitiones, & proprietates. Sed contrarium huius vr̃ ex eo, qđ rurſus ſuper Geneſim loquitur Auguſt. quod & ſupra diſtinctione 7. continetur. Iſta quippè originaliter, ac primordialiter in quadam elementorum textura iam cuncta creata ſunt, atq; acceptis opportunitatibus prodeunt. Talis autem textura vr̃ non aliud eſſe, q̃ ipſemet rerum eſſentię inchoatæ, ac ipſi materiæ radicaliter concreatæ. Auguſt.

Auguſt. ¶Iterum, 4. ſuper Geneſim diſſeruit Auguſtinus: Omnia hæc ex illis inſitis rōnibus, quas tanquam ſeminaliter in mundo ſparſit, prodierunt. Ergo ratio cauſalis, & ratio ſeminalis ſunt idem in re.

¶Denique libro de Trinitate Auguſtinus fatetur. Omnium quippè rerum, quæ corporaliter, viſibiliterq; naſcuntur, occulta quædam ſemina in corporeis mundi huius elementis latent. Ipſe namq; creator uniuerſorum, creator eſt inuiſibilium ſeminum: quia quæcunq; naſcendo ad noſtros prodeūt oculos, ex occultis illis ſeminibus ſumunt progrediēdi primordia, ac debitæ magnitudinis incrementa, & figurarum ſiue formarum diſtinctiones. Ex quibus elicitur, quòd rationes iſtæ ſeminales ſunt originales, & cauſales rerum radices, & quaſi immedi-

ati

ati, ac proprij quidam effectus, ac emanationes idealium exemplarium, atq; ſimpliciter primordialium rōnum mentis diuinæ: & uidentur realiter eſſe formæ in materia inchoatæ, cum aliud nihil in materia uideatur poſſe aſsignari, imo nec fingi, quod ſit oīum horum naſcentium cauſa ita intrinſeca, radicalis, fontana, & quaſi coelementaris.

Albertus. ¶Ad hæc reſpondet Albertus: Quemadmodum ait gloſſa Geneſis primo ſuper illud, In principio creauit Deus cœlum, & terram, Deus quatuor modis operatur. Primò, in uerbo æterno, in quo omnia æternaliter præfinita ſunt, diſpoſita, & præuiſa. Secūdò, in materia, & forma, iuxta illud Eccleſiaſtici: Qui uiuit in æternum, creauit omnia ſimul. Tertiò, in operibus ſex dierum nouas creaturas diſtinxit. Quartò, ex primordialibus ſeminibus non incognitæ oriuntur naturæ, & natæ ne pereant, ſępius reparantur, ſeu reformantur. Sic quatuor ſunt rationes cauſales, quæ ſub eiſdem differentijs exprimuntur. Rationes namq;, quæ ſunt in uerbo æterno ſimpliciter, primordiales, & exemplares uocãt, in quibus omnia æternaliter præluxerunt, in quibus prædefinitum, eſt quid, quando, vbi, & qualiter ad eſſe perueniat unumquodq;. Illæ etenim ab æterno ſunt, & in illis primo orditus eſt Deus qcquid in operibus naturæ, & gratiæ, ac gloriæ naturaliter, aut ſupernaturaliter operatur.

Deus quatuor modis opat. Eccle. 18.

Auguſt. Gene. 2. ¶De ſecundo modo ſcribit Auguſti. ſuper illud Geneſeos. Et omne uirgultum agri antequam orire tur in terra. Intelligitur terra cauſaliter produxiſſe herbam, & lignum, id eſt, uirtutem producendi accepiſſe, in qua tanquam in radice facta erant, quæ ꝑ tpa erant futura. Fecit ergo ea Deus antequam eēnt ſm formalitatem materiæ, quæ conſequenter erant executiuè formanda. Et iſtæ rōnes, quas Deus ſic indidit materię quatuor elementorum, ſm Auguſtinū radicales uocantur: qm̃ aliæ. ſ. rōnes ſeminales radicantur in eis, nec uocantur primordiales ſimpliciter, ſed ſm quid, utpote, quo ad rōnes ſeminales ſequentes. Tertiæ ſunt rōnes diſtinctiuæ, & ornatiuæ, per quas unumquodq; diſtinctionem ſortitur, atq; ad ſuum locum, & actum mouetur. Quarto modo dicuntur rōnales ſeminales, quas indidit naturæ, ut ex ſimilibus ſimilia ualeat procreare, cum dixit: Producat terra herbam uirentem. Et cum dixit hominibus, ac iumentis, Creſcite, & multiplicami, &c. Auguſt. Rationesq; iſtæ ſuut aliquo modo efficientes in uirtute primi principij, nec ſunt primordiales niſi quo ad ea, quæ oriuntur ex eis. Verũtamen ante has tres rōnes, uidelicet ante rationes radicales, & diſtinctiuas, ac ſeminales, inſunt omni naturæ creatæ rōnes obedientiales, ſm quas (ut Auguſtinus teſtatur) nihil iuſtius, nihil rationabilius, q̃ vt omnis creatura ſuo obediat creatori in omni, quod ipſe voluerit. Auguſt. Quæ rationes quamuis obedientialiter ſint in creatura: cauſaliter tamen ſunt in creatore: quoniam ſolo creatore cauſante deducuntur in actum. Denique præfatæ rationes realiter coincidere poſſunt, ſed differunt ratione formali, & reſpectu diuerſorum nomina ſortiuntur diuerſa. Sed ad ea, quæ miraculosè, & ſupernaturaliter fiunt, nō ſunt propriè in materia rationes ſeminales, ſed obediētiales. Sūt itaque rationes ſimpliciter primordiales, & ideales, quæ ſunt in uerbo æterno: & ſunt rationes originales, primitus inditæ mundo. ſunt quoque rationes obedientiales, quæ ſunt in creatura, prout ſm rationem debiti ad creatorem refertur. ſunt item rationes radicales, ſm quas elementata omnia radicantur in rōnibus uirtutum elementorum. Et ſunt rationes naturales, quæ è principio intrinſeco, quod eſt natura, faciunt pullare conſimile. Sunt etiam rationes cauſales, ſm quas tam ex cauſa ſupernaturali, quæ Deus eſt, q̃ ex inferiorib⁹, & naturalibus cauſis rationabiliter procedunt cauſata.

¶Præterea poſsibilitates, ſeu habilitates rerum conſiderari queunt dupliciter. Primò, penes primā radicem poſsibilitatis obedientiæ, ſm quam vnicuiq; rei creatæ ineſt, non ut ex ea fiat, ſed ut ex ea fieri poſsit quicquid Deus uoluerit. Sicq; poſsibilitas tam ad conſuetum curſum naturæ, quàm ad miracula in principio conditionis inſerta eſt materiæ naturali. Poteſt etiam conſiderari ſecundum potentiam ad actum relatam uirtute educentis potentiā ad actum, quæ uirtus ſecundum cauſales rōnes cauſæ efficientis determinatur. & ſic quod conſueto curſu naturæ ſit, materiæ naturali eſt inſitum. Quod autem miraculosè ſit in diſpoſitione, ac omnipotētia Dei abſconditum eſt. Diſpoſuit etenim ab æterno in uerbo ſibi coæterno, quid, ex quo, & qñ aliqd talium faceret: contra quam diſpoſitionem, ut dicit Auguſtinus, nil unquam fecit, aut faciet. Auguſt. Itaque potentiæ, ſeu uirtutes, uel rationes ad miracula non ſunt materiæ inditæ niſi per obedientialem potentiam. Poſtremò, omnes potentiæ ſiue ſint ſeminales, ſiue ſecundum rationes cauſales ad cauſam, quę ſuper naturam eſt, ſiue ſecundum rationes obedientiales creaturę ad creatorem, ab exordio creationis ſimul ſunt inſitę materiæ a creatore. Et quamuis potentiæ illæ ſint gñe una, diuerſæ tñ ſunt ſpecie. Potentiæ namq; præſertim paſsiuę, determinantur per actus, ut ſecundo de anima dr̃. Philoſop. Conformiter potentia obedientialis eſt una, & plures. Porro ſemen ſe habet & in ratione cauſæ materialis ad actum diſpoſitæ, atq; in ratione cauſæ efficientis, & in ratione formę per uirtutem formatiuam, quæ eſt in ea. Hæc Albertus in Scripto.

¶Porro in libro de coæquęuis, tractatu de materia, breuiter de his aliqua tangit, quæ infra potuerunt tangi. In libro quoq; de homine circa finem: Secundum Auguſtinum, inquit, tria inueniūtur differentia ſm rationem, uidelicet cauſę ſeminales, rationes cauſales, & cauſæ ſimpliciter. Auguſt. Et cauſę ſeminales propriè referuntur ad naturam ſeminantem, ſiue in generatione uniuoca, ſiue in generatione æquiuoca, ſiue in generatione per putrefactionem. Rationes verò cauſales ſunt ſimplices, & ſunt in materia, quo ad ea, quæ ad aliquem finem rationis educuntur de illa operatione intrinſeca, ſcilicet naturali, aut extrinſeca, ut arte, ſeu uoluntate diuina. Cauſę autem ſimpliciter, ſunt materialis cauſa, formalis, efficiens, & finalis, Auguſtinus tamen interdum ponit vnum iſtorum pro alio, & aſſerit hęc eſſe inſerta, ſeu indita, & concreata materiæ. Auguſt. Denique in commentario ſuo ſuper librum de cauſis, hinc inde inſinuat formas naturales educibiles eſſe in materia inchoatas, & habere ibi eſſe formale formabile, quod eſt quaſi eſſe confuſum, incompletum, ſeu indeterminatum, quemadmodum ſpecies, ſeu differentię habent in genere eſſe formale formabile indiſtinctum, ut rationale, & irrationale in animali.

Vdalric ¶Pręterea, Vdalricus in his Alberto conſentiens, multa de his ſcribit in Summa ſua lib. 4. ſatis obſcurè, & prolixè tractans de his, quod tñ planè, & breuiter exprimi potuit. Itaq; verbis ſæpe reiteratis euoluit, qualiter forma aliter habet eſſe in lumine primæ cauſæ, in qua per eſſe ideale relucet, & in luminibus intelligentiarum, quę per ſuorum orbium mo-

tus formas educunt, & in materia, in qua recepta est. Ponit autem inchoationem formarum, sicut Albertus, asserens formas in materia inchoatas, & esse ibi in potentia habituali formali, & in habitu quodam formabili. Quædam, inquit, formæ sunt causæ, atq; principia, ut omnes formæ naturales, q̃ de potentia educuntur materiæ. Et hæ habent triplex esse, videlicet esse priuationis, cum sint in materia potentia confusa habituali. Secundò habent esse cuiusdam fieri, ut dum sunt in motu egressus potentiæ. sicq; habent rõnem principij. Tertiò habent esse quietum, & perfectum in termino motus, & ita sunt causæ esse compositi. Hinc secundum Platonẽ materia transsumptiuè dicitur mater: quoniam præ concepit in se formam, quæ quasi pariendo producitur, quando ex ipsa de potentia ad actum educitur. Quod autem materia potentia habitus confusi habeat in se formam secundum esse incomplexum, probatur per hoc, quòd in generatione rei ex materia, uel tota forma est in materia: sed propter dispositiones contrarias non apparet, ita quòd efficiens causa non mouet ad formam, sed tantum remouet a materia contrarias dispositiones, ut forma effulgeat, uel tota forma est ab extra datore formarum, ita quòd totum opus naturæ non est nisi præparatio materiæ ad formam recipiendam, uel forma est partim ab intra, & partim ab extra. Primum est falsum: quia ut probat Philosophus, sic generatio non esset nisi alteratio, ita quòd forma latẽs egrederetur in publicum, quodlibet quoq; esset in quolibet. Secundum fuit Platonis positio, & uidetur interdum Auicenna ei consentire: non tamen consentit, quia loquendo de principijs corporis, ponit tria principia sicut philosophus. Attamen a quocunque dicatur, falsum esse probatur. Aut enim dicere oporteret, quòd forma de essẽtia materiæ educatur, ut dicunt, qui materiam, & formam dicunt esse vnam essentiam: quod falsum est, cum sint primo diuersa, nec actus, & eius potentia sunt idem realiter. Aut dicere oportebit, quòd forma ex nihilo suæ essentiæ in materiam inducatur luce datoris formarum. sicq; ex nihilo aliquid fieret secundum naturam, quod est contra communem animi cõceptionem apud omnes philosophos, nec compositum fieret per se, sed per accidens: quoniam actus datoris formarum non terminat ad esse compositi, per se, sed in existentia formæ. nec ipsum compositum esset unum, cum ista sint duo agentia non coniuncta, utpote intelligentia, seu dator formæ, & natura, quæ dispositiones causat materiæ, taliumque duorum agentium non potest esse terminus unus, quæ omnia impossibilia sunt. Ergo tertium membrum est uerum. Vel igitur illud intelligitur de essentia formæ tantum, uel de forma s̃m duo, quæ sunt in ipsa, uidelicet essentia, & esse. Non potest dici primo modo: quoniam forma est simplex essentia, quæ partem, & partem non habet. Ergo secundus sensus est uerus, quòd. s. forma est in materia per essentiã, secundum esse imperfectum, & confusum, atq; potentiale, & ipsa eadem numero est ab extra s̃m esse suum actuale determinatum, & perfectum per uirtutem formatiuam agentis immissam materiæ, quã tangit agens, quemadmodum semen masculi mouet sanguinem menstruum. Cumq; utrunq; prædictorum dicat totam formam, quamuis non totaliter, hinc quidam sub eodem sensu dicunt, quòd nõ sit formæ pars ab intus, & pars ab agente, sed quòd tota forma est ab intus, & tota est ab extra s̃m esse diuersum. Hæc Vdalricus.

Plato.

Philosop.

¶Qui in tribus, pluribusve capitulis loquendo de his, vr̃ propemodum quasi Platonicus factus, affirmans Platonem de his multa uera scripsisse: nec Aristotelem reprehendisse sensum, aut mentem Platonis, sed verba, & modum loquendi, quia sub tegumentis metaphorarum in naturalibus est locutus. Fatetur quoque doctrinam istam de formarum essentia, distinctione, & productione, non posse plenè exponi, nisi ad Platonicorum dogmata recurrendo.

Dionys.

¶At verò Thomas in his aliter sentiens: Emanatio, inquit, creaturarum a Deo, est sicut exitus artificiatorum a suo artifice. Hinc sicut ab arte artificis effluunt formæ artificiales in materiam, sic ab ideis mentis diuinæ fluunt omnes formæ, & uirtutes naturales. Sed quia s̃m beatum Dionysium secundo de nominibus diuinis capitulo, Perfectiones causatorum præexcellenter insunt causis, potissimè primæ causæ, formæ receptæ in materia, non adæquãt perfectionem idealium rõnum mentis ęternæ. Ideo manet in Deo uirtus aliter operandi circa creata, quibus non est creatoris omnipotentia alligata. Conformiter in potestate est Dei aliquid posse creatis addere, subtrahere, & mutare. Veruntñ in duobus differt operatio creatoris ab operatione creati artificis. Primò, ex parte materiæ: quia cum artifex materiam non producat, sed ex præiacente materia operetur, non confert materiæ potentiam recipiendi formas, quas materiæ influit. Verum Deus oĩum auctor non solum contulit rebus uirtutes naturales, ac formas, imò etiam potentiam recipiendi id, quod ipse in materia facere ualet. Secundò, ex parte formæ: qm̃ formæ, quas artifex introducit, nõ ꝓducunt similes sibi. Nam lectus putrescens non pullulat in lectum, sed in plantam. Formæ autem naturales producere sibi similes queunt. hinc proprietatem seminis habent, & seminales possunt vocari. Formæ itaq; rerum prout in artę diuina, & increata consistunt, primordiales vocantur. potentia verò indita rebus ad recipiendum, quòd diuina disponit uoluntas, nominantur a quibusdam rõnes obedientiales, ex quibus inest naturæ, ut ex ea fieri queat, quod voluerit Deus. Ipsæ autem uirtutes in materia positæ, per quas naturales fiunt effectus, rõnes seminales dicuntur. Verum quid in re sint rõnes hę seminales, a diuersis diuersimodè assignañ. Quidam namq; affirmant, ꝙ forma speciei non recipitur in materia, nisi mediante gñis forma, intantum ut sit alia numero forma, per quam ignis est ignis, & per quã est corpus. sicq; formam illam gñalem, & incõpletam, rõnem seminalem appellant: quia per talem formam gñalem, inest materiæ inclinatio ad formas specificas. Quod esse non potest, cum supra ꝓbatum sit plures formas substantiales in eodem simul esse non posse. Hinc alij dicunt, quòd cum omnes formæ (secundum philosophum) de potentia materiæ educantur, oportet in materia ipsas præexistere formas secundum quandam inchoationem. & quia non sunt in esse suo perfecto, non habent uirtutem agendi completam, hinc nec exire ualent in actum, nisi sit agens exteriùs, quod formam incompletam excitet ad agendum, quatenus cooperetur exteriori agenti. aliàs non esset generatio naturalis, sed uiolenta: quia ut tertio dicitur Ethicorum, Violentum est, cuius principium est ab extra non conferente uim passo. Has igitur uirtutes, & formas incompletas nuncupant rõnes seminales, quoniam sunt secundum esse incompletum in materia, sicut uirtus formatiua in semine.

Tho. aqui.

Dionysi.

Creatoris operatio differt duobus ab operatione creati artificis.

Rõnes seminales quid sint.

Philosop.

Philosop.

Sed

Sed hoc non vr̃ uerum. nam quamuis formæ educantur de potentia materię: illa tamen potentia nõ est actiua, sed passiua duntaxat. Quemadmodum etenim Commentator, ait physicorũ decimo octauo, in motu locali oportet aliud esse mouens, & aliud motum. similiter in motu alterationis, ut dum corpus sanatur, naturaliter cor est sanans, & alia membra sanata. Hinc sicut corpora simplicia non dicimus a seipsis mota s̃m locum: quoniam ignis diuidi nequit in mouens, & motum. sic quoque non potest esse alteratum ex se, quasi aliqua potentia existens in materia, aliquo modo in ipsam agat materiam, in qua est, ipsam educendo in actum. Vtrunque verò contingit in animatis, quia sunt mota s̃m locum ex se, & etiam alterata: idcirco in alijs rebus sumi non potest ratio seminalis, sicut in animatis. Nec tamen sequitur, si in materia est potentia tm̃ passiua, quòd non sit generatio naturalis: quia materia coadiuuat ad generationem non agendo, sed inquantum est habilis ad recipiendum huiusmodi actionem: quæ habilitas appetitus materiæ nominatur, & inchoatio formæ. Non enim eodem modo omnes motus dicuntur naturales, ut secundo physicorum, & primo cœli loquitur commentator: sed quidam, propter principium actiuũ intus existens, ut motus localis grauium, ac leuium; quidam, propter principium passiuum, quod est s̃m potentiam ab agente naturali natum in actum educi, sicut in generatione, & alteratione simplicium corporum. Vnde & natura in materiam, ac formam diuiditur. Hinc concedo, quòd in materia nulla potentia actiua est, sed tantum passiua, atque quòd rationes seminales dicuntur uirtutes actiuæ completæ in natura cum proprijs passiuis, ut calor, & frigus, & forma ignis, & uirtus. Dicunturq; seminales, non ꝓp imperfectum esse, quod habeant, sed quia indiuiduis rerum primis primo creatis, collatæ sunt per opera sex dierum, quatenus ex eis tanquam ex quibusdam seminibus producerent, & multiplicarentur res naturales. Hinc huiusmodi uirtutes actiuæ in natura dicuntur rationes, non quòd sint in materia per modum intentionis, sed quia ab arte producuntur diuina, & manet in eis ordo, ac directio intellectus diuini, sicut in re artificiata manet directio artificis in finem determinatum. Rationes etiam seminales dicuntur materiæ inditæ, non quòd præexistant in materia ante aduentum formæ completæ, quasi pertinentes ad essentiam formę, uel ad rationem eius, s̃m quod est in materia, sed per modum, quo etiam formæ completę in materia esse dicunñ. Sub rationibus quoq; seminalibus comprehenduntur tam uirtutes actiuæ, q̃ passiuæ, quæ per agentia naturalia perfici possunt, sicut & in generatione animalis semen extento nomine non solum dicitur sperma, sed etiam menstruum. Hæc Thomas in Scripto.

Auerrois.

Philosop.

Motus dicitur naturalis non uno mõ.

¶Insuper in prima parte, qõne 115. Denominationes, ait, fieri consueuerunt a perfectiori, ut fertur secundo de anima. In tota autem natura corporea perfectiora sunt corpora uiua. hinc nomen naturæ translatum est a uiuentibus ad omnes res naturales. Nam, & nomen naturæ, ut 5. metaphysicæ dr̃, primo impositum fuit ad significandum gñationem uiuentium, quæ natiuitas appellatur. Cumq; uiuentia gñentur ex coniuncto principio, ut pomũ ex arbore, proles ex matre, consequenter tractũ est nomen naturæ ad omne principiũ motus, quod est in eo, quod moueñ. Principia aũt actiua, & passiua gñationis uiuentium, sunt semina, ex q̃bus uiuentia gñantur: ideo Augustinus omnes uirtutes actiuas, & passiuas, quæ sunt principia gñationis, & motuũ naturalium rerum, rõnes nominat seminales. Hæ uirtutes primò considerañ, ut sunt in Deo s̃m rõnes ideales: secundò, ut sunt in elementis mundi, in quibus simul a principio mundi productæ sunt, ut in uniuersalibus causis: ac deinde tertio, s̃m temporum successiones producuntur in hac planta, & in hoc animali tanquam in particularibus causis, quartò sunt in seminibus, quæ ex animalibus, & plantis ꝓducuntur, quæ denuo comparañ ad alios particulares effect⁹, sicut primordiales causę ad primos effectus productos. Hęc in Summa.

Artic. 2.

Philosop.

August.

¶Præterea in Summa contra gentiles lib. secun- cap 42. probat, ꝙ prima formarum productio, & inductio in materiam, non fit nisi a Deo. Primò, nã omne, quod fit, ad hoc fit, ut sit cum fieri sit uia ad esse. sic ergo unicuiq; creato conuenit fieri, sicut sibi conuenit esse: esse aũt non conuenit formæ tm̃, nec materiæ tm̃, sed composito. materia namq; non est nisi in potentia, forma verò est, qua aliquid est. Solius ergo compositi est propriè esse, & fieri, non materiæ præter formam. Non ergo est aliud agens creans meteriam solam, & aliud formã inducens.

Thomas cõtra gẽt.

Formarũ prima inductio est a Deo.

¶Ampliùs, prima formarum inductio non põt esse ab aliquo agente per motum tm̃. omnis enim motus ad formam, est ex forma determinata in formam determinatam. cumq; materia esse non ualeat sine omni forma, præsupponitur aliqua forma in materia. sed oẽ agẽs ad formam solã materialẽ, oportet esse agens per motum. Cum enim formæ materiales non sint per se subsistentes, sed earũ esse sit inesse materiæ, non possunt produci in esse, nisi uel per creationem totius compositi, uel ꝑ transmutationem materiæ ad talem, uel talẽ formã Vel prima formarũ inductio est ab aliquo creante formam, puta ab eo, q̃ est creator totius cõpositi. ¶Ampliùs, motus ad formam, est naturaliter posterior motu locali, cum sit actus magis imperfecti, posteriora aũt in essentialibus ordine naturali, causañ a perfectioribus. motus ergo ad formã, causatñ a motu s̃m locum. Primus verò motus s̃m locum, est motus cœlestis. omnis ergo motus ad formam, fit mediante motu cœlesti. Ea igiñ, quæ non possunt fieri mediante motu cœlesti, non pñt fieri ab agente nõ ualente agere nisi per motum. Per motum aũt cœlestem non pñt produci multæ formę sensibiles, nisi mediantibus principijs determinatis suppositis, quemadmodũ animalia quędã nõ fiunt nisi ex semine. ergo prima institutio harũ formarũ, ad quarũ ꝓductionẽ nõ sufficit motus cælestis sine ꝑexistentia similiũ formarũ in specie, oportet, ꝙ sit a solo creãte. ¶Item sicut idem est motus localis totius, & partis, ut totius terræ, & glebæ, ita mutatio gñationis est eadem totius, & partis: sed partes gñabilium & corruptibilium horum generanñ, acquirentes formas in actu, a formis, quæ sunt in materia, non solum a formis extra materiã existentibus, cũ oporteat generans esse simile gñato, ut ꝓbat phylosophus 7. metaph. neq; ergo totalis, acquisitio formarum in materia, põt fieri ꝑ motũ ab aliqua substantia separata, sed oportet hoc fieri, vel mediante agẽte corporeo, vel a causa creante, q̃ agit sine motu. Hinc Genesis primo cũ Moyses dixisset Deũ in principio cœlũ, & terram creasse, subdidit qũo ipse oĩa in ꝓprijs formis distinxit. Alias demum rõnes ad idem ꝓbandum inducit sanctus doctor ibidem.

Philosop.

¶At verò in eadẽ Sũma 3. lib. disseruit: Dici non põt, ꝙ in semine a suo principio sit aĩa s̃m cõpletã

Forma substantialis non inchoata in materia.

suam

ſuam eſſentiam. ſequeret enim, ꝙ gnatio animalis
eſſet per ſolã deciſionẽ, ſicut in animalibus anulo-
diſis ex uno fiunt duo. Nec dici poteſt, ut aliquid di-
cunt, ꝙ quãuis principio deciſionis ſeminis, non ſit
anima actu in ſemine ꝑ differentiam organorũ,
eſt tñ ibi uirtute: & primo eſt ibi anima plantæ in
actu, qm̃ organizationem minorem requirit: dein-
de eandẽ uirtutẽ fieri animam ſenſitiuam, organi-
zatione ſufficienti ꝓacta. ſicq; ulterius. Sequeretur
enim, ꝙ aliqua uirtus eadẽ numero, nunc eſſet ani
ma uegetatiua, poſtmodũ ſenſitiua, &c. ſicq; forma
ſubſtantialis continuè magis, ac magis ꝓficeret, ſe-
queret vlteriùs, ꝙ ſimul, ſed ſucceſſiuè educeretur
forma ſubſtantialis de potẽtia in actum: & ultra, ꝙ
generatio eſſet motus cõtinuus, ſicut alteratio, quę
oĩa ſunt abſurda in philoſophia. Hinc uirtus, q̃ dr̃
formatiua, & cum ſemine peſcinditur, non eſt ani-
ma, nec in proceſſu generationis fit anima: ſed cũ
ipſa fundet in ſpũ corporali ut in proprio ſubiecto,
cuius ſpiritus ſemen contentiuum tanquam quod
dam ſpumoſum, operat formationem corporis ꝓ-
ut agit in uirtute animæ patris, cui attribuit gnatio
ut principali generanti, nõ ex uirtute, ſeu ui animæ
concepit, et poſtq̃ anima ei ineſt. Non enim cõcep-
tum gignit ſeipſum, ſed generatur à patre. Hæc ibi,

Virtus formatiua ſetus nõ eſt anima.

¶ Et de his alibi multa cõſcribit: qa ſi forma ſub-
ſtantialis realiter eet in materia inchoata, reciperet
magis, & minus, & ꝓficere paulatim, ut qualitates,
&c. Amplius Petrus: Quæritur, inquit, qualiter di-
ſtinguantur rõnes primordiales, rõnes cauſales, rõ-
nes naturales, & rõnes ſeminales. Dicendum, Nihil
fit cuius ortum. legitima cauſa non præcedat ſm
Platonem. cauſa aut rõ appellat. cauſa uerò aut eſt
generalis, & indeterminata reſpectu diuerſorum ef
fectuum, aut ſpecialis, & determinata. Si generalis,
& indeterminata, aut ergo eſt primi opificis, & hęc
proprie dr̃ primordialis. aut ſecundaria, quæ eſt in
rebus conditis, qua Deus facit de eis, quod vult, &
hæc proprie nuncupatur rõ cauſalis. Si ſpecialis, &
determinata, aut ergo extrinſeca, ut homo cauſa
eſt hominis, & hęc propriè rõ, ſeu cauſa naturalis:
aut intrinſeca, ut ſemen hominis, & hæc eſt ratio ſe
minalis. In coſta autem Adæ non fuit rõ naturalis,
aut ſeminalis, ut ex ipſa fieret Eua: quia in illa coſta
non fuit ad hoc actiuum principiũ, aut diſpoſitio
naturalis: ideo factum eſt hoc ſcdm rationem cau-
ſalem, & primordialem. Præterea aliqui dicunt, ꝙ
ratio ſeminalis in materia non eſt aliqua forma a-
ctiua, ſed diſpoſitio ſolum paſſiua ad formam reci
piendam: quoniam rõ ſeminalis dicit principiũ ma
teriale, materia autem habet rationem paſſiui, non
actiui, &c. Hæc Petrus proſequitur, put ex Scripto
Thomæ inductũ eſt, & narrat opiniones diuerſas,
magisq; conſentire videtur opinioni Alberti, ſol
uendo obiecta contra eam.

Petrus.

¶ Ricardus quoq; circa hęc ſcribit: Rõ, inquiẽs,
ſeminalis poteſt accipi propriè, atq; cõmuniter.
Primò modo eſt quędam uis actiua in ſemine, con-
naturalis eidem, per quam materia ſeminis determi
natam reſpicit formam, ſeu ſpeciem: & tranſmuta-
tur naturaliter, & per ſe ad formam, qua in ſpecie
illa reponitur. Quòd aut ſit uis actiua, inſinuare ur̃
Auguſtinus 5. ſuper Geneſim, ubi loquens de cu-
iuſcunq: arboris pulchritudine, quantum ad ro-
bur, ramos, frondes, & poma, dicit, quod in ſemine
oĩa illa primitus erant non mole, ſed ui potenti,
atque cauſali. Rurſus, tertio ſuper Geneſim loquẽs
de animalibus, quæ gignuntur de cadaueribus
mortuorum, ait hoc ideo fieri, quoniã corporibus

Richardus

Rõ ſeminalis accipitur dupliciter

Auguſti.

animantiũ eſt, quædã vis naturalis, & quaſi præde-
minata materia, & quodammodo initiata primor-
dia animalium, quæ inde naſcuntur. Quòd item per
eã reſpiciat materia determinatam ſpeciẽ, patet per
Auguſtinum nono ſuper Geneſim, proteſtantẽ: Per
rõnem ſeminalem ex grano tritici producitur triti-
cum, & non faba: atq; ex faba oritur faba, non tri-
ticum. Ratio igitur ſeminalis propriè dicta, non eſt
principiũ purè potentiale: qm̃ eſt vis actiua. Patet
quoq; ꝙ ſi in ſemine fiat quandoq; aliqua impreſ-
ſio extranea, nõ connaturalis, per quã ſemen inter-
dum degenerat, ita vt ex grano tritici producatur
herba ex qua oritur granum non triticeũ, quòd ta-
lis impreſsio non eſt propriè ratio ſeminalis, grani
triticei. Patet etiam ꝙ ratio ſeminalis non eſt niſi, in
viuentibus aliqua vita, vel qnæ vitã habuerunt, aut
ex re viuente producta ſunt: quia de ſolis viuẽtibus
dr̃ Geneſis primo, ꝙ habent in ſe ſementem generis
ſui. & ratio ſeminalis nõ eſt propriè niſi in ſemine.
Iterũ patet ꝙ non eſt, quid tranſmutabile in formã
materię inducendã, quia cum ſit vis actiua, eſt quę-
dam forma in actu, & vna forma in actu ſine ſubſtã
tialis, ſiue accidentalis, non tranſmutatur naturali-
ter in aliam. Nec põt dici, ꝙ ſit tota eſſentia ſub eſſe
incompleto, aut aliqua portio eius in actum imper
fecto, quæ introducenda ſit in materiã ſeminis. Nã
quamuis poſsibilitas ad formam illam, ſit cõnatura
lis materiæ ſeminis: attamẽ dici non poteſt, ꝙ dum
eſt ſub forma ſeminis, alia forma introducenda, aut
aliqua eius portio ſit connaturalis eidem. Patet rur
ſus ꝙ ratio ſeminalis non eſt ſubſtantialis forma ſe-
minis: quia materia per ſuam ſubſtantialem formã
non tranſmutatur ad aliam formam naturaliter per
ſe. Nulla enim forma naturaliter per ſe agit ad ſui
corruptionẽ: materia autem ſeminis per rationem
ſeminalẽ tranſmutatur naturaliter, & per ſe ad aliã
formã. Reſtat ergo ꝙ ratio ſeminalis propriè dicta,
ſit vis actiua in ſemine, cauſata à creante, aut gene-
rante, iuuans ad ſeruandum in materia formam il-
lã, ad quam determinauit, ac tranſmutauit materiã
illã. Vnde philoſophus 16. de animalibus, loquens
de formatiua virtute membrorum, quam aſſerit eſ-
ſe in embryone, dicit ꝙ ſermo dicentis, quòd illud
quod operatur, corrumpitur, poſtq̃ fecerit omnia
membra, eſt falſus. Nec eſt intelligendum, ꝙ virtus
illa ſit in ſemine, ut in ſubiecto: qm̃ nulla virtus na-
turalis exiſtens in materia, mediante forma ſubſtã-
tiali, ita ꝙ ſit cõnaturalis compoſito, agit per ſe ad
corruptionẽ illius formæ. ſed vis illa ſubiectiuè eſt
in ſpiritu corporeo incluſo in ſemine. Hinc ſi ſpũs il
le corrũperet, non maneret in ſemine rõ ſeminalis.
¶ Si verò ſumatur cõmuniter, poteſt dici etiam de
principio pure potentiali, tranſmutabili in formam
educibilem per natura de potentia materię. ſicq; in
natura unius elementi, eſt ratio ſeminalis ad formã
alterius elementi, atq; in elementis ad ea, quæ natu-
raliter producuntur ex eis. Et ſecundum hunc ſen-
ſum aliquando loquitur Auguſtinus de ratione ſe-
minali. Communiter etiam accipi poteſt pro influẽ-
tia recepta in materia vnius elementi ab alio, & itẽ
pro quadam poſsibilitate obedientiali, quæ eſt in
materia ad hoc, ut Deus de ea, & ex ea faciat quic-
quid uoluerit. Hæc Richardus.

Auguſt.

Dion.

¶ Cuius poſitio conſonat Thomę, quo ad inchoa
tionem formarum, dempto quod rationem ſemina
lem aſſerit eſſe propriè vim actiuam, non purè po-
tentialem, ſeu paſsiuum principium.

Bon.

¶ Præterea Bonau. de his ſcribit ꝓlixè, ſed q̃ ſcri-
bit ſnialiter ꝓ maxia ꝑte ſũt introducta. Itaq; inter
cætera

cætera ſcribit: Conſtat, dicens rationem ſeminalem
eſſe potentiam actiuam materiæ inditam. Item con
ſtat rationem hanc ſeminalem, eſſe eſſentiam for-
mæ, cum ex ea fiat forma operatione naturæ, quæ
non producit aliquid ex nihilo. Hic rationabiliter
ponitur, quòd ratio ſeminalis eſt eſſentia formę ſub
ſtantialis educendæ, differens ab illa ſecundum eſſe
completum & incompletum, ſiue ſecundum eſſe in
potentia, & in actu.

¶ Deinde inquirit, an ratio ſeminalis ſit forma
vniuerſali, vel particularis, prout ſupra de hoc duæ
opiniones ſunt tactæ, quarum utranq; dicit eſſe ma
gnorum, & ualde probabilem.

Dionyſ.

¶ Sed ſupra probatum eſt opinio dicentiũ, quod
ſit forma uniuerſalis, ſtare non ualet. Vnde. & Bo-
nauentura magis declinat ad aliam. Porro quæ hic
dicit de inchoatione formarum, conſonat his, quæ
ſupra diſtinctione decimaſeptima, quæſtione quin
ta ex Scripto eius prolata ſunt. Apertiſsimè quip-
pè ponit hanc inchoationem, in tantum, ut fateatur
formam eductam, & completam, formæ educen-
dæ, & inchoatæ eſſe coelementalem, ſeu conſub-
ſtantialem, nec diferrè realiter quantum ad quid-
ditatem, ſed quo ad eſſe completum, & incom-
pletum, quemadmodum differunt roſa, & glo-
bus eius. ſicq; ex forma inchoata ſit forma comple
ta, ut ly, ex, dicat conſubſtantialitatem, ſicut ex
globo fit roſa. Hæc quoque opinio etiam eſt Al-
berti, quamuis tam expreſſè, & euidenter non di-
cat hæc.

Alexand.

¶ Ampliùs ſuper his ſcribens Alexander, verba
commemorat Auguſtini diffusè: Aliquid, inquiens,
dicit eſſe in alio ſeminaliter duplici modo. Primò
communiter, & ſic ratio ſeminalis uocatur, quic-
quid inditum eſt creaturæ a creatore ab exordio,
ut de illa fieri queat, aut nequeat. ſicq; corpus Euæ
fuit in coſta Adæ ſecundum rationem ſeminalem.
Secundò propriè, & ſic ratio ſeminalis appellatur
natura inſita rei. qua ſimile a ſimili, curſu natu-
rali producitur, ut planta de planta, granum de
grano.

Seminaliter eſt aliquid in alio duplicitter

¶ Inſuper quærit, utrum uita in plantis, & brutis
ſit immediatè a Deo. Quo circa recitat uarias opi-
niones de productione formarum, de origine ani-
marum, de participationibus uitæ. Tandem mentẽ
ſuam humiliter exprimens, præfatis opinionibus re
probatis, quarum nihilominus una vr̃ uera, ſi benè
intelligatur, ſubiungit: Aliter vr̃ inſipientię meę di-
cendum, uidelicet, quòd elementis a creatore indi-
ta eſt quędam natura, alia a natura elementari, ut-
pote ſimplex, & incorporea, ut poſsit eſſe princi-
pium ſubſtantię ſimplicis. Vnde Philoſophus libro

Philoſop.

Auguſt.

de animalibus, oĩa iſta inferiora dicit uirtute aĩę eſ
ſe plena. Auguſtinus uerò rationes ſeminales ait in
ditas mundo, & partibus eius, quibus mundus eſt
grauidus, ex quibus opportunitate accepta prode-
unt plantę, & animalia nõ tm̃ ſm corpora, ſed quo-
dammodo ſm animam. Hinc 3. tertio de Trinitate
loquitur Auguſtinus: Aliud eſt, ex intimo, & ſum-
mo cauſarum cardine condere, atq; adminiſtrare
creaturam, quod ſolius eſt creatoris: aliud, iuxta di
ſtributas ab illo uires aliquam operationem forin-
ſecus admouere, ut tunc, uel tunc, ſic aut ſic exeat
quod creatur. Iſte quippè originaliter, ac primor-
dialiter in quadam textura elementorum cuncta
iam creata ſunt, ſed acceptis opportunitatibus pro
deunt. Nam ſicut matres grauidæ ſunt fœtibus, ſic
mundus cauſis naſcentiũ, q̃ in mundo non cauſanẽ
niſi a ſumma illa eſſentia. ¶ Præterea uirtus primi
orbis, inferiorumq̃; orbium cooperat uitæ, & pro-
ductioni uiuentium. Hinc 2. de cælo, & mundo ſm
ueterem tranlationem, aſſeritur ꝙ primus orbis eſt
principium, & uirtus, & cauſa in uita cuiuſlibet ui-
ui, plus q̃ alij orbes: & ꝑ naturam lucis ſuæ, quam
ubiq; diffundit, uitam, & motũ operat in oĩbus, in
quibus eſt uita, & motus localis. Sed hoc ſolum põt
eſſe ꝑ modũ diſponentis, atq; cooperantis, ſeu adiu
uantis: qm̃ quodlibeto corpus ſiue cœleſte, ſiue
aliud a uirtute corporis quinti, in naturã incorpo-
ream non attingit. Idcirco nõ põt eſſe ſicut ex quo
fiat. ſubſtantia ſpũalis, nec ſicut a quo, cum ſit indi-
guius illa. Ex his igitur partibus mundi, quæ plenæ
ſunt uirtute animæ ſm Philoſophum, ſeu rationi-
bus ſeminalibus ſm Auguſtinum, opportunitate,
accepta, ſicut dum confluunt uirtus primi orbis, in
feriorumq̃; orbium, & uirtus generatiua, ac aĩalis:
uirtus quoq; ſimplex indita elementis, fit corporis
organizatio, & animæ ſenſitiuæ, ac uegatatiuæ pro
ductio. Vnde Auguſtinus: Animalium animæ non
ſunt per ſe exiſtẽtes ſubſtantiæ, ſed cum carne ipſa,
& carnis uiuacitate naſcuntur. Quemadmodum au
tem creator ab initio rerum creauit corporalium
ſubſtantiarum principia, ſ. elementa: ita elementis
corporalibus creauit ſimplicium ſubſtantiarum, q̃
dependent a corpore, elementa ſiue principia quæ
dam. & ſicut corpora ex elementis gnantur, elemen
ta tm̃ non ſunt generata, ſed creata: ſic animæ irra-
tionales hãt principia vnde generanẽ, tm̃ illa prin-
cipia non ſunt gnata, ſed creata. Et iterum, ſicut
corpora, quæ fiunt ex elementis, ſunt corruptibilia
ſic animæ uegetabilum, & ſenſibilium ſunt corrup
tibiles, ſemina tm̃ earum incorruptibilia ſunt. Quã-
uis aũt uirtutes, ſeu naturæ ſimplices elementis im-
preſſæ modo prætacto, dici ualeant corporales: qm̃
in corporibus, ſeu naturis corporalibus radicãtur;
tamen, ſunt ſimplices: qm̃ corporea carent mole, &
ex tali corporali poteſt fieri ſpirituale. ſ. forma, ſeu
anima, non autem ex corporali molem habente. Il-
lam ergo naturam incorporalem, & ſimplicem, di-
co eſſe principiũ ex, quo eſt ipſum quod eſt anima-
rũ huiuſmodi, & poteſt illa uirtus ſubſtantia fieri.
Hæc Alexander.

Philoſop.

Philoſop.

Auguſt.

Auguſt.

¶ Qui de loquitur intricatè, & opinatiuè, nec fa-
le innoteſcit ex uerbis eius, an uelit concedere,
quod formæ ſint ſubſtantialiter in materia inchoa-
tę, ut ponit Bonauentura, uel potentialiter tantum.
Multa quoque occurerent circa opioionem hanc
inquirenda, & obijcienda. ſed quia tam modeſtè,
& ſobriè hæc deprompſit, ad aliorum ſcripta eſt
procedendum.

Dionyſ.

¶ Adhuc autem de iſta materia doctor ſolennis
quarto quodlibeto ſcribit diffusè: Hæc, inquiens,
quinque ſe habent per ordinem in eodem: Mate-
ria, potentia, ſubiectum, ratio ſeminalis, & ſemen.
Materia nominat quandam ſubſtantiam abſolu-
tam, inquantum materia per eſſentiam ſuam diſ-
fert a qualibet forma, atq; a qualibet diſpoſitione
formali, eſtq; fundamentum omnium ſuſcepti-
uum. Potentia verò nominat eſſentiam materię ſub
quodam reſpectu ad formas ſuſcipiendas, ſub indiſ
ferentia ad omnes, prout non eſt in motu neque in
tranſmutatione ad ullam earũm, neque in actu ſub
aliqua earundem, nec ut diſpoſitam ad tranſmuta-
tionem, ad aliquam formam determinatam. ſic-
quę potentia dicit reſpectum in eſſentia materiæ
fundatam. Subiectum verò appellatur ipſa mate-
ria, inquantum eſt actu ſub tali forma, quod per co
ruptionem illius unica tranſmutatione, & imme-

Henricus.

diatè

Auerois. diate trasmutari potest in aliam formã, quod certum est non semper conuenire materiæ. Nempe (vt asserit commentator, aqua non est materia aceti, nisi priùs mutetur in uinum, & iuxta hoc di
Philosop. stinguit Philosophus duplicem materiæ potentiam, puta propinquam, seu immediatam, & remotam, seu mediatam. Ratio aũt seminalis, ſm quod de ea omnes consentiunt, est aliquid in materia, aliud ab eius eẽtia, quod inclinat, atq; determinat materiam in transmutationem ad actũ formæ. Semen uerò propriè appellatur subiectũ, qđ est materia habens in se rationem seminalem per alicuius formæ determinationem, ita, ꝙ nõ nisi sub illa forma habet ratio illa esse in materia, quẽadmodum sperma est hominis semẽ. Est itaq; quæstio, vtrũ rõnes seminales oporteat ponere, quæ sint inchoationes formarum in materia, & per essentiam aliquid formæ generandæ, & vtrum necessè est ponere eas, si fateamur aliquid naturaliter generari, & non per violentiam neque per creationem, sed per naturam sicut ex materia. Si namque nil conferat passum, est actio violẽta, non generatio naturalis. In generatione ergo aliquod confert passum, & id quo confert, est ratio seminalis, ac naturale principium intra. Cum ergo ratio seminalis sit principi generationis naturalis, vel tenet, se ex parte materię tantum, aut ex parte formę tantum, aut certe ex partè utriusque. Et quamuis aliqui non attendentes nominis significationem sicut oportet, dicant, quòd pertineat ad materiam solum, ut nihil aliud sit ratio seminalis, quàm potentia, seu habilitas in materia ad formam, aut, quod pertineat ad utrunque simul, ut nil aliud sit, quàm uis potentiæ actiuę in naturalibus rebus cum suis passiuis; tamen si ad naturam rei significatæ attendamus, plane apparet nobis, quòd solum pertineat ad formæ naturam. Cum enim formæ sit proprium agere, materiæ pati, omne, quod habet rationem agentis, ad naturam pertinet, quæ est forma. Tale verò est ratio seminalis. Est quippè ratio seminalis, potentia, seu uis actiua, ducens ad speciem, seu formam id, in quo est, ut uerè dici queat natura,
Philosop. Augusti. secundum illud secundi Physicorum: Natura est, quo pullulans pullulat, & est in eo secundum quod verba resonant Augustini tertio de trinitate. & super Genesim tertio. Verum, quæstionis huius est difficultas, quid per rationem hanc seminalem sit intelligendum, quibusdam dicentibus, quòd sit aliquid formæ in materia existens naturaliter per creationem, ingenerabile, & incorruptibile per naturam, sicut, & ipsa substantia materiæ, ne generatio sit creatio, & nec corruptio sit annihilatio. Et dicunt, quòd sit quiddam in potentia ad recipiendum perfectionem per agens generans, educens ipsum per transmutationem ad actum, ita, ꝙ ratio seminalis sit essentia formæ imperfectæ, cui per generationem acquiritur complementum, & esse in actu. Et ad hanc suam positionem adducunt, & applicant omnia uerba Augustini de rationibus seminalibus, tertio de trinitate, & super Genesim, in quibus tamen nunquam inueniunt rationem seminalem uocari formam, aut formæ inchoationem, imo semper nominat eam uim uel potẽtiam, seu uirtutem, aut huiusmodi aliquid, quod actiui principij rationem importet.

Inchoatio formarũ i materia conuellitur. ¶ Verũ huic opinioni obuiant multæ difficultates. Si.n. aliquid formæ sit in materia ante generationẽ, ex quo forma generatur, seu fit, eo modo, quo sibi conuenit fieri in esse cõpleto, atque in qđ per corruptionem resoluitur, ne generatio sit ex nihilo, & corruptio in nihilum, quæro de illo quod ita per generationem, acquiritur super id, quod naturaliter est materiæ inditum, vtrum re sit idem cum illo, quod inditum est, differens solum penes esse completum, & incompletum, an sit aliquid aliud in re. Si primò modo, tunc generatio naturalis non est transmutatio in substantiam, seu in esse substantiale, sed accidentale: quia ab vna forma substantiali secundum rem, non est nisi vnum esse substantiale, quod dat forma per suam substantiam statim cum habet esse in materia. Vel si est idem esse substantiale priùs habitum in materia, & postea acquisitum per transmutationem naturalem, differens penes esse completum, & incompletum, tunc forma substantialis susciperet magis, & minus: similiter substantiale esse ipsius: quoniam esse substantiale semper, & vniformiter sequitur formam substantialem.

¶ Præterea si esset inchoatio formæ in materia ante generationem, tunc subiectum generationis, non esset ens in potentia, & materia pura, sed compositum ex materia, & forma: sicque esse superueniens ei per generationem, esset ei accidentale. Propter quod iuxta antiquorum errorem, generatio esset alteratio magis, quàm generatio.

¶ Insuper de illo esse, quæro an sit res aliqua absolutè, aut respectus quidam in re, quæ subiecta est, & absoluta. Secundum dici non potest: quoniam cum relatio non sit per se terminus motus, aut transmutationis, oportet aliquid aliud in materia generari super quod fundatur ille respectus, & de illo quæretur sicut de ipso respectu, eritque processus in infinitum, aut stabitur in absoluto. Si ergo ponatur res absoluta, redit quæstio prima, an sit idem re cum forma, quæ præcedit in materia, an aliud. Si idem, aut absolutum esse ipsius, ergo idem re absolutè priùs esset in re, quàm ei per generationem esse acquireretur, & esset idem in re priùs, posteriusque seipso. Si ergo per generationem acquiritur aliqua forma, seu esse super id, quod est ratio seminalis, & generationem præcedit, oportet quod sit res absoluta & alia, ita quod nihil suæ essentiæ præcedit in materia, atque quòd essentialiter differat à forma in materia præcedente, seminalique ratione, sicut ab ipsa materia. Hinc rursus quæro de illo, an generetur ex aliquo quod in suam cadit essentiam, an de nihilo. Non de aliquo, quoniam per positionem forma præcedens in materia, realiter differt ab ista, ergo generatur, de nihilo, non minus, quàm si nulla forma in materia, præcessisse dicatur. Remanet ergo & sequitur eadem difficultas, si ponatur inchoatio ista formarum, sicut si non ponatur.

¶ Hanc disputationem copiosissimè prosequitur doctor ille, inquirendo an forma ista, quæ de potentia materiæ educitur, sit eadem numero cum forma inchoata, an eadem specie. Et quicquid horum concedatur, multa sequuntur absurda. Nempè si omnium rerum producendarum principia seminalia naturaliter essent in materia modo præfato à creationis exordio, cum naturaliter ex qualibet materia quodlibet vniuscuiusque rei naturalis fieri habeat, quamuis per transmutationes intermedias multas, quælibet ergo forma cuiuslibet rei ex materia generandæ, esset seminaliter in ipsa materia. sicque innumerabilium rerum formæ inchoatæ essent in qualibet parte materiæ, imò, & ea quæ Deus supernaturaliter in materia operatur, quæ

quæ tamen secundum alium modum agendi naturaliter fieri ualent ab ipso, & a causis secundis, ipse Deus ex seminalibus rationibus, & formis iam in materia inchoatis operaretur.

¶ Ampliùs, si forma educta in rationem seminalẽ
August. resoluitur, idem realiter corrumperetur, & maneret, cum forma illa sit realiter idem cum forma inchoata, seu ratione seminali. Itaq; secundum Augustinum rationes seminales propriè nũcupantur virtutes in seminibus existentes, seu in his, quæ loco sunt seminum. Hęc Henricus.

¶ Cuius positio est, quòd præter seminalem rationem nihil de essentia formæ ante eius eductionem, seu productionem in materia continetur: non tamen creatur, quia ad eius productionem præsupponitur materia cum ui formatiua, & alijs causis secundis causaliter concurrentibus, & ipsum compositum propriè generatur ex materia. Ratio quoque seminalis est actiuum principium.

Gulielmꝰ. ¶ Præterea Gulielmus de istis hinc inde aliqua tangit. Si quidẽ prima parte de uniuerso, exponens illud Geneseos, Terra autem erat inanis, & uacua:
Plenitudinis duo sunt gẽna. Duo sunt, inquit, plenitudinis genera, una enim plenitudo interior, & ex illa fiunt exhuberantiæ generationum, quemadmodum uides ex interna quadã plenitudine exhuberare, & quasi eructare generationes uegetabilium, animaliumq; multorum. Plenitudo secunda uocatur exterior, prout terra fertur plena habitatoribus. Terra autem ex sua natura est sicca, & frigida, nec inde est productiua. ideo postea additæ sunt ei uirtutes fœcundæ, causales & productiuæ.

¶ Rursus in eodem uolumine asserit: Sol per lucem suam colores non imprimit superficiebus corporum, quæ illustrat, sed iuuat colores, qui potentia inexistunt corporibus: quemadmodum calor arenæ, vel pulueris, non imprimit materiæ, quæ est in ouo struthionis, formã struthionis, sed adiuuat materiam illam ad hoc, ut exeat in effectum in forma struthionis. Potentia namque, quæ est in materia illa, est incompleta: nec sufficiens per semetipsam educere in effectum formam struthionis sine adiutorio caloris. Sicut uides manifestè in solis calore, quod ipse non imprimit uegetabilium formas, sed adiuuat semina ad hoc, ut ex eis educãtur in effectum ea, & formæ eorum, quæ potentialiter sunt in ipsis seminibus. Verum, ut intelligas me de posibilitatibus, & receptibilitatibus rerum creatarum, & creandarum, considera in qualibet specierum: quoniam (uerbi gratia) species leonina non est susceptibilis perfectionis humanæ, siue sit essentialis, siue accidentalis, siue spiritualis, seu corporalis. Nequaquam ergo intelligas, quòd posibilitates, seu receptibilitates rerum aptent siue modificent sibi influentias descendentes a datore perfectionum. quin potius ipse per increatam sapientiam suam influit super unumquodq;, & aptat, atq; præstituit illi, quod sibi conueniat de suæ influentijs largitatis. Rursus scribit ibidem: Calore a Sole non recipiunt, sed operatione solis iuuantur, ut quod in potentia habent, educant in actum. Sic & semina non a calore, aut humore recipiunt uegetabilium, aut animalium formas. Illas namque imprimere nullatenus possunt calor, & humor, sed seminum potentialitas adiuuatur calore atque humore, & impedimenta tolluntur, quæ formas huiusmodi prohiberent exire in effectum, seu actum.

¶ In his uerbis videtur hic doctor insinuare formas in materia prœexistere quodammodo, prout ex Dionys.
Alberto, & Bonauentura inductum est. Porro quod ait posibilitates, receptibilitatesq; rerum non modificare, neque aptare sibi influentias primæ causæ, sed econtrario, videtur multis philosophorum, & theologorum auctoritatibus obuiare, dicentium quod causa prima unicuiq; influit iuxta illius capacitatem, & dispositionem. Et Plato asseruit formas
Plato. infundi iuxta merita, idest, dispositiones materiarum, seu corporum. Christus quoque in euangelio contestatur, quod dominus unicuiq; dedit iuxta ꝓpriam uirtutem, idest, capacitatem, seu dignitatem. Circa quod ait Hyeronimus: Nõ pro sua parcitate aut largitate alteri plùs, alteri minus tribuens, sed pro accipientium uiribus Nihilominus uerbum illud Gulielmi, si ritè intelligatur, est uerum: quoniã diuersitas capacitatum, distinctio graduum, ordoq; rerum originaliter, atq; causaliter ex fonte infinitæ omnipotentisq; sapientiæ Dei fluxerunt, institutæ sunt, ac dependent.

¶ Insuper Scotus: Quæro, inquit, an aliquid for-
Scotus. mæ præcedit in materia, an nihil. Si nihil, ergo creatur, & per corruptionem annihilatur. A quo enim res incipit esse, in illud resoluitur. Ergo agens naturale potest creare, & annihilare. Si ergo aliquid præcedit, habetur propositum. Nam cum forma sit simplex, si aliquid eius præcedit, tota præcedit. Item generatio est naturalis. ergo habet in se principium intrinsecum naturale actiũ: quia ut secundo dici-
Philosop. tur Physicorum, natura est principium quietis, & motus eius, in quo est per se. Natura quoq; magis est forma, q̃ materia, ut dr̃ ibi, ergo oportet, quod non tantum sit passiuum principium, sed actiuum. Illud vero actiuum principium non est forma inducenda: quoniam nondum est: ergo est inchoatio formæ, quę est ratio seminalis.

¶ In contrarium est, quia si est ratio seminalis ponenda, aut est eadem respectu contrariarum formarum: aut singulæ rationes seminales sunt singularũ specificarum formarum. Non potest dici, quòd sit eadem respectu earum, quia in isto nõ conueniunt. Si verò sint singulæ singularum, uel ergo una earum informabit materiam. & non aliæ. Si una, ergo aliæ erunt subsistentes. Si omnes informant, & sunt distinctæ ſm speciem, tunc ista materia est formata diuersis formis substantialibus. quod est impossibile, quia non magis reputant formas remissas differentes specie, informare materiam, quàm non remissas.

¶ Respondendum, quòd in materia tria sunt; utpote potentia passiua, potentia receptiua, & actus. Potentia autem passiua materiæ, seu ipsa materia, non potest esse ratio seminalis, imo realiter differunt. Augustinus namq; decimo super Genesim ait, August.
quod Leui fuit decimatus in Abraam, & etiã Christus ſm Apostolum septimo ad Hebræos: sed diuer- Rõ semina lis non est ipsa materia.
simodè, quia secundum Augustinum Leui fuit in Abraam secundum rationem seminalem, Christus verò non fuit in Abraam ſm rationem seminalem, sed secundum corpulentam substantiam. Vtque tamen fuit in Abraam secundum passiuam potentiam materiæ, imo & secundum materiam. Non ergo materia, aut passiua eius potentia, est ratio seminalis. Nec ratio seminalis est receptiua materiæ
potentia; quia secundum Augustinum super Ge- August.
nesim, & habetur in litera, Deus multa producit de materia, ad quæ non fuit ratio seminalis in ea: sed Deus nihil potest creare, vel de materia producere

ducere, ad quæ ipsa non sit in potentia receptiua. Oportet ergo, quòd ratio seminalis sit actus, & huiusmodi actus ponitur à quibusdam eiusdem rationis, seu essentiæ cum forma inducenda, quæ imperfecta est in ratione hac seminali. Vel pars formæ, est ratio seminalis, & quamuis imperfecta, tamen nata est coagere generanti extrinseco sicque uolunt saluare, quòd non sit ibi creatio, sed generatio naturalis. Sed contra hæc arguo: Pars formæ de nouo adueniens, uel præfuit ibi, aut non. Si nõ, ergo creatur. Si sic, ergo nihil nouum per generationem acquiritur. imo, & sic quodlibet esset in quolibet. Idcirco dicendum, quòd non est ibi creatio, quamuis forma non fuerit inchoata, quia creatio est productio omnem aliam causalitatem excludens tam causæ materialis, quàm formalis, & efficientis creati, & talis productio non conuenit producenti creato. Patet ergo responsio ad argumentum de creatione, quòd licet forma ista perfecta, seu noua non sit de aliquo, prout lyde, notat circunstantiam rei materialis: tamen ad rationem creationis requiritur, quòd nihil præcesserit, necessariò requisitum ad esse suum. Et per idẽ patet responsio de annihilatione.

Gñatio nõ ẽ creatio.

¶ Præterea contuendum, quòd quædam producunt dissimilia sibi, ut agentia ęquiuoca, sicut sol ranam. Alia producunt sibi similia, & hoc uel immediatè, ut ignis ignem: uel mediatè, ut mediante propagatione. In primis duobus non requiritur ratio seminalis, mediante qua forma inducatur, sed in tertio. Nihil autem est dicere, quòd ignis producẽdo ignem in aqua, uel de aqua primo causet ibi rationem seminalem, qua sibi coagit vel vniuersali agenti: quoniam elementa sunt imperfectissima entia in genere substantiæ, secundum commentatorem tertio cæli. Semen verò cuiuslibet entis est imperfectius eo. Non ergo ratio illa seminalis adperfectissimam ageret formam.

Auerrois.

¶ Rursus, Philosophus decimo septimo metaphysicæ loquitur, quòd sicut in artificialibus, ita in naturalibus fit aliquidantum ab extra, ut ignis ab igne. Queritur ergo, quid sit semen, & quid ratio seminalis. Dico, quòd semen est corpus, cuius forma non est intenta propter se, sed propter alterum, ut ex illo aliquid generetur simile generanti, Atq; ut hoc melius intelligatur, potest distingui duplex processus in natura. Vnus ascendendo, ut à forma seminis ad formam sanguinis, & à forma sanguinis ad formam embryonis: & iste processus est ab imperfecto ad perfectiùs. Alius est processus, descendendo à perfecto ad imperfectius, resoluendo videlicet in cadauer, aut in feces, sicq; procedendo usque ad elementa, & usque materiam primam. Id demum, à quo incipit natura in primo processu, est semen: constat autem per se naturam ad id non sistere, sed ultra procedere ascendendo usq; ad ultimam formam perfectiuã. In descendendo quoq; non sistit citra ultimum, & tota natura inferiorum istorum est huic ordini, processuiq; astricta. Semen ergo est quoddam corpus, imperfectũ, a generante productum, ut sit uita ascẽdẽdi ad formas ulteriores perfectas. Porro ratio seminalis ẽ aliqua forma seminis, in quantũ est semẽ: & illa uel est substantialis forma seminis, vel qualitas necessariò consequens eam. Nec semen, nec ratio seminalis sunt coæquæua materiæ: qm̃ semen fit ex nutrimento, in quo semine est ratio seminalis, ut in subiecto, nec semper est semen in seminante, cum fiat de superfluo alimenti. Hæc. Scotus.

Philoso.

¶ De cuius dictis quid videatur, paulopost exprimetur.

¶ At verò Durandus: Videndum est, ait, an aliquid sit in materia, quod conuertatur in formam, quia hoc aliqui dixerunt rationem seminalem. Et de hoc recitabimus opinionem magis nouam, quæ ponit purum posibile sua corruptione conuerti in formam. In generatione, inquiens, naturalium est quatuor considerare per ordinem. Primò ipsum nihil, quod est totius entitatis negatio, secundò purum posibile, quod de proximo se habet ad nihil. tertiò materiam. quartò formam substantialem. generatur ergo aliquid (vt dicunt) naturaliter, per hoc, quòd purum posibile, quod est in materia, transmutatur in naturam formæ non sua perfectione, id est, non per hoc, quòd perficiatur tanquam aliquid existens sub forma, & perfectum seu completum per formam: quia quod ita perficitur, est materia, quæ manet sub forma rei factæ, sed transmutatur in formam sua corruptione, nec tamen annihilatur: quoniam virtualiter manet in forma. Istud quoque purum posibile dicunt multiplicari multiplicatione formarum, in quas est transmutabile, & esse minoris entitatis, & actualitatis, quàm materiam, quia materia manet in re facta, non illud. Cuius opinionis duplex fuit motiuum. Primum, quia timebant, quòd nisi aliquid conuerteretur in naturam formæ, forma crearetur. Aliud, quia super duodecimum metaphysicæ ait Auerrois, quòd numerus potentiarum est secundum numerum specierum generabilium, & corruptibilium. quòd non potest de materia accipi, cum ipsa sit vna, sed (vt dicunt) de isto puro posibili.

D urãdus.

Auerroi

Possibile purum conuertitur in formam.

¶ In ista opinione (ait Durandus) sunt inconuenientia tria. Primum est, quiaquod dicunt est fictitium. Philosophus namque primo Physicorum inquirens de principijs naturalium rerum, nunquã posuit tale purum posibile nisi materiam: & tamen si esset, posuisset, cum magis requiratur ad generationem, quàm priuatio, de qua tractat.

Augst

¶ Augustinus quoque fatetur, quòd materia facta sit propè nihil, & infimum entium, estque primum subiectum, idcirco est pura potentia.

¶ Secundum inconueniens est, quòd sibimet contradicunt. Si enim purum istud posibile, est minoris entitatis, quàm materia, ergo plus distat à forma, quàm ipsa materia: idcirco non potest esse medium, per quod forma vnitur materiæ.

¶ Tertium inconueniens est, quoniam incidunt id, quod volunt vitare. Nempè si purum posibile illud corrumpitur, ergo saltẽ ordine naturæ priùs est nihil, quàm forma producatur: ergo forma fit ex nihilo, seu post nihil.

¶ Hinc dicendum, quòd ante generationem nil in materia præexistit, quod conuertatur in formã. Quemadmodum enim forma præexistit in potentia passiua materiæ, sic, imò & veriùs, in potentia actiua agentis: & tamen in potentia actiua agentis, seu generantis, non præexistit forma, ita quod ipsa realiter eadem fit in illa, aut aliquid generantis conuertatur in ipsam. minus ergo in potentia passiua materiæ. Porrò rationes seminales, sunt virtutes actiuæ, & passiuæ rebus collatæ, secundum quas simile generatur ex simili, sicut in generatione animalis, semen vocatur, non solum, quod ex masculo ministratur, sed etiam quod ex fœmina. Principaliùs tamen illud, in quo est virtus actiua. Hæc Durandus.

¶ Qui

Dionysii.

¶ Qui quamuis auctorem huius recentioris opinionis non nominet: tamen in scripto eius fuit annotatum, quòd esset opinio Scoti. Veruntamen ex præinducta Scoti opinione non videtur hoc euidenter. Nihilominus plura sunt scripta, seu lecturæ Iohannis Scoti super Sententias, & forsan in alia sic sensit lectura. Atque ut Durandus tangit, opinio illa censetur fictitium. In prænarrata quoq; eius opinione multa contenta sunt, quę dictis beati Augustini, & communi doctrinæ præallegatorum contrariari videntur: ut quod ait rationem seminalem nõ esse coæuam materiæ, & quòd ea non fiunt ex ratione seminali, quæ producuntur a simili in natura immediatè productione, ut ignis ex igne. Rationes namq; seminales sunt innatæ, & concreatæ materię

August.

ſm Augustinum, nono super Genesim protestatur: Horum effectuum, ac modorum rationes non tantum in Deo primordialiter, æternaliterq; consistũt imo etiam ab ipso rebus creatis sunt inditæ, & concreatæ. Itemq;, elementa huius mundi habent definitam uim, qualitatemq; suam, qua unumquodque ualeat, aut non ualeat, quid de quo fieri posit, uel non posit. Ex his uelut rerum primordijs, omnia q̃ gignuntur tempore suo, suos exitus sinunt, atq; processus, fines quoq;, & discessiones generis sui. Vnde fit, ut de grano tritici non nascatur faba, sed triticum. Hunc autem motum, cursumq; naturalem potestas creatoris habet apud se, posse de his omnibus facere aliud, quàm eorum seminales continent rõnes: non tamen quod non in eis posuit, ut ab ipso ex eis fieri queat. Neque enim temeraria, sed sapientia li uirtute omnipotens est, & hoc de unaquaq; re in tpe facit, quod antea in ea fecit, ut fieri posit. Item que sicut præhabitũ est, asserit ipsum mundum seminalibus rationibus ab exordio grauidum extitisse, ac fœcundum: & quicquid per temporum uices producitur, ab initio rerum originaliter, causaliter, ac seminaliter præstitutum fuisse, inditum, ac præfixum.

¶ Rursum, quòd in materia dicit esse tria, uidelicet potentiam passiuam, potentiam receptiuam, & actum, non videtur ritè prolatum, cũ potentia passiua, & receptiua re, & ratione in materia coincidere videantur, sicut & ipsum recipere dicitur quoddã patiatq; ob hoc potentia materiæ uocatur passiua, quia formarum est receptiua. Alia plura contra illam opinionem objici possent, prout ex præhabitis uerbis Thomæ, Alberti, Henrici, & Richardi patet legenti. Postremò, inter opiniones narratas positio illa Thomę, Hẽrici, Richardi, Durandi, rationabilior esse videtur: & quæ contra eam objiciuntur, satis soluta sunt.

QVAESTIO III.

TErtiò quæritur hic de productione Euæ quantum ad animam. & circa hoc diuersi uarias inferunt quæstiones, uidelicet, *An omnium hominum sit anima una. an omnes animæ rationales simul productæ sint, an animæ rationales producantur immediatè a Deo, & vtrum sint ex traduce. & an animæ irrationales ex traduce nascantur.*

¶ Verum ad has quæstiones iam supra satis videtur responsum, quia probatum est, & ostensum, ꝓ impossibile sit in cunctis hominibus eundem numero esse intellectum, seu intellectiuum principium, quod item unumquodq; compositum propriam habet formam substantialem. Ostensum est insuper, quòd intellectualis, seu rationalis anima creando infunditur, & infundendo creatur, & quòd in corpore, non extra corpus conueniat ei creari. Insuper demonstratum est, quod soli altissimo Deo conueniat per creationem producere, quodque erroneæ sint opiniones dicentium, quòd una intelligentia creauerit aliam, & quòd animæ ad intelligẽtijs sint creatæ. Iam verò ostensum est, quòd animæ irrationales, & formæ inferiores, de potentia materiæ educantur, ita quòd partim sunt ab intra, partim ab extra: ideo non sunt creatæ, nec anima rationalis ex traduce habet originem, & de hoc ultimò aliquid est addendum.

¶ Quo circa in Scripto loquitur Thomas: Traductio duo designat, uidelicet originem, & diuisionem. Non enim ignis generatus ab igne gñante traduci propriè perhibetur, nec ligno diuiso dũ una pars eius traduci ab alia. Hinc traductio propriè in generatione est animatorum, quæ est per seminis decisionem. Diuiditur autem aliquid dupliciter, puta per se, ut corpus: & per accidens, ut forma corporalis, impressa materiæ. Cumq; anima rationalis sit simplex, & incorporalis, nec uirtus in corpore, neque ab ipso dependens, constat eam ex traduce nullatenus esse: ideo anima filij non est traducta ab anima patris. Intellectus namque secundum Philosophum est ab extra, cum habeat actinnem a corpore separatam, alienam & liberam. Nec una anima potest producere aliam. Nempè cum duplex sit agens, unum quod habet causalitatem respectu totius speciei, quemadmodum Sol est omnium generabilium, & corruptibilium causa: aliud, quod est causa respectu indiuidui tantum, sicut hic ignis est causa illius ignis, neutro modo potest anima unius esse causa animæ alterius. In causis enim, quæ essentialiter habent causalitatem, & ordinem ad totam speciem, oportet causam, & causatum specie differre, ac ordine. Alioquin aliquid esset suiipsius productiuum. Nec secundo modo potest id esse. quod. n. aliqui in una specie est causa alterius in specie eadem, est per hoc, quòd agens mouet materiam ad talem formam, anima verò rationalis non est ex materia præexistente, nec est forma materialis de potẽtia materiæ educibilis. sicut ostensum est. Idcirco principium originis est causa separata, & creans. Quòd uerò in scripturis dicuntur animæ egressæ de femore Iacob, per synecdochem dictum est, per animam intelligendo hominem totum, iuxta quem modũ animæ illæ dicuntur ingressæ Aegyptum.

Tho. aquĩ. Traductio duo significat.

Anima rõnalis non est ex traduce.

Philosop. Agens duplex.

Aliæ æqualiter sunt egressæ de femore Iacob.

Si uerò objiciatur sicut obiecit Apollinaris hæreticus, quia si animæ rõnales non sunt ex traduce, sequitur Deum cooperari fornicarijs, atque adulteris. Qui enim dat formam, complementumque operi, cooperatur agenti: ergo si Deus creat animas fœtuum, qui per tales uitiosos generantur concubitus, apparet, quòd Deus cooperetur ita peccantibus.

Objectio Apollinaris hæretici.

¶ Dicendum, quod actiones illæ considerantur dupliciter. Primò, quantum ad esse suum morale, quo procedunt a peruersa, & impia voluntate, & ita non cooperatur illis Deus. Secundò. quo ad esse suum naturale, prout procedunt a naturali potentia generatiua: & ita Deus illis cooperatur.

Dilutio.

Fornicarię gñationi qũo Deus cooperet.

¶ Insuper, ut dictũ est sæpe, formas in materia existẽtes Plato dixit a formis idealibus deriuari. Auicẽna verò, Algazel, Thæmistius, ab intelligentia agẽte ultima. Aristoteles aũt, & Cõmentator eius, qui dixerunt formas hmõi de potentia materiæ educi uirtute agentium naturalium, cœlestiumq; causarum, animas sensitiuas, & uegetatiuas ex traduce esse dixerunt: qm̃ tales formę non sunt per se subsistentes, sed partes subsistentium compositorum, ideo formis

Plato.

mis illis non conuenit propriè fieri, generari, aut operari, sed ipsis compositis. Cumque generatum generetur à simili, ipsa cõposita sub stentia generant, imprimendo genitis suas formas. Alij uerò philosophi considerant formas has quasi eis per se & propriè conueniret esse, & fieri, & agere. Verum positio Aristotelis multo rationabilior est. idcirco cum ipso concedimus animam sensitiuam, & vegetatiuam ex traduce procedere hoc modo. Omne agens uniuocum, & proximum, inducit formã suã in patiens. cibus quoque secundum quod est patiens, & alteratum, in nutrimentum corporis cedit, quoniam nutrit secundum quod potentia caro, ut primo de generatione habetur. Vñ oportet, ut in fine alterationis speciẽ, & uirtutẽ nutriti recipiat, & antequam fiat hoc, uirtus speciei est in eo indeterminatè ad hoc, uel ad illud. cumq; semen sit residuum veltimi cibi digesti, propinquissimi ad conuersionẽ in ipsum cibatum, ideo totum potentialiter in eo est, & non actu pars aliqua. sed antequam resoluat̃ per actum uirtutis generatiuæ, separatũ à reliquo sui generis, est in eo potentia illa indistincta, queãdmodũ forma totius non est in parte, nisi in potentia. Porro dũ separat̃ efficitur actu habẽs talem potẽtiã, siue formã: sicut videmus in animalibus anulosis, in quibus secundum Philosophũ, una est anima actu, sed plures potentia. Vnde dum diuidunt̃, efficit̃ quælibet pars animata, animam habẽs propriam, ac distinctam. In hoc tamen differt, qm̃ propter paruam differentiam organorum in illis, pars est ferè toti consimilis. ideo in parte remanet anima perfecta sicut erat in toto. Semen aũt decisũ, nondum est actu simile toti. idcirco post decisionẽ eius non est anima actu in eo, sed in potentia tm̃. Propter quod dicitur secundo de anima, quòd semen in potentia uiuit, non actu. Hæc autem potentia non est passiua in semine maris, sicut ligna, & lapides sunt in potentia ad formam domus. sic namque scilicet passiuè, potentia est in mestruo mulieris. sed est actiua potentia, sicut forma domus ẽ in mente artificis. Hancq; potentiã Auicenna, & Auerroris vocant uirtutem formatiuam, quæ quantum ad modũ operandi, media est inter intellectũ, & alias animæ vires. Vnde, & decimosexto de animalibus arti eam comparat Philosophus. Alia q̃ppè uires in opperationibus suis utuntur organis determinatis, intellectus nullo. sed hæc uirtus aliquo utitur corporali in sua operatione, quoniam nondum habet speciem determinatam. subiectum enim, & organum huius uirtutis, spiritus est uitalis inclusus in semine. Hinc ad continendum huiusmodi spiritum, semen est spumosum, & hęc est causa albedinis eius. Denique huic spiritui uirtus coniungitur formatiua magis per modum motoris, quàm per formę modum, quamuis sit aliquo modo forma eius. Hinc commentator septimo metaphysicæ loquitur, quòd in semine uirtus illa includitur quodammõ, sicut uniuntur motores orbibus suis. Illi uerò spiritui corporali coniungitur triplex calor, videlicet calor elementaris, qui est sicut instrumentum resoluens, atq; consumens, & operans: calor quoq; animæ, qui est uiuificans: & calor cæli, cuius uirtute mouet ad speciem determinatã. Sed, & uirtute triplicis huius caloris, uirtus formatiua materiam à mulierẽ præparatã, mouet in substantiã membrorum per modũ, quo est transmutatio corporis in augmento, ut decimosexto de animalibus dicitur: & iuxta modũ, quo proceditur in perfectione organorum. secundum hoc anima incipit magis, ac magis esse actu in semine, q̃ priùs

Aĩa sẽsitiua quõ p̃cedat ex traduce.

Philo.

Auicenna Auerois

Auerois.

erat in potentia, ita quod conceptus primò participat opera vitæ nutritiuę. tuncq; dicitur viuere vita plantæ, & ita deinceps quousq; perueniat ad similitudinem generantis perfectam. Hæc Thomas in Scripto.

¶Insuper in prima parte quæstione cẽtesima decimaoctaua: Quanto, ait, agens est potentiùs, tanto potest actionem suam diffundere ad magis distans: sicut quo corpus extat calidius, tanto in aere, etiã remotiore, citius calefactionẽ producit. Hinc corpora non viuentia inferiora generant simile sibi nõ per medium, quemadmodum ignis ignem: corpora verò viuentia tanquam potentiora, generant sibi similia tam per medium, quàm sine medio. Sine medio in opere nutritionis, in quo caro generat carnem: per medium, sicut in actu generationis: q̃a ex anima generantis deriuatur virtus actiua, & formatiua ad semen animalis, seu plantæ, sicut à principali agente deriuatur vis actiua ad instrumentũ. Et ita non refert dicere, quòd anima generati causetur ab anima generantis, vel à vi deriuatiua ab anima, quæ vis consistit in semine, quod in virtute animæ operatur. Hæc Thomas in Summa.

artic. 1.

¶Concordat per omnia Petrus.

¶Richardus quoq; animam intellectiuã probat ex traduce non esse, per ea quibus probatur esse immaterialis, separabilis, immortalis, rediens ad seipsam, & reflexiua supra proprios actus, atq; mobilior oĩ dispositione corporea, ac liberæ potestatis.

Petrus. Richard.

¶Prętera Alexander plurimorũ hic recitat opiniones, ac reprobat: Quidam, dicens, opinati sunt, quòd animæ sensitiuæ, ac vegetatiuæ multiplicentur per sui paritionẽ, velut si linea diuidatur, sectio eius fit in puncto, nec tamen punctus diuiditur, sed ipsa diuisione totus ad partem cadit vtranq;, sic anima cum sit impartibilis, non diuiditur, sed ad diuisionem, seu decisionẽ materiæ suæ tota cedit vtrobiq; in partibus diuersis: seq̃tur.n. materiam suam. Hoc autem falsum vr̃, nec est simile: quia si punctus actu esset in linea, aut linea esset ex punctis: quemadmodum anima est actu in corpore, nec punctus diuideretur in linea, neq; in duo caderet: imò si secantis actionem susciperet, destrueretur, nũc verò cum solum sit ibi in potentia, quod in potẽtia erat, in actum deducitur, nec quod erat vnus punctus, in potentia, efficitur duo: sed potentialiter duo reducuntur in actu, fiuntq; duo. Alij dicunt multiplicationẽ hanc fieri aĩarum per modum quo lux, seu ignis vnius candelæ vndiq; se diffundit & generasibi simlia absq; sui diminutione. Sed non est hoc uerum, nec simile: quoniam multiplicatio ignis, & lucis, non est per diuisionem, aut decisionem materiæ, sicut de animarum multiplicatione iam tactum est. Alij dixerunt has animas, ex elementorum formis constitui, quòd manifestè absurdum est, cum una forma substantialis ex pluribus substantialibus formis non posit constitui. Alij opinantur animas brutorum progredi ex traduce, & educi de potentia in actum, mediantibus corporibus cælestibus, ac eorum motoribus. Quod reprobatur, quoniam operatio intelligentiæ est velut operatio artis, quæ non causat formam substantialem, & spiritus brutales nobiliores sunt corporibus orbium. Hæc Alexander. Cuius positio pauloante est recitata.

Alexãder.

Aĩæ sensitiuæ non multiplicantur partitione.

¶Veruntñ ultima ista positio, quam repellere nitiť, uera ad bonum intellectum uidetur: quia (ut ait Philosophus) hõ generat hominem & sol, cæteraq; cælestia corpora, orbes, planetæ, & sidera, suas habent influẽtias efficaces, fortes, ac varias ad inferiorum productionẽ. Et sicut celestia corpora mo-

Dio. Cart.

Philosop.

tu

tu suo, lumine, ac influentia, corpora inferiorum disponunt, sic uirtute suorum motorum, uel potius motores eorum uirtute à prima causa collata, per orbes, planteas, ac stellas formas naturales, corruptibiles, substantiales de materiæ educunt potentia: non tamen, ut causæ totales, immediatæ, atque appropriatæ: sed concausantibus particularibus agentibus in generatione aĩalium perfectorum. iuxta modum expressum. Nec obest, quòd operantur per modum artis, cum & Deus omnipotens omnium artifex appellatur, atque per artem increatam, & exemplarem rationibus omnium plenam operetur. Quamuis etiã spiritus brutorum sint aliquo modo corporibus illis nobiliores, non tñ ipsorũ motoribus, in quorum virtute tanquã instrumẽta agũt orbes ipsi, ac astra.

A *De primo hominis statu ante peccatum, scilicet qualis fuerit secundum corpus, & secundum animam.* Distinctio XIX.

SOlent quæri plura de primo hominis statu ante peccatum, scilicet qualis fuerit homo priusquam peccaret, & in corpore, & in anima, mortalis an immortalis, passibilis an impassibilis. De termino inferioris uitæ, & de trãsitu ad superiorem, de modo propagationis filiorum, & alia multa, quæ non inutiliter sciuntur, licet aliquando *curiositate quærantur. At priusquam ad animi qualitatem pertinentia prosequamur, de qualitate eius secundum corpus, & modo propagationis filiorum, & de aliis quibusdam inspiciamus. Primus ergo homo secundum naturam corporis terreni, & immortalis fuit quodammodo secundum aliquid, quia potuit non mori: & mortalis quodammodo, quia potuit mori. In illo namque primo statu habuit posse mori, & non posse mori. Et hæc fuit prima humani corporis immortalitas, scilicet posse non mori. In secundo uerò statu post peccatum habuit posse mori, & non posse non mori, quia in hoc statu moriendi est necessitas. In tertio statu habebit posse non mori, & non posse mori: quia ad illum statum pertinet moriendi impossibilitas: quod ex gratia erit, non ex natura. In primo statu fuit corpus hominis animale, id est, egens alimoniis ciborum. Vnde, & homo factus dicitur in animam uiuentem, non spiritualem, id est, in animam corpus sensificantem: quod adhuc erat animale, non spirituale, quòd egebat cibis, ut per animam uiueret. Factus est ergo in animam uiuentem, id est, uitam corpori dantem, tamen per sustentamenta ciborum: & tunc erat corpus mortale, & immortale, quia poterat mori, & poterat non mori. Post peccatum uerò factum est mortuum, sicut dicit Apostolus: Corpus propter peccatum mortuum est, id est, necessitatem moriendi in se habet. In resurrectione uerò erit spirituale, scilicet agile, & cibis non egens, & immortale & non sicut in statu primo fuit, scilicet, quòd possit non mori, sed etiam, quòd non poterat mori. Vnde Augustinus super Genesim: Apostolus ait, Corpus quidem mortuum est propter peccatum, &c. Priùs de limo terræ formatum est corpus animale, non spirituale, cum quali resurgemus. Renouabitur enim à uetustate, non in corpus animale quale fuit, sed in meliùs, id est, spirituale, cum hoc mortale induer immortale, in quod mutandus erat Adam, nisi mortem corporis animalis peccando meruisset. Non ait Apostolus, Corpus mortale est propter peccatum, sed mortuum. Illud enim ante peccatum mortale, & immortale erat, quia poterat mori, & non mori. Aliud aũt est, non posse mori: aliud, posse nõ mori Ideo factum est per peccatum non mortale, quòd erat, sed mortuum: quòd non fieret, nisi peccaret. Animale enim non est hoc corpus sicut primi hominis fuit, sed iam deteriùs est. habet enim necessitatem moriendi. Ecce hic euidenter aperit Augustinus, quòd corpus hominis ante peccatum mortale, & immortale fuit, sed non qualiter fiet in resurrectione. De hoc eodem Beda super Genesim ait: Non est credendum ante peccatum ita fuisse mortua corpora sicut modo. Ait enim Apostolus: Corpus propter peccatum mortuum est. sed licet fuissent animalia nondum spiritualia: non tamen mortua, quæ scilicet necesse esset mori.

* curiose

Au. li 9. super Gñsim cap. 6.

Au li 6. super Gñsim cap. 24.

Gene. 2.

Rom 8 b.

Au. li 6 super Gñsim cap. 25.

Au. sup Genesim li. 6. ca. 19

Rom. 8. b.

1. Cor. 15. g

Au li. 6. super Gñsim cap. 25.

Beda.

Rom. 8. b

B *Vtrum immortalitas, quam habuit homo ante peccatum, esset de conditione naturæ, an gratiæ beneficio.*

Solet hic quæri, cum homo primus *mortale, & ĩmortale corpus habuerit, utrũ ex conditione naturæ ipsius corporis habuerit utrunq;, an alterũ beneficiũ esset gratiæ, scilicet immortalitas, id est, posse non mori. Ad quod dici potest, quia alterum habebat in natura corporis, id est, posse mori, Alterũ uerò, scilicet posse nõ mori, erat ei ex ligno vitæ, scilicet ex dono gratiæ. Vnde Augustinus super Genesim: Quodãmodo creatus est hõ immortalis, qđ erat ei de ligno uitæ, non de cõditione naturæ. Mortalis erat de conditione corporis animalis, immortalis beneficio conditoris. Non. n. immortale erat, q̃

* mortalis esset

Au li. 6. super Gñsim cap. 25.

 omnino

oīno mori non posset,ꝙ non erit nisi cum fuerit spirituale. Aperte dicit, ꝙ non ex natura,sed ex ligno uitæ habebat posse nō mori . Propter hoc aliquid dicunt , ꝙ nisi illo ligno uitæ uteretur,non semper viueret , quia peccaret.Peccaret enim si illo ligno nō vteretur,quia præceptum erat ei,ut comederet de omni ligno paradisi,nisi de ligno scientiæ boni,& mali . Sicut ergo peccauit comedendo , quod erat prohibitum,ita etiam peccaret,si non comederet,quod erat iussum.

C *Si non foret præceptum , ut de illo ligno vitæ ederet , & alijs , & non illo uteretur , an posset non mori .*

Sed adhuc quæritur,si non esset præceptum,ut de ligno uitæ ederet,& alijs , & non illo vesceretur, nunquid posset non mori . Si semper uiuere non utens illo ligno, non erat ei ex illo ligno posse non mori . Si uerò non posset semper uiuere,id erat ei ex illo ligno . Aliqui dicunt , quòd si non fuisse ei præceptum uesci illo ligno, & alijs , & non illo vesceretur,uiueret semper sicut determinantes illud,quod supra dixit Augustinus. Erat ei de ligno uitæ,non de conditione naturæ tantum : scilicet quasi non ex conditione naturæ solummodo erat ei,sed etiam ex illo ligno.Alijs autem videtur,quòd ex ligno uitæ erat ei posse non mori , non ex natura . Ideo enim dicitur potuisse non mori , quia poterat uti illo ligno,de quo edens non moreretur .

Opinio quorundam.

aliorū opinio.

D *Quæstio Augustini quomodo immortalis factus sit homo .*

De hac uerò hominis immortalitate qualis fuerit , Augustinus super Genesim quæstionem mouens, sic ait : Quæritur, quomodo immortalis factus sit homo præ alijs animātibus,& quomodo cum illis communem acceperit alimoniam. Sed alia est immortalitas carnis ,quā in Adam accepimus:alia,quam in resurrectione speramus per Christum. Ille factus est homo immortalis,non posset mori,si non peccaret:moreretur autē, si peccaret . Filij verò resurrectionis,nec poterunt ultra peccare,nec mori.Caro nostra non tunc egebit refectione ciborum : quia tunc nulla poterit esse defectio . Caro Adæ ante peccatum ita immortalis creata est,ut per alimoniam adiuta, esset mortis,& doloris expers.Sic ergo immortalis & incorruptibilis condita est caro hominis,ut suam immortalitatem , & incorruptionem per obseruantiam mandatorum dei custodiret . In quibus mandatis hoc continebatur,ut de illis lignis concessis manducaret, & ab interdicto abstineret,per horū eduliū immortalitatis dona cōseruaret , donec corporalibus incrementis perductus ad ætatē, q̄ cōditori placeret,multiplicata progenie,ipso iubēte sumeret de ligno uitæ:quo perfecte īmortalis factus, cibi alimēta ulterius nō requireret.

Au super Genesim lib.3.ca 21. Sectio.

E *Summatim super ipsam uerborum sententiam perstringit .*

Ecce his uerbis uidetur Augustinus tradere,quòd caro primi hominis immortalitatem in se habuerit , quæ per alimoniam ciborum conseruaretur usque ad tempus suæ translationis in meliùs:quando de ligno uitæ comederet,& fieret omnino immortalis, ita ut non posset mori.

F *Quòd ex prædictis consequi uidetur , hominem de naturæ suæ conditione quodammodo fuisse immortalem , sed non omnino fieret immortalis , nisi participato ligno vitæ.*

Ideo aliqui dicunt , ꝙ immortalitatem de natura habebat, qua poterat non mori, quæ aliorum lignorum esu poterat conseruari: sed non poterat consummari , nisi per assumptionem ligni uitæ.Quod uidetur Augustinus sentire.super Genesim dicens: Hoc quoque addo,talem cibum illam arborem præstitisset,quo corpus hominis stabili sanitate firmaretur,non sicut ex alio cibo,sed inspiratione salubritatis occulta.Hinc innuere uidetur,ꝙ cum aliis cibis posset corpus sustentari, hoc cibo indeficiente sanitate firmaretur.Ex quo consequi uidetur,ꝙ sicut in natura sua habuit mortalitatem quandā, scilicet aptitudinem moriendi:ita aliquam immortalitatē in natura,sua habuit , id est, aptitudinem,qua poterat non mori cibis adiutus:sed si ꝑstitisset,īmortalitatis perfectio esset ei de ligno uitæ.Sed qui hoc tradunt,quomodo superiora Augustini uerba,q̄bus dicit,ꝙ erat īmortalis ex ligno uitę,huic sententiæ nō contradicant,diligenter inquirant.

Au super Genesim lib. 8. c.

Summa distinction. XIX.

HIc tractat Magister de ꝓprietatibus hominis in statu innocentiæ ante pctm̄.Specialiter uerò hic sciscitat̃,qualiter mortalitas, & īmortalitas tunc homini competebant, & ex qua causa,qualiter item s̄m corpus , & qualiter secundū animam . Quocirca aliorum rectat dicta , & ipse doctrinis Augustini consentit.

QVAESTIO .I.

HIc quærunt multi, *an anima rationalis sit ex natura sua immortalis* , an etiam animæ irrationales . ¶ Verum de his iam supra introducta sunt multa, & ipsa prolixitas est uitanda.

QVAE-

QVAESTIO II.

Arguitur ꝓ pte negatiua.

SEcundò quæritur,*vtrum homo in statu innocentiæ potuit tolerare aliquod malum pœnæ*: hoc est, an mala pœnalia , ut læsio,fames, sitis, mors, &c. poterant ei accidere,seu inesse.

¶ Videtur , quòd non,quoniam pœna debetur culpę. & ut Augustinus super Genesim docet, ordinatio diuinæ sapientiæ , atque iustitię fuit, ne aliquid talium homini ante culpam accideret .

In oppositum.

¶ In contrarium est,quia gratia non tollit naturam , sed naturale est homini esse mortalem , cum & mortale sit quædam differentia eius , & omne mixtum ex contrarijs constans, necessariò est corruptibile. corpora autem primorum parentum, ex
2 elementis constabant. ¶ Rursus, vbi fames, & sitis locum non habent, non conuenit refectio corporalis : sed primis parentibus ante ruinam peccati conueniebat , imò, & iussum fuit concedere, ergo fames,& sitis,quæ sunt mala pœnæ, poterant tunc ipsis inesse. Rursus,in his,qui reficiuntur,est altera
3 tio assidua , atque interior corruptio , incorporatio, deperditio, quorum , quædam sunt mala pœnalia . ¶ Item si quis intrusisset ensem illorum cor
4 poribus , vulnerati fuissent . Hæc, & consimilia argumenta possent multiplicari,quæ aliud non requirunt, nisi ut lucidè exponatur qualiter mortalitas , & immortalitas , passibilitas , & impassibilitas ipsis conuenerunt, & quo dono.

Alexāder.

¶ Ad hæc Alexander respondet : Homo ante peccatum non fuit penitus impassibilis,& immortalis, neque simpliciter passibilis. vnde Hugo: Sicut immortalem non dicimus hominem primum fuisse ante peccatum , ut mori omnino non posset, sic etiam nequaquam impassibilem extitisset credere hunc debemus, quasi nihil omnino pati potuisset, quia naturam in se passibilem habuit . Attamen si non peccasset,sicut,nec mortuus,ita etiam siue ad molestiam voluntalis in mente , siue ad corruptionem integritatis in corpore, passus aliquid omnino non fuisset. Potentia quippè est multiplex.quædam obedientialis,quę in actum perducitur solum potestate diuina,sicut in costa Adæ fuit potētia, vt ex ea corpus fieret Euæ.Alia est potentia solum materialis,ut illa,quæ est tantum passiua, nullam habēs inclinationem ad actum sibi correspondentē . pōt tamen perduci ad illum actione creaturæ,multiplici medio subiectum disponente.Alia est potētia passibilis,habens inclinationem,ad actū. Alia, quę est propinquè ad actum disposita , utpote dispositionem suapradditam habens. Alia est necessitatis,ut quæ est in coniunctione ad actum . Quælibet harum trium vltimarum , est potentia disposita:sed prima,dispositione remota:secunda,dispositione ꝓpinqua:tertia, dispositione iā actuata. Hęc dico,extensio potentiæ nomine.potentia.n.patiēdi defectus,extat potentię potius,q̄ potentia. Et quia s̄m philosophum,si vnum oppositorum multipliciter dr̃, etiam reliquum , hinc impassibile tot dicitur modis,quot passibile.Et intendimus hic de passibilitate,& impassibilitate,prout dicunt potentiam,uel priuationem passionis innaturalis , secundum quod ait Damascenus libro duodecimo,passio est motus præter naturā. estq; passio ista cū cōtrarietate recipientis,atq; recepti.Est tamen,& q̄dā passio naturalis.Cum itaq; queritur,an primus homo fuit impassibilis ante culpam,dici potest, ꝙ si per hoc,quòd dicitur impassibile, notatur priuatio necessitatis ad patiendum,seu dispositionis vel passibilitatis,seu inclinationis,sic erat impassibilis: quia non erat in eo natura disposita, aut aliqua infirmitate inclinata ad patiendum, Sed prout impassibile dicit priuationem potentiæ primo mō sumptæ,aut modo secundo acceptæ: sic non erat impassibilis,quia natura eius non fuit prorsus insusceptibilis infirmitatis,& passibilitatis,ac culpæ.sic q; aliquo modo fuit passibilis, & aliquo modo impassibilis , ut uult Hugo . Hinc impassibilitas illa non fuit dos corporis glorificati , quoniam illa omnimunem passibilitatis priuationem includit . Hæc Alexander .

Potentia multiplex

Philosop.

Damasce.

Protoparēs quō tu erit impassibilis.

¶ Qui etiam quærit hic, utrum homo in statu innocentię fuit passibilis per extrinsecarum receptionem impressionum. Respondet,Passio,seu passibilitas proueniens ex impressione relicta ab extrinseca duplex est.Vna naturalis,& consona,conueniensq; naturæ.Alia innaturalis , seu destructiua naturæ.Prima est duplex. Vna concernens naturam,& saluatiua ipsius esse. Alia respiciens ea,quæ sunt perfectiua ipsius . Ea quæ sunt saluatiua , seu conseruatiua ipsius esse, respicit passio, quæ relinquitur ex operibus generatiuę,& nutritiuę. Concernentia verò perfectiua ipsius,sunt impressiones cognoscibilium specierum. Hæ itaque passiones primis parentibus ante lapsum conuenerunt.sicq; etiam cælestia corpora in eis agere poterant. Passio verò destructiua,& innaturalis,ipsi pro statu illo inesse non poterat: & hoc fuit ex ordine diuinæ iustitiæ,qua inferiora omni homini subdita erant, nec potestatem lædendi eum habebant,ex qua Deus eos præseruauit ab omni læsiuo , quandiu sibi manserunt subiecti. Hęc idem .

Passio extrīseca duplex.

Bonauent.

¶ Prętere a Bonauentura : Hęc, inquit,locutio , Aliquid est nunc immortale , secundum philosophum duplex est,quia aduerbium illud potest determinare ly immortale ratione actus moriendi,& item ratione potentię. Conformiter ista locutio. Vtrum corpus hominis fuisset dissolubile ipso non peccante:quoniam ablatiui illi possunt absolutè determiuare ly dissolubile,uel quo ad posse dissolutionis.& ita est uera, quoniam Adam in statu illo habuit posse,ut dissolueretur . Potuit enim peccare.quo facto potuit,imò,& oportuit eum mori. Si uerò determinet ly dissolubile, quantum ad aactum dissolutionis,falsa est illa locutio, quoniam statu illo durante nequiuit dissolutio ei inesse, eo, ꝙ mors,& innocentia simul non stent.Ordo qppè diuinę iustitiæ non permisit , ut in statu illo culpam præcederet pœna . Hęc Bonauentura .

Lignū uitę peccantis mortē nō impediuisset.

¶ Qui rursus interrogat,vtrū Adā peccante,corpus eius potuisset perpetuari in uita ꝑ esū ligni uitę.Rn̄det,Eadem lege,qua diuina iustitia non patit̃ innocentem pati,ac mori, non permittit malū impunitū manere.ideo fuit dei decretum,ut si homo dei ꝓceptū trāsgrederetur,spiritus hominis dn̄ium suę carnis amitteret . & sicut uoluntas hoīs a Deo recessit,sic anima sua corpus suum in hac uita desereret, quatenus dissolutum in suam rediret originē.Cumq; decretū dei fuerit immobile,non potuit hō post transgressionē per esum ligni uitę mortem euadere.potuisset tamen per esum illum uita vigorari,ac prolongari.Hęc idem . ¶ Insuper Thomas his consonans : Ea, ait, quę sunt ad finem , secuncundum rationem,& exigentiam finis instituunt̃, ac disponuntur,ut ex 2.Physicorum habetur. cūq; homo ad supernaturalem beatitudinem conditus fuerit,aliquid supernaturale ī sua creatione sibi est prȩstitū . Ex suis uerò naturalibus eē incorruptibi-

T. Aq̄nas

le, atq; perpetuum, sibi non competebat, cũ habuerit corpus ex contrarijs compositum, & materiam secundum suam capacitatem forma perficiat, atq; informet. Hinc primo homini supra cõditionẽ suæ naturæ concessum est, ut anima eius in tam supernaturalem, ac nobilissimum finem ordinata, cõicaret corpori suo esse perpetuum supra corporis talis naturam, nisi aliunde proueniret impedimentũ. Et qm̃ potestas hęc aĩæ supra corpus, consequebatur ex sua ordinatione ad huiuscemodi finem, non poterat impediri eius effectus, nisi per deordinationẽ eius à fine, quod sine peccato esse nequiuit. & quia peccare adhuc valebat, libero suo arbitrio nondũ confirmato in bono, potuit ille immortalitatis impediri effectus. hinc quodammodo fuit mortalis. Veruntñ, qm̃ moriendi potentia non potuit immediate in actum reduci, quia non sine p̃cedente mẽtis auersione, idcirco loquẽdo simpliciter, hõ in statu illo extitit immortalis, & secundum qd' mortalis: qa ut 9. metaphysicæ dr̃, illud simpliciter est in potentia ad aliquid, quod uno motore potest p̄duci in actum. non. n. dicimus, ꝙ ex terra valeat fieri statua, sed ex cupro, quamuis ex terra sit cuprum.

¶ At verò quidam dicunt, ꝙ in statu innocentię nulla deperditio, aut dissolutio fuisset in corpore Adæ, nec cibus sumptus fuisset ab ipso ad instaurationem deperditi, sed contra commuuem defectũ naturæ, qui est uertibilitas in nihilum. Ex quo sequeretur, ꝙ & cælestia corpora cibis egerent. Per cibaria quoq; non tollitur dependentia creaturæ à creatore, à quo, & ipse cibus dependet: idcirco dicendum, ꝙ in statu illo sumptus fuisset cibus ad deperditi restaurationem, ad corporis augumentum, atq; ad multiplicationem speciei per uiã seminalem, secundum quod nutritiua augmentatiuæ, & generatiuæ deseruit. Aliqua ergo deperditio fuisset i corpore Adæ: nec tamen subsequi poterat dissolutio eius in toto, p̄p̄ uirtutem corporis regitiuam profluentẽ ex anima, sicut, & elementa secundum partem, non ẽm totum corruptibilia perhibentur. Qd' si nõ comedisset, obisset: non tamen ante peccatũ, quoniam iussum ei fuit comedere.

Cibi usus in statu innocentię.

Sõnũ innocẽtia nõ excludebat. ¶ Si autem quæratur, an homo in statu illo dormisset: dicendum, ꝙ quamuis aliqui opinentur, ꝙ non, tamen cum dictum eorum, nec ratione, nec auctoritate firmetur, p̄babilius æstimat̃, ꝙ sicut habuisset uitam animalem cibis alendam, sic habuisset, & ea, quæ vitam huiusmodi assequuntur, inter, quæ ponitur somnus, p̄sertim, qui ex naturalibus oritur causis, aut ex euaporatione alimenti humiditateve cerebri in prima ætate. Somnus uerò p̄ut ex ægritudine, fatigatione, labore, innaturalive cã procedit, tunc non fuisset. Somnus, quippè quãtũ est in se, est passio ad perfectionẽ totius pertinens animalis: qa in somno vigorantur virtutes naturales, & quietant̃ uirtutes animales, ut postmodum in suis sint actibus fortiores. Hæc Thomas in Scripto.

Petrus. ¶ Concordat Petrus, dicendo: Finis necessitatẽ imponit medijs, corpus aũt datum est aĩæ, ut sit ei instrumentum in seruitio dei. hinc sicut se habuit aĩa ad dei seruitium, sic corpus ad animam. aĩa uerò p̄p̄ arbitrij libertatem habuit potentiã iugiter permanendi in dei obsequio, ac etiam recedendi ab eo. ideo in corpore fuit potentia separandi ab anima, si peccaret: & inseparabiliter permanendi cũ anima, si nõ peccaret. Hæc Petrus. **T. Argen.** ¶ Thomas quoque de Argentina testatur: Immortalitas illa corporis Adæ, principaliter fuit ab aĩa eius, sicut ab influente intrinsecè: & ab æquali eius cõplexione, sicut à causa disponente: à ligno uitæ, sicut à uegetante: & à regimine diuinæ p̄uidẽtiæ, tanquã à causa interiùs conseruante, atq; exteriùs protegente.

Richard. ¶ Ricardus demum hic refert: Dicunt, quidam, ꝙ concurrente uirtuositate originalis iustitiæ, simul poterat anima prohibere, ne fieret tanto consuptio in humido radicali, nec tanta debilitatio in calido naturali: quę restaurari non possent per efficaciam ligni uitæ, cuius uirtus extitit tanta, ꝙ de illo poterat uirtus nutritiua ipsius Adæ cum adiutorio originalis iustitiæ generare humidũ tã uirtuosum, ad conseruationẽ calidi naturalis, sicut est humidũ radicale. Poterat ẽt continere uirtutem corporis, ne distẽperaret uirtute alcuius exterioris, & naturalis influentiæ uel interioris. Hinc, ut istis uidet̃, hõ in statu illo sine fine uiuere potuisset per adiutoria iam p̄fata. Alij opinatur, ꝙ quamuis per adiutoria ista Adam valde diu uiuere potuisset, nõ tñ sine fine: nec tñ obisset, si non peccasset. quoniã ante finem corporis, quo ibi viuere potuisset, translatus fuisset ad gloriam. Cui dicto uŕ consentire, quod 12. de ciuit dei. Augustinus disseruit, hominẽ cuius naturam quodammodo mediam inter angelos, bestiasq; constituit Deus, ut si creatori suo tanquã uero dño esset subiectus, inconsortium transiret angelicũ, absq; media morte beatã immortalitatẽ sine ullo termino consecutus. Hæc Richardus.

In innocẽtiæ statu mors nõ p̄uertisset beatitudinẽ.

August.

Albertus. Alteratio qualis fuisset integritatis tẽpore. ¶ Albertus præterea sciscitatur, An Adã in statu innocentiæ alterabilis fuit per senectutem. Rñdet, Duplex est alteratio talis. una accepta in mensurante, puta in t̃pre ipo. Alia accepta in mensurato, vc3 in re temporali. Primò modo fuisset alterabilis per ætatem: nã quo ad periodum mensurantẽ, mõ iunior, mõ senior extitisset ẽm ætatis processum. Scd'm id uerò, ꝙ relinquit tempus mensurans, non fuisset alterabilis. hinc quantitate, & uirtute substantiæ nõ profecisset, nec defecisset, sed in perfectione, in qua conditus fuit, stetisset usque ad terminum præordinatum à Deo, in quo translatus fuisset ad vitam simpliciter immortalem. Hęc Albertus.

Scotus ¶ Porro Scotus à præinductis partim dissentiẽs: Homo, inquit, durante innocentiæ statu potuit mori. quod patet per causam mortis post lapsum, quæ causę sunt duę in genere. **Mortis plexca** Vna ab intrinseco, alia ab extrinseco. Prima est duplex, una ab intrinseco per actionem mutuam contrariorum inter se, & infra corpus, uel p̄p̄ actionem minus intensam unius ad alterum, ex defectu alterius contingentẽ, ut ex subtractione nutrimenti Primo mõ accidit corruptio naturalis in animatis, nõ ex actione elementi in elementum, qa non manent in mixto, ut ostensũ est supra: nec p̄p̄ aliam qualitatem naturalem actiuã, aut passiuã. Ponit̃ ergo ibi causa intrinseca corruptionis ex actione unius partis organicę in aliã partem, corrumpendo ipsam ut corpus fiat indispositũ, atq; inhabile ad actionẽ. istaq; actio deputatur calori in humidũ radicale, corrumpendo illud, & consumendo, ad cuius corruptionem sequitur corruptio, & cõsumptio propria, ut patet in igne, & oleo, ac lychno: qa pars secundum speciẽ habet ẽt periodũ, & determinatã, in qua põt conuenire in se partem nutrimenti appositã, & in qua non. Hæc Scotus.

Dionys. ¶ Qui circa hæc plura conscribit, quorum oppositum ex præhabitis innotescit. Nam (ut patuit supra) dicit corpora primorum parentũ, ac posterorũ: non eẽ ex elementis constãtia, & hic scribit, ꝙ in paradiso innocentiæ statu potuissent corrumpi paulatim, non tamen fuissent corrupta: quoniam añ tempus corruptionis fuissent in paradisũ cælestem translata, nec oẽs fuissent simul translati. alioquin præcedẽtes diutius, valde excessissent posteriores in maritis. Verum de his infra magis dicetur. **Innocẽtię status mortẽ non admittebat.** Certũ uerò censetur, ꝙ una pars unũve membrorum seu organũ, non agit corruptiue in aliud directè, nisi p̄ qualitatem cõtrariã. Probabilius itẽ vr̃, ꝙ durante innocentiæ statu, hõ non potuit mori, q̃ ꝙ tunc potuit mori, loquendo de statu illo formaliter. alioquin posset potentia illa poni in esse, sicq; sequeretur, ꝙ durante statu illo, ista inconueniens non fuisset, Adam innocens moritur.

Durandus ¶ Postremo, Durandus hic ait, ꝙ in statu innocentiæ non fuisset passio aliqua sensitiui perceptibilisve doloris ex p̄ceptione læsiui, sed bene abiectio alicuius conuenientis ẽm naturam, vc3 deperditio, ad cuius instaurationẽ alimento indiguisset. Veruntñ, quod ita abijcit̃, non est prorsus inconueniens ipsi naturæ ẽm dispositionẽ quã habet in ipsa abiectione. tũc. n. paulatim indispositũ factũ ẽ, corruptioniq; proximũ. **Alexãder.** ¶ Verũtñ de somno hoĩnũ in statu innocentiæ aliter à prætactis sentiens Alexander: Cibus, inq̃t, quo usi fuissent, naturæ eorũ valde naturalis, ac cõsonus extitisset, quo & prorsus temperatè, ac modicè extitissent utentes. uirtus quoq; digestiua erat valida valde, ita, ꝙ non requirebatur reuocatio exterioris caloris. idcirco non ascendissent fumositates somnum causantes Fumositates namque, quæ somnum causant, sunt grossæ, ac multæ, non modicæ, ac subtiles. Hæc Alexander.

QVAESTIO III.

Immortalitas innocẽtię gratuita erat nõ naturalis. Consequenter hic quæritur, *vtrum immortalitas & impassibilitas iam præfatæ conuenerunt homini in statu innocentiæ ex sua natura.* ¶ Ad quod ex iam dictis patet rñsio, ꝙ utiq; sup̄ naturaliter, & ex dono gratiæ inerant, atque collatæ fuerunt homini ex elemẽtis ẽm corpus cõposito. cuius multiplici corruptibilitati, defectuositatiq; naturali per multiplicia dei bñficia gratiosa prouidebat̃, sicut expressum est. **Immortalitati btõrũ innocẽtię cedit immortalitas** ¶ Quærit̃ quoq; hic, utrũ immortalitas illa fuit eadẽ cũ immortalitate corporũ glorificatorũ. Ad qd' itẽ ex p̃inductis habet̃ rñsio, ꝙ non nec erat dos, nec ita perfecta, nec oẽm mortalitatẽ excludens, sicut ĩmortalitas corporũ beatorũ, nec fuit donũ gloriæ cõsummatæ, ut erit dos immortalitatis, sed innocentiæ, & gr̃æ nondũ cõpletæ. **Alexãder.** ¶ Verũ pleniùs p̄sequendo Alexander rñdet: Quidã dixerunt, ꝙ immortalitas in primo hoĩe fuerit à natura, quia ex sua natura habuit aptitudinẽ ad immortalitatẽ: quidã, ꝙ ex gr̃a: qa ex dono grauito habuit cõplexionẽ, queãdmodũ hõ ex sua natura est beatificabilis, sed non nisi per gratiã consequit̃ beatitudinẽ. **Hoĩs triplex est status.** Sed aduertẽdũ, ꝙ triplex est hoĩs status, secũdũ Hugonẽ Primus innocentiæ, in quo poterat prim° hõ peccare, & nõ peccare, similiter mori, & nõ mori. Scd'us est status naturæ lapsæ, in quo homo potuit peccare, & non potuit nõ peccare: similiter poterat mori, & nõ potuit non mori. tertius est status gloriæ, in quo poterat non peccare, & non poterit peccare: similiter poterit nõ mori, nec poterit mori. Cõformiter triplex est gratia, puta perfecta, & a perfecta. Et imperfecta est duplex, Vna gratia gratis data, q̃ respectu gratiæ gratum facientis est imperfecta. similiter gratia gratũfaciens, imperfecta ẽt respectu gratiæ cõsummatæ, seu gloriæ, quæ tollit miseriam culpę, & pęnæ. Nam gratia gratum faciens tantum aufert miseriam culpæ. Immortalitas igitur primi status, seu possibilitas nõ moriendi, fuit à gratia gratis data, non à gratia gratificãte. immortalitas uerò secundi status, quæ est potestas nõ moriendi spiritualiter, est à gratia gratum faciẽtẽ. immortalitas aũt terria, est à plenitudine gloriæ, quæ est gratia consummata. Hæc Alexander.

¶ Qui in super scribit: Aliqui dicunt, ꝙ eadẽ secundum rem fuit potentia mortalitatis, & immortalitatis, differens secundum maiorem appropinquationem ad actum suũ, ac finẽ. sicq; potentia, quę primo fuit moriendi, & non moriendi indeterminate, postea determinata est ad unum, puta ad mortem: atque hæc eadem per meritum gratiæ, ac per præmiũ superueniętis gloriæ, determinatur ad uiuendũ beatifice. Sic ergo immortalitas innocentię, & immortalitas gloriæ, est eadem potentia in re: nõ aũt sũt idem, prout habitum dicunt, quia quod additur potentiæ in uia, realiter differt ab eo, quod additur ei in patria. Hæc Alexander.

T. Aq̃nas. ¶ Hinc Thomas: Immortalitas, inquit, dicit potentiam ad semper uiuendum, & non moriendum. quæ immortalitas duplicitur põt considerari. Primò, quantum ad potentiam inconpletam, ac naturalem. & ita est eadem. sicut, & ipsa natura. secũdo, quantum ad munus gr̃ę, quod formale est complementũ illius potentiæ, & ita diuersæ sunt. Hæc Thomas in Scripto. **Antisiod.** Veruntñ Antisiodorensis in Sũma sua lib. 2. defendit, & dicit, ꝙ non fuit potentia eadem: qa potentia moriendi nunquam fuit in Adam potentia naruralis sed potentia moriendi fuit in eo potentia innaturalis. Item mori est pura priuatio, ergo potentia moriendi non est aliquid positiuũ, sed potentia mõ moriendi, est, qd' positiuum. vc3 potentia semper uiuendi. Nõ ergo sunt idem. Nec sequitur, eadem est potentia currendi, & non currendi: ergo eadẽ est potentia moriendi, & non moriendi: quia liberum arbitrium cuius actus in hoĩe est currere, habet se ad utrumlibet. mori aũt non est actus liberi arbitrij, sed naturę corruptæ. Hæc Antisiodorensis. **Dionysius** ¶ Veruntñ in primis parentibus in statu illo, mori, & non mori ex libero pendebat arbitrio originaliter, & añ ruinam, sicut peccare, & non peccare. **Petrus.** ¶ At uerò Petrus: Ad actum, asserit, felicitatis, & immortalitatis in statu gloriæ, inest homini aptitudo à natura: dispositio autẽ remota, à gratia gratis data dispositio verò propinqua à gratia gratũ faciente, & complementum à forma, seu habitu gloriæ. Conformiter ad actum felicitatis, & immortalitatis in statu innocentiæ, inerat primis parentibus aptitudo à natura cõplexionis, dispositio remota ab esu omnium lignorum communi dispositio propinqua ab esu ligni uitæ complemẽtum à gratia innocentiæ. **Corruptio corpis sit a quatuor.** Nempe in corpore nostro ex quatuor causat̃ corruptio. Primum est inęqualitas conplexionis. Secundũ, paulatiua defectio humidi radicalis, quæ restauratur per humidũ nutrimentale. Tertium est debilitatio calidi naturalis, ex cõsumptione humidi radicalis, & admixtione extranei humidi nutrimẽtalis, sicut, & virtus uini ex aquæ admixtione. Quartum est inclinatio elemẽtorum cõtrariorũ ad oppositas regiones. Cõtra primum istorum, inerat primis parentibus p̄cipua cõplexionis æqualitas: contra secundum, refectio ex cibis diuersis: contra tertium, esus ex ligno uitę: contra quartum, gratia innocentiæ, id est, originalis iustitia: qua sicut ratio subdita fuit Deo, sic corpus animæ: cuius gubernatio plùs valebat in cõseruando, quàm elementorum inclinatio in dissoluẽdo Hæc Petrus, quæ & pleniùs sunt in Thoma.

¶ Scriptura autem Bonauenturæ ad hæc, tã Thomæ, quàm Petri includunt, continẽtq; responsa.

A De modo procreationis filiorum, si non peccassent primi parentes, & quales nascerentur filij. Distinctio. XX.

Opinio quorundā falsa.

POst hæc videndū est qualiter primi parentes, si nō peccassent, filios pcreas-
sent,& quales ipsi filij nascerent. Quidā putāt ad gignendos filios primos
hoīnes in paradiso misceri non potuisse nisi post peccatū, dicentes cōcu-
bitū sine corruptiōe uel macula nō posse fieri. Sed añ pctm̄, nec corruptio
nec macula in hoīe esse potterat, qm̄ ex pctō hæc cōsequuta sūt. Ad qđ di-
cēdū ē, φ si nō peccasset primi hoīes, sine oī pctō,& macula in paradiso carnali copula
cōuenisset:& eēt ibi thorus immaculat⁹, & cōmixtio sine cōcupiscētia: atq; genitali-
bus mēbris sicut cæteris īperarēt, ut ibi nullū motū illicitū sentirent:& sicut alia mem
bra corporis alijs admouemus, ut manū ori sine ardore libidinis, ita genitalib⁹ uterent
mēbri sine aliquo pruritu carnis. Hæc n. lætalis ægritudo mēbris humanis ex pctō inhæ
sit. Genuisset itaq; filios ī paradiso p coitū īmaculatū, & sine corruptione. Vñ Augusti
nus sup Gensī: Cur non credamus primos hoīnes ante pctm̄ genitalibus mēbris ad p-
creationē īperasse potuisse, sicut cæteris in quolibet opere sine uoluptatis pruritu *utū
tur: Incredibile.n. nō est, Deū talia fecisse illa corpora, ut si nō peccasset, illis mēbris si-
cut pedibus īperarēt: nec cū ardore seminarēt, uel cū dolore parēte: sed post pctm̄ motū
illū illicitū meruerūt, quē nuptiæ ordināt, continētia cohibet. Infirmitas.n. pna in
ruinā turpitudinis, excipit honestate nuptiali:& qđ sanis est officium, ægrotis est reme
dium. Emissi qdē de paradiso, conuenerunt, & generunt: sed potuerunt in paradiso eis
B eē nuptiæ honorabiles,& thor⁹ īmaculatus, sine ardore libidinis,& sine labore pariēdi.

Rñsio cōtra illorū opinionē. — Heb. 13. — Au. sup Genesū. li. 9. ca. 6. — * utim

Quare in paradiso non coierunt, duobus modis soluit.

Au li 9 su per Gñsim cap 7 — Au. li 9 su per Gñsim cap 3. — Au li. 9. su per Gñsim cap 4.

Cur ergo nō coierūt ī paradiso? Quia creata muliere, mox trāsgressio facta est, & eie
cti sūt de paradiso. Vel qa nondū Deus iusserat ut coirent, & poterat diuina expectari
auctoritas, vbi concupiscentia non angebat. Deus verò non iusserat, qa casū eorū præ
sciebat, de qbus homo ppagādus erat. Ecce expressè habes de mō ppagationis filiorū.

C De termino illius inferioris uitæ, utrum natis filijs per successiones, an simul omnes transferendi essent.

De termino uerò tpis, quo transferrentur ad spiritualem, cælestemq; uitā, certū ali-
quid scriptura non tradit. Et iō ambiguum est utrum * parentes genitis filijs, pfectaq;
humani officij iustitia, ad meliorem statū transferent: non p mortem, sed p aliquā mu-
tationē: an patres in aliquo statu uitæ remanerentur, ligno uitæ vtētes, donec filij ad eū
dē statum puenirent:& sic īpleto numero, oēs simul ad meliora trāsferrentur, ut essent
sicut sancti angeli in cælis. De quo Augustinus ambiguè differit, sup Genesī ita inqens:
Potuerunt primi hoīnes in paradiso filios gignere, non ut morientibus patribus succe-
derent filii, sed in aliquo formæ statu manētibus, & de ligno uitæ uigorē sumentib⁹: &
filii ad eundē pducerent statum, donec īpleto numero, sine morte animalia corpora
in aliā qualitatem trāsirent, in qua oīno regenti spiritui deseruirent, & solo spiritu viui
ficāte, sine corporeis alimentis uiuerēt. Vel potuerūt parētes filiis cedere, ut p successio
nes numer⁹ īpleret. Qui genitis filiis, pfectaq; humani officii iustitia, ad meliora trāsfer
rent, nō p mortē, sed p aliquā mutationē. Ecce hic habemus de transitu hoīnis ad me-
liora, sed incertum nobis relinquitur, utrum simul transferretur, an per successiones.

* patr — Au. li. 9. su per Gñsim cap. 6. — Au. li 9 su per Gñsim cap. 3.

D Quales procrearent filios, utrum perfectionem staturæ, & usum membrorum habentes, qualis homo primus fuit conditus.

Si uerò quæritur, quales, si non peccasset homo, filios genuisset: utrum vcʒ sicut ipse
primus homo sm̄ staturā corporis, & usum membrorum perfectus mox conditus ex-
titit, ita etiā eius filii in ipso natiuitatis exordio pfecti existerent, qui ambulare, & lo-
qui,& cuncta facere possent. Responderi potest, φ filios paruulos nasci oporrebat, pp
materni uteri necessitatem: sed utrum mox nati, perfectionem staturæ, & mēbrorum
usum haberent, an paruuli,& in minori ætate constituti, uti possent membrorum offi
ciis: an p interualla temporum eo modo, quo nunc fit, perfectionem staturæ, & usum
membrorum recepturi essent, ab auctoribus diffinitum non habemus.

E Ambigua Augustini uerba ponit, vbi tamen videtur innuere, quòd filij, & paruuli possent membrorum uti officijs.

Et super hoc Augustinus ambiguè loquitur. Mouet nos inquit, si primi hoīnes non
peccas-

peccassent, vtrum tales filios essent habituri, qui nec lingua, nec manibus, nec pedibus
uterentur. Nam propter vteri necessitatem forte necessè erat paruulos nasci sed quam
uis exigua pars corporis sit costa, non propter hoc paruulam virò coniugem fecit. Vñ
& eius filios poterat omnipotentia creatoris mox natos grandes facere. Sed ut hoc o-
mittam, poterat certè eis præstare, quod multis animalibus præstitit, quorum pulli
quamuis sint paruuli, tamen mox ut nascuntur, currunt,& matrem sequuntur. E con-
tra homini nato, nec ad incessum pedes idonei sunt, nec manus saltem ad scalpendū
habiles:& iuxta se mammis positis, nascentes magis possunt esurientes flere, quàm su-
gere. propriequе infirmitati mentis congruit hæc infirmitas carnis. His uerbis uide-
tur insinuari, quòd filij etiam paruuli officij membrorum valerent uti.

F Quibusdā non absurdè placuit, quòd filij parui nascerētur: & per accessum temporis in statura, & in alijs sicut nunc proficerent, quod non esset uitio impudandum,

Sed cum Augustinus sub assertione de his nihil tradat, non irrationabiliter qbusdā
placuit, primorum parentū filios nascituros paruos: ac deinde per interualla tēporum
eadē lege, qua & nunc, natiuitatem humanam ordinatā cernimus staturæ incremētū
& membrorum usū recepturos: ut in illis expectaretur ætas ad ambulādū, & loquen-
dum, sicut modo in nobis: φ utiq; non esset vitio imputandū, sed cōditioni naturæ: si-
cut à cibo abstinere penit⁹ nō valebāt: nec tñ illud erat ex uitio, sed ex natura cōditiōis.

G Oppositio quorundam volentium probare eos posse uiuere sine alimonia.

Adhoc aūt opponitur ita: Si non peccarent, non morerent: sed non peccarent, si nō
comederent. poterant igitur sine alimonia viuere. Cæterū sicut supra diximus, non so-
lū peccarent, si de ligno uetito ederent, sed etiā si concessis nō uterentur: qa sicut erat
eis pceptum non illo ligno * uti, ita alijs uesci. Præterea contra naturalem rōnem face-
rent, qua intelligebant de illis esse edendū, qđ & naturaliter appetebant. Item opponi-
tur: Cū fames sit pęna peccati, si nō peccarent, famem non sentirent: sed siue fame sup
fluum uideretur comedere. Vñ putauit qdā eos cibis non indiguisse ante peccatū, qa
non poterant esurire si non peccassent. Ad quod dici potest, φ fames uerè defectus est
& pęna peccati. Est.n. īmoderatus apperitus edendi, cui non subiacuisset homo si non
peccasset: sed pculdubio peccaret, nisi hūc defectū cibo pueniret. Habebat.n. naturalē
appetitum,& moderatū, cui ita satisfaciēdum erat, ne defectum famis sentiret. Sicut er
go non ex uitio, sed ex naturæ cōditione erat, φ ante peccatū homo cibis īdigebat: ita
ex uitio esset, sed de natura, si hoīnis conditio in principio suo. i. in primo parente à p-
fecto inchoata, in subsequenti ppagatione à modico ad maiora pficeret, ut scilicet per
interualla temporis staturæ corporeæ incrementum, vsumq; membrorum susciperet.

* uosci — Alia oppositio circa idem. — Responsio

H Vtrum sicut statura corporis, ita etiam sensu mentis paruuli nascerētur: & per accessum temporis proficerent in sensu, et notitia ueritatis, an mox nati in his essent perfecti

Et cū de corpore hūano non sit absurdum vel inconueniens hoc existimare, qđ di-
ximus, q̄ri solet, utrum de sensu aīæ, & cognitione veritatis eodem mō sentiendū sit:
vt. s. hi, q sine pctō nascerentur, sensu,& intelligentia mentis pīerfecti existerent, & per
accessum tpis in his proficerent usq; ad perfectionem, an mox conditi perfectionem
sensus,& cognitionis perciperent. Illi, qui sentiunt paruulos natos in staura corporis,
& vsu membrorum per accessum temporis profecturos, non diffitentur eosdem in
exordio natiuitatis sensu imperfectos existere,& per interuallum temporis in sensu,&
cognitione perficere usque ad perfectum.

Respōsio.

Contra illorum sententiam opponunt quidam.

I Ad qđ quidam opponunt, dicentes: Si mox nati non haberent pfectionem sensus,&
intelligentiæ, ignorantia in eis eēt: ignorantia autē peccati est pęna. Sed q hoc dicunt,
non satis diligenter considerāt, qa non oīs, q aliquid nescit, uel minus pfectè aliquid
scit, statim ignorantiā habere siuè in ignorantia esse dicendus est: qa ignorātia non dr̄
nisi cum id, quod sciri,& non ignorari debet, nescitur. Talisq; ignorantia pæna pecca-
ti est cum mens uitio obscuratur, ne cognoscere ualeat ea, quæ scire deberet.

Respōsio. — Quō ignorātia dr̄ eē in aliquo.

De hominis translatione in meliorem statum, et de duobus bonis, altero hic dato, altero promisso.

Hugo de sacra li. 1. parte 2. c. 6.

Talis erat hominis institutio ante peccatum secundum corporis conditionem . De hoc autem statu transferendus erant cũ uniuersa posteritate sua ad meliorem, dignioremq; statum, vbi cælesti , & æterno bono in cælis sibi parato frueretur . Sicut.n. ex duplici natura compactus est homo, ita illi duo bona conditor à principio pręparanit : unum temporale, alterum æternum: vnum uisibile, alterum inuisibile: vnum carni, alterum spiritui. Et quia primum est, ꝙ est animale, deinde, ꝙ est spirituale, tẽporale , ac uisibile bonum prius dedit, inuisibile autem , & æternum promisit , & meritis quærendum proposuit. Ad illius aũt custodiam, ꝙ dederat , & ad illud promerendum , ꝙ promisserat, naturali ratione in creatione animæ hominis inditæ , qua poterat inter bonum , & malum discernere , præceptum addidit obedientiæ , per cuius obseruantiam datum non perderet, & promissum obtineret, ut per meritum ueniret ad præmium .

1 Cor. 15.

Summa distinctionis 20.

DE terminato in præcedẽti distinctione quales fuerunt primi parentes secundum corpus , & aĩam in statu innocentiæ , nunc inquirit an, & qualiter genuissent in statu illo, quales etiam proles pro creassent. Et primò ostendit, ꝙ qui ꝑ coitũ genuissent, tñ sine inordinata libidine, & peccato. Scd'ò, cur in paradiso ante culpam non conuenerunt . Tertiò quærit, an successiuè fuissent translati ad gloriam, an simul: ad quod non datur certa responsio . Quartò tractat , quales fuissent paruuli mox nati, quantum ad membrorũ , teneritudinem, aut soliditatem , & vsum, ac corporis quantitatem, figuram, & incrementum. Quintò declarat, quemadmodum hoĩ ex corpore, & anima rationali composito, duplicem Deus paradisum parauit, puta terrestrem, corporeum, atque cælestem , perpetuum, spiritalem.

QVAESTIO .I.

HIc quæritur primò, *an homines fuissent in paradiso multiplicati per generationem carnalẽ stãte in eis originali iustitia, seu innocentiæ statu* . ¶ Vide-

Arguitur primò contra ueritatem.

tur, ꝙ non, quia nil verecundum, & indecens, ac ce-
landum tunc fuisset, sed coitus oĩs etiam ille, qui si-
ne peccato est, verecundiam habet, nec sine indecẽ
2 tia publicè exhibetur . Secundò , in illo statu nulla
fuisset corruptio: ergo, nec uirginitatis amissio, quę
tñ per coitum necessariò perditur. Terciò, nil immũ
3 dum, maculosum, aut turpe fuisset in paradiso, sed
in omni concubitu immunditia, turpitudo, seu ma-
4 cula quædam consistit. Quartò, secundum physicos
semen est superfluum alimenti. tunc autem nõ fuis-
5 set tale superfluum . Quintò, si fuisset ibi corpora-
lis commixtio , ergo, & talis superfluitatum ege-
stio, siue emissio. quod indecens tali statui extitisset.
6 Sextò, delectatio talis commixionis à spiritali dele-
ctatione, & contemplatione abducit, imò , & rati-
onem absorbet: ergo in uita illa tam spiritali locũ
7 non habuisset. Septimò, sanctorum quorundam, ac
præcipuorum doctorum auctoritates sic sentire vi-
dentur, vt Gregorij Nyseni. & Damasceni . ¶ In op-

In oppositum.

positum est, ꝙ in litera ex Augustino inducitur, imò & scriptura Genesis 1. quo legitur, Crescite, & multiplicamini , & replete terram, quod sine generatione carnali non agitur. ¶ Circa hæc in Summa, sua scribit Antisiodorensis lib. 2. Postquam dominus posuit hominem in paradiso, dedit ei triplex præceptũ naturæ, & quoddam disciplinæ. Præceptum naturę extitit triplex. unum pertinens ad sui sustentationẽ , ut illud: Ex oĩ ligno paradisi comede. Scd'm, spectãs ad multiplicationem gñis humani, ut illud: Crescite, & multiplicamini. Tertium, ad dilectionẽ dei , & proximi. Fuisset ergo in statu innocentiæ status matrimonij, prout est naturę officium: quia de hoc fuit añ transgressionem mãdati, propagationemq; sobolis, datũ præceptum. Si ergo q̃ratur, an Eua tunc peperisset sine fractione, seu coruptione uirginalis si-

Antisiod.

Pceptũ naturę triplex primò datum ẽ homini.

gnaculi, rñdemus, quia si uerbũ frangendi importet uiolentiam, sic sine fractione cõcepisset, ac peperisset, si uero importet separationẽ dũtaxat, potuit mẽbrũ illud frangi sine pęna , & tñ à menbro naturali ad hoc deputato, quemadmodũ adamas frangi põt sanguine hircino tñ. sicq; Eua post copulã nõ mãsisset uirgo, tũ quia fracta, tũ qñ cognita, quorũ neutrũ fuit in uirgine gloriosa. ¶ Præterea q̃ri põt, an in statu innocentiæ locũ habuisset distinctio triplicis fructus, vc3 fructus cẽtesimi spectantis ad uirgines, fructus sexagesimi ꝑtinentis ad uiduas, fructus tricesimi cõcernentis cõiugatos. dicendũ, ꝙ nõ, q̃a tũc fuit matrimoniũ in ꝓcepto, & ad officiũ, nõ in remediũ: post pctm̃ uerò fuit in officiũ, atq; remediũ, ꝓsertim tꝑe patriarcharũ, dũ rarus fuit populus dei. iõ cęlibatus sanctis Iohãnis baptistæ non ꝓfert̃ coniugio Abraæ. mõ aũt matrimoniũ magis est ad remediũ, & in permissione, non in præcepto: quia ubique multiplicatus est populus Dei . Hæc Antisiodorensis.

Virgini tis nul meriti gaiu paradi fuisset

Albertus

¶ Præterea Albertus: Bñ, inquit, dixerunt antiq̃ doctores Præpositiuus, & Antisiodorensis, triplicẽ esse corruptionẽ, vc3 continuitatis, fœditatis, ac puritatis. Corruptio continuitatis cõsistit in diuisione cõtinui. corruptio fœditatis est in pruritu con cupiscẽtiæ, atq; libidinis, q̃ mentem fœdat, & carnẽ, in qua rõ sub delectatione descendit. corruptio puritatis est in suceptione alienæ naturæ, sicut dũ aurum miscetur argento. Si ergo Eua tũc conuenisset cũ Adã, non incurrisset duas primas corruptiones , Semen quippe resolutũ à masculo, additum genitali fœminę, mox uirtute matricis tractum fuisset in locũ cõceptionis, & ibi unitum sanguini fœmicæ, sicut coagulũ lacti, uaporabiliturque diffusum in fœminæ sãguinẽ: & sic perfecisset conceptũ, dum semẽ masculi undiq; conꝓhendisset sanguinẽ fęminæ, queadmodũ spũs formatiuus undiq; cõpræhẽdit illud, ꝙ format, Sic nãq;, ut Aristoteles ꝓtestat̃, uirtutes distinctorum sexuũ maris, & fęminæ uniuntur in conceptu, sicut uirtus galli, & gallinę in ouo. Verũtñ Eua incurrisset corruptionẽ puritatis , qñ cõcepisset ex semine alterius sibi ꝑmixto. Hinc in lib. de Ciuit. dei loquitur Augustinus : Credẽdũ est ita tunc potuisse vtero coniugis salua integritate fœminei genitalis uirile semẽ immitti, sicut nũc põt eadẽ ĩtegritate salua ex utero uirginis cuiuscunq; emitti cruoris menstrui fluxus. Eadẽ via q̃ppe illud iniicit, & istud emittit. Hæc Albertus. ¶ Qui ẽt q̃rit hic, utrũ Eua in statu illo fuisset sine grauitate , atq; grauamine greuida, & an peperisset sine dolore. ¶ Ad primũ rñdet. Quędã est grauitas oneris, tm̃, sic fuisset grauida grauitate. Alia est grauitas grauans, seu pœnam inducen s, nec sic grauida extitisset . ¶ Ad secundum respondet , quòd sine dolore fuisset puerpera , quoniam Augustinus apertè hoc asserit , cui contradicere impium est in his, quæ tangunt fidem, & mores Viæ

Corruptio triplex

Philos.

August.

August.

qouq;

Eua peperisset in paradiso sine dolore.

quoq; exitus in statu illo apertę fuissent sine dolore, & laceratione per solã extensionẽ, & laxationẽ. Hæc Albertus. ¶ In libro quoq; hoĩe: Generare, ait, potuerunt per concubitũ ante peccatum & c. vt supra. Auctoritates verò, quæ in oppositũ allegantur, opinatiuè loquuntur sub sententijs aliorũ, vt quod ait Damascenus, ꝙ Deus alio modo genus multiplicasset humanũ, si homo in innocẽtia perstitisset Augustinus quoq; in libro de bono coniugali, Concubitus non nisi mortaliũ corporum esse põt. Et rursus ibidẽ, Sine coeundi amplexu, aliquo alio modo hõ esset filios habiturus ex omnipotentissimi semine creatoris, q̃ potuit & primos parentes sine parẽtibus cõdere, Christiq; carnẽ de vtero virginali formare: atque vt quasi infidelibus loquar, qui potuit apibus sine concubitu prolem dare Hæc Albertus .

Damasce.

August.

Dionysi.

In cuius verbis mirũ apparet, ꝙ refert Præpositiuũ, & Antisiodorẽsem dixisse ꝙ genuisset in statu innocẽtię sine corruptione cõtinuitatis, cũ ex rñsione Antisiodorẽsis in Sũma iã introducta habeat̃ oppositũ. Aug. etiã super genesim euidẽter insinuat, ꝙ corporaliter genuissent, prout in litera continetur.

Albertus.

¶ Amplius in libro suo de hoĩe scribit Albertus , quod cibus à primis parentibus sumptus nõ fuisset eis in statu innocẽtiæ incorporatus nisi virtualiter, nõ substãtialiter. imò ꝙ substantialiter fuisset emissus per egestiones, & euaporationes per poros occultos, ac manifestos. Incrementũ verò corporũ filiorum eorũ, factũ fuisset ex multiplicatione corporalis substantiæ in seipsa , quẽ admodũ multiplicati fuerunt quinq; panes ad satietatẽ quinq; milliũ hominũ. Semen itẽ gñationis tũc sẽmptũ fuisset de humido radicali, nõ nutrimẽtali: quod q̃a multiplicatũ fuisset virtute cibi, suffecisset ad consistentiã corporis, & ad ꝓpagationem gñationis. Hæc Albertus.

Dionysi.

¶ Quorũ tñ ꝯrium multi tenẽt, in infra patebit. nec Albertus assertiuè, sed potius opinãter hęc scribit .

Th. Aqui.

¶ At vero Thomas: Per pctm̃, inquit, natura speciei variata non est. hinc q̃cunq; ad perfectionẽ humanæ pertinent speciei, hoĩ in statu innocẽtiæ cõuenissent. In oĩbus verò per naturam gñabilibus, & corruptibilibus, ad perfectionẽ id ꝑtinent, vt vnũquodq; valeat ꝓducere alterũ tale quale est ipsum, vt dr̃ 4. meteororũ. idcirco oportet in humana natura aliquẽ ponere statũ naturalis ꝓpagationis, quãuis nunq̃ peccasset. Ad quãlibet demum gñationem oportet duo ꝯcurrere, s. agẽs quod formã inducit, & patiens, quod ꝓbet materiã. hinc ad gñationẽ huiusmodi req̃rit̃ coniunctio maris, ac fœminæ. Mas nãq; se habet vt agens, & formã inducens, fœmina vt patiens, materiãq; ministrans. Ad virginitatis verò perfectionẽ duo cõcurrunt, q̃ sunt integritas carnis, atq; integritas mẽtis. quarũ prima est virginitati essentialior, alia honorabilior. In oĩ ergo concubitu virginitas soluit̃, quantũ ad carnis integritatẽ. etiã in primo statu ita fuisset. Sed mentis integritatẽ cõtingit solui dupliciter. primò, quantũ ad habitũ. sicq; amittit̃ per illicitũ coitũ, quo castitas tollitur. secundò, quantũ ad actũ. & ita post pctm̃ perdit̃ ẽt per concubitũ matrimonialẽ, qñ per vehementiã delectationis rõ absorbet̃. Porrò in primo statu neutro mõ fuisset soluta integritas mẽtis, sed solũ integritas carnis, cui ꝓponderat fœcunditas ꝓlis sciendũ quoq; ꝙ quædã sunt supfluitatis , q̃ attestantur naturę defectus, sicut putredines & sudores, q̃ in statu innocentiæ non fuissent. q̃dã verò superfluitates perfectionẽ naturæ ostẽdunt, vt semẽ, & egestiones quæ ꝭm cursum naturæ tanto meliùs fiunt, quanto natura extat robustior. ꝓp quod ad virtutẽ expulsi-

Philosop.

virginitas duo includit.

Mentis integritas dupliciter soluitur.

uã naturalẽ reducunt̃, hinc in primo statu fuissent, tñ absq; fœditate oĩno . Hæc Thomas in S. r pto.

¶ In Sũma itẽ, q̃õne 98. Hõ inquit, secundum suã naturã constitutus est quasi quoddam mediũ inter incorruptibiles, & corruptibiles creaturas: q̃a ꝭm aĩam incorruptibilis, corruptibilis verò ꝭm carnẽ, intentio autẽ naturæ aliter fert̃, ad incorruptibiles creaturas, q̃ ad corruptibiles: q̃a quod sp est, atque perpetuũ, est per se de intẽtione naturæ. quod verò ad certũ tp̃s corruptibiliter est, nõ vr̃ principaliter à natura intentũ, sed potius ordinatũ ad illud. alioq̃n eo corrupto, frustraret̃, naturæ intentio. cũq; in corruptibilibus nihil sit perpetuũ, nisi species, bonũ naturæ est de principali naturæ intẽtione, ad cuius cõseruationẽ, & multiplicationẽ natura in inferioribus ordinat̃, ac tendit. Substãtiæ verò incorruptibiles, quo ad se, indiuidualeq; esse, sunt de principali naturæ intẽtione. Hinc homini quantũ ad corpus suũ, gñatio conuenit. Hinc in exordio statuit Deus genus humanũ per gñationem multiplicari debere. Et q̃uis corpus humanũ stãte innocẽtiæ statu incorruptibile extitisset , hoc tñ ex supernaturali bñficio fuit. Nã ex sua natura corruptibile erat. ideo subtrahendũ ei non erat, ꝙ naturaliter cõpetit ei. Quãuis etiã poterat conseruari species humana in statu primo sine gñatione, non tñ sine ea quiuit naturaliter multiplicari. Nihilominus, q̃dã antiqui doctores, vt Damascenus lib 2. Gregoriusq; Nysenus in lib. suo de hoĩe, cõsiderantes concupiscentiæ fœditatẽ, dixerunt, ꝙ hoĩe non peccãte, multiplicatũ fuisset genus humanũ non per gñationẽ, sed eo mõ quo angeli per oĩpotentiã Dei. Concreauit tñ Deus primis parẽtibus diuersum sexũ , & mẽbra gñationi deseruientia, q̃a futurũ eorũ casum ꝓuidit. Si autẽ obijciatur, ꝙ in statu innocẽtiæ nulla fuisset corruptio, sed per coitũ integritas corrũpit̃ virginalis: dicendũ ꝙ iuxta Augustinũ 14. de ciuit. Dei, nulla corruptione integritatis infunderet̃ vxori semẽ mariti & c. vt supra in hac q̃õne. In illo ẽtiã statu voluptas rõne moderata fuisset, nec rõnis exercitia impediuisset , vt mõ: non q̃a tunc minor fuisset, vt aliq̃ opinantur, imò tãto maior delectatio tunc fuisset in coitu, quãto natura purior tũc fuisset, atque viuacior, & corpus magis sensibile. sed cõcupiscibilis nõ ita inordinatè se effudisset sup delectationẽ rõne moderatã, ad quã nõ pertinet vt sit delectatio minor in sensu, sed vt vis cõcupiscibilis nõ immoderatè delectationi inhæreat. Et dico immoderatè, ꝓp rõnis mensurã: queadmodũ in cibo non minorẽ delectationẽ sobrius sentit, q̃ gulosus, sed in delectatione hmõi cõcupiscibilis sua minus q̃escit. Et hoc sonãt verba Augustini, q̃ à statu innocẽtiæ delectationis magnitudinẽ nõ excludit, sed ardorẽ libidinis, & inq̃etudinẽ aĩ. Hinc cõtinentia in statu innocẽtiæ nõ fuisset laudabilis, q̃ mõ laudat̃, non q̃a fœcunditas mala, sed ꝓp remotionẽ inordinatæ libidinis. In paradiso demũ nõ coierunt , vel qñ muliere formata paulo post de paradiso ob suã trãsgressionem eiecti sunt, vel q̃a expectabat̃ auctoritas , seu iussio Dei, q̃tũ ad tp̃s cõmixtionis, vt 9. sup Genesim loq̃tur August. Hæc Thomas. ¶ Quocirca pẽsandũ ꝙ Thomas in Sũma fatet̃ cõmixtionẽ illã debuisse fuisse sine corporeę integritatis corruptione, cuius oppositum vr̃ in scripto sensisse, vt patuit. ¶ Cõcordat Petrus. Qui in sup scisciat̃, an vir & mulier vnq̃ã cõuenissent in innocẽtæ statu, nisi desiderio ꝓlis & vtrũ quolibet coitu fuisset cõceptio. Rñdet, In statu innocẽtiæ vires inferiores fuerũt subiectæ supioribus, tã ꝓp rectum ordinem hoĩs in seipso, q̃ hoĩs quo ad Deum:

Art. 1.

Damasce. Gre. Nys.

Obiectio.

Dilutio.

Diony.

Petrus.

attamen

attamen quædã vitium magis, quædam minus. Cũ .n. nutritiua pertineat ad naturã, & conseruationẽ ĩdiuidui, & natura ad se recurua est, ideo magis appetit conseruationẽ sui: hinc nutritiua magis operabatur per modũ naturę, generatiua verò ordinatur ad conseruationẽ speciei multiplicandæ in altero. hinc generatiua voluntati plus subdebat̃ propterea appetitus nutritiuæ poterat surgere, & oriri sine p̃uio rationis iudicio, nõ ante appetitus generatiuæ. porrò ratio recta semper ordinat actum ad debitũ finem, ideo nunquam nisi ad generandum conuenissent: nec in aliquo actu coniugali fuissent frustrati fine intento, videlicet prole. Hæc Petrus.

Cõmestionis delectatio consurgit ex tribus.

¶Qui etiã quærit hic, an maior fuisset delectatio in edendo, & coendo tunc, q̃ nunc. Rñdet, Intentio delectationis in comedendo, consurgit ex tribus, videlicet ex appetitu naturæ institutæ, ex appetit naturę destitutæ, & ex appetitu peccati. Et appetitu naturæ institutæ, appetitur cibus pp conseruationẽ à consumptione immoderata: sed ex natura destituta appetitur cibus cũ quadã anxietate propter reparationẽ consumptionis immoderatæ iã factæ, vt patet in appetitu famis. ex vitio autem appetitur propter delectationem gulæ. Similiter delectatio in coitu ex tribus intendit̃. Ex appetitu naturæ institutæ appetentis speciei conseruationẽ, ex appetitu naturę destitutæ appetẽtis superflui emissionem, ex appetitu vitij appetentis delectationem. Prima radix in paradiso maior fuisset, secũda & tertia ibi nõ extitissent. Vnde tũc maior fuisset delectatio naturalis, sed delectatio generaliter dicta, fuisset minor. Hæc idẽ.

Generationi unde sit annexa delectatio.

¶Qui & de integritatis amissione adiungit, Vtrũ esset ibi integritas carnis diuisio, dubiũ est. Quidam .n. dicunt, ꝙ non, & ꝙ in susceptione seminis, emissioneq; prolis fieret solum quædã neruorum dilatatio naturalis, sicut oris in comestione, non aliqua fractio. Alij verisimiliùs dicunt, ꝙ ibi fuisset naturalis, non violenta, nec pœnalis diuisio. Hæc Petrus.

Richar.

¶Idẽ Richardus, & addit: Aliqui dicunt, ꝙ quãuis, nec virtus generatiua, nec virtus cõcupiscibilis sint modo ita viuaces, & perfectæ, sicut in statu innocentiæ: tamen quia non ita possunt frenari à ratione in hoc statn sicut statu innocentiæ, intensiùs nunc delectantur: quẽadmodũ equus lasciuens celeriùs currit sine freno, q̃ dum freno regitur à sessore. De virginitatis quoq; amissione recitat duas p̃tactas opiniones, de quibus infra magis dicetur.

Bonauen.

¶Bonauentura quoq; consentit positioni ex Petro inductæ de hoc, an maior tunc fuisset delectatio in cõmixtione cõiugali, q̃ modo. Videtur etiam non bene intelligibile, ꝙ in muliere mansisset integritas carnis: Si, inquit, mulier integra permaneret, nũquam esset viri ad mulierem carnis commixtio. Hoc idem apparet Richardo, qui opinatur, quòd si mulier non corrumperetur carne in tali statu, vir ei semen infunderet solum ab extra, nec membrum eius introiret organum sexus fœminei.

Alexãder.

¶At verò Alexãder circa ista scribit diffusè, & tota rñsio Bonauenturæ quasi sub eadem forma verborũ ex Alexandro est sumpta, de hoc, an fuisset delectatio maior in statu primo in ipso cõiugali concubitu, q̃ sit modo. Circa quod scribit ꝙ non, sicut in Petri tangit̃ rñsione. De hoc verò, an Eua perdidisset virginitatẽ, si tunc cognita fuisset ab Adã, scribit prolixè, & satis obscurè, multiplici vtens distinctione. & tandẽ vr̃ concludere, ꝙ non amisisset virginalis signaculi integritatẽ per ipsius realem corruptionẽ: sed quo ad hoc, ꝙ non fuisset intacta vt ante, nec in ea puritate, qua priùs, admixto ei semine viri. Quærit insuper, an omnes genuissent, & rñdet, ꝙ imò communiter, quia præceptũ fuit parentibus primis, & posteris, Crescite & multiplicamini &c. Similiter post ruinam in statu legis, naturalis scriptæ continere non licuit, nisi ex dispensatione.

¶Amplius q̃rit, an tunc natæ fuissent tot fœmellæ, quot masculi. Et rñdet, De hac q̃stione diuersi diuersimodè sentiunt. quidã, ꝙ æqualis fuisset multiplicatio virorũ, ac mulierũ. quod patet ex parte finis, q̄a distinctio sexuũ esset pp multiplicationẽ generis humani, & impletionẽ numeri electorum, & multiplicatio illa ad oẽs spectaret, ₰m matrimonij legẽ, in qua vna esset tñ vnius, nullaq; fœmina viro careret, neq; vir aliq̄s muliere: oportuisset esse tot viros, quot mulieres, & econuerso. Alia rõ datur ex parte principij, q̄a cũ multæ sint rõnes, ꝙ vis generatiua variat̃ in actu & fructu gñationis, vna sumit̃ ex parte aĩæ. uis quippe gñatiua multũ conformat̃ accidentibus, & imaginationibus aĩæ, vt experimẽtaliter constat. vnde ex memoria delectationis gñatur pruritus, atq; ex forti imaginatione venerea fit resolutio seminis tã in somno, q̃ in vigilia. Vis quoque formatiua existens in semine, multũ iuuatur ab imaginatiua, vt Genesis 30. patet in ouibus Iacob, vbi fert̃ in Glossa: Nec mirũ hanc in conceptu fœminarũ esse naturã, vt qualem cõspexerint, aut mẽte conceperint in extremo voluptatis æstu, quo cõceperint sobolẽ, talem & pariant prolẽ, cũ hoc ipsum in equorum gregibus apud Hispanos dicat̃. Et Quintilianus idem fatet̃, excusando mulierem, quę Aethiopẽ peperit. Hippocrates etiã idem refert, defendendo matronã, quæ falsè de adulterio impetebatur, eo ꝙ puerum peperisset pulcherrimũ vtriq; parenti, generiq; dissimilẽ. Hortabatur etenim medicus ille scrutari, an in cubiculo vbi fęmina illa cõcepit, haberetur pictura huiusmodi, seu imago: & inuenerunt ꝙ imò. Istud autẽ plus potuit esse in statu naturę institutę, quia tunc aĩa plus dominabatur corpori suo: ideo parens volens masculũ procreare, volẽdo, & imaginãdo hoc ipsum, fortiùs impressisset, efficaciùsq; mouisset ad hoc. Hæc Alexander.

Generatiua uirtus, cur uarietur in actu & fructu.

Quintili.

Hipocra.

Bonau.

¶Hinc Bonauẽtura: Facile est, ait, rõnem assignare, cur in statu innocentiæ viri, & fœminæ nati fuissent in numero pari ex parte finis, sicut iã data est ratio. difficilè verò est hoc ex parte effectui principij. põt tamen inuestigari, descendẽdo ad principia sciæ naturalis, ac medicinæ, quarum vtraq; seruit theologiæ. Magna q̄ppe est q̃stio apud naturales, & medicos, cur nunc masculus, nunc fœmina generetur, cuius reddit̃ rõ triplex. Vna ex parte vasis suscipiẽtis. si nãq; suscipitur à parte dextra, dicũt masculũ gigni: q̄a in parte dextra magis abundat calor. Si in parte sinistra, gignit̃ mulier: q̃m ibi minor est calor. Secunda ex p̄te cõmixtionis, q̄a si semen viri p̃dominet̃, masculus generat̃: si semen fœminę, p̄ducit̃ fœmina. Tertia est ex parte seminis viri, ꝙ si fuerit vigorosum ex triplicis cõcursu caloris, ac spiritus in ipso existentis, fit fortior coagulatio, atq; cõplexio, gñaturq; masculus: sin autẽ, parit̃ fœmina. Veruntñ semẽ fœminæ, nunq̃ propriè p̃dominatur semini viri: quia ₰m philosophum, semẽ viri in omni gñatione tam maris, q̃ fœmellæ, est principaliter agens, ac mouens. dr̃ tñ semẽ mulieris prædominari, dũ semẽ viri ex sua debilitate trahit̃ ad cõformitatẽ seminis mulieris. Sunt, & aliæ causę cõferentes ad gñationẽ talis, aut talis fœtus, vt dispositio mẽbri genitalis, qualitas venti, & t̄pis, ac alimentorũ, atq; ex partæ aĩæ, vis aĩalis, & imaginatiua, ac imperatiua. Hæc Bonauẽtura, q̃ ista diffusè prosequitur.

Masculus cur generetur non fœmina.

Philosoph.

¶Insuper

Durandus

¶Insuper circa id, quod quęsitum est de virginitatis amissione in statu innocentiæ, scribit Durandus: Dicunt quidam, ꝙ in statu innocentiæ fœminę peperissent sine virginitatis amissione, quia virginitas maximè pertinet ad dignitatem humanæ naturæ, cum sit portio angelica &c. Ergo in statu innocentiæ nõ amitteretur. qualiter autem hoc esset possibile, dicunt, quòd ad perfectionẽ virginitatis duo concurrunt &c. vt supra in Thoma ex scripto secũdi. In statu demum innocentiæ neutro modo fuisset soluta integritas mentis, neq; integritas corporis, sed fuisset ibi sola membrorum dilatatio &c. vt supra ex Thoma in prima parte Summæ.

¶Deinde durandus cõtra ista sic arguit: Istud nõ valet: virginitas nãq; ad dignitatẽ naturæ non pertinet absolutè, cũ sit priuatio actus gñationis, qui est naturæ conueniens, & intentus ab ea ad conseruationẽ speciei. Item in statu innocentiæ nõ fuisset virginitas licita. & dato, ꝙ licuisset: non tamen fuisset possibile, virginẽ concipere, aut parere secundum cursum naturæ: q̄a virginitas est inexperientia delectationũ venerearum: cõceptus autem naturaliter nõ est sine eis. Porrò ꝙ dicunt, ꝙ in virginitate sunt duo, videlicet integritas mentis, & corporis, quorũ vtrunq; fuisset saluatum in innocentiæ statu: dicẽdum ꝙ neutrum, quia integritas mentis, quæ in virginitate requiritur, est firmũ propositum abstinendi à delectatione venerea, & hęc integritas se habet formaliter in virginitate. immunitas verò seu inexperientia delectationũ huiusmodi, hẽt se materialiter, quorũ neutrum potuit saluari in actu matrimoniali. Hinc male accipiunt integritatem mentis pro persistentia rationis in actu suo: quia iudiciũ rationis absorbetur in somno, & ægritudinibus multis, rõne quorum nihil deperit virginitati. Malè quoq; accipiunt materiale virginitatis. non.n. hoc est integritas membri corporalis. imò per accidens ad virginitatem se habet. materia quippe virtutum moralium, est aliqua passio animæ. & non id, quod purè ad naturam corporis pertinet. Hæc Durandus.

Dionysi.

¶Præterea contuendũ, ꝙ specialiter contra Thomã disputare videtur, cuius verba ponit in forma, imò & allegando sic addit: In Summa, prima parte, quæstione 98. Verũ ineptè, non formaliter contra Thomam procedit. & quę contra ipsum inducit, ex ipso Thoma in Secunda Secundę quæstione 152. accepit. Nec Thomas dicit, quòd ei imponit, hoc scilicet, ꝙ virginitas maximè pertinet ad dignitatẽ naturæ humanę. hoc etenim sanctus doctor non dicit tam absolutè, neque per hoc probat, ꝙ in paradiso non fuisset amissa virginitas, quantum ad carnis integritatem, quamuis in scripto secundi breuiter tãgat hoc, arguẽdo ad oppositum sui intenti. nempe vt patuit ibi, concedit, ꝙ quo ad carnis integritatẽ, fuisset amissa. Ibidem concedit quoq;, ꝙ in paradiso virginitas nõ fuisset virtus, nec matrimonio præferẽda. Nec iterum dicit, ꝙ carnis integritas sit materiale in virginitate: imò probat, & tenet contrarium in Secunda Secundæ quæstione 152. dicẽdo: In delectatione venerea tria considerantur. Vnum, quod est tantum ex parte corporis, vtpote violatio signaculi virginalis. Aliud, in quo id, quod est animæ, coniungitur ei, quod est corporis, scilicet resolutio seminis delectationem sensibilem causans. tertium est solum ex parte animæ, puta propositũ perueniendi ad delectationem huiusmodi. Quorũ primum per accidẽs, se habet ad actum moralem, qui non considerat per se, nisi ea, quæ sunt animæ. secũdum verò materialiter habet se ad actum moralẽ, quia passibiles passiones, sunt materia moralium actuum. tertium verò se habet completiuè, atq; formaliter, q̃m ratio moralium in eo, quod est rõnis, seu mentis, cõpletur. Denuo quoq; ait ibidem: Integritas membri corporalis per accidens habet se ad virginitatẽ, inquantum ex hoc, ꝙ ex proposito volũtatis abstinet quis à delectatione venerea, manet integritas membri corporei, vnde si per aliud modũ in casu aliquo integritas mẽbri illius perdatur, non magis p̃iudicat virginitati, q̃ si manus, aut pes abscidatur. Hinc primo de Ciuitate Dei loq̄tur Augustinus: Mẽbra illa, vt virginalis pudoris signacula, diuersis casibus vulnerata, vim perpeti possunt: & medici opitulantes saluti, aliquãdo ibi faciunt ea, quæ horret aspectus. Obstetrix etiã quædam cuiusdam virginis integritatẽ manu explorans, dum inspexit, perdidit. Nec opinor quempiam tã stultè sapere, vt huic al q̄d putet perisse de sanctitate, quãuis membri illius integritate iã perdita. Attamen in eadem quæstione Thomas fatetur: In virginitate est aliq̄d cõpletiuum, & formale, videlicet ipsum propositũ abstinẽdi perpetuè à delectatione venerea. materiale verò in virginitate, est integritas carnis, absq; omni experimẽto venereæ delectationis. in quibus verbis non ait absolutè, ꝙ integritas carnis, sed integritas carnis ab omni experimẽto venereæ delectationis, est materiale virginitatis, quod iam tactis non obuiat. Cætera Durãdi obiecta soluuntur per hoc, ꝙ virginitas in statu innocentiæ, & post lapsum æquocè sumitur. Virginitas quoque post lapsum dupliciter capitur, utpotè strictè, seu propriè, & extẽsè. & definita illa ꝙ virginitas est propositum abstinendi perpetuè à delectatione venerea datur de virginitate strictè, ac propriè sumpta, cui debetur aureola. Frequenter autem communiùs, extensiusq; accipitur pro proposito abstinendi ab omni illicito coitu vnà cum carnis integritate, seu inexperimento. & ita puellæ incognitæ viris, quamuis nubere proponentes, virgines nuncupantur etiam in scripturis. Imò quandoque virginitas communissimè sumitur pro inexperientia, & immunitate saltem exteriori ab omni concubitu, quamuis mens, in venerea consenserit.

Art. 1.

Art. 1. ad 3

Augusti.

Art. 3.

virginitas post lapsũ accipit̃ dupliciter.

¶Obiectorum solutio ex dictis est euidens. Nam & semen quamuis superfluat sustentationi personę, non tamen propagationi consimilis in natura.

Vnde soluantur argumenta initio quæstionis adducta.

QVAESTIO II.

Secundò quæritur, *an proles in statu innocẽtiæ fuissent genitæ in robore corporis, perfectioneq; animæ.*

¶Quæ quæstio plura complectitur. Primum est, an pueri nati, statim fuissent idonei ad gradiẽdum, ad manducandum &c. Secundò, an vsum rationis protinus habuissent. Tertiò, an scientia fuisset eis concreata. Quartò, an etiam gratia gratum faciens, ac virtutes. ¶Quantum ad primum, apparet, quod cõfestim fuissent corpore ad exercitia corporalia satis fortes, & apti. Fuissent enim suis parentibus similes, qui in corporali fortitudine sunt plasmati. ¶Secundò, quoniam ignobilium, & irrationabilium quorũdam animalium fœtus, seu pulli, mox vt nati sunt, currunt ad pastum. si ergo talibus hoc naturaliter est concessum, quanto magis paruulis hominum in gratiosissimo illo innocentiæ statu?

Arguitur primò cõtra ueritatem.

2

In oppositum.

¶In oppositum est, quod teneritudo, & mollities infantilium membrorum, hoc non permisisset.

Alexãder.

¶Ad hoc Alexander rñdet: Infirmitas, propter quã paruuli in statu naturæ lapsæ nõ valent assurgere ad membrorum officia, est pœna peccati. hinc si primi parẽtes genuissent pueros in statu innocẽtiæ, nati

nati mox habuiſſent vſus, & officia quædam membrorũ, ita vt gradi poſſent, & matres ſequi, ac iuxta congruẽtiam opportunitatis ſtatus illius, quædam membrorũ exercere officia. Abſurdum q̃ppe videtur, ꝙ rationalis creatura nunquã vitio incuruata, imò originalis iuſtitiæ rectitudine p̃dicta, modo beſtiali contra vſum ſuæ naturæ incederet inſtar puerorũ, qui nunc manibus, ac pedibus repunt. Poteſt itaq; dici, ꝙ infirmitas iſta paruulorũ eſt pœna peccati, atque deiectioni originalis iuſtitiæ atteſtatur.
Auguſt. Quod ſenſiſſe vr̃ Auguſtinus lib. 3. de baptiſmo paruulorum, dicendo: Mouet nos ſi primi illi parentes nõ peccaſſent, vtrum tales eſſent filios habituri, qui nec lingua, nec manibus, nec pedibus vterẽtur. Nã propter vteri capacitatem oportuit paruulos naſci, ſed poterat Deus, quod multis quoq; pecoribus p̃ſtat illis conferre. Nã fœtus illi brutorum, quamuis minutiſſimi nati protinus currũt, & matres ſequuntur: nec de ſugẽdis huberibus admonẽt cura opeve aliena, ſed in maternis corporibus ea reqrunt, & norunt, quãuis abditis locis repoſita, vbi mira celeritate reperiunt ea. Econtra hoĩ nato, nec ad inceſſum pedes idonei ſunt, nec manus ſunt habiles ad ſcalpendũ: & non niſi ope nutrientis admotis labijs papillæ huberis ingeruntur, nec vbi ſint paruuli, ſentiũt: & iuxta ſe iacentibus mammis, magis poſſunt eſurientes flere, q̃ ſugere. Proinde infirmitati mentis cõgruit iſta infirmitas corporis. Ecce ꝙ planè dicit, ꝙ hæc infirmitas corporis, infirmitati congruit mentis. Nec ita ſentire de ſtatu illo, difficile debet videri, cũ multa maiori admiratione digna ibi accidiſſent, vt paruulos ætate tenerrimos ſine veſte, tegumento, ac tecto abſq; oĩ difficultate quaſi feliciter viuere, ſine ſtrato, & ſtramento ſedere, ac decubare. & multa huiuſmodi, quæ nos latent, & vix creduntur, q̃a contraria ſunt in vſu.
Auguſt. Vnde Auguſtinus 9. ſuper Geneſim loquens de his, q̃ accidiſſent hoĩ in ſtatu innocentiæ, ait: Qui hæc fieri potuiſſe non credunt, non aliud, q̃ conſuetudinem iam poſt culpã, pœnamq; humanam attendunt. Non aũt in eodem genere debemus conſiſtere, qui non credunt, niſi quod videre conſueuerunt. Poteſt ergo cõcedi, ꝙ paruuli in ſtatu illo naturales habuiſſent vſus manuum, ac pedum, & linguæ ad deguſtandum: an verò ad loquendũ, non definio, cum loquela per auditũ ſoleat diſci. Cum ergo obijcitur, ꝙ propter teneritudinem membrorũ non potuiſſent gradi, nec figere pedem, nec corpuſculi ſui pondus deferre, dicendum, ꝙ quãuis membra habuiſſent tenera, non tamen paſſibilia: ideo nullã ſenſiſſent læſionem, quãtumlibet fortiter figerent pedem. cũq; corpus fuiſſet aĩæ omnino ſubiectum, maiorem ab ea ſuſcepiſſet firmitatem, ita ꝙ tibię ſuffeciſſent ad corpuſculi ſuſtentationem. Hæc Alexander.

¶Qui iſtud adhuc multipliciter perſuadet. Nam in paradiſo erant fructus, diuerſi diuerſarum virtutum, quæ membra poterant roborare, & conſolidare ſimiliter oſſa.

Bonauen. ¶Porrò Bonauentura ſuper his aliter ſentit: Magiſter, inquiens, narrat hic duas opiniones, nullam pro certo affirmans: probabiliorem tamen iudicat eã, quæ dicit paruulos paulatim proficere ad vſum membrorum. Teneritudo namq; membrorum cõuenit proli propter bonitatem complexionis, congruentiamq; naturæ. Proceſſus verò & incrementum in talibus naturales, non miraculoſi tunc extitiſſent. Nec ſimile eſt de brutis, quæ durioris ſunt complexionis, & organizationis minoris. Hæc Bonauentura.

Th. Aqui. Hominis uita circulo abſol. uitur. ¶At verò Thomas: In hominis, ait, vita eſt circulatio quædam: qm̃ à defectu incipit, tendens in naturalem, ac debitam perfectionẽ, ex qua rurſus deſcendit, & in defectu finitur. hinc principiũ hominis, quidã defectus conſequũtur in pueritia, ſimiliter & finem in ſenectute. ſed homo aute peccatum vitæ habuiſſet exordium, quãuis vitæ termino caruiſſet. ideò defectus qui ad finem, ſeu terminum tẽdunt vt ægritudines, non fuiſſent in eo: defectus verò, qui ſequũtur originem, nil prohibet fuiſſe in ipſo. Nec fuiſſent ei in pœnam: qm̃ nullum inde ſenſiſſet incommodum, diuina eum prouidentia gubernante. Aliqui verò verbis Auguſtini innitentes, aliter reſpondent, vt patet in litera. Verum cum Auguſtinus inde nil afferat, probabiliùs ſuſtinet, quod continet curſus naturæ, vbi auctoritas non repugnat ſcripturæ. Hæc Thomas in Scripto.

q.90. ar. ¶Porrò in Summa teſtatur: Ea, quæ ſupra naturã ſunt, ſola fide tenemus: & quod credimus, auctoritati debemus. hinc in omnibus aſſerendis ſequi debemus rerum naturam, naturalemq; rationẽ, præter ea, quæ ſupra naturam ſunt, & diuina auctoritate traduntur credenda. cumq; pueris mox natis naturale: non ſit ſtatim habere robur ad gradiendum, & operandum, nec ſcriptura docet hoc, potius eſt tenendum, quòd paulatim creuiſſent, ac profeciſſent in robore ad actus præfatos. Hæc in Summa. idem Petrus. Conſonatque Richardus.

Albertus. ¶Albertus Demũ hoc ipſum fatetur: Si, inquiẽs, primi parentes in ſtatu innocentiæ genuiſſent, nati ſic, per incrementa ætatis ad debitam quantitatem ſubſtantiæ, ac virtutis perueniſſent: vſum verò mẽbrorum ad neceſſarios actus, à creatoris omnipotentia accepiſſent. Nec illa teneritudo fuiſſet eis pęnalis infirmitas. non enim reputatur infirmitas ipſa carentia roboris, niſi tunc quando debet ineſſe: ſicut non dicitur cæcus, niſi dum vis viſiua meritò iam ineſſet. Itaque pueri tunc nati, non confeſtim habuiſſent perfectam virtutem in membris, nec perfectam corporis quantitatem: nihilominus ad quoſdam neceſſarios vſus, ad quos ſufficit tenera ætas, imperfectaq; virtus, uſum habuiſſent membrorum. Hæc Albertus.

Scotus ¶Conſentit & Scotus: Nerui, dicens, paruulorũ illorum non fuiſſent primo apti ad motum proceſſiuũ, ſed ſucceſsiuè. Præterea veriùs reor, ꝙ infantuli tunc nati non habuiſſent ſtatim fortitudinem corporalem in neruis, oſsibus, & carnibus ſuis, in cruribus, tibijs, manibus, ac ſpiritibus, ad ambulandum, & operandũ: attamen in omnibus hís multo celeriùs, & efficaciùs profeciſſent, q̃ modo. Primò, ex meliori, & fortiori complexione, atq; maiori viuacitate naturæ. Secundò, ex maiori prædominantia animæ ſuper corpus. Tertiò, virtute alimentorũ arborum paradiſi: quarum vires multiplices, efficaciſsimæ, & nobis pro maxima parte ignotæ ſunt.

QVAESTIO III.

Arguit primò contra ueritatem. Tertiò quæritur, *an paruuli fuiſſent nati in cognitione intellectuali perfecti.* ¶Videtur, ꝙ ſic, quia primis parentibus fuit connata ſcientia, ergo & poſteris connata fuiſſet. 2 ¶Rurſus, ſicut probatũ eſt veriſimile eſſe, ꝙ mox vires corporales, & vſum habuiſſent membrorum, ſed non minus fuiſſent perfecti in anima, quàm in corpore.

In oppoſitum. ¶In oppoſitum eſt, ꝙ anima corpori ad hoc vnitur, quatenus per corpus ſcientiam, ac virtutes venetur. cum enim anima ſit corporis finis, propter bonum ſuum coniungitur corpori.

Th. Aq. ¶Ad hoc Thomas reſpõdet: Sicut Magiſter ait in

litera, oportet poſitionẽ de perfectione mentis conſonare poſitioni de perfectione corporis puerorũ hoĩs protoplaſti. idcirco qui dicunt, quòd corpora illorum mox poſt natiuitatẽ habuiſſent vires, & robur ad exercitia corporalia, dicere habent, quòd intellectus ipſorum ſtatim fuiſſet repletus ſciẽtia. Sed q̃a iam diximus, ꝙ paulatim in viribus corporis, & motibus eius profeciſſent, etiã reſpondemus, quòd ad ſciẽtiã ſucceſsiuè perueniſſent. Inter alia etenim corporis membra, cerebũ humidiſsimum eſt, vnde ſi p̃p humiditatem aliorũ membrorum habere non potuiſſent officia eorundem, multo minus plenum vſum imaginatiuæ virtutis, cuius organũ eſt in anteriori cerebri parte. Abundãtia q̃ppe humiditatis, confuſionẽ parit phantaſmatum, vt patet in ebrijs, ex multis vaporibus ad caput ſcandentibus. Phãtaſmatibus verò turbatis, impedit̃ operatio rationis. Hinc pueri primò habent notitiã quandam in generali vniuerſaliũ indiſtinctè, ex quo paulatim ad determinatas proficiunt cognitiones. Nam vt primo
Philoſop. phyſicorum habetur, Primò omnes viros nominãt patres, omneſq; fœminas matres, poſtea determinant vnumquodque. Hæc Thomas in Scripto.

Art. 1. ¶Porrò in Sũma quæſtione 101. effatur: In his, q̃ ſupra rõnem ſunt, ſoli auctoritati creditur. qua deficiente, rationẽ ſequi debemus. Cumq; naturale ſit hoĩ per ſenſus adipiſci ſcientiam, pueri in ſtatu innocentiæ, non naſcerentur perfecti ſcientia, ſed eã, abſq; difficultate proceſſu tẽporis acquiſiuiſſent inueniendo, ſeu addiſcendo. Primò aut ẽ parenti ſciẽtia fuit innata tanquam patri, ac inſtructori ſuæ poſteritatis.
Pueri ante lapſum ignorãtia caruiſſent. Pueri quoq; non habuiſſent ignorantiam propriè, cũ ignorantia ſit priuatio ſcientiæ debitæ ineſſe. & illa in poſteris eſt pœna & effectus originalis peccati. ſed fuiſſet in illis neſcientia, quã diuinus
S. Dion. Dionyſius etiã in angelis ponit. Veruntamen pueri habuiſſent ſufficientem ſcientiam ad dirigendũ ſe in actibus iuſtitię, ſ̃m quod ad eos pertinuiſſet. Vniuerſalia quoq; principia iuris & primorum principiorum habitus, fuiſſent in eo multo præclariùs, q̃ in pueris poſt ruinam. Hæc idem in Summa.

Petrus. ¶At uero Petrus: Oẽm, inquit, rectum appetitum præcedit rectum rationis iudicium. Pueri autem in ſtatu primo fuiſſent nati in originali iuſtitia, & in quadã perfectione affectus reſpectu agendorum ergo & in perfectione intellectus ad videndũ agenda. ſed vtrũ perfectio iſta eſſet in habitu tm̃, aut in actu etiam ſeu vſu, eſt duplex opinio: quia dicẽtes, quod mox habuiſſent perfectũ vſum membrorum, dicũt ꝙ & perfectũ mox habuiſſent vſum rõnis, & voluntatis. Alij dicunt cũ Magiſtro, quod nec habuiſſent perfectũ vſum membrorum, nec rõnis. quod probabiliùs reputatur. Itaq; ſicut naſcerentur in originali iuſtitia quantum ad habitum, non ſecundũ uſum, ita de ſcientia eſt dicendum. Hæc Petrus.

¶Quæ reſponſio ſi intelligatur de habitu cognoſcitiuo communi, qui appellatur habitus principiorum ſpeculabilium, videtur concordare cum Thoma: ſi autem de habitu ſcientiarum in ſpeciali, plus aſſcriberet illis, quàm Thomas.

Richar. ¶Richardus verò: Aliqui, ait, affirmãt, quòd paruuli non fuiſſent nati, cum perfectione ſcientiæ, nec quo ad habitum, nec quo ad actum: ſed in proceſſu tẽporis acquiſiuiſſent ſcientiã, inueniendo, vel addiſcendo ſine difficultate.
Hugo. Quibus videtur Hugo fauere primo libro de ſacramẽtis, dicendo: Id potius approbamus, vt primus homo credatur perfectus mox factus ſenſu, & corpore: naſcituros verò ex illo, per interualla temporũ tam in ſenſu animi, q̃ in ſtatura corporali incrementa ſumpturos. Alij dicũt quòd ſicut pueri virtutes recipiunt, quantũ ad habitum nõ quo ad vſum: ſic paruuli in ſtatu innocẽtiæ nati fuiſſent perfecti in in ſcientia naturalium rerũ, quo ad habitũ, non quo ad actum. Hæc Richardus.

Albertus. Bonauen. ¶Reſponſio quoq; Alberti perbreuis, vr̃ reſponſioni Thomę conformis. Sic & rñſio Bonauenturæ, qui de hac re nihil hic ſuperaddunt. Qui autem aliã opinionem ſequi eligeret, dicere poſsit, quòd naturalis humiditas in pueris illis fuiſſet celerrimè temperata, quemadmodum teneritudo, mollitieſq; mẽbrorum conſolidata iuxta prætacta.

Alexãder. ¶Præterea ſuper his ſcribit Alexander diffuſiùs: Paruuli, inquiens, in ſuæ natiuitatis primordio illuminationem aliquã cognitionis, atq; ſcientiæ abſq; dubio habuiſſent. Si.n. natura non deficit in neceſſarijs, prout de ea communiter ſumpta ait Philoſophus, multo fortiùs natura illa tã ſublimiter inſtituta, nõ deficit in illuminatione neceſſaria intellectui, ad iudicandum, ſicut non defuit ei rectitudo voluntatis, & æquitatis ad appetendum, & reſpuendum. (Philoſop.) Rectum enim appetitum voluntatis præcedit rectũ iudicium rationis. ſic & rectitudinẽ iuſtitiæ præit illuminatio ſcientiæ. Quemadmodum ergo indubitãter dici oportet, quòd filij Adam affectus rectitudinẽ habuiſſent tam quo ad commoda, q̃ quo ad honeſta: ſic ponendum eſt, quòd reſpectu vtrorunque paruulus ſtatim cum naſceretur, haberet illuminationem ſcientiæ, per quam habilis, idoneus, & expeditus conſiſteret ad talia diſcernẽda, ne per ignorantiam, aut errorem affectus in aliquo deuiaret. Verum ſi vltra procedatur ad illius illuminationis, atq; ſcientiæ vſum, & actum, difficile eſt determinare. Quibuſdam namq; videtur, quòd paruuli ſtatim habuiſſent vſum rationis, quia in eis corpus animã nõ grauaſſet: profeciſſent tamen in ſcientia per experientiam, quemadmodũ in virtutibus per obediẽtiam. Alij putant, ꝙ paruuli non ſtatim habuiſſent vſum rationis, ſicut nec in matrũ viſceribus, & hoc, propter humiditatẽ, &c.
Nota epilogum. Quid horũ veriùs ſit, difficilè eſt videre. Poſſumus tamẽ ſine præiudicio mediam viam tenere, dicendo ꝙ paruuli protinus cognouiſſent, quæ eorum naturæ eſſent conſona, aut nociua, & hoc per naturalem induſtriam, cum & angelis hoc ipſum conceſſum ſit. Quãtum vero ad quædam, quæ ſpectant ad rõnem honeſti, vt eſt diſtinctio præceptorum & cultuũ, quibus Deus eſt venerãdus, apparet probabile, ꝙ vſus cognitionis horum fuiſſet in ipſis dilatus, quãuis non abſurdè poſſit concedi, ꝙ ad hæc cognoſcenda habitus fuiſſet ipſis innatus, ſeu datus. Hæc Alexander. ¶Scotus breuiter dicit, quòd primò fuiſſent neſci

QVAESTIO IIII.

Qvarto quæritur, *An paruuli fuiſſent nati in originali iuſtitia.* ¶Quòd ſic, videntur Anſelmus & alij multi ſenſiſſe. Deus etenim infinitè ac naturaliter bonus, & pius, non eſt pronior vindicare, q̃ miſericordiam exercere.
Pſal. 144. imò miſerationes eius ſuper omnia opera eius, ſed propter tranſgreſsionem primorum parentũ priuauit poſteros eorum originali iuſtitia in tantum, ꝙ naſcuntur in originali peccato, ergo multo plus propter primorum parẽtum obedientiam contuliſſet eorum poſteritati originalem iuſtitiam.
Anſelmus ¶Inſuper Anſelmus libro de conceptu virginali teſtatur: Si Adam ad eos, quos generaturus erat, nequiuiſſet iuſtitiam ſuam producere, nequaquam potuiſſet eis iniuſtitiam ſuam trãſmittere. Multa his conſimilia ait hinc inde Anſelmus, & alij quidã. Quibus obuiare videtur, quod lib. de

ſacra-

Hugo. ſacramentis aſſerit Hugo: Si primus homo in bono perdidiſſet, generaret, & filios ſine peccato, non tamen neceſſariæ hæredes paternæ iuſtitiæ.

¶Circa hæc multa occurrunt dicenda. Primò, an pueri nati fuiſſent in iuſtitia originali. Secundò, an nati fuiſſent in iuſtitia gratuita, ſeu gratumfaciēte. Tertiò, an nati fuiſſet in iuſtitia confirmata, ſeu confirmante, an etiam in charitate, & gratia.

Alexāder. ¶Ad quorū primū Alexandet rńdet: Dici pōt ₤m Anſelmū, ꝙ ſi primi parētes ſtetiſſent, filios genuiſſent hæredes pr̄næ iuſtitiæ. Atq; ad auctoritatē Hugonis dicendū, ꝙ pr̄na iuſtitia nō deſcendiſſet ad filios hæreditariè. Illud nāq; ferē hæreditariè deſcendere ad ꝓlē, ꝙ habent filij à pr̄e dn̄o, & poſſeſſore iure filiationis. illi aūt filij non hæreditarēt gratuita dona parētū, tanquā à dn̄is, & poſſeſſoribus, ſed potius à gr̄a cōditoris. Anſelm⁹. Nēpe vt fateē Anſelmus, in hoc apparet magnitudo bonitatis Dei, & plenitudo gr̄ę eius, ꝙ qualis extitit primus hō iuſtitia, & felicitate, tales genuiſſet, non ꝙ ex ſola ꝓpagatione tales extiterēt, ſed qm̄ ꝓpagati dono Dei eſſent tales. Siquidē oē donū gratuitum gratūfaciens, eſt immediatè à Deo tāquā à cauſa efficiente. Veruntn̄ ſunt qui dā tenentes ꝯrium, vtpotè filios non fuiſſe futuros hæredes pr̄næ iuſtitiæ, quod vr̄ Hugo ſentire, ſic dicēs: Hugo. Sunt q credunt veraciter aſſerendū, ꝙ ſi primus hō nō peccaſſet, nō niſi bonos filios genuiſſet, nemoq; oīum, qui ex eius carne naſcerent, dānareē. Tn̄ hoc meritò quæriē, an primi hoīs obedientia oībus poſteris eius ſufficere, debuiſſet ad meritū, an ſinguli qppe tꝑibus ſuis poſt eū, quēadmodū ipſe primus ꝓbatus eſt, ſiue eiuſdē, ſiue alterius cuiuſq; mandati obediētia probādi fuiſſent. Et pōt fortaſsis non abſurdè credi, ꝙ idē mandatum, ꝙ primò parēti datū eſt, poſteri quoq; eius obſeruare debuerūt, vt ſinguli ꝓpria obidiētia ꝓbarent, ac pro proprijs meritis glorificarent. Ad ſecundū Alexander rńdet, ꝙ filij, nō fuiſſent hæredes pr̄næ iuſtitiæ, de gratuita loquēdo iuſtitia. Et ſi obijciaē, ꝙ Adā tranſmiſit poſteris demeritū dānationis peccādo, ergo ſtando miſiſſet eis meritū ſaluationis: dicendū, ꝙ ſtando aliqd poſteris meruiſſet per modū cōgrui, nō condigni. hinc Idem. Hugo: Credi pōt ꝙ prima obſeruata obediētia, cauſa fuiſſet gr̄æ. adiutricis in oēs ſequētes, & ipsā obedientiā obediendo ſectātes. Deinde rńdet ad tertiū: Si primi parētes ſtetiſſent, genuiſſent (₤m Anſelmū) filios hæredes pr̄næ iuſtitiæ, quātū ad iuſtitiā confir- Anſelm⁹. matā. Vnde Anſelmus lib. cur Deus, hō, qis nondū ꝓueherentur ad illā angelorū æqualitatē, ad quam ꝓuenturi erant, in illa tn̄, qua erāt iuſtitia: ſi tentari, ꝑualuiſſet, ita cōfirmarenē cū oī ſua ꝓpagine, vt ultra peccare nō poſſent, quēadmodū qm̄ victi peccauerunt ita ſunt infirmati, vt qtū in ipſis eſt, ſine pc̄tō eſſe non valeant. Quis etem̄ audeat dicere, plus valuiſſe iniuſtitiā ad ligandū in ſeruitute, quā valeret iuſtitia ad confirmādū in ſpūs libertate? Vnde vr̄, ꝙ ſi Adā ſtetiſſet, nullus de poſteris eius periſſet. Quod Auguſt. non vr̄, niſi confirmati eſſent. Et hoc vr̄ ab Auguſtino haberi 14. de ciuitate, quo ait: Nulli de poſteris primorū parentum fuiſſent morituri, niſi primi pa- Boethius. rentes peccaſſent: Hinc Boethius de fide Chr̄iana: qm̄ angelorum numerū imminutū noluit Deus cōditor ꝑmanere, formauit ex terra hoīem, atq; ſpū vitę aīauit, eumq; præfixa lege in delicijs cōſtituit paradiſi, vt ſi ſine pc̄tō manere vellet, tam eū, q eius ꝓgeniē angelicis cœtibus ſociaret. Hæc Alexander.

¶Quid aūt ſentiat de hoc, an primus hō, vel poſteri eius in charitate, & gr̄a gratūfaciente formati ſint, patuit ſupra, & infra forſan tangeē. Bonauētura verò de hac qōne originalis iuſtitiæ in poſteris Adæ, non ſcribit hic. Th. Aqui. ¶At verò ſanctus doctor circa hæc ſcribit: Philoſop. ſicut ait Philoſophus 2. de gn̄atione, eſt circulatio qdā, q non redit in idē numero, ſed ad idē ſpecie. Hō.n. gn̄at hoīem, non ſe ſed alium. hinc gn̄atū gn̄anti in oībus aſsimilaē, quę ad naturā pertinēt ſpeciei, niſi adueniat impedimentū, ſicut in mōſtris. (Genitum quatenus aſſimileē gignendi.) non aūt aſsimilaē in proprietatibus, q cōſequuntur iudiuiduā rōne indiuidui. Et qis interdū contingat, quòd in aliqbus proprietatibus etiā perſonalibus, aſsimileē filius pr̄i: hoc tn̄ eſt in accidentib. corporalibus, vt ꝙ albus gn̄at albū, podagricus podagricū, non aūt in perfectionibus aīæ gn̄at ſimilē ſibi actu, vt grāmaticus grāmaticum, ſed forte ₤m aptitudinē tm̄, ₤m quod ex corꝑis cōplexione vnus eſt aptior ad ſcīam, vel virtutē ſui pr̄is, q alterius. Itaq; agnoſcendū ꝙ duplex eſt iuſtitia, quę primo hoī poterat conuenire. Vna originalis, quæ fuit ₤m ordinē debitū corꝑis ſub aīa, inferiorumq; viriū ſub ſuꝑiore, & ſuperioris ſub Deo. Hæc iuſtitia ordinauit humanā naturā in ſui primordio ex dono diuino. ideo talē iuſtitiā in filios transfundiſſet. Alia eſt iuſtitia gratuita, quæ meritorios elicit actus, de qua eſt duplex opinio. Vna, ꝙ primus hō in ſolis naturalibus ſit creatus. ſicq; ad talē iuſtitiā requirebatur (vt apparet) præparatio quædā per actus perſonales, atq; ₤m hoc talis iuſtitia fuit proprietas perſonalis, & ex ꝑte aīæ. idcirco in poſteros non fuiſſet transfuſa, niſi ſecundū aptitudinē tm̄. Alij dicunt ꝙ hō in gratia eſt creatus. ſicq; vr̄, ꝙ donū gratuitæ iuſtitiæ ſit collatū naturę humanæ. Vnde in trāsfuſione naturæ ſimul transfuſa fuiſſet gratia iſta. Nec gratia, ſeu iuſtitia ferē in poſteros propagari, quaſi per ſeminalem virtutē filij gratiā conſequerenē, ſed quia cum trāſfuſione naturæ, cui ex prouiſione diuina gratia debebatur, ſeu competebat, gratia ſimul infuſa fuiſſet ſecundū vnā opinionē. Deniq; pc̄tm̄ non trāſit à primo parēte in poſteros per modū demeriti quaſi ipſe oībus meruerit mortē, infectionēq; culpę, ſed per modū traductionis conſequentis traductionē naturæ. Nō.n. vnius vnius perſonæ actus toti naturæ mereri pōt, aut demereri, niſi limites humanæ tranſcēdat naturæ, vt patet in Chriſto, qui eſt Deus, & hō. Propterea à Chriſto naſcunē filij gratiæ non ꝑ traductionē carnis, ſed per meritū actionis: ab Adā verò naſcunē filij irę per ꝓpagationē, non per demeritū. Sicq; intelligitur illud Apoſtoli: Per vnū hoīem Roma. 5. pc̄tm̄ intrauit, & per peccatū mors. Obiectio. ¶Si ꝓterea obijciaē, qa impoſsibile eſt pœnā eſſe ſine culpa, ſed pęna originalis peccati eſt carentia viſionis diuinæ. cū ergo in ſtatu innocētiæ hoīes ſine pc̄tō originali nati fuiſſent, habuiſſent meritū viſionis, diuinæ, quod haberi, neqt niſi per gratiā. ergo nati fuiſſent in gratia gratificāte, atq; iuſtitia gratuita. 2 Rurſus, hō per peccatū neceſsitatē peccandi incurrit, ergo ſi perſtitiſſet in iuſtitia, confirmatus fuiſſet: quia ₤m Anſel- Anſelm mū oportuit, vt qualis extitit ipſe, tales filios generaret, ergo & oēs fuiſſent in iuſtitia cōfirmati, mox à ſua natiuitate, vt peccare nō poſſent. Ad prim. Dicendū ad primū, ꝙ diuinæ carentia viſionis dupliciter ſumitur. Primò, negatiuè, ſicq; non eſt pœna, ſed naturalis defectus: qm̄ cuilibet conuenit creaturæ ex ſe nō habere virtutē ſeu meritū aſcendendi, ac pertingēdi ad beatificā viſionē. Secundò priuatiuè, & ita eſt pęna, prout importat obnoxietatē ad non videndū Ad ſcd. Deum. ¶Ad aliud reſpōdēdum, ꝙ videtur probabile, ꝙ Adam quāuis in prima tentatione perſtitiſſet, nōdū ſtatim confirmationē iuſtitiæ fuiſſet adeptus, ſed quando in ſpiritualē uitam fuiſſet tranſlatus, ſimul

mul immortalitatem accepiſſe: in corpore, atq; iuſtitię confirmationem in anima. Quod ergo dicitur peccando incurriſſe neceſsiatem peccandi, intelligitur de veniali peccato, quod non opponitur charitati, ſeu gratiæ, ſed accidenti ipſius, puta feruori: neceſsitatem verò peccandi mortaliter homo, etiā in peccato mortali exiſtens, non habet: niſi peccare intelligatur in peccato eſſe, ſicut videre dicitur viſum habere. Non.n. qui in peccato eſt, poteſt per ſe non eſſe in peccato, ita vt poſsit per ſe ſine gratiæ infuſione à peccato reſurgere. Nec ſequitur, ſi homo poſt peccatum, quod habet, non poteſt in peccato non eſſe, quod & exiſtens in gratia, non poſſit in gratia non eſſe: quoniam homo per ſe poteſt peccare, nō autem reſurgere. Si tamen concedatur, quod Adam confirmatus fuiſſet in gratia, ſtatim deuicta prima tentatione, adhuc nō ſequitur quòd filios confirmatos in gratia generaſſent, quia hoc conſequebatur actus ipſius perſonales, ſicq; fuit perfectio pertinens ad perſonam, quam non oportuit in eius filios propagari: quemadmodum ſi gratiam prophetiæ, vel virtutem agendi miracula habuiſſet, non ſequitur, quòd filij eius habuiſſent huiuſmodi dona. Hæc Thomas in Scripto.

art. primo ad ſcdm. ¶Porrò in prima parte Summæ, qōne 100. videtur de his aliter partim ſenſiſſe: Quidam, inquiens, dicunt quòd pueri non fuiſſent nati cū iuſtitia gratuita, quæ eſt merendi principium, ſed cū originali iuſtitia. Verum cum radix originalis iuſtitiæ, in cuius rectitudine factus eſt homo, conſiſtat in ſupernaturali ſubiectione rationis ſub Deo, quæ ſubiectio eſt per gratiā gratumfacientem, neceſſe eſt dicere, quòd ſi pueri nati fuiſſent in originali iuſtitia, quòd etiā nati fuiſſent in gratia, ſicut & primus homo. Inſuper nō videtur poſsibile, quòd pueri in ſtatu innocentiæ fuiſſent nati in iuſtitia confirmati: qa in ſua natiuitate non habebant plus perfectionis, q eorum parentes in ſtatu generationis: parentes verò quandiu genuiſſent, non fuiſſent cōfirmati in ipſa iuſtitia: quia ex hoc rationalis creatura in iuſtitia confirmatur, quòd beata per apertam Dei viſionem efficitur. Quod dico ſecundum legem cōmunem: quoniam ex priuilegio ſpeciali ſecus eſſe poteſt, ut cerrum eſt de glorioſiſsima virgine Dei matre. Demū quàm cito Adam ad illam beatitudinem perueniſſet, qua Deum per eſſentiam cerneret, efficeretur ſpiritualis in mēte, & corpore: & animalis vita in eo ceſſaret, in qua ſola generationis vſus fuiſſet. Hinc conſtat, ꝙ paruuli non naſcerentur in iu- Obiectio. Gregor. ſtitia confirmati. ¶Et ſi obijciatur illud Gregorij ſuper Iob: Si primū parentem nulla putredo peccati corrumperet, nequaquam ex ſe gehennæ filios generaret: ſed qui nunc ſaluantur per redemptorē, ſo- Dilutio. lum ab illo electi naſcerentur: dicēdum ꝙ ſi Adam non peccaſſet, non generaret ex ſe filios gehennæ, ita ꝙ ab ipſo non contraherent peccatum, quod eſt cauſa gehennæ, ſed quod non fierent filij gehennę, non eſſet ex hoc, ꝙ eſſent in iuſtitia confirmati, ſed ex prouidētia Dei, per quam præſeruarentur à peccato immunes. Hæc Thomas in Summa.

Petrus. ¶Petrus verò ſequitur reſponſionem Thomæ in Scripto, non eam, quam ponit in Summa, & addit: Quamuis modo non ſit medium inter culpam, & gratiam, eo quod cum altera earum naſcimur, eſſet tamen medium in ſtatu innocentiæ, vt fuit in angelis, ſi ſcilicet dicantur in naturalibus tantum creati.

Richar. ¶His concordans Richardus: Quamuis, ait, originalis iuſtitia non fuit ex principijs naturæ, cauſata, fuit tamen primis parentibus data, non inquantum erant ſingulares perſonæ, ſed inquantum erāt in eis ſpeciei ſuæ indiuidua in virtute. ſicq; in ipſis primis indiuiduis fuit data toti naturæ humanæ, propter quod originale peccatum illi contrarium, appellatur peccatum naturæ. ideò rationabile fuit, paruulis communicari illam iuſtitiam. Nec tamen fuiſſent confirmati in ea, ſed potuiſſent peccare, & non peccare, quouſque fuiſſent tranſlati ad gloriā: forſitam tamen nullus eorum peccaſſet. Quod videtur Gregorius ſenſiſſe, dicens, quòd filios gehen- Gregor. næ non genuiſſent, niſi peccaſſent. Nec obeſt, quod extitit donum ſupernaturale, ſeu habitus ſupernaturalis, per quem inferiora in homine, ſuperioribus erant ſubiecta, ſeu debitus ordo naturalium, inter ſe, & ad Deum. Hæc Richardus.

Albertus. ¶Idem Albertus, qui addit: Quamuis Adam non peccaſſet, nullatenus tamen iuſtitiam gratuitam in poſteros transfudiſſet; quoniam in carnali transfuſione transfundi non poteſt, quod neque per cauſam, neq; per formam in carne eſt. Gratuita autem iuſtitia nequaquam in carne eſt vt in cauſa, aut ſubiecto, imò in ſolo Deo eſt tanquam in cauſa, atq; in ſpiritu creato angelico, aut humano ſicuti in ſubiecto. Nec fuiſſent primi parentes, nec poſteri eorundem confirmati in bono, quandiu manſiſſent in ſtatu illo, in quo fuerant viatores. Nec eſt ſimile de angelo, & homine, quia in angelo confirmatio, ſequitur conuerſionem in Deum, ſed in homine ſequitur mortem in ſtatu peccati, aut tranſlationem, in cælum in innocentiæ ſtatu. Hæc Albertus.

Durādus. ¶Durandus verò ſequitur poſitionem Thomę in Summa, videlicet, quòd paruuli fuiſſent nati tam in originali, quàm gratuita, ſeu infuſa iuſtitia, nec tamen in vlla earum confirmati.

Hanibal. ¶Hanibal autem teſtatur, quòd cum iuſtitia gratuita ex mera liberalitate diuinæ dependeat voluntatis, non poteſt efficax ratio aſsignari ad probandum aliquid horum, ut quòd fuerint, vel non fuerint nati in ea.

Quæſtio. Scotus. ¶Poſtremò Scotus interrogat hic, vtrum in ſtatu innocētiæ fuiſſent illi ſolummodo geniti, qui nunc ſunt electi. ¶Videtur quòd non, quoniam aliqui, nunc electi, ex reprobis nati ſunt, ſed tunc nō fuiſſent reprobi, ergo, nec filij eorum. Dico quod ſoli nunc electi fuiſſent in innocentiæ ſtatu nati, quia (vt ait Gregorius) ſi primum parentem nulla pec- Gregor. cati rubigo corrumperet, nequaquam ex ſe filios, gehennæ generaret. Et ratio huius eſt: quoniam omnis ordinatè volens, poſt volitionem finis, vult id, quod eſt immediatiùs, atq; viciniùs fini. cumq; Deus ſit ordinatiſsimè volens, qui vult ſeipſum, ſeu propriam bonitatem ut finem ſupremum, deinde vult alijs ſuæ bonitatis beatificam communicationem, deinde gratiam, quæ ordinatur, & ducit ad finem ſummum, deinceps vult ipſum beatum, ſeu beatificandum, eſſe naſciturum à tali parente: cum ergo priùs ſint beatificandi determinati, quàm ꝙ à talibus naſcantur parentibus, per quoſcunq; naſcantur parentes, ex quo habent rationem poſterioris ipſi parentes in ordine volitorum, non poterunt variare beatificandos diuina auctoritate determinatos. Hinc dico, quòd homo numero idem non ſolum quantum ad animam, ſed etiam quātum ad corpus organicum, potuit eſſe filius Adæ, & filius Abraæ, & ex quocunque horum duorum fuiſſet, idem numero extitiſſet, quia ſi nihil de ſubſtantia filij ſit de ſubſtantia patris, ſed totum de menſtruo, vt vult Philoſophus ſecundo, de generatione ani- Philoſop. malium, uel ſi ibi cōcurrat ſemen viri cum ſemine

mulie-

mulieris: dico tamen quod eadem materia ex qua iste generatur, quæ fuit in statu naturæ lapsæ sub forma alimenti, talis potuit esse in statu innocentiæ sub alia forma pomi, aut panni, siue huiusmodi: nec requiritur vltra numeralis identitas causæ efficientis, ut declarari faciliter potest in multis exemplis. Hæc Scotus.

¶ Quæri etiam potest, an si primi parentes non peccassent, ipsi cum sua posteritate tam diu uixissent in paradiso, quousq; completo numero hominum electorum, omnes simul transferrentur in cælum empyreum, an potius succesiuè, ita quòd patribus succederent filij. Quam quæstionem Augustinus super Genesim relinquit sub dubio, Magister quoq; in textu. ¶ Porrò Bonauentura respondet, probabiliùs esse, quod succesiuè fuissent translati. Primò, quoniam magnum esset dispendium patribus, tam diu differri gloria quousq; electorum numerus impleretur. Secũdò, quoniam spes, quæ differtur, affligit animam, sicq; ex tanta dilatione boni optati, fuisset in eis (ut apparet) afflictio. Tertiò, cum tam innumerabilis sit numerus hominum electorum non videtur, quòd omnes pariter possent in paradiso terrestri decenter locari.

August. Bonauen. Proue. 13.

Albertus. ¶ Alberto autem apparet probabilius esse, quòd omnes simul fuissent translati, ne filij ex translatione parentum desolationem haberent. Fatetur tamen, quòd visiones, aut responsiones Esdræ 4. lib. magis videntur consentire in hoc, quòd succesiuè fuissent assumpti. Quærit namque cur omnes homines non sunt simul producti, & respondet, quòd terra vniuersos simul non contineret.

¶ Videtur demum responsio Bonauenturæ conueniens, præsertim quoniam Deus omnipotens in prouidentia sua æterna, quemlibet electorum ad certum elegit, ac præordinauit gradum præmij, ac salutis, quam felicitatis mensuram cum promeruerit homo, tollit eum Deus de seculo isto: totum autem tempus conuersationis in paradiso fuisset tempus peregrinationis, seu uiationis, ac per consequens tempus merendi. si ergo priores mansissent ibi usq; ad nouissimos, multum vehementer tempus merendi præ alijs accepissent, & viderentur in præmio nimis excedere illos.

¶ Denique de translatione parentum ad paradisum cœlestem, filij multo plus habuissent materiam, ac incitamentum consolationis quàm desolationis, cum nec ipsi parentum solatio indigerent, certique essent de tanta glorificatione patrum suorum.

A

De inuidia diaboli, qua ad hominem tentandum accessit.
Distinctio XXI.

VIdens igitur diabolus hominem per obedientiæ humilitatem posse ascendere, vnde ipse per superbiam corruerat, inuidit ei: & qui priùs per superbiam diabolus fuerat, id est, deorsum lapsus, zelo inuidiæ factus est sathan, id est, aduersarius. Vnde & mulierem tentauit, in qua minus, quàm in viro rationem vigere nouit: Eius enim malitia ad tentandum virtutem timida, humanam naturam in ea parte vbi debilior videbatur, aggressa est: vt si forte illic aliquatenus præualeret, postmodum fiducialiùs ad alteram, quæ robustiòr fuit, pulsandam, vel potius subuertendam accederet. Primum ergo solitariam fœminam explorauit, vt in ea primum omnem suæ tentationis vim experiretur.

Quare ad fœminam prius uenit.

B

Quare in aliena forma venit.

Sed quia illi per violentiam nocere non poterat, ad fraudem se conuertit, ut dolo hominem supplantaret, quẽ virtute superare nequiret. Ne autem fraus illius nimis manifestarètur, in sua specie non venit: ne apertè cognosceretur, & ita repelleretur. Iterũ, ne nimis occulta foret fraus eius, quæ caueri non posset, & homo simul videretur iniuriam pati, si taliter circumueniri permitteret eũ Deus, ut præcauere non posset: in aliena quidem forma venire permissus est diabolus, sed in tali, in qua eius malitia facilè posset deprehendi. Vt ergo in propria forma, nõ veniret, uoluntate sua propria factum est: ut aũt in forma suæ malitiæ congruenti veniret, diuinitùs factum est. Venit ergo ad hominem in serpente, qui fortè si permitteret, in columbæ specie venire maluisset. Sed non erat dignum ut spiritus malignus illam formam homini odiosam faceret, in qua spiritussanctus appariturus erat. Non ergo nisi per serpentẽ tentare permissus fuit diabolus, ut per illud, quod foris erat, astutiam tentantis animaduertere fœmina quiret: diabolus enim per serpentẽ tentabat in quo loquebatur. Ideoq; serpens dictus est esse callidior cunctis animantibus terræ, quia ut ait Augustinus: Mali angeli, licèt superbia deiecti, natura tamen sunt excellentiores omnibus bestijs propter eminentiam rationis, quamuis serpẽs, non rationali anima, sed spiritu diabolico possit sapientissimus dici. Non est ergo mirum, si diabolus spiritu suo implens serpentẽ sicut uates implebat, sapientissimum reddiderat omnium bestiarum: quem tamen ad tentandum non elegit diabolus: sed per quod animal permissus fuit, tentauit. Vnde Augustinus super Genesim: Non est putandum, ꝙ diabolus serpentẽ, per quem tẽtaret, elegerit: sed cum decipere, cuperet, non potuit nisi ꝑ quod animal posse permissus est. Nocendi. n. uoluntas inest cuiq; à se, sed potestas à Deo. Sic autẽ loquebatur diabolus per serpentem ignorantem, sicut per energumenos

Quare nõ nisi in forma serpentis accessit. Augu. super Ge. li. xi. capi 3. Augu. lib. 11. super Gne. ca. 2. Augu. super Ge. li. 11. cap. 3.

menos vel phanaticos loquitur. Serpente enim velut organo est usus mouens naturam eius ad exprimendos sonos verborum, & signa, quibus suam monstraret voluntatem. Serpens ergo, nec uerba intelligebat, nec rationalis est factus: callidissimus tñ est dictus propter astutiam diaboli. locutus est autem sicut asina Balaam: sed hoc diabolicum, illud angelicum fuit. Boni enim & mali angeli similiter operantur. Hinc quæri solet, quare mulier non horruit serpentem. Quia cum nouerit creatum esse, ipsum etiam officium loquendi à Deo accepisse putauit.

Hie. 22. e. Quare mulier non horruit serpentẽ.

C

De modo tentationis.

Tentatio autem hoc modo facta est. Stans coram femina hostis superbus, non audet in verba persuasionis exire metuens deprehendi: sed sub interrogatione eam aggreditur, ut ex responsione colligeret, qualiter in malitia procedere posset. Cur, inquit, præcepit uobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier: De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, uescimur: de fructu uerò ligni, ꝙ est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus, ne forte moriamur. In quo verbo dedit locum tentandi, cum dixit: Ne forte moriamur. Vnde mox diabolus dixit ad mulierem: Nequaquam moriemini. Sic. n. Deus quod in quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum, & malum. Attende ordinem, ac progressum humanæ perditionis. Primò Deus dixerat: Quacunq; die comederitis ex eo, morte moriemini. Deinde mulier dixit, Ne forte moriamur. Nouissimè serpens dixit, Nequaquam moriemini. Deus affirmauit, mulier quasi ambigendo illud dixit, diabolus negauit. q̃ ergo dubitauit, ab affirmãte recessit, & negãti appropinquauit.

Augu lib. 11 super Genesi. 1. Quare ex interrogatione exorsus est. Gene. 3. a.

D

De versutia diaboli, qui vt faciliùs persuaderet, malum remouit, & bonum pollicito duplicauit.

Qui ad suam persuasionem pleniter suffulciendam idest ut malum, ꝙ intendebat libere persuadere, & malum, ꝙ mulier timuit, negando remouit, & promissionem addidit: & ut eius persuasio citiùs reciperetur, promissionẽ duplicauit. Vnam nempe comestionem suadens, duo in præmio proposuit, similitudinem Dei, scientiamq; boni, & mali spõdens. Vbi tribus modis hominem tentauit, s. gula in persuasione cibi, cum dixit: In quacunq; die comederitis. Inani gloria in promissione deitatis, cũ dixit: Eritis sicut dij. Auaritia in promissione scientiæ, cum dixit: Scientes bonum, & malum. Gula est immoderata cibi auiditas. Vana gloria, amor propriæ excellentiæ. Auaritia, immoderata habendi cupiditas, quæ non est tantum pecuniæ, sed etiam altitudinis, & scientiæ, cum supra modum sublimitas ambitur.

Homo tribus modis tentatus est.

E

De duplici tentationis specie.

Porro sciendum est esse duas species tentationis, interiorem s. & exteriorem. Exterior tentatio est, quando nobis extrinsecus malum uisibiliter suggeritur uerbo uel signo, aliquo: ut ille, cui fit, ad consensum peccati declinet: & talis tentatio tantum fit ab aduersario. Interior uerò tentatio est, quando inuisibiliter malum nobis intrinsecus suggeritur. Et hæc tentatio aliquando fit ab hoste, aliquando à carne. Nam, & diabolus inuisibiliter mala suggerit: & ex carnis corruptione suboritur motus illicitus, & titillatio praua. Iõque tentatio, quæ ex carne non est, fit sine peccato: quæ autem est ab hoste, nisi ei consentiatur, non habet peccatum, sed est materia exercendæ uirtutis. Tentatio autem carnis interior difficiliùs vincitur, quia interiùs oppugnans de nostro cõtra nos roboratur.

Quę sit exterior tentatio, & a quo fiat.

F

Quare homo per alium surgere potuit, & non diabolus.

Homo ergo, qui sola exteriori tentatione pulsatus cecidit, tanto grauiùs plectendus erat, quanto leuiori impulsu fuerat prostratus. Et tamen, quia aliquam (licet modicã) cadendi occasionem habuit, idcirco per Dei gratiam iuuari potuit ad ueniam: ut qui per alium ceciderat, per alium erigeretur. Qui ergo incitatorem habuit ad malum, non iniustè reparatorem habuit ad bonum. Diabolus uero, quia sine alicuius tentatione peccauit, per alium ut surgere, iuuari non debuit, nec per se potuit: & ideo irremediabile peccatum eius extitit. Peccatum uerò hominis sicut per alium habuit initium, ita per alium non incongruè habuit remedium.

G

Quare homo, non angelus sit redemptus.

Præterea angelica natura, quoniã non tota perierat, sed parte persistiterat, non est redẽpta: humana verò tota perierat, & ideo ne penitus repente perderetur, ex parte est redẽpta, ut inde ruina suppleretur angelica. Vnde Augustinus in Enchiridio: Placuit uniuersitatis creatori, & moderatori, ut quoniã non tota multitudo angelorum deũ deserendo

August in Enchi ca. 19 & 24.

rendo perierat:ea,quæ perierat,in perpetua perditione remaneret:quæ autem cum Deo illa deserente perstiterat,de sua certissimè cognita semper felicitate gauderet. At uerò creatura rationalis,quæ in hominibus erat,quoniam peccatis,atque suplicijs tota perierat,ex parte poterat reparari,unde angelicæ societati suppleretur,ꝙ ruina illa minuerat.

Matt. 22.c

Hoc enim promissum est sanctis,quòd erunt æquales angelis Dei.

H

Quòd soli uirò præceptum fuit datum.

Illud etiam notandum est,ꝙ non soli uiro præceptum uidetur esse datum,cum ipsa mulier testetur sibi etiam esse mandatum,dicens: Præcepit nobis Deus, &c. Supra tamen legitur ante factam mulierem Deum dixisse uirò:De ligno scientiæ boni, & mali ne comedas:Non dixit,Ne comedatis.Forte, quia facturus erat mulierem de uiro, sic præcepit ut ꝑ uirum ad mulierẽ perueniret mandatum: quia mulier,quæ subiecta viro fuit,non nisi mediante uirò diuinum debuit accipere præceptum. Vnde Apostolus: Si, quid discere mulieres uoluerint,domi uiros suos interrogent.Si quæritur,non loqui potuerunt:uel loquentem intelligere, qui non didicerant inter loquentes crescendo uel magisterio? Dicimus,q̃a Deus eos tales fecerat, q̃ possent loq̃, &discere ab aliis, si esset.

Gene. 3.a

1.Co.14.g

Quõ loq̃ potuer ũt, & loquentem intelligere.

Summa distinction. XXI.

DIstinctione præhabita tractatum est de multiplicatione, & profectu hominum in paradiso,si primi parentes non peccassent:hic agitur de ipsorum expulsione à loco illo tam amœno. Et primo ostendit Magister, ex qua radice, & motione diabolus ad tentandũ accessit,quo etiam ordine impugnauit ipsos parentes,ut pòt primò mulierẽ,& uirum per illã.Deinde declarat cur in specie serpentis adijt mulierem,& cur illa non horruit bestiam illam se alloquentem. Consequenter inducit formam, calorem, & modum diabolicæ persuasionis,qua fœminam circũuenit. Deinceps ponit tentationis duplicem speciem,ex quibus infert cur hominem lapsum magis quàm angelum perditum Deus recuperauit. Vltimo pandit qualiter præceptum à Deo traditum Adæ,innotuit Euæ.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò. *Quid sit tentatio.* ¶ Quocirca pensandum,quot modis in scripturis accipiatur, & qualiter diuersis diuersimode competat. ¶ Circa hæc Bonauentura conscribit:Hoc verbum tentare,multas habet significationes,ut dicũt qui significationes uocum diligenter rimati sunt. Propriè tamen tentare est probare, sicque tentatio tactus est quidam,quo id,quod tangitur, probatur:quemadmodum cæcus fertur tentare, dum tangendo vult certificari de re.Sic in spiritualibus tentatio dicitur quidam tactus ad probandum ordinatus, quod quadrupliciter fieri potest. Primò, qui pulsat,seu tentat,intendit probare,& approbare,seu probatum ostendere. sicque probare conuenit Deo,iuxta illud Sapientiæ: Deus tẽtauit iustos, & inuenit illos dignos se.Secundò,quia, qui pulsat intendit probare,reprobare,seu reprobum facere, & ita diabolo conuenit,iuxta illud Actuum:Cur tẽtauit sathanas cor tuum mentiri te spirituisancto? Tertiò, quoniam pulsans intendit probare,& experimentum sumere de eo,quod est in tentato,& sic tentat cautus homo,iuxta illud Ecclesiastici:Ex multis loquelis tentabit te,& subridens interrogabit te de absconditis tuis.Quartò,qm̃ etsi pulsans nihil intendat, ad eius tñ pulsationem sequitur approbatio,uel reprobatio hominis, sicque tentat caro,& concupiscentia eius,iuxta illud Iacobi: Vnusquisque tentatur à sua concupiscentia abstractus, & illectus. Porro,ꝙ Hugo ait,tentare est callidè experiri,& quasi conatibus blandis probare,propriè sumitur de tentatione diaboli. Potest tamen extendi ad omnem tentationem inclinantem ad malum. Hæc Bonauentura.

Tentare multa significat.

Sapient. 3.

Actu.

Eccl. 30.

Iacob. 1.

Hugo.

¶ Atuero Thomas: Ad perfectam, inquit, rationem tentationis tria concurrunt. Primò, ut per tentationem alicuius dubij cognitio accipiatur. Secundò, ut hoc sit à tentante intentum. Tertiò, ut ipse,qui tentat, cognitionem illius rei accipere velit. sicque tentatio in hominibus inuenitur, secundum quod unus homo alium tentat, ut experimentum sumat de scientia,aut fidelitate ipsius.Aliquando autem tentatio dicitur,in qua duo horum saluantur,utpote manifestatio ignoti,atque intentio eius. & ita Deus hominem tentat, ut patet in Abraæ tentatione, Præceptum quippè Dei factum Abraæ de sui filij immolatione, tentatio eius uocatur: quia per hoc manifestabatur qualis esset ipse Abraam in fide,& obedientia, quam etiam manifestationem aliis faciendam Deus intendebat. tertium uerò deerat. Non enim ad hoc Deus tentauit, ut ipse alicuius rei cognitionem acciperet. Alia tentatio est, in qua solum saluatur unum illorum trium, puta manifestatio tentati, & sic caro, ac mundus tentare dicuntur, ex qua tentatione cognoscitur uirtus,aut infirmitas cordis. Vnde & ipsa passiua impugnatio uirtutis, appellatur tentatio, quod contingit vel à principio intrinseco, ut ex carnis corruptione, concupiscentia, seu formite. & hæc uocatur tentatio à carne. Secundò, à principio extrinseco, & hoc dupliciter. nam illud exterius, aut impugnat per modum obiecti, & sic est tentatio à mundo, cuius obiectis, & materijs corda hominem alliciuntur:aut per modum agentis, quoniam trahit ad peccatum persuadendo, terrendo, blandiendo: & hæc tentatio est ab hoste, ut à diabolo. & membris ipsius. Dicitur autem solus diabolus tentare, non quoniam solus immediatè tentat,sed quoniam primò tentauit hominem primum, ex qua tentatione aliæ sunt secutæ, & quoniam ipse solus cum membris suis intendit tentando perimere, ac nocere, & item quoniam utitur rebus mundi, ac carne ad tentandum, ut instrumentis. Hæc Thomas in Scripto.

T. Aq̃nas.

Tentationi tria cõcurrunt.

Diabolus quõ dicatur solus tentare

articul. 2.

¶ Insuper in Summa quæstione 114. Tentare, inquit, est propriè experimentum de aliquo sumere. Experimentum uerò de aliquo sumere, est ad hoc, ut aliquid circa ipsum sciatur:ideo proximus finis cuiuslibet tentantis,est scientia.Sed ex sciẽtia illa interdũ quæritur alius finis bonus, aut malus:bonus,ut dum, quis scire conat̃, qualis

qualis sit alius in scientia,aut uirtute, ut eum promoueat,malus aũt hoc quærit, ut fallat.Ex quibus patescit,qualiter diuersis diuersimode tentare conueniat.Homo namq; utroq; modo hominem tentat.Diabolus solum,ut noceat,Deus uerò ut persit. Nec tentat ut sciat,nisi scire sumatur pro eo ꝙ est alios facere scire.Caro autem, & mundus tentant instrumentaliter,seu materialiṫ,inquantum profectio,seu imperfectio eius agnoscit̃ ex hoc,ꝙ renititur,aut consentit his,ad quæ caro,uel mundus inclinat.Hæc in Summa.

Tẽtare diuersis diuersimodẽ conuenit.

¶ Præterea Alexander:Tentatio,inquit,secundum Cassiodorum, est assimilatio boni ad fallendum, ꝙ conuenit omni tentationi actiuæ hostili,in qua malum,seu falsum sub specie boni,aut ueri proponitur,ut is,cui proponitur, decipiatur. Descripto autem Hugonis præhabita, intelligit̃ detentatione,quo ad initiũ motus ad peccandum.Accidit namq; diabolo aliqñdo sicut cæco, qui primo tentat baculo,an inueniat uiam per quam possit incedere:cumq; inuenerit,incedit securè.si diabolus primo tentat hominem,& si inuenerit eum fortem ad resistendum,blandè conat̃,& & paulatim:si verò inuenit uiam, quasi uiolentus pulsat.Procedit autem tentatio diaboli ex inuidia, seu rãcore,quo dolet hominem illuc per humilitatem ascendere,unde ipse ꝑ superbiã lapsus est.Hæc Alexander.

Alexãder

Hugo

¶ Si uerò quæratur, cur Deus condidit hominem,quẽ sciuit casurum ,seu reprobos quos præsciuit damnandos, & cur sinit hominẽ tentari quem noscit uicendum,respondet Thomas de Argentina,ꝙ primò hoc agit, quatenus creatoris perfectio in creaturis diuersimode repręsentet̃, atque respiendeat.Scd̃ò,ut in his Dei sapientia manifestetur,quæ ex malis multa elicit bona. Deus quippè tã bonus,& sapiens est,ꝙ non fineret fieri mala,nisi sciret,& posset inde elicere bona. Tertio, ut pietas Dei in electis refulgeat,iustitia uerò in reprobis,& hoc in multiplici gradu,ac uaria differentia dispositiònis Dei in rebus. Quartò,ut liberũ arbitriũ exerceatur, & creatura suã fidelitatem ad creatorem oñdat.Quintò,q̃a non decet, ut ꝑꝑ creaturarũ ingratitudinem,ac peruersitatem Deus omitat page re,qđ suæ est bonitatis.Sextò,ut maior sit decor uniuersi,dum opposita iuxta se posita clariùs elucescunt,ac innotescunt,Verũ,ut ait scriptura, Deus, quàmtũ in se est, vniuersos,& singulos uult saluari, hoiesq; ꝑmittit tentari,ut resistendo, & ꝑualendo copiosiùs mereant̃,ac gloriosiùs coronent̃.Et rursus,ut suas infirmitates experiantur,atq; ad creatorem confugiant,ac semper magis soliciti,timorati, custoditi permaneãt.

Thomas Argẽtinẽ.

Deus cur tẽtari sinat hominẽ superandum

¶ Amplius Durandus hic scribit:Tẽtatio ꝑpriè ẽ motus,seu actus natus inclinare in aliquod illicitum.Quẽadmodũ.n.se habet tentatio ĩ speculabilibus ad uerũ,& falsũ,sic in opabilibus ad bonũ,& malũ,licitũ,& illicitũ. Sed in speculabilibus nõ est tentatio,nisi cũ per apparentem syllogismũ,seu rõnẽ concludit̃ falsum,natum inclinare intellellectũ ad errandum.Syllogismus.n.tentatiuus,est apparens,& non existens,sitq; ad sumẽdũ experientiam de scientia.Ergo non est tentatio in operabilibus,nisi per actum uel motum natum inclinare uoluntatem ad aliquid illicitum, ad sumendum experientiam de bonitate, aut prauitate tentati.Hæc Durandus.

Durandus

QVAESTIO II.

DEinde quærit̃ *de motiuo diaboli ad tentandum,* de quo etiã modicè tactum est, de quo ait Bonauentura.Hæc duo pc̃tã, sũpbia,atq; inuidia, maximè possidẽt mentẽ diaboli,quæ & quasi inseparabilia sunt,& unũ aliud cõcomitat̃ Sũpbus quippè amat excelentiã sui,idcirco nõ uult parẽ habere.vñ & appetit excellẽtiã singularit̃ possidere.Hic mox actu,aut habitu inuidet alijs, q̃bus nõ uult cõicari bonũ,qđ habet,aut appetit ipse.Itaq; diabolus cernens hominẽ in paradiso cõstitutũ in tali statu, in quo adhuc poterat uinci,& uictori subijci, ac etiã ad felicitatẽ ascendere,de qua diabolus ipse corruerat,ex superbia motus est ad ip̃m tentandũ,quatenus ip̃m sibi subijceret:& ex inuidia,ut ip̃m à tanta beatitudine impediret.sicq; superbia fuit mouẽs primũ,inuidia mouens proximũ. Nã dato, ꝙ non potuisset dñium super hoĩem obtinere, adhuc studuisset eum gaudijs paradisi priuare.Inuidia quoque non solum incitat inuidum,ut priuet aliũ bono,quod habet, sed & eo,ꝙ potest habere.Sic ergo scriptura testante.Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.Hæc Bonauentura.

Bonauen.

Diabolus quãobrẽ hominẽm tentet.

Sapien. 2.

QVAESTIO III.

QVærit̃ consequenter, *an omnis tentatio sit peccatum.* Et constat, ꝙ omnis tentatio actiua propriè dicta,quæ est motus, seu actus tentantis, ordinatus,ac tendens ad decipiendũ siue nocẽdũ, extet pc̃m̃.tẽtatio uerò passiua,inflicta à tali tentatione,si ei resistat̃ idoneè,non solum non est pc̃m̃, sed,& meritum magnum.Specialiter ergo est quæstio,an omnis,tentatio,quæ est à carne,sit culpa.

Tentatio qñ sic peccatum.

¶ Circa hæc loquitur Thomas:Motus sensualitatis, seu concupiscibilis, dupliciter põt insurgere. Primò ex qualitate organi,sicut corpore calefacto insurgit motus libidinis sine aliq̃ imaginatione,qui motus est pure naturalis,nec rõnẽ habet pc̃i, quẽ põt diabolus in nobis causare ex ptãte suæ naturę, q̃ põt corporalia trãsmutare, nisi cohibeat̃ uirtute angelica,seu diuina.Scd̃ò, ex apprehensione delectabilis.cumq; ex hac parte apetitus aliquã habeat libertatẽ in hoĩe,ſm quod potest obedire imperio rõnis, sic in concupiscibili est pc̃m̃, & tẽtatio sic consurgens ex carne,est culpa. Nã eã diabolus extorquere nõ ualet,q̃uis uehemẽter incitet,& inclinet.Verũ ut dictũ est supra,diabolus habet ptãtem imprimendi imaginationẽ,interioresq; sensus, repręsentãdo exterius sensibilia aliqua,seu turbando imaginationẽ interiùs.sicq; imprimendo dr̃ nos tẽtare,Hæc uerò imp̃ssio,q̃ diu est solũ in apprehensione,nõ in appetitu,nõ habet rõnẽ pc̃i.Porro tentatio,q̃ est à mundo,seu hoste,pc̃m̃ nõ est, cũ uitari nõ queat.pc̃m̃ quoq; vnius nõ cõsistit in actu alterius,sed proprio. Cumq; in tentatione carnis ipse appetitus illicitus, ſm quẽ tẽtari quis dr̃, est actus eius,qui tentat̃.(Non.n.sola caro concupiscit, sed totum cõpositum) hinc talis tentatio est pc̃m̃ in illo.Tentatio aũt,quæ est à mũdo vel ab hoste, est à principio extrinseco,ita,ꝙ actio est in tẽtante,non in tẽtato:iõ non est pc̃m̃ in tẽtato,nisi per eius consensum,aut delectationẽ : q̃a tunc incipit coop̃ari tentãti.

Th. Aqui.

Mot⁹ sensualitatis dupliciter oritur.

¶ Et si obijciat̃, ꝙ tentationẽ carnis in toto uitare nõ possumus,ergo nõ est pc̃m̃,q̃a(ſm Augustinũ)nullus peccat in eo,qđ uitare nõ valet:dicẽdũ,ꝙ q̃uis oẽm talẽ vitare nõ valeamus tentationẽ, quãlibet tñ singularit̃ sũptã,uitare valeamus. Hæc Thomas in Scripto.

Obiectio

Augustin.

Dilutio.

¶ Cõcordãt Petrus, Hanibal, Durãdus,& alij plures.Verũ Richardus parumper dissentire vr̃:In tẽtatione,inquiens,q̃ est carne, nõ est semper pc̃m̃,sumendo peccatum pro culpa,seu demerito, qm̃ nisi causa tentationis illius fuerit voluntas antecedenter,aut ei consentiat concomitantur,imò pro posse ei resistat,nõ video quomõ talis tẽtatio debeat culpari in homine baptizato,aut ei

Richard⁹

pro demerito imputari. Veruntamen aduertendum, ꝙ inter vitium, pctm̄, culpam, & demeritum, potest differentia assignari, quamuis vnum frequẽter capiatur pro alio.

Vitiũ qđ sit.
August.

Vitium quippè est carentia habitualis dispositionis, conuenientis naturæ rei. Vñ Augustinus tertio de libero arbitrio loquitur: Qđ perfectionis naturę de esse ꝓspexeris, id uitium voca. Pctm̄ verò est actus, uel carentia rectitudinis in actu, ex quo declinat à regula sua, quemadmodũ in naturalibus monstra dicuntur pctã, quia regula recta naturæ declinant.

Pctm̃ qđ sit.

In artificialibus quoq; vocatur pctm̄, quia declinat à regula artis. In mortalibus ẽt est pctm̄ in actu, quia declinat à rectæ regula rõnis. Culpa demum est in actu non recto, inquãtum est in voluntatis potestate. Demeritũ uerò est culpa in comparatione ad retributionẽ.

Culpa qđ sit.
Demeritũ quig sit.

Itaq; dici potest, ꝙ oĩs tentatio carnis est motus vitiosus: qm̃ prouenit ex carentia habitualis dispositionis, conuenientis perfectioni naturæ humanæ, quam habuit in prima sua institutione. Est item pctm̄, quoniam omnis motus ad illicitum, à regula rectæ rationis discordat, sed non omnis tentatio carnis est culpa, neque demeritum, quia non est in potestate voluntatis. Hæc Ricardus.

Dionysi.

¶ Cuius responsio intricata vr̃. Quicquid enim à regula rectæ rõnis discordat, culpabile, demeritoriumq; censet̃. Nihilominus verum reor, culpam non esse, neq; pctm̄ id, cui voluntas pro posse resistit, cum ultra vires Deus non requirat ab homine, & omne pctm̄, voluntarium aliquo modo existat. Nec dr̃ tentatio carnis, nisi voluntas, & rõ queant ei aliquo modo resistere, & eam uitare: nec omnis motus, seu stimulus carnis, tentatio carnis vocetur: sed qui ex apprehensione procedit, sicut & Thomas de Argentina fatetur.

Quæstio.

Consequẽter, ut vitetur prolixitas, expediẽdæ sunt q̃stiones minores siue argumentis. Et q̃ritur primò, q̃ tentatio sit grauior, ac difficilior ad vicendum. Et ait Magister ꝙ illa, quæ est à carne, cum tñ Apostolus protestetur: Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, &c. per quod insinuasse vr̃, ꝙ multo maior, difficiliorq; luctatio nobis sit contra spiritus malignos, quàm contra carnem.

Eph. 6.

Bonauent.

¶ Ad hoc Bonauentura rñdet: Quæstio ista põt dupliciter intelligi. Primò, respectu eiusdem pc̃ti, videlicet an difficiliùs sit resistere tentationi venereorũ ad, quã sola caro instigat: aut tentationi venereorũ ad, quã solus instigat diabolus.

Quę tẽtatio sit ãlia grauior.

Ad qđ rñdet, ꝙ difficiliùs sit tentationi carnis resistere propter coniunctionẽ carnis ad animã, seu spũm, ob quam coniunctionẽ caro animam magis incuruat. sicq; intelligit Magister in litera. Scđò, respectu diuersorũ peccatorũ, ita, ut tentatio carnis intelligatur respectu carnaliũ: & tentatio hostis, respectu vitiorum spũaliũ. sic habent se, ut excedẽtia, & excessa. Quidã namq; sunt ad carnalia ꝓniores, q̃bus difficiliùs est resistere tẽtationibus carnis Quidam ad spũalia ut ad superbiã, ambitionẽ, & c. & his difficilius ẽ resistere tẽtationibus hostis, quàm carnis Si, quis aũt sit indifferens ad utrunq; ,ita, ꝙ quantum ex parte ipsius est, æqualiter pronus sit ad utraque vitia: huic tentatio carnis quodãmodo difficilior est, & quodãmodo tentatio hostis. Tentatio etenim carnis ei difficilior erit, ꝑꝑ adhærentiã maiorẽ, & magis intrinsecã, atq; cõtinuã: tentatio uerò hostis difficilior ei erit, ꝑꝑ maiorẽ boni ꝓmissi apparẽtiã, & ꝑꝑ latẽtiorẽ instigantis fallaciã. Nã hostis uitia tegit, ac palliat colore uirtutũ. Hæc Bonauentura.

Idẽ Richardus. ¶ Porro Petrus: Vnã, ait, tẽtationẽ esse alia fortiorẽ, intelligi potest dupliciter. Primò, ẜm se, & absolutè, utpote ex fortitudine impugnãtis. secundò, in comparationẽ ad tentatũ ex debilitate impugnati. Primò modo tentatio diaboli fortior est, secundò modo tentatio carnis. Cumq; fortitudo prima sit per comparationem agentis ad actionem, quæ comparatio essentialior est: scđa verò per cõparationẽ ad patiens, idcirco simpliciter tentatio hostis est fortior: sed in comparatione ad tentatum, fortior est tentatio carnis. Hæc Petrus.

¶ Thomas quoque in Scripto: Tentatio, asserit, carnis ideo grauior dicitur, quia tentato proximior, ẜm quod per eam homo quodammodo diuiditur in desideria diuersa exterioris. interiorisq; hominis. Quod dictum primę responsioni corcordat, certumq; reor, ꝙ absolutè loquendo, tentatio hostis multo sit fortior, nisi ptãs eius à superiore reprimat̃. Ipe etenim nouit mille artes, ac modos vincendi, nocendi tentandi. ¶ Insuper quęritur, an una tentationum istarum valeat separari ab alia. Et hoc includit hanc quæstionem, vtrum omnia pctã hominũ oriantur ex tentatione diaboli. Et possent ad vtrãque partem fieri argumenta, quorum solutiones ex responsione ad quæstionem faciliter patent. Multæ etenim auctoritates affirmant, ꝙ oĩa hominum uitia ex dæmonum suggestione, atque tentatione procedunt, quod etiam in Vitaspatrum quidam patruum dixisse legunt̃. Nihilominus certum est, ꝙ quamuis dæmones nunquam tentarent nos, nec essent: homines tamen ex propria fragilitate, instabilitate, priuato amore sustinerent stimulos carnis, impetus passionum, distractiones mentis, uariosque defectus culpabiles,

¶ Itaq; Alexander, & Bonauentura respondent: Tentationes inferri hominibus à diabolo siue à carne, intelligi põt dupliciter. Primò, tanquã à primò mouente, & sic oĩs tentatio carnis ad minus ab hoste illo antiquo procedit, cuius inuidia mors culpæ, introiuit in mundum, atq; infecit in primis parentibus genus humanum, ex qua infectione, corruptione, ac transgressione originali cætera hominum uitia sunt secuta, Secundò, tanq̃ à mouente immediato, & proximo, sic & tẽtationes istæ sequestrant̃ ab inuicẽ separatiõe formali, ac distãtia tꝑali. Formalit̃, equidẽ separant̃, qm̃ alio mõ tẽtat caro, alio mõ diabolus, ad aliud ẽt uitiũ mouet caro, & ad aliud hostis. Sed & principiũ mouens est aliud, atq; aliud. Separant̃ itẽ tẽporali distantia, qm̃ alio tꝑe tentat diabolus, alio tẽpore caro. Veruntñ tentatio hostis potste esse sine tentatione carnis, tũc maximè, qñ tentat̃ is, in quo non est carnis corruptio, sicut in Chr̃o, & Adã, & qñ ex ipsa tentatione nõ sequit̃ incuruatio ulla tẽtati. Dũ aũt tẽtatio hostis trahit in culpã, cum nullũ in nobis pctm̄ sit qđ ex aliq̃ cõcupiscentia nõ habeat ortũ, sic tẽtatio dæmonis à tẽtatiõe separari nõ valet carnis. Hęc illi, ꝑ quorũ distinctiõesfacile ẽ auctoritates hinc inde diuersimodè sonãtes, cõcordare, & soluere. ¶ At verò Thomas: Aliq̃d, inq̃t, est cã alteri⁹ duplici mõ, puta directè, & ĩdirectè Directè, dũ q̃d recto ordine cã li opat̃, & influit ad eẽ alterius, sicut ignis est cã calefactiõis. Indirectè, dũ agens aliquã causat dispositionẽ ad ꝓducendũ effectum, queãdmodũ siccas ligna, est causa cõbustionis eorũ. sicq; diabolus est cã oĩm malorũ nr̃orũ, inducẽdo primos parẽtes ad trãsgressionẽ, ac suę posteritatis ĩfectionẽ. Atq; hoc mõ sumẽda sũt verba B. Dionysij, 4 c. de diuinis noib⁹ asserẽtis: multitudo demonũ, oĩm malorũ est

Damasce.

causa. Et quod asserit Damasce. Oĩs malitia, & immunditia à diabolo sunt inuentæ, & excogitatæ. Directè uerò non est causa omnis tentationis, & culpæ.

Origenes.

Nempe ut Origenes testatur, quamuis non esset diabolus, homines appetitum ciborum, ac venerorum haberent, circa quæ multiplex contingit excessus. Hæc in prima parte Sũmæ, quæstione 114.

arti.

Idẽ Richardus in Scripto. ¶ Amplius quæritur, an tentatio sit appetenda.

Quæstio

Vr̃, ꝙ sic, quia tentatio est multipliciter utilis dei electis, materia quoq; exercẽdæ uirtutis: & id sine quo saluari, coronari, uictoresq; effici non valemus, dicente Apostolo: Nõ coronatur nisi, qui legitimè certauerit. imò gaudere debemus de eius aduẽtu, atq; præsentia, ut S. Iacobus exhortatur: Oẽ gaudium existimate fratres, cum in diuersas tentationes incideritis.

Iacob. 1.

In oppositum est, ꝙ Christus docuit nos orare, Et ne nos inducas in tentationem. Et rursus, ꝙ tentatio est periculosa, & contra quam pręualent pauci.

Matth. 6.

Tho. Aqu.

¶ Ad hoc Thomas rñdet: Cum bonum sit appetitus, ac voluntatis obiectum, eo modo aliquid est volendum, quo bonum. Quoddam aũt est bonum simpliciter, & per se, ut bona honesta, sicut virtutes, quæ tanq̃ fines sui gratia appetuntur, q̃uis ducant in aliud: quia in cunctis honestis vtilitas honestati coincidit, nisi in summo, & vltimo, quod est finis finium, & tñ propter se, ac per se appetendum. Alia sunt, quæ in se non habent uñ appetant̃, si absoluere considerentur: tamen in ordine ad aliud, expedientia, sunt, ut sectio membri ob sanitatẽ. Verũ ad finẽ consequendũ potest aliquid dupliciter ordinari, puta per se, & per accidens. Per se, qđ quàmtũ in se est, ad finẽ debitum est ductiuũ, sicut fortis pugna ad triumphũ. ꝑ accidens verò, ꝙ quãtum in se est, ducere in aliud. sed ex concursu alterius causæ ducit in finem, sicut, qui bibit uenenũ, vt moriatur, & tñ inde sanatur. Cumq; causa ꝑ accidens non sit proportionata ad effectum, sed solũ causa per se, hinc ex ordine per accidens ad finem, non est aliquid bonũ, nec appetibile simpliciter sumptum, sed solum concurrentibus oĩbus, quæ ad hunc effectum, seu finem determinant. Dico ergo, ꝙ tentatio per se ordinata est ad hominis perditionem. Ad salutem uerò non ordinatur, nisi per accidens, per hoc, ꝙ homo uincit auxilio gratiæ dei. Ideo tentari per se, ac simpliciter non est appetendum, sed tentari, & vincere simul sumptũ. Veruntamen, quia victoria propter nostram fragilitatem ualde incerta est, idcirco tentatio securius fugitur, quàm quæratur. Hæc Thomas in Scripto.

Tẽtari nõ est ꝑ se appetendum

Dionysi⁹.

¶ Quibus obijci potest, ꝙ quàmuis tentatio sumpta in malo, de qua nunc sermo, non ordinetur nisi ad hominum perditionem ex parte tentantis, tamen ex parte dei eam permittentis, ac moderantis, ordinatur ad hominum commodum, profectũ, atque salutem. ¶ Rursus, quamuis imperfectis sit periculosa, perfectis tamen valde est fructuosa: quippè qui tanto instantiùs se erigunt ad uirtutũ profectum, quanto acriùs impugnari se sentiunt. ¶ Item tentatio valde utilis est electis ad uitandum inertiam, ac torporem, & ut excitentur ad diligentiam, & assuescant ad Deum confugere. & itẽ ne quasi ex suis ꝑfectibus extollantur, propriasq; infirmitates expiant̃, & ita humiliẽt se. In spiritalibus quoque prælijs fiant experti, & in exercitijs virtuosis periti, atque ad cõsulendum alijs idonei, qm̃ scriptũ est: Qui non est tentatus, quid scit? Quamuis ergo tentatio non sit per se appetibilis, inquantum ex parte tentatis ad nocendũ: ordinat̃ tamen

Eccl. 34.

inquãtum ex parte dei ad tam multiplicẽ vtilitatẽ, ac salubritatem electorum est ordinata. & medium quodammodo necessarium ad salutem, appetenda vr̃: sic tamen, ut appetens de se ipso nequaquã præsumat, nec suis viribus, sed gratioso dei auxilio innitatur, cui, & quicquid in se fuerit boni, cum oĩ humilitate, gratiarumq; actione, ac iugi cordis custodia semper asscribat. Tentationem etiam carnis, quæ culpa non caret, certum est non esse optandã.

Durãdus

Hinc Durandus: Cum bonum sit, quod oĩa appetunt, sicut aliquid habet rõnem boni, ita, & appetibilis. Est autem aliquid bonum secundum se, & aliquid rõne adiuncti, siue sequelæ. Nullus itaq; rectè eligens, appetit tentari tentatione carnis: nec secundum se, cum sit malum culpæ: nec rõne adiuncti, quia secundum Apostolum, non sunt facienda mala, ut eueniant bona. Tentatio demum hostis, ac mundi, non est appetenda propter se, quia inclinat ad culpam, quantum est ex sua natura: nec ex spe victorię, cum non sit ex se inductiua, sed potius impeditiua illius &c. sicut Thomas supra.

Roma. 3.

Dio. Car. 1. Cor. 10.

¶ Nihilominus secundum quod auxilio dei est occasio obtinendi triumphum. iuxta illud, Deus faciet cum tentatione prouentum, & medium obtinendi salutem, appetenda est modo prætacto, præsertim perfectissimo, & suo modo proficientibus. Hinc aliquid sancti patres prouocauerunt dæmones ad certãdum aduersus se, ut gloriosissimi viri, Antonius, Pachomius, Hilarion: eos quoq; quos viderunt in dei obsequio seriosos, ac feruidos stabiles, & discretos, docuerunt tentationes assumere, & eis cor aperire. Nec petierunt liberari ab illis, sed gratiam efficaciter resistendi, cum Psalmista dicentes: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertat donec deficiant. Atq; cum sancto Iob, Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Denique strenuus miles, & fidelis pugnator, contra aduersarios regis sui appetit præliari zelo dñi sui. quanto magis idoneus Christi seruus, præsertim cum sciat se auxilio domini sui posse salubriter triumphare, à cuius inuocatione proponit firmissimè non cessare, imò in ocio, & quiete à prælis tentationum grauiùs periclitari, ac frequenter minus proficere se agnoscat?

Psalm. 17.

QVAESTIO IIII.

Arguitur primo cõtra veritatem.

Quæritur *de ordine tentationis primorum parentum*, & videtur non fuisse talis, ut narratur in litera. Serpens enim non potuit loqui, nec persuadere mulieri. Et si dicatur, ꝙ loquebat̃ per serpentem diabolus, obijcitur, ꝙ potius debuisset se transfigurare in angelum lucis, quàm loqui per bestiam, quia sic faciliùs persuasisset. ¶ Deniq;, post lapsũ

2. Cor. 11.

hominibus in isto exilio interdum apparuit in spe 2
cie angeli sancti: sciuit quoq; primos parentes, præsertim uirum, naturalinum cognitione præditum esse, & per consequens, scire, ꝙ serpens sit bestia, ideoq; spiritum aliquem naturæ intellectualis loqui in ea, & hoc non nisi uersutè ad decipiendũ. alioquin in propria persona, aut specie appareret, nõ ergo calidissimus ĩpugnator tã obtusè ꝓcessit.

¶ Pręterea, serpens ex sua natura uilis, & detestabilis esse uidetur, ergo per serpentem accedere, 3
fuit propriam nequitiam prodere. Si dicatur, ꝙ nõ potuit modo alio apparere, apparet hoc esse cõtra scriptutam, & rationem, cum in Genesi legatur, Serpens callidior erat cunctis animantibus terræ. Ergo diabolus illum elegit tanquàm per quem facilius persuaderet, & tãquàm sibi magis proportionatũ, præsertim, quia (ut Beda, & alij, quidam dicũt) ser-

Gene. 3.

pẽs ille vultum habuit virginalem,&corpore processit erecto.

In oppositum. August. ¶ In oppositum sunt,quæ dicuntur in litera.

¶ Ad hęc Alexander respondet: Pro eo, quod Genesis tertio habet nostra translatio,Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, septuaginta transtulerunt, Serpens erat prudentissimus bestiarum. Quod non dicitur ratione suæ naturæ, sed ratione diaboli in ipsa. Vnde Augustinus vndecimo super Genesim,Serpens non irrationali anima sua, sed alieno spiritu,id est, diabolico plenus, sapientissimus dicitur bestiarum. Veruntamen non fuit in electione diaboli, assumere animal,quod vellet,sed quod ei à Deo fuit concessum. Vnde super Genesim loquitur Augustinus: Non debemus opinari, quòd diabolus serpentem, per quem persuaderet, elegerit: sed cum esset in ipso diabolo peruersa,& inuida nocendi cupiditas, non nisi per illud animal, per quod permissus est, accedere potuit, & tentare. Quamuis etiam multa animalia alia sint humanę naturæ plus consona, attamen per serpentẽ diabolus tentare permissus est. Etenim serpens ille (secundum Bedam) vultum habebat virgineũ. & quantum ad hoc, diabolus forsans libenter in specie apparuit serpentina,ut per similẽ faciliùs falleret. Similitudo namq; mater est falitatis. Serpens quoq; motũ habet lubricum,& suauẽ,sicq; conueuenit motui tentationis interioris, qui leuis,lubricusq; consistit. Ideo Augustinus 12. de Trinitate effatur: Quomodo coluber non apertis passibus,sed squamarũ minutissimis nisibus repit, sic lubricus deficiendi motus negligentes occupat minutatim, & incipiens à puerso apptitu similitudinis dei, ad similitudinem peruenit pecorinã. Hæc Alexander.

Diabolus cur p serpẽtẽ tentauit hoiem.

Augustin.

Bonauent. ¶ Idem Bonauentura,& addit: Congruebat hominem tentari à diabolo in specie serpentina,quia ad hoc redebat tentator,ut homo sibi consentiẽs. bestialis efficeretur,similisq; serpenti,dolosus,crudelis, inficiens alios, ac terrenis inhærens. item ut homo tentatoris nequitiam deprehenderet citiùs, eo, ꝓ in huiuscemodi animalis effigie appareret, qm̃ non permittit hominem Deus tẽtari supra id, quod potest sustinere. Incepit demum tentatio illa à muliere, & per eam deuenit ad uirum, propter viri exercitationem, & ne mulier haberet excusationem,atq; ob nostram eruditionem. Propter uiri inquam exercitationem,quia tam fortis,spiritalisq; mente præditus fuit,ꝓ non solum potuit,ac debuit resistere tentationi serpentis, sed, & suggestioni suæ uxori. Rursus,si uir primò peccasset, cum ipse caput sit mulieris, non esset mirandum, si mulier consentiret. imo grandem haberet excusationis colorem. Item ex illo modo tentationis visibili, cognoscimus progressum, & modum inuisibilis tentationis. Nam sicut illa tentatio prodijt à serpente per mulierem ad uirum, sic nostra tentatio procedit à sensualitate per rationem inferiorem ad superiorem. ¶ Deniq; tentator versutus à muliere exorsus est, quoniam vidit eam minus sapientem, & iõ faciliùs seducibilem: minus constantem, ideo magis flexibilem: importuniùs adhærentem, ideo non acquieturam donec virum sibi attraheret. Hæc Bonauentura.

Mulier cur primo tentata.

T. Aqnas. ¶ Insuper Thomas: Dæmones, inquit, aliqua possunt ui suæ naturæ, quæ nequeunt adimplerẽ ex diuina, seu angelica ꝓhibitione. sic,& astutia intellectus, atq; nequitia voluntatis eorũ, frequenter ꝓpeditur ab opere, ut operatio non valeant, ꝓ sciũt eorum intentioni magis expeditus, Itaq; in tentatione primorum parentum diabolus aliquid fecit, ꝓ voluit, à muliere incipiendo, & in aliena specie accedendo, ac suggerendo. sed, quòd in forma serpentis venit, non sponte eligit: imò in alia venisset libentiùs, in qua suam uersutiam celasset dolosis. Hæc Thomas in scripto.

Consonat Petrus, addens: Voluntas nocendi inest vnicuique impio à seipso, potestas autem non nisi à Deo. In hac ergo tentatione ex diaboli electione extitit, quòd tentauit: ex coercitione uerò dei, quòd non inuisibiliter, sed in forma visibili etiam bestiali egit hoc, ut eius fraus faciliùs notaretur. ¶ Ex electione quoque fuit diaboli, quòd non in specie tentauit humana, quia cum Eua sciret prę ter uirum suum, & se non esse hominem, mox consideresset fraudem tentantis.

Petrus. Roma. 13.

¶ In super, cum sit duplex tentatio dæmonis, una per violentiam, alia per fraudulentiam: diabolus primos parentes per uiolentiam nequiuit tentare, quia adhuc fuerant innocentes, nec pœna præcedere potuit culpam: idcirco per fraudulentiam ipsos accessit. ¶ Si autem obijciatur, quia tentatio respicit animam, sed, quo ad animam non est in hominibus distinctio sexuum. ergo diabolus non debuit attendere sexus distinctionem, inchoando à muliere. imò cum anima dominaretur tunc corpori, non uidetur in fœmina fuisse minor perfectio, quàm in utrò.

Demon nequibat tẽtare hoiẽm p uiolentiam

Obiectio.

¶ Dicendum, ꝓ q̃uis in anima secundum se considerata, non sit differentia sexus, tñ inquantũ coniungitur diuersitatem corporalis cõplexionis, causatur in anima dispositionis diuersitas. Hinc quamuis in anima mulieris separata, æque forte uiguit ratio sicut in anima uiri, non tñ in anima corpori iuncta. Hæc Petrus. ¶ Cuius hoc ultimum vir partim obscurum. Nec sic accipi potest, quasi anima primæ mulieris fuerit separata ante, q̃ corpori uniretur, imo aĩa illa sicut, & aĩa uiri, infundendo fuit creata, & creando infusa. Maiorem quoque perfectionem scientiæ, ac uirtutum concreauit Deus animæ Adæ, q̃ animæ Euæ, quoniam ipsum Adam instituit vt esset caput, directorque fœminæ.

Dilutio.

Dionysius Carthu.

¶ Deniq; Thomas ad argumentum istud rñdet: In primo statu corpus fuit sic subditum animæ, ut nihil incorpore esseposset, quod contra animæ bonum esset, q̃diu anima deo maneret subiecta. non tñ remouebatur, quin & tunc secundum diuersitatem corporum diuersa fuisset dignitas animarum, cum oporteat esse, proportionem animę ad corpus sicut formę ad materiã, & motoris ad mobile. Ideo mulier ẽt quo ad aĩam, imperfectior fuit uiro. in ultimo aũt statu talis erit subiectio, ut ẽt qualitas corporis sequeretur uirtutem mentis. unde scd̃m qualitatem meritorum, erit aĩa vnius dignior alia. Hæc Tho. in Scripto. ¶ In cuius uerbis, quòd ferẽ de dignitate aĩarum, constat non posse intelligi de dignitate essentiali siue specifica, qua in indiuisibili est consistens, in qua nec anima, Christi fuit maior, nec dignior anima Iudæ, ut articulus Parrisiensis ait. In statu item innocentiæ fuisset (ut creditur) cõplexionum diuersitas, & fœminæ quædam tam in naturalibus accidẽtibus, quàm in gratuitis eminentiores, atque electiores fuissent uiris quibusdam. Sufficit quoque proprio specifica inter corpus, & animam, nec ultra hanc exigitur proportio dignitatis indiuidualis animæ unius super aliam eiusdem speciei. Responsio Richardi ad ista, in dictis Bonauenturæ includitur. Responsio quoque Alberti in præhabitis continetur.

T. Aqn.

Eua fuit uiro suo imperfectior et quoad animam.

Dionys.

Quæstio.

QVAESTIO .V.

Arguitur ꝓmo cõtra ueritatem

POstremò hic quæritur *de grauitate transgressionis primorum parentum, & quis eorum peccauerit grauius. ubi & inquiretur, cur eorum peccatum remissibile & remediabile fuit.* ¶ Videtur autem, quòd peccatum Adæ fuit absolutè grauissimum. Primò, quia maximè fuit nociuum, utpote infectiuum totius posteritatis, cui, & origin alem iustitiam abstulit, & ueram mouit salutem

2 ¶ Secundò, ob eius reatum delendum incarnari oportuit filiũ dei. Cũ ergo tanto indiguerit reconciliatore, apparet, ꝓ extitit deigrauissimè offensiuũ.

3 ¶ Tertiò, quia in eius peccato fuerunt multæ deformitates grauissimæ, ut statim patebit.

4 ¶ Videtur quoque plus peccasse, quàm Eua, tum quia sapientior Eua fuit, & altior: atque quo gradus altior, eo ruina est maior.

Antisiod. ¶ Circa hæc scribit Antisiodorensis in Summa, sua lib. 2. Quæritur, quod fuit peccatum hominis primum? Et dicendum, ut dicunt sancti, ꝓ superbia, quia uoluit esse ut Deus. Veruntamen quidam dicunt, & probant, quòd infidelitas fuit. Bonum enim apprehensum non mouet neque appetitur nisi sub ratione boni, & tanquam possibile. ergo aũquàm mulier appetijt esse, ut Deus sciens bonũ & malum, æstimauit hoc possibile esse. talis autem æstimatio, infidelitas fuit. Alij probant, quòd fuit omissio: quia si apud se contulisset, quòd creatori creatura æquari non ualeat, non appetisset hoc ipsum: & ita omissio debitæ considerationis, fuit primum eius peccatum.

Quod fuerit primũ hominis peccatum

¶ Alij probant, ꝓ fuit dubitatio, qm̃ ipsa dixit, Ne forte moriamur. sicque dubitasse vr̃ de uerbis dei, dicentis: In quacunq; die comederis, inde morieris ¶ Dicendũ ad primum, ꝓ primum illud peccatum fuit infidelitas, & idem peccatum fuit superbia, prout infidelitas largè accipitur, ita, ꝓ se extendit ad quatuor species elationis, q̃ notat̃ hoc uersus:

Gen 3 o

Elationis quatuor sunt spẽs.

¶ Ex se, pro meritis, falsò, plus omnibus, inflat. Sicque non sumitur hic superbia strictè pro appetitu excellentiæ propriæ.

¶ Ad aliud dicimus, ꝓ per se tenemur ad actus virtutum: ad alia quædam præcedentia, per accidens. Omissio ergo habet locum circa principalia illa. Nostra tamen opinio est, ꝓ omissio non consistit in sola negatione, sed in contemptu agendi, ꝓ faciendum est. Dicimus quoque, ꝓ primum peccatum Euæ non fuit dubitatio, sed superbia. Et cum dixit, Ne forte moriamur, non dixit hoc, prout ly forte est aduerbium dubitandi, sed euentus, & libertatem designans arbitrij.

Gene. 3.

Quæstio 2. Tim. 2.

¶ Quæritur insuper, Vtrum Adam voluit esse sicut Deus. Videtur, ꝓ non, quia secundum Apostolum, Vir non est seductus in ꝓuaricationẽ, sed mulier: atque, ut Augustinus affirmat, Adam peccauit, ut Salamon, quia non credidit idola eẽ colẽda, sed adorauit ea, ne suas contristaret delicias, id est, concubinas idolatras. Sic Adam peccauit non credẽs, ꝓ posset eẽ vt Deus, sed ne contristaret uxorẽ. Hinc iterum Augustinus testatur: Non est credendum, ꝓ Adam spiritali mente ꝓditus, voluit eẽ sicut Deus.

Augusti. 3. Regst. 11.

Augusti. Obiectio

¶ Sed obijcitur, quia super illud, Quæ non rapui exoluebam, asserit glossa: Adam, & Eua uoluerunt rapere deitatem, & amiserunt felicitatem. Et super illud ad Philippenses, Non rapinam arbitratus est, esse, se æqualem Deo, Glossa fatetur: Christus Deo patri æqualis, non arbitratus est hoc esse rapinam, quemadmodum Adam arbitratus est, ꝓ posset esse æqualis Deo per rapinam. Ergo primus homo voluit esse Deo æqualis. ¶ Respõdemus, ꝓ caput mulieris est uir, idcirco tenetur regere eam, & docere, atq; arguere quãdo errat: & vbi nõ arguit, peccat: quia consentit. sicq; Adam uoluit eẽ, ut Deus, qm̃ mulierem hoc uolentem non reprehendit: ipse verò non ꝓprie voluit hoc. Hinc oĩbus circonstantijs culpam grauantibus ritè pensatis, Eua magis peccauit, q̃ uir: q̃a peccauit ex tanta superbia, qua uoluit esse, ut Deus. ¶ Quæritur quoq; de causa peccati Adæ. Nam asserit Augustinus, ꝓ Adã inexpertus diuinæ seueritatis iudicia, seu rigorem, credidit esse veniale, quod fuit mortale. Contra hoc tñ argui potest, quia ignorantia illa, aut fuit culpa, aut pœna. si culpa, ergo primũ peccatum eius, non fuit comestio pomi, aut inobedientia si pęna, ergo pęna pręcessit culpam Imò, ꝓ fuit culpa probatur, quia fuit error in moribus. Quòd verò ignorantia fuit causa sui peccati, probatur ex hoc, quia peccauit, ꝓ non contulit, id est, non discussit, nec consideraui, ꝓ attendendum fuit. Hinc quædam ignorantia actualis, videtur fuisse causa illius peccati, quòd concedimus. Sed illa ignorantia non fuit culpa, neq; pęna, sed pura negatio, atq; defectus de numero defectuum, de quibus B. Dionysius dixit: Quòd malum est ex infinitis defectibus. Idem dicendum de ignorantia, qua nesciuit pctm̃ suũ tam grauiter puniendum, sicut fuit punitum. Et, ꝓ secundum Augustinum credidit illud pctm̃ esse veniale, non est ita intelligendum, ꝓ nesciuit illud eẽ mortale: sed quia putauit se de illo veniam adepturum faciliùs, quàm inuenit, quæ erronea æstimatio, seu ignorantia, nec pœna fuit, nec culpa. ¶ Præterea quæritur, An pctm̃ Adæ fuit ex libidine. Videtur, ꝓ non, qa processit ex quædam compassione, & pietate, ut scilicet uxori gereret mortem, nec eam contristaret. Et sic, ergo non omne pctm̃ ex libidine oritur: quod est contra Augustinum 1. lib. de libero arbitrio, quo affirmat, ꝓ omne pctm̃ ex libidine ꝓdit.

Dilutio Vir qualiter caput sit mulieris

Eua peccauit grauiꝰ viro. Augustin.

Dicay. martyr.

August.

¶ Nihilominus contra hoc ipm̃ obijcitur, qm̃ sup illud, Incensa igni, & suffossa, loquitur Glossa. Oẽ peccatũ est ex timore malè humiliante, aut ex amore malè inflammante: ergo non oẽ peccatum est ex cupiditate, ergo, nec ex libidine. ¶ Dicendũ, ꝓ oẽ pctm̃ est ex libidine, seu cupidine, mediatè, vel immediate. Attamen quoddam pctm̃ est immediatè ex timore. Quod uerò est ex timore immediatè, est ex cupiditate mediatè, qm̃ timor est ex cupidita te. Consimiliter pctm̃ Adę, vel mediatè, vel immediatè fuit ex cupiditate, seu libidine, fuitq; ibi duplex libido, Vna, qua nimis dilexit vxorem, & eius delicias. altera, qua vetitum pomum comedit. Sic, & in peccato Euæ fuit duplex libido. Vna in appetẽdo eẽ sicut Deus, altera in appetitu esus pomi ꝓhibiti. ¶ Quæritur demũ, An pctm̃ Adæ fuit pctm̃ in spm̃ sanctum. Vr̃, ꝓ imò, qm̃ non peccauit patrem peccando ex infirmitate, nec in filiũ peccando ex ignorantia, sed ex certa scientia, quod est pctm̃ in spm̃ sanctum. ¶ Item pctm̃ Adæ fuit punitum grauissimè, pro quo, & filius dei sustinuit crucem: ergo in se ipso fuit grauissimum. Quantitati etenim culpæ correspondet quantitas pęnæ.

Obiectio Psalm. 79.

Dilutio.

Pctm̃ oẽ ex libidine

Adę pctm̃ ex duplici cupiditate prodijt.

¶ In contrarium est, ꝓ non fuit desperatio, neque pręsumptio, nec finalis impęnitentia, nec inuidentia fraternæ gratiæ, nec impugnatio agnitæ ueritatis, ergo non fuit peccatum in spiritum sanctũ. Dicendum, ꝓ non fuit peccatum in spiritum sanctum, nec diuisio illa peccati extat sufficiens. Correspondentia quoque pœnæ ad culpam intelligitur de pœna diffinitiuæ sententiæ, præsertim post

Adã non peccauit ĩ spm̃. ãctũ.

Pęna non sp̃ correspondet culpę.

mortem, non de pęna tpali imò interdũ maius peccatum Deus minus punit tpaliter, prout viderit expedire. Deniq; peccatum Adæ tẽporaliter fuit punitum magis, quàm alia, duplici ratione. Primò rõne status, quia in delicijs paradisi existẽs peccauit. Alia rõ est generalis instructio hoĩm, quatenus ex hoc, ꝙ à principio tã dire puniuit peccata primorum parentũ, hoĩes discant, & pensent, q̃ ineffabiliter Deus oĩpotens iustus, ac metuendus, detestetur horreatq; peccata, sicq; satagant peccata vitare. Hæc Antisiodorensis. Cuius dicta pro parte commemoro recitatiuè magis, quàm assertiuè.

Pctm̃ Adę cur cęteris grauius sit punitum

Alexand.

¶ Præterea Alexander circa hæc plurima sciscitatur. Primò, quod fuit primum pctm̃ hominis? Ad, ꝙ respondẽs, auctoritatibus multis ꝓbat, & fuit superbia. Appetebat qppè similitudinẽ scientiæ dei, sicut diabolus similitudinem quoq; diuinæ potẽtię, atq; ex his ꝓcessit ad appetitionem fructus ꝓhibiti, & sic demum ad eius comestionem. Veruntñ immediatum, proximumq; pctm̃, per qđ transfusa est corruptio, seu infectio primorum parentum in posteros, fuit gula. Vndæ cum dicitur, ꝙ pctm̃ hominis in paradiso fuit præsumptio, vel inobedientia, totum ad superbiam reducit. Nec credidit Eua, ꝙ possit esse, ut Deus, id est, Deo æquali: sed eo modo quo aliqui dicuntur dij participatiuè, & adoptiuè, ꝙ tamen voluit vltra, q̃ ei conueniebat. ¶ Quæritur item, An pctm̃ illud fuit grauius alio varijs modis. Primò, ratione eius, in quem peccatur, uel propter magnitudinem iniurię ei illatæ, aut ꝑꝑ magnitudinem damni, aut pœnæ consequentis pctm̃. aut propter magnitudinem causalitatis ad peccandũ. Primò modo pctm̃ Iudæorum occidentium CRISTVS, extitit maximum. Secundò modo pctm̃ primorum parentum maximum perhibetur. Tertiò modo peccatum Luciferi. ¶ Porro de hoc, An peccatum Hdæ fuit grauius Euæ peccato, an econuerso, rñdet sicut ex Antisiodorensi rñsum est. Similiter de hoc, an fuit pctm̃ in spiritumsanctũ, aut irremissibile. Item ad hoc an fuit remediabile, respondet, ꝙ imò, allegans illud Isidori libro de Trinitate: Homo post peccatũ idcirco redit ad veniam. quia ex lutea materia pondus traxit infirmitatis, Hinc propter infirmam carnis cõditionem reditus patet homini post culpam ad gratiam, ac salutem. Et rursus, quoniam aliunde ad peccandum fuit inductus. Et de hoc in tertio magis dicendum est.

Pctm̃ dr̃ alio grauius multis modis.

Adã quo tempore peccauerit Psal. 29.

¶ Quæritur quoq; de hora, qua transgressus est dei præceptum in paradiso. Et dicit Glossa super illud, Ad vesperum demorabitur fletus: Vespera est, quando sol in occasum declinat, quot tpe Adam peccauit, & lux ueri solis ab eo recessit. ¶ Verũ obijcitur contra hoc, qm̃ sup illud Marci, facta hora sexta tenebrę factæ, sunt super uniuersam terrã, ait glossa: Qua hora primus hõ peccãdo meruit mortẽ mundo, eadẽ hora scđs Adã moriendo mortẽ destruxit. Dicendũ, ꝙ q̃uis hora sexta tenbræ illæ factæ sint, non tñ illa hora Christus tradidit spũm. sed hora nona, aut modicũ postea, tũcq; sol properat ad occasum, & tũc circiter Adã trãsgressus est. Vñ dr̃ in Genesi, Cũ deambularet dñs in paradiso ad aurã post meridiem, abscondit se Adã. sicq; ea hora, qua Adã peccauit, Christus mortem destruxit. Vespera uerò sumitur large pro tempore, quo sol ad occasum declinat. Hæc Alexander.

Obiectio. Mar. 15.

Dilutio.

Gene. 3.

Tho. Aqu.

¶ De grauitate demum peccati Adæ respectu sequentium, Thomas effatur: In peccato multa possunt attendi, ex quibus grauitatem sortitur. & qđ respectu unius illorũ est grauius, respectu alterius leuius esse põt. Id tamen simpliciter grauius est, qđ scđm plura, & potiora grauius est præsertim secundum speciem culpæ: quoniam quãtitas consequẽs speciem peccati, essentialior est peccato, q̃ quocunque circunstantia. Itaq; quamuis peccatum Adæ, quo ad hoc, grauius extitit, ꝙ minori pulsatus tentatione sucubuit, ꝙ itẽ faciliùs resistere potuisset, nihilominus quantum ad speciem peccati, & alias circũstantias, quæ peccati grauitatem magis exaggerant, secuta sunt multa uitia grauiora. Quod autem peccatũ illud ademit bonum tam magnũ, atq; quàm maximũ intulit damnum, fuit per accidens, puta ex hoc, ꝙ integram inuenit naturam. Vñ non sequitur, ꝙ grauius cæteris fuit, quia hoc ip̃m cętera quoq; fecissent, si naturam integram inuenissent: quemadmodum, & secundum peccatum mortale gratiam non aufert, quia non inuenit: sed si inueniret, auferret. Sic, & pœna peccati illius. est duplex. Vna, quæ ei inflicta est inquantum fuit personale, particulare, & actuale. sicq; multis alijs peccatis grauior pœna debetur. Alia, quæ ei indirectè debita est ratione originalis infectionis, & ita pœna maxima est ip̃m secuta. Nec sequitur, ꝙ Adam per se resurgere potuit, quoniam per se corruit. sicut, & quilibet homo per se gratiam potest amittere, nec tamen potest eam per se recuperare. Gratia namq; excedit uirtutem naturæ Gratia quoq; quæ postea creditur reddita Adæ, non nisi ad actus personales se extendebat: idcirco naturam in id, quod supra ip̃m est, eleuare non potuit, neq; reducere: hoc est, in originalem iustitiam, atque impassibilitatem. imò hoc solus potuit filius dei, supra totam naturam existens. Hæc Thomas in Scripto.

Adã ꝑ se peccare potuit nõ resurgere

¶ Insuper de specie peccati primorum parentum conscribens: In eodem, inquit, actu contingit plurium peccatorum deformitates consistere sed illa deformitas principalior est, atq; formalior, cõplẽsq; speciem culpæ, quæ ex principali motiuo, seu intentione causatur, in quod alia ordinantur, quoniam finis est id, ꝙ primum cadit in voluntate, ex qua est origo peccati, & ex fine actus mortales specificãtur. Propter quod ait Philosophus quinto Ethicorum: Si quis mœchatur, vt lucretur, auarus magis est, quàm mœchus. Iuxta hoc dico, ꝙ in primo peccato hominis multę deformitates fuerunt, Hinc Magister considerat in eo gulam, inanem gloriam, & auaritiam. sicque vnum multiplex dici potest, attamen oĩa alia sunt materialia respectu superbię, quia ad excellentiam obtinendã oĩa ordinauit, ut pandit promissio dæmonis ad impietatem instigantis. Nam dixit, Eritis sicut dij. & ita dæmonis, & hominis culpa à superbia cœpit Aliorum etenim peccatorum occasio solet esse, quidã defectus. sola superbia ex perfectione accipit fundamentum, ut asserit Augustinus: quia superba etiã bonis operibus insidiatur, ut pereant. Non ergo primorum parentum pctm̃ infidelitas fuit, quia non crediderunt Deum falsum dixisse, sed putauerunt verba eius forsan alitur esse intelligenda, uel metaphoricè, aut mysticè dicta. Vel ex elatione, qua id, quod promittebatur appetebant, oculus mentis eorum extitit impeditus, ne actualiter ueritatem diuini attenderent uerbi, secundum quod omnis malus est aliquo modo ignorans. Verum ignorantia, seu dubietas talis credendorum, infidelitatẽ non facit. Fuit item in illa transgressione inobedientia, quæ est generale peccatum, non ut est uitiũ speciale, quo quis ex contemptu ꝑcepti peccat. Nec Eua peccatum fuit, ꝙ scientiã appetebat ĩpertinẽtium

Philos.

Gene. 3.

August.

Peccatum primum ꝑparẽtũ nõ fuit infidelitas

sibi, qa hoc curiositas extitisset: sed ꝙ in ipsa scientia eminentiã cupiebat, vt in hoc Deo quodã modo æquaretur. Fuit etiam in illo peccato omissio, quæ est vitiũ generale, non speciale, utpotè cõsequens oẽ pecatum. Hoc nempè in omni peccato commune est, ꝙ peccans non facit, quod in se est.

Cupiditas tripliciter sumitur.

¶ Præterea aduertendum, ꝙ cupiditas tripliciter sumitur. Primò, vt est speciale peccatum, habẽs pro speciali materia bona ad vsum vitæ spectantia, & sic non est radix oĩs peccati, nisi ꝙ non est vllũ peccatum, ꝙ non aliquando ex auaritia oriatur Secundò, vt generale peccatum, videlicet pro immoderato appetitu habendi quodcũq;, vt scientiam, opes, aut aliquid tale. sicq; in peccato illo auaritia erat. Tertiò, non vt est peccatum, sed radix omnis peccati. sicq; designat pronitatem quandam habitualem appetitus, qua inclinatur ad aliquid actualiter appetendum inordinatè. Et constat ꝙ primus homo nõ peccauit ex cupiditate primo modo accepta.

1. Tim. 6.

Homo qualiter appetijt esse vt Deus.

¶ Si verò quæratur, An appetijt esse vt Deus, dicẽdum, ꝙ homo quãtũ ad aliquid, appetijt esse Deus: & quo ad aliquid, non: quoniam non appetijt æqualitatem Dei in scientia, potentia, aut alio, cum hoc sit impossibile, sed quantum ad modum habendi. Nam quia inferioribus istis fuit præpositus, appetijt vt per naturæ suæ conditionem, & ligni vetiti vsum, tantam scientiæ plenitudinem consequeretur, quatenus ex lumine propriæ rationis tam seipsum, quàm inferiora in omnibus regeret. Vnde loquitur Augustinus, quòd non voluit, vt seruus teneri pręcepto quasi ab alio regulatus, per lumen naturalibus superadditum, & ita similitudinem Dei inordinatè optauit.

August.

¶ De hoc verò, quis primorum parentum peccauit enormius, respondendum, ꝙ duorum vitiorum vtrunq; potest altero grauius esse diuersis respectibus, circunstantijsq; diuersis attentis. Illud tũ simpliciter est grauius, quod in potioribus, & in specie culpæ præponderat, atq; in motiuo, seu intentione peccandi. Hinc mulier magis peccauit, quia ex sola elatione mentis mota est ad peccandum. vir autem etiam ex quadam amicabili societate ad vxorẽ. Nec tanta fuit in Adam elatio sicut in Eua, quæ ex verbis serpentis tantum excellentiæ appetitum concepit, ꝙ iudicium rationis suæ fuit peruersum intantum, ꝙ credidit verum esse, atq; possibile, quod ꝓtulit serpens. ideo secundum Apostolum fuit seducta. in viro autem non intm̃ excreuit propriæ excellentiæ amor, ꝙ crediderit verum esse, & futurũ quod dixerat serpens, sed quia illud vellet si possibile foret: idcirco dicitur non fuisse seductus. Attamen illa eius elatio ad experiendum eum incitauit, ita ꝙ aliquam dubitationem elatio eius fecit, quæ in muliere firmam opinionem conceperat. Vir quoque peccauit cogitans de misericordia Dei, cum proposito pœnitendi. Cogitare autem de misericordia Dei sine proposito pœnitendi, hoc præsumptionis est, & contemptus diuinæ iustitiæ, quod non fuit in Adam. Hæc Thomas in Scripto.

1. Tim. 2. Vir cur dicatur non seductus.

Petrus.

¶ Concordat Petrus per omnia, hæc eadem alijs verbis exprimens.

Richar.

¶ Richardus quoque: Lucifer, inquiens, peccauit enormiùs, q̃ primi parentes, quia in rem consensit magis illicitam, & lege æterna, ac naturali prohibitam. res autem prohibita primis parentibus, vtpotè de pomo ligni scientiæ boni, & mali comedere, nõ fuit illicita in se, sed solum prohibitione disciplinæ. Lucifer quoq; intẽsiori affectu ferebatur in malum, & minoris nescientiæ fuit, atq; minoris pronitatis in vitium, q̃ primi parentes. Hinc peccatum Luciferi nõ fuit remissibile, nec remediabile, sed peccatum primorum parentum. Peccatum tamẽ mulieris fuit superbia, quàm sciendi curiositas est immediatè secuta. deinde & gula, & in ipsa comestione specialis inobedientia. Probabile namq; videtur, ꝙ secundum ordinem tentationis de peccato in peccatum sit lapsa. In tentatione autem primo tangebatur excellentia, ibi: Eritis sicut dij. Secundò promissio scientiæ, cum subditur: Scientes bonum, & malum. Tertiò exprimit scriptura aspectum ligni illius, & quartò comestionẽ ipsius. Forsanq; mulier appetiuit pro statu illo non posse mori, plenam etiã potestatem transmutandi, & gubernandi inferiora propria virtute, & forsitan vniuersalem notitiã boni, & mali. Virum verò ex quadam mentis suæ elatione solicitauit quædam experiendi cupiditas, cũ cerneret mulierem, gustato pomo vetito, non esse mox mortuã. Deniq; cunctis pensatis, vr̃ mulier magis peccasse, q̃ vir, quia minori tentatione deuicta est, & motiuo magis illicito, intensioriq; affectu comedit de ligno, vt patet ex dictis. Hæc Richarcus.

Lucifer enormiùs peccauit quàm ꝓtoparentes.

Gene. 3.

Bonauen. Peccatum hominis cur fuerit remissibile.

¶ Amplius secundum Bonauenturam, Peccatum hominis remissibile fuit: quoniam homo fuit carne mortalis, voluntate vertibilis, & in peccãdo aliqualiter excusabilis, vtpotè aliunde inductus. Lucifer quoque excessit enormiùs: quoniam ex maiori libidine, maiori ingratitudine: & plures scandalizauit, corrupit, deiecit: quia nõ angelos solum, sed & primos parentes, & in illis genus humanum. Peccatũ etiam Adæ grauius fuit peccato Euæ, quantum ad ingratitudinem: quia præclariora à Deo dona fuit sortitus. peccatum verò mulieris in hoc fuit enormius: quoniam ex maiori peccauit libidine, id est, intensiori affectu. Sed quo ad corruptionem, seu nocumentum consequens ex peccato, est distinguendum: quoniam aliquid potest corrumpere, seu lædere dupliciter. Primò, per modum causæ: secundò, per modum occasionis. Et primo modo peccatum Adæ fuit magis corruptiuum, & infectiuum: quoniam fuit causa transfusionis peccati in posteros. Secundò, modo peccatum Euæ magis extitit corruptiuum: quoniam instigauit virum ad transgressionem. & ita tam viro, quàm posteris fuit incitamẽtum, occasioque ruinæ. Iterum peccatum viri fuit enormius, consideratis conditionibus ex parte peccantis: quia prælatus fuit vxori, & excellentioribus donis ornatus. mulier autem magis est transgressa, pensatis cõditionibus ex parte peccati. nam Deum sua ambitione inhonorauit, & proximum sua suggestione deiecit. Hæc Bonauentura, qui de omnibus his scribit diffusè, & pulchrè, cuius scripta virtualiter sunt inducta.

Albertus.

¶ Concordat Albertus, & insuper quærit hic, Vtrum tentatio primi hominis fuit vna, an multiplex. & idẽ quæri potest de eius transgressione. Respondet, Solutio Præpositiui ad hæc fuit per distinctionem, quòd scilicet peccatum potest dici unum simpliciter, & iterum potest dici vnum multipliciter. Peccatũ simpliciter simplex est, quod est vnius actus, & vnius deformitatis, & ad unum appetibile determinatum. Cumq; actus substantia sit peccati, hoc in substantia est vnum: & cum deformitas sit forma peccati, hoc etiam in forma est vnum: & cũ appetibile sit finis, ac mouens, hoc etiam in fine, & mouente vnum consistit. sicq; simpliciter vnum est. Porrò peccatum unum multiplex est, quod in actu est vnum, sed multas habet deformitates, & plura mouentia, secũdũ quod in ipso sunt plura, pluresq;

Præposi.

habet

habet fines, quos obtinere intendit per vnum, eundemq; actum. & tale dixit esse peccatum primorũ parentum. Mihi quoq; videtur bene dixisse. Idem dicendum de vnitate tentationis illius. Si ergo quæratur, Vtrum simpliciter dicendum sit vnum, respõdet ꝙ imò iuxta illud Philosophi: Vbi vnum est propter alterum, vtrobiq; est vnum. Talia enim ab vltimo denominationem, & vnitatem, ac multitudinem sortiuntur. Si verò quæratur, quod fuit inter hæc primum peccatum: dicendum & ex parte tentati, primum fuit superbia: ex parte tentantis, inuidia: attamen primum disponens angelum malum, ad hoc, ꝙ vellet tentare, fuit superbia corrumpens naturam angelicam, quando voluit esse vt Deus. Et nisi angelus fuisset hac elatione corruptus, nõ fuisset inuidiæ susceptiuus qua hominem impugnauit. Nempè vt asserit Augustinus, Superbiã semper comitatur inuidia, & talis regina nunquam est sine tali pedissequa. Primũ verò ex parte suasionis diaboli, fuit infidelitas circa verba Dei: sed primũ in intẽtione tentatoris, fuit homicidium primorum parẽtum. Hoc.n. principaliter intendebat, vt mortẽ corporalem, ac spiritualem induceret in naturam humanã Vnde ait Saluator: Ille homicida fuit ab initio, quia in veritate non stetit. Fuit quoq; tẽtatio illa solum exterior, quia in statu illo nulla in homine fuit corruptio, nec in corpore, neq; in anima, quæ ad illicita inclinaret. idcirco non fuit inclinans ad culpã nisi exteriùs. quo persuadente, acquieuit homo, & cœpit inclinatio esse interior. Hęc Albertus.

Philosop. — August. — Iohan. 8. — Tentatio protoparentũ fuit solum exterior.

Alexãder.

¶Consonat Alexander: Vna, inquiens, fuit tentatio: quoniam vbi vnum propter alterum, ibi totum reducitur ad vnum. Tentatio autem fuit de inobedientia, motiuum verò ad illam transgressionem, fuit appetitus inordinatus similitudinis Dei. & secundum hoc vnica fuit intentio. Quòd enim Eua mouebatur ad esum vetiti fructus, fuit ex desiderio acquirendi, quod promisit diabolus: Eritis, inquiẽs, sicut dij &c. Hæc Alexander.

QVAESTIO VI.

POstremò hic quæritur, *Vtrum homo in statu innocentiæ potuit venialiter peccare priusquam mortaliter*. ¶Videtur quòd sic, quoniam qui potest maius, potest & minus: si ergo poterat peccare mortaliter, poterat & venialiter.

Arguitur primò cõtra ueritatem.

2 ¶Secundò, veniale est dispositio ad morrale, sed qui potest principale attingere, potest quoque prę-ambulum tangere.

3 Origenes. ¶Tertiò, secundum Origenem in Periarchon, Nullus eorum, qui in supremo, perfectoq; gradu extiterit, subito ex toto euacuatur, sed paulatim potius, & per partes. Adam autem spiritali mente præditus, in magna fuit perfectione plasmatus: ergo non potuit repente peccare mortaliter, sed venialiter primò.

4 ¶Quartò, potuit verbum ociosum proferre, & hoc fuisset veniale &c.

In oppositum. ¶In oppositum est communis doctorum positio, vt patebit.

Albertus. ¶Ad hoc Albertus respondet: Quod quæritur, Vtrum homo tũc potuit prccare venialiter, sophisma est ex compositione, & diuisione. Nempè si hoc quod dico primò, seu in primo statu, componitur cum verbo hoc potuit: constat ꝙ potuit tunc venialiter peccare, atq; mortaliter, sicut postea. Eandem quippe potentiam habuit, quamuis aliter, aliterq; dispositam Si autem determinatio illa primò, vel in primo statu, diuidatur à verbo hoc potuit, & coniungatur cũ verbo illo peccare: constat ꝙ non potuit nisi mortaliter peccare. Id enim quod facit peccatum esse veniale, est circunstantia peccatum excusans, puta infirmitas, aut ignorantia, quæ tunc nondũ erant in primis parentibus. Adhuc in primo statu recta fuit ratio in primis parentibus, sensualitatem habens subiectam: ergo peccare non poterant, nisi per exitum à rectitudine rationis, non per inclinationem sensualitatis, quod est peccare mortaliter, quia ita vir comedit. Hæc Albertus.

Alexãder. ¶Concordans his Alexander: Aliud, inquit, est dicere, ꝙ homo potuit primò peccare venialiter, & ꝙ homo potuit peccare venialiter primò. Concedendum est quippe, ꝙ primò potuit peccare venialiter, quia eandem possibilitatem habuit Adam in primo statu, quam modo habemus, sed aliter, & aliter dispositam: quia tunc ita fuit disposita, ut primus egressus à rectitudine esset mortalis, & deinde esse potuit venialis. nunc verò ita disposita est, ut primus egressus esse valeat mortalis, & venialis, ꝙ totum contingit ex statuum diuersitate.

Obiectio. ¶Sed obijci potest, quoniam veniale stare potest cum charitate, & gratia non mortale: ergo magis repugnabat statui ihnocentiæ, posse peccare mortaliter, quàm veniali.

Dilutio. ¶Dicendum ꝙ duplex est rectitudo. vna, quæ est ex statu innocentiæ, & hanc seruare non potuit homo venialiter peccando. alia est rectitudo ex gratia gratumfaciente, existens in ratione, & motiua superiori, non in alijs viribus primò, & per se. & ista seruari potest cum veniali peccato, quo inferior vis à rectitudine egreditur, seu recedit, superiore stante in rectitudine sua. Prima igitur rectitudo innocentiæ fuit vniuersalis in omnibus viribus, secunda verò in ratione, ac viribus ei per se obedientibus. Cumq́ue rectitudo innocentiæ habuerit duplicem respectum, vnum ad Deum, alium ad vires inferiores, semper stetit rectitudo ad vires inferiores, stãte rectitudine rationis ad Deum, nec illa sine ista deficere potuit. sed ratione recedenti à Deo, mox inferiores vires à rationis rectitudine, obedientia atque imperio recesserunt. Hæc Alexander.

Peccatum veniale integritati statui repugnat nõ gratiæ.

Th. Aq. ¶His Thomas omnino concordat in Scripto secundi, & super quartum, atq; in prima parte Summæ, alibiq; frequenter protestans, quòd primus homo per originalem iustitiam sic fuerat institutus, quòd ratio & voluntas erant creatori sine rebellione, & sine inclinatione ad illicitum prorsus subiectæ, sensualitas rationi, & caro spiritui. Nec in inferiori parte potuit inordinatus exurgere motus, quandiu superior pars animæ mansit Deo subiecta. superior verò pars animæ à Deo auerti non potuit sine mortali peccato.

Petrus. ¶Hinc Petrus: Manente, inquit, conseruantia causæ, necesse est manere effectum. iustitia vero, qua mens Adæ fuit Deo subiecta, ratio fuit, quòd inferiores vires rationi fuerunt subiectæ: ergo illa manente, non potuit vlla inordinatio esse in homine, sed illa per peccatum veniale tolli non valuit: quoniam veniale non auertit à Deo. Hæc Petrus.

Bonauent. ¶Porrò Bonauent. & Richardus recitant de isto duas opiniones. Vnã, quę modo exposita est: aliam, ꝙ Adam primo peccauit mortaliter: potuit tamen peccasse venialiter primo peccato: veruntñ non oĩ genere venialis. Nam quoddam est veniale ex genere actus, vt verbum ociosum proferre: & hoc est veniale non solum cum præuenit iudicium rõnis, sed etiã dum sequitur illud. hocq; veniali dicunt Adam venialiter potuisse peccare. Aliud est veniale dictũ à veniendo: qm̃ venit ex subreptione, aut pronitate naturæ corruptæ. & hoc ꝓuenit, nõ seqtur rõnis iudiciũ. Et tali veniali dicunt Adã peccare nõ potuisse in statu primo, ꝓp ordinẽ originalis iustitię, quo inferior potẽtia ita subdebat superiori, ꝙ nihil appetisset sine eius imperio, atq; dictamine. Et hæc opinio fuit satis ꝓbabilis. attñ non approbãt eã cõiter doctores theologiæ. Improbabilis qppe est, si qs attẽdat ad perfectionẽ status, & regulam rectitudinis in qua extitit Adã, à qua & cum nullũ haberet repellens ab ea, exire nequiuit, nisi cõtemnẽdo diuinam iustitiã, atq; fœdando innocentiã suã, ac suam corrumpendo naturã, quæ oĩa faciunt primã culpam Adæ nõ venialẽ, sed mortalem fuisse, nec aliter esse potuisse. Idcirco est alia opinio, quam cõiter hodie tenẽt doctores, vtpotè iã narrata. Hęc Bonauẽtura.

Veniale peccatum duplex.

Richar. ¶Eadẽ Richard⁹, q̃ ad nullã harũ opinionẽ diuertit se, sed qualiter vtraq; queat defendi, prosequtur.

Antisiod. 1. Cor. 3. August. ¶Porrò Antisiodorẽsis in Sũma sua libr. 2. sequtur primã, dicẽdo: Super illud Apostoli, lignũ, fœnum, stipulã, loqtur Aug. Quidã diligunt vxores suas, ac filios plus debito, tñ citra Deũ, ꝙ hi venialiter peccant. alij plus, q̃ Deũ, & hi peccant mortaliter. sed Adã plus debito poterat in statu innocẽtiæ diligere filios suos, ac filias, tñ citra Deũ, ergo potuit peccare venialiter, ꝙ concedimus. Hæc Antisiodorensis. Qui cõsequenter ponit distinctionẽ, seu diuisionẽ venialis pcti, sicut ex Bonauẽtura iã tactum est.

Scotus. ¶Idẽ tuet Scotus: Potuit, inquiens, in statu primo Adã venialiter peccare. Mortale nãq; pctm̃ non distinguit à veniali in hoc, ꝙ mortale est respectu finis, veniale respectu mediorũ circa finẽ: sed in hoc ꝙ mortale est deordinatio opposita ordinationi, sine qua finis vltimus obtineri non valet. est aũt ordinatio q̃dã respectu finis adipiscendi, q̃ non est necessaria, ad finẽ consequendũ, sed vtilis ad eundẽ. ideo non cadit sub ꝓcepto, sed consilio. deordinatio aũt ei contraria, est veniale pctm̃. Itaq; dico ꝙ Adã excedere potuit, nõ tm̃ per actum deordinatũ contra præceptũ, sed etiam contra consilium, tm̃ vt non faciendo maximè expedientia, seu faciẽdo aliqua retardatiua, quamuis non faceret directè contra præceptum necessarium ad salutẽ. Hæc Scotus.

Durãdus. ¶Postremò Durãdus: Hæc, ait, qõ dupliciter põt intelligi. Primò, an durãte statu innocentiæ potuerit primus hõ peccare venialiter. & constat ꝙ non, qm̃ ille non est innocẽs, q̃ est reus pœnę. sed peccãs venialiter, reus est pœnæ non solũ dãni, sed etiã sensus. Secundò, vtrũ primũ hoĩs pctm̃ per quod caderet ab innocẽtia, potuit esse veniale, vel necessariò fuit mortale. Et rñdẽdũ ꝙ primũ hoĩs pctm̃, esse nõ potuit veniale. Pctm̃ nãq; veniale cõtingit in nobis dupliciter. Vno mõ ex impfectione actus, vt subiti, ac subreptitij motus mortaliũ. Secũdò, ex inordinatione existẽte circa media. Et horũ vtrũq; contingit ex ordinis cuiusdã defectu, eo ꝙ inferiùs nõ cõtinetur firmiter sub suo supiori. Quod. n. in nobis cõsurgit subitus motus sensualitatis, hinc accidit, ꝙ sensualitas nõ est plenariè rõni subiecta. Qđ ẽt insurgit in rõne subitus mot⁹ nõ rectus, vt motus infidelitatis, ꝯtingit ex hoc, ꝙ non est pfectè rõ nr̃a deliberationi, nũc subdita, q̃ est ex altiori principio, puta ex lege Dei, vt dũ qs repente apphendit resurrectionẽ mortuorũ tanq̃ qd impossibile, nõ deliberãs, ꝙ hoc nobis traditũ est lege Dei. Quòd aũt humanus animus deordinet circa ea, qua sunt ad finem venit ex hoc ꝙ media illa nõ ordinant infallibiliter sub fine. Porrò in statu innocẽtiæ fuit infallibilis firmitas ordinis, vt semp inferiùs ꝯtineret sub supiori, q̃diu suprema vis hoĩs cõtineret sub Deo, vt & 14. de ciuitate Dei disseruit Augustinus Hinc nulla inordinatio potuit esse in hoĩe, nisi incipet ex hoc, ꝙ summa vis hoĩs Deo non subderet. quod fit per peccatum mortale. Vnde concludit, ꝙ primum peccatũ hominis nullatenus esse potuit veniale. Hæc Durandus.

Motus subiti veniales vnde oriantur. — August.

Dionysi. ¶In cuius dictis aliqua vident cõtineri obscura, vt ꝙ ait peccantẽ venialiter reũ esse ẽt pœna dãni. Etem pœna dãni est diuinæ, & beatificę visionis carẽtia, q̃ nõ veniali, sed mortali incurrit culpa. Et rursus, ꝙ ait innocẽtẽ non esse, q̃ venialiter peccat, seu reus est pœnæ, ꝓ veniali infligẽdæ. Seqret, nãq; nullũ mortaliũ q̃uis iustũ, atq; heroicũ ꝯsistete innocẽtẽ, cũ tñ scriptura dicat: Innocẽs credit oĩ verbo. Et Saluabit innocẽs, saluabit aũt munditia manuũ suarũ. Iteq;, Innocẽtes, & recti adhæserunt mihi. Atq; ad qõnem hanc, Quis ascendet in montẽ dñi? rñdet Psalmista, Innocens manibus, & mundo corde &c.

Peccato veniali non debetur pœna dãni. — Proue. 14. Psalm. 24. Psalm. 28.

A *De origine illius peccati.* *Distinctio XXII.*

HIc vr̃ diligenter inuestigandũ esse, q̃ fuerit origo & radix illius pcti. Quidã putant quandã elationẽ in aĩo hoĩs ꝓcessisse, ex qua dilboli suggestioni cõsensit. Quod vr̃ Aug. innuere, sup Genesim ita inqens: Nõ est putãdũ, ꝙ hõ deijceret, nisi ꝓcessisset in eo q̃dã elatio cõprimẽda, vt ꝑ humilitatẽ peccati sciret, q̃ falso de se ꝓsũpserit: & ꝙ nõ bñ se hẽt natura, si à faciente recesserit. Itẽ in eodẽ: Qũo verbis tẽtatoris crederet mulier Deũ se à re bona, & vtili ꝓhibuisse, nisi inesset eius mẽti amor ille ꝓpriè ptãtis, & de supba ꝓsumptio, q̃ ꝑ tentationẽ fuerat cõuincẽda, aut pimenda? Deniq; nõ ꝯtẽta suasione serpẽtis, aspexit lignũ bonũ esu, decorũ aspectu: nec credẽs se ĩde posse mori, fortè putauit Deũ alicuius cã significationis illa dixisse: ideo mãducauit, & dedit viro suo, fortassis, cũ aliqua suasione, quã scriptura intelligẽdã reliqt. Vel fortè nõ fuit suaderi necesse, cũ eã mortuã eẽ ex illo cibo nõ videret vir. Sicut ergo nõ est ꝑmissus diabolus tẽtare fœminã nisi ꝑ serpentẽ, ita nec virũ nisi ꝑ fœminã: vt sicut ꝓceptũ Dei ꝑ virũ venit ad mulierẽ, ita diaboli tẽtatio ꝑ mulierẽ trãsiret ad virum. In muliere verò, q̃ rõnalis erat, non est ipse locutus vt in serpente, sed ꝑsuasio eius: quãuis instinctu adiuuaret interiùs, quod per serpentẽ gerebat exteriùs. Ex ꝓdictis tentationis modus, atq; progressus insinuatur, necnon etiam quod prædiximus innui videtur, scilicet, ꝙ tentationem præcesserat aliqua elatio, & præsumptio in mente hoĩs.

Augu. super Gene. li. 11. c. 5. — Augu. lib. 11. super Gen. c. 30

B *Obiectio contra illos, qui dicunt elationem præcessisse in mente.*

Quod si ita fuit, nõ ergo alterius suggestione priùs peccauit, cũ auctoritas tradat ideo pctm̃ diaboli incurabile esse, qa nõ suggestione, sed ꝓpria supbia cecidit: hoĩs vero pctm̃ cura-

curabile;qa non p se,sed per aliũ cecidit,& ideo per aliũ resurgere potuit.Quocirca præ dicta verba Augustini piũ,ac diligentem lectorem efflagitãt, quæ sic intelligere sanè q̃ mus: Non deijceretur homo in actũ illius peccati, vt s.lignum vetitum ederet,& in has miserias per tentationem diaboli, nisi elatio comprimenda præcessisset,non vtiq; tenta tionem,sed opus peccati.Talis.n.fuit ordinis processus: Diabolus tentando dixit,Si comederitis,eritis sicut dij scientes bonum,& malum. Quo audito,statim menti mulieris surrepsit elatio quædam & amor propriæ potestatis, ex quo placuit ei facere, quod diabolus suadebat,& vtiq; fecit.Suggestione igitur peccauit,quia tentatio præcessit:ex qua in mente eius orta est elatio,quam peccatum operis secutum est, & pœna peccati.

Vide tentationis ordinem.

C

Quæ fuit elatio mulieris.

Et talis quidem elatio in mente mulieris fuit pro certo,qua credidit & voluit habere similitudinem Dei cum æqualitate quadam,putans illud esse verum, quod diabolus dicebat.Et ideo specialiter mulierem cõmemorat Augustinus,inquiens: Quomodo crederet mulier diabolo,nisi esset in mente eius superbia pręsumptio? Et quod ibi sequitur, scilicet quæ per tentationem fuerat conuincenda,vel perimenda, ad mulierem referẽdum est: vt intelligatur,quæ mulier,non quæ elatio fuerat per tentationem &c.

Augusti. lib.11.sup Ge.ca 30.

D

Quæ fuit elatio viri, an crediderit, & voluerit, quod mulier.

Solet q̃ri,utrũ illa talis elatio & amor propriæ potestatis in viro fuerit sicut in muliere? Ad quod dicimus,qa Adã non fuit seductus eo modo,quo mulier.Nõ n.putabat esse verũ,quod diabolus suggerebat. In eo tñ fuisse seductum credi põt,q̃ cõmissum veniale putauerit, qd̃ peremptoriũ erat. Sed nec prior seductus fuit,nec in eo,in quo mulier, vt crederet Deũ illud lignũ.ideo tangere prohibuisse:qm̃ si tangeret,fierent sicut dij.Veruntñ præuaricator fuit Adã, ut testatur Apostolus. Poterat.n.aliqua elatio menti eius inesse ilico post tentationẽ, ex qua voluit lignũ vetitum experiri,cũ mulierẽ non videret mortuã esca illa percepta.Vnde Aug.super Genesim:Cũ Apl's Adã præuaricatorem fuisse oñdit, dicens, In similitudinẽ præuaricationis Adæ: seductũ tñ negat ubi ait,Adã non est seductus,sed mulier. Vnde & interrogatus,non ait:mulier seduxit me,sed dedit mihi,& comedi.Mulier verò dixit,Serpens seduxit me. Hãc aũt seductionẽ propriè vocauit Apostolus, per quã id, quod suadebatur,cum falsum esset,verum putatum est,s.q̃ Deus lignũ illud ideo tãgere prohibuerit, quia sciebat eos si tetigissent,sicut Deos futuros:tanquã eis diuinitatem inuideret, q̃ eos homines fecerat.Sed etsi virum propter aliquam mentis elationem, quæ Deũ latere non poterat, solicitauit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierem videret accepta illa esca non esse mortuam: nec tamen eũ arbitror, si iã spirituali mente præditus erat,nullo mõ credidisse,quod diabolus suggerebat.

Rom. 5 c. Augu.lib 11. super Ge. ca 42. Roma. 5.c 1.Tim.2.d

E

Quis plus peccauit, Adam, vel Eua.

Ex quo manifestè animaduerti põt, quis eorũ plus peccauerit, Adam s.vel Eua. Plus enim vĩ peccasse mulier, quæ voluit vsurpare diuinitatis æqualitatem,& nimia p̃sumptione elata,credidit ita esse futurum. Adam verò nec illud credidit,sed de pœnitentia & Dei misericordia cogitauit:dum vxori morem gerens,eius persuasioni consensit:nolens eam cõtristari, & à se alienatam relinquere ne periret,arbitratus illud esse veniale, non mortale delictum.Vnde Apostolus ait, Adam non est seductus.Quod utiq; ita accipi potest,ut intelligatur nõ esse seductus,prior s.* ut in eo,in quo mulier,ut scilicet crederet illud esse uerum, Eritis sicut dij.sed putauit vtrunq; posse fieri,& ut uxori morem gereret,& per pœnitentiam veniam haberet. Minus ergo peccauit,qui de pœnitentia, & Dei misericordia cogitauit.Postquam enim mulier seducta manducauit, eiq; dedit, ut simul ederent, noluit eam contristari,quam credebat sine suo solatio contabescere, & à se alienatam omnino interire. Non quidem carnali victus concupiscentia, quam nondum senserat: sed amicali quadam beneuolentia, qua plerunque fit ut offendatur Deus,ne offendatur amicus: quod eum facere non debuisse,diuinæ sententiæ iustus exitus indicauit.Ergo alio quodam modo ipse etiam deceptus est.Inexpertus enim diuinæ seueritatis,in eo falli potuit,ut veniale crederet esse commissum:sed dolo illo serpentino,quo mulier seducta est,nullo modo arbitror illum posse seduci. Ex his datur intelligi, quòd mulier plus peccauerit, in qua maioris tumoris præsumptio fuit:quæ etiam in se, & in proximum, & in Deum peccauit: vir autem tantum in se, & in Deum. Inde etiam colligitur, quòd mulier plus peccauerit, quia grauiùs punita est, cui dictum fuit, In dolore paries filios.

1.Tim.2.b * uel Augu.lib. 11. super Ge. ca.42. In quo Adam deceptus est. Gene. 3 c

F

Quid prædictæ sententiæ aduersari videtur.

Sed huic vĩ contrarium, quod Augustinus super Genesim de viro,& muliere peccatum

tum suum excusantibus ait. Dixit Adam: Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno,& comedi:non dicit,peccaui.Superbia enim habet confusionis deformitatem,non confessionis humilitatem. Nec etiam mulier confitetur peccatum,sed refert in alterũ, dicens:Serpens decepit me,& comedi:in impari sexu.sed pari fastu.Ecce hic dicit Augustinus,quia parem fastum habuit mulier cum viro. Pariter ergo superbierunt,& pariter peccauerunt. Sed hoc ita determinari potest,ut dicamus parem utriusque fuisse fastum in excusatione peccati, & etiam in esu ligni uetiti: sed disparem, & in muliere multo maiorem in eo, quòd credidit,& uoluit esse sicut Deus, quod non uir. Veruntamen & de uiro legitur, quòd voluit esse sicut Deus. Dicit enim Augustinus super illum locum Psalm. Quæ non rapui, tunc exoluebam: Rapuit Adam,& Eua,præsumentes vt diabolus de diuinitate: rapere voluerunt diuinitatem,& perdiderunt felicitatem. Item super illum locum:Deus,quis similis tibi? Qui per se vult esse vt Deus,peruerse vult esse similis Deo, vt diabolus, qui noluit sub eo esse: & homo,qui ut seruus noluit teneri præcepto,sed uoluit ut nullo sibi dominante esset, quasi Deus. Item super illum epistolæ locum, Non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo: quia non usurpauit,quod suum non esset,ut diabolus, & primus homo.

Augu super Gene. li.11 ca 5. Gene.3.c Determinatio ꝓdictę auctoritatis. Augustin. super Psalmus 68. Psal. 68 a Psal. 82. a Philip.2.a

G

Quorundam sententia, quòd Adam ambierit esse vt Deus, sed non crediderit possibile.

Ideo quibusdam uidetur,quòd etiam Adam ambierit esse sicut Deus,non tamen crediderit id fieri posse: & ideo falsum esse, quod diabolus promittebat,cognouit. Et licèt diuinitatis æqualitatem concupierit,non tamen adeo exarsit:nec tanta est affectus ambitione, sicut mulier, quæ illud fieri posse putauit, & ideo magis illud ambiendo superbiuit. Virum autem aliqua forte ambitionis subreptio mouit,sed non ita,ut illud uerum,uel possibile fore putaret. Alijs autem uidetur ideo dictum esse, quòd Adam illud uoluerit: quia mulier de eo sumpta illud uoluit, sicut inquiunt. Peccatum dicitur per unum hominem intrasse in mundum, id est, in humanam naturam: cum tamen mulier ante uirum peccauerit: quia per mulierem intrauerit de uiro factam. Vel potius ideo per hominem dicitur intrasse, quia etiam peccante muliere, si uir non peccasset, humanum genus minimè peccatis corruptum periret. Minus ergo peccauit uir, quàm mulier.

Aliorum sententia. Roma. 5.b

H

Obiectio contra id, quod dictum est, virum minus peccasse.

His autem opponi solet hoc modo: Tribus modis(ut Isidorus ait)peccatum geritur, scilicet ignorantia,infirmitate, industria. Et grauiùs est infirmitate peccare,quàm ignorantia, grauiusque industria, quàm infirmitate. Eua autem uidetur ex ignorantia peccasse, quia seducta fuit. Adam uerò ex industria, quia non fuit seductus, ut Apostolus ait. Ad quod dicimus,quia licèt Eua in hoc per ignorantiam deliquerit,eo quòd putauit uerum esse, quod diabolus suadebat: non tamen in hoc,quin nouerit illud Dei esse mandatum, & peccatum esse contra agere. Et ideò excusari à peccato per ignorantiam non potuit.

Isidorus li.2.de summo bo.c.17 1. Tim. 2.

I

Quòd ignorantia alia excusat, alia non.

Est enim ignorantia, quæ excusat peccantem, & est ignorantia talis, quæ non excusat. Est autem & ignorantia uincibilis, & ignorantia inuincibilis. Excusatio omnis tollitur, ubi mandatum non ignoratur.

K

De triplici ignorantia, quæ excusat, & quæ non.

Est autem ignorantia triplex,& eorum scilicet,qui scire nolunt,cum possint:quę non excusat, quia & ipsa peccatum est. Et eorum,qui uolunt, sed non possunt: quæ excusat, & est pœna peccati, non peccatum. Et eorum, qui quasi simpliciter nesciunt, non renuentes, uel proponentes scire, quæ neminem plenè excusat: sed sic fortasse,ut minus puniatur. Vnde Augustinus ad Valentinum: Eis aufertur excusatio, qui mandata Dei nouerunt, quàm solent habere homines de ignorantia. Et licèt grauiùs sit peccare scienter,quàm nescienter, non ideo tamen confugiendum est ad ignorantiæ tenebras, ut in eis quisquam excusationem requirat. Aliud est enim nescisse,aliud scire noluisse: quia in eis,qui intelligere noluerunt, ipsa ignorantia peccatum est: in eis uero,qui non potuerunt, pœna peccati. Ignorantia uero, quæ non est eorum, qui scire nolunt, sed qui tanquam simpliciter nesciunt: nullum sic excusat, ut æterno igne non ardeat, sed fortasse,ut minus ardeat. Non igitur mulier excusationem habuit de ignorantia,cum & mandatum nouerit, & peccatum esse secus agere non ignorauerit.

Aug in li. de gratia, & libe.arbi cap 2. August. li. de natura, & gratia contra Pelagianos. cap. 17.

Unde

Vnde processerit consensus illius peccati, cum natura hominis esset incorrupta.

L

Solet etiam quæri, cum sine vitio esset natura hoīs, vnde consensus mali processerit. Ad quod responderi potest, quia ex libero arbitrio propriæ voluntatis fuit. In ipso enim & in alio causa extitit vt fieret deterior. In alio, quia in diabolo, qui suasit. In ipso, qa voluntate liberi arbitrij consensit: & cum liberum arbitrium sit bonum, ex re vtique bona malus ille consensus prouenit, & ita ex bono malum manauit. De hoc autem in sequenti pleniùs tractabimus, cum origo mali, & in qua re coalescat, inuestigabitur.

An voluntas præcesserit illud peccatum.

M

Si verò q̃ritur, utrũ voluntas illud pctũ præcesserit. Dicimus, qa peccatum illud & in voluntate, & in actu consistit, & voluntas actum pręcessit: sed ipsam voluntatē alia hoīs voluntas mala nõ præcessit, atq; ex diaboli persuasione, & hoīs arbitrio illa volũtas mala prodijt: qua iustitiã deseruit, & iniquitatem inchoauit, & ipsa voluntas iniquitas fuit.

Summa distinct. 22.

DEclarato distinctione præhabita, qualiter hostis sua malitia, fraude, inuidia supplantauit primos parẽtes: hic explanatur qualiter ipsi propria culpa, vanitate, flexibilitate sint victi. Deniq; ista distinctio pręcedẽti connexa est, & condepẽdens ea propter materia huius in quæstionibus præcedentis pro maxima parte est expedita, nec restat hic qõ nisi de ignorantia. Inquirit namq; Magister in isto capitulo de origine originalis peccati, hoc est, ex qua radice, vanitate, seu defectibilitate primorum parentũ originaliter prodijt. Deinde, an in Adam, & Eua fuit elatio, quis item eorum magis peccauit. deinceps inducit qualiter Eua peccauit ex ignorantia aliquo modo: nõ tamen simpliciter: quia etsi credidit veram esse persuasionem diaboli: non tamen ignorauit eam esse contrariam Dei præcepto. Et occasione huius de ipsa ignorantia, & eius diuisione, excusationeq; tractat.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, *An ignorantia sit excusatoria culpæ. imo & alleuiatoria transgressionis primorũ parentum*. In hac quæstione multa tanguntur. Primò, an ignorantia excuset à vitio. Secundò, an primi parentes ex ignorantia peccauerunt. Tertiò, an ignorantia transgressionem ipsorum excusauerit, atque minuerit partim.

Arguitur primò cõtra ueritatem.

¶Circa primũ oportet cognoscere, quid sit ignorantia, & vtrum sit pctũ. Et vr, q ignorantia sit solum nescientia, seu negatio cognitionis, præsertim qũ diuinus Dionysius in pluribus locis ignorantiam ascribit angelis sanctis, in quibus nunquã extitit culpa, neq; priuatio scientiæ debitæ eis inesse.

Dio. Mar.

In oppositum. 1. Cor. 14.

¶In oppositum est, quod ait sanctus Apostolus: Qui ignorat, ignorabitur: Videntur quoque sibijnuicem esse contraria, quæ de ignorantia proferuntur. Si enim est culpa, ergo grauat & auget, non excusat peccatum. si verò culpam excusat, attenuat, minuit, non videtur esse peccatum.

¶Insuper non videntur primi parentes ex ignorantia excessisse: quoniam euidenter susceperunt à Deo quid obseruarent, nec erant obliti: imò tentator in suæ tentationis exordio, mentionem diuini egit præcepti: Cur, inquiens, præcepit vobis Deus, ne comederetis de fructu ligni scientiæ boni, & mali? Nec Eua potuit ante suam ruinam esse tam imperita, quòd nescierit Deum inuariabiliter esse verum, & nec falli, nec fallere posse.

Gene. 3.

¶Amplius, cum peccatũ illorum fuerit tam enorme, vr ex grauiori peccandi radice fluxisse, videlicet ex industria, seu certa scia. Verum hæc & consimilia argumenta, non requrunt nisi sanam intelligẽtiã horum, q hincinde de ignorantia sunt cõscripta.

¶Itaq; circa hæc scribit dominus Bonauentura? Peccatũ esse ex ignorãtia, dupliciter potest intelligi. Primò propriè, prout distinguitur ignorãtia cõtra peccatum ex infirmitate, & industria. siq; ignorantia dicit priuationẽ scientiæ, quę non competit hoī ex natura, sed demerito originalis culpæ cõtracta est: nec si primorum parentũ peccatum ex ignorantia fuit, nec continetur sub diuisione, qua dicitur, Oẽ peccatum est ex ignorantia, vel infirmitate, aut certa scientia. nã illa diuisio datur secundũ statum naturæ lapsæ. Communiter verò peccatum dr ex ignorantia esse, quod cõmittitur aliqua nescientia existẽte in peccante, rõne cuius non considerat grauitatem peccati, nec acerbitatem supplicij: quę si bene attenderet, non peccaret. Sicq; peccatũ primorum parentum dici potest ex ignorãtia processisse: quoniam tam in viro, q̃ in muliere fuit nescięntia quædam, quæ non fuit pœna, sed imperfectio naturalis, magis reperta in muliere, q̃ viro. Mulier etenim ignorauit, an serpẽs verum, vel falsum suggeret, ignorauit quoq; diuinę seueritatem iustitiæ. Vir autem dicitur alterum horum nescisse, videlicet diuinæ rigorẽ iustitiæ, quia putauit de illa trãsgressione veniam inuenire, quia non fuit expertus. Vterque tamen per scientiam, quam habebant, scire potuit facere se male. Propriè verò sumendo ignorantiam, dicit pœnam, vrpotè nescientiam rei quam homo debet, atque exigitur scire. sicque eorum culpa non fuit ex ignorantia.

Bonauent.

Peccatum eẽ ex ignorantia dupliciter intelligitur.

Ignorãtia quandãfit culpabilis.

¶Præterea pro hoc, an ignorantia sit peccatum, sciendũ, q priuationes cognoscuntur per habitus. hinc cognitio ignorantiæ dependet ex cognitione scię. Quædã verò est cognitio rerũ, quæ nec est necessaria ad salutẽ, nec ad veritatẽ, vt mechanicarũ, & liberaliũ artium. & talis cognitio non est virtus, nec de esse virtutis: & ignorãtia, q̃ est huius cognitionis priuatio, nõ est culpa. Alia est cognitio credibiliũ, & operabiliũ ad salutẽ necessaria in adulto, vt est cognitio fidei, atq; prudentiæ, ad quã cognitionẽ habendã tenemur. Cuius cognitionis priuatio dupliciter inest nobis. Primò manẽte tentione, seu obligatione: secũdo, nõ manente Si primò mõ, sic est culpa: si secundo mõ, ita q non põt cognoscere illud, sic q impotentia illa excusat ab obligatione, sic ignorãtia illa non extat culpabilis, sicut in furiosis. Aliter põt dici, & quasi redit in idẽ, q priuatio cognitionis ad salutem necessariæ dupliciter põt inesse. Primò in nobis, sed nõ à nobis: & ita nõ ẽ culpa, sed potius pœna. Cũq; principiũ eius in nobis nõ sit, ea nõ meremur, nec demeremur. scdo in nobis, & à nobis, sicq; est culpa, qd põt tripliciter esse. primò, dũ in via veritatis existẽtes, voluntariè ab ea recedimus. & in erroris foueã nos ipsos pcipitamus, & ista priuatio põt ignorãtia nũcupari. scdo, dũ ad viã veritatis valemus, ptingere, sed in tnbris magis cupim' ambulare, quæ ẽ ignorãtia affectata, & vitiosa. tertiò, qa ex quadã pigritia, & negligẽtia nõ curamus veritatẽ addiscere, & hæc est ignorãtia crassa, & supina. Quælibet ignorãtiarũ istarũ est culpa, maxie prima, deinde scda. Ex his põt patere, qualiter ignorãtia excusatiua sit culpæ. Oīs qppe ignorãtia aliquo mõ excusat pctũ, qa de rõne volũtarij minuit, minuit quoq; ptẽptũ. Etemũ cęteris paribꝰ, magis peccat, q ex industria male se hẽt, q̃ q ex ignorãtia. Rursus, cũ volũtariũ cognitionẽ includat, q priuat de cognitione, priuat de volũtarij rõne. cumq; pctũ mẽsurẽ ſm q̃titatẽ libidinis, & contẽptus, ipsaq; ignorãtia minuat rõnẽ istorũ, gnaliter verũ est, q oīs ignorãtia, in q̃tũ ignorãtia diminuat culpam. Atq; si tãta est, q oino priuat cõtẽptũ, ac volũtarij rõnẽ, excusat in toto. si aũt nõ penitus priuat horũ rõnẽ, excusat à tãto. Sciẽdũ quoq; q duplex ẽ ignorãtia, utpotè facti, & iuris. Inorãtia facti. contingit dupliciter. primò, adhibita diligẽtia debita, & sic excusat à toto. scdo, nõ adhibita, & sic nõ excusat à toto. Ignorãtia quoq; iuris est duplex, vna est vincibilis, q̃ est culpa, qua esse põt vel ex cõsensu, vel ex negligẽtia crassa, & supina. & hæc q̃uis ex vna pte excuset, videlicet in q̃tũ ignorantia, tñ ex alia pte plus grauat. Ignorantia demũ inuincibilis põt inesse dupliciter. primò, ex culpa pambula introducta. scdo pter oẽm culpã pcedẽtẽ. & tũc vel priuat oẽm iuris cognitionẽ, ut in infantibus, ac furiosis q penitus carẽt vsu rõnis, & hæc excusat à toto: aut nõ priuat totaliter vsum rõnis, sicq; excusat à tãto, non à toto. Porrò si ignorãtia sit inducta p ppriã culpã, sicut in ebrio, sic nõ excusat à toto, nec à tãto, qa ut ait Philosophus. Ebrius hẽt duplicẽ maledictionẽ: unã pro culpa pcedente, aliã p subsequẽte. Verum q̃tum & qualiter excuset à culpa sequẽte, diuersimodè assignat, qbusdã dicẽtibus, q ebrius nõ cõmittit nouã culpã, sed ex inordinatione sequẽte, aggrauat culpa sua pcedẽs. Põt nãq; culpa grauari ex sequẽti euentu. Alij dicũt q & nouã culpã committat, q̃uis non adeo graue, sicut si faceret illã ex certa scia. Prima tñ opinio pbabilior esse vr. Hinc cõstat, q Lot non excusat in toto à culpa incæstus. Primò, qa non fuit in eo ignorãtia plena. nã q̃uis legat in Genesi, q nõ senserit, &c. hoc ideo dr, q nõ discreuit. scdo, qa in illã ignorãtiã p ebrietatẽ deuenit. Hęc Bonauẽtura.

Philosop.

Ebrium ignorantia non excusat.

Gene. 19. Lot incæstus simpliciter inculpatus non fuit.

Th. Aqui.

¶Atuero Thomas: Quidã, inq̃t, dixerunt nullã ignorãtiã, q̃tũ in se est, eẽ culpabile, sed rõne alicuius annexi, aut pcedẽtis, aut cõsequẽtis. Præcedẽtis, ut cautę, seu inordinatæ actionis. sed cũ de rõne de culpæ nõ sit plus, nisi q sit priuatio alicui' debiti haberi, ideo ignorãtia priuatiuè sumpta, pctũ est. Vnicuiq; nãq; pctũ est, ignorare ea, q̃ ad bonos pertinent mores, & ad fidei veritatẽ, cõstituti vero in offącijs, scire tenent cõcernẽtia suũ officiũ. ignorãtia verò sicut, & omissio, imputat in culpã nõ ad semper, sed p tpe opportuno quo qs scire, aut agere obligat. Ignorãtia quoq; nõ est originale pctũ. non. n. imputat infantibus ante tps determinatũ, sed est pctũ actuale eo mõ, quo omissio, ut infra dicet. Præterea ignorãtia q̃dã ex toto, excusat pctũ, q̃dã ex parte alleuiat, tripliciter sumit. primò, ex pte sciẽtis, qm̃ est in ptãte ipsius, hæcq; dr ignorãtia vincibilis, seu affectata. quædã verò nõ est in ptãte illius, & hæc inuincibilis appellat. Ignorantia demũ, q est in ptãte ignorãtis, contingit dupliciter. Primò, qm̃ est in ptãte eius ſm se, ut q ignorat pceptũ quod cũqs, qd̃ statim cognoscere põt. scdò, qa est in eius ptãte, q̃tũ ad suã causam, vt patet in ignorãtia ebrij, q suã potuit, ac debuit ebrietatẽ uitasse. scdò sumit diuisio ignorãtiæ ex pte scibilis. est. n. ignorantia q̃dã rei, quã qs scire tenet, q ſm philosophũ dr uniuersalis, & ſm inrispi tos ignorãtia iuris. alia est ignorãtia eius, q qs scire nõ obligat, ut sunt circũstãtiæ pticulares, quã Philosophus uocat pticularẽ, Iuristæ aũt ignorãtiã facti. Tertiò diuisio sumit ex ordine ad actũ. nã q̃dam ignorãtia cã est actus, qa nisi ignoraret, nõ faceret. tũcq; per ignorãtiã ferẽ peccare, cuius signũ est pœnitendo dũ scit. Aliqua vero ignorãtia nõ est causa actus, sed p accidẽs se hẽt ad illũ. & ſm hãc (ut dr 3. Ethicorũ) nõ dr qs p ignorãtiã facere, sed ignorãs, uũ talis in actu nõ pœnitet, ut si qs crederet ad vnã accedere, accedat ad aliã: ad quã tñ accederet, si eã nõ ignorasset. Alia ignorãtia est affectus, q̃ affectum pctĩ confeq̃t, ut qũ ex cõcupiscẽtia pctĩ, quã uoluntas non reprimit, absorbet iudiciũ rõnis in pticulari opabili, ut dr 6. Ethicorũ, q delectatio corrũpit existimationẽ prudẽtiæ. & hæc est ignorãtia electionis, ſm quã oīs malus uocat ignorãs. Itaq; ignorãtia nõ excusat, nec minuit culpã, nisi ſm qd̃ cãt inuoluntariũ. Non. n. põt esse voluntariũ, q est ignotum. Ignorãtia verò, q nõ est cã actus, nõ causat innoluntariũ, ut ait Philosoph' 3. Ethicorũ. idcirco nequaq̃ excusat, neq; diminuit culpã, sed solũ illa, q̃ est causa actus. Hęc qppe põt excusare pctũ, uel in pte, vel in toto. Si. n. fit talis ignorãtia, cui nullatenus admiscet rõ culpæ, ex eo, q ignorãtia est, excusat in toto ut ignorãtia inuincibilis: ignorãtia quoq; pticularis, adhibita tñ diligẽtia debita. Ignorãtia verò, q̃ rõnẽ culpæ hẽt, excusat q̃tũ ad aliq̃d, s. in q̃tũ est ignorantia, qa sic hẽt in se, q inuolũtariũ causat: non aũt excusat in q̃tũ est culpa, qa sic rõnẽ uolũtarij habet. Hinc ignorãtia uniuersalis excusat pctũ sequẽs nõ à toto, sed à tanto. Similiter ignorantia vincibilis, siue sit ex se vincibilis, siue ſm suã cãm, dum tñ rei illicitæ operã nõ dedit, qñ ignorantiã incurrit. Si. n. operã rei licitę dedisset moderatè, ignorãtia sequẽs culpã non haberet: & ita per consequens, pctũ sequẽs excusaret totaliter, ut patet in his, q in exercitio spiritualium operũ in amentiam conuertuntur.

Ignorãtio nõ est peccatum originale.

Ignorãtia tripliciter diuiditur.

Philosop.

¶Si autẽ obijciatur, q teste Ambr. ignorãtia grauissimũ est peccatũ, & grauissimè peccas si ignoras: dicendũ, q hoc est dictũ non propter grauitatẽ, magnitudinẽq; excessus, sed periculi cõsequentis. Qui. n. morbum non cognoscit, medicinã, non quærit. Vel ambrosius non loquitur, de grauitate peccati, q per ignorantiam sequit, sed de grauitate peccati, quod est ignorantia beneficiorũ, quod est grauissimum inter ingratitudinis species. Quamuis etiam ebrius homicida tã ebrietate, q̃ homicidio peccet, propter quod duplices maledictiones meretur, tñ nil phibet quin quãtitas sequẽtis peccati per ignorantiam, ex præcedente consequentem minuatur. Hæc Thomas in Scripto. Qui & in prima Secundæ, atq; in Secunda Secundę super his pleniùs loquit.

Obiectio Ambrosij. Dilutio.

¶Cõcordãt Petrus, Richardus, alijq; cõtẽr, & Albertus, adijciẽs eos nullatenus excusari, q per rẽ illicitã dederũt ignorãtiæ occasionẽ, ut ebriosi, de quibus 4. Politicorũ scribit Philosophus, q legislator iubet tales puniri dupliciter. ¶Porrò Durãdus dicit nullã ignorãtiã in se esse pctũ, sed solũ rõne adiuncti, quod est negligẽtia addiscẽdi. pctũ nãq; dicit solã priuationẽ secũdæ pfectionis, q̃ est operatio, aut debitę rectitudinis in opatione. ignorãtia aũt ſm se dicit

Petrus. Richard. Albertus.

Durãdus.

dicit priuationẽ ſciæ, non operationis, aut ꝑfectio-
Dio. Car. nis in oꝑatione. ¶Sed iſta opinio eſt inepta: p̃ſertim
Ambroſi. cũ iuxta Ambroſiũ, pctm̃ ſit diuinæ legis tranſgreſ-
ſio. In qua vtiq; lege multa danẽ p̃cepta vitãdi igno
rantiã eorũ, q̃ ſunt neceſſaria ad ſalutẽ, & ad diſcen
di diuina p̃cepta. motiuũ quoq; illius opinionis ꝓr-
ſus inualidũ eſt. Nã dato ꝙ pctm̃ dicat ſolã priuatio
Ignorãtia quædã per ſe peccatum eſt. nẽ ſcdæ ꝑfectionis, q̃ eſt oꝑatio nihilominus igno-
rãtia iuris eſt culpa. Eſt.n. priuatio tã habitus ſcialis
debiti, q̃ actionis ſciẽtificæ ꝓcedẽtis ex habitu. Nec
ſolũ actio virtuoſa, ſed etiã habitus ipſe virtutis eſt
ſcda ꝑfectio rõnalis creaturæ. imò actio interior im
manes, ſicut eſt ſcire, diligere, magis eſt ꝑfectio ſcda
mẽtis creatæ, q̃ exterior actio, cuius planè bonitas
ex interioris actionis dependet, ac ꝓfluit bonitate.
quẽadmodũ ẽt ꝑfectio rei prima, nõ ſolũ ẽ eſſe, ſed
Albertus. & forma ſubſtãtialis. ¶Hinc ſcribit Albertus: Apo-
1. Cor. 14. ſtolus loqẽ de ignorãtia eorũ, q̃ debẽt ſciri, & illa ac
cuſat, & aggrauat, atq; in ſeipſa pctm̃ ẽ. Idcirco ſm
Aug. ad illius latebras, nõ eſt cõfugiẽdũ. ¶Præterea
Aug. ad Valẽtinũ: Excuſatio, inqt, ipſis auferẽ, q mã
Auguſt. data Dei nouerũt, quã de ignorãtia hoĩes ſolent ha
bere. Et q̃uis ſit grauius peccare ſciẽter, q̃ neſcien-
ter, nõ tñ ad ignorãtiæ tñbras, qs dẽt confugere vt
in eis, qcq̃ excuſationis reqrat. Aliud eſt.n. neſcire,
aliud ſcire noluiſſe. qa in eis, q intelligere noluerũt;
ignorãtia ipſa pctm̃ eſt. Iterũ ad Valẽtinum loquiẽ
Aug. In eis, q potuerũt ſcire, ignorãtia ẽ pœna pctĩ.
ignorãtia verò, q̃ nõ ẽ eorũ, q ſcire noluerũt, ſed ſim
pliciter neſciũt, nullũ ſic excuſat vt æterno igne nõ
ardeat, ſed fortaſsis, vt minus ardeat. Ignorãtia igiẽ
Sacerdotium ambiens ſine ſciẽtia peccat. debitorũ ſciri, eſt culpa. Et eſt exẽplũ antiquorũ, de
ſacerdote ignorãte ad ſacerdotale offm̃ ſpectantia.
Vel ſi doctor ignoret ꝑtinẽtia ad ſuæ doctrinæ offi
Iacob 3. ciũ. Propter ꝙ dicit Iacobus: Nolite pluresmgr̃i fie
ri fratres mei, ſciẽtes qa maius iudiciũ ſumitis. Cir-
ca ꝙ Aug. teſtaẽ ꝙ offm̃ magiſterij in eccleſia Dei aſ
ſumẽs, & ſcripturas ignorãs, nõ põt ñ peccare. Hęc
Antiſiod. Albertus. ¶Cõcordat Antiſiodorẽſis in Sũma ſua.
Henricus. Hinc Hẽricus 12. quodlibeto: Error, inqt, & ignorã-
tia differũt. Ignorantia.n. inuincibilis, ſeu ignorãtia
Ignorãtia & error differunt. facti, adiũcta cautela ſufficiẽti, nõ eſt error. Ignorã-
tia quoq; philoſophorũ, qua ignorabãt Deũ vnũ, ac
trinũ, ac cętera, q̃ ad fidei ſpectãt articulos, error nõ
fuit, neq; pctm̃, q̃ diu fecerũt, qđ in ſe ipſis erat, ad ſciẽ
dũ illa, nec excluſerunt à ſe radiũ lucis diuinæ. Sed
poſtq̃ ſua temeritate, & rebellione excluſerũt radiũ
illũ à ſe, ꝯſentiẽtes naturalibus argumẽtis fallacibꝰ,
facta eſt eorũ ignorãtia error. Deniq; dr̃ error fctĩ,
nõ qa aliqs ipm̃ ignorat, & ex hoc facit nõ faciẽda.
multi.n. hñt ignorãtiã fctĩ, licèt nõ faciãt nõ facien
da: ſed qa ignorãt faciẽda, & ea, q̃ cõſiſtunt in facto.
Gene 20. Abimelech peccaſſet ſi Sarã cognouiſſet. Abimelech demũ peccaſſet ſi cognouiſſet Sarã, etiã
ea in cõiugẽ ſumpta: qa nõ q̃ſiuit ſufficiẽter an fue-
rit Abraæ vxor. Fuiſſet tñ excuſatus à tãto, qm̃ Sara
reqſita dixit ſe ſororẽ Abraæ eſſe, qđ verũ putauit
Abimelech. & ſi aliud cognouiſſet, nequaq̃ eam co-
Auguſt. gnoſcere voluiſſet: ĩ quo Aug. cõmẽdat iuſtitiã eius
in lege naturæ, atq; in tali cordis ſimplicitate, abſtu
lit eã ſuo marito ꝑp quod Deus cuſtodiuit eũ, ne tã
geret illã. Ignorãtia.n. iuris ꝙ qs ſcire tenẽ, non ex-
cuſat. Vñ doctores, & p̃lati, q ſtudere negligũt, ſeu
diſcere ea, quorũ ſcia ad ipſorũ ꝓfeſsionẽ, ſeu offm̃
ꝑtinet, nõ excuſanẽ à culpa. imò doctores, q oẽm di
ligẽtiã adhibẽt in ſtudẽdo ad ſciẽdũ illa, nec valent
ad illorũ ſciam ꝑuenire, ex naturali incapacitate, ſi
doceãt falſa peccãt: qa nõ fecerũt diligẽtiã debitam
ad hoc, ꝙ nõ ꝓmouerenẽ ad hmõi doctoratũ. Porrò
ſi neſciat, qs ea, q̃ de neceſsitate ſalutis non ſunt, ut
ſunt multa, q̃ ad naturalẽ ſpectãt philoſophiã, aut ea
q̃ nõ tenẽ ſcire nõ peccat, ẽt ꝑtẽ falſam, tenẽdo, niſi
tenere velit temerè, ꝯ ꝑitiores ſe. Certũq; eſt ꝙ ĩ oĩ-
bus talibus in qbus certi nõ ſumus, qđ ſit tenẽdũ, te
nere debeamus, qđ tutius ẽ ad ſalutẽ, ſm Aug. dicẽ
tẽ: Tene certũ & dimitte incertũ. ſic & in oĩbus de
penitus dubijs tenere debemus ꝑtẽ magis piã, vt po
tè magis vergentẽ ad Dei honorẽ, dicẽte 10 Mora-
Gregor. liũ brõ Greg. Apud miſericordẽ iudicẽ nequaq̃ ve-
nia culpa relinqẽ, cũ per feruorẽ zeli ex eius amore
peccaẽ. Sæpè etẽm hoc magnis doctoribus cõtingit;
vt quo alta charitate ferueãt, lingua eorũ aliqd, qđ
non debet, dicat. Sed tãto citius venia inde ꝑcipiẽ,
q̃to ex qua radice ꝓdeat, penſatur. Hæc Henricus.
Scotus. ¶Inſuꝑ Scotꝰ: Aliqd, inqt, ſimplex offerebaẽ Adæ
qđ potuit app̃hẽdi, vt bonũ, vt vxorẽ diligere, non
tñ eſt vſus vt app̃hendit. nã ſciuit meliùs eẽ Deo pla
cere, q̃ cõiugi. Et volitio, qua voluit vxori placere,
fuit ante oẽm errorẽ, niſi impropriè ſumẽdo erro-
rẽ. ideo priùs peccauit, q̃ errore incurrit. Cuius ꝓ-
batio eſt, qa ſi añ errorẽ peccauit, bonũ ſibi appar-
uit, ꝙ nõ erat bonũ, & tũc circa principiũ potuit eſ-
ſe error, qm̃ illud eſt principiũ, ꝙ apparet ꝑ ſe verũ.
ſi autẽ dicaẽ, ꝙ nõ eſt principiũ, ergo ſi apparuit fal-
ſum, ex ſyllogiſmo falſo in forma non cõcludit ſibi
neceſſariò: qm̃ nõ oportet voluntatẽ adhærere, ꝑp
ſyllogiſmũ ſophiſticũ. Hinc nõ peccauit ex errore.
Similiter ignorantia facti, nõ p̃ceſsit peccatũ ipſius.
Sciuit.n eſſe contra p̃ceptũ Dei comedere de ligno
ꝓhibito: ſed ex ignorantia circũſtantiarũ cõſequẽ
tiũ, ſ. vtrũ tanta pœna ſeqretur. vnde potuit habere
ignorantiã illã ante pctm̃. Similiter ex ignorãtia po-
tuit ſeq primum pctm̃, inquantum ex immoderato,
appetitu placendi vxori, peccando credidit oppoſi
tum, ſ. eſſe veniale, quod fuit mortale. Hæc Scotus.
Dio. Car. ¶Cuius hoc ultimũ verbũ vr̃ p̃inductæ approba
tæ veritati, nõ conſonare, qua dictũ eſt, ꝙ trãſgreſ-
ſionẽ diuini p̃cepti nõ putauit eſſe veniale pctm̃, ꝓ-
priè loquẽdo de veniali. Spiritali qppè p̃dictus mẽ-
te, non potuit tã repẽte eatenus excæcari, vt patuit.
¶Præterea ei, ꝙ ex Thoma inductũ eſt, ſ. ignorã-
tiã Adæ nõ fuiſſe originale pctm̃, vr̃ ꝯriari, quod lo-
Alex. qtur Alexãder: Ignorãtia vno mõ dr̃ actuale pctm̃
in eo, q nõ curat ſcire, ꝙ ſcire tenẽ, ſicq; cõtinetur
ſub actuali pctõ, ꝓut eſt à voluntate, nõ curãdi. Alio
Hugo. mõ dr̃ ignorãtia originale pctm̃ ſm Hugonẽ, prout
originale pctm̃ reddit liberũ arbitriũ culpabile, quo
ad ignorantiã ex parte rõnis, & quo ad concupiſcẽ
tiã ex parte voluntatis. Et hæc eſt intẽtio Hugonis,
ſm ꝙ trahimus ex primis parẽtibus originalẽ cõcu
piſcentiã, & ignorãtiã. Tertio mõ dr̃ ignorãtia habe
re conueniẽtiã: quãdã cũ originali pctõ, & aliquã cũ
actuali: aliqñ.n. tranſit reatu, & remanet actu, ut in
ſacerdote cõtrito. aliqñ uero trãſit actu, remanetq;
reatu, ut in illo, q voluit neſcire, & poſtea addiſcit,
ſed non cõteriẽ de voluntate priori culpabili: ſicq;
ignorãtia mediã habet rõnem, q̃uis ſub actuali pctõ
ſimpliciter contineaẽ, ſm quod eſt pctm̃. Hæc Ale-
Dionyſ. xander. ¶Nec iſtud dictis Thomæ repugnat, q intẽ-
dit aſſerere, ꝙ ignorantia nõ eſt originale pctm̃ ꝓ-
priè, & formaliter ſumptũ, ut infra clariùs exprime
tur: eſt tñ unum de quatuor vulneribus ꝓpter origi
nale inflictis. ¶Inſuper de hac materia ſicut de cęte
Alex. ris, Alexander ſcribit diffuſiùs: Quæritur, ingens, de
puero ab infantia clauſo in carcere Sarracenorum,
Vtrũ ignorando ea, q̃ fidei ſunt peccet, cũ non ha-
beat inſtruentem. Dicẽdum ꝙ talis cum peruenerit
ad adultam ætatẽ, non habet impotentiam credẽdi;
quia ſi facit, quod in ſe eſt, dominus illuminabit eũ
per

per occultam inſpirationem, aut per angelum, uel
Auguſt. hominem, vr̃ tñ per hoc, quod dicit Auguſtinus in
q̃õnibus noui teſtamenti, ꝙ ſi non fuit, a quo di-
ſceret, nec ad eum rumor doctrinæ aliquo modo ꝑ
uenerit, ꝙ tunc non ſuo vitio ignorat, ſed immunis
eſt a condemnatione. Quod intelligendum eſt de in-
formatione exteriori, aut interiori. Oportet autem
ut faciat, quod in ſe eſt, utendo ratione, per quam
poteſt cognoſcere Deum eſſe, & inuocare adiuto-
rium eius. quod ſi fecerit, uocabitur vocatione in-
teriori, quamuis non exteriori.
¶Quæritur quoq;, vtrum unuſquiſq; catholicus
tenetur de unoquoq; peccato mortali ſcire, ꝙ ſit
mortale. Dicendum, ꝙ quilibet tenetur ſcire explici
tè, uel implicitè, particulariter, uel ad minus genera
liter, ſub illa. ſ. rõne generali, qua docet ſcriptura.
Item de illo, cui apparet diabolus in ſpecie angeli,
& ille credit, qđ ſit angelus bonus, apponitq; oẽm
diligẽtiam ſibi poſsibilem, ut ſciat, quòd uerum eſt,
& ſic adorat diabolum, utrum peccet. Dicendum,
quod non apponit omnem diligentiam talem, quã
ſi apponeret, Deus ei aliquo modo reuelaret.
¶Rurſus eſt quæſtio de cæco, a quo uxor petit
debitum, & ipſe dubitat an ſit ſua. ſi eam cognoſcit,
committit ſeipſum diſcrimini: ſi non, committit eã
diſcrimini. Dicendum, ꝙ ſi apponit diligẽtiam poſ-
ſibilem ſibi, poteſt per ſigna cognoſcere, ꝙ ſit vxor
ſua. ꝙ ſi non poteſt cognoſcere, debet eam monere
vt contineat, quouſq; ipſe certificetur de ueritate.
Quod ſi illa noluerit, ipſa committit ſe diſcrimini
coẽundo cum alio, & non ipſe. Similiter quæritur
de illo, qui dubitat de aliquo an ſit ſimonia, an nõ,
eo, ꝙ quidam iuriſperiti dicunt hoc eſſe ſimoniã,
& quidam non, quid agendum eſt ei? Dicendum,
ꝙ abſtinere debet a tali negocio, ſeu contractu, ne
diſcrimini ſe committat. Hæc Alexander.

A *Quòd Deus permiſerit hominem tentari, ſciens eum eſſe cauſarum. Diſtinctio XXIII.*

Aug. ſuper Gen li. 11. cap. 9. PRæterea quæri ſolet, cur Deus hoĩem tentari permiſerit, quem decipiendũ fore præſciebat. Sed non eſſet laudabile homini, ſi ideo bene viuere poſſet, quia nemo malè uiuere ſuaderet: cum in natura poſſe, & in ptãte haberet uelle non conſentire ſuadenti, Deo iuuãte: & eſt glorioſius non cõſentire, q̃ tentari non poſſe. Mouenẽ ẽt quidã, dicentes: Cur creauit Deus, quos fu-
Secunda quæſtio. Aug li. 11. ſuꝑ Gene. cap. 6. turos malos præſciebat? quia præuidit quid boni de malis eorũ eſſet facturus. Sic.n. eos fecit, ut relinqueret eis vnde aliqd facerent: & ſi culpabiliter aliquid facerent, illum de ſe laudabiliter operantẽ inuenirent. A ſe habent voluntatem malã, ab illo naturã bonã & iuſtam pœnam. Fruſtra ergo dr̃, non deberet Deus creare, quos præſciebat malos fu turos. ſciebat.n. bonis profuturos, & iuſtè pro mala voluntate puniendos. Addunt ẽt ta-
Tertia qõ. Aug li. 11. ſuꝑ Gene. cap 7. lem hoĩem debere facere, qui nollet omnino peccare. Concedimus quidem meliorem naturam eſſe, quæ oĩno peccare nollet. Concedãt, & ipſi non eſſe malam, quæ talis facta eſt, ut poſſet non peccare, ſi uellet: & iuſtè punitã, quæ uoluntate, non neceſſitate pecca-
Quarta quæſtio. Aug li. 11 ſuꝑ Gene. cap 8. uit. Cũ ergo hæc bona ſit, illa melior: cur non utranq; faceret, ut huberiùs laudaretur de utraq;? Illa.n. de ſanctjs angelis, hæc de hominibus eſt. Item inquiunt: Si Deus uellet, & illi boni eſſent. Et hoc quidem concedimus, ſed meliùs uoluit, ut quod vellent eſſent. Et
Quinta quæſtio. Aug. li 11. ſuꝑ Gene. cap 10. Et boni quidem non infructuosè, mali uerò non impunè eſſent. Item inquiunt: Poſſet Deus voluntatẽ eorum vertere in bonum, quia omnipotens eſt. Poſſet reuera. Cur non
Roma 12. fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipſe nouit. Non debemus plùs ſapere, quàm oportet.

B *Hic qualis ſecundum animam, & agit de ſcientia hominis ante peccatum.*

Hug. li. 1. de ſacra ꝑte. 6. c. 12. Et quidem ſm aĩam rõnalis fuit homo, habens diſcretionem boni, & mali. Sciẽtiam quoq; rerũ creatarũ, & cognitionem veritatis, q̃ primæ perfectioni congruebat, mox cõ ditus, non incongruè accepiſſe putaẽ: & ad illam non ſtudio, vel diſciplina aliqua per in terualla tpis profeciſſe, ſed ab exordio ſuæ conditionis diuinitus illam percepiſſe.

C *Quòd triplicem homo ante lapſum cognitionem, ſcilicet, propter ſe factarum, & creatoris, & ſui.*

Hug ibid. ubi ſupra. De cognitione rerũ creatarũ. Fuitq; homo primus ante lapſum triplici cognitione præditus: rerum, ſcilicet propter ſe factarum, & creatoris, & ſui. Rerum quippè cognitionem hominem accepiſſe perſpicuum eſt, cum non ipſe creator, uel angelus aliquis, ſed homo omnibus animan tibus nomina impoſuerit, ut oſtenderetur, quòd ſingulorum notitiam homo ipſe ha-
Hug. li. 1. de ſacra ꝑte. 6 c. 13. 1 Cor. 9. b buerit. Quæ enim propter illum creata erant, & ab illo regenda, & diſponenda erant, horum omnium Deus illi, & ſcientiam tribuit, & prouidentiam, atq; curam reliquit. Quia ut ait Apoſtolus: Non eſt cura Deo de bobus. Quorum, aliorumq; animaliũ Deus homini curam reliquit, & prouidentiam, ut dominationi eius ſubijcerentur, & rõne illius gubernarentur: ut ſciret illis neceſſaria prouidere, a quibus emolimentum debebat recipere. Hanc autem ſcientiam: homo peccando non perdidit, ſicut nec illam, qua car nis neceſſaria prouiderentur. Et idcirco in ſcriptura homo de huiuſmodi non eruditur, ſed de ſcientia animæ, quam peccando amiſit.

D

De cognitione creatoris.

Cognitionem quoque creatoris primus homo habuisse creditur. Cognouit.n.a quo creatus fuerat.non eo modo cognoscendi, quo ex auditu solo percipitur, quo modo a credentibus absens quæritur:sed quadam interiori aspiratione,qua Dei præsentiam cõ templabatur. Non tamen ita excellenter,sicut post hanc vitam sancti uisuri sunt, neq; ita in ænigmate,qualiter in hac uita videmus. Hugo vbi supra c.11.

E

De cognitione sui.

Porro sui cognitionem idem hõ talem accepisse vr,ut & quid deberet superiori, & quid æquali,& inferiori,non ignoraret. Conditionem quoq; suam,& ordinem,s.qualis factus esset,& qualiter incedere deberet,quid agere,quid cauere,intellexit.Si horum notiam non habuisset,non esset reus præuaricationis,neq; seipsum cognouisset. Hug ibid. cap. 15.

F

Vtrum homo præscius fuerit eorum,quæ sibi futura erant.

Si aũt quæritur,vtrum homo scientiam habuerit eorum,q̃ circa eũ futura erat,idest, si ruinam suã præsciuerit:& similiter præscierit bona,quæ habiturus fuisset,si in obediẽtia perstitisset.Rñderi põt:quòd ei magis facienda * indicia sunt,q̃ futura reuelata.Accepit.n.scientiam,& præceptum eorum,quæ facienda fuerant;sed non habuit præscientiã eorum,quæ futura erant.Non fuit ergo homo præscius sui casus,sicut & de angelo diximus. Quod Augustinus super Genesim asserit,rõne utens,quam supra posuimus. Hæc de scientia hominis quantum ad primum statum pertinet,dixisse sufficiant. * Indiũ. * Indita. Aug. li. 11. sup Gen. cap. 17.

Summa distinct. 23.

Hic mouentur aliquæ qõnes hoim potius curiosorum,& inexercitatorum,q̃ peritorum.Primò,cur creator permiserit parentes primos tentari,quos nouit tentatione vincẽdos:cur item eos creauit,quos præuidit mox peccaturos, & his quædam similia hic tanguntur. Deinde vtiliora discutiuntur, uidelicet qualis fuit primus hõ,quantum ad cognitionem, & grãm,ante lapsum:& an suã præcognouit ruinã.Horũ q̃dam iam ante exposita sunt,cur.s.Deus permisit illos tẽtari,cur item creauit eos.Ipse.n.sapientissimꝰ Deus cuncta creauit,ut sint,& benè sint,& intellectualia, ut beata existant.Taliter quoq; regit,disponit,ac ordinat ea,ut suã sapientiam,atq; illorum naturã,proprietatesq; decet.Cumq; hõ fuerit cõstitutus in uita hac tanquam uiator,& miles Dei ad honorãdum creatorem suum in omnibus, & ad resistendum aduersarijs diuini honoris,decuit, ut creator pmitteret eum ab impijs impugnari, eumq; faceret liberè reluctari.Nec ob id,quod ex creaturarum,fragilitate,abusione,& infidelitate fuerat secuturum,decuit infinitam bonitatem,& sapientiam creatoris omittere,quod ipsam decebat. Ordo ẽt uniuersi exegit esse creaturas libero arbitrio præditas,q̃ suos actus & motus liberè exequi permittantur. Sed & Deus altissimus tam bonus & sapiens est, ꝙ non fineret fieri mala,nisi sciret,& uellet,ac posset ex illis elicere bona.In malorum ẽt iusta punitione, debita ordinatione,pia reparatione, Deus omnipotens sapiẽtiam suam prorsus immensam,bonitatem, ac omnipotentiam gloriosè monstrat.Sed & opposita iuxta se posita,ex mutua comparatione euidentiùs elucescunt,ac innotescunt,sicq; ex multiplici gradu malorum,ac miserorum,ordo, gradus, & excellentia multiformis bonorum,ac beatorum pręclariùs emicãt:pfectio,eminẽtia,& gloria creatoris abundantiùs repræsentantur,laudantur,ac honorantur.

QVAESTIO I.

Arguitur primo contra veritatem.

His ergo suppositis,ulteriùs quæritur, *An fieri potuit creatura intellectualis,cui ex sua natura competeret impeccabilitas*.i.non posse peccare.

¶Vr ꝙ sic,quia ſm philosophos, præsertim peripateticos,sup ra sphæram Lunæ, non põt contingere malum:ergo aiæ nobiles,& intelligentiæ ex sua natura hoc hnt, ꝙ non queunt peccare.Secundò,cõprehensores per dona gloriæ,ita immobilitati sunt in bono,ꝙ peccare non ualent.sed perfectio glorię, non excedit infinitè pfectionem naturæ:ergo Deus omnipotens posset creare mentẽ tam altã,& excellentẽ, ꝙ pfectio illa gloriæ esset pfectio naturalis specifica.sicq; ex intrinseco gradu suæ naturæ specificæ haberet non posse peccare.Tertiò, nullũ creatum est simpliciter infinitum.oẽ quoq; finitũ p ablationẽ finiti tãdem consumit:potentia ergo,seu aptitudo peccandi in seipsa,& in oĩ mente creata extat finita,ergo & consumptibilis, ac totaliter auferibilis per naturam. Quanto.n.creatura fuerit creatori vicinior,tãto & similior.Cũq; ipse Deus ex sua natura ,prsus ĩpeccabilis,inuariabilisq; cõsistat,potest creaturæ tãtã sui similitudinẽ,ac pticipationẽ naturalẽ cõferre,vt naturalis illa peccabilitas plena tollatur.¶Ad hæc Thomas rñdet:Nulli creaturæ cõicatũ est,nec cõicabile fuit,ꝙ ex cõditione suæ naturę nõ posit peccare, cum oẽ creatum a Deo dependeat tanquã a causa sui esse. hinc si sibi relinquat, mox deficit:quãdiu autẽ causæ influẽtiã recipit,cõseruatur.Applicatio autẽ causati ad suã cãm, põt esse dupliciter.Primò sic,ꝙ sit in ptãte causati a causa sua recedere,quãtum ad aliq̃d,vel non recedere.Secundò ita,ꝙ hoc nõ sit in ptãte ipsius.Primus horũ ad liberũ spectat arbitriũ,cui eẽntiale est posse facere,& nõ facere:qd̃ si suæ nõ adhæreat causæ,oportet ipm deficere.Vñ 8.sup Gen.loq̃t Aug. Hõ pñte sibi Deo illuminat,absente quoq; illo obtenebrat. Implicat ergo, ꝙ seruata libertate arbitrij, deĩ creaturæ non posse peccare.Hæc Thomas in Scripto. Thomas. August.

¶In Summa quoq; contra Gentiles 3.lib. ait: In omnibus,in quibus finis rei distat ab ipsa re, ita ꝙ res non est sibi ipsi finis, sed ad aliquid altiùs ordinat,põt malum culpæ ex natura rei accidere,per recessum rei a suo fine, nisi per dona eminentiora in ipso suo beatifico fine firmetur.Cumq; creatura nõ posit sibi in se sufficere,necessariò ordnat ad creatorem,tanquã ad summum finem,in quo solo salus creaturæ consistat.Idcirco p auersionẽ ab ipso põt peccare.Ab ipso autẽ posse auerti, conuenit ei ex sua natura:qm̃ eo ipso,quo ex nihilo est pruducta, conuenit ei ex sua natura posse deficere, & peccare.quod etiã competit ei ex ingenita libertate.Hæc Thomas ibidem.Concordat Albertus, Petrus, Richardus,Vdalricus,& alij multi.

Alexãder.

¶Porro Alexander circa hoc scribit,ꝙ Deus non potuit potentia ordinata conferre creaturę impeccabilitatẽ p naturã,nec libero arbitrio naturalẽ inuertibilitatẽ ad malũ,potuit tñ hoc potẽtia absoluta.Et dico,inquit,potentiã ordinatã,qua influit rebus esse,ſm qd̃ puidit,& pordinauit ab æterno eas fiendas,ac ordinandas. Ptãtẽ verò absolutã dico, qua potuit aliter ab æterno puidisse res fiendas, ac ordinandas,& illis naturas alias in tpe indidisse. Potuit nãq; ab æterno puidisse primũ hoĩem futurũ inuertibilẽ. q̃tũ ad liberũ arbitriũ, & illũ talis naturę cõdidisse in tpe. Itaq; ĩpossibilè fuit primũ hoiem, seu aliquã creaturam rõnalem,hr̃i liberũ arbitriũ inuertibile ad malum.Si.n.naturaliter inuertibile esset ad malũ,hoc esset vel pp ipsius artationẽ ad bonũ, & ita non esset liberũ,nec mereret:uel pp determinationẽ eius ad bonũ,ita ꝙ sic potẽs esset ad bonũ p suã naturã,ꝙ nõ posset uerti ad malũ,quemadmodũ liberũ arbitriũ Dei. Iã tale liberũ arbitriũ carere naturaliter uanitate, & ita nõ esset creatura. Si aũt objiciat,ꝙ Deꝰ de potẽtia absoluta, posset cõtulisse rebus naturã sic inuertibilẽ,& nihilominꝰ eẽnt creaturæ:dico ꝙ Deꝰ de potẽtia absoluta nõ posset creaturę rõnali cõtulisse talẽ naturã,ꝙ.s.stare ,ppriã p naturã in tali inuertibilitate pfata. Hæc Alexander.

Obiectio diluitur.

¶Cuius rñsionis hæc ultima clausula nõ vr primę parti eiusdẽ rñsionis oĩformiter cõcordare,imo pnductæ positioni Thomę, & aliorũ cõsona eẽ cẽtẽ.

Durandus

¶Durãdus verò hinc partim recedens: Pẽtũ,ait nunq̃ est uoluntate,nisi pcedente aliquo deffectu,ĩ errore,nescientia,vel inconsideratione in rõne.si ergo creaturæ cõicari põt, ꝙ ex naturalibꝰ suis semp actualiter,& sine errore consideret circũstatias uniuersas,ex quibus aliquid põt eligibile, aut fugibile iudicari,uel ẽt si hoc actu cõsideret, dũ aliquid occurrit eligendũ, aut fugiendũ,dico ꝙ talis creatura est impeccabilis per naturã;& si nõ,nõ. Dicẽdũ ergo,ꝙ eligibilia,& circunstantia eligibiliũ, aut dedu cunt solum ex principijs legis naturæ, aut ex principijs,atq; dictamine legis supnaturalis, utpote fidei, aut disciplinæ.Si primo mõ,dicendũ ꝙ Deus potuit facere,aut forsitan fecit creaturã impeccabilẽ p naturam,quia maioris ambitus sunt ea,q̃ deducunt ex principijs speculabilibus, q̃ q̃ ex principijs ptactis. Plura quippè sunt a creatura rõnali cognoscibilia, q̃ agibilia,sed Deus facere põt, & forsan iam fecit, creaturam actualiter cognoscentem omnia speculabilia naturalia,oẽsq; eorum habitudines naturales,& circunstantias.(nam hoc de angelis dr̃) ergo hoc similiter cõicari põt creaturæ de agibilibꝰ. quo dato peccare non posset.Verum respectu eorum, q̃ ex principijs supernaturalibus deducunt, non põt creatura impeccabilis esse per naturã: quia ex sua natura nõ attingit illa,nec ex sua natura põt ei competere indefinenter attendere ea. Hæc Durandus.

Scotus.

¶Ampliùs Scotus,quamuis primæ cõsentiat opinioni,videlicet Deum non posse facere rõnalẽ creaturam ex sua natura impeccabilem, præsertim qm̃ ad hoc sunt expressæ auctoritates sanctorum.Hieronymus namq; in lib. de filio prodigo,ait quòd solus est Deus,in quem non potest cadere peccatum. Hierony.

Anselmus

¶Atq; Anselmus in lib.Cur Deus homo,quærenti discipulo, Cur Deus non potu t facere creaturã rõnalem impeccabilem per naturam,rñdet:quia nõ potuit facere Deum. Augustinus quoq; in lib. contra Maximinum testatur:Cuicunq; creaturæ rõnali præstatur,ꝙ peccare non posit, non est naturæ ppriæ,sed gratię Dei.Propter has auctoritates magis, q̃ aliunde,sic teneo. Hæc Scotus.

¶Qui in hac qõne satis subtiles tangit rõnes pro parte utraq;.Veruntñ rõnes aliorum,quas dicit nõ concludere, satis concludunt, quæ ab Alexandro, Antisiodorẽsi,Thoma,Alberto,Bonauẽtura, alijsq; inducuntur.Et si ritè pensetur improbatio Scoti nõ triumphat aduersus eas, quòd prolixitatem deuitans,prosequi hic omitto. Sicut & argumenta Durandi contra positionem primam non conuincunt. Nam dato,ꝙ non sit peccatum in uoluntate,nisi aliquis præcedat defectus in ratione, seu intellectu, quod tñ Henricus,& alij quidam negant, non sequtur adhuc Durandi intentum. Quamuis enim ex hoc sequatur,ꝙ defectus ille rationis sit causa sine qua non in uoluntate peccatum esse non ualeat, nõ tamen, ꝙ sit causa sufficiens,& totalis. Dio. Car.

QVAESTIO II.

Secundò quæritur, *Vtrum homo in statu innocentiæ habuit cognitionem sui creatoris,& suipsius cæterarumq; rerum.* ¶In qõne hac tria tanguntur. Primò,an Adam in paradiso pfectè cognouerit Deũ. Videtur ꝙ non,quia erat uiator, & quotidiè proficere habuit, ergo non nouit per speciem Deum, sed per speculum in ænigmate,quod est imperfectè cognoscere. Secundò, potuit peccare, ut probauit effectus, quia peccauit. qui autem uident Deũ clarè per essentiam, sunt confirmati in bono, nec ualent peccare. Tertiò,visio Dei per speciem,est uera felicitas, ut asserit filius Dei: Hæc est, inquiens, uita æterna, ut cognoscant te solum Deum uerum. Status autem innocentiæ, non erat status felicitatis,sed inter statum huius exilij, & statum beatitudinis extit medius. Arguitur primo pro parte negatiua. 1.Cor.13. 2 3 Iohan.17.

¶In oppositum videntur esse auctoritates scripturæ.Vidit enim Deum clariùs, quàm viatores huius exilij,quorum quidam Deum in hac vita faciliter vidisse creduntur,præsertim Paulus in raptu, & Moyses,prout in libro de uidendo Deum Augustinus affirmat. In oppositum. August.

¶Insuper sanctus Iob dixit: Auditu auris audiui te,nunc autem oculus meus uidet te. Et patriarcha Iacob: Vidi,ait, dominum facie ad faciem. Iob 41.

¶Ad hoc rñdet Albertus: Adam in statu innocẽtiæ Deum facie ad faciem non cognouit, nec aliqs sanctorum unquam in hac uita præsenti, ut expressè diuinus Dionysius ac Beda fatentur. Etenim Beda effatur: Deus per essentiam suam mortalibus nũquam apparuit.sed cunctæ uisiones, quæ in ueteri testamento factæ leguntur,per ministeria angelorũ, & per creaturam assumptam factæ creduntur, in quibus sicut in signis per uirtutem, & operationem agnoscebatur Deus esse pñs, quemadmodum dixit ad Moysen:Facies mea præcedet te.i.præsentia gratiæ meæ,ſm Glossam. Hinc quod Deus dr̃ facie ad faciem locutus ad Moysen, sicut solet loqui homo ad amicum suum, intelligendum est modo prætacto.Moyses quippè non aliter vidit Deum,nisi illuminatione intellectuali,quæ a beato Dionysio theophania.i.apparitio nominatur, qua Deus apparuit suis amicis,quibus reuelauit sua secreta. Albertus. Gene 32. Dio. mar. Beda. Exodi 32. Ibidem.

Sed objici põt,quod de Moyse dñs testatur:Si qs fuerit inter vos propheta,per visiones, & ænigmata apparebo ei.at non talis seruus meus Moyses, q̃ in omni domo mea fidelissimus est. Palam enim & non per ænigmata uidet Deum. Obiect 1. Nume.12.

 ¶In-

¶Inſuper quartò Sententiarum diſtinct. 1. hr̃, qđ Adam ſine medio vidit Deum.

Dilutio.

¶Et rñdendum, ꝙ in uerbis illis Numerorum 12. ſit comparatio in modo uidendi Deum, ſm quod ẽt Auguſt. comparationem facit 12. confeſsionũ. Quidam etenim vident uiſione non corporali, quidam viſione ſomniali, & imaginaria, ſicq; vident boni, & mali: & illi non uident clarè, ſeu palam, niſi id, quod figuratur in imagine, ſplendeat in lumine intellect⁹. & quibus ſic ſplendent, vident palam, qm̃ cernunt in lumine intellectus, in quo Deus ſm ueritatem eſt & apparet, iuxta illud ad Timotheum: Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inaceſsibilẽ. Deniq; medium duplex eſt, puta impediens, & promouens. Medium impediens eſt, quod obſtat vidẽti ne clarè intelligat, ut eſt peccatum, atq; corruptio corporis, quod ſubiectum eſt uitijs, & ſine tali medio uidit Adam Deum ante tranſgreſsionem. Aliud eſt medium promouens, ut fides, & ſapientiæ donum, nec ſine huiuſmodi medio Adam Deum uidit. Hæc Albertus.

1. Timo. 6.

Mediũ cognitionis duplex.

¶In quibus ſenſiſſe vr̃, ꝙ nullus uiatorum in hac uita uiderit Deum per ſpeciem, quod dictis Auguſtini non conſonat. Sed ad hoc excludendum idem Albertus ſubiungit: Secundum Auguſtinum, ſpiritus eſt vis quædam animæ inferior mente, in quo ſpiritu rerum imagines imprimuntur. ſicq; viſio intellectualis, cœlum tertium perhibetur, in qua refulgent rerum veritates ſicuti ſunt. & hæc viſio propriè eſt prophetarum. Veruntamen qm̃ Paulus dicit ſe raptum uſque ad tertium cœlum, & exponit hoc Gloſſa quædam, quod uidit Deum ſicut angeli de tertia hierarchia, qui uident facie ad faciem: hinc cõiter dr̃, quòd rapti qñ ſic uident ui ſuperioris luminis, exaltantur in id, quod eſt patriæ, & non vię, tuncq; uident facie ad faciem, ſed non diu permanent ibi. Ita & hoc dicunt ſenſiſſe Apoſtolum qñ dixit, Siue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio. Deus ſcit. Auguſtinum 10. Confeſsionum, quo loquitur: Aliqñ intromitis me dñe introrſum in quandam dulcedinem, quæ ſi perficeretur in me, neſcio quid erit, quod uita iſta non erit. Sic quoq; dicunt Adã raptum in ſopore, quo tulit Deus unam de coſtis eius, qñ reuerſus ad ſe, prophetauit, quòd eccleſia eſſet ædificanda de latere Chriſti ſicut Eua de latere ſuo. Præterea quæritur a quibuſdam, an Adam profecit in cognitione, quæ eſt per ueſtigium, atq; imaginem, & per ſpeculum creaturarum. Si profecit, ergo non eſt profectus creatus in anima, ſicut in corpore. Verum hæc qõ ſtulta vr̃, cum certum ſit, ꝙ Adam in primo ſtatu ſenſibus utebatur, per quorũ vſum ſi proficere nequiuiſſet, deterioris conditionis fuiſſet, q̃ nos in iſto exilio. Imo ſm Auguſtinum angeli longa experientia multa didicerunt, & ex p̃dicatione apoſtolorum, aliqua de myſterijs Chriſti nouerunt. Si ergo angeli ita proficiunt, quanto magis Adam in primo ſtatu? Et quãuis perfectus creatus fuit cognitione infuſæ ſcientiæ, nihilominus alia uia, utpote experimentali cognitione, profecit. Hæc Albertus.

Paul⁹ qualiter diuinã eſſentiã viderit.

2. Cor. 12.

Auguſt.

Gen. 2.

Auguſt.

Dio. Car.

¶Quo circa penſandum, quòd uerba illa Auguſtini 12. Confeſsionum non oportet intelligi de uiſione Dei per ſpeciem, nec etiam præfatum Adæ ſoporem, ſed de contemplatione quadam theologica p donum ſapientiæ, & reuelationem internam, ſeu de myſtica theologia, & deguſtatione ualde ſuaui, put in peregrinatione iſta poteſt haberi. Sed quod Adã in ſopore illo uiderit Deum per ſpeciem, in nullo doctore authentico recolo me legiſſe, imo ſi tunc per ſpeciem Deum uidiſſet, non puto, quòd paulo poſt tam grauiter corruiſſet.

Tho. aq.

¶Præterea Thomas: Modus, inquit, quo Adam Deum cognouit, ſicut in litera dr̃, medius fuit inter cognitionem uiæ, qua nunc Deum uidemus, & cognitionem beatorũ in patria. Tripliciter quippè Deus uideri poteſt: Primò per ſuam eſſentiam. Secũdò per aliquem eius effectum effluentem in intellectum videntis, Tertiò p effectũ ipſius extra uidentis intellectum, in quo diuina ſimilitudo reſultat. Cuius exemplum eſt in corporea uiſione. Lux namque non vr̃ per aliquam ſimilitudinem ſui in oculo relictam, ſed oculum ipſum informans. Et huic comparatur primus modus uiſionis diuinæ, qui eſt per eſſentiam, qui modus uidendi Deum, nulli debetur naturæ ex conditione ſuæ naturæ, niſi diuinæ, & increatæ: Lapis uerò vr̃ ab oculo, per ſimilitudinem ſuam in oculo derelictam, huicq; modo comparatur ſecundus, qui eſt per affectum relictum in intellectu uidentis, qui modus conuenit angelo ex ſuæ conditione naturæ: quia ut dicitur libro de Cauſis, Omnis intelligentia ſcit id, quod eſt ſupra ſe, p hoc quod eſt cauſa ei. hinc cognoſcens lumen naturæ ſuæ, quod eſt ſimilitudo luminis increati, uidet Deũ naturali cognitione. Sed uultus hominis relucens in ſpeculo, vr̃ non per ſimilitudinem ſuam immediatè relictam in oculo, ſed per ſimilitudinem eius relucentem in ſpeculo, ex quo reſultat in pupilla. Et huic uiſioni aſſimilat̃ uiſio, qua Deus vr̃ per effectum extra intellectum uidentis, uidelicet per effectum naturalem, quemadmodum per cognitionem creaturarum naturali cognitione philoſophi deuenerunt in Deum: ſiue per effectum ſpiritualem, ut eſt in uiſione Dei, quam habet ille, qui adhæret his, quæ alijs reuelata ſunt, per influentiam luminis ſpiritualis. Ideo dicimur nunc in ſpeculo uidere ſecũdum Apoſtolum. Modus etenim iſte competit homini ſecundum ſuæ conditionem naturæ: qm̃ intellectus nr̃ nec ſeipſum intelligere põt, niſi per ſpecies rerũ, quas apud ſe habet. Per obiecta namq; venit in notitiã actuũ, atq; p act⁹ ĩ cognitionẽ potẽtiarũ.

Deus videri põt tripliciter.

1. Cor.

¶Ad primũ ergo modum videndi Deum, perducuntur homo, & angelus per gloriam. hinc illa eſt uiſio beatorum, quam homo in primo ſtatu non habuit. Porro ad ſecundum modum uidendi cognoſcendive Deum, qui naturalis eſt angelo, & ſupra naturam hominis eleuatur homo per gratiam etiã poſt lapſum naturæ, ut patet in uiris contemplatiuis, qui reuelationes merentur diuinas. & multo plùs fuit hoc in ſtatu innocentiæ per gratiam originalis iuſtitiæ. Tertius uerò modus eſt cõiter uiatorum, ſicq; conſtat, quòd modus, quo Adam in ſtatu innocentiæ Deum uidebat, medius eſt inter vtrunque. Veruntñ Adam dr̃ Deũ in primò ſtatu ſine medio cognouiſſe, quia ad Dei notitiam non pceſsit p mediũ argumentationis ex ſenſibilibus creaturis.

Adã qu ter cog uerit D ſine m dio.

¶Præterea ſi quæratur, An Adam in ſtatu innocentiæ uidit Deum in ænigmate: dicendum, quòd ænigma obſcuritatem quãdam cognitionis importat: quia ut ait Donatus, ænigma eſt quæſtio uerborum obſcuritate inuoluta. Triplex autem obſcuritas intellectui poteſt accidere. Primò ex hoc, ꝙ ex nihilo eſt, quia per hoc differt a claritate intellectus increati. ſicq; omnis intellectus creatus ænigmaticus eſt. Secundò ex hoc, ꝙ intelligit inquirendo, & per continuum, & per temporis. & talis obſcuritas conuenit intellectui hoĩs p cõparationem ad intellectũ angelicũ, q dr̃ deiformis. Intellect⁹ uerò human⁹ rõcinatiuus eſt, & acceptiu⁹ cognitionis a ſen-

Donat.

Aenigma quid ſit.

a ſenſibilibus ſm conditionem naturæ humanæ. & ſm utrunque modum homo etiam in primo ſtatu in ænigmate cognouiſſet. Porro obſcuritas tertia conſequitur intellectum humanum ex peccato originali, & ex corruptione carnis animam aggrauantis. ſicq; in ænigmate homo nunc videt, tunc uerò non ita. Hæc Thomas in Scripto.

Artic. 1. Adam nõ uidit Deũ per eſſentiam niſi in raptu.

¶Inſuper in prima parte, qõne 94. aſſerit: Primus homo per eſſentiam Deum non uidit, niſi fortè dicatur, ꝙ ſic uiderit eum in raptu, qñ Deus miſit in eum ſoporem: quia cum Dei eſſentia ſit ipſa beatitudo, ita ſe habet intellectus uidentis diuinam eſſentiam ad Deum, ſicut ſe habet quilibet homo ad beatitudinem. manifeſtum eſt autem, ꝙ nullus homo poteſt a beatitudine per uoluntatem auerti. naturaliter enim appetit eam, & fugit miſeriam. hinc null⁹ Deum per eſſentiam uidens, poteſt uoluntate ab eo auerti, quod eſt peccare. cumq; Adam peccauerit, conſtat, ꝙ Deum per eſſentiam non conſpexit. Deniq; uiſio Dei per eſſentiam, diuiditur contra viſionem Dei per creaturam: & quanto creatura eſt altior, ac Dei ſimilior, tanto clariùs cernitur Deus p illam. hinc euidentiùs cognoſcitur per intelligibiles, q̃ per ſenſibiles creaturas, Verum a conſideratione intelligibilium, ſeu ſpiritualium creaturarum plena, ac lucida, impeditur homo in ſtatu præſenti per ſenſibilium diſtractionem. Sed ut in Eccleſiaſte ſcriptum eſt, Deus fecit hominem rectum. quæ rectitudo fuit, ut in homine inferiora ſuperioribus ſubderentur, & ſuperiora ab inferioribus non impedirentur. hinc primus homo per inferiora, & ſenſibilia non impediebatur a contemplatione intelligibiliũ firma, & clara, quam ex irradiatione primæ ueritatatis accepit, uel naturali, uel gratuita cognitione. Propter quod 11. ſuper Geneſim loquitur Auguſti. Fortaſsis Deus primis loquebatur parentibus ante lapſum, quemadmodum angelis, ipſa incommutabili ueritate illuſtrans mentes eorum, etſi non tanta diuinæ participatione eſſentiæ quanta capiunt angeli. Veruntñ in ſtatu illo non potuit homo cognoſcere angelos ſm eorum quidditates, quia & tunc fuit ei naturale per conuerſionem ad phantaſmata, intelligere, excellentiori tñ notitia, utpote certiori, & magis fixa eos cognouit, q̃ nos in ſtatu iſto. Propter quod in 4. Dialogorum dicit Gregorius: Hõ in paradiſo aſſueuerat Dei uerbis perfrui, angelorum beatorum ſpiritibus cordis munditia, & celſitudine uiſionis intereſſe. Hæc Thomas in Summa.

Eccle 7.

Auguſt.

Gregorius

D. Carth.

¶Iſtud verò de cognitione angelorum recitatoriè tango. Procedit. n. iuxta imaginationem phantaſmaticorum. Rñſioni aũt Thomæ, quantum ad principale, conſonant Petrus, Richardus, Hanibal.

Bonauent.

¶Bonauentura uerò prolixè hic recitat uarias diuerſorum opiniones, quarum una fuit, Deum nunquam uideri mente creata immediatè per ſpeciem, nec in uia, neq; in patria. Alia econuerſo fuit, quòd Deus glorioſus, & excelſus uideatur immediatè per ſpeciem a mentibus depuratis, tàm in patria, quàm in uia, atq; in innocentiæ ſtatu ita ſit cognitus, nec differentia ſit niſi ſm gradum claritatis maioris, & minoris, ſm quod anima a ſarcina, ſeu onere, impedimentiſq; corporis magis, aut minus eripit. Tertia eſt, ꝙ in patria uidebitur Deus immediatè, ac plenè, quantum eſt ex parte uidentis: in ſtatu uerò miſeriæ cernitur mediatè, & ſemiplenè. ſed in ſtatu innocentiæ uidebatur medio modo, uidelicet immediatè, & ſemiplenè. Nondum enim fuit ibi remuneratio ultimata. nulla tñ fuit ibi ſm iſtam opinionem velaminis interpoſitio. Et hoc uidentur ſonare verba Hugonis. Veruntñ non eſt putandum, ꝙ homo in ſtatu innocentiæ uiderit Deum immediatè facie ad faciem. aliàs fuiſſet verè beatus, & confirmatus in bono. Quarta eſt ergo poſitio, ꝙ cognitio ſtatus innocentiæ, media fuit inter cognitionem patriæ, ac huius miſeriæ, ſicut & paradiſus inter cœlum, & iſtam miſeriæ uallem. & ſicut paradiſus magis ſe tenet ad huius miſeriæ incolatum, ſic cognitio Adę propinquior fuit cognitioni uiatorum, quã comprehenſorum. Quadruplex quippè eſt modus cognoſcendi Deum. Vnus per fidem, qui eſt gratiæ generalis. Secundus eſt per contemplationem, qui eſt gratiæ excellentis: Tertius apparitionis, qui eſt gratiæ ſpecialis: quartus per apertam uiſionem, qui eſt gloriæ conſummatæ. Primus modus, & ultimus ſtatui innocentiæ non competebant. non primus, pp ænigmaticam obſcuritatem, & quia cognitio fidei, ut plurimum, eſt ex auditu. nec ultimus, ob eius perfectionem. Medij duo modi ſtatui innocentiæ, ac naturæ lapſæ conueniunt, præſertim modus contemplationis, qui ampliùs uiguit ibi pp animæ puritatem, & carnis, ſenſualitatiſq; ſub ratione ſubiectionem.

Hugo.

Cognoſcẽdi Deum quadruplex ẽ modus.

¶Præterea ſi quæratur, An D. us in patria conſpicietur per medium: dicendum, ꝙ quadruplex eſt medium. Primum eſt medium diſponens, & ita uidebitur per mediũ, quod eſt lumẽ gloriæ. ſecũdũ eſt medium deferens, quod nullus hic ponit, cum Deus incircunſcriptibilis ſit ubiq;. tertium eſt medium deducens ſiue contemperans, per quod aliqui dixerũt beatos Deum uidere, ut excellentia lucis immenſę, acies mentis eorum obtunderetur. Quod ponere extat erroneum, qm̃ lux diuina eſt ſaluatiua, non corruptiua. idcirco excellentia eius ibi non obeſt, ſed confert. Pax quoq; & gaudium, & lux illa omnem ſuperat ſenſum. Idcirco beati vndiq; illis complentur, ut nil aliud quærant, imò abſorbeantur eiſdem. Pro certo ergo tenendum eſt, ꝙ Deus in patria clarè uidebitur in gloria, atq; ſubſtantia ſua, nec licet oppoſitum opinari. Imò hoc eſt unus de decem articulis reprobatis ab uniuerſitate magiſtrorum Parrhiſienſium tempore epiſcopi Gulielmi, & Odonis Cancellarij, & fratris Alexandri de Hales, patris & Magiſtri noſtri. Qui articuli, ut euitentur, ſubſcripti ſunt. Primus articulus eſt, ꝙ diuina eſſentia ab nec angelo, nec ab homine põt videri. Secundus articulus eſt, quamuis diuina eſſentia ſit una in patre, & filio, & ſpirituſancto, tñ ut in rõne formæ eſt una in patre, & filio, & non in patre, & filio, ac ſpirituſancto. attñ forma idem eſt, quod diuina eſſentia. Tertius, ꝙ ſpirituſſanctus, ut amor, ſeu nexus, non procedit a filio, ſed tantum a patre. Quartus, ꝙ aĩæ glorificatæ non ſunt in cœlo empyreo, nec corpora glorificata erunt ibi, ſed ſolum in cœlo cryſtallino, ſeu aqueo, quod eſt ſupra firmamentum. Quintus, ꝙ angelus malus in primo inſtanti ſuæ creationis fuerit malus, & nunquam extitit bonus. Sextus, ꝙ angelus uno & eodem inſtanti poteſt eſſe in diuerſis locis, & etiam vbiq;, ſi uelit. Septimus, ꝙ multę ſunt veritates æternæ, quæ non ſunt Deus. Octauus, ꝙ primum nunc, & paſsiua creatio, non eſt creator, nec creatura. Nonus, ꝙ qui habet naturalia meliora, plùs habebit de ſynceritate, & gratia, ac gloria. Decimus, ꝙ malus angelus nunquam habuit unde ſtare poſſet, nec Adam in ſtatu innocentiæ. Hæc Bonauentura.

Cognitionis quadruplex medium.

Deus videbitur clarè in patria.

Decẽ articuli parrhiſiis cõdemnati.

Dio. Car.

¶In cuius verbis vr̃ obſcurum, quod ait Adæ in ſtatu innocentiæ non conueniſſe modum cognoſcẽdi Deum per fidem, cuius oppoſitum eſt inductum.

Qualiter verò uiderit in ænigmare, patuit. Veruntñ tota rñſio Bonauenturæ iam tacta, quaſi de uerbo ad uerbum ſumpta eſt ex ſcripto Alexandri. Qui ẽt Alexander ſentire vr̃, ꝙ cognitio fidei non competebat homini in ſtatu innocentiæ, eo ꝙ fides per ænigma in cognitionem ꝓcedat. Sed ut alibi dictũ eſt, cognitio ꝑ fidem, & cognitio per contemplationẽ, q̃ eſt actus doni ſapientiæ, ſimul ſtant. quamuis in Adam nõ fuit fides cũ tali, tanta ænigmatica cognitiõe, ſicut ĩ nobis, nihilomin⁹ fuit ĩ eo fides, & ſpes. *Alexāder.*

¶Inſuper Durandus hic aliqua ſcribit, in principali concluſione conſonans ſuperiùs introductis: Adam, inqu iens, in ſtatu innocentiæ cum eſſet uiator, ſicut & nos, uidebat Deum eodem genere uiſionis, quo nos, ex creaturis ſumens cognitionem: ſed tanto perfectiùs, q̃ nos, q̃to perfectiorem habuit cognitionem de creaturis, q̃ nos. Circa quod dico, ꝙ cognitio creaturarum fuit ſibi concreata, attñ, ut eſt dictum, ex conſideratione creaturarum aliquo mõ profecit, Certum, ꝙ nulla ſp̃ualis ſubſtantia põt cognoſci ꝑ ſpeciem, neq; Deus, neq; angelus. Verũ iſtud ſupra deſtructum eſt, & oñſum, ꝙ omnis cognitio intellectualis fit per aliquam ſpeciem, ſeu ſimilitudinem rei intellectæ, exiſtentem in intellectu intelligentis, vel per aliquid habens ſe per modum intelligibis formæ: imo & Deus adorandus, ac ſuperſublimis, tam in uia, q̃ in patria vr̃ per ſpeciẽ: in patria quidem per ſpeciem increatã, q̃ eſt ſua eſſentia, q̃ eſt obiectum, & ſpecies, quod & quo, res & rõ cauſa, & exemplar: in uia verò per ſpeciem creaturæ, inquantum in ea relucet creator. Intelligentia quoq; plena eſt intelligibilibus formis. *Durandus* *De⁹ cognoſcibilis eſt per ſpeciẽ, & hic, & in patria.*

QVAESTIO III.

NVnc perſcrutandum, *An homo in ſtatu innocentiæ habuit omnium rerum notitiam* Vr̃ ꝙ nõ quia, ut dictum eſt, ẽt in ſtatu innocentiȩ in ſcientia ꝓfeciſſet, & multa per experientiã didiciſſet Quod aũt ante iam ſcitum eſt, non diſcitur. Item, ſi anima Adæ fuit perfecta in ſcientijs a ſuæ creationis exordio, fruſtra fuiſſet corpori unita: quia ad hoc conjungit̃ corpori, ut in eo ſcientias, & uirtutes adipiſcat̃. Nempè cũ forma ſit finis materiȩ, non coniungit̃ ipſi materiȩ niſi principaliter ſuum profectum.

¶Ad hæc, prima rerum inſtitutio extitit naturalis, ſed naturale eſt homini ſcientiam paulatim miniſterio ſenſuum adipiſci, non ſubito per infuſionem accipere, ergo & ſic factum eſt homini protoplaſto.

¶In contrariũ eſt, ꝙ Adam mox, ut creatus eſt, & in paradiſũ tranſlatus, impoſuit nomina rebus ſm̃ ꝓprietates earũ. In Eccleſiaſtico quoq; ſcriptũ eſt, Creauit illis ſcĩa ſpiritus, ſenſu impleuit cor illorũ. *Eccle.17.*

¶Ad hoc Alexander rñdet: Hõ primus ab exordio ſuæ conditionis habuit ſcientiæ complementum ſm̃ Hugonem, & magiſtrum Sñarum. Et hoc homini conueniebat tam per comparationem ſui ad ſuum principium productiuum ab ipſo colendũ tam per comparationem ad genus humanum ab ipſo propagandum, tam per comparationem eius ad animalia ab ipſo gubernanda. Quantum ad primũ, id decuit: quia cum Deus cætera opera ſua fecit perfecta, iuxta illud, Dei perfecta ſunt opera: quantomagis decuit Deum, illum in ſcientia rerum ad ipſum pertinentium facere perfectum, quem inſtituit eſſe debere principium totius generis ſui, & q̃ quodammodo finis eſt cęterorũ? Cumq; factus fuerit ad Deũ colendũ, debuit ſcire leges diuinas, ſm̃ quarũ illuminationẽ poſſet Deo placere, atq; in uia morum virtuosè incedere. Similiter, quo ad ſm̃: qm̃ factus fuit, ut principium totius ſuæ poſteritatis, oportuit eum ſcire qualiter ſuã domũ, & ꝓlem inſtrueret, ædificaret, præiret, ac regeret. Quo ad tertium quoq;, non decuit, ut Deus cuncta hoĩ inferiora traderet ad regendũ, & obediendũ, ac nominandũ, niſi eorundẽ ſufficientẽ notitiã contuliſſe hoĩ ipſi. Idẽ probat̃ ex parte ſtatus primi, q̃a cũ hõ in ſtatu illo deberet eſſe ꝑfectus, & rectus in actibus affectus ne deuiaret, debuit eſſe perfectus in actibus intellect⁹. Veruntñ ꝑficere potuit. ꝑfectus q̃ppè ſciȩ triplici põt uia conſiderari. Primò, ex parte ſcribiliũ. Secundo ex parte maioribus habilitatis ad intelligendũ: Tertiò, ex patre modorũ ſciendi. Quantũ ad primũ, ſciendũ, ꝙ quædam fiunt curſu naturali, q̃dam ſupnaturali, q̃dã aũt uoluntariè. In eorũ ergo notitia, q̃ naturaliter fiunt, nõ ꝑfeciſſet hõ ꝑ noui habitus acquiſitionem, quia ſm̃ Hugonẽ, & Magiſtrũ, accepit a creatore ſciam oĩm generum rerum ꝑfeciſſet tñ in mõ ſciendi, quia quod ſciuit ex infuſione ſimplici cognitione, agnouiſſet, & ꝓpria experientia, ac magis in particulari: & quod ſciuit intellectualiter. nouiſſet, & ſenſibiliter. Inſuꝑ ex aſſuefactione, atq; frequentia conſiderandi ꝑfeciſſet, quo ad maiorẽ habilitationẽ ſciendi, & indicandi de rebus; quamuis ẽt non habuiſſet tarditatẽ hebetudinis ex aggrauatione, corruptelaq; corporis ſequentȩ culpã trãſgreſsionis, habuiſſes tñ uelocitatẽ tardiorẽ, ſeu minorẽ ꝑꝑ aĩalis corporis uegetabilitatẽ. In cognitione demũ eorum, quæ ſupernaturaliter, aut uoluntariè fiunt, ſimpliciter ꝑfeciſſet: imò ad talia cognoſcenda indiguit illuſtratio ſuperna, & ad cognoſcendum ſecreta alterius, indiguiſſet detectione ipſius. Nec talis ꝑfectus ſtatui innocentiæ derogabat, cũ & angeli ſancti ĩ taliũ cognitione ꝑficiant. ¶Sed circa hoc quæri põt, an in tali ſtatu decipi potuiſſet. Vr̃ ꝙ imò, qm̃ teſtȩ Apoſtolo, Mulier ſeducta fuit. uir quoq; putauit ueniale, quod fuit mortale, ut dictũ eſt, & in hoc iudicauit erroneè. Ad hoc q̃dam rñdẽt ꝑ diſtinctionẽ: nam quædam ſunt ꝓpriè ſcibilia, ut obiecta ſcĩæ: quædam opinabilia, ut ſunt mentis ſecreta, futura cõtingentia, atq; fortuita, ac merè uoluntaria, quæ non certitudinaliter, ſed coniecturaliter agnoſcunt̃. In ſcibilibus Adam falli nequiuit, eo ꝙ taliũ certã haberes ſcĩam ſibi connatã, in opinabilibus verò contingit falli duplicitur: Primò, falſis firmiter adhærendo. talis adhæſio error eſt, nec in ſtatu innocentiæ habuit locũ. Secundò, qualiter cnnq; æſtimando; q̃ æſtimatio eſt opinio falſa ſine pleno cõſenſu, & hęc potuit eſſe ĩ primo ſtatu abſq; ipſius ꝑuia culpa, & pœna: ꝑſertim cũ ex hmõi æſtimatione non incideret culpã, neq; incurreret dannũ. Et ꝑ hanc diſtinctionẽ ſoluerent̃ hinc inde auctoritates diuerſæ, q̃ vident̃ inuicẽ repugnare, aliud ve ꝑtendere. Verũ: qm̃ iſta rñſio non plenè ſatisfacit rõni, nec cõcordat ſententiæ Auguſtini, ideo alij dicunt. Cum .n. ſm̃ Auguſtinum in Enchiridio non aliud ſit errare, q̃ verũ falſum putare, aut certũ ꝓ incerto tenere, quod ad huius uitæ ſpectat miſeriam, conſtat, ꝙ Auguſtinus gñaliter uocat errorẽ omnẽ deceptionẽ, & illũ nominat indecorem. Deceptio quoq; ultra neſcientiã addit iudicij obliquationẽ, q̃ in Adã in ſtatu inocẽtiæ nõ fuiſſet, ſicut nec paſsio corpalis. Queãdmodũ aũt dupliciter accidit aliquẽ lædi, aut pati, videlicet ab intrinſeca cauſa, & a cauſa extrinſeca, ut expreſsũ eſt ſupra, nullo horũ modorũ fuiſſet hõ in ſtatu innocẽtiæ paſſus: qm̃ uirtus aĩæ regitiua ꝑfectè corpori ꝑſidebat, & ab extrinſeca paſsione præſeruabatur; ita dupliciter põt, quis decipi. *Deut.32.* *Hugo.* *1.Tim.1.* *Auguſt.*

decipi. Primò a cauſa intrinſeca, ipſo paralogizante ſeipſum. Secundò a cauſa extrinſeca, alio ipſum circunueniente. & neutro mõ tunc accidiſſet, q̃a iudiciũ rõnis in oĩbus præſidebat perfectè inferioribus uiribus, quamdiu culpa nõ affuit. & ſi quis ab extra fallaciter ꝑſuaderet, diuina inſpiratio, ſeu angelica illuſtratio obuiaret. Aliq̃ oppoſitũ ſentiunt, ſed ꝑdicta rñſio conſonat Aug. non poterat ẽ t in ſtatu innocentiȩ in eſſe homini ſomnium ex ꝑpeſsione phãtaſiarum, aut illuſione hoſtili. Hęc Alexander. Idem Bonauen. cuius reſponſio ex Alexandro eſt ſumpta

Tho.aqui. ¶At verò Thomas: Illam, inquit, ſcientiam oportet nos attribuere homini primo in ſtatu innocẽtiȩ, ſine qua imperfectus fuiſſet, & amplius nihil. tunc autem ſcientia alicuius dr̃ imperfecta, quando ignorat aliquid pertinentium ad ſe. hinc nulla notitia eorum, quȩ ad hominem pertinebat, primo homini in ſtatu innocentiæ defuiſſet. Pertinebat autem ad ipſum diſpoſitio ſuijpſius in actibus proprijs. hinc habuiſſe aſſeritur perfectam eorum cognitionem, quȩ ab ipſo agenda fuerãt, aut uitanda. Ad ipſum quoq; pertinebant aliȩ creaturȩ, inquantum factȩ fuerunt propter ipſum, & regerentur ab ipſo. ideo tantum de unaquaque re cognoſcebat, quantum ad uſum hominis pertinebat. nec oportet plùs cognitionis ſibi pro illo aſcribere ſtatu. Hanc demum cognitionem aliter habuit Adam, aliter poſteri eius ad eã ueniſſent: qui natura (ut ait Boethius) a perfectis ſumit exordium, & Dei perfecta ſunt opera, ideo Adã tanquam principium totius humani generis, omnem perfectionem humanæ naturæ competentem in primordio ſui accepit, ſicut ſecundum corpus, ita ſm̃ animam, ut eſſet potens ad ꝓpagandũ alios corporaliter, atq; ad inſtruendum intellectualiter. filij verò eius quia cum originali iuſtitia nati fuiſſent, quæ ſine prudẽtia eſſe nequit, ſicut nec aliqua uirtus, ut ſexto dicitur Ethicorum, ſtatim cum nati fuiſſent, habitum habuiſſent cognitionis illius. quo eligere potuiſſent, quid agere, quid uitare deberent, quamuis forſan uſus rationis in ipſis impeditus fuiſſet propter organorum indiſpoſitionem, ſm̃ vnam opinionem: habitum autem cognitionis aliarum rerum in ſua natiuitate non habuiſſent de neceſsitate ſed per inuentionem, & doctrinam, ut ſimul cum corporis incremento compleretur cognitionis perfectio. Nam & philoſophus 6. loquitur Ethicorum, ꝙ prudẽtia, atq; huiuſmodi habitus ad rerum a nobis agendarum cognitionem ſpectantes, ſunt nobis, plùs naturales, q̃ aliarum ſcientia rerum. Aliqui verò dicunt, ꝙ etiam habitus cognitionis omnium rerum accepiſſent mox nati. quod neceſſarium non uidetur, nec quantum ad intregitatem naturæ, nec quantum ad originalem iuſtitiam *Boethius.* *Deut.32.* *Philoſop.*

Inſuꝑ, quia perfectio totius hominis primi pendebat ex ꝑfectione ſuperioris potẽtiȩ, ſuȩ, qua Deo inhæſit, ideo illa durãte nec defect⁹ in corpore, atq; deceptio in aĩa eius potuit eſſe. vnde ſicut iuxta prȩhabita Adam in ſtatu illo poterat mori, uidelicet ſi prius peccaſſet, & tamẽ fuit quodammodo immortalis, quia potentia meriendi non exiſſet in actũ, niſi prȩcedente peccato: ſic in ſtatu innocentiæ poterat decipi, ſi priùs peccaret, non aliter. Hinc Euæ ſeductio, fuit ſecuta elationem ipſius, quam ex uerbis concepit ſerpentis. Conſimiliter fuit de Adam, ut patuit. Eua quoq; credidit ſerpentem uſum loquendi accepiſſe diuinitus, non conditione ſuæ naturæ, ſed per ſp̃ualis miniſterium creaturæ. Nec contulit an hoc fieret uirtute angeli boni, aut mali, & an Deo iubente, uel permittente. Hęc Thomas in Scripto. *Nota.*

¶In prima parta. q̃õne 64. Natureali, ait, ordine perfectum præcedit imperfectum, quemadmodum actus potentiam. quod enim in potentia eſt, non reducitur ad actum niſi per ens in actu. cumq; res primò. a Deo ſint inſtitutæ, non ſolũ, ut eſſent in ſe, ſed ut aliorum quoq; eſſẽt principia, idcirco producta ſunt in ſtatu perfecto, in quo poſſent producere alia. Deniq; homo poteſt eſſe aliorum principium non ſolum per corporalem generationem, ſed etiã per inſtructionem, & gubernationem: hinc primus homo a ſui exordio accepit a Deo uniuerſorum ſcientiã, in quibus in homines nati ſunt informari. Et hæc ſunt oĩa, quæ in primis principijs per ſe notis uirtualiter continentur, quæ homines naturaliter ualent cognoſcere. Ad gubernationem verò ꝓpriæ uitæ, ac aliorum, non ſufficit cognitio naturaliter ſcibilium, ſed requiritur ẽt ſupernaturalis quorundam cognitio, quia ad ſupernaturalem beatitudinẽ uita ordinat̃ humana. talium aũt cognitio ſpectat ad fidem. hinc de talibus tantam primus hõ accepit cognitionem, quantam ſibi pro ſtatu illo neceſſaria fuit ad ſuam, ac aliorum directionem, Cætera quæ nec naturali ſtudio cognoſcuntur. nec requiruntur ad gubernationem uitæ humane, primus homo nõ nouit, ut ſunt aliorũ cogitationes, contingẽtia quo que futura, & ſingularia multa. Habuiſſetq; illam ſcĩam ꝑ ſpecies infuſas, ſeu concreatas. Nec ideo illa ſcĩa fuiſſet alteriùs rõnis, q̃ nr̃a ſcĩa. Porro de deceptione q̃dã dixerunt, ꝙ primus hõ decipi nequit q̃tum ad ea q̃ ſciuit, ſed bñ quantũ ad alia, deceptione largè accepta, ut dictũ eſt: qm̃ talis deceptio nec noxia fuit, neq; culpabilis. Sed hoc intregitati primi ſtatus nõ conuenit, cum verũ ſit ꝑfectio intellectus ideo falſitas ei diſconuenit. Verũ ſicut in corpore Adæ potuit eſſe carentia alicuius ꝑfectionis, uidelicet claritatis. non tñ aliquod malum: ita in anima eius potuit eſſe neſcientia quædam, non tamen æſtimatio falſi. Hęc Thomas in Summa. *Artic.3.* *Adam vniuerſorum ſciẽtiã habuit naturaliter ſcibilium.*

¶Poſtremò q̃dam hic ſciſcitant̃, An Adã fuit præſcius ſui caſus. Ad quod rñdendum eſt eo mõ, quo ſupra ad ſimilẽ rñſum eſt q̃õnem, utpote iſtã: Vtrũ angeli fuerunt ꝑſcij ſuæ ruinȩ. Et dato, ꝙ Adam in raptu cognouerit Deum incarnandũ, nõ tñ ſequit̃, ꝙ ſuũ præſcierit caſum, q̃a reuelari ei poterat myſterium illud dignißimũ ſine reuelatione cauſȩ ipſius. *Adã caſus ſui ꝑſcius non fuit.*

A *De gratia hominis, & de potentia ante caſum.* *Diſt.* XXIIII.

NVnc diligenter inueſtigari oportet, quam gratiam, uel potentiam habuerit homo ante caſum, & vtrum per eam potuerit ſtare, vel non. Sciendum eſt ergo, ꝙ homini in creatione (ſicut de angelis diximus) datum eſt per gr̃am auxilium, & collata eſt potentia, per quam poterat ſtare. i. non declinare ab eo, quod acceperat: ſed non poterat proficere intantum, ut per gr̃am creationis ſine alia mereri ſalutem ualeret. Poterat quidem per illud auxilium gr̃æ creationis reſiſtere malo, ſed non perficere bonum. Poterat tñ per illud bene uiuere quodã- *Quod in gr̃a creatus fuit in qua potuit ſtare, ſed non proficere.*

modo,quia poterat uiuere ſine peccato:ſed non poterat ſine alio gratiæ adiutorio ſpiri
tualiter uiuere,quo uitam meretur æternam. Vnde Auguſtinus in Enchiridio: Sic fa- Au.in Enchi.c.107.
ctus eſt homo rectus,ut & manere in ea rectitudine poſſet non ſine diuino adiutorio, &
ſuo fieri peruerſus arbitrio.utrumlibet horum elegiſſet,Dei uoluntas fieret, uel ab illo; Idē in eodē ca,105.
uel de illo. Et quia ſuam maluit facere uoluntatem,quam Dei , de illo facta eſt uolun- Au.in lib. de correptione,& grā.c.11.
tas Dei.Item in eodem:Sic hominē priùs oportebat fieri,vt & benè poſſet uelle; & ma-
lè.Nec fruſtra,ſi benè:nec impunè,ſi malè.Idem quoq; in libro de correptione , & gra-
tia ait: Si hoc adiutorium,uel angelo,uel homini cum primum facti ſunt,defuiſſet: qm̄ Ibidē ubi ſupra.
non talis natura facta erat,vt ſine diuino auxilio poſſet manere ſi uellet , non utiq; ſua
culpa cecidiſſet. Defuiſſet quippè adiutorium,ſine quo manere non poſſet.Idem:Dede
rat Deus homini bonam uoluntatem,in illa quippè eum fecerat rectum : dederat adiu-
torium,ſine quo non poſſet in ea manere ſi uellet,& per quod poſſet. Vt autem hoc vel
let,in eius dimiſit arbitrio.In eodem:Acceperat poſſe ſi uellet,ſed nō habuit uelle,quo
poſſet.Nam ſi habuiſſet,perſeueraſſet. His teſtimonijs euidenter monſtratur,ꝙ homo re
ctitudinem,& bonam uoluntatem in creatione accepit,atq; auxilium, quo ſtare pote-
rat.alioquin non ſua culpa uideretur cecidiſſe.

B *Qualis fuerit illa rectitudo,& bonitas uoluntatis,in qua creatus eſt.*

Sed qūo rectam,& bonam uoluntatem habuit homo , ſi per eam , nec mereri uitam
ualuit,nec in ea ſtare voluit:quia nec aliquid mali ea tunc uolebat , & ad tempus ſtare
uoluit,ſed non perſeueranter:& ideo recta,& bona fuit tunc uoluntas hominis.

C *Oppoſitio contra illud,quod dictum eſt,hominem non potuiſſe proficere.*

Ad hoc autem,ꝙ diximus hominem non potuiſſe proficere,uel mereri per gratiam
creationis,ſolet opponi ſic:Per illud auxilium gratiæ creationis potuit ſtare in bono,
quod acceperat,potuit ergo reſiſtere tentationi.Sed reſiſtere tentationibus, atq; ſugge-
ſtionibus malis,meritum eſt,ac bonum remunerabile.Omne aūt bonum meritum,pro Reſpōſio.
fectus eſt. Per gratiam ergo creationis proficere potuit ſine adiectione alterius gratiæ.
Ad quod dicimus,quia reſiſtere malo,& non conſentire tentationi,non feciſſet illi me
ritum,& ſi non conſenſiſſet:quia nihil in eo erat,qđ ad malum impelleret,ſicut angelis,
qui non ceciderunt,non fuit meritū,ꝙ ſteterunt.i.ꝙ non corruerunt.Nobis aūt meritū
eſt aliqñ,ſi malum non facimus,ſed reſiſtimus: ibi duntaxat,ubi cauſa ſubeſt, quæ nos
id facere mouet,quia ex peccati corruptela proni ſunt ad lapſum greſſus noſtri. Vbi au
tem non interuenit cauſa nos ad malum impellēns,nō meremur,ſi ab eo declinamus.
Declinare enim a malo,ſemper uitat pœnam, ſed non ſemper meretur palmam.

D *De adiutorio homini in creatione dato,quo ſtare poterat.*

Hic conſiderandum eſt , quòd fuerit illud adiutorium homini datum in creatione ,
quo poterat manere,ſi uellet. Illud utiq; fuit libertas arbitrij ab omni labe,& corrupte-
la immunis,atq; uoluntatis rectitudo,& omnium naturalium potentiarum,animæ ſyn
ceritas,atq; viuacitas.

De libero arbitrio.

E Liberū uerò arbitriū eſt facultas rōnis,& uoluntatis,qua bonum eligitur gr̄a aſſiſtēte,
vel malum eadē deſiſtente.Et dr̄ liberum , quantum ad uoluntatē , quæ ad utrumlibet
flecti pōt.Arbitrium verò quantum ad rōnem,cuius eſt facultas, uel potētia illa , cuius
ēt eſt diſcernere inter bonum,& malum.Et aliqñ quidem diſcretionem habens boni,
& mali,quod malum eſt eligit, aliqñ verò, quod bonum eſt. Sed quod bonum eſt , niſi
gratia adiuta non eligit,malum uerò per ſe eligit.Eſt.n.in anima rōnali uoluntas natu-
ralis,qua naturaliter uult bonum,licet tenuiter,& exiliter,niſi gr̄a iuuet:quæ aduenīēs,
iuuat eam,& erigit,ut efficaciter velit bonum.Per ſe aūt pōt uelle malum efficaciter. Bruta ā[illegible]lia non h[illegible]bēt liberū arbitrium
Illa ergo rōnalis animæ potētia,qua bonum,uel malum pōt uelle,utrunq; diſcernens,
liberum arbitrium nuncupatur:quod bruta animalia non habent,quia rōne carent: ha
bent tamen ſenſum,& appetitum ſenſualitatis.

De ſenſualitate.

F Eſt.n.ſenſualitas quædam uis animæ inferior,ex qua eſt motus,qui intēditur in cor- De rōn[illegible]
poris ſenſus,atq; appetitus rerū ad corpus ptinētium.Rō uerò vis animæ eſt ſuperior, q̄
(vt ita dicamus) duas habet partes,uel differentias,ſuperiorem,& inferiorem.Secūdum
ſuperiorem,ſupernis conſpiciendis,uel conſulendis intendit.Secundum inferiorem ad
temporalium diſpoſitionem proſpicit.Quicquid ergo in anima noſtra nobis conſide- Quid [illegible] rōnē p[illegible]tinet.
rantibus occurrit,quod non ſit commune cum beſtijs,ad rōnem pertinet.Quod autem
in ea

* Beſtijs.

in ea reperis commune cum * beluis,ad ſenſualitatem pertinet. Et nobis gradatim in
conſideratione partium animæ progredientibus primum aliquid occurrit , quod non Vbi incipit ratio.
eſt commune cum beſtiis,ibi incipit ratio. Hoc autem Auguſtinus docet 12. lib.de Tri
nit.ita dicens: Videamus ubi ſit quaſi quoddam hominis exterioris,interiorisq; confi- Auguſt.de Trin.li 12. cap 1.
nium.Quicquid enim habemus in animo commune cum pecore, rectè dr̄ ad exterio-
rem hominem pertinere.Non enim ſolum corpus exterior homo putabitur: ſed adiun
cta quadam uita ſua,qua compages corporis,& omnes ſenſus uigent,quibus inſtructus
eſt ad exteriora ſentienda. Aſcendentibus ergo introrſum quibuſdam gradibus conſi-
derationis per animæ partes,ubi incipit aliquid occurrere , quod non ſit nobis commu Aug.li.12. de Tri.c.8.
ne cum beſtijs,ibi incipit ratio,vbi homo interior iam poſſit agnoſci . Rōnis autē pars
ſuperior æternis rōnibus conſpiciendis ,uel conſulendis adhæreſcit, portio inferior ad
temporalia gubernanda deflectitur.Et illa rōnis intentio , qua contemplamur æterna ,
ſapientiæ deputatur : illa uerò,qua bene utimur rebus temporalibus , ſcientiæ deputar̄.
Cum uerò diſſerimus de natura mentis humanæ,de vna quadam re diſſerimus:nec eam
in hæc duo,quæ commemorauimus,niſi per officia geminamus. Carnalis autem , uel Aug.li.12. de Tri.c.4
ſenſualis animæ motus,qui in corporis ſenſus intenditur , nobis,pecoribusq; commu-
nis eſt : qui ſecluſus eſt a rōne ſapientiæ,rōni autem ſcientiæ uicinus eſt.

G *Quòd talis eſt ordo peccandi , uel cadendi in nobis,qualis fuit in primis hominibus.*

Illud quoq; prætermittendum non eſt,ꝙ talis tunc in vno homine tentationis eſt
ordo,& progreſſio,qualis tunc in primis præceſſit parentibus. Vt enim tunc ſerpens ma
lum ſuaſit mulieri,ipſaq; conſenſit: deinde viro ſuo dedit,ſicq; conſummatum eſt pec- Quod in nobis eſt vir,& mulier,& ſerpēs,& qūo
catum : ita & nunc in nobis pro ſerpente eſt ſenſualis motus animæ , pro muliere infe-
rior portio rationis,pro uiro ſuperior rōnis portio. Et hic eſt uir, qui ſecundum Apoſto 1.Cor.11.b
lum dr̄ imago,& gloria Dei : & illa eſt mulier,quæ ſecundum eundem dicitur gloria vi De ſpūali cōiugio viri & mulieris ī nobis
ri. Atq; inter hunc uirum,& hanc mulierem,eſt uelut quoddam ſpirituale coniugium
naturaliſq; contractus,quo ſuperior rōnis portio quaſi uir debet præeſſe , & dominari .
inferior verò quaſi mulier debet ſubeſſe,& obedire. Ideo vir ſecundum Apoſtolum nō
debet habere velamen , ſed mulier . Et ſicut in cunctis animantibus non eſt repertum 1.Cor.11.b
homini adiutorium ſimile ſibi,ſed de illo ſumptum,quod ei formaretur in coniugiū :
ita & in partibus animæ,quas cum pecoribus habemus communes , nullum menti no-
ſtræ ſimile eſt adiutorium. Vnde Auguſtinus in eodem : Illud noſtrum,quod in actione
temporalium tractandorum ita uerſatur,ut non ſit in nobis commune cum pecore, ra Augu lib. 12.de Tri. cap 3.
tionale eſt quidem:ſed ex illa rationali mente,qua ſubhæremus intelligibili,& incom- Gen.2.d
mutabili ueritati tanquam ductum:& inferioribus tractandis,gubernandiſq; deputatū
eſt. Sicut.n.in omnibus pecoribus non eſt inuentum uiro adiutorium ſimile ſibi, niſi de
illo detractum in coniugium formaretur:ita menti noſtræ, qua ſupernam conſulimus
veritatem,nullum eſt ad uſum rerum temporalium,quantum naturæ hominis ſatis eſt
ſimile adiutorium ex animæ paritbus,quas cōmunes cum pecoribus habemus . Ideoq;
rōnale noſtrum non ad unitatis diuortium ſeparatum,ſed in auxilium ſocietatis quaſi
deriuatum,in ſuo diſparitur officio.Et ſicut una caro eſt duorum in maſculo , & in fœ-
mina,ſic intellectum noſtrum,& actionem ſiue rōnem,& appetitum rōnalem,uel ſi ali
quo modo ſignificantiùs dici poſſunt,una mentis natura complectitur : ut ſicut de illis
dictum eſt,Erunt duo in carne una,ſic & de his dici poſſit,duo in mente vna. Ecce ex
his apertè intelligi pōt,qualiter in anima hominis exiſtat imago illius coniugij: & qua-
liter in ſingulis noſtrum ſpiritualiter ſint illa tria,ſ.uir,mulier,ſerpens.

H *Qualiter per illa tria in nobis conſummetur tentatio.*

Nunc ſupereſt oſtendere quomodo per hæc tria in nobis conſummetur peccatum :
vbi agnoſci poterit,ſi diligenter intendatur,quid ſit in anima mortale,uel ueniale pec-
catum. Vt enim ibi ſerpens ſuaſit mulieri,& mulier viro,ita & in nobis ſenſualis motus
cum illecebram peccati conceperit , quaſi ſerpens ſuggerit mulieri , ſcilicet inferiori
parti rationis,id eſt,rationi ſcientiæ:quæ ſi conſenſerit illecebræ, mulier edit cibum ue
titum.Poſt de eodem dat uiro,cum ſuperiori parti rationis,id eſt, rationi ſapientiæ ean
dem illecebram ſuggerit: * quę ſi conſentit,tunc vir ēt cum fœmina cibum vetitum gu
ſtat.Si ergo in motu ſenſuali tm̄ peccati illecebra teneatur , ueniale , ac leuiſſimum eſt Qñ peccatum ſit ueniale.
peccatum.Si verò inferior pars rationis conſenſerit, ita ut ſola cogitationis delectatio-
ne ſine voluntate perficiendi teneatur, mulier ſola manducauit,non vir: cuius auctori-
tate

* Quæ.

tate cohibetur uoluntas,ne ad opus usque perueniat. Si uerò assit plena uoluntas perficiendi,ut si assit facultas,ad effectum perducatur, uir quoque manducat,quia superior pars rationis illecebræ consensit, & tunc est damnabile,& graue peccatum. Quando autem mulier sine uiro gustat, aliquando est mortale, aliquando ueniale peccatum. Vtenim dictum est,tunc mulier sine uiro gustat,cum ita delectatione cogitationis peccatum tenetur,ut faciendum non decernatur:uel cum quidam terminus,& mensura à peccato adhibetur à uirò,ut non liceat mulier effrenata libertate in peccatum progredi.Si ergo peccatum non diu teneatur delectatione cogitationis,sed statim ut mulierē tetigit,uiri autoritate repellatur, ueniale est.Si uerò diu in delectatione cogitationis teneatur, etsi uoluntas perficiendi desit,mortale est: & pro ea damnabitur simul uir, & mulier,id est,totus homo:quia & tunc uir non sicut debuit, mulierem cohibuit: unde potest dici consensisse. Qñ mortale.

I

Repetitio summam perstringens.

Itaque ut breuiter summam perstringam, quando peccatum: ita in anima concipitur, ut illud facere disponat: uel etiam perficiat aliud frequenter, aliud semel: uel etiam quando delectatione cogitationis diu tenetur, mortale est. Cum uerò in sensuali non motu tautum est, ut prædiximus, tunc leuissimum est, quia ratio tunc non delectatur. Ideo autem supra dixi, aliud frequenter, aliud semel: quia (ut quibusdam placet) quædam sunt, quæ si tantum semel fiant, uel facienda disponantur, damnant: quædam uerò non nisi sæpius fiant, uel facienda decernantur, ut de ocioso uerbo, & huiusmodi. Hæc autem Augustinus in duodecimo libro. de Trinit. tradit ita. Sicut in illo coniugio primorum hominum serpens manducandum persuasit, mulier autem non manducauit sola, sed uiro suo dedit, & simul manducauerunt: ita & in quodam secreto coniugio, quod in uno homine geritur, & dinoscitur, cum rationi scientiæ, quæ in rebus temporalibus agendis ratiocinandi uiuacitate uersatur, animalis sensus ingerit quandam illecebram, tunc uelut serpens alloquitur fœminam. Huic autem illecebræ consentire, de ligno uetito est edere. Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est, superiori uerò autoritate ita retinentur membra, ut non exhibeantur arma iniquitatis peccato: sic habendum æstimo, uelut sit lignum uetitum mulier sola comederit. Si autem in consensu illo ita discernitur quodque peccatum, ut si sit potestas, etiam opere impleatur, intelligenda est mulier dedisse viro suo simul edendum illicitum cibum. Neque enim potest peccatum non solum cogitandum suauiter, uerunmentiam perpetrandum efficaciter mente decerni: nisi & illam entis intentio, penes quam summa potestas est membra in opus mouendi uel ab opere cohibendi, malæ actioni cedat. Nec sane cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen, & uolens libenter, quæ statim ut attigerunt animum, respui debuerunt: negandum est eē peccatum,sed longe minus,quàm & si opere statuatur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus uenia petenda est, pectusque percutiendum, & dicendum: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat:& ideo si sola mulier cibum edisset illicitum,sola utique mortis supplicio plecteretur: ita dici potest in homine uno, si delectationibus illicitis, à quibus continuo se deberet auertere, cogitatio libenter sola pascatur:nec faciendo decernantur mala, sed tantum suauiter in recordatione teneantur, quasi mulierem sine uirò posse damnari. Absit hoc credere.Hic quippè una persona est,unus homo est, totusque damnabitur:nisi hæc,quæ sine uoluntate operandi: sed tamen cum uoluntate animum talibus oblectandi,solius cogitationis sentiuntur esse peccata,p mediatoris gratiam remittant. Idē quoq; in libro cōtra Manichæos de hoc eodē sic ait:Apostolus dicit Scđm principem potestatis aeris huius,spiritus q nunc operatur in filios diffidentiæ.Nunquid ergo uisibiliter eis apparet,aut quasi corporeis locis accedit ad eos,& operatur?Sed miris modis per cogitationem suggerit,quicquid pōt, quibus suggestionibus resistendū est. Non.n.ignoramus astutias eius,Quomodo enim accessit ad Iudam, quando ei persuasit ut dominum traderet? Nunquid in locis,aut per hos oculos ei usus est? Sed utique (ut dictum est)in cor eius intrauit.Reppellit aūt illum homo,si paradisum mentis custodiat.Posuit.n.hominem Deus in paradiso,ut operaretur,& custodiret illū,qa sicut ecclesiæ dr̄ in canticis canticorum,Hortus conclusus,fons signatus,quo utiq; non admittitur

Au. lib. 12. de tri. c. 12. — Rom. 6. c. — Vtrum & mortaliter in solo delectatione cogitationis. — Mat. 6. b. — August. Ephe. 2. a. — Cor. 2. b. Iohã. 13. — Luce 22. Gene. 3. — Cant. 4.

ritur peruersitatis ille persuasor,sed tñ per mulierem decepit.Non.n.etiam ratio nostra deduci ad * consensionem peccati pōt,nisi cum delectatio mota fuerit in illa parte animi,* qua debet obtemperare rationi tanquam rectori uiro. Etiam in unoquoq; nostrū nihil aliud agitur nunc,cum ad peccatum quisq; dilabitur, q̃ tunc actum est in illis tribus,serpente,muliere,& viro. Nam primo fit suggestio,siue per cogitationem,siue per sensus corporis:vel uidendo,vel tangendo,vel audiendo,vel gustando, vel olfaciendo. Quæ suggestio cum facta fuerit,si cupiditas nostra non moueatur ad peccādum, excluditur serpentis astutia:si autem mota fuerit,quasi iam mulieri persuasum erit,sed aliqñ ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refrenat,atq; compescit. quod cum fit, non labimur in peccatum,sed cum aliquanta luctatione coronamur. Si autem rō consentiat,& quod libido commouerit,faciendum esse decernat,ab omni uita beata tanquam de paradiso expellitur homo.Iam enim peccatum imputatur,etiam si non subsequatur factum,quando rea tenetur in consensione conscientia.

* Cōsensū — * Quæ.

K

Quare hæc de animæ partibus dixit.

Hęc de animę partibus interseruimus,ut ipsius animæ natura pleniùs cognosceretur: & s̄m quam sui portionem in ea sit liberum arbitrium,intelligatur, scilicet secundum rōnem,qua omne peccatum mortale geritur,sed non omne ueniale:illud.s.quod in solo motu sensualitatis existit.

L

Quòd sensualitas sæpe in scriptura aliter, quàm supra accipitur, scilicet, ut etiam inferior rationis portio, eius nomine intelligatur.

Non est aūt silentio prætereundum,q̄ sæpe in scriptura nomine sensualitatis, non id solum in anima,quod est nobis commune cum pecore,sed ēt inferior portio rōnis, quę temporalium dispositioni intendit,intelligitur, Quod diligens lector in locis scripturæ,vbi de ipsa fit mentio,uigilanter annotet.

Summa distinct. 24.

Expeditis qōnibus, quæ circa tentationem & transgresionem primorum parentum a quibusdam mouentur, & ostenso qualis,& quanta scientia fuerit in eisdem,nūc declaratur qualiter in naturalibus uiribus erant dispositi. Et primò inquirit, quale posse collatum fuit ipsis ante tentationem,& casum, An scilicet per illud poterant stare, ac tentationi resistere: deinde, an etiam per illud potuerunt mereri.Consequenter incipit tractare de libero arbitrio, ac sensualitate quid sint. Tandem pandit qualiter in nobis sit modus, ordo,& gradus tentationis, conformis ordini tentationis primi parentis.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *Vtrum homo sit creatus in gratia gratumfaciente uirtutibusq; infusis*. quæ quæstio eandem penè habet responsionem cum ea, qua supra de angelis est quæsitum, an creati fuerunt in gratia. Et nunc supra ex Thoma est introductum, quod originalis iustitia sine gratia gratumfaciente esse non potuit. Verum de hoc nunc pleniùs est scrutandum. tamen hæc quæstio etiam infra capite 29. habet locum, & potest penè eisdem rationibus persuaderi, quòd non, quibus probatum est supra, angelos non fuisse in gratia tali creatos. Originalis quoque iustitia, & naturalis integritas ipsius naturæ, ac naturales uirtutes fecerunt primum hominem Deo acceptum,nec potuit condemnari cum huiusmodi doni. ergo saluatus fuisset in eis, & cum ipsis,cum in adultis nō sit medium inter esse dignum amore, aut odio, similiter nec inter saluari. & condemnari.

¶Ad hoc respondet Albertus: Dicendum, quòd in gratia gratisdata secundum uirtutes naturales factus est homo. Ait quippè Magister in litera: homini datum est in creatione per gratiam auxilium, & collata potentia, qua poterat stare, id est, ab eo, quod accipit non declinare: quod probat per Augustinum, ut habetur in litera. Porro gratia dicitur tribus modis, ut innuit Glossa super illud Iacobi, Omne datum optimum, & omne donum perfectum &c. quo asserit Glossa: Data optima sunt, quæ dantur cum natura, & eleuant naturales potentias ad actus perfectos secundum naturam, ut bonum ingenium, ordinata uoluntas, luminosus intellectus, clarus sensus, perfecta, discretaque ratio, naturæ habilitas ad uirtutes, secundum quod uirtus est extremum potentiæ, ut dicitur Ethicorum secundo. & in gratia tali creatus est homo, prout in textu probatur per uerba Augustini in libro de correptione, & gratia. Secundò dicitur gratia, quod superadditur talibus adiutorijs potentiarum, & eleuat ipsas potentias ad meritorios actus. & hæc est gratia gratumfaciens, in qua non est creatus Adam, secundum Augustinum. Dederat enim ei Deus vnde posset stare, non vnde ad meritum posset proficere. Et huius adsignari solent tres causæ. Prima, quia in hoc relucet omnipotentia creatoris, sapientia, & bonitas: omnipotentia, in creatione naturæ: sapientia, in ordinatione eius ad gratiam, & utriusque ad gloriam: bonitas, in hoc, quod perficit naturam per gratiam gratumfacientem gradatim. Hæc Albertus.

Albertus. — August. — Gratia dr̄ tripliciter Iacobi. — Philosop. — August.

¶Concordat Alexāder, q primò hic inuestigat, An primus hō ex acceptis in sua cōditione,fuit Deo acceptus,& gratus: atq; post lōgā ad vtranq; partē disputationē,hoc potius tenet, q̄ nō propriè loquēdo de acceptatione,s̄m quam nulla creatura rōnalis sit Deo accepta,nisi per supernaturalia dona gratiæ gratumfacientis,& charitatis, fideiq; formatæ,p quæ dona gratuita creatura rationalis consecratur in templum, & sponsam, amicam & filiam creatoris. Sed ad satisfaciendum auctoritatibus multis,& euiden-

Alexāder.

euidentibus, quæ oppositum uidentur prętendere,
dicit, quod acceptatio interdum extensiùs sumi-
tur pro quacunq; complacentia, dilectione, uel ap
probatione. sic enim complacent Deo opera sua, &
Sap. 11. diligit cuncta, que fecit, nullumq; bonum etiā bo-
nitate naturalium uirtutum, nec bonum ex gene-
re dimittit irremuneratū. Deinde inquirit, Vtrū pri
mus homo ex donis acceptis in sua conditione, seu
Opus sine grā nō ēuite ęternę meritorū. creatione potuit in bono proficere. Ad quod rū-
det, quod loquēdo de profectu meritorio uitæ ęter
næ non potuit hoc, quia non fuit creatus in gratia
gratumfaciente, & charitate, sine quibus nemo po
test taliter promereri, sed indiget gratia tali, & etiā
Psal. 15. in statu innocentiæ eguit ea: tum ex parte dei retri-
buentis, qui bonorum nostrorum non eget, nec
per ea sola obligatur nos acceptare secundum rō-
nem dati, & accepti: tum ex parte retributionis, q̄
est æterna, & supernaturalis felicitatis, q̄ per natura
lia sola obtineri nō valet. Idcirco ad hoc, quòd ali-
quod opus bonū creaturæ, placeat Deo ad remu-
nerandum in cælo per fruitionem beatam, necesse
est, quòd influentia suæ gratuitæ bonitatis in homi
ne operante præcedat, per quam creatura creatori
grata existat: quia nō acceptat operationē, nisi pri-
Gene. 4. mò acceptet operantem, iuxta quod legitur Respe
xit Deus ad Abel, & ad munera eius. Hæc. Ale-
xander.

¶ Qui nihilominus post hæc dicit probabiliùs,
ac ueriùs esse, quod ante lapsum suum ipse Adam
habuit gratiam gratumfacientem, non ex conditi-
one, ita, ꝙ in ea creatus extiterit, sed, ꝙ post crea-
tionem suam, & ante transgressionem meruerit
Bonauēt. eam. Et de hoc infra tangetur. ¶ Deniq; scriptis his
Alexandri concordant per omnia dicta Bonauen
turæ infra distinctione 29. ubi sub eadem pene for-
ma uerborum respondet ad quæsita per uerba ma
gistri sui Alexandri: Quidam, inquiens, dicere vo
luerunt, quòd homo fuit creatus non solum in
naturalibus, uerum etiam in gratuitis: tum propter
Dei liberalitatem, tū propter hominis idoneitatē.
Sed quia sanctorum auctoritates uidentur sonare
contrarium, alia extat communior opinio, atque
probabilior, quòd homo priùs tempore habuit na
turalia, quàm gratuita. Et iuxta opinionem hanc
in statu innocentiæ distinguuntur tempora duo.
Vnum, in quo primus homo habuit naturalia
tantum: aliud, in quo habuit naturalia, atque
gratuita simul. Primum fuit ab instanti suæ crea-
tionis, usque ad momentum, in quo gratiam gra-
tum facientem meruit, ac recepit. secundum
fuit ab illo momento, vsque dum per consensum
impietatis trangressus est. Et per distinctionem
huius duplicis temporis, dissoluitur apparens
contrarietas in uerbis sanctorum. Quidam enim
affirmare uidentur, quòd habuit gratiam, & uir-
tutes in innocentiæ statu: quidam, quòd non, &
vtrique uerum dicunt pro diuersis temporibus,
Bonauentura. ¶ At uerò sanctus doctor circa hęc
T. Aquinas. aliter sentiens: Triplex, inquit, opinio est hic. Vna,
quòd homo in primo statu gratiam non habuit,
nec uirtutes gratuitas. Omnes uerò auctoritates sā
ctorum, quas Magister adducit, ad probandū uir-
tutes in eo fuisse, de naturalibus exponunt uirtuti
bus, quæ propter humanæ integritatem naturę fue
runt excellentissimæ in primo homine. Sed hoc
non uī auctoritatibus conuenire, in quibus fert, ꝙ
Adā habuit charitatem, q̄ sine gratia non habetur.
Alij statum innocentiæ, in quos distinguunt, seu di
uidunt status, dicentes, ꝙ homo in principio suæ
creationis in naturalibus tantū sit productus, post-
modumq; ante lapsum suum consecutus sit gratiā.
atq; per hanc distinctionem varia dicta sanctorum
concordare nituntur. Sed nec hoc dictis sanctorū
doctorum conuenire videtur, qui de statu innocen
tiæ quasi de vno statu indistincto loquuntur. Hinc
ista opinio non magnæ extat auctoritatis. Alij ergo
dicunt, quòd homo in gratia est creatus, quod satis Augustin.
consonat Augustino, dicenti res simul tempore fa-
ctas, & in materia, ac forma distinctas. Prima au-
tem opinio magis congruit positioni dicentiū crea
turas per succesionē temporum fuisse perfectas.
Veruntamen quæ harum opinionum sit verior, ra-
tione multum efficaci nequit probari, sicut nec ali-
quid horum, quæ ex sola Dei voluntate dependēt.
Nihilominus hoc probabilius est, quod cum ho-
mo creatus fuerit in naturalibus integris, quæ ocio
sa esse non poterant, in primo instante creationis,
suæ ad Deum conuersus, sit gratiam consecutus
Hæc Thomas in Scripto.

¶ Porrò in prima parte Summæ, quæstione 95. Art. 1.
Aliqui, ait, dicūt quòd primus homo non fuit crea-
tus in gratia: postmodum tamen collata sit ei gra-
tia antequam peccauit. Sed quòd cum gratia factus
sit, videtur requirere rectitudo status, in quo Deus
condidit eum, secundum illud Ecclesiastis: Deus Eccl. 7.
fecit hominem rectum. Erat namque hæc rectitudo
quòd ratio subdita fuit Deo, inferioresq; vires ra-
tioni, ac animæ corpus. quæ subiectio non extitit
naturalis, alioquin post culpam mansisset, cum &
in dæmonibus naturalia manserint dona. Fuit er-
go subiectio illa effectus, & donum gratiæ super-
naturalis. Propter quod 13. de Ciuitate Dei disser-
uit Augustinus: Facta transgressione, confestim August.
Dei gratia deserente, motum senserunt carnis ino-
bedientis. Quo datur intelligi, quod si gratia de-
serente facta est: inobedientia carnis ad animam,
quòd per gratiam animæ inexistentem inferiora ei
subdebantur. ¶ Sed his obijci potest primò, quia Obiecti.
in quæstionibus veteris testamenti asserit Augusti- August.
nus, quòd Adam non habuit spiritumsanctum. Ma-
gister quoque testatur, quòd homini in sua creatio
ne datum est vnde posset stare, nō vnde posset pro-
ficere. Secundò, ad hoc, quod aliquis accipiat gra- 2
tiam, cōsensus requiritur ex parte recipientis, cum
per gratiæ susceptionem, fiat spirituale matrimo-
nium inter Deum, & animam. ad matrimonium ve
rò consensus exigitur. consensus verò non est nisi
rei præexistentis. ergo homo non accepit gratiam
in primo suæ creationis instanti. Dicendum ad pri- Adpri.
mum, quòd Augustinus vult dicere, quòd in Adam
non fuit spiritus gratiæ eo modo, quo nunc est in
ipsis fidelibus, qui statim post mortem admittun-
tur ad perceptionem æternæ hæreditatis. Verun-
tamen Magister loquitur secundum opinionem di-
centium hominem creatum in naturalibus tātum.

¶ Ad aliud, quòd cum motus voluntatis non sit Ad 2.
continuus, nil prohibet primum hominem in pri-
mo instanti suæ creationis gratiæ consensisse. Hæc
idem in Summa.

¶ Præterea Petrus vr̄ hic parumper à Thoma re- Petrus
cedere: Quidā, inquiens, dixerunt, quod tā angelus
q̄ homo in gratia conditus fuit. quod non videtur:
qm̄ Augustinus expresè dicit, ꝙ hō habuit à crea- Aug.
tione vnde stare, non vnde pedem mouere potuit.
Hinc alij probabiliùs dicunt, quòd nec angelus, nec
homo à principio suæ creationis habuit gratiā: sed
creatus, in primo suæ volūtarię cōuersionis actu ad
Deū, gratiam accepit. Gratia quippe cum sit in anima
tanquam

tanquam in subiecto uoluntario, nō naturali, uolun
tariam dispositionem requirit. Hæc Petrus. Qui in
isto Alexandrum, & Bonauenturam sequitur.
Richard⁹. ¶ Concordat Richardus, & quælibet harum triū
opinionum, suos habet sequaces. Videtur autem po
sitio illa Thomæ uerior esse, quia doctoribus ma-
gnis & sanctis ampliùs consona: quia non solum di
cunt primum hominem ante lapsum habuisse chari
tatem, & gratiam, imò insuper protestātur, ꝙ a suo
creatore factus sit uirtuosus, ita ꝙ uirtutes ei sunt
concreatę, nec in innocentiæ statu distinguunt tem
Dio. Car. pora duo. Et certum est, ꝙ tales theologi de uirtuti
bus eloquendo, per uirtutes intelligunt uirtutes gra
tuitas, & infusas, creaturam suo creatori acceptam
Adam cōditus est ī gratia. reddentes. Deniq; cum gratia nominetur: qm̄ gar-
tis datur, quanto plùs alicui sine eius præuia dispo-
sitione, aut meriti congruitate confertur, tanto
plùs ratio gratiæ conuenit ei, nec oportet, ꝙ uolun-
tariam dispositionem requirat in omnibus. De con-
Damasce. creata autem uirtuositate primi hominibus Dama-
scenus apertissimè scribit lib. 2. Fecit igitur De⁹ ho
minem innocentem, rectum, uirtuosum, omni uir-
tute decoratum, omnibus bonis comatū uelut aliū
angelum, & spiritum propter gratiam deificatum
participatione illuminationis diuinæ, potentem in
bono ꝓficere Dei gratia cooperante. Magister quo
que infra distinctione 26. euidentes ponit auctorita
tes ad probandum, ꝙ Adā in statu innocentiæ gra-
Lucæ 10. tiā habuit, ac uirtutes. Sed & super illud Lucę, Qui
etiam expoliauerunt eum, asserit Glossa, ꝙ hō pri-
mus expoliatus fuit gratuitis, & vulneratus in natu
Bernard⁹. ralibus. Sanctus item Bernardus fatetur: Cum homi
num æmulus uideret patrem nostrum Adam chari
tate circundatum, ac omni virtute uestitum, & hoc
hominem accepisse terrenum, quod per superbiam
ipse amisit, inuidit ei insatiabilis homicida.

¶ Quod ergo obijcitur, ꝙ Adam nō habuit vnde
pedem mouere posset, non est ita intelligendum, ꝙ
non habuit grām, quia posset proficere, sed ꝙ nec il
la sibi suffecit sine actuali motione spiritus sancti.
Antisiod. Nempè, ut ait Antisiodorensis in Summa sua lib. 2.
Opus meritorium semper est ex tribus, uidelicet ex
libero arbitrio originaliter, & ex gratia elicitiuè, ac
que a Deo principaliter mouente-

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur, *An homo in statu innocentiæ sine gratia gratumfaciente potuit peccata vitare,*
tentationibusq; resistere. ¶ Videtur, ꝙ non, quia nil fa
Arguitur primo cōtra ueritatem. cit rationalem creaturam displicentem Deo, & a
Deo distantem, seu felicitate indignam, nisi pecca
Isa. 27. tum, propter quod loquitur Isaias: Et iste omnis
Isa. 59. fructus, ut deleatur iniquitas. Itemq;, Iniquitates
uestræ diuiserunt inter Deum uestrum, & uos, &
peccata uestra absconderunt faciem eius a uobis. si
igitur homo in statu innocentiæ sine supernaturali
bus donis charitatis, & gratiæ, potuit uitare pecca-
ta, potuit per naturalia dona saluari, & acceptari a
2. Tim. 2. Deo, teste Apostolo: Nemo coronabitur nisi, qui le-
gitimè certauerit, ergo legitimè certans coronari
meretur. qui autem tentationibus resistit, ac præua
let, legitimè certat. si igitur homo ex naturalibus,
seu alijs donis, non adiuncta charitate, & gratia, po
tuit tētatori reluctari, ac præualere, potuit sine cha
ritate, ac gratia æternam promereri, ac adipisci co
Apoc. 2. ronam. ¶ Ad hoc ualet, quod in Apocalypsi domi-
nus loquitur: Vincenti dabo edere de ligno, uitæ
quod est in paradiso.

¶ In oppositum sunt, quę habentur in litera, ut po In oppositum.
te, ꝙ homo per dona a Deo accepta, potuit in statu
primo, stare, & malo resistere, ac peccata uitare, nō
tamen in bono proficere, aut mereri.

¶ Ad homo Bonauentura respondet: Hominem Bonauen.
posse diabolicæ tentationi sine gratia gratumfaci-
ente resistere, intelligi potest dupliciter. Primò sic,
ꝙ continuatio diuinæ influentiæ excludatur: secun
do ita, ꝙ excludatur appositio gratiæ nouæ. Primū
simpliciter impossibilè est. Nunquam enim liberum
arbitrium malæ suggestioni resisteret, nisi omnipo-
tens Deus suæ bonitatis influentia illud cōseruaret
in bono. Secundo modo ueritatem habet pro inno
centiæ statu. Quemadmodum enim habetur in lite-
ra, magna fuit in primo homine immunitas liberi
arbitrij ab omni corruptione, & culpa, naturaliūq;
potentiarum animæ synceritas, atq; uiuacitas: & ꝑ
hoc euitare potuit, ac repellere diabolicam sugge-
stionem: nec indigebat ad hoc sibi apponi gratiam
nouam, cum respectu huius nulla esset in eo diffi-
cultas. Vnde ꝭm Anselmum liberum arbitrium est Anselmus.
potestas seruandi iustitiam propter se. Veruntamen
post transgresionem istud non ualet liberum arbi-
trium, propter infirmationem, & vulnerationem
naturę, quę iam ex se uehementer inclinatur ad ma
la. Quamuis etiam liberum arbitrium ita queat ten
tationi resistere, non tamen potest eam propriè si-
ne gratia superare. quia tunc propriè aduersarium
quis superat, dum oppositum eius assequitur, ad
quod ille trahere nitebatur: hoc est, dum gratiam,
aut salutem acquirit, seu meritoriè operatur:
quod opponitur miseriæ, & damnationi, ad quas
perducere conabatur diabolus. Idcirco non se-
quitur, quod homo ex naturalibus mereri ua-
leat, aut saluari. Per hoc obiecta soluuntur. Hæc
Bonauentura.

¶ Consonat Alexander, ex cuius scripto totum Alexāder.
quid Bonauentura inducit, sumptum est. & addit
Alexander, ꝭm Augustinum in libro de correctione August.
& gratia, tunc dederat Deus homini bonam uolun
tatem. in illa quippè fecerat eum, qui fecit eum re-
ctum. dedit & adiutorium, sine quo in ea non potu
it permanere: quia nō deerat adiutorium, per quod
posset, & sine quo non posset bonum perseuerāter
tenere. Etenim primus homo conditus fuit in gra-
tia eo modo, quo gratia communiter sumitur, pro-
ut comprehendit quicquid est additū naturalibus
& quod additum est libero arbitrio, disponens, ac
faciens ad rectitudinem eius. Nota igitur, quod pri
mus homo duplicem habuit gratiam in primo sta-
tu, antequam habuit gratiam gratumfacientem, ut
pote gratiam gratisdatam. (gratia cōiter sumpta, si
cut iam dictum est), & gratiam super infusam, quæ
erat continua influentia ueritatis a prima causa. Ita
que donum, & adiutorium per quod primus ho-
mo potuit stare, fuit libertas arbitrij ab omni cor-
ruptione, ac labe immunis, uoluntatisq; rectitudo,
atq; omnium naturalium potentiarum animę syn-
cera uiuacitas. Hæc Alexander.

¶ Præterea tangi hic possent, q̄ Henricus in suis Henricus.
Quodlibetis inserit. Siquidem quodlibeto 5. scisci-
tatur, Vtrum adultus sine grā possit uitare peccata
mortalia. Et rn̄det chatolicè, quod in statu naturæ
destitutæ, & lapsæ non pōt hō diu, imò nec uerè pœ
nitere, neq; resurgere a peccatis, ꝑut hoc infra cla-
riùs exponeret. Quodlibeto ēt 7 quærit, Vtrū origi-
nalis iustitia includebat donū infusum: Hoc est, an
sine grā gratūfaciente poterat eē. Circa qđ scribit:
Iustitia originalis, quātū est ex natura rei, appellari
potest

potest rectitudo naturalis ipsius uoluntatis absque omni alio dono. sicq; nullum donum infusum includit. Talis uerò rectitudo, est quid realiter distinctum à uoluntate. aliter uoluntas manens nõ posset eam amittere, & est, ut qualitas quædã in quantitate spirituali, quemadmodum rectitudo in linea est qualitas in quantitate, & incuruatio ipsa est præter naturalis, quẽadmodũ, & virgæ pullulanti ex radice. Sicq; respiciendo ad essentiam voluntatis, donũ hoc fuit necessarium ei, quo erat in rectitudine hac creata. propterea illud custodire tenebat̃, & eius amissio fuit pctm̃. Si uerò originalis iustitia nominet illud per quod homo potuerit stare semper, & nũquã peccare, necessariò includit donum gratuitũ, quia ad hoc natura nuda non sufficiebat. Cumq; originalis iustitia donũ includit, non uocatur præcisè ipsum donum, imò ipso per intellectum subtracto, adhuc staret natura in rectitudine naturali. sed donum unà cum rectitudine naturali, dr̃ sic originalis iustitia, cui opponitur iniustitia, quæ consistit in utriusque carentia, & necessariò ponit in uoluntate obliquationem rectitudini naturali contrariã, ita, ut originalis iustitia dicat uulnerationem in naturalibus, & spoliationem in gratuitis. Cumq; originalis iustitia, secundum quod includit donum infusum, necessariò simul includit rectitudinem naturalem: sed prout dicit solum rectitudinem illã, non de necessitate includit donum. Prior, atq; simplicior est rõ eius, prout denotat rectitudinem illam, q̃ prout ponit utrunq;. quære cum esse originale s̃m quod originale, includat rationem illius proris, & simplicioris, videlicet naturalis rectitudinis: idcirco absolutè loquẽdo, quantum est ex impositione nominis, iustitia originalis donum aliud non includit: quamuis quo ad usum, & aliquas conditiones effectus donum supernaturale præfatum includat hæc originalis iustitia. Hæc Henricus. Cuius respõsio videtur satis obscura. Verum ex infra dicendis ueritas super his clariùs elucebit.

T. Aq̃nas. ¶ Insuper Thomas: Hominem, inquit, non posse vitare peccata intelligi potest dupliciter. Primò, ꝙ per uiolentia ad peccãdum impellatur, quod libertati repugnat arbitrij, quæ coactionem non patit̃. secundò, ꝙ liberum arbitrium ad malum inclinet̃ per habitũ aliquẽ aut passionem, cui liberum succumbit arbitrium. & nullo horum modorum primus homo peccata uitare non potuit, qm̃ integrũ habuit arbitrium liberũ, nec passiones in eo fuerũt inclinantes ad malum, nec habitus malus naturam deordinans: quæ oĩa ex peccato sunt consecuta. Hinc nõ solum habuit, ꝙ peccato resistere potuit, imò etiam, ꝙ hoc faciliter quiuit, atque ex hoc grauior fuit eius offensa, Deniq;, qđ scriptum est. Vincenti dabo edere, &c. intelligit̃ de uictoria, qua procedit ex charitate & gratia, cui soli debet̃ uitæ corona. Nã, & iniq̃t interdũ quibusdã tẽtationibus resistunt, ac p̃ualent. Hæc Thomas in Scrip. Idẽ Petr⁹. (A dã pctã uitare potuit & tẽtationi resistere. Apoc. 2.)

Richard⁹. ¶ Richardus quoq;. Primi, inquit, parẽtes in statu innocentiæ per liberum arbitrium sine gratia gratum faciente potuerunt resistere omnino malo culpę: tam mortalis, quàm venialis, quia peccare est recedere ab eo, quod est secundum naturam bene institutam, & integram. ad quem recessum compelli non poterant propter arbitrij libertatem, nec inclinationem ab intra habuissent propter naturę integritatem, & rectitudinem, quæ fuit in eis per originalem iustitiã: quam magis puto fuisse gratiã gratis datam, quàm gratiam gratũ facientem. Veruntamen non puto, quòd per pura naturalia potuissent resistere omni motui vitioso: quoniam vires inferiores à suis mouerentur obiectis præter, & contra imperium rationis, ac voluntatis, quæ vires subiectæ fuerunt plenariè rationi, ac voluntati per donum illud supernaturale, quod voco originalem iustitiam, quam non credo fuisse gratiam gratumfacientem. Hæc Richardus.

Albertus. ¶ Concordat Albertus, & addit: Adiutoriũ creatoris multiplex est. Vnum per solam influentiã diuinæ virtutis conseruantis in esse, aliud est gratia gratis data naturalibus superaddita, quam etiã habuit Adam, vt in præcedenti patuit quæstione. Nec sine his duobus auxilijs posset, quid conseruari, aut peccata cauere. tertium est gratia gratumfaciens. Hæc Albertus. Concordat Durandus, Hanibal, alijq; cõmuniter, & de hoc, infra tractabitur.

QVAESTIO III.

TErtiò quæritur, *Quid sit liberum arbitrium*.

¶ Cum.n. in superiori parte animæ nõ sint nisi duæ potentiæ realiter ab inuicem distinctæ, intellectus videlicet, & voluntas: ita tamen, ꝙ intellectus in intellectum agentẽ, & intellectum possibilem, ab inuicem realiter differentes diuiditur, quod totum super primum ostensum est: hinc quæritur, quid sit liberum arbitrium. Nempe si nominat naturalem potentiam, aut erit intellectus, aut voluntas, aut vtraq; vis. sicq; non esset, quid vnum simpliciter, sed aggregatiuè. ¶ Quæritur quoque, cur philosophi rerum natura diligenter scrutati, de libero arbitrio non inueniuntur locuti. & breuiter quæritur, quid sit, hoc est, An sit potentia, an potius habitus virium prætactarum.

Antisiod. ¶ Circa hæc scribit Antisiodorensis in Sũma sua libro primo: Cũ liberum arbitriũ æquè se habeat ad bonum, & ad malũ, quærit̃ cur potius dicatur bonum, q̃ malum, imò cum pronius sit ad malum, q̃ ad bonum, videtur ꝙ malum dicẽdum sit est etiam principium primum malorum, non bonorum. Ad quod dicẽdum, ꝙ naturaliter, & per se ordinatum est, & datum ad bonũ eligendum, ac faciendum potius, q̃ ad malum. sed cõtingit ipso abuti, & ex hoc, ꝙ potest quis ipso abuti, & tamen rectè utitur, eo amplius commendatur, secundũ illud Ecclesiastici: (Eccl. 31) Qui potuit transgredi, & non est transgressus: & facere mala, & non fecit. Est autem liberum arbitriũ (ut asserit Augustinus) (August.) facultas voluntatis, & rationis, qua bonum eligitur gratia assistente, & malum gratia desistente. Cum igitur duos habeat actus, videlicet velle, & discernere, & diuersitas potentiarũ noscatur ex diuersitate actuum, apparet quibusdã, ꝙ neq; sit ratio, nec voluntas, sed potentia mixta ex illis, qui eodem modo dicere possent, quod ex illis tribus fit quarta. Cumq; nequeant assignare actum proprium illius potentiæ, dicunt alij, quod sit specialis potentia, vtpotè potentia eligendi. Verũ contra hoc est, quod secundum Damascenum liberum arbitrium liberè consiliatur, inquirit, iudicat, vult. consiliari autem, inquirere, iudicare, actus sunt rationis: ergo non est alia à ratione potentia. Actus quoq; eligendi, necessariò est annexus his actibus, & eiusdẽ potentiæ est. Potentiæ quippe diuersificantur per actus tanquam per fines, ad quos sunt, quia essentia potentiæ non aliud est, quàm habitudo ad actum. Dicimus ergo, ꝙ liberum arbitrium est idẽ, quod ratio, estque potentia eligendi, & eligere est alicui deliberatorum, aut consiliatorum consentire. Ideò subtilissimè loquitur Augustinus, quòd liberum arbitrium est facultas voluntatis, ac rõnis. Ratio enim sumitur pro discretione, voluntas pro inclinatione in alterum.

Rõ aũt est optimum, & imperatissimum in aĩa, & ipsa est rex, & uir in aĩæ regno. Libertas demum arbitrij, est habilitas eligendi quod synderesis dictat. Est quippè triplex libertas in libero arbitrio, s. libertas a necessitatè, a pctõ, & a miseria. (Liberi arbitrii triplex est libertas.) Libertas a necessitate, est duplex: una a necessitate ineuitabilitatis, & hæc nõ est ĩ diabolo, q̃a ineuitabiliter peccat: alia a necessitate coactionis extrinsecę, & hęc est in oĩ habẽte liberũ arbitriũ: At uerò libertas a pctõ, ẽ magna nobilitas, & vera libertas: quia q̃ facit pctm̃, seruus est peccati. (Iohan. 8.) Et Salomõ loquit̃, Miseros facit populos pctm̃. (Prou. 14.) Libertas verò a miseria est in patria beatorũ. Hęc Antisiodorensis.

Alexãder. ¶ Qui de his plura conscribit. Sed scripta eius in dictis aliorũ nunc introducendis pleniùs, clariusq; habent̃. Etenim Alexander, q̃ in scriptis suis scripta Antisiodorensis includit, quærit: An liberũ arbitriũ sit habitus. & rñdet, Liberum arbitrium est potentia habitualis pro libito eligentis. atq; ex hoc, ꝙ habitualis est, habet ꝙ facilè exit in actum. hinc ꝑꝑ conuenientiam, quam habet cum habitu naturali faciliter exeundo in actum, frequentes nominatur habitus. Propter quod dicit Bernardus, ꝙ est habitus animi liber sui. (Bernardus. Obiectio diluitur.) Si autem objiciatur, ꝙ potentia non exit de facili in actum, dicendum ꝙ non est verum de potẽtijs uoluntarijs. imò hæ sine habitu superaddito de facili egrediunt̃ in actũ, quia immateriales sunt s̃m philosophum. Deniq; triplex est libertas, uidelicet naturæ, & gratiæ, ac gloriæ. (Libertas triplex. August.) Vñ quod Augustinus in Enchiridio loquitur: Homo malè utens libero arbitrio, perdidit se, & ipsum, intelligit̃ de perditione, seu amissine libertatis gratię, & gloriæ, non naturę. Si denuo objiciat̃ quia potentia non recipit magis, & minus, nisi rõne inclinationis ad actum, quod est per habitum: ergo cum liberum arbitrium recipiat magis, & minus, quia liberiùs est in uno, q̃ in alio, ergo nõ est potentia: rñdendum, ꝙ liberum arbitrium medium est inter potentiam, & actum. potest igit̃ accipi prout se tenet immediatè ad essentiam, sicq; non suscipit magis, & minus: vel ut est principiũ actus, & ita liberiùs extat in uno, q̃ ĩ alio. & s̃m hoc accipi põt dupliciter. Primò, quantũ ad terminũ a quo: Secundò, quãtũ ad terminũ ad quẽ. s̃m primum modum accipit̃ ista diuisio liberi a coactione, a pctõ, a miseria: quantũ aũt ad terminũ ad quem, diuidit̃ in liberũ confirmatũ in bono, & in non confirmatum. & quo ad hoc, simpliciter dr̃ magis, & minus. Tertiò quęrit, Vtrum liberũ arbitrium sit una potentia vel plures. (August.) Vr̃ ꝙ plures: qm̃ s̃m Augustinum liberum arbitriũ est facultas voluntatis & rõnis, quæ sunt distinctæ potentiæ. (Damasce.) Damascenus verò ait libro 2. de libero arbitrio, liberè appetit, liberè iudicat, liberè impetum facit, liberè disponit, liberè vult, liberè quoq; inquirit.

¶ Cumq; isti sint diuersarum actus, potentiarũ vr̃ liberum arbitrium plures esse potentiæ. Ad hoc rñdendum, ex his, quæ loquitur Augustinus il lib. de quinq; rñsionibus: Cum loquimur de libero arbitrio, non de parte aĩæ loquimur, sed de toto. hinc dicimus, ꝙ liberum arbitriũ continet in se omnes uires, s̃m quas est meritum siue demeritum. non tñ idcirco est plures potentiæ essentialiter, sed est pluriũ potentiarum. (Liberũ arbitriũ cur dicat̃ facultas volũtatis, & rationis.) Specialiter quoq; dr̃ facultas voluntatis, & rõnis, quia in his duabus potentijs primò, ac principaliter est libertas est, enim rationis, ut consiliantis, uoluntatis tanquam mouentis, atq; per has duas uires descendit libertas ab alias uires. Quartò quærit, Vtrum liberum arbitrium sit ratio, vel uoluntas, vel potentia distincta ab illis. Vr̃, ꝙ sit uoluntas, cum asserat Damascenus: (Damasce.) Nil aliud uoco liberũ arbitrium, q̃ uoluntatem. Quod autem sit rõ, apparet ex hoc, ꝙ in libro quinq; rñsionum disseruit Augustinus: (August.) Liberum arbitrium dicitur ab arbitrando, quia hinc nomen accepit, ꝙ rationali patri denunciet quid eligat, quid recuset. Et s̃m Bernardum, (Bernard.) Arbitrium idem est, quod iudicium. Et rñdendum, ꝙ liberum arbitrium est uniuersaliter imperans, & quẽadmodum motor cœlestis p̃sidet toti orbi. sic istud motor est uniuersaliter imperans. verum sicut mens interdum comprehendit totam cogitatiuam, sicq; ait Magister, imò & Augustinus, ꝙ memoria, intelligentia. & uoluntas sunt una mens. quandoq; verò accipitur distinctè pro uno illorum. simpliciter ex parte motiuæ liberum arbitrium quandoq; sumit̃ indistinctè, sicq; est potentia anim uniuersalis, & actus eius sunt actus uirium aliarum: atq; secundũ hoc, non aliud est, q̃ potestas animæ rationalis ad opposita sicq; asserit Augustinus: (August.) Cum de libero arbitrio loquimur, loquimur non de parte animæ sed de toto. Alio modo sumitur distinctè, s̃m quod actus eius est facere pro libito. & hæc est communis libertas arbrtrij creaturæ rationalis, & creatori, vel Deo obtemperare, quod est proprium rationali creaturæ bonæ. vel eligere, quòd est act⁹ elicitus rationis, & uoluntatis, & actus omnis rationalis creaturæ, sicq; ut distinctè accipitur, est potentia distincta a ratione, & uoluntate, & tenet imaginationem patris, ratio filij, uoluntas spiritusancti. Postremò ex hac uaria sumptione liberi arbitrij, patet ad auctoritates responsio. Hæc Alexander.

Bonauen. ¶ Insuper Bonauentura respondendo, an liberum arbitrium sit porentia distincta a ratione, & voluntate: Super hac, inquit, quæstione fuerunt diuersæ doctorum positiones. una dicentium, ꝙ sicut mens dupliciter sumitur, primò cõiter prout comprehendit memoriam, intelligentiam, & voluntatẽ: Secundò propriè, prout contra intelligentiam, & uoluntatem distinguitur: sic liberum arbitrium primo accipitur communiter, & ita contra rationem, & uoluntatem non habet distinctionem. Secundò propriè, sicq; contra eas distinguitur, estq; uis imperans rationi, ac uoluntati, & regens, ac mouens eas, cuius actus primus non est discernere, neq; uelle, sed actus reflexus super hæc duo, atq; hæc duo mouens, ac regens ille uidelicet, quo dr̃ quis uelle discernere, & uelle se uelle, qui actus præambulus est ad rõnem, & uoluntatem Et ista potentia correspõdet patri, eo ꝙ actus eius maximè potẽs, & primus est, cum nõ moueatur, sed moueat. propterea a sanctis uocatur facultas, seu potestas uoluntatis, & rationis, i, potestas faciliter mouẽs uoluntatem, & rõnem. Et consistit in his tribus ratio quædam imaginis ex parte motiuæ, quæ principaliter per gratiam in uia, & per dotes gloriæ habet in patria reformari. Alij dicunt, ꝙ cum rationis, & uoluntatis sit reflectere se super se, & illæ duæ potentiæ sufficiant ad omnes actus animæ perficiendos, puta ad iudicandum, fugiendum, eligendũ, frustra poneret̃ in parte intellectiua uis alia ab illis distincta. Quælibet harum positionum multam habet probabilitatem, & diligenter inspiciendo inueniunt̃ non discordare. Nempè dum dicimus potentiam unam distingui ab alia, dupliciter potest intelligi. Primò, ꝙ distinguuntur realiter, quemadmodũ intellectus, & uoluntas: Secundò, ꝙ s̃m rationem, ut ratio superior, atq; inferior. sicq; liberum arbitrium distinguitur a voluntate, & ratione: qm̃ liberum arbitrium significat̃ in ratione mouentis, uoluntas, & ratio in ratiõe moti:

hoc

hoc in ratione imperantis, illæ in ratione exequen
tis Non autem differt liberum arbitrium ab illis
realiter: quoniam omnes actus, qui ei atribuuntur,
per rationem, & uoluntatem sufficienter exercen-
tur, nec sine necessitate est inducenda pluralitas,
Nam, & uoluntas vult se uelle, & mouet se ad uolē
dum. ratio quoq; discernit se, & proprium actum,
& ad intelligendum se excitat. Attamen pro-
pter rationem, ac uoluntatem, appellatur facul-
tas rationis, ac uoluntatis. Hæc Bonauen-
tura.

¶ Qui insuper dicit, ꝙ liberum arbitrium rati-
onem, ac uoluntatem complectitur. Hoc, inquiens,
manifestat nominatio, ac notificatio eius, sed, & in
quisitio proprietatis suæ. Dicitur enim liberum, &
arbitrium. Arbitrium autem spectat ad rationem,
liberum ad uoluntatem. Ideo loquitur Augusti- *August.*
nus: Liberum arbitrium ab arbitrando nomen sor
titur, eo, quòd à rationali parte, quid eligat, quid
recuset. Idem patet ex eius notificatione. Nam di-
citur facultas, seu consensus rationis, ac uolunta-
tis. Patet item hoc ipsum per inquisitionem suę pro
prietatis. Nam siue nominet potentiam siue ha-
bitum, nominat potentiam ipsam ut dominam,
vel dominium ipsius potentiæ. quod constat ex
ipso nomine libertatis. Dominium uerò potest eē
dupliciter. primò respectu obiecti: secundò respe-
ctu actus. Respectu obiecti attenditur in hoc, quòd
posit in illud, & in amplius, ut equus potens mo-
dios decem portare, habet dominium ad portan-
dum tres modios. dominium autem potentiæ re-
spectu, actus, consistit in hoc, ꝙ potest actum exer-
cere. & non exercere ex proprio motu, atque impe
rio: quod nulli potest conuenire, nisi super seipsā
reflexiuæ, ac suiipsius motiuæ. ¶ Propterea si que-
ratur, An liberum arbitrium nominet potentiam,
uel habitū, potest quæstio ista dupliciter intelligi.
primò, an præcisè nominet aliquid horū. & ad hoc
facile respondetur, quòd non, quoniam omnia fe-
rè nomina potentiarum animæ, interdum sumun-
tur pro potentijs, qñq; pro habitibus, nonunquā
pro actibus, ut patet de hoc nomine intellectus. Se
cundò, cui horum principaliter impositum sit no-
men liberi arbitrij, secundum quod de ipso sancti
doctores loquuntur. & de hoc est triplex opinio.
Vna, ꝙ designet potentiam, quæ se habet per mo-
dum uniuersalis ad rationem, & uoluntatem, com
prehenditque eas sicut totum uniuersale suas par-
tes, ita, ꝙ sicut potentia rationalis est nomen rati-
oni, ac uoluntati commune, sic libertas arbitri,
Sed hoc non potest saluari, quia cum ratio, & uolū
tas sint duæ distinctæ potentiæ rationales, iam essēt
in eis quæ libertates, duoq; libera arbitria in homi-
ne uno. Hinc alia opinio tenet, ꝙ liberum arbitriū
nominet potentiā ex ratione, & uoluntate cōstitu-
tam ad aliquid faciendum, ad quod neutra pote-
rat per se, & qm̄ una iuncta est alteri, non solū red
dit potentiam potentē, sed etiam facilem. Vnde etsi
sit nomē impositū potentiæ: significat tamen ꝑ mo-
dum habitus. Sed quia difficile est uidere, quomo-
ex duabus potentijs una constituatur, uel quomo-
do liberum arbitrium proprie, formaliterque lo-
quendo sit duæ potentiæ, maximè cum non dica
tur esse ratio, & uoluntas, sed utriusq; facultas: iō
tertia ait opinio, ꝙ liberū arbitriū principaliter im
positū est habitui, & hoc plane manifestat ipsa īpo
sitio nominis. Arbitrium quippè nō dicit potentiā,
sed habitum. Idē manifestat notificatio, seu descri-
ptio eius. Non. n. dicitur liberum arbitriū esse po-
tentia facilis, sed potentiarum facultas: quemadmo
dum autem cum dico potentiam facilem, dico po-
tentiam habilitatam, ita cum dico facultatem potē-
tiæ, dico habitum eiusdem: quoniam liberum arbi-
trium secūdum propriam rationem rectè describi-
tur esse rationis, ac voluntatis facultas. Hinc prin-
cipaliter exprimit habitum, & complectitur rōnem
ac voluntatem non tanquam vna potentia constitu
ta ex eis, sed tanquam habitus vnus, qui rectè voca
tur facultas, atq; dominium ex vtriusq; coniūctio-
ne consurgens, potensq; est super actum vtriusque
potentiæ per se, & in se consideratæ, quemadmodū
arbitraria potestas in duabus existens personis, regi
men habet super actus vtriusque personæ in se con-
sideratæ. ¶ Insuper si quæratur, An liberum arbitriū
aliquid superaddat rationi, ac voluntati. ¶ Dicen-
dum, quoniam habitus potentiam efficit facilem,
tribusq; modis potentia sit facilis, habitus ad potē- *Habitus comparatur ad potentiā tripliciter.*
tiam comparatur tripliciter. Nam quædam poten-
tia per seipsam facilis est ad actum, vt dum mens na
ta est reminisci sui, aut aliorum: tuncq; talis habi-
tus non differt secundum rem à potentia, nec ali-
quid secundum essentiam addit. Quædam verò est
potentia, quæ respectu alicuius actus non est habi-
lis per aliquid sui, vt potētia intellectiua ad geome-
tricarum notitiam figurarum non est habilis per se-
ipsam, sed per aliquod accidens, quod esse habet in
ea: & tunc habitus talis addit super potentiam etiā
quid reale. Porrò alia potentia facilis est ad aliquē
actum per seipsam: non tamen per se solam, sed vna
cum alia: sicq; potentia rationalis sine aliquo habi-
tu superaddito, ex sola coniunctione sui cum appe-
titu nata est in actū consentiendi, & eligendi exire,
& hoc modo habitus, vel facultas nō addit aliquid
diuersum secundum substantiam: nec addit solum
secundum rationem intelligendi, sed est medio mo
do secundum esse: quia non addit, aliquid absolu-
tum, sed respectiuum, vt cum dico ratione per se,
& rationem associatam voluntati, nō addo aliquid
nouum supra rationem secundum se, sed solum cō
iunctionem sui ad aliquid aliorum, quantū ad actū
aliquem consequentem: quemadmodum dum plu-
res concurrunt ad trahendum nauē, potētia vnius
reddit potentiam alterius facilem, nulla noua potē-
tia adueniente virtuti trahentis in se. sic in proposi-
to est intelligendum. ¶ Postremò si quæratur, ad *Libertas arbitrij qualiter sit in ratione, ac uoluntate.*
quam harum potentiarum liberum arbitrium ma-
gis pertineat; dicendum, ꝙ libertas ista arbitrij re-
sidet in ratione inchoatiuè, in voluntate autem cō-
summatiuè. Non enim mouetur, nec operatur, imò
nec mouet voluntas, nisi præcedente aliquo actu ra
tionis; quod etenim non cognoscimus, non opta-
mus. Præuia, itaque cognitione voluntas exequi-
tur, & quia consummatio est principalior, quàm
inchoatio, idcirco ad voluntatem potissimè per-
tinet liberum arbitrium. Hæc Bonauentura. *Dionys.*

¶ In cuius verbis quædam contineri vident ob-
scura, vt ꝙ ait: Quędam potentia per seipsam faci-
lis est ad actum, tuncq; talis habitus non differt se-
cundum rem à potentia. Cōtra quod obijci potest,
ꝙ intellectiua potentia per se apta, & prona est ad
primorum apprehensionem principiorum. nihilo-
minus habitus principiorum illorum, qui & intel-
lectus vocatur, differt realiter à vi intellectiua. *Th. Aq.*

¶ Deuiq; Thomas præinductā opinionē narrans
ac improbās: Hæc, inquit, opinio non rectè vtitur
noīe habitus, qm̄ habitus ex proprietate nominis
sui significat qualitatem, quæ est principiū actus in-
formantem, atq; perficiētem potentiam. Idcirco si
proprię

propriè accipiatur, oportet, ꝙ sit superueniens po- *Liberū arbitriū nō ē habitus.*
tentiæ, sicut, & perfectio perfectibili. Præterea si cō
siderentur ratio, & voluntas, hoc nō potest esse nisi
tripliciter. Primò, ut utrunq; secundum se conside-
retur. sicq; vtrunq; extat potentia, & sic quodcun-
que ponatur liberum arbitrium, erit potētia. Scđò,
ut unum consideretur in respectu alterius, nec sic
potest dici, ꝙ vnum habitus alterius, quia potentia
non est habitus potentiæ Tertiò, ut ratio unius re-
feratur ad alterum, nec hoc nomen habitus potest
habere, hinc non videtur rationabiliter dictum, ꝙ
liberum arbitrium sit habitus. Ideo alij dicunt, qđ
nominat potentiam non absolutam, sed habitulem
hoc est, prout est per habitum quendam perfecta:
non per habitum acquisitum, aut infusum sed natu
ralem, per quem facilis est ad suum actum, ita, ut a-
ctus sui dominium habere dicatur. Verū, nec istud
conueniens reputatur, quoniam uoluntati per se, &
ex sua natura cōuenit habere dominium sui actus,
prout alijs viribus imperat: non econtra, sicq; hanc
habet facilitatem ex se, non ex aliquo alio habitu.
Præterea vnusquisq; habitus se habet ad actum, ut
quo ipse actus laudabiliter fiat. liberum autem ar-
bitrium ad electionis actum se habet, vt quo actus
ille fiat aliquando bene, aliquando malè, quandoq;
indifferenter. hinc non uidetur habitum propriè
sumptum designare, sed potentiā, cuius propriè a- *August. Bernar.*
ctus est eligere: qm̄ liberum arbitrium est, quo eligi
tur bonū, aut malū, ut loquit Augustinus. Vnde bea
tus Bernardus, dicendo, liberum arbitrium est habi
tus animi liberi sui, sumit habitum pro habitudine
quadam. ex hoc quippè liberū arbitriū in hoīe dr̄,
ꝙ ita se habet animus eius. ꝙ actus, sui liberā habet
potestatem, Dr̄ quoq; arbitrium istud facultas: non
qđ sit habitus propriè, sed, quia in vsu loquentium
facultas significat ptātem, qua aliquid habetur ad
nutum. pp ꝙ possessiones vocatæ sunt facultates,
quia in domino sunt possidentis. sicq; liberum ar-
bitrium facultas uocatur, qm̄ actum suum habet in
libera potestate, vnde, & liberum noīatur. Liberū
quoque iudicium in seipso, ut est potentia, non in-
tenditur, neq; remittitur. Sed, quia omnis potentia
in suo actu uigoratur, aut debilitatur per habitum
superuenientem, vel per impedimentum adueniēs,
ideo, quo ad hoc, magis, aut minus liberum appel-
latur. Hæc Thomas in Scripto. ¶ Qui inquirendo
ibidem, an liberum arbitrium dicat potentiam unā,
vel plures, ait: Quidam dixerunt liberum arbitriū
non esse determinatam potentiam, sed colligere,
seu includere omnes uires, sicut totum uniuersale
suas partes: ꝙ non uidetur, quoniam oporteret mul
tiplicatis potentijs, liberum arbitrium multiplicari
secundum esse, Multi enim homines, sunt animalia
multa, non unum. oportet etiam liberum liberū ar-
bitrium in singulis saluari potentijs, quod non ua-
let, quoniam actus, qui libero arbitrio asscribitur,
non cuiuslibet potentiæ est, sed determinatæ. Ideo
alij dicunt, quòd liberum arbitrium colligit plures
potentias, sicut totum integrale suas partes. Sed
nec hoc videtur: quia potentiæ non queunt esse par
tes integrales alicuius unius, si accipiatur unū sim-
pliciter: nisi forte dicatur unum aggregatione, uel
ordine. liberum autem arbitrium non est sic unum,
sed unum simpliciter, cum sibi attribuatur actus u-
nus. Quidam igitur dicunt, quòd colligit rationem,
& uoluntatem, sicut habitus utriusque, Propter ꝙ
rationis, & uoluntatis facultas vocatur, ꝙ uel īpro-
priè dicitur: uel si nomē habitus propriè capiatur,
non potest esse immediatus habitus unus diuersarū
potentiarū, quoniam vnus habitus ad unum ordi-
natur actum, qui est unius potentiæ. Hinc aliter est
dicendum, ꝙ scilicet aliquid colligit, seu includit *Liberū arbitriū qualites rōnē & volūtatem includat.*
plura dupliciter, puta essentialiter, & virtualiter, es-
sentialiter, sicut totum compositū partes suas essen
tiales: virtualiter, ut dum virtus plurium rerum in
vno participatur, & sic liberum arbitrium rationē,
& uoluntatem includit. sic nāq; est in potētijs ani-
mæ, quòd cum omnes ab essentia animæ oriantur,
tanquam proprietates ab essentialibus rei: est tamē
quidam ordo originis huius, ita, ꝙ origo, seu ema-
natio unius potentiæ originem alterius præsuppo-
nat; qua mediante, quodammodo ab essentia ani-
mæ fluat, ꝙ ex actibus earum potest attendi. Nam
actus unius necessariò præsupponit actum alterius,
ut actus appetitiuæ, actum appręhensiuæ. Hinc si-
cut uirtus essentiæ animæ relinquitur, ac relucet in
eius potentia, sic uirtus unius potentiæ pręcedentis
repræsentatur, & manet in alia subsequente. sicque
una potentia virtutes plurium colligit, quemadmo
dum liberum arbitrium, ꝙ patet ex actui ipsius. Eli-
gere enim, ꝙ est actus eius, importat discretionem,
& desiderium: eligere quippè est unum alteri præ-
optare. hęc autem sine uirtute rationis, & uolunta-
tis perfici nequeunt. hinc constat, ꝙ liberum arbi-
trium uirtutem uoluntatis, rationisque colligit: iō
facultas dicitur utriusq;. Eligere quoque est actus li
beri arbitrij elicitus, cæterarum uerò uirium actio
nes possunt ei attribui, vt principio imperanti, atq;
mouenti.

¶ Insuper ad id, Vtrum liberum arbitrium sit
distincta potentia, respondens: Aliqui, inquit, di-
xerunt liberum arbitrium esse potentiam à ratio-
ne, & uoluntate distinctam. ad quod diuersis moti-
uis sunt moti. Quidam enim dixerunt liberum arbi
trium unam esse specialem potentiam habentē iu-
dicium super actus omnium potentiarum: ideoque
nominari liberum arbitrium, ꝙ designat iudiciū,
Sed hoc non uidetur, quoniam iudicare de actibus
omnium potentiarum: non potest alicui conuenirē *Anselm⁹.*
potentiæ, quæ sit aliud, quàm ratio, aut uoluntas,
præsertim cum dicat Anselmus, ꝙ uoluntas est oī-
um uirium motor. Oportet enim uim, quæ liberri-
ma est, super alias dominiū, imperiumq; habere.
Alij uerò alia ad hoc mouentur via magis idonea,
utpote ex actuum diuersitate. Vident quippè ipm
eligere, ꝙ est liberi arbitrij actus, aliud esse à velle,
& à rōcinari. ideo reducunt hunc actum in potēn
tiam, a ratione, ac uoluntate distinctam, quam libe
rum arbtrium nuncupant, ꝙ ponunt quodammō
mediū inter rōnē, & voluntatem, & quodammodo
utroq; posterius: quia ẜm ordinem naturæ, & digni
tatis sequit rōnem, & uoluntatē. nā ꝑsuppositis eis,
ab aīæ procedit essentia, ꝙ & actus eius ostendit: qa
eligere non est nisi prius appręhenso fine per rō-
nem, ac desiderato per voluntatē. A dignitate quo-
que deficit voluntatis, cuius obiectū est principale
bonū, vel finis. obiectum verò liberi arbitrij est secū
dariū bonum, ꝙ eligibile, & ordinabile est ad finē.
Sed quantum ad participationem ꝓprietatis, habet
naturam medij utriusq;, ita, ut ex rōne habeat iudi-
cium, & à voluntate desiderium, ẜm quod uirtutes
seu proprietates pręcedentium potentiarum in se-
quentibus relinquuntur. Attamen istud uidet extra
neū, quamuis probabiliter sic dicatur: quia philoso
phi, q potentias animæ scrutati sunt, nullam poten-
tiam in parte intellectiua posuerunt, ꝑter rationē,
seu intellectum, & voluntatem. Ideo non uidetur
mihi, quod liberum arbitrium sit alia potētia à ra-

Liberũ arbitriũ nõ dicit a potentia a rõne & uolũtate Philos.

tione, & voluntate, ꝙ item ex actu ipsius probatur. Dicit namq; Philosophus sexto Exthicorum, ꝙ electio est, uel intellectus appetitiuus, vel appetitus intellectiuus. Id quod magis verba eius sonare videtur, ꝙ electio sit actus appetitus, seu voluntatis secundum Damascenum, secundum quod manet in ea uirtus rationis. Quandocunq; enim aliquis actus est alicuius potentiæ, secundum quod manet in ea virtus alterius potentiæ, semper actus ille attribuitur illi potentiæ, ex qua immediatè producitur. verbi gratia, intellectus est principiorum ratio, aut (ut Isaac contestatur) propriè facit discurrere à causa in causatum. sicq; actus rõnis propriè est deducere principia in conclusiones, hoc ergo, qd̃ est conclusiones elicere, actus est rationis, ꝛm quod in ea manet uis intellectus, q̃ est habitus principiorũ. propter quod propriè attribuitur rationi magis, q̃ intellectui, ita electionem præcedit consilium, ut tertio dicitur Ethicorum, sicut dispositio cõclusionem. est enim electio præ consiliati appetitus, & ita eligere erit principaliter actus voluntatis: non tñ absolutè, sed secundum quod in ea manet uirtus intellectus, uel rationis consiliantis. Vnde sic consideratam voluntatem nominat liberum arbitrium. Hæc Thomas in Scripto.

Isaac

articul. 1.

¶ Quibus consonant scripta eius in prima parte, quæstione 83. Vbi declarat, ꝙ homo est liberi arbitrij. Nam quædam agunt sine iudicio, ut non viuentia, sicut lapis fertur deorsum, quædam verò agunt ex iudicio, sed non libero, vt bruta, quæ naturali instinctu iudicant aliquid sibi conueniens, aut nociuum, sicq; insequuntur, aut fugiunt illud, quædam operantur ex iudicio libero, ꝙ sequitur rationis collationẽ, ut homo, & angelus. in quibus propria actio liberi arbitrij extat electio, quia ex hoc dicimur liberi esse arbitrij, ꝙ possumus vnum accepitare, & aliud refutare, ꝙ est eligere. Hinc naturam liberi arbitrij ex electione considerare oportet. Electio verò cum sit vnum alteri præoptare, ad appetitiuam spectat potentiam; appetitiuas demum potẽtias oportet potentijs apprehensiuis esse proportionatas. Quemadmodum autẽ ex parte apprehensionis intellectiuæ se habent intellectus, & ratio, ita ex parte appetitus intellectiui se habent voluntas, liberumq; arbitrium, porro ratio nil aliud est, quàm intellectus, quod patet ex habitudine obiectorum, & actuum. intelligere namque importat simplicem rei cognitionem, sicut prima principia dicuntur intelligi, quæ simplici intuitu sine collatione nascuntur. Ratiocinari verò propria est, ex cognitione vnius deuenire in cognitionem alterius. Similiter ex parte appetitus, uelle designat simplicem rei appetitionem, unde uoluntas dicitur esse de fine, qui ꝓp se appetitur, eligere autem aliquid appetere propter alterum obtinendum. id circo est propriè mediorum. Et sicut se habet in cognitiuis principium ad conclusionem, cui ob principij euidentiam consentimus: ita in appetitiuis se habet finis ad media, quæ ꝓp finem appetuntur. Hinc sicut se habet intellectus ad rationẽ, ita uoluntas ad uim electiuam. i. ad liberum arbitrium. Vnde sicut eiusdẽ potentiæ est intelligere, & ratiocinari, sic eiusdem potentiæ est uelle, atq; elligere. Ideo uoluntas, & liberũ arbitriũ nõ sũt potẽtiæ duæ, sed vna, actus habẽs diuersos, vñ, ꝙ noia plura sortiũt. Hæc Thomas in Sũmma.

Hõ ẽ liberi arbitrij.

¶ Concordat Petrus Richardus quoque. Damascenus, inquit, libro tertio dicit: Liberũ arbitriũ nil aliud est, q̃ voluntas. Et Augustinus libro secundo de libero arbitrio contestatur. Non peccamus nisi libero arbitrio uoluntatis. Itaque aduertendum ꝙ si liberum arbitrium dicatur ab arbitratione consiliatiua, cum talis arbitratio actus sit intellectus, liberum arbitrium cõprehendit directè intellectũ, & uoluntatem in propria ratione, quoniam uelle liberum à voluntate elicitur, & arbitratio consiliatiua est actio intellectus. si uerò dicat liberum arbitriũ ab arbitratione imperatiua, prout arbitratur imperator uolendo omnino ut fiat ita, aut non fiat, sic intellectus non est de ratione liberi arbitrij nisi dispositiuè, imò formaliter liberum arbitrium est ipsa voluntas, prout consideratur post deliberationem in intellectu præcedentem, uel post tempus in quo deliberare, quis potuit, & debuit. Nec dici potest, quod liberum arbitrium sit intellectus per se, quoniam intellectus cogi potest per euidentiam ueritatis, sed liberum arbitrium cogi non ualet. Itaque voluntas prout ab ipsa procedere potest elicitiuè actus eligendi, est formaliter liberum arbitrium. Consilium quoque oportet electionem præcedere, ut asserit libro secundo. Idem dicit Philosophus quarto Ethicorum, Præterea omnis actus liberi arbitrij contra diuinum præceptum, est peccatũ mortale: sed nullus actus voluntatis ante deliberationem, ac tempus sufficiens ad deliberandum, est peccatum mortale; ergò voluntas non sortitur rationem liberi arbitrij, nisi consideratam post deliberationem, aut tempus sufficiens ad deliberandum. Insuper promissio facta ante deliberationem, non obligat de necessitate salutis: & tamen facta ex libero arbitrio, ac firmata, obligat de necessitate salutis, Votũ quippè dicitur conceptio melioris propositi deliberatione firmata. Restat ergo, quòd uoluntas non habet rationem liberi arbitrii nisi post deliberationem, uel saltem post tempus sufficiens deliberandum, quia præsupposita rei intellectione simplici, & habito tempore ad deliberandum sufficienti, uoluntas potest liberè mouere, uel non mouere intellectum ad considerandum. idcirco si tũc ante consiliationem præcipiat se in aliquid illicitũ, iustè imputatur eidem. Hæc Richardus

Liberũ arbitriũ non est intellectus per se.

Albert.

¶ Insuper circa hæc scribit Albertus: Reuera liberum arbitrium est potentia per habitum naturalẽ perfecta, & habitus ille libertas eius est, & hoc optimè ostendit Gregorius Nysenus, & Damascenus, dicentes, quòd cui de libero arbitrio sermo est, oportet eum præscire, quid sit esse in ipso secundum causam, & completum dominium. Id enim in nobis secũdum causam est, cuius nos perfectè causa, & domini sumus: atque, quòd ita agimus, ꝙ ad hoc agẽdum nil aliud nos impellit, aut agit nisi nosipsi. Ex quo sequitur, quòd nil nisi rationale animal habet berũ arbitrium in inferioribus istis. Hæc Albertus.

¶ In cuius uerbis videtur obscurum, quod ait, libertatem esse habitum naturalem liberi arbitrij. Habitus etenim naturalis ad unum determinat. Liberum uerò arbitrium ad utrunque se habet indifferenter. nihilominus naturale multipliciter. Rursus, libertas est de essentiali, & intrinseca ratione liberi arbitrij, non aduentitius habitus eius. ¶ Amplius ad istud, An liberũ arbitrium sit potentia specialis, respondet: Videtur ꝛm dicta sanctorum, ꝙ liberum arbitrium sit specialis potentia, eiusq; virtutis in uiribus inferioribus, quas mouet diffundit, & primo in ratione, & uoluntate, ꝓp qd̃ facultas rõnis, ac uoluntatis vocat. Libertas ꝓpè libero arbitrio cõuenit p se, uoluntati aũt, & rõni per participationem liberi arbitrij. ¶ Præterea si quæratur, Quid sit liberum secundum diffinitionem: dicendum ꝙ in Itinerario sancti Clementis ita describitur in secunda disputatione, contra Simonem magum à beatissimo Petro apostolo: Liberum arbitriũ est potestas sensus animæ, habens virtutem, qua se possit ad quos voluerit actus inclinare. Augustinus verò, Liberum arbitrium, inquit, est facultas rationis, & voluntatis, qua bonum eligitur gratia assistẽte, malum gratia deserente. Bernardus verò, Liberum, ait, arbitrium est liber consensus ob voluntatis inamissibilem libertatem, & indeclinabile iudicium rationis. Anselmus autem diffinit sic: Liberũ arbitrium est potestas conseruãdi voluntatis rectitudinem, propter se, & propter ipsam rectitudinẽ. Et omnes istæ diffinitiones sunt bonæ. Sed prima, quę est beati Petri, magis dicit substantiam liberi arbitrij. & quod ait secundum sensum animæ, intelligit de sensu spirituali, qui est apprehensio faciendi, vel non faciendi. Hæc Albertus.

Clemẽs in itinerario.

Liberũ arbitrij diffinitio.

August.

Bernard.

Anselm.

Dionys.

¶ Cuius opinio fuit, sicut & Alexandri, quod liberum arbitriũ sit potentia realiter distincta ab intellectu, & voluntate. Verior tamen, rationabiliorq; censetur positio illa, quam sequitur Thomas. Imò libertas conuenit voluntati ex sua natura, & sicut ex præinductis super primum innotuit, beatus Augustinus, Gregorius, & cæteri sancti, imaginem summæ trinitatis in anima rationali constituunt in intellectu, voluntate, memoria. Hasq; potentias dicunt præstantissimas esse in anima. nec quisquam ipsorum loquitur de libero arbitrio tanquam de vi realiter ab illis distincta. Nec sine necessitate est ponenda pluralitas.

Philos.

QVAESTIO IIII.

Arguitur primò cõtra ueritatem

NVnc quæritur, *De sensualitate, an sit potentia animæ.* ¶ Videtur ꝙ non, quia potentiæ animę sunt naturales quædam proprietates, sensualitas autem dicit, quid uitiosum siue infectũ. Vnde & amor sensualis uituperatur. ¶ Secundò, sensualitas non designat vnam vim animæ, sed plures, videlicet cõconcupiscibilem, & irascibilem, aut etiam vires apprehensiuas in parte sensitiua.

2

Th. Aqui.

¶ Ad hoc Thomas respondet: Sensualitas, & sensibilitas differunt: Sensibilitas namq; omnes virtutes sensitiuæ partis cõprehendit tam deforis, quàm apprehensiuas deintus, & etiam appetitiuas. Sensualitas verò magis denotat partem, per quam mouetur animal in aliquid prosequendum, appetendum, aut fugiendum. Quemadmodum autem in intelligibilibus apprehensum non mouet voluntatẽ, nisi apprehendatur sub ratione boni, vel mali, propter quod intellectus speculatiuus non dicit de imitando, aut fugiendo, ut dicitur 3. de anima: ita in parte sensitiua apprehensio sensibilis nõ causat motum, nisi apprehendatur sub ratione conuenientis vel inconuenientis. Hinc 2. de anima fertur: Ad ea quæ sunt in imaginatione, ita nos habemus, ac si cõsideraremus terribilia aliqua in picturis, quæ passionem excitarent timoris, aut alicuius huiusmodi, vis autem comprehendens huiusmodi rationes cõuenientis, vel nociui, vocatur æstimatiua, per quam agnus fugit lupum, & sequitur matrem. Quæ ita se habet ad appetitum sensitiuum, quemadmodum intellectus practicus ad appetitum intellectiuum, seu uoluntatem. Hinc propriè loquendo, sensualitas incipit in confinio æstimatiuæ, & appetitus sensitiui sequentis, ut sic se habeat sensualitas ad partem sensitiuã. sicut voluntas. & liberum arbitriũ ad partem intellectiuam. Hoc autem cõueniens, quod sensualitatem mouet, aut ratio suę cõuenientiæ est apprehensa à sensu, sicut sunt delectabilia secundum singulos sensus: aut nõ est apprehensa, sicut inimicitiam lupi percipit ouis non videndo, nec audiendo, sed solum æstimando. Ideo motus sensualitatis tendit in duo, puta in ea, quæ ꝛm exteriores sensus delectabilia sunt. & hoc est, ꝙ dicitur, ꝙ ex sensualitate est motus, qui tendit in corporeos sensus, & item in ea, quæ corpori nociua, aut conuenientia esse noscuntur sola æstimatione. sicq; ex sensualitate est appetitus rerum ad corpus spectantium. Veruntamen ad sensualitatem aliquid dupliciter pertinet. Primò tanquam de eius existens essentia, sicq; tantum appetitiuam partem includit. Secundò, tãquam præambulum ad eandem. sicq; uires apprehensiuæ sensitiuę pertinent ad sensualitatem, tñ ꝛm ordinem quendam, quia æstimatiua se proximè habet ad eam, quemadmodum ratio practica ad liberum arbitrium. Imaginatio autem simplex, viresq; sensitiuæ præcedentes, magis remotæ se habent ad sensualitatem, quemadmodum ratio speculatiua ad uoluntatem. Deniq; sensualitas non nominat simpliciter unam potentiam, sed unam secundum genus, videlicet appetitiuam sensitiuam, quæ in irascibilem, concupiscibilemq; diuidit. sed cõcupiscibilis, & irasibilis appetitũ nominãt sensitiũ, secundũ qd̃ completus est, & per diuersa distinctus, ac rationem respiciens. Vnde in homine concupiscibilis, & irascibilis rõni obtemperant. sensualitas uerò sensitiuum nominat appetitum ut incompletum indeterminatum, ac magis depressum. ideo dicitur, ꝙ in ea nequit esse uirtus, & ꝙ est perpetuæ corruptionis, atq; ex sua indeterminatione quandam habet unitatẽ, ut uis quędam dicat. Hæc Thomas in Scripto. ¶ Atuerò in prima parte q. 81. Nomen, inquit, sensualitatis sumptum vr à motu sensuali, sicut ab actu sumitur nomen potentiæ, ut visus à visione. motus aũt sensualis est appetitus apprehensionẽ consequens sensitiuam. actus namq; apprehensiuæ virtutis, non tam propriè dr motus, ut actio appetitus. apprehensio quippè sensitiua pficitur in hoc, ꝙ res apprehensæ sunt in apprehendente. Operatio uerò potentiæ appetitiuæ pficitur in hoc, ꝙ appetens in rẽ appetibilẽ inclinat. Hinc appetitiuæ apprehensiuæ uirtutis operatio, motui assimilatur. vñ per sensualem motũ intelligit operatio appetitiuæ uirtutis. sicq; sensualitas nõ est appetitus sensitiui Hæc Thomas in Scripto. Concordat Petrus. ¶ Richardus quoq;, & addit: Sẽsualitas non numeratur ꝛm numerum sensitiuarum potentiarum cognitiuã, qũ sensualitas est appetitus sensitiuus cõmunis, qui non distinguitur nisi in duas potentias, concupiscibilem scilicet, & irascibilem. Distinctio namq; potẽtiarum innotescit per distinctionẽ formaliũ rõnũ obiectorũ suorũ. Sed q̃cquid ꝑfatus appetit appetitus, appetit uel, quia delectabile ꝛm sensum, aut quia apprehendit sub rõne ardui. nec duo ꝑdicta appetit sub rõne cõi. idcirco nõ est nisi duplex potentia Hęc Richardus. ¶ De hoc etiam asserit Thomas: Sicut in rebus naturalibus corruptibilibus non solum oportet esse inclinationem ad cõsequendũ conueniẽtia, & fugiendũ nociua, sed ẽt ad resistendũ corrũpẽtibus, atq; cõtrarijs, quæ conuenientibus ꝑbent impedimenta, & ingerũt nocumenta, quemadmodũ ignis non solũ habet naturalem inclinationẽ recedẽdi à loco inferiori sibi inconuenienti, sed & tendendi ad locum sursũ sibi cõnaturalem, ꝙ conuenit ei per leuitatẽ: ita repugnantibus sibi ꝑ calorẽ resistit, ita in parte sensitiua sunt duæ potentiæ appetitiuæ, ꝑ quarũ vnam prosequit cõuenientia, ꝑ aliã uero, q̃ irrascibis ap-

Sensualitas, & sensibilitas differunt.

Philosop.

Pertinet aliqd̃ ad sensualitatem dupliciter.

Sensualitas non nominat simpliciter vnã potentiã.

articul. 1.

Petrus. Richard.

T. Aquinas.

Richard. Damasce. August.

pellatur, contrarijs reluctatur. sicque irascibilis est quasi propugnatrix, & defensatrix ipsius cõcupiscibilis. Nec istæ inclinationes in unum reducuntur principium, quia interdum anima tristibus se imergit contra inclinationem concupiscibilis. Vnde, & passiones irascibilis repugnare videntur passionibus cõcupiscibilis, sicut concupiscentia accensa minuit irã. & econuerso. Hinc quoq; passiones irascibilis incipiũt à passionibus concupiscibilis, & terminantur ad eas. nam iratus irascitur ex illata iniuria, qua vlta lætatur. ideo pugnę animalium sunt de cõcupiscibilibus, ut de cibis, atq; veneris, ut dr̃ octauo de animalib⁹. Hæc ĩ prima parte, q̃stione p̃tacta.

Philosop.

Albertus.

¶ Porro ẽm Albertum sensualitas priopriè est appetitus sensitiuus, & fomitè infectus, & irrõnabiliter illecebroseve tendens in sua obiecta Appetitus, inquit, rerũ ad corpus pertinentium dupliciter cõsideratur. Primò, ut simplex, & naturalis, & ita est eius concupiscibilis, vel irascibilis, quæ naturales sunt uires animæ sensitiuæ appetitiuæ. Omne etenim animal naturaliter appetit conuenientia sibi, & fugit contraria, ac contra ea insurgit, ut asserit Plato. Secundò consideratur, ut improbus ad illicita motus. Sensualitas quippè est una quædã communis uis, qua illecebroso motu intenditur ad appetendum ea, quæ carnis sunt. Hæc Albertus.

Corpaliũ rerum duplex ẽ appetitus.

Plato.

Alexãder.

¶ Quibus concordat Alexander, affirmans philosophus ad notitiam sensualitatis non peruenisse, qm̃ sensualitas dr̃ ẽm rebellionem, quam habet cõtra rationem ex pœna originalis peccati, ꝙ cum latuerit philosophos, constat qđ nec pœnam illud consecutam, nec motum illicitum inde exortũ cognouerunt ẽm quod ex originali peccato, & fomite prodeunt. Tñ sensualitas realiter est idem cum sensitiuo appetitu, quem nouerant. sicq; cognouerunt sensualitatem materialiter, seu secundum id, quod est in re, non autem formaliter. Veruntamen concupiscibilis, & irascibilis tripliciter accipiunt, & secundum hoc tripliciter distinguuntur. Primò, ẽm appetitum boni, & fugam mali, atque secundũ huc modum bonum & malum distinguunt appetitum concupiscibilem, & irascibilem. Secundò distinguuntur penes differentem appetitum, ut cõcupiscibilis sit appetitus rei delectabilis: irascibilis verò, rei arduæ, & honestę Tertiò, secundum bonũ in pręsenti cum suo opposito, & secundum bonũ infuturo cum opposito suo. Hæc Alexander.

Sẽsualitatio notitiã philosophi nõ habuerunt.

Cõcupiscibilis, & irascibilis triplex distictio.

¶ Concordat Antisiodorensis in Sũma sua lib. 2.

Antisiod.

¶ Durandus quoque consonat dictis Thomæ de realitate liberi arbitrij.

Durandus

¶ Albertus uerò in libro de homine, de libero arbitrio, sensualitate, alijsque prætactis scribit diffusè, quæ & in præinductis iam sententialiter continentur. Ex præhabitis etiam patet solutio ad obiecta, quia sensualitas secundum id, quod est in sua entitate, est potentia animæ.

Albertus.

Vnde soluuntur argumenta.

QVAESTIO V.

MOdo quærendum est, *An ratio superior, & inferior sint vna potentia, & quid sint, ac qualiter ab intellectu distinguantur.* ¶ Videtur, quòd sint duæ distinctæ. Potentiæ enim per obiecta distinguuntur. Sed ratio superior uersatur circa diuina incorruptibilia, & æterna. ratio inferior circa mutabilia, & humana, sicut iam exprimetur. Item voluntatis, & rationis superioris obiecta minus diuersificantur, quàm obiecta rationis superioris, & inferioris: quoniam unum, & idem realiter est obiectum superioris rationis, & uoluntatis, uidelicet summum bonum, quod est, & primum uerum, in quo solo rõ superior, ac uoluntas finaliter quietantur. Ratio ergo superior, & inferior plùs distinguantur ab inuicem, q̃ ratio, & uoluntas, quæ tñ ab inuicem distinguuntur realiter, ut dictum est, sup primum Præterea potentiæ differunt per proprios 3. actus, sed proprius actus rationis est discurrendo ueritatem cognoscere. proprius uerò actus ipsius intellectus, est ueritatẽ lypidè sĩplici ĩtuitu cõtueri.

Arguitur primò cõtra ueritatem

¶ In contrarium sunt auctoritates doctorum cõcorditer. ¶ Ad hoc Albertus respondet: Secundũ Isaac Indęum philosophum ĩ libro de diffinitionibus, Ratio est uis animæ, faciens currere causam in causatũ idest ex cognitione causæ, discurrens in cognitionem causati. propter quod secundum Damascenum libro secundo: Homo cum ratione, & libero arbitrio inquirit, scrutatur, disponit, & iudicat, quę rõcinationis sunt actus. Rõ ergo uirtus est collatiua, per quam homo de faciendis, & argumẽtandis, appetendisque regitur, & docetur lumine uultus Dei idest participatione, & illustratione luminis increati: qđ in creatione impressum est nobis, quantum ad prima uniuersalia scibilium, operabiliumque principia, quæ cum ipsa natura inserta, seu impressa sunt nobis, nec sine eis essemus scibilium, & operandorum capaces. Hinc Isaac dixit, qđ rõ facit currere causam in causatum. Referendo namq; principia talia ad ea, quæ eliciuntur ex ipsis, fit in nobis scientia tam theologica, idest speculatiua, q̃ practica. sicq; illa principia uno mõ dicuntur lumen diuinum super nos signatũ, quo de agendis, ac sciendis instruimur. Deniq; rõ. & intellectus cõponens, ac diuidens, & conferens intellecta, sunt una potentia animæ, existens in anima secundum partem sui superiorem, Sunt igitur essentialiter una potentia, quæ secundum diuersos suos actus, diuersa sortita est nomina. Rõ quippè vocatur, inquantum p̃fato mõ discurrit: intellectus, inquantum simpliciter intuetur. Insuper secundum Augustinum 12. de trinitate, cum de natura loquimur mentis humanæ, non eam in duplicem rõnem nisi per officia geminamus. Illa quippè superior portio mentis, quæ ad Deum extenditur, per contẽplationẽ ipsius, ac rationũ diuinæ iustitiæ, q̃bus regitur homo ẽm totum ordinem uitæ suæ, ad formam diuinæ iustitiæ, uocatur superior rõ. Hinc ẽm Augustinum contemplandis, & consulendis rõnibus æternis inhæret. Hæc sapientiæ deputatur, ẽm qđ sapientia est scientia per causas altissimas. quas cognoscere homini extat difficile. Rõ autem inferior est, quæ ad temporalia gubernãda deflectitur. non enim potest gubernari inferiùs, nisi ex p̃prijs rationibus eius. Imo nihil gubernabile est, nisi ex proprijs rõnibus suis. Nihilominus tẽporalia gubernanda sũt ad æterna, atq; ẽm rõnes diuinę iustitiæ ęternales, tanquã ad formam, ac finem. Itaque duplex hæc portio rationis, est eadẽ potentia actibus sic distincta, & ad diuersa obiecta relata, quæ non causant distinctionem specificã. Hæc Albertus.

In oppositum. Albertus Isaac.

Damasc.

Psalm.

August.

August.

¶ Hinc Thomas. Ratio, inquit, ut hic sumitur, ita se habet ad uoluntatem, liberumque arbitrium, quemadmodum apprehensio sensitiua ad sensualitatem. Nullus equidem appetitus in suum mouetur obiectum, nisi apprehendatur sub ratione boni, aut mali, seu conuenientis, aut disconuenientis, quam homo aliter cognoscit, quàm bruta. nã brutum naturali instinctu, homo per collationem, & inuestigationẽ (quæ cõsilium dicitur) cognoscit huiusmodi rõnes: hinc uis illa cognoscens, ratio rectè uocatur. cumque tota potentiarum ratio ac distinctio ex obiectis sumantur, quorum speciebus potentiæ informantur, oportet in ratione quendam constituere gradum iuxta ordinem rerum quibus intendit. In rebus autem, quas considerat ratio, talis innenitur ordo, atque distinctio, ut æterna, ac necessaria ad salutem temporalibus præponantur. Hinc ratio superibus illis uacando, ritè superior appellatur. nam & illa inferiorum sunt directiua, propter quòd & in tẽporalibus dirigimur per æterna. sicq; ratio inhærere æternis potest dupliciter. Primò, considerando ea in se. secundò, cõsiderando ea secundum quod sunt regula temporalium per nos disponendorum, & agendorum. Et prima illorum consideratio ad speculatiuam spectat scientiam, secunda ad practicam. Hinc in litera ex uerbis dicitur Augustini, quod superioribus conspiciendis intendit inquãtum speculatiua, & eidem consulendis ut practica. Vnde ex hoc, ꝙ ratio superior contra inferiorem diuiditur, non distat ab ea, ut speculatiuum, & practicum, quasi ad diuersa obiecta respiciant, de quibus ratiocinatio fiat, sed potius per media distinguutur, ex quibus ratiocinatio fiat. Ratio quippè inferior ad electionem tendens, consiliatur ex rationibus temporalium rerum, ut, ꝙ est esse superfluum uel diminutũ, vtile, aut honestũ. sicq; de conditionibus alijs, quas naturalis pertractat Philosophus. Ratio uerò superior sumit consilium ex rationibus æternis, ac diuinis, ut ꝙ sit contra Dei præceptum, aut salutis impediuum. Diuersitas aũt mediorum, ex quibus ad eandẽ proceditur, non diuersificat ipsam potentiam, sedq̃nq; diuersum parit habitum. iõ ratio superior, & inferior non distinguuntur sicut potentiæ realiter differentes, sed magis secundum habitum, quem uel actualiter habent, uel ad quem naturaliter ordinantur. Rõ namq; superior perficitur sapientia, inferior aũt sciã. ¶ Præterea aduertendum, ꝙ non quælibet diuersitas actuum, causa diuersitatẽ potentiæ: imo interdum ostendit tantum ipsius habitus diuersitatem, sicut geometrizare, & syllogizare, aliquando autem neutrum. Cum enim essentia uniuscuiusq; potentiæ est secundum quod nata est operari circa proprium ubiectum, ut 2. de aĩa de sensu ait Philosophus: ideo actiones ẽm diuersa differentes obiecta, ostendunt diuersitatem potentiarum, accipiendo differentiam obiectorum secundum id, quod ad propriam pertinet rationem obiecti. homo namq;, & lapis differunt genere, sed conueniunt in hoc quo sunt uisus obiectum, uidelicet in colore. ideo uisio hominis, & lapidis ad eandem spectat potentiam. Sentire autem sonos, & colores, ad diuersas potentias pertinet: quoniam sonus, & color secundum prorias rationes, quibus ab inuicem distingũtur, sunt obiecta propria sensuum. Quandoque autem diuersitas actuum causatur ex diuersitate medij, aut principij, ex quo peruenitur ad idem genus obiecti: talisque diuersitas actuum, ostendit diuersitatem habituum. Diuersenamq; scientiæ ex diuersis procedunt principijs, quamuis easdem conclusiones demonstrent, sicut astrologus, & naturalis rotũditatem terræ demonstrent, sicut astrologus, & naturalis rotũditatẽ terræ demonstrant, ut scđo dicitur Physicorũ. similiter uirtutes mortales distinguuntur ex diuersis finibus, q ita se habẽt in operatiuis, sicut principia in speculabilibus. Quandoq; demũ diuersitas actuum causat ex eo, ꝙ est accidens actionis, uel uex parte agentis, secundũ qđ est potentius, aut infirmius in agendo, ut hebetudo subtilitas q; ingenij, quæ differunt secũdũ uelocitatem, & tarditatẽ discendi: uel ex parte medij, ut credere, & opinari, quæ differãt secundum efficaciam, debilitatemq; medij, uel ex parte obiecti, sicut uidere hominem, & lapidem. accidit enim calorato, hominẽ esse uel lapidẽ. & talis diuersitas actuum, nec potentiarum, neq; habituũ diuersitatem requiret. quod enim per accidens est, diuersitatem non causat, in specie Porro officium rationis superioris, & inferioris, non differt penes diuersam rationem obiecti, cum utraque operabilia cõsideret: sed penes diuersam medij rationem. quia inferior rõ procedit ex temporalium rationibus rerum. ratio uero superior ex rationibus ęternorum, sicq; diuersa ista officia, non oportet diuersas demonstrare potentias, sed habitus diuersos, ut dictum est. Hęc Thomas in Scripto. ¶ Atuero in prima parte quæstione septuagesima nona: Ratio, ait, superior, atq; inferior nallatenus queunt in homine esse diuersæ potentiæ. Quod patet, si utriusq; actus consideretur. Intelligere namque est simpliciter ueritatem intueri. rationari uerò est, de uno intellecto in aliud tendere ad ueritatem noscendam. sicq; ratiocinari cõparatur ad intelligere, sicut moueri ad quiescere, uel acquirere ad habere, quorũ unum est perfecti, aliud imperfecti. cumq; motus ab immobili semp̃ procedat, atque ad quietum aliquod terminetur: hinc rõcinatio humana ẽm uiã inquisitionis, uel inuentionis p̃cedit ab aliquibus simpliciter intellectis, q̃ sunt prima principia, rursusq; in uia iudicij resoluendo redit ad ea, per quę & inuenta examinat. Quiescere aũt, & moueri ad eandem spectant potentiam, sicut lapis per grauitatem mouetur deorsum, & quiescit ibidem: ideo per eandẽ potentiã intelligimus, & ratiocinamur.

Ratio inhęret ęternis dupliciter

August.

Rõ supior & inferior distinguũtur p̃ media non obiecta

Actuum diuersitas q̃n diuersitatẽ arguat potẽtię aut habit⁹

Philosop.

Philosop.

articul. 8.

Intellect⁹ & ratio differunt.

¶ Insup̃ ratio superior, & inferior nõ distinguũtur realiter abinuicem, prout de eis loquitur Augustinus prælertim cũ tẽporalia sint medium cognoscendi æterna, iuxta illud Apostoli: Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, cognoscuntur: nempe secundum uiam inuentionis, per temporalia in cognitionem pertingimus æternorum: in uia uero iudicij, per æterna iam cognita de temporalibus iudicamus, & secundum rationes, ac regulas æternorũ, temporalia ipsa disponimus. Potest tamen contingere, ut medium, & id ad quod per medium deuenimus, ad diuersos pertineant habitus, sicut principia prima indemonstrabilia pertinent ad habitum intellectus: conclusiones uerò ex eis deductæ, ad ad habitum scientiæ. Ex principijs quoque geometriæ contingit aliquid in alia scientia, puta in perspectiua concludere. sed eadem potentia rationis, seu eadem ratio est, ad quam pertinent medium, & ultimum, quoniam actus rationis est quasi quidam motus de uno in aliud. Item uerò est mobile, quod pertransiens medium, pertingit ad terminum. Vnde una, eademque potentia est ratio superior, & ratio inferior, secundum officia tamen actuum, & diuersitatem babitum distinguuntur secundum Augustinum, ut patuit. Hæc Thomas in Summa.

Augusti,

Roman. 1.

¶ Idem Petrus. Concordat quoque Ricardus, & addit: Qm̃ in incommutabilis ueritas nobilior est inferioribus istis, estq; causa eorũ, & intellectus noster in cognitione effectuũ maximè dirigitur, & iuuatur ex consideratione causarũ, iõ ratio per considerationẽ incõmutabilis veritatis regit seipsam in cõsideratione, & dispositione inferiorum. Vnde & nono de trinitate Augustinus testatur, ꝙ super mentẽ impressę sunt regulæ, quædam incommutabili-

Petrus. Richard.

Augustin.

biliter permanentes, quibus rectè iudicamus, cunque incommutabilis veritas fortior, puriorque cõ
sistat penitus infinita omni veritate creata, ideo rõ
per conuersionem ad illam uigoratur, & fortiùs
illustratur. Denique cum vir rector sit mulieris, &
fortior, constantior, atq; prudentior ea communi-
ter, superior portio rationis comparatur uiro, in-
ferior mulieri. Nec sequitur, quòd ratio superior,
atque inferior sint duæ potentiæ, quoniam intelle-
ctus respicit incommutabilem veritatem, & ista
inferiora sub vna ratione communi analogica, ut
pote sub ratione veri, aut entis. Hæc Richardus.

Rõ superior comparatur uiro inferior mulieri

Bonauen.

¶ Consonat Bonauentura, de cuius uerbis cir-
ca hæc infra tangetur.

Dio. Car.

¶ Porro secundum Durandum, & alios quos-
dam, principia ex quibus discurit ratio speculati-
ua, aut practica, aut naturaliter sunt accepta, &
innata, ut quòd totum est maius sua parte: aut su-
pernaturaliter reuelata, ut quòd Deus est trinus. &
quia principia superna naturaliter reuelata sunt di
gniora, hinc ratio ex eis discurrens, uocatur super-
rior. discurrens verò speculatiuè, aut pacticè ex
ex principijs naturaliter notis, uocatur inferior.

¶ Sed istud non videtur Augustino consonare,
nec rationi. Nam, & vnum Deum esse colendum,
est naturaliter inditum menti creatæ, ut Basilius,
& Damascenus fatentur. & tamen ex hoc princi-
pio ad Dei cultum procedere, est superioris rati-
onis dictamẽ. Imo secundum illam distinctionem
multa dictamina, & decreta iuris diuini, & Deum
altissimum concernentia immediatè, ad inferiorẽ
pertinerent rationem: præsertim, cum, & præcepta
decalogi sint de rationis dictamine naturalis.

Basilius. Damasce.

¶ Præterea circa hæc loquitur Scotus: Duplex
potest esse intellectus quæstionis huius, Vtrum
portio superior sit distincta potentia à ratione in-
ferioris. Vnus est an portio superior sit tantum una
potentia, portio quoque inferior sit tantum una
potentia distincta ab alia. Ad quod dico, quod nõ,
imo neutra portio tantum est una potentia: quia
(secundum Augustinum) portio superior est re-
spectu æternorum, respectu quorum est etiam me
moria, intelligentia, & volũtas, quę sunt plures, ac
distinctæ potentiæ. Alius, est utrũ intellectiua uis
superiori & intellectiua inferior sint diuersę poten
tię. ¶ Ad quod dico, quòd non: eadem namque po-
tentia cognoscit principium, & conclusionem. nec
enim principium noscitur nisi sciatur conclusio e-
lici in illo cõtenta. ratio autem superior cognoscit
principium, regulamq; ęternam, ut quod Deo ex
charitate est obediendum, ac seruiendum. ratio
verò inferior cognoscit conclusionem, quæ est de
hoc agibili tẽporali: igitur eadem erit potentia in-
tellectiua illius portionis superioris cognoscentis
principiũ, & portionis inferioris cognoscẽtis con
clusionẽ. Hæc. Scot°. Qui istud & alijs, pbat uijs, &c.

Scotus

Augustin.

QVAESTIO. VI.

QVæritur consequenter. *In quibus potentijs animæ sit peccatum.* Et quæstio ista multa com-
plectitur. Primò, an in sensualitate, aut saltem in sensitiuo appetitu peccatum consistat, & si sic, an solum ueniale, deinde an in ratione superiori sic peccatum mortale, an etiam veniale. Idem quæri potest de ratione inferiori. Quocirca ambigitur an primi motus sint culpæ veniales, & an sint semper culpabiles, de hoc tñ infra magis tractabitur. Porro, ꝙ in sensualitate, vel saltẽ in sensitiuo appetitu sit peccatum tam ueniale, quàm mortale, probatur: quoniam passiones animæ in hoc appetitu sunt subiectiuæ, quæ passiones quandoque sunt ueniales culpæ, ut primi motus ex præuia apprehensione surgentes. interdum uerò mortales, ut dum impetus, aut vehementia rationis prædominantur. Idem probatur de ratione superiori, in qua sunt subreptitij motus contra fidem. & contra sapientiæ donum. Infidelitas quoque, pueritatisque uitium, & excæcatio mentis. Idem rationi inferiori probari potest faciliter.

Arguitur contra ueritatem.

¶ In contrarium horum arguitur primò, quoniam omne peccatum est uoluntarium, Augustino dicente: Peccatum intàntum est uoluntarium, quòd si non esset uoluntarium, non esset peccatum. ergo in sola uoluntate consistit peccatum.

In oppositum. Augusti.

¶ Secundò, sensualitas non est ratione domabilis, nec primi motus ipsius queunt uitari.

¶ Tertiò, appetitus sensitiuus hominibus, ac brutis communis est, ergo in ipso non ponitur culpa, alioquin bruta peccarent.

¶ Ad hæc Alexander respondet: Malum culpæ est in libero arbitrio, non solum ut in agente, sed etiam recipiente: diuersæ autem sunt animæ uires. quædam sunt uires partis irrationalis tam cognitiuæ, quàm motiuæ, seu appetitiuæ. Itaque secundum uim cognitiuam idest in potentia sensitiua cognoscente, non est peccatum, nisi inquantum actus, seu motus illius potentiæ ex libero procedit arbitrio imperante. Vt si ex libero arbitrio uisus figatur in mulierem, ad quod delectatio sequatur illicita, sed non est peccatum in illa potentia. Demotiua autem est distinguendum. est enim quædam motiua, quæ respicit tantum ea, quæ sensibilis naturæ sunt præter ordinem ad rationem: quem admodum phantasia dicitur esse motiua, & secundum hunc modum non est peccatum. Est quoque motiua, quæ respicit illicitum rationi, seu licitum, & in hoc contingit esse peccatum, non in se, sed in ordine ad rationem: & hoc modo dicitur esse primus motus in sensualitate. sensualitas enim dicit quoddam mixtum ex motiua sensuali, & rationali. Sunt insuper uires partis rationalis, quarum quædam sunt cognitiuæ, quædam motiuæ, seu appetitiuæ.

Alexãd.

¶ Rursus, cognitiuæ sunt duplices. quædam, quarũ actibus admiscetur actus motiuæ, quemadmodum actui credendi, seu assentiendi miscetur actus aliquis uoluntatis. & tunc si sint circa conuenientia uel disconuenientia rationi, contingit in eis esse malum culpæ, sicut in infidelitate. si uerò non sint admixtæ motiuæ potentiæ, sed purè considerataè in se. non erit malum culpæ in eis, cum earum inclinatio sit tantum in verum. Porro si sit motiua, aut ergo est naturalis, aut non naturalis, sed ex præuia apprehensione procedens. Si naturalis, tunc in ea non est culpa. si autem ex præcedẽtia apprehensione in id, quod est licitum siue illicitũ, aut est motiua p modũ imperij, sic peccatum est in libero arbitrio: aut per modũ appetitus, & ita est in voluntate: aut modũ consilij, & hoc dupliciter, utpote deliberantis, aut per electionem diffinientis. si deliberãtis, pót eẽ culpa mortalis aut ueialis: si electiuè diffinientis, pót esse mortalis. In sensualitate demum est purè irrõnalis partis, nullatenus est pctm. Et sic dicatur in ea esse aliqua culpa, hoc est propter rõnẽ addiunctã. Hæc Alexander. ¶ Cuius rñsio, pcedit fm suã opinionẽ, qua dicit liberũ arbitriũ specialẽ esse potẽtiã à rõne, & uoluntate distinctam, ut patuit supra. Verũ quę in his uerbis minus clarè digesta sũt, ex cõsequẽtibus clari° innotescẽt.

Dion.

¶ Itaque

T. Aqnas. Philosop.

¶ Itaque Thomas super his diffusè, ac clarè con
scribens: Motus, inquit, secũdum Philosophum est
uia in ens. unde in partibus animæ motus propriè
dicitur inclinatio in aliquid. hinc quibus viribus
inclinatio non conuenit, non attribuitur propriè
motus. inclinatio autem est in appetitu, qui mouet
in aliquid agẽdum. ideo actus appetitiuarũ uirtu
tum propriè motus uocatur, non actus virium ap-
prehensiuarum. Est autem in nobis triplex appeti-
tus, videlicet naturalis, sensitiuus, rationalis. Natu-
ralis (utpote cibi) est, quem imaginatio non præce
dit, nec gignit, sed naturalium dispositio qualita-
tum, quibus naturales uires suas actiones exerent.
isteq; motus rationi in nullo subiacet, nec obedit.
hinc in eo esse nequit peccatum, ideo prætermitti-
tur modo. Appetitus autem sensitiuus est, qui ex p̃-
cedenti sensu, vel imaginatione cõsequitur, & ap-
petitus sensualitatis vocatur Appetitus uerò rõna-
lis est, qui apprehensionem assequitur rationis, ra-
tionisque motus censetur, & actus est voluntatis.
Verum apprehensio rationis est duplex. Vna sim-
plex, & absoluta, dum statim sine discussione ap-
prehensum dijudicat. & talem apprehensionem se
quitur voluntas, quæ dicitur non deliberata. alia in
quisitiua, dum ratiocinando, quid bonum, aut, qd
malum sit, inuestigat: talemque apprehensionem se
quitur deliberata uoluntas. Ratio autem inferior,
quæ terrenis disponendis intendit, utroque modo
potest motum uolũtatis elicere circa terrena, uide-
licet subito apprehendendo hoc conueniens, aut
incoueniẽs corpori esse. tuncque sequitur motus
rationis inferioris, qui delectatio nominatur: quia
quod corpori delectabile est, accipit ut agendum.
aut per inquisitionem deliberando, & tunc sequi
non ualet appetitus ante deliberationis finitionẽ,
& tunc consentire dicitur in delectationem. Porro
superior rõ, quia per se rebus nõ intendit terrenis,
sed solũ prout rationibus regulãtur æternis, nõ se-
quitur ipsam aliquis motus, nisi deliberatus respe-
ctu terrenorum. idcirco earum delectatio non attri-
buitur sibi, sed ultimus tantum consensus, qui est
executor operis. Hæc Thomas in Scripto.

Appetitus triplex est hominis

Rõnis duplex ẽ apprehẽsio.

¶ Qui consequenter pleniùs declarans ibidem,
quomodo in sensualitate queat esse peccatum: Pri
mi, inquit, motus, qui sensualitati attribuuntur, pec
cata sunt, ut asserit Augustinus. Sed motus imagina
tionem præcedẽtes, quos iam diximus naturales,
quoniam naturalium qualitatum actionem sequũ
tur, peccata non sunt. Atque secũdum hoc uerifica
tur, quòd aliqui dicunt, quòd motus primò primi
non sunt peccata, sed motus secundò primi: ut
motus primò primi uocentur, motus huiusmodi
pure naturales: motus uerò secundò primi, qui
imaginationem sequuntur. Peccatum quippè
(prout hic est de ipso mentio) non est nisi actus
inordinatus inordinatus, ad genus pertinens
moris, nullusque actus ponitur in genere moris,
nisi habita consideratione ad uoluntatem, quæ
principium extat moralium, ut sexto metaphysicæ
patet. ideo ibi incipit genus moris, vbi primò uolũ
tatis dominium inuenitur. Habeat autem uoluntas
in quibusdam completum dominium, ut in ac-
tibus, qui ex uoluntatis procedunt imperio, qui
sunt actus deliberationem sequentes, rationiq; ad
scribuntur, in aliquibus uerò habet incompletum
dominiũ, sicut in actibus, qui non per imperium
rõnis causantur, attamen uoluntas eo potuit impe
dire, ut sic quodãmodo uoluntati subiaceant, quan
tum ad hoc, ꝙ est impediri, vel non impediri. ideo

Auguſt.

Motus primò ꝑmi non ſunt peccata.

Philoſo.

talium inordinatio actuum, rõnem habet peccati,
sed incompleti hinc in actibus istis uenialis, atq; le-
uissima culpa est, non mortalis. Deformitas uerò
cuiuslibet actus, illi potentiæ attribuitur ut subie-
cto, quæ est actus principium. cumq; sensualitas sit
horum principium actuum, rectè dicitur in ea tan
quã in subiecto esse pctm. est etenim in hominibus
sensualitas aliqualiter subiicibilis rationi, sicq; ali-
ter est in nobis, quàm brutis Nec omne peccatum
est in uoluntate, ut in subiecto, sed ut in causa. Verũ
tamen uoluntatem esse causam alicuius actus, con
tingit dupliciter: primò directè, & per se, ut dũ ex
uoluntate procedit elicitiuè, aut impratiuè. secũ-
do per accidens, & indirectè, quia non impedit cũ pos
sit, & debeat, & ita primorum motuum causa est.

Voluntas nõ ẽ cuiuslibet peccati subiectum sed causa.

¶ Si, quis autem instet, quòd uirtus uitiumq̃ue
mortale possunt esse in sensitiuo appetitu, qui ta-
men realiter est sensualitas ipsa. ¶ Dicendum, ꝙ
electio est principale in uirtute, ut dicitur septimo
Ethicorum. unde oportet omnem actum uirtutis
ex electione procedere. propter quod uirtus dici-
tur habitus electiuus, ut secundo dicitur Ethicorũ.
hinc uirtus esse nõ potest nisi in actibus illis, qui ex
imperio profluunt uoluntatis, quamuis etiam sen-
sitiuarum sint partium. propter quod in irascibili,
& concupiscibili ponimus esse uirtutem. Confor
miter est de eo, quòd perfectam habet rationẽ pec
cati, & per se uirtuti opponitur propterea actus ira
scibilis, seu concupiscibilis põt esse actus uirtutis,
seu peccati mortalis. Sensualitas uerò (ut dictum
est) nominat partem sensitiuam, ut magis depres-
sam ad carnem, prout in operando non sequitur
uoluntatis imperium, sed proprio motu mouetur.
idcirco in ea non potest esse actus uirtutis, & pec-
cati mortalis, sed quoddam incompletum in gene-
re moris, quod est ueniale peccatum. Et quamuis
venialia peccata omnia simul considerata uitare
non ualeamus, quia dum uni nitimur obuiare, ex
altera parte potest illicitus motus subrepere: non
enim potest simul esse intentio voluntatis contra
diuersa renitentis in actu: tamen si quodlibet eorũ
sigillatim consideretur, sic in potestate nostra
sunt, quia quodlibet eorum præueniendo impedi-
re possumus. Hæc idem ibidem. ¶ Insuper pandit
ibi, qualiter in ratione queat esse pctm: Pctm, inqui
ens, rationis potest dici dupliciter. primò, quoniã
est ipsius rationis secundum se. sicq; dicimus in ra-
tione esse pctm, dum errat in iudicando, siue sit in
speculatiuis, siue in practicis, & hoc est peccatum
in cognitione, eo quòd male syllogizetur. Secun
dò ex parte uoluntatis, quæ per rationis iudicium
regulatur, ita, ut tunc in ratione dicatur esse pecca
tum, dum sequitur peruersa electio. Sciendum er-
go, quòd quidam philosophi dixerunt, secundo
modo non esse peccatum in ratione, nisi, & primo
modo erret, dicentes omne pctm ignorantiam es-
se, & scientem non posse peccare: quorum primus
Socrates fuit, vt dicitur septimo. Ethicorũ, hac ra-
tione inductus, ꝙ nobilissimum, puta scientia, ab
ignobilibus passionibus non superet, quòd experi-
entiæ, sensuq; repugnet. Idcirco philosophus li-
bro prætacto ostendit, quomodo contingit scien-
tem peccare, distinguens scientiam in uniuersali, &
particulari: scientiãque in habitu, & in actu. in ha-
bitu quoq; dupliciter, quia habitus interdũ ligatus
est, ne egrediatur in actũ, ut patet in ebrijs, quãdo
que non est ligatus. Itaq; ait, ꝙ contingit peccãtẽ
esse scientẽ in uniuersali, & in habitu, in particulari
aũt non contingit eum esse sciẽtem in actu, sed ha-

Dilutio.

Philoſop.

Peccatum dicitur rõnis dupliciter.

Quomodo contingat scientem peccare

bitu tantum,& ligato passione iræ,concupiscentię aut alio vitio,ne ratio in rectam electionem prorũpat,sed motum passionis sequatur, etiam si passioni quis subditus pronũciet ore, quæ iusta, & uera sunt in particulari:non tamen mente sic tenet:quẽadmodum ebrius potest sapientium verba proferre,quæ intellectu non capit. Cumq; ratio in operandis quodammodo syllogizet,inuenitur iudicium rõnis rectum in propositione maiori,quæ uniuersalis est; in minori uerò propositione,quæ particularis est,admiscetur rõ passioni, quę circa particulare uersatur,& sequitur rõnis corruptio in cõclusione electionis:ut si dicatur , Nulla fornicatio est committenda,in hoc iudicium rõnis perfectum est. Item proponatur alia ista,Oĩs fornicatio est delectabilis.sub quibus duabus assumatur hęc particularis, accedere ad hanc mulierem est fornicatio. Si ratio fortis sit,ut nec particulari passionibus superetur,inducet conclusionem negatiuam,eligens non fornicari. Si autem passione uincatur, eliget fornicari. sicq; nunc sumitur peccatum esse in ratione,quando post rationis deliberationem sequitur praua electio,eo,quòd ratio in particulari corrumpitur passione, Quòd si deliberatio sit per rationes diuinas, dicetur esse peccatum in rõne superiori,ut si procedat ex isto: Oẽ diuina lege prohibitum est uitandum. Si uerò per rationes creatas dicetur esse peccatum in ratione inferiori,ut si procedat ex isto: Omne, in quo transcenditur mediũ virtutis,uitandum est,uel aliquid tale.Nempe cum ratio sit cognitiua potentia, directiua est uoluntatis. unde non potest esse peccatum in voluntate, nisi sit aliquo modo in ratione , præcipuè cum voluntas non sit nisi boni ueri, aut boni apparentis. hinc malam voluntatem aliquo modo præcedit æstimatio falsa.

¶ In super ad istud, Vtrum in delectione rõnis inferiorioris sit peccatum mortale:respondet, Delectatio inferioris rationis nil aliud est,quàm complacentia voluntatis in eo,quod apprehenditur cõueniens per inferiorem rationem; hanc autem delectatio(sicut in litera dicitur) si mox,ut mentem attigerit, auctoritate uiri,id est,superioris rationis repellatur peccatum est ueniale. hoc enim est, dũ complacentia talis sequitur subitam rationis apprehensionem. Si uerò diu teneatur, peccatum extat mortale.Sed diuturnitas ista non ex temporis quãtitate est iudicanda,sed magis ex rationis deliberatione. Si enim post deliberationem rationis inferioris adhuc delectatio illa complaceat, delectatio morosa dicetur.tuncq; erit consensus in delectationem, & culpa mortalis, ut ait Magister,& verba Augustini sonare uidentur , quamuis quidam in hoc Magistro contradicant, verba Augustini exponentes. Verum Magistri opinio valde probabilior est, atq; securior,quod sic patet: Quędam operationes ex suo genere sunt peccata mortalia,ut furtũ, rapina,vnde,quòd aliquod horum peccatum mortale non sit,non potest esse nisi per accidens,inquãtum uidelicet eius subiectum non est mortalis peccati capax, ut quando est in sensualitate duntaxat. Porro secundum Philosophum decimo Ethicorũ. Idem iudicium est de operatione,& eius delectatione.hinc si operatio est per se bona, etiam delectatio eius,& econuerso. Quod ergo delectatio consequens operationem mortaliter uitiosam, non sit mortale peccatum : esse non valet nisi per accidens, ut ex defectu subiecti. hinc quandocunque talis delectatio, aut operatio reducitur in id;

Delectatio morosa qñ censeatur.

Philosop.

in quo potest esse perfecta ratio peccati,& uirtutis, necessariò incipit esse peccatum mortale. Perfecta verò ratio peccati mortalis,ac uirtutis, esse nequit sine electione rationis consiliantis,& deliberantis. ideo quicquid fornicationis ante hoc est, mortale non est;ubi uerò ad hoc peruenitur,mox incipit esse peccatum mortale. Vnde si vsus exteriorum membrorum,& delectatio eorum esset sine huiusmodi voluntate,peccatum non esset,sicut beata dixit Lucia: Si inuitam me feceris violari,castitas mihi duplicabitur ad coronam.Consensus verò actui exteriori adueniens,facit peccatum mortale.Conformiter appetitus sensualitatis , & delectatio consequens eum ante consensum rationis deliberãtis, non est culpa mortalis,sed post talem consensum.

S. Lucię dictũ nobile.

¶ Postremo ad istud, Vtrum in superiori parte rationes possit esse veniale peccatum : respondet, Motum esse veniale, contingit ex duobus. primò ex generatione actus,ut verbi prolatio ociosi : secundò est parte subiecti,inquantum motus ille electionem pręcedit,in qua principalitas uirtutis vitijque consistit. Itaque unaquæque potentia, quam possibile est aliquo modo eleuari ad id, quod super se est, habet subitum motum in id,quod sibi secundum se conuenit. Alium motum potest habere in id, quod sibi conuenit ratione eius ad quod est eleuata in aliquid altiùs,sicut in appetitu patet sensibili,qui subito mouetur in id, quod conuenit sibi secundum sensum. Sed inquantum ratione regulatur, uirtutibusque perficitur, habet motum post deliberationem in id, quod sibi conuenit secundum rationem. Quemadmodum autem appetitus sensitiuus eleuatur super se per regimen rationis,sic ratio per fidei lumen supra naturalem eleuatur cognitionem.hinc subitus motus apprehensiuus superioris rationis, est secundum naturalem suam cognitionem. Qui si in aliquo obuiet fidei, est motus infidelitatis ex subreptione.sicq; per defectum deliberationis est ueniale pctm̃. Atque sm̃ hoc est distinguendum, quia aut motus superioris rationis est in id,quod est ueniale ex generatione, sicq; motus eius est uenialis:aut est in id, quod est mortale ex gñe,ꝙ contingit duplicit̃:quia uel illud est propriũ eius obiectũ,& sic habet circa illud duplicẽ motũ:unũ subitum, qui præcedit deliberationẽ, & iste est ueniale pctm̃ alium deliberatiuum, qui est pctm̃ mortale, sicut in infidelitatis motibus patet,aut est obiectum inferioris potentiæ,ut sensualitatis,ut patet in delectationibus carnis. sicq; superior rõ non habet motum in illud nisi consultationis, quasi ministrans mediũ, quo de illo potest syllogizari:& ita circa illud non habet motum nisi deliberatum,idcirco in talibus motus supioris rõnis,semp est culpa mortalis;alijs verò duobus modis nunc tactis, potest in ea esse ueniale peccatum.

Motus aliquos ẽ uenialis duplicites.

¶ Si aũt, quis instet, quia contemptus facit peccatum esse mortale. sed non põt esse, ꝙ quis potest deliberationem in peccatum consentiat sine contemptu. ergo cum supior ratio sine deliberatione nõ peccet, apparet ꝙ nunquam peccet nisi mortaliter. ¶ Dicendum, ꝙ deliberatus consensus in ueniale peccatum,non semper oritur ex tali cotẽptu, qui pctm̃ reddat mortale, nempe dum taliter in veniale consentitur , quòd non consentiretur in illud si esset mortale, manet ĩfra limitis uenialis peccati, ẽt si aduertatur esse ueniale pctm̃ :si uerò consentiatur sic in illud, ꝙ & consentiret, quamuis esset prohibitum præcepto , consensus in veniale ex genere esset mortalis. Hæc Thomas in Scripto.

Obiectio

Dilutio

¶ Con-

Petrus.

Ratio inferior quando peccet sine sẽsualitate.

¶Concordat Petrus in omnibus, & insuper quęrit, Vtrũ inferior ratio possit peccare sine sensualitate. Respondet, Duo sunt genera peccatorum, videlicet spiritualia,& carnalia:Spiritualia quandoq; contingũt circa obiectum apprehensum à sensualitate, aliquando verò non. vnde in his interdũ peccat inferior ratio sine sensualitate, vt in curiositate sciæ. quandoq; verò peccat mediante sensualitate, vt in odio alienæ felicitatis visæ. Carnalia autẽ peccata semper sunt circa sensualitatis obiectum, ideo in his nõ peccat ratio sine sensualitate. Hæc Petrus.

¶Qui iterum sciscitatur, Vtrũ ratio inferior possit peccare mortaliter sine consensu superioris. Respondet, quemadmodum ad rationem inferiorem pertinet regere sensualitatem, ita ad superiorem rationem pertinet regere rationem inferiorem. hinc sicut sensualitas non peccat sine consensu , aut negligentia rationis inferioris, ita nec ratio inferior sine consensu, vel negligentia rationis superioris. Hæc Petrus.

Richar.

¶Richardus quoq; præhabitis consonat, in aliquibus tamẽ parum aliter sentire videtur:Quibusdam, inquiens, dicendum videtur, ꝙ voluntas possit deordinari non tãtum respectu spiritualium, sed etiam carnalium obiectorum, deordinatione non habente ortum ex sensualitate, ita quòd homo potest desiderare delectationem alicuius carnalis peccati, non pręinclinatus per aliquem motum sensualitatis, quamuis tale desiderium esse non valeat, nisi respectu obiecti sensualitatis. Nam actum luxurię potest quis eligere non incitatus aliqua pręuia passione, imò nonnulli per electionẽ in se causant passionem. Hæc Richardus. Istud tamen cum positione Petri potest faciliter concordari. ¶Alia multa quærit hic Richardus, & inter cætera quærit:quod tamen alibi potius habet locum: Vtrum intellectus noster ex creaturis ad creatorem discurrens argumentando, in fine discursus intelligat creatoris essentiam. Respondet quòd non. Quamdiu enim res non cognoscitur, nisi per aliud obiectum præcognitum, non cognoscitur immediatè. sed essentia creatoris non cognoscitur à nobis etiam in fine discursus, nisi per aliud obiectum præcognitum. Hæc breuiter tetigisse hic reor sufficere.

¶Amplius quærit, Vtrum motus sensualitatis secundum suum impetum, sit naturalior ei, quàm ille, quo mouetur frenante ratione. Respondet, Motus naturalis potentiæ, naturalis est etiam supposito, cui inest illa potentia. cum ergo sensualitas hominis comprehẽdat duas eius naturales potentias, scilicet irascibilem, & concupiscibilem, ille motus qui naturalis est sensualitati, est etiam homini naturali. Dico ergo, ꝙ motus ille, quo sensualitas mouetur secundum impetum suum, est naturalior sibi, quàm ille, quo mouetur frenante ratione. naturalior est etiam homini sub ratione, qua animal, quia conuenit sibi in quantum per suam formam habet esse sensitiuum. motus autem quo mouetur frenante ratione, naturalior est homini inquantum homo. naturale namq; est homini, inquantum homo est, modificare suos motus secundum naturale iudicium rationis. cumq; talis motus sit homini naturalis principaliter per naturam speciei, ideo non oportet, quòd ille motus quãuis naturalior sit homini, inquantum est rationalis, quòd etiam naturalior sit sensualitati. Hæc Richardus.

¶Quocirca videtur, quòd de sensualitate hominis loqui possumus dupliciter : primò, inquantum est sensualitas. sicq; vera apparet ista responsio: secundò, inquãtum est sensualitas hominis,& ita naturaliùs, conuenientiùs, ordinatiùs,salubrius, magisq; debitum sibi est moueri secundum frenum, directionemque rationis, quàm secundum impetum passionis. nam & naturalis ordo hoc habet, vt inferiùs iuxta censuram feratur sui superioris.

¶Præterea Bonauentura in præinductis satis videtur concordare Alexandro, Thomæ,& alijs iam pręfatis. Veruntamen de hoc qualiter in sensualitate sit peccatum, addit:Contingit loqui de peccato, inquantum habet rationem vitij, & inquantum habet rationem culpæ. Inquantum habet rationem culpę, opponitnr gratię,& facit vituperio dignum. sicq; omne peccatum est in libero arbitrio. Sed inquantum habet rationem vitij, dicit inordinationem alicuius potentię, respectu actus sibi debiti secundum suam naturalem institutionem:cumq; deordinatio talis in sensualitate consistat,ita quòd est via ad opus vituperio condignum, sic ponitur in sensualitate peccatum esse.

Bonauen.

¶Insuper respondendo ad hanc qõnem, Vtrum ratio pars inferior possit peccare mortaliter absq; superiore: Quamuis, inquit, possibile sit mulierem comedere absq; viro, id est, inferiorem rationẽ delectari absq; superiori: non est tamen possibile inferiorem rõnem, seu mulierem peccare mortaliter sine viro, seu ratione superiori. aliud.n. est peccatũ mortale committere, aliud cibum vetitum degustare. Peccatum quippe mortale dicit deordinationẽ à Deo cum consensu, atq; contemptu. & inordinatio illa est per auersionem superioris partis. eius etenim est aduerti, cuius est conuerti. cõsentire verò ad illã spectat potentiam, in qua residet iudiciaria potestas, regiminisq; auctoritas, & hæc est superior pars rõnis. ideo impossibile aliquod mortale peccatum esse in nobis, quod superiori rationi non imputetur. Est etiam ad hoc alia ratio:Quoniam inter superiorem, inferioremq; rationem lex extat coniugij, idcirco superior inferiorem tenetur regere, atq; reprimere. propter quod impossibile est, inferiorẽ rationem sine superiore mortaliter peccare. Possibile tamen est vnam earum absq; altera comedere. & hoc, quia comestio dicit conuersionem ad delectationem secundum actum propriũ. contingit autem rationalem potentiam conuerti ad delectationem à sensualitate oblatam secundum actum inferioris portionis, ita tamen, ꝙ non conuertitur ad eam secundum actum superioris rationis: sicq; mulierem comedere, viro nõ degustãte. Quod clariùs patet, si attendamus progressum tentationis, & delectationis. Primò. n. delectabile offertur siue percipitur, secundò delectatio aduertitur, tertiò in id, ad quod trahit delectatio, consentitur, vel dissentitur. Delectari, est percipere sensualitatis delectationem. Aduertere, est inferioris partis, ac rationis interiores motus & affectiones dijudicare, ac noscere, ꝙ non conuenit potentiæ sensitiuæ. Diffinire autẽ, est determinare, quid sit amplectendum, aut respuendum, quod superioris est partis. Cõtingit igitur delectari ad apprehensionem delectabilis ante aduertentiam delectationis, & hoc est sensualitatis. & absque dubio est veniale peccatum. Contingit iterum delectari post apprehensionem delectabilis, & perceptionem delectationis, & post plenum consensum deliberationis, & hoc est inferioris partis. & aliquando est mortale, aliquando veniale, tũcq; comedit mulier sola. Tertiò cõtingit delectari post apprehensionem delectabilis, & aduertentiam delectationis, & post plenum consensum deliberationis:

nis: & tunc dicitur comedere vir, estq; peccatum mortale in his generibus peccatorum, quorũ actus sunt in prohibitione. Itaq; dum tentatio inchoatur in sensualitate, est veniale peccatum: dum consummatur in superioris parte rationis, est mortale: dum verò sola mulier comedit, potest esse mortale, & veniale. Et idcirco cum dubium est an sit mortale, aut veniale, potest ita discerni: Quia dum percipitur delectatio, aut statim repellitur, aut retinetur. si statim repellitur, tunc leue est peccatum: Si verò tenetur, hoc potest esse tripliciter: primò, qm̃ placet ipsa delectatio, & operis consummatio, ita quòd est voluntas delectandi in cogitatione, & itẽ in opere si adest facultas. & sic est ibi plenus consensus, & mortale peccatum, concurrente viri, ac mulieris comestione. Secundò, quia placet delectatio, & displicet peccati consummatio, & sic semiplenus consensus est, & dicitur comedere mulier, & nihilominus peccat mortaliter dum in illam consentit delectationem. Aut vtrunq; displicet, scilicet interior delectatio, & operis consummatio, & tunc aut aduertit periculum, aut non aduertit. Si non aduertit periculum delectationis, nec eam repellit, peccat: non tamen mortaliter: grauiùs tamen quàm si statim viriliter repulsisset. Aut aduertit periculum, & delectationem illam non repellit, imò mentem suam in talibus cogitationibus finit reuolui, & sic (vt dicunt Magistri) peccat mortaliter. Nam quamuis non sit ibi mentis formalis consensus: est tamen consensus interpretatiuus, & comedit mulier sola. Attamen peccatum hoc imputatur & viro, quoniam non cõpescuit mulierem, vt tenebatur. Verum istud vltimũ dictum non est penitus certum. Negant enim aliqui esse peccatũ mortale in negligentia reprimendi, vbi fuerit displicentia, quantuncunq; quis aduertat periculum. Sed in hoc securior via tenenda est, vt inde tanquam de mortali pœniteat. Nec loquimur hic de quacunque delectatione, quia non de ea, qua quis delectatur in muliere, quia formosa, sed de ea, quæ surgit ex cogitatione actus venerei. Hæc Bonauentura.

Albertus. ¶Amplius iam inductis præsertim ex Thoma, cõcordat Albertus. qui insuper scisitatur, qualiter spirituale coniugium sit inter superiorem, inferiorẽq; portionem rationis. Respondet, secundum Augusti- August.
num portio superior est loco viri, portio inferior loco mulieris. estq; metaphoricus sermo, fundatus
1.Cor.11. super illud Apostoli, Vir nõ debet velare caput suũ, quia imago, & gloria Dei est. In superiori etenim portione relucet Dei imago. Hinc inter Deum, & ipsam non ponitur medium, vnde nec debet habere velamen. Portio autem inferior dicitur mulier, cum sit imago, & gloria rationis superioris, quemadmodum imago, & gloria viri vocatur vxor data ei in adiutorium generationis similis sibi, quantum ad rationabilitatem: & sic est naturalis contractus in partibus animæ rationalis, in quo superior pars, quæ immediatè participat imaginem Dei, formatur ex ipso lumine sapientiæ eius, atque eadem forma regit inferiorem. Hæc Albertus.

¶Qui item interrogat, qualiter peccatum consummetur in illis, puta in sensualitate, & inferiori, portione rationis, ac superiori. Ad quod in litera datur responsio clara.

¶Quærit insuper, Cur philosophi non deuenerunt ad sensualitatis notitiam. Respondet, quòd Sensualitatis notitiã cur philosophi non attigerint.
theologi loquuntur de sensualitate, prout ex originali primorum parentum peccato infecta est, & prona ad mala ex fomite, quod totum philosophos latuit. Qui nihilominus de appetitu sensitiuo scrutati sunt, & de eius quoque diuisione in concupiscibilem, & irascibilem elocuti, sicque de eo, quod realiter idem est cum sensualitate, effati sunt. Hæc Albertus.

¶Qui demum hic addit, Antiqui, sicut Præpositiuus, & Gulielmus Antisiodorensis, dixerunt delectationem dici morosam, non à temporis quantitate, sed à negligentia rationis superioris, dum superior portio conspicit, & aduertit, quod iniacet delectatio illecebrosa peccati in inferiori parte rationis, & non auertit, nec abstrahit se ab illa. Imò dissimilat, & permittit inferiorem rationem turpiter delectari. & hoc est mortale peccatum, quamuis sit minus, quàm si opere compleretur.

¶Durandus quoque circa hæc loquitur: Oportet hic scire, quid sit mortale, & quid veniale peccatum. Pro quo sciendum, quòd omne peccatum est deuiatio quædam à lege diuina, aut naturali vel positiua. Cumq; omnis lex habeat vim coactiuam per pœnas, alioquin leges frustra darentur, si liceret impunè transigredi eas: idcirco secundum unãquamque legem illud peccatum censetur mortale, pro quo pœna mortis infligitur: veniale verò, quod minori, seu leuiori pœna punitur. Quamuis autem mors propriè appelletur priuatio vitæ corporalis: similitudinariè tamen priuari vita gloriæ, atq; incurrere calamitatem gehennæ, mors dicitur. Vnusquisque enim dicit uitam suam consistere in eo, in quo præcipuè delectatur. ideo propter delectationem, quæ est in visione beata, in ipsa dicitur consistere vita æterna: & in eius priuatione cum adflictione gehennæ, mors consistit: Sic ergo quantum ad theologos, quorum est considerare opera humana secundum quod regulantur lege diuina, peccatum mortale vocatur, quo quis beatifica visione priuari meretur: veniale vero, quod non meretur hanc pœnam. Hæc Durandus. Durãdus. Peccatum mortale, & ueniale cur dicatur.

¶Qui insuper ait, Cum delectatio voluntatis sequatur apprehensionem rationis, hinc sicut est duplex rationis apprehensio, utpotè simplex, quæ est in obiectum tantummodo, ac directè, sicut quando quis cogitat de fornicatione: & reflexa, quę est in actum, vt dum quis cogitat se cogitare de fornicatione: sic duplex est delectatio hos consequens actus, quia morosa delectatio, sequens simplicem actum cogitationis de fornicatione, aliove peccato mortali, semper est pctũ mortale. est.n. complacentia in actum peccati mortalis, quia in illud fertur voluntas solum per delectationem, quod est apprehensum per rationem. Sed per actum simplicis cogitationis de fornicatione, nihil apprehenditur nisi fornicatio, non cogitatio de fornicatione. aliàs non esset actus simplex, sed reflexus. ergo voluntas sequens huiusmodi simplicem actum, fertur solum per complacentiam in mortale peccatum, sicque peccat mortaliter. Delectatio vero sequens actum reflexum, potest esse de duobus, sicut & cogitatio, videlicet de principali obiecto, puta de fornicatione, & secundariò de cogitatione: quia hæc duo se habẽt obiectiuè ad actum reflexum, uidelicet dum quis cogitat se cogitare de fornicatione, & si delectatio sit de principali obiecto, erit peccatum mortale. Si verò de secundario sit obiecto, non oportet esse mortale. Imò quandoque est ueniale, ut dum quis sola curiositate cogitat talia, & de cogitatione huiusmodi delectatur. Aliquando verò nullum est peccatum, sed meritum: ut dum quis de talibus utiliter cogitat, uolens cõtra ea disputare, aut prædicare.

dicare. nec talis delectatur de peccato, sed considẽratione veritatum, & rationum salubrium. Hæc Durandus.

Henricus. ¶Postremò circa hæc scribit Henricus quodlibeto 6. qõne, qua quærit, Vtrum primi motus sunt peccata: In hac quæstione sicut in cæteris omnibus, his q̃ sunt fidei præsuppositis, oportet respicere ad naturam, quid recta ratio queat inuestigare. Itaq; aduertendum, q̃ originale peccatum duo includit, puta carentiã originalis iustitię, siue fuerit donum naturale, sine super naturale: & dispositionem illi cõtrariã, vtpotè obliquationem quandam in voluntate. quapropter in pœnam peccati rebellionem habent mẽbra contra voluntatem, vt erubescat libertas humani arbitrij, q̃ Dei imperium contemnẽdo, amisit propriorum membrorum dominiũ. Insuper inflicta est carni dispositio morbida, quę vocatur lãguor naturæ, quo in carne primo pullulat delectabilis motus, quem secundò apprehẽdit sensus. atq; per hoc tertiò vis appetitiua sensibilis organicè in carne existens, titillatur delectatione. & præueniũt. hi tres gradus, omnem penitus motum voluntatis. Consistunt quoq; in istis duo motus, qui appellanẽ primò primi: quorum vnus dr̃ suggestio à carne in appetitũ sensitiuũ, alter vocatur delectatio, seu desiderium in appetitu eodem, cũ quibus Augustinus libro primo de sermone domini, in monte, assumit voluntatis consensum pro tertio, & distinguit alios gradus tres in progressu ad peccatum, dicens: Tria sunt quibus completur peccatum, suggestio siue sit per memoriam, siue per corporis sensum. si autem consensio affuerit, peccatũ iam plenum erit, quasi à serpente fiat suggestio, & quædam suasio. In appetitu verò carnali, seu sensitiuo tanquam in Eua, delectatio: & in ratione quasi in Adam, consensio: Cũq; totus motus existens in carne, appetituq; sensitiuo, non sit aliud respectu voluntatis, nisi quædã suggestio, & titillatio ad cõdelectãdum: hinc Augustinus totum motũ, qui in carne, & sensitiuo appetitu præcedit, pro vno reputans, & cum illo annumerans tres gradus, quibus in peccatum proceditur mortale per actum voluntatis, distinguit tres gradus, quibus peccatũ mortale perficitur, libro de verbis domini dicens: Ad consuetudinẽ quadripartito quodam gradu peruenit anima. Primus enim est titillatio delectationis in corde, secundus consensio, tertius factum, quartus consuetudo. Præterea aduertẽdum, q̃ post illam titillationem, in qua consistit motus primò primus ante cõsensum volũtatis, in quo consistit peccatum mortale, est aliquis motus delectationis in voluntate, qui est veniale peccatũ, pro ut Augustinus exprimit, dicẽs: Sunt qui res illicitas cogitationibus suis obuias ita omnino abijciunt, vt nec delectentur in eis: sunt qui delectantur, nontamen consentiunt, in quibus nondum perfecta est mors, sed quodãmodo inchoata. Delectationi accedit consensio, iamq; est plena damnatio. post cõsensionem itur in factum. Ipsum factum in consuetudinem vertitur, & fit desperatio quædam Aduerte, quia quod hic dicitur, accedit consensio, & fit plena damnatio, idem est cum eo, quod dixit in libro de sermone domini, In mente si consensio fuerit, plenum peccatum erit, id est, mortale, quod intelligendum est de consensione deliberatiua, non subreptitia. Tunc q̃s est deliberatiua, quãdo postquã ratio percipit delectationem, & aduertit iudicando eam esse illicitam, adhuc volũtas se tenet in ea, nec cohibet eam. In tali ergo consensione deliberatiua primò consistit peccatum mortale, & quicquid præcedit in actu voluntatis, aut appetitus sensitiui, aut carnis, nullum peccatum est, aut veniale dũtaxat. Itaq; ante consensum uoluntatis per iudicium rationis præcedẽtis, duo ad minus præcedunt motus in voluntate vergente in peccatum, vtpotè motus delectationis, & motus consensus subreptitij. & appellantur motus secundò primi: Primi inquam, respectu omnium motuum, qui deinde fiunt in volũtate: & secundò primi, respectu præcedentiũ in sensualitate, & carne. Denique post istos motus primò primos, & secundò primos, qui præcedunt iudicium rationis, dum per rationis iudicium voluntas ut est arbitrio libera, consentit in delectationem, vt in ea se teneat, tunc est primus gradus peccati mortalis, in sola consensione existentis: siue in factum, ut in ipsum vlterius procedat, tunc est gradus secundus peccati mortalis existentis in consensione. Vnde super illud, Qui viderit mulierem ad concupiscendũ eam &c. loquitur Augustinus: Considerandũ quod CHRISTVS non dixit, Qui concupiuerit mulierem, sed qui viderit mulierem ad concupiscendũ Matt. 5. Augusti.
eam, id est, hoc fine, istoq; animo intenderit ut eam concupiscat: quod non est iam solum titillari delectatione carnis, sed planè consentire libidini, ita vt non refrenetur illicitus appetitus, sed si detur facultas, satietur. Et quod dictum est, postquam iudicium rationis præcessit, intelligendum est, vel debuit præcessisse: quia contingit consentire dupliciter, scilicet verè, seu formaliter, & interpretatiuè. Interpretatiuè inquam, quando ex delectatione voluntatis intantum ratio absorbetur, vt iudicio non posit intendere, negligitq; voluntas rationem mouere ad iudicandum: tempus quoq; permittit transire, in quo posset, & meritò deberet iudicare. Est igitur talis in peccatum progressus. Primò ex fomite fit motus quidã titillationis in carne ad libidinem, id est, ad carnalem concupiscentiam, quem apprehendit sensus in carne extensus, per cuius apprehẽsionem, primò mouetur appetitus sensitiuus sensui coniunctus motu delectationis, circa id, ad quod caro titillat. tertiò autem mouetur motu desiderij, ad prosequendum illud in opus, quem motum apprehẽdit ratio simplicis intelligentiæ, per cuius apprehensionem quartò mouetur uolũtas motu delectationis, condelectando apperitui sensitiuo: & quintò mouetur motu in delectationem, & sextò desiderio consensus subreptitij ad prosequendũ illud in opus, & iste est limes, ac terminus venialis peccati. Septimus est consensus interpretatiuus in delectationẽ, & est primus, & infimus gradus peccati mortalis, quod appellatur mortale ex delectatione morosa. Octauus est consensus verus in delectationẽ. Nonò est consensus in opus. decimò est ꝓgressus in opus, si adsit facultas. Vndecimò ex frequẽtia executionis oritur consuetudo. Duodecimò ex cõsuetudine sequitur desperatio. tertiodecimò ex desperatione obstinatio, iuxta illud Prouerbiorum: Peccato cum in Proue. 17.
profundũ venerit malorum, contemnit. Tunc vltimò, si quartodecimò sequitur finalis impœnitẽtia, quæ est perseuerans cordis duritia. ¶At vero motus primò primos quidam dicunt esse culpabiles, quia in se deformes sunt, & contra rectam rationẽ, à qua cohiberi debebat. Sed quæro ab his, vtrum primi motus sint peccata omissionis, an commissionis. Non commissionis directè, quia non imperantur à uoluntate: nec omissionis, quia nõ imputatur volũtati in culpam id, cuius omissionem nequit vitare. Si dicatur, quòd quamuis non sit in potestate volũtatis, omnes vniuersaliter prohibere, est tamen

Originale peccatum duo includit.

Peccatum tribus cõplẽtur.

Desperatio peccãdi sequitur assiduitatem.

Consentire in peccatum cõtingit dupliciter.

tamen in potestate eius singulos singulatim cohibere: obijcitur, ꝙ tunc non peccaret in his, quos vitare non valet, vtpote occupatus in alterius deuitatione. Verum pro horum intelligentia aduertendũ, ꝙ cum in peccato originali in non regeneratis sint duo, quorum vnum est incuruatio, quæ consistit in voluntatis obliquatione; secundũ est reatus, id est, obligatio ad pœnam pro carentia rectitudinis originalis iustitiæ ; secundũ istorum in baptismate expiatur, primum verò manet . Quibus duobus duo correspondent in motibus primus carnalis concupiscentiæ, vtpotè ipsius motis deformitas, & pœnę reatus debitus ei, quorum primum manet ad pœnã in regeneratis, sicut & obliquatio manet in voluntate, & fomes in carne: secundum expiatum est, ita ꝙ sicut neutrum istorum habet rationem peccati, in renatis ex parte reatus, sed solũ ex parte obliquationis, sic motus primò primi, & si rationem habeãt culpæ ex parte deformitatis pudendę: nullam tamẽ habent ex parte reatus. Et potest ex his dari ista distinctio. Motus primi considerari possunt dupliciter, sicut & quilibet actus virtutis, ac vitij. vno modo secundum se, & absolutè, quo ad dispositionem & formam actus : alio modo in respectu in finem, quo ad præmium debitum actui . Primò modo primi motus etiam primò primi, sine dubio sunt peccata tam in renatis, quàm in non renatis ; quoniam deformitatem habent in se contra regulas prudentiæ, rationisq; rectæ, quæ deformitas rationem vitij habet, quemadmodum contraria informatio rationem habet virtutis. hoc modo obliquatio dicta, rationem vitij habet: & fomes in carne eo modo, quo virtutes, & vitia cõceduntur esse in viribus sensitiuis, non per essentiam, sed participationem. Porrò secundo modo primi motus inquantum primò primi, peccata non sunt in renatis propter baptismatis expiationem, sed in non renatis, in quibus super reatu nulla expiatio facta est, omnino habent rationem peccati etiam, quo ad illos, qui non sunt in voluntatis potestate determinata ad reprimendũ, & quo ad maculam, seu deformitatem, & quo ad reatum. Et debet hoc peccatum in non renatis vocari non originale, sed actuale: quia ab actu proprio suę carnis, quamuis non voluntatis suæ perpetratur. Veruntamẽ ad hoc, ꝙ huiusmodi motus primò primus habeat rationẽ peccati, oportet ipsum reduci, ad actum alicuius voluntatis. dicuntq; aliqui ꝙ reducitur ad actum propriæ volũtatis in eo, qui non curauit baptismi gratiam consequi, vel ad actum voluntatis primi parentis, quod Augustinus potius sensisse videtur. Aliter autem soluit Augustinus: vno modo, ꝙ primi motus dicuntur peccata, non quia in se peccata sunt, sed quoniam ex peccato processerũt primi parẽtis, sicut ab originali principio, quod manet in ratione peccati in non regeneratis in ratione maculæ, ac reatus. Alio modo, quia si vincunt, faciunt reum peccati. Nam modo quodam peccatum vocatur, quod peccato factum est, sicut & lingua vocatur locutio, & manus scriptura, quæ manu est exarata. Hæc Henricus.

Motus primò primi quatenus culpæ habeant rationem.

August.

Dionysi.

¶In cuius dictis multa continentur, quæ secundum suas opiniones promuntur, vt quòd virtutes morales, & vitia eis contraria non sunt realiter in appetitu sensitiuo. Videtur demũ hic sequi opinionem Augustini, dicentis infantulos nõ renatos pro originali etiam sensibiliter in inferno puniri. Communior verò opinio est, & rationabilior valde, ꝙ motus primò primi, prout sunt ex causis purè naturalibus, nec in propria potestate habẽtis nullo modo habent rõnem peccati, propter causas à pręallegatis doctoribus inductas. nec originali peccato in infantibus aliquid debet̃ pęnę sensibilis in inferno.

QVAESTIO VII.

INsuper, vt vitetur, prolixitas, breuiter, & sine argumentis quæritur. *Quid sint synderesis, & conscientia*. ¶Respondet Thomas: Quemadmodum in motu naturalium rerum omnis motus ab immobili procedit mouente, prout octauo super Genesim Augustinus testat̃, Philosophus quoq; septimò, & octauo physicorum ostendit, sic in rationis processu oportet, ꝙ cognitiones, inquisitionesq; rationis ab aliquo principio cognoscitiuo, certo, quieto, & quasi immobili oriantur. hinc sicut ratio in speculatiuis procedit ab aliquibus per se notis, videlicet primis principijs: sic ratio practica à principijs operabilium per se notis procedit, & suas consideratio nes deducit, vt quod malum sit fugiendum, Deo quoq; sit obediendum, & virtutibus inhærendũ. Horum ergo principiorum habitus vocatur synderesis, sicq; synderesis à practica distinguitur ratione, tanquam innatus, & connaturalis habitus eius. Synderesis ergo, aut solum habitum nominat, vel potentiam rationalem habitui subiectam. Opponitur autẽ synderesi fomes semper ad mala inclinans, sicut synderesis iugiter malo remurmurat, atque ad bona inclinat. ¶Præterea conscientia multipliciter dicitur. Primò enim conscientia dicitur res conscita, iuxta illud ad Timotheum: Charitas procedit de conscientia bona, id est, spe secundum glossam, qa ex meritis, quæ conscientia tenet, motus, & actus spei exurgit. Secundò vocatur habitus, quo quis disponitur ad consciendum. sicq; lex naturalis, seu habitus rationis potest conscientia appellari. Secundum quosdam vero conscientia dicit potentiã. sed hoc valde extraneum, & impropriè dictum videt̃, cum nulli potentiæ competant actus, qui conscientiæ asscribuntur. Itaq; sicut septimo dicitur Ethicorum. Ratio in eligendis, ac fugiendis quibusdã utitur syllogismis. in syllogismo autem est triplex cõsideratio, secundum tres propositiones, quę sunt in eo, ex quarum duabus concluditur tertia. sic cõtingit, & in proposito, dum ratio in operandis ex vniuersalibus principijs circa particularia assumit iudicium. cumq; vniuersalia iuris principia ad synderesim spectent, rationes vero ad opus, magis appropriatè pertinent ad habitus, quibus ratio superior, atq; inferior abinuicem distinguuntur, synderesis, in hoc syllogismo ministrat maiorem, cuius cõsideratio est actus synderesis: minorem verò ministrat ratio superior, vel inferior, cuius consideratio est actus ipsius. sed consideratio cõclusionis elicitæ, est consideratio conscientiæ. Verbi gratia, synderesis hanc proponit: Omne malum culpæ vitandum est. ratio superior hanc subsumit: Adulterium est malum, quoniam lege Dei prohibitum, vel inferior ratio sic subsumit, adulterium est malum, quia iniustum, & inhonestum. ex quibus conscientia infert, ergo adulterium est uitandum, & ita indifferenter concludit de præsentibus, præteritis, & futuris. Conscientia namque de malis factis, remordet, & faciendis contradicit. & inde dicitur conscientia, quasi cum alio scientia, quoniam conscientia est applicatio vniuersalis notitiæ ad particularẽ. Vel etiam, quia per eam aliquis sibi conscius est eorum, quæ fecit, aut facere intendit. Propterea dicitur sententia, vel dictamen rõnis. Vnde, & conscientiã contingit errare non propter errorem synderesis, sed propter errorẽ rationis, quemadmodum in hæreti-

Th. Aq.

August, Philosop.

Conscientia multipliciter dicitur.

1. Tim. 1.

Philoso.

Conscientia qd.

hæretico patet, cui dictat conscientia sua, ꝙ potius se permittat comburi, q̃ iuret, qa superior ratio in eo peruersa est, in eo ꝙ credit iuramẽtũ simpliciter esse prohibitũ. Itaq; ex his constat, qualiter differãt synderesis, & lex naturalis, ac consciã, qa lex naturalis noĩat ipsa prima principia iuris, synderesis verò noĩat cognoscitiuum habitũ eorũdem, potentiãve cũ habitu, conscientia autẽ dicit applicationẽ quãdam legis naturalis ad operanda per modũ conclusionis cuiusdã. Ex præhabitis patet qualiter intelligendũ sit, quod loquit̃ Origenes: Conscĩẽtia est spiritus corrector, pædagogusq; aĩæ sibi sociatus, qua separatur à malis, & bonis adhęret. Damascenus verò disseruit, ꝙ conscientia est lex intellectus, quia videlicet ex habitu legis naturalis actus cõscientiæ elici præcipuè solent, atq; vt alij asserunt, conscientia est rõnis dictamen, quo iudicat aliquid faciendum, vel non faciendũ. Veruntamen iudicare aliter ad liberum arbitriũ, aliter ad synderesim. aliterq; ad cõscientiam pertinet. Nẽpe ad liberum arbitriũ pertinet participatiuè, qm̃ voluntatis per se non est iudicare, sed rationis. Iudiciũ verò per se, vel est in vniuersali, & sic ad synderesim pertinet: vel in particulari: tamen infra limites cognitionis consistens : & ita ad cõscientiam spectat. Hinc tam conscientia, q̃ electio conclusio quædã est particularis agendi, sed conscientia est conclusio cognitiua, electio conclusio effectiua: tales namq; sunt conclusiones in operatiuis, vt dicitur 7. Ethi. Interdũ quoq; conscientia pro synderesi sumitur, & econtra: conscientia tamẽ præcipitari dr̃, magis, q̃ synderesis, quia iudiciũ in vniuersali non ita corrumpitur, quemadmodũ circa particularia operanda. Hæc Thomas in Scripto.

Synderesis, lex naturalis, & consciã differunt.

Origenes.

Damasce.

Ar. 13. argu. 3.

¶Eadem scribit in prima parte Summæ, quæstione 79. vbi & Augustinum allegat in libro de libero arbitrio asserẽtẽ: In naturali iudicatorio sunt regulæ quædã veræ, & incommutabiles, virtutumq; semina, & hæc seu habitum horũ synderesim nuncupamus. Hæ etenim regulæ sunt prima principia operabiliũ circa, q̃ non contingit errare. Vnde & Basil. synderesim naturale iudicatoriũ vocat, nec propriè dicit potentiã. Conscientia verò noĩat actũ, vt patet ex his, q̃ ei attribuunt̃. Dr̃ namq; conscientia testificari, ligare, inuestigare, accusare, remordere, reprehendere, q̃ oĩa consequunt̃ applicationẽ cognitionis, seu sciæ nr̃æ, ad ea, q̃ agimus. Applicatio qppe ista tripliciter agit̃. Primò, secundũ quod recognoscimus nos aliqd fecisse, vel non fecisse, iuxta illud: Scit.n. consciã tua te crebro alijs male dixisse, sicq; consciã dr̃ testificari. Secundò, prout per nostram scientiã iudicamus aliquid esse agendum, & ita cõscientia dicit̃, instigare, atq; ligare. Tertiò, prout ex scientia nostra iudicamus aliquid bene factum, aut non bene, sicq; conscientia dicitur accusare, excusare, remordere, arguere. Hæc idem in Summa.

Conscientiæ applicatio fit tripliciter

Alexand.

¶Super his loquitur Alexander: Synderesis non solum denotat habitum, sed & potentiam habitualem. i. potentiam habitu informatam, loquendo de habitu naturali innato, nõ acqsito: cumq; habitualiter includat habitum, naturalem cognoscitiuum spectat ad rationem, seu intellectum. Nec obstat ꝙ super illud Ezechie. Facies aquilæ desuper ipsorum quatuor, scribit Gregorius: Dicunt plerique iuxta Platonem, rationabilitatem, & irascibilitatem, & concupiscibilitatem animæ vires, quartam ponentes super hanc, quam Græci synderesim vocant: Diuiditur enim contra rationem deliberatiuam.

Ezech. 1.

Gregor.

¶Præterea si quæratur, an secundum synderesim contingat peccare. Vr̃ ꝙ sic, quia nonnulli sancti dicunt eã præcipitari. Dicendum ꝙ secundum synderesim non est peccare, nec in ea est error. Præcipitari verò dupliciter sumitur. Primò pro ruere in peccatũ. Secundò mõ pro deficere à suo effectu, seu retardari ab eo, sicq; pręcipitari põt synderesis: cuius effectus est duplex, vnus à malis retrahere murmurando aduersus ea, alius est stimulare, & illuminare ad bonũ, & in his per pctã aliqualiter obnubilatur.

Præcipitari dupliciter sumitur.

¶Si verò quæratur, an aliquãdo vel in aliquibus totaliter extinguat̃. Dicendum, ꝙ nec in damnatis, totaliter extinguitur, imò remanet aliqs actus eius. Sunt. n. quidam effectus synderesis, quantum ad naturalem instinctum, & quantum ad displicentiã mali. Et hoc dupliciter. Primò, in comparatione ad pęnam, & quãtum ad hoc permanet in damnatis: qm̃ dolent, de malo culpæ inquantum est inductiuum tanti supplicij. Secundò, quantum ad displicentiam mali culpæ simpliciter, vt est peccatum, & ita in illis extinguitur. Hæc Alexander.

Synderesis ne i dãnatis quidẽ totaliter extinguitur.

¶Antisiodorensis vero lib. 2. suæ Summæ: Nobis (inqt) vr̃ ꝙ synderesis sit superior rõ. Albertus autẽ fatet̃: Synderesis est scintilla practicæ rõnis, semper micans ad bonum, & malo remurmurans. Præpositiuus demũ, & Antisio. dixerunt propriũ esse synderesis, nõ peccare secundũ se. Veruntñ comparatur ad duo, puta ad legẽ æternã, cuius participatio quędam est: & ad inferiùs, hoc est ad rationẽ, & voluntatem, seu liberũ arbitrium, supra quas est secundũ Gregorium, & ita interdum præcipitatur, per accidens, sicut miles equo cadente, q casus non est vitiũ militis, sed equi: nec refertur ad militem, nisi quia non tenuit equum freno ne cespitaret: sic interdũ imputatur synderesi peccatum rationis, & voluntatis, quia non tenuit eas ne caderent. Hæc Albertus.

Antisiod. Albertus.

Prępositi.

QVAESTIO. VIII.

VLtimò quærit̃ hic: *Vtrũ peccatum veniale fieri possit mortale.* Vr̃ ꝙ sic, quia hoc auctoritates multę sanctorũ insinuare videntur, vt cũ asserit Augustinus: Multę guttæ implent fluuium Item: Multa arena obruit. Hoc facit sentina neglecta, quod fluctus irruens. Secundò, delectatio ante deliberationẽ est veniale peccatũ, sed post deliberationẽ mortale. 2 In eodem autẽ actu, primo est delectatio, ante deliberationẽ, deinde post deliberationem: sic idẽ actus primò est veniale peccatum, & mox mortale. Tertiò, durante eodem actu, crescere potest mentis 3 auersio, & complacentia vana, & quod fieri cepit recta intentione, prosequi potest, & continuari intẽtione valde peruersa: sicq; idem actus primò fuit culpa venialis, deinde mortalis. Quartò, dispositio 4 secundum Philosophum in prædicamentis, per reiterationem actionum fit habitus, veniale autem est dispositio ad mortale, ergo fit mortale.

Arguitur primò cõtra ueritatem.

¶In oppositum est, ꝙ mortale, & veniale habent proprietates prorsus contrarias, & distant in infinitum vt eorum punitio manifestat, speciemq; à contrarijs finibus sortiuntur.

In oppositum.

¶Ad hoc Thomas respondet: Quæstio hæc tripliciter potest intelligi. Primò, an vnus numero actus primò venialis, deinde fiat mortalis: & hoc esse nõ valet, qm̃ vnus actus nõ est nisi semel, nec põt reiterari permanens numero vnus & idem. Secundò, an actus ex suo gñe venialis aliquo mõ fiat mortalis: & hoc fieri põt vt si tam immoderatè complaceat, ut in eo, seu eius obiecto finis vltimus statuat̃. Tertiò, an multa venialia tantæ sint grauitatis, vt pertingãt ad enormitatem peccati mortalis: & hoc (per se loquẽdo) est in impossibile, qa reatus, & macula culpæ mortalis in infinitũ distat à reatu, & offensa venialis

Th. Aqui.

nialis

nialis peccati: quoniam per mortale peccans priuatur bono increato immenso, per veniale autem bono creato caduco, sed per accidens fieri põt istud. Cum etenim veniale dispositio fit ad mortale, q̃to quis sæpius, ac grossiùs venialiter peccat, tanto fit pronior ad peccandum mortaliter, magisq; placet ei id, ad quod consuescit, sicq; intelligendę sunt auctoritates prætactę & eis consimiles.

Veniale fit mortale per accidens.

¶ Ad secundũ ergo, & tertiũ r̃ndendum, φ delectatio in sensualitate existẽs, nunq̃ fit mortalis, imò consensus rõnis adueniens est alius, & alia delectatio eius, cũ diuersarũ potẽtiarũ nõ sit numero vnus actus, aut delectatio eadem. Iccirco nõ sequitur, φ actus idẽ primò venialis, postmodũ fit mortalis. Deniq; actus q̃dã continuus, q̃uis fit vnus s̃m esse naturæ consideratus, diuersus t̃n est secundũ esse morale acceptus, imò pro duobus actibus reputatur.

Diluuntur argumenta.

¶ Ad vltimũ, φ dispositio ꝓpriè dr̃ id, quod se habet vt in cõpletũ in motu ad perfectũ, quod est terminus motus, sicut addiscens est in dispositione ad sciam, q̃ est terminus disciplinæ. Verũ terminus motus est duplex. Vnus, q̃ eiusdem est gñis: alius, q̃ gñis est alterius: sicut terminus alterationis eiusdẽ gñis est qualitas, terminus verò alterationis existens alterius gñis est forma substantialis. Dispositio ergo põt habitus fieri, loquendo de termino eiusdẽ gñis, sicut calor imꝑfectus fit calor intensus. Si aũt accipiat terminus motus existens alterius gñis, hoc nũquã contingit: sicut calor, quantũlibet augeatur, nũquã fit forma suubstantialis ipsius ignis. Cũq; venia le sit dispositio ad terminum tanq̃ ad bonũ alterius generis, non potest fieri mortale, vt dictum est. Hæc Thomas in Scripto. Idem in 1. Secundæ, quæstione 88. In Summa quoque contra Gentiles 3. libro.

Ad quartum.

A

Redit ad liberi arbitrij considerationem.

Distinct. 25. Diffinitio liberi arb.

Iam verò ad propositum redeamus, s. ad liberi arbitrij tractatum. Quod philosophi diffinientes, dixerunt liberum de voluntate iudicium: quia potestas ipsa, & habilis voluntatis, & rationis (quam supra diximus esse liberũ arbitriũ) libera est ad vtrumlibet, quia liberè potest moueri ad hoc, vel ad illud. Liberum ergo dr̃ arbitrium, quantũ ad voluntatem: quia voluntariè moueri & spontaneo appetitu ferri ad ea põt, quę bona vel mala iudicat, vel iudicare valet.

B

Quod liberum arbitrium nõ pertinet nisi ad futurũ, nec ad omne futurũ.

Hoc aũt sciendũ est, φ liberũ arbitriũ ad p̃sens, vel ad p̃teritũ non refert, sed ad futura cõtingentia. Quod. n. in p̃senti est, determinatũ est: nec in ptãte nr̃a est, vt tunc sit, vel nõ sit, q̃n est. Põt. n. non esse, vel aliud esse postea: sed non põt nõ esse dũ est, vel aliud esse dũ. i. q̃d est: sed in futuro, an hoc sit, vel illud ad ptãtem liberi arbitri spectat. Nec t̃n oĩa futura sub ptãte liberi arbitrij veniunt, sed ea t̃m, quæ per liberũ arbitrium possunt fieri, vel non fieri. Si quis. n. tale quid velit, ac disponat facere, quod in eius nullatenus fit ptãte, vel quia sine ipsius dispositione æquè fieret, in hoc ipse liberum nõ habet arbitrium.

C

Quòd supra posita descriptio liberi arbitrij non conuenit Deo, nec his, qui glorificati sunt.

Et q̃dẽ s̃m p̃dictã assignationẽ, in his t̃m vr̃ esse liberum arbitriũ, q̃ voluntatẽ mutare & in contraria possunt deflectere. In quorũ videlicet ptãte est eligere bonũ, vel malũ, & vtrũlibet s̃m electionẽ facere, vel dimittere scd̃m q̃d nec in Deo, nec in his oĩbus, q̃ tanta beatitudinis gratia sunt roborati, vt iã peccare nequeãt, liberũ arbitriũ esse neq̃t. Sed φ Deus liberũ arbitriũ habeat, Augu. docet in lib. 22. de Ciuitate Dei, ita inq̃ens: Certè Deus ipse nunq̃d q̃m peccare non põt, ideo liberum arbitriũ habere negandus est? Ambrosius quoq; in lib. de Trinitate ait: Paulus dicit, q̃a oĩa operat̃ vnus, atq; idẽ spiritus diuidens singulis prout vult. i. pro liberæ uolũtatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio.

Aug. li. 22. de ciuitate Dei, ca 30. Amb li 2. de fide ad Grati c 3. 1. Cor. 12.

D

Qualiter in Deo accipitur liberum arbitrium.

Sed aliter accipit̃ liberũ arbitriũ in creatore, q̃ in creaturis. Dei etẽ liberũ arbitrium dr̃ eius sapientiss. & oĩpotens voluntas: q̃ nõ necessitate, sed libera voluntate oĩa facit ꝑut vult. Ideoq; Hieronymus attẽdens nõ ita esse liberũ arbitriũ in Deo sicut est in creaturis, ab ipso vr̃ liberũ arbitriũ excludere in homilia quadã de filio prodigo dicẽs: Solus Deus est, in quẽ pc̃m nõ cadit, nec cadere põt. Cætera cũ sint liberi arbitrij, in vtrãq; partẽ flecti pñt: Dũ ait, cætera: indicat liberũ arbitriũ sicut est in cæteris, non ita esse in Deo.

Hierony. de filio ꝓdigo. Luc. 15. c

E

Quòd angeli, & sancti, qui iam beati sunt, habent liberum arbitrium.

Angeli verò & sancti, qui iã cum dñ o feliciter viuunt, atq; ita gratia beatitudinis cõfirmati sunt, vt ad malũ flecti non velint, nec possint, libero arbitrio nõ carẽt. Vnde Augustinus in lib. vicesimosecundo de Ciuitate Dei ait: Sicut prima immortalitas fuit, quã peccando Adã perdidit, posse non mori, ita primum liberũ arbitriũ, posse non peccare: nouissimum, non posse peccare. Idẽ in Ench. Sic oportebat priùs hoĩem fieri, ut bñ velle posset, & male. Postea vero sic erit, vt male velle nõ possit, nec ideo carebit libero arbitrio. Multo q̃ppe liberiùs erit arbitriũ, quod oĩno non poterit seruire pc̃tõ: neq; aut volũtas non est, aut libera dicẽda non est, qua beati sic esse uolumus, ut esse miseri non solũ nolimus, sed nequaq̃ ꝓrsus velle possimus. Sicut ergo aĩa nr̃a nunc hẽt nolle infelicitatem,

Aug. de ciuitat. Dei, li. 22. c. 30. Aug. in Enchir c 105.

tem, ita nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo seruandus fuit, quo deus voluit ostendere quàm bonum sit animal rationale, quod etiã peccare possit: q̃uis sit melius, φ peccare non possit. Ecce his verbis euidenter astruitur, φ post beatitudinis confirmationem erit in homine liberum arbitrium, quo peccare non poterit, & nunc in angelis est, & in sanctis, qui cum domino sunt, & tanto vtiq; liberiùs, quanto à peccato immuniùs, & ad bonũ ꝓnius. Quo enim quisq; ab illa peccati seruitute, de qua scriptũ est: Qui facit pc̃m̃, seruus est peccati, longiùs absistit, tanto in eligendo bonũ liberiùs h3 iudicium. Vñ si diligenter inspiciatur, liberum videtur dici arbitrium, quia sine coactione, & necesitate valet appetere vel eligere, quod ex ratione decreuerit.

Ioh. 8. d. Quare dicatur esse liberum arbitrium.

F

De libertatis arbitrij differentia secundum diuersa tempora.

Ex prædictis perspicium fit, φ maior fuit libertas arbitrj prima, q̃ secunda, & tertia multo maior, q̃ secunda vel prima. Prima enim libertas arbitrij fuit, in qua poterat peccare, & non peccare. Vltima verò erit, in qua poterit non peccare, & non poterit peccare. Media verò, in qua potest peccare, & non potest non peccare ante reparationem etiã mortaliter, post reparationem verò saltem venialiter.

G

De quatuor statibus liberi arbitrij non homine.

Et possunt in hoĩe notari quatuor status liberi arbitrij. Ante peccatum enim ad bonũ nil impediebat, ad malum nil impellebat. Non habuit infirmitatem ad malum, & habuit adiutorium ad bonũ. Tunc errore rõ iudicare, & uoluntas sine difficultate bonũ appetere poterat. Post peccatum verò ante reparationem gratiæ permitur à concupiscentia, & vincitur, & habet infirmitatem in malo, sed non habet gratiam in bono, & ideo potest peccare, & non potest non peccare, etiam damnabiliter. Post reparationem verò ante confirmationem premitur à concupiscentia, sed non vincitur, & habet quiinfirmitatem in malo, sed gratiam in bono: vt possit peccare propter libertatem, & infirmitatem, & possit non peccare ad mortem propter libertatem, & gratiam adiuuantem: nondum tamen habet posse omnino non peccare, vel non posse peccare, propter infirmitatem nõdum perfectè absorptam, & propter gr̃am nondum plenè consummatam. Post confirmationem verò infirmitate penitus consumpta, & gratia consummata, nec vinci poterit, nec premi, & tunc habebit non posse peccare.

H

De corruptione liberi arbitrij per peccatum.

Vnde manifestũ est, φ p̃ter alias penalitates ꝑ pc̃tõ illo incurrit hõ pęnã in corruptione, & depressione liberi arbitrij. Per illud nãq; pc̃m̃ naturalia bona in ipso hoĩe corrupta sunt, & gratuita detracta. Hic est eñ ille, q̃ à latronibus vulneratus est, & spoliat⁹ Vulneratus, q̃ idẽ in naturalib⁹ bonis, q̃bus non est priuatus: alioquin nõ posset fieri reparatio. Spoliatus verò gratuitis, q̃ ꝑ gr̃am naturalibus addita fuerãt. Hæc sunt data optima, & dona ꝑfcta, quorũ alia sũt corrupta ꝑ pc̃m̃. i. naturalia, vt ingeniũ, memoria, intellectus. Alia subtracta. i. gratuita, q̃q̃, & naturalia ex gr̃a sint. Ad gñalẽ dei quippe gr̃am ptinent. Sæpe t̃n hmõi fit distinctio, cũ gratiæ vocabulnm ad speciẽ, nõ ad genus refertur. Corrupta est ergo libertas arbitrij ꝑ pc̃m̃, & ex parte perdita. Vñ Aug. in Enchir. Libero arbitrio male vtens homo, & se ꝑdidit, & ipm̃. Cũ eñ libero arbitrio peccaret̃, victore pc̃tõ, amissum est, & liberũ arbitriũ. A quo eñ, quis deuictus est, huic seruus addictus est. Ecce liberũ arbitrium dicit hoĩem amisisse, non quia post pc̃m̃ non habuerit liberum arbitriũ: sed, q̃a libertatẽ arbitrij ꝑdidit, nõ q̃dẽ oẽm, sed libertatem à miseria, & à pc̃tõ

Lucæ 10. c

August. in Ench. c 30.

I.

De libertate à necessitate

De tribus modis libertatis arbitrij.

Est nãq; libertas arbitrij triplex, sc3 à necessitate, à pc̃tõ, à miseria. A necessitate, & ante pc̃m̃, & post æque liberũ est arbitriũ. Sicut enim tũc cogi nõ poterat, ita, nec mõ. Iõq; volũtas meritò apud deũ iudicatur, quæ sꝑ à necessitate libera est, & nunq̃ cogi põt: vbi necessitas, ibi non est libertas: vbi non est libertas, nec voluntas, & ideo nec meritũ. Hæc libertas in oĩbus est tam in malis, q̃ in bonis. Est, & alia libertas ã pc̃tõ, s. de qua dicit Apost. Vbi spũs domini, ibi libertas. Et veritas in euang. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Hæc libertas à seruitute peccati liberat, & seruos iustitiæ facit: sicut econuerso seruitus pc̃ĩ, liberos iustitiæ facit. Vnde Apost. Liberati à peccato, serui estis iustitiæ. Et item: Cũ serui essetis pc̃ĩ, liberi fuistis iustitiæ. Hanc libertatem peccãdo hõ amisi. Ideoq; Aug. dicit, φ homo male vtens libero arbi. & se ꝑdidit, & ipsum quia perdita est per peccatum libertas, non à necessitate, sed à pc̃tõ. Qui enim facit pc̃m̃, seruus est peccati.

De libertate à pc̃tõ. 2. Cor. 3. d Rom. 6. d

Aug. in Enchir. ca. 2. Iohan. 8. d

Qui habent hanc libertatem, scilicet à peccato, & per quid.

Istam libertatem, quæ est à peccato, illi soli nunc habẽt, quos filius per gratiã liberat, &

Aug. in Enchir. c. 30. & reparat: non ita, ꝙ penitus sint sine pctō in hac mortali carne, sed vt in eis peccatū nō dominetur neq; regnet. Et hæc est vera, bona libertas, quæ bonam parit seruitutē, scilicet iustitiæ. Vnde Augustinus in Enchiridio ait: Ad iustitiam faciendā non erit aliqs liber, nisi à peccato libertatus, eē iustitiæ cœperit seruus, & ipsa est vera libertas, ꝑꝑ recti facti lætitiam: simul, & pia seruitus, ꝑꝑ præcepti obedientiam. Est alia libertas non vera, multæ seruituti adiuncta, quæ est ad malum faciendū, vbi rō dissentit à volūtate, iudicans non esse faciendū, quod voluntas appetit. Ad bonū verò faciendum concordat ratio voluntati, & ideo ibi vera libertas est, & pia. De libertate aūt ad malum, & seruitute mala ait Augustinus in Enchi. Serui addicti peccato, scilicet quæ potest esse libertas, nisi qū eum peccare delectat? Liberaliter enim seruit, qui sui domini voluntatem libēter facit, ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est.

M *Quæstio de libertate ad malum, an sit ipsa libertas liberi arbitrij. an alia.*

Respōsio secundum quosdam. Hic quæri pōt, vtrū hæc libertas, qua ,qs liber est ad malū, sit libertas arbitrij. Si eñ lībertas arbitrij est, bonū qdē est, quia libertas arbitrij bonū naturale est. Quibusdā videt, ꝙ sit ipsa libertas arbitrij, quæ semper bona est, sed ꝑꝑ pctī seruitutē ad malū fit liberior, & pronior, & ideo dr̄ non esse vera libertas, quia ad malum est. Alijs autem videt, ꝙ hæc libertas ad malum (quā supra commemorauit August.) non sit ipsa libertas arbitrij sed sit quadam pronitas peccandi, & cuiuitas, quæ ex peccato est, & mala est.

N *Quæstio alia de libertate ad bonum, an ipsa est libertas arbitrij, an non.*

Similiter etiā, quæri solet, vtrū illa libertas vera est, quæ ad iustitiā faciēdā sit ipsa libertas arbitrij. Quidam dicunt illam eandem esse, sed reparatā per gr̄am: qua iuuāte, libera est ad bonū, sine gratia verò nō est libera ad bonū. Vñ Aug. in Enchir. Ista libertas ad bene faciendum vnde erit hoī addicto, & vēdito sub peccato, nisi eum redimat ille, q dicit: Si filius uos liberauerit, verè liberi eritis. Quod anteq̄ fieri in hoīe incipiat, quomodo, quisq̄ de libero arbitrio gloriatur, qui nondū est liber ad operandū bene? Ecce apertè ostendit liberum arbitrium per gratiam liberari, vt per illud benè operet quis. Ideoq; dicunt illam libertatē veram, quæ est ad benè faciēdū, cuius supra meminit Augustinus, esse libertatem ipsam arbitrij, gratia dei libertatem, & adiutā. Alij verò putāt non esse ipsam arbitrij libertatem, sed aliam quādam, quæ ex gratia, & libero arbitrio in mente hominis Deo operante incipit esse, cum reparatus est.

Aug. in Enchir. c. 30. Ioan. 8. d

O *Certa determinatio vtriusq; quæstionis, qua dicitur libertas ad bonum & ad malum esse libertas arbitrij*

Verū nobis magis placet, vt ipsa libertas arbitrij sit, & illa, qua qs liber est ad malū, illa & qua qs liber ē ad bonū faciēdū. Ex causis eñ uarij sortiē diuersa vocabula. Dr̄. n. libertas ad malū faciēdū, anteq̄ ꝑ gratiā sit reparata: sed cū ꝑ gratiā fuerit reparata, dr̄ libertas ad bonū faciendū, qa ante gr̄am libera est voluntas ad malū, ꝑ gr̄am verò libera fit ad bonum. Semper ergo voluntas hoīs aliquo mō libera est, sed non semꝑ bona est. Non eñ est bona, nisi à peccato liberata, est tamen à necessitate libera. Vñ Aug. in li. de gratia, & libero arbitrio: Semper in nobis voluntas libera est, sed non semper bona est. Aut enim libera est iustitiæ, quando seruit peccato, & tunc est mala: vt à peccato libera est quando seruit iustitiæ, & tunc est bona.

Aug. in li. de gratia & libero arbitrio c. 15. Rom. 8. d.

De liberate à miseria.

Est iterū libertas à miseria, de qua Apls ait: Et ipsa creatura liberabit à seruitute corruptionis in libertatē gloriæ filiorū dei. Hanc libertatē habuit hō añ pctm̄, quia omni carebat miseria, & nulla tāgebat molestia, & pleniùs habebit in futura beatitudine, vbi miser esse non poterit. Sed in hac uita, quæ est inter primum peccatum & ultima confirmationem, nemo à miseria liber est, quia pœna peccati non caret.

P *Repetit de corruptione liberi arbitrij, vt addat alia*

Ex prædictis apparet in quo per peccatum sit imminutum, uel corruptum liberum arbitrium, quia ante peccatum nulla erat homini difficultas, nullumq; impedimentum de lege membrorum ad bonum, nulla impulsio, uel instigatio ad malum. Nunc autem per legem carnis ad bonum impeditur, & ad malum instigatur, ut non possit uelle & perficere bonum, nisi per gratiam liberetur, & adiuuetur, quia ait Amplius: Peccatum habitat in carne. Liberum ergo arbitrium cum semper, & in singulis sit, liberū non est: tamen pariter liberum, & in bonis, & in malis & ad bona, & ad mala. Liberius est enim in bonis ubi liberatum est, quàm in malis ubi liberatū non est. Et liberus est ad malum, quod ꝑ se potest, qua ad bonum, quod nisi gr̄a liberetur & adiuuet non potest.

De liberta

De libertate, quæ sit ex gratia, & quæ ex natura.

Libertas ergo a peccato, & a miseria per gr̄am est, libertas uerò a necessitate per naturā. Vtranq; libertatem, naturæ. s. & gratiæ, notat Apostolus cum ex persona hoīs non redēpti ait: Velle adiacet mihi, perficere aūt bonum non inuenio. Ac si diceret, habeo libertatem naturæ, sed nō habeo libertatem gr̄æ: ideo non est apud me perfectio boni. Nam uoluntas hoīs, quam naturaliter habet, non ualet erigi ad bonum efficaciter uolendū, uel opere implendum, nisi per gr̄am liberetur, & adiuuetur. Liberetur quidem, ut uelit: opari, sed miserentis Dei, qui operatur in nobis uelle, & operari bona, cuius gratiam nō aduocat hoīs uoluntas, uel operatio, sed ipsa gratia uoluntatem præuenit præparando, ut uelit bonum, & præparatam adiuuat ne frustra uelit, id est, ut perficiat.

Rom. 7 c

Rom. 9 c

Distin. 25. TRactatum de libero arbitrio præcedenti distinctione inchoatum, prosequitur hic Magister, primò oñdens qualiter a philosophis diffiniat: deinde loquit de liberi arbitrij obiecto, videlicet, circa quæ versetē: & oñdit, ꝙ nec præterita, nec pñtia, sed solum futura concernit, atq; de eius subiectis, utpote quibus conueniat. Insuper mouet dubia circa liberum arbitriū, & triplicē libertatis distinctionem inducit, & quadruplicē statū, differentiamq; bimēbrē, de libertate, videlicet naturæ, & gr̄æ, & posset dr̄ia tertia addi de libertate gloriæ, q̄ & comprehendi pōt sub griatia.

QVAESTIO I.

Arguitur primo cōtra ueritatem. HIc quæritur primò, [in quibus sit libprum arbitrium.] Vr̄ ꝙ non in Deo, quia eius obiectū æternum est, & inuariatū, liberū aūt arbitriū respicit actus humanos, pr̄sertim futuros, ut ferr̄ in litera. Vr̄ quoq; quod nec beatis cōueniat, cum sit maximè determinati ad unū, & immobilitati in bono.

Albertus. Damasc. ¶Ad hęc rñdet Alber. Liberum arbitrium in solis est rōnalibus substantijs, in quibus sunt, ꝙ silium, electio, sententia, & volūtas, vt asserit Damas. ꝛm quod consilium dr̄ appetitus inquisitiuus in rebus, quæ sunt fiendæ in nobis. Consiliat etenim libero arbitrio, an debeat rem perpetrare, an non, deinde iudicat quid meliùs, & uocatur iudicium: consequēter disponit, quod ex consilio iudicatum est, & noiat snia, demum post snīam, vel dispositionē fit electio, quæ ex duobus propositis unum optare pre altero. Itaq; nō sufficit ad liberū arbitrium nō cogi necessitate ad opus, nec hoc, ꝙ agat non ex necessitate naturæ, imo requirit̄, ꝙ agat ex libera electione, liberoq; consilio, nec feratur impetu passionis iccirco, nec brutis inest, nec inanimatis. Porro in Deo est liberum arbitrium, summa, & excellentissima libertate, q̄ suꝑliberrimus facit oē, quod vult, nec necessitate, nec indigētia, nec debito obligatur ad aliquid.

Liberū arbitriū Deo attribuit.

Obiectio. ¶Si autem obijciat, quòd liberū arbitrium iuxta præhabita est vis, qua bonum eligitur gratia assistē te, quod Deo non competit: Deo quoq; non competit cōsiliari, quia, vt asserit Damas. cōsil ū est ignorātis naturæ, imò nec electio propriè ꝛm eundem.

Dilutio. ¶Dicendum, quòd illa descriptio non est uera diffinitio liberi arbitrij, nec sic conuenit Deo, sed verè, & eminenter prout dicit increatam potentiā liberrimè operantem: electio quoq; aliter competit creatori, aliter creaturis sic, & consilium. Nempè consilium, ut est ignorantis, ac dubitantis naturæ, Deo non conuenit: sed prout a Gregorio diffinitur dicentē: Consilium est certa diffinitio fiēdorum, sic & electio prout est determinatio voliti.

Gregor.

¶Si denuò inquiratur, an vniuocè, uel æquiuocè conueniat ista Deo glorioso & creaturis. Dicendum, quòd neutro modo, sed analogicè, quia per priùs, & excellentiùs conuenit conditori.

¶Præterea tam in beatis, q̄ damnatis est liberum arbitrium, ꝛm quod magister in textu illud diffinit, dicendo: Liberum arbitrium est liberum de uoluntate iudiciū. In confirmatis namq;, atq; dānatis uolūtas libera est ab omni coactione, cū nec aliqd fit, qd̄ cōpellat beatos ad bonū, aut dānatos ad malū: sed solus stat̄ illorū sic exigit, ut beati velint bonū, nec possint velle malū: dānati verò uelint malū, nec valeāt velle bonū. Verūtn beati hñt necessitatē cōfirmationis, quę est ꝛm exigētiam diuinæ iustitiæ, nec aliquid tollit de libertate, Hæc Albertus.

¶Hinc Thomas: Nil, inquit agit, nisi ꝛm quod est in actu. Hinc oportet oē agens esse determinatum ad alteram partē. Quod. n. ad utrumlibet se habet, æqualiter est quodāmodo in potentia respectu vtriusq;. Ideo 2. Physicorum loquit̄ Commentator: Ab eo quod est ad utrumlibet, nil sequitur nisi determinetur. Determinationem autem agētis oportet esse ab aliqua cognitione finem actioni præstituēte: cognitio verò hoc faciens, in quibusdam coniuncta est operanti sicut in intellectuali substantia, in aliquibus separata, ut in naturali agente. Vñ & opus naturæ dr̄ opus intelligentiæ, nec aliquid potest sibi ipsi præstituere finem, nisi finem agnoscat, & rōnem eius, ac mediorum ad finem. Hinc iudicium propriarum actionum non conuenit nisi intellectuali substantiæ, in cuius pōtē est eligere istam, seu illā actionum, ꝑꝑ quod dñium sui actus habere asserit̄. Hinc soli tali substantiæ conuenit liberum arbitrium possidere. Hæc Thomas, qui de his plura scribit tā hic, q̄ in Summa, de quibus cum satis videantur inducta, pertranseo. Concordant his Petrus, Richardus, alijque communiter.

Tho. aqui.

Auerrois.

¶Bonauentura quoq;: Liberum, ait, arbitrium in in solis intellectualibus, & rōnalibus substantijs inuenitur. Cuius rō sumitur tam ex parte libertatis, q̄ ex parte arbitrationis. Ex parte libertatis, quia libertas opponitur seruituti, hinc illa sola potentia dr̄ libera, quæ sui actus habet dñium plenum, tam respectu obiecti, q̄ respectu proprij actus, & hæc est sola rōnalis potentia, quæcunq; appertibilia potest aptere, utpote bona utilia, bon delectabilia, bona honesta, nec ad appetitionem cogitur alicuius istorū. Hæc Bonauētura, qui circa hæc scribit multum diffusè, & plurimas mouet quæstiones, sicut & Alexander, qui concordat in his.

Bonauen. Libero arbitrio prędicta est sola intellectualis natura.

QVAESTIO II.

Arguitur primo cōtra ueritatem. SEcundò quæritur [an liberum arbitrium possit cogi] sic, quia voluntas cogi potest, cum secundum philosophos quædam sint actiones uoluntariæ, quædam inuoluntariæ, & aliquæ mixtæ, sed

liberum arbitrium est ipsa uolũtas,aut actus,uel ha
bitus eius,nec aliquid est in hoĩe liberius volũtate,
Aug.dicẽte: Nihil ita est in uoluntatis ptãte, ut ipsa
2 uoluntas.¶Secundò,quidam tyranni compulerunt
quosdam fidelium idola adorare,thura imponere,
Chr̃m negare.¶Tertiò in scripturis frequenter insi-
3 nuaẽ hoc ipsum,sicut i Genesi: Cõpulit eos oppido
.i.valde,ipse Loth angelos.In euang. quoq; coege-
runt discipuli Iesum.

Gen 19. Lucæ 24.

In oppositum. ¶In oppositum sunt auctoritates sanctorum.

Bonauen. ¶Ad hoc rñdet Bonauen. Est loq de libero arbit. quãtum ad actum suum exteriorem, & quãtum ad actum interiorem, & rursus, quo ad actum ꝓpriũ, & quo ad actum alienum,& respectu actus exterioris põt interuenire coactio:põt.n.qs cõpelli, ut genua coram idolo flectat:sed quo ad actum interiorem,q est uelle,eligere,ꝯsentire,põt aliquo mõ induci,aut impelli,nullatenus cogi.Induci etenim põt ꝑ amorem,& ꝓmissionem,ꝓsperitatem, & per timorem aduersitatum:impediri ẽt ꝑ nimiam læsionem, & furiam,non aũt cõpell :qa hanc dignitatẽ sortiẽ, inquantum liberum,ac soli Deo subiectum. Verũtñ qa inductio vr̃ esse q̃dam coactio, ꝓsertim ẽm iura humana,q̃ dicunt illud,quod fit cã metus non eẽ ꝓ rato habendum,potissimè de metu, q cadere põt in virum constantem,qa attẽdunt opa exteriora:hinc interdum dr̃,qs compelli, tñ in ueritate nõ est istud coactio,imo stat cum uoluntatis libertate,sed potiꝰ amori, & plenitudini voluntatis repugnat. Non.n. tam plenè uult aliqs,qñ uult ex conditione,sicut dũ uult absolutè, ut patet de mercium proiectione in mare.Nihilominus saluaẽ ibi uoluntatis,libertatisq; rõ,ꝑꝑ ꝙ talis metus non excusat coram Deo a culpa, ut patuit in beati Petri negatione.Hęc Bonauen. Qui insuper quærit hic, vtrum liberum arbitrium queat a Deo cogi.Rñdet,Qõ ista intelligi põt dupliciter.Primò,an Deus posit rõnali creaturæ libertatem auferre,eamq; auferendo coactionem inducere.Constat,quod Deus de immensitate suæ potẽtiæ posit hoc.Secundò,an Deus hoc ualeat salua liberi arbitrij proprietate,atq; natura : & hoc mõ non solum est impossibile,imo nec intelligibile:qm̃ implicat.Nempè eo ipso,quo liberũ est,liberè uult. Itaq; liberum arbitrium capax non est absolutæ coactionis.Hæc idem.Consonat Alexander.

Voluntatis actus interior est coactione superior.

Tho.aqui. Coactio duplex. ¶At verò Thomas; Duplex est, inquit, coactio, quædam sufficiens,quæ uocatur compulsio: insufficiens alia,& noĩaẽ impulsio.In potentijs igiẽ animæ quædam queũt compelli,& hoc dupliciter. Primò, ex parte subiecti,ut uires organicæ,quæ cum sine organis suis operari non ualeant,compulsis,aut prohibitis organis,compellunẽ,aut ꝓhibenẽ actus earũ: secundò ex parte obiecti,ut inorganicæ vires, sicq; intellectus efficacia, & euidentia demonstrationis cogiẽ ad consensum:uoluntas aũt neutro mõ, quia nec organo est affixa,neq; obiecto Quantumcunq; etenim aliquid ostenditur bonum, nihilominus in uoluntatis remanet potestate illud eligere, & non eligere,quia obiectum intellectus est uerum : obiectum aũt uoluntatis est bonum.

Intellectꝰ cur cogi ꝗat ad cõsensum. Inuenitur aũt aliqd uerum,in quo nulla falsitatis apparentia põt misceri,ut patet in primis principijs,quibus necessariò intellectus consentit.Inuenitur quoq; aliquod falsum quod nullam veri apparentiam habet,ut propositiones contrariæ primis principijs; Hinc intellectus illis assentire non ualet. Similiter si uoluntati proponaẽ aliquod bonum,quod plenam boni habeat rõnem,ut ultimus finis ꝑꝑ quem omnia appetunẽ, nõ potest hoc non uelle. Vnde nullus potest non uelle esse felix, aut uelle miser esse. Porro in his, quæ ad finem ultimum ordinanẽ, nil inueniẽ tam malum, quin aliquid boni habeat sibi admixtum: nec aliqd adeo bonum,quod in cunctis sufficiat. Ideo quantumcunque talia præsententur, ut bona, uel mala, potest liberum arbitrium adhærere, & resurgere rõne alterius, quod in ipso est, iccirco in vniuersis, quæ cadunt sub electione,libera manet uoluntas, in hoc solum determinationem sortita, quod beatitudinem naturaliter appetit:non tamen determinatè in isto,aut illo. Sic ergo quamuis Deus sua infinita uirtute voluntatem creatam immutet, afficiat, & multipliciter imprimat in eandem, non tñ necessitat eam, imo ẽm uoluntatis naturam, & dispositionem influit ei,ita ꝙ spontè, & liberè agit. Nec cœlestes causæ aliquid necessitatis influunt ei, prout hoc super primum pleniùs est ostensum. Hæc Thomas.

Artic. Petrus. Richard. ¶De his etiam scribit in prima parte quæstione 83. Et in Summa contra Gentiles,ut super primum Sententiarum est allegatum.Concordãt his Petrus, & Richardus.

Quæstio. Argum. contra veritatem. ¶Potest præterea quæri, utrum propositis ab intellectu ipsi uoluntati bono maiori,& minori,possit voluntas eligere minus bonum. Vr̃ ꝙ non, quia voluntas nil potest eligere, neq; appetere nisi sub rõne boni, sed minus bonum comparatione boni maioris habet speciem mali,utpote deficiẽtis, ergo comparatione illius non potest præacceptari.

In oppositum. Bernar. ¶In cõtrarium est,quod libro de libero arbitrio sanctus ait Bernardus:Voluntas agit secundum rationem,& contra rationem.

Henricus. ¶Ad hoc Henricus quodlibeto primo rñdet.Quidam dixerũt,ꝙ quia in homine iudicium circa particularia operanda non est ex naturali instinctu, sicut in brutis,sed ex quadam rõnis collatione, quæ in diuersa põt ferri, ideo homo dicaẽ agere libera voluntate:qm̃ potest in diuersa illa ẽm rõnis determinationem inclinari, quamquam voluntas ipsa non se queat diuertere in aliud,q̃ quod determinatum,atq; decretum est intellectu, ac rõne, ut sic naturam liberi arbitrij consideremus ex electione includente liberum rationis discursum. Taliter sentientes dicerent,ꝙ propositis bono maiori, atque minori per iudicium rationis voluntas,seu liberum arbitrium nequeat præeligere minus bonum, imò necesse habeat eligere maius bonum, seu id, quod ratio reputat esse bonum maius. Sed huius contrarium manifestè dicit Boethius,Augustinus quoque duodecimo de Ciuitate Dei, quo probat,quod nullo modo ex apprehenso,inquantum apprehensum est,etiam quantumcũque rationis iudicio sit firmatum, uoluntas necessariò mouetur. Iccirco cum istis maioribus est tenendum,quod voluntas, seu liberum arbitrium vi propriæ libertatis, quam ratio ne non accipit, potest etiam minus bonum maiori bono præferre, ac contra rationem peragere. Hęc Henricus.

August. Boethius.

QVAESTIO III.

Argum. primo contra veritatem. Tertiò quæriẽ [an liberum arbitrium circa vniuersa uerseẽ,circa,quæ voluntas.] vr̃ quod nõ, quia in textu hr̃,quod solum sit circa futura: voluntas uerò est æternorum,ac temporalium rerum præteritarum,præsentium,futurarum. Secundò, liberũ arbitrium est potestas ad opposita, talis uerò potestas est contingentium tantum.

Alexan. ¶Ad hoc Alexander respondet; Liberum arbitium humanum de se est causa contingentium,ꝙ aũt erit in futuro cã necessariorũ,hoc est ex supaditione determinationis, q̃ est a iustitia causæ primæ retributionis.Hæc Alex. cuius rñsio nõ est clara.

Tho.aqui. Actus est habitꝰ elicitiuè, uel iperatiuè. Tho.ergo pleniùs,clariùsq; rñdẽs. Actus,inqt, est alicuius potẽtiæ, seu habitus dupliciter,Primò elicitiuè,Secundò imperialiter.Ille actus a potẽtia eliciẽ,q immediatè ab ipsa procedit potentia,ut intelligere ab intellectu. sicque oẽs actus humani nõ sunt ipsius liberi arbitrij, imo proprius eius actus est eligere. Verũ ꝑ imperium uoluntatis,ac liberi arbitrij mouenẽ potentiæ aliæ ad suos actus, vnde uirtus appetitiua dr̃ mouens:qm̃ imperat motũ.Virtus uerò motiua affixa neruis,& musculis:qm̃ motũ exeqẽ,sicq; oẽs actus humani pñt eẽ a libero arbitrio,& oẽs cadere pñt sub electione,in quantũ sunt media ad ultimũ finẽ. Actus etenim, q respectu quorundã mediorũ est finis,põt esse & mediũ respectu finis sublimioris. Nulla aũt opatio humana est ultimꝰ finis nisi per accidens,inquãtũ ultimo fini cõiungit, ideo oim operationũ humanarũ põt esse electio.Cumq; hõ dicaẽ ex hoc,ꝙ rõnẽ sortitus est,illi actus propriè nominanẽ humani,q sunt virium per essentiam, aut per participationem rationalium, ideo actus potentiæ nutritiuæ nõ propriè sunt humani, idcirco nec libero arbitrio subsunt. Hæc Thomas in Scripto. Concordant omnino Petrus, & Richardus.

Petrus. Richardꝰ. ¶Porro Richardus de hoc ulterius q̃rit, utrũ oẽ ens sit obiectum liberi arbitrij.Et rñdet: Nostrum liberũ arbitrium est liberũ,inquantum ꝑ ipsum possumus liberè velle:est quoq; deliberatiuum, inquantum ꝑ ipsum possumus liberè consiliari:est itẽ defectibile,inquãtum ex nihilo.Si cõsidereẽ,ut liberum, sic oẽ bonũ est eius obiectũ, quia per ipsum possumus omne bonũ liberè uelle,ẽt finẽ,loquendo de libertate a coactione,quãuis finẽ ultimum,seu felicitatẽ in generali uelimus naturali nccessitate,qa uolendo finẽ uoluntas sine coactione se mouet,quamuis ad illum motũ determinata sit a natura creãte. Si uerò consideret,ut deliberatiuum, sic non omne ens est eius obiectum primũ,sed solũ ens operabile, seu disponibile ꝑ nos,uel ꝑ nr̃os amicos. Nullus qp pè deliberat de necessarijs, quia nõ ualent aliter se hr̃e,sic tñ oẽ ens est aliqualiter eius obiectum remotum,imo quodlibet ens põt esse obiectum alicuius actus a libero arbitrio imperati. Si aũt considereẽ, vt deuiabile,defectibilitatemq; habens,sic eius obiectum est malum.Hæc Richar.

Bonauent. Albertus. Concordat Bonauentura,sup his diffusiùs scribens Summa verò suæ rñsionis in his vr̃ satis cõtẽta.Postremò Albertus.Quẽ admodum,inquit,testaẽ Magister, liberum arbitriũ non est nisi de contingentibus,& futuris,qa non est nisi de opabilibus ꝑ nos, quæ sunt in nobis.i.in nr̃a ptãte,quo ad facere,& nõ facere,& quorũ non dñi sumus,& causa,pñtia verò determinata sunt ad eẽ, pterita aũt ad necesse fuisse,ideo nec pręsentia,neq; præterita habent se ad esse,& non esse,sed ad eẽ tm̃. Idcirco non est de eis consilium, qa nec inqsitio an sint agenda.

Damasc. Greg Nic. Consilium (ut dicunt Damasc.Gregoriusq; Nicenus) est de operabilibus per nos,quæ sic & aliter fieri queunt. Sicq; consilium non est nisi de contingentibus,& futuris, propter liberum arbitrium,cuius est eligere id,quod ex consilio sentẽtiarum est,non nisi contingentium futurorum.Hęc Albertus.

Dionys. Cuius rñsio videtur a præinductis aliqualiter dissonare,sed faciliter concordatur per distinctiones prætactas: præsertim per hoc quod ista dicuntur de libero arbitrio, ut est deliberatiuum, & practicum.

QVAESTIO IIII.

Alber. August. Libertatis quatuor sunt gradus. Qvartò [quæritur de statibus liberi arbitrij] de quibus benè tractat Magister in litera. Quo circa scribit Albertus hic,& in libro de homine:Secundum August.quatuor sunt status libertatis, seu liberi arbitrij in homine. Vnus ante peccatum, secundus sub peccato,tertius sub gratia, quartus in gloria.Atq; in omnibus his (iudicio meo) libertas a coactione,seu necessitate,æqualiter manet in homine,ꝑꝑ libertatem voluntatis, quam si homo amitteret,peccatum eius nõ esset peccatum.Et sicut in verbis Augustini fertur in litera:In primo statu nil hominem impendiebat a bono,nil impellebat ad malum,nec habuit infirmitatem inclinantem ad malum, habuitq; adiutorium ad bonum: tuncq; sine errore ratio potuit iudicare: uolũtas quoq; sine difficultate bonum appetere.At post peccatum añ gratiæ reparationem homo premitur,ac uincitur concupiscentia,habens infirmitatem in malum,nõ gratiam ad bonum,&c.prout habetur in litera.

Obiectio. ¶Sed contra id,quod dicitur de statu isto, quòd homo in eo existens potest peccare,& non põt non peccare,obijcitur.Nã sequeretur, quòd homo gratia carens haberet necessitatem, & coactionẽ peccandi:sicq; peccatum nõ esset voluntarium,nec homini imputandum.

Dilutio. ¶Et rñdendum,quod istud non sequitur:Si enim quis habeat plura deprimentia ad peccadũ, & nihil eleuans contra ea,necesse est, quod deprimẽtia vincant, & faciant eum labi deorsum : ita est in libero arbitrio gratiam eleuantem non habente, sed propriam infirmitatem,& culpam trahentem inferiùs: tñ non cadit nisi electione propriæ uoluntatis,non necessitate coactionis.

Gregor. Ideo dicit Grægorius:Peccatum,quod per penitentiam non deletur,põdere suo mox trahit ad aliud.Hinc qñ hõ est in peccato mortali,nec habet gratiam adiutricẽ,ac uulnus peccati sanantem,non ualet resistere peccato ꝑꝑ dispositionem malam,quæ est in eo:attamen nulla necessitate cogitur ad peccandum,sed infirmitate propriæ uoluntatis ita deprimitur, ut sit seruus peccati, & uoluntariè seruiat vitio.Hæc Albertus.

Alexand. ¶Hinc Alexander liberum arbitrium fuit cõmune homini in statu innocentiæ,& culpæ, ac gratiæ, quia in quolibet statuum horum inerat homini flexibilitas,seu uertibilitas ẽm electionem.Et istud intelligendum est, ẽm quod liberum arbitrium dr̃ liberum a coactione,non ut dicitur liberum a peccato:imo & prout dr̃ liberum libertate naturæ,quam culpa non aufert. Nam quamuis seruitus peccati non compatiatur secum libertatem gratiæ, nihilominus simul stat cum libertate naturæ. Hæc Alexander: Concordantq; alij.

Tho.aqui. ¶Insuper a diuersis diuersæ hic quæstiones mouentur. Vna est de distinctione triplicis libertatis. Circa quod loquitur Thomas: Libertas in sua ratione negationẽ coactionis includit.Omnis autem priuatio distinguitur penes ea, quæ per eam priuãtur: hinc ẽm ea,qua cogere possunt,aut impedire,oportet liberi arbitrij distinctionem accipere.Sed (ut dictũ est) duplex extat coactio.Quædm perfecta,q̃ uocatur compulsio. Alia imperfecta, & uocatur impulsio : considerando ergo libertatem, ut per eam remouetur perfecta coactio sic est libertas a coactione,vel necessitate : & hæc libertas per se,ac semper liberum arbitrium consequitur tanquam essentialis eidem. Considerando autem libertatem per remotionem impellentis,siue impedientis, occur-

rit duplex dña: qa aut impellit, seu impedit liberũ arbitriũ p se, sicut habitus, aut dispositio, q̃ fiunt in aĩa, & ita est libertas a peccato, vel p accidẽs, ut sũt impotẽtiæ, & penalitates corpales vsum liberi arbitrij impediẽtes, & sic est libertas a miseria. Hęc Tho. Atq; ut addit Alexand. S. Bernardus in lib. suo de libero arbitr. aliã ponit distinctionẽ triplicis libertatis, videlicet libertatẽ arbitrij, libertatẽ cõsilij, & libertatẽ cõplaciti. In actibꝰ qppè humanis est aliqd licitũ, nulla lege ,phibitũ, & respectu huiꝰ dr̃ libertas arbitrij, qa in nr̃o cõsistit iudicio, an illud sequamur aut nõ: Aliud est, qđ nõ solũ est licitũ, sed ẽt vtile: qa vt ait Apost. Oĩa licèt, non oĩa expediũt, & respectu huius est libertas cõsilij. Cõsiliũ namq; est de bono meliori, quod expedit ad salutẽ. Tertiũ ẽ, quod delectat, & circa hoc est libertas cõplaciti. Vñ dicit Bernar. Libertas arbitrij discernere habet, qd libeat, libertas consilij ,pbare habet, qd expediat: libertas cõplaciti experiri quid libeat.

Alexand. Bernar.

1.Cor.6.

Bernar.

QVAESTIO V.

AMpliùs q̃rit hic [an liberũ arbitriũ sit in oĩbus illud hñtibus æqualiter, an potius augeat, & remittat, ita ꝙ possit tãdẽ amitti.] Ad qđ iã ex uerbis Alberti rñsio tacta est, Imo cũ dictũ sit, ꝙ libertas a coactione, sit essentialis, & p se cõueniens libero arbitrio, cõstat, quòd amitti non valeat.

Tho. aqui.

¶ Hinc Thom. planè rñdens: Libertas, inqt, a coactione, seu necessitate, cõsequit liberũ arbitrium in oĩ statu, nec auget, neq; minuit p se, sed p accidens. Oĩs.n. ,pprietas, q̃ naturã cõsequit aliquã, tãto excellẽtiùs est in natura illa, quãto ipsa natura in aliquo nobiliùs inuenit. Vñ & angelus est magis sapiẽs, atq; intelligẽs, q̃ hõ, an angelus quoq; supior magis, q̃ inferiõr, & sic de libertate arbitrij, q̃ est a coactione pfecta, dicẽdũ est, qđ pclariùs est in vno, q̃ in alio. Porro libertas a coactione impfecta, seu ab impellẽte, vel disponẽte in diuersis auget, minuit, acqrit, & pdit, ẽm qđ impellentia, vel disponentia illa augẽtur, aut minuunt, accedunt, aut recedunt. Vñ libertas talis p se auget, atq; minuit in hoĩe ẽm statꝰ diuersos. Libertas quoq; a pctõ, pctã omittẽdo, aut pęnitẽdo recuperat. Hæc Tho. in Scripto. ¶ Additq; Alexã. Libertas arbitrij nõ est amissibilis. Libertas verò cõsilij, atq; cõplaciti pñt augeri, ac minui, aut in toto auferri. In ipsis .n. accidẽtaliter imago Dei attẽdit, & in inferno nulla est libertas cõplaciti: sed nec sapiẽtia, nec scia, nec cõsiliũ ,pderũt apud inferos.

Alexan.

Eccles. 9.

QVAESTIO VI.

PRæterea Richardus interrogat. An ĩ vita hac possumus hr̃e vsum liberi arbitrij sine phãtasmate. Et rñdet, qđ cũ actio liberi arbitrij sicut & volũtatis, psupponat actũ intellectꝰ, nec absq; phãtasmate intelligere valeamꝰ, ɔ̃ns est, qđ nec actũ liberi arbitrij sine phãtasmatis speculatione hr̃e possimꝰ. ¶ Iterũ q̃rit, vtrũ in somno naturaliter hr̃e possimus liberi arbitrij vsũ. Rñdet, qđ nõ: qm̃ vsus liberi arbitrij vsum pexigit rõnis, cuius vsus, seu iudiciũ p somnũ impedit. Harũ rñsionũ prima ẽm opinionẽ ,pcedit dicentiũ, qđ nõ possimꝰ sine phãtasmatis speculatione in actũ intelligẽdi ascẽdere, cuiꝰ oppositũ sæpe oñsum est. Secũdæ quoq; rñsionis ɔ̃riũ supra est declaratũ cũ nõ solũ ẽm theologicã veritatẽ, sed & ẽm philosophicã traditionẽ pcipuæ reuelationes fiãt in somno, vt ante diffusè innotuit.

Richar.

Censura Diony.

QVAESTIO VII.

POstremò Scotꝰ hic q̃rit, utrũ aliqd aliud a uolũtate causet effectiuè actũ uolẽdi ĩ uolũtate. Quo circa primò recitat, & re,pbat opinionẽ uniꝰ doctoris, puta Hẽrici, dicẽtis, ꝙ imò, psertim phãtasma, & addit: Alia est opinio cuiusdã antiqoris doctoris, eãdẽ cõclusionẽ tenentis, ex aliorũ motiuo, & partim aliũ modũ ponẽtis, utpote, ꝙ uolũtas mouet ab alio & aliud illud dicit eẽ obiectũ cognitũ, seu ĩtellectionẽ, nã appetitꝰ sensitiuꝰ effectiuè mouet ab obiecto sensibili, & ergo & intellectiuꝰ ab intelligibili. Rñdetu, ꝙ obiectũ, ut cognitũ causat, hoc est dicere, ꝙ intellectꝰ p suã intellectionẽ causat volitionẽ. Hæc ille. Veruntñ ueriꝰ reputat, ꝙ ipsa uis uolitiua, mediatè ,pducit intra se uolitionẽ, sicut intellectiua vis intellectionẽ cõcurrẽte cõcausalitate obiecti, & spẽi; Deo quoq; oĩpotẽti ,ppriũ est ĩmediatè in ipsam imprimere uolũtatẽ, nec solũ eẽ cãm potentiæ, & habitꝰ, sed ẽt actionis, ,put hoc clariꝰ supra est deductũ.

Iohan. Scotus.

Dionys.

De gratia operante, & cooperante. Distin. XXVI.

Distin 26.

Augus. de gratia, & lib arb.

Quæ sit gratia operans, & q̃ cooperãs.

HAEc est gr̃a opans, & coopans. Operãs.n. gr̃a pparat hoĩs uoluntatẽ, ut uelit bonũ. Gr̃a coopans adiuuat, ne frustra uelit. Vñ Augu. in lib. de gr̃a, & libe. arb. Coopando Deus in nobis pficit, qđ operãdo incepit: qa ipse, ut uelimꝰ opat incipiẽs, q uolẽtibus coopatur pficiẽs. Vt ergo uelimus, opatur. Cum aũt uolumus, & sic uolumus, ut pficiamus, nobis coopatur: & tñ sine illo, uel opante, ut uelimus, uel cooperãte cũ uolumus bona pietatis opa nihil ualemus. Ecce his uerbis satis apitur, q̃ sit opans gr̃a, & q̃ coopans. Opans.n. gr̃a est, q̃ puenit uolũtatẽ bonã: ea.n. liberatur, & pparatur hoĩs uolũtas, ut sit bona, bonũq; efficaciter uelit. Coopans uerò gratia, uolũtatẽ iã bonã sequitur adiuuãdo. Vñ Aug. ɔ̃ Iulianũ hæreticũ: q bonã uoluntatẽ ex libero arbitrio tm̃ esse dicebat, atq; hoĩem p liberum arbitrium posse bonũ uelle, & opari sine gratia asserebat, ait: Aptã de cõmẽdatione gratię Apo. sniam ptulit, cum ait: Nõ est uolẽtis, neq; currẽtis, sed Dei miserẽtis. Hæc si attẽderes Iuliane, nõ extẽderes ɔ̃ gratiã merita uoluntatis humanæ. Non.n. ideo miseretur Deus alicuius, qa uoluit, & cucurrit: sed ideo uoluit, & cucurrit, qa misertus est Deus. Paratur.n. uoluntas hoĩs a Deo: & a dño gressus hoĩs diriguntur. Ideoq; cõgruè ait: Nõ est uolẽtis neque currẽtis, sed miserẽtis Dei. Nõ qa hoc sine uoluntate nostra agatur, sed qa uoluntas nostra nil boni agit, nisi diuinitꝰ adiuuet. Vñ alibi Apost. ait: Nõ aũt ego, sed gr̃a Dei mecũ. Nõ iõ dicit, qa nil boni agebat: sed qa nihil boni ageret, si illa nõ adiuuaret. His testimonijs aptè ĩsinuat, qa uolũtas hoĩs gr̃a Dei puenit, atq; pparat, ut fiat bona, nõ ut fiat uolũtas: quia & ante gratiam uoluntas erat, sed non erat bona, & recta uoluntas.

Rom 9.c

Psal 36. De perfectione iustitiæ.

1.Cor.15 August. ad Paulinum

B

Quid sit voluntas.

Voluntatem ipsam Aug. in lib. de duabus aĩabus ita diffinit: Voluntas est animi motꝰ cogente nullo, ad aliqd non admittendum, vel adipiscendum. Hæc aũt, ut nõ admittat malum, & adipiscat bonum, præuenitur, & pparatur Dei gr̃a. Vnde Apost. gr̃am pueniẽtem, & subsequentẽ commendans. i. operantem, & cooperantem, uigilanter dixit: Non est uolentis, neq; currentis, sed Dei miserentis: & non econuerso, non est miserẽtis Dei, sed uolentis, & currentis. Nam si (ut quibusdã placuit, quod dictum est) ita accipiat, non est uolentis, neq; currentis, sed miserentis Dei: tanquã diceretur, nõ sufficit sola uolũtas hoĩs, si nõ sit ẽt misericordia Dei: eɔ̃ dr̃, non sufficit ẽt misericordia Dei, si nõ sit ẽt volũtas hoĩs. Ac p hoc si rectè dictũ est illud, qa id volũtas hoĩs sola non implet: cur ẽt nõ a ɔ̃riò rectè dr̃, nõ miserẽtis est Dei, sed uolẽtis est hoĩs, cũ misericordia Dei sola non impleat? Hõ.n. credere, uel sperare non poterit, nisi uelit: nec puenire ad palmã, nisi uolũtate currat. Restat ergo, ut ideo ita rectè dictũ intelligat, ut totũ det Deo: q hoĩs volũtatẽ bonã puenit, & pparat adiuuandã, & adiuuat præparatã: nolẽtẽ pręuenit, ut uelit, uolẽtẽ subsequit ne frustra uelit. Ecce his uerbis, & alijs præmissis euidenter tradit, qa uoluntas hoĩs præparatur, & præuenitur gratia Dei, ut uelit bonum, & adiuuatur ne frustra uelit.

Aug. cõtra Manichęos de duabus animabus c.10. De gratia operãte, & cooperãte & hoĩs uoluntate. Rom 9 c August. in Enchi ad Laurẽtiũ. cap 32.

C

Quòd bona voluntas comitatur gratiam.

Itaq; bona uoluntas comitatur gratiam, non gratia uoluntatem. Vnde Aug. ad Bonifacium Papam scribens ɔ̃ Pelagianos, inquit: Cum fides impetrat iustificationem, sicut vnicuiq; Deus partitus est mensuram fidei, non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa meretur augeri, ut aucta mereatur, & perfici: uoluntate comitante, nõ ducente: pedissequa, non præuia. Ecce hic apertè habes, ꝙ gratia præuenit bonæ uoluntatis meritum, & ipsa bona uoluntas pedissequa est gratiæ, non præuia.

August. ad Bonifaciũ li.4.c 6.

D

Quæ sit gratia voluntatem præueniens, s. fides cum dilectione.

Et si diligenter intendas, nihilominus tibi monstratur, q̃ sit ipsa gratia uolũtatẽ præueniens, & præparãs, s. fides cũ dilectione. Ideoq; Aug. in eodẽ, tractãs qũo iustificati sumus ex fide, & tñ gratis: utrunq;.n. dicit Apost. q dicit: Iustificati ex fide. Et alibi ait: Iustificati gratis p gratiã. Hoc.n. ideo dixit: ne fides ipsa superba sit: ne dicat sibi, si ex fide iustificati, qũo gratis? Quod.n. fides meretur, cur non potius redditur, quã donatur? Nõ dicat homo ista fidelis, quia cum dixerit, habeo fidem, ut merear iustificationem, rñdetur ei: Quid habes, quod non accepisti? Fides.n. qua iustificatus es: gratis tibi data est. Hic apertè ostenditur, ꝙ fides est causa iustificationis: & ipsa est gratia & beneficium, quo hoĩs præuenitur uoluntas, & præparatur. Vnde Aug. in 1. lib. retracta. Voluntas est, qua & peccatur, & rectè uiuitur. Voluntas uerò ipsa nisi Dei gratia liberetur a seruitute, qua peccati serua facta est, & ut uitia superet, & adiuuetur: rectè pieq; uiui a mortalibus non põt: & hoc beneficium, quo liberatur, nisi eã præueniret, iã meritis ei daretur, & non esset gratia: quæ utiq; gratis datur. Pręuenitur ergo bona hoĩs uolũtas illo gratiæ beneficio, quo liberatur, & præparatur. Et illud beneficiũ fides Christi rectè intelligitur, sicut August. in Ench. euidenter oñdit, dicẽs: Ipsum arbitriũ liberãdũ est post illã ruinã a seruitute pctĩ. Nec oĩno p seipsum, sed p solam Dei gratiam, q̃ in fide Christi posita est, liberatur, ut volũtas ipsa præparetur. Ecce aptè dicit gratiã, p q̃ liberatur arbitriũ, & pparatur uoluntas, sitam eẽ ĩ fide Christi. Fides.n. Christi (ut in eodẽ ait) impetrat, quod lex imperat.

Vbi supra Rom.5.d Rom.3.c

1.Cor 4. d

Aug. lib.1. retract c.

De bñficio quo voluntas liberat

E

Quòd voluntas bona, quæ præuenitur gratia, quædam Dei dona præuenit.

Ipsa tamen eadem uoluntas quædam gratiæ dona præuenit. Vnde Aug. in Ench. Præcedit bona uoluntas hominis multa Dei dona, sed non omnia, q̃ aũt non præcedit, ipsa in eis est, & ipsa iuuat. Nam utrunq; legitur in sanctis eloquijs: Et misericordia eius præueniet me, & misericordia Dei subsequetur me. Nolentem quippè præuenit, ut uelit, uolentem subsequitur ne frustra uelit. Cur.n. admonemur orare p inimicis nostris nolentibus piè uiuere, nisi ut Deus in eis operetur, & uelle? Itemq;, cur admonemur petere, ut accipiamus, nisi ut ab illo fiat, quod volumus, a quo factum est, ut uelimus? Inde Aposto. ait: Non est uolentis, neq; currentis, sed Dei miserentis. Ex his apparet, ꝙ bona hoĩs volũtas quædam dona Dei præuenit, quia eam comitatur gratia adiuuans, & quibusdã præuenitur, quia eam præuenit gratia operans. s. fides cum charitate.

August. in Enchir. ad Laurentiũ c. 32 Psal 58 b 22 b

F

Quæ prædictis videantur aduersari, scilicet, quod videtur dici fidem esse ex voluntate.

Non est tñ ignorandum, quod alibi August. significare videtur, quòd ex uolũtate sit

fides, de illa uerbo Apostoli: Corde creditur ad iustitiam, ita super Ioannē tractās: Ideo non simpl'r Apost. ait, creditur: sed, corde creditur: qa cætera pōt hō nolens credere non nisi uolens: intrare ecclesiā, & accedere ad altare pōt nolens, sed non credere. Itē super Gen. ubi Labā, & Batuel dixerunt: Vocemus puellā, & q̄ramus eius uolūtatem, dicit expositor: quia fides est uoluntatis, non necessitatis. Ad quod rn̄dentes, dicimus non hæc ita accipienda fore, ut ex uoluntate hoīs fides intelligatur prouenire, cū ipsa sit propriè Dei donū, ut ait Apost. ut ex ea bona hoīs merita incipiant. Per hanc.n. ut ait Augu. sup Psal. 61. iustificatur impius.i. fit de impio pius, ut deinde ipsa fides incipiat per dilectionē operari, unde oīa bona merita incipiunt. Sed potius hæc ideo ita dicta sunt, quia non est fides nisi in eo, qui uult credere, cuius bonam uoluntatem fides præuenit non tpe, sed cā & natura. Vnde Aug. supra congruenter dixit, ꝙ bona uoluntas in eis donis est, quæ non præcedit: & ipsa iuuat, qui ea iuuat, quibus præuenitur, dum eis consentit ad effectū boni: & in eis est, quia tempore ab eis non præceditur.

Ro. 10. c
Aug hom. 28
Gen. 24. f
Rn̄sio cū determinatione.
Ephe 2. b
Psalm. 61.

G *Quædam adhuc addit, quæ grauiorem faciunt quæstionem, scilicet, quòd cogitatio boni præcedit fidem.*

Cæterum hanc qōnem magis acuunt, & vrgent verba August. quibus in lib. de prædestinatione sanctorum utitur, pertractans illud uerbum Apost. Non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis: Attendat, inquit, hic & uerba ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei cœptum, & ex Deo esse fidei supplementum. Commēdās .n. istā gr̄am, q̄ non datur sm̄ aliqua merita, sed efficit bona merita, inquit: Non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid boni.s. ex nobis. Quis aūt non uideat priùs esse cogitare, q̄ credere? Nullus quippe credit aliquid nisi priùs cogitauerit esse credendum. Si ergo cogitare bonum non est ex nobis, ut hic Apost. tradit, nec credere: quamquam, & ipsum credere nihil aliud est, q̄ cum assentione mentis cogitare. Hic vr̄ insinuari, ꝙ cogitatio bona præcedat fidem, & ita bona uoluntas præueniat fidem, non præueniatur: quod prædictis aduersari vr̄. Ad hoc autem dicimus, ꝙ aliqn̄ cogitatio bona siue uoluntas præuenit fidem: sed non est illa bona uoluntas, uel cogitatio, qua rectè uiuitur. Illa.n. sine fide & charitate non est. Nam, ut ait Aug. ad Anastasium, Sine spiritu non est uoluntas hoīs libera, cum cupiditatibus uincatur: non est libera ad bonum nisi liberata fuerit. Nō aūt liberatur, nisi per spiritum sanctum diffundatur charitas in cordibus. Non est libera uolūtas, nisi eam liberet gr̄a per legem fidei.i. non est libera sine fide operante per dilectionē, & illa sufficienter, & verè bona est. Non est.n. fructus bonus, q de charitatis radice non surgit. Si uerò assit fides operans per dilectionem, fit delectatio boni.

Aug lib. de præd. sanctorū. c. 2.
2. Cor. 3
Quid credere.
Determi.
August.
Rom. 5
Greg.

H *De illa cogitatione boni, quæ præcedit fidem, plenè disseritur.*

Illa autem cogitatio siue uoluntas, quæ fidem, & charitatem, aliasq; iustificationes p̄cedit, non sufficit ad salutem, nec rectè ea uiuitur. Hac uoluntate concupiscitur illa bona uoluntas, quæ est magnum bonum, ista verò non. Alia est ergo illa voluntas siue cogitatio, alia ista. Et sicut illa istam præcedit, ita illam præuenit intellectus. Vnde Augu. istam distinguens super illum locum Psa. Concupiuit aīa mea desiderare iusti ait: Cōcupiuit desiderare, inquit, non desiderauit. Videmus.n. rōne nonnunqnam, q̄ utiles sint iustificationes Dei: sed infirmitate præpediti, aliqn̄ non desideramus. Præuolat ergo intellectus, sequitur tardus, aut nullus affectus. Scimus bonū, nec delectat agere, & cupimus, ut delectet. Sic iste olim desiderare concupiscebat, quæ bona esse cernebat: cupiens eorum habere delectationem, quorum potuit uidere rōnem. Ostendit itaq; quibus quasi gradibus ad eas perueniatur: priùs.n. est, ut uideātur, quàm sint utiles, & honestę: deinde, ut earum desiderium concupiscat: postremò, ut proficiente gr̄a delectet earū operatio, quarum sola rō delectabat. Attendè hūc ordinem gr̄arum, quem hic distinctè assignat Aug. qualiter.s. intellectus bonorum præcedit concupiscentiam eorundem, & ipsa concupiscentia delectationem, q̄ fit per fidem, & charitatem: qua habita, uerè bona est uoluntas, qua rectè uiuitur. Ipsaq; fidei comes est, non præuia. Qui uerba Aug. præmissa sm̄ hanc distinctionem considerat, nullam ibi repugnantiam fore animaduertit: nō ignorans ēt ante gr̄am præuenientem, & operantem, qua uoluntas bona præparat̄ in hoīe, p̄cedere quædam bona ex Dei gr̄a, & libero arbitrio: q̄dam ēt ex solo libero arbitrio, quibus tn̄ uitam non meret̄, nec gr̄am, qua iustificatur. Illius enim gr̄æ percipiendæ, qua uoluntatem hoīs sanat, ut sanata legē impleat, nulla merita p̄cedūt. Ipsa est.n. qua iustificatus impius fit iustus, qui priùs erat impius: meritis aūt impij non gr̄a, sed pœna debetur: nec ista eēt gr̄a, si nō darēt gratuita. Dat̄ aūt gratuita, qa nihil boni ante feceramus vn̄ hoc mereremur. Nō negam⁹ tn̄ multa ante hāc gr̄am, & p̄ter hāc gratiā ab hoīe fieri bona

Aug. super Psa. 118. c
Secūdum verba Augu. grarum ordinē expō
August. spiritu & litera.
August. Sixtum.

na p̄ liberū arbitriū, ut tradit Aug. ī rn̄sionib⁹ ꝯ Pelagianos, ubi dicit̄ hoīem p̄ liberū arbitriū agros colere, domos ædificare, & alia plura bona facere sine gratia cooperante.

I *Vtrum vna, eademq; sit gratia, quæ dicitur operans, & cooperans.*

Hic considerandum est cum prædictum sit, per gratiam operantem, & præueniētem voluntatem hoīs liberari, ac præparari, ut bonum uelit: & per gratiam cooperantem, & subsequentem adiuuari, ne frustra uelit: utrum una, & eadem sit gratia.i. vnum munus gratis datum, quod operet̄, & cooperet̄, an diuersa: alterum operans, & alterum cooperans. Quibusdā non irrōnabiliter vr̄, ꝙ una, & eadē sit gratia, idem donum, eadē uirtus, quæ operat̄, & cooperat̄, sed p̄p diuersos eius effectus, dicitur operans, & cooperans. Operans.n. dicitur, inquātum liberat, & præparat uoluntatem hoīs, ut bonum uelit: cooperās, inquantum eandem adiuuat ne frustra, uelit, s. ut opus faciat bonum. Ipsa.n. gratia non est ociosa, sed meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici.

K *Quid sit ipsa gratia, & quomodo meretur augeri quæritur.*

Si uerò q̄rit̄, qūo ipsa gratia præueniēs mereat̄ augeri, & p̄fici, cum nullum meritum sit absq; libero arbitrio: & quid sit ipsa gratia, an uirtus, an non: & si uirtus, an actus, vel non, ut hoc apertè insinuari ualeat, p̄mittendum est tria esse gn̄a bonorum. Alia nāque sunt magna, alia minima, alia media, ut Aug. ait in 1. lib. retract. Virtutes, inquit, quibus rectè uiuitur, magna bona sunt. Spēs autē quorumlibet corporum, sine q̄bus rectè uiui pōt minima bona sunt. Potentiæ verò aīę, sine q̄bus rectè uiui nō pōt, media bona sunt: Item: Virtutibus nemo malè utitur. Cæteris aūt bonis.i. medijs, & minimis, non solum benè, sed ēt malè quisq; uti pōt, & ideo uirtute nemo malè utitur, q̄a opus uirtutis est bonus usus istorum, quibus etiam non benè uti possumus. Nemo autem benè utendo malè utitur: non solum autem magna, sed ēt media, & minima bona esse præstitit bonitas Dei. Ecce habes tria genera bonorum distincta.

Aug. li. 2. de libe ar. c. 19. & 1. li. Retract. cap 10.
Augu. Ibi.

L *In quibus bonis sit liberum arbitrium.*

Quæritur aūt, in q̄bus bonis contineatur liberum arbitrium. De hoc Aug. in 1. lib. retract. ita ait: In medijs q̄dem bonis inuenitur liberum voluntatis arbitrium, quia & malè uti possumus: sed tn̄ tale est, ut sine illo rectè uiuere nequeamus. Bonus aūt usus eius iam uirtus est, quæ in magnis reperitur bonis, q̄bus malè uti nullus pōt. Et quia bona, & magna, & media, & minima ex Deo sunt, sequitur, ut ex Deo sit ēt bonus usus liberę voluntatis: qui uirtus est, & in magnis numeratur bonis. Attendè diligēter, quæ dicta sunt, & confer in unum: sic.n. aperietur, quod supra quærebatur. Dixit equidem opus uirtutis esse bonū usum illorū bonorū, q̄bus ēt nō benè uti possumus.i. mediorum, in quibus posuit liberū arbitrium, cuius quoq; bonum usum dixit esse uirtutem. Quod si est non est ergo opus uirtutis, quod supra dixit: quia aliud est uirtus, aliud opus eius.

Aug Ibi.
Præmissas auctoritates considerari, & cōferri iubet: ut possit solui, quod quærebatur.
Albertus.

Summa distinct. 26.

COmpleto in duab⁹ distinctionib⁹ tractatu de lib. arbitrio nūc tractat̄ de sup̄naturali eius auxilio, qđ est gr̄a p̄sertim gratificās .i. subiectū deo gratū, seu acceptū efficiēs. Primò itaq; diuidit gr̄am, Secūdò q̄d sit volūtas ost̄dit. Gr̄a namq; inter vires aīæ vr̄ p̄cipuè voluntatē cōcernere, q̄a in volūtate est radix merēdi, ac demerēdi, q̄ tn̄ sine gr̄a nil pōt mereri, loquēdo de merito vitæ æternæ. Tertiò reserat qūo volūtas, & gr̄a se habēt adinuicē. Quartò circa hæc qōnes, & difficultates inducit, easq; soluit. Potissimè verò inquirit, an in nobis sit aliq̄d boni, hoc est, vlla cogitatio siue affectio bona ante fidem, & gr̄am, atq; an idem in re sit gratia operans, & gratia cooperans.

QVAESTIO I.

Arguitur contra ueritatem.

HIc q̄rit̄ primò, q̄d sit gr̄a, an sit q̄d creatū ī aīa, ac realiter idē, ꝙ virt⁹, seu charitas. Et q̄uis de ista sup primū sit inq̄situ Dist. 17. nūc tn̄ q̄d breuiter est tāgendū. Qđ aūt nō sit q̄d creatū, pōt p̄bari eisdē motiuis, q̄bus p̄batū est sup primū, ꝙ charitas sit ipsemet sp̄ūsctūs. Effect⁹ q̄ppè, q̄ gr̄æ gratū facienti attribuunt̄, tātæ sunt dignitatis, & eminētiæ, ꝙ nō nisi Deo cōuenire vident̄, videlicet de inimico Dei facere eius amicū, hoīem fragilē facere Dei filiū adoptiuū, deitatis heredē, Chr̄i ꝯsortē, & aīam facere Dei spōsam, & esse principiū p̄merendi æternā beatitudinē, ēt quodammō de condigno. Ex eisdē apparet, ꝙ charitas, & gr̄a sint idē in re. Eædē namq; p̄prietates, & actiones iā tactæ, utriusq; conueniunt, nec sine necessitate est ponenda pluralitas. Oīa quoq;, q̄ gr̄æ asscribunt̄, p̄ charitatē fieri q̄unt, & saluari.

¶Ad hoc rn̄det Alber. Gr̄a est aliq̄d datū, & creatū in aīa, estq; habitus, infusus, & similitudo bonitatis diuinæ, q̄ Deo p̄ id, qđ factū est, & suū est reconciliamur, & unimur. Si aūt obijciat̄ a simili: qm̄ gr̄a qua miles efficit̄ regi suo accept⁹, nihil ponit in milite, sed magis in rege bn̄uolētiā, quā hēt ad militē, ergo gr̄a p̄ q̄ fit hō Deo accept⁹, nihil ponit ī hoīe, sed in Deo. ¶Dicendū, ꝙ similitudo ista nō ualet. Nā miles ex se pōt aliq̄d facere, & habere p̄ qđ placeat regi: hō aūt ex se nihil pōt habere, aut facere, quo placeat creatori, Vn̄ & Plato disseruit ī Mēnone, ꝙ uirtutes tā intellectuales, q̄ morales nō sūt ab hoīe, nec fiunt in eo p̄ assuetudinē. & doctrinā, sed dona sunt Dei. Itaq; gr̄a ista gratū faciens, habitus est, & qualitas p̄ficiens hoīem ad p̄merendū, q̄ Deus operat̄ in nobis sine nobis.i. sine nr̄a concausalitate, q̄ informat uoluntatē p̄ueniēdo ut possit in meritoria opa, qm̄ sicut habitus uirtutis eleuat potentiā ad hoc, ꝙ possit in actū uirtutis p̄fectū sic habitus gr̄æ eleuat aīam operantē, eiusq; opationem, ut efficiatur meritoria uitæ æternæ. De qua re dictum est pleniùs super primum dist. de temporali processione sp̄ūs s.

Obiectio.
Dilutio.
Plato.

Auguſt. Gratię diffinitio. Pſal.103. Præpoſitinus.

¶Preterea ſi q̃raẽ,q̃d diffinitiuè ſit gr̃a:R̃ndẽdũ, ꝙ ẽm Auguſt.in lib.de correctione, & gr̃a, gr̃a eſt habitus totius uitæ ordinatiuus.Gloſ.verò ſup̱ illud Pſal.ut exhilaret faciẽ eius in oleo: Gr̃a,inq̃t, intereſt aĩæ concilians ei ſctm̃ amorẽ. Præpoſitinus aũt, alijq́ue antiqui magiſtri diffinierunt ſic gratiam: Gr̃a eſt habitus infuſus diuinæ bonitati,ac charitati conſimilis, gratũ Deo reddens habẽtẽ,& opus eius gratum efficiens.Proprius.n. effectus eſt gr̃ę,totam hoĩs uitam vniuerſaliter ordinare ad Deũ,& in hoc differt ab vniuerſitate uirtutum:qm̃ virtus non ordinat niſi ad actum,& potentiam,gr̃a aũt vniuerſaliter ordinat hominem totum ad deum.Dr̃ demum gr̃a nitor,nitor.n. conſiſtit in pulchritudine ex conformitate ad primum pulchrum,quod gratia facit. Sanctus verò amor,præcipuè,charitas perficiẽ gr̃a, ẽm quod eſt conformitas ſummi boni ad bonum, quod in anima exiſtit per gr̃am.Poſtremò diffinitio illa Præpoſitini data de gr̃a,cæteris magis propria perhibeẽ,& per partes deſcriptionis illius gr̃a differt.Nempè p̱ hoc,quod dr̃ habitus infuſus,diſtinguiẽ ab habitibus acquiſitis:p̱ hoc qđ dr̃ diuinæ bonitati ſimilis, diſtinguiẽ ab habitibus particularibꝰ, quia non vniuerſaliter aſsimilant nos bonitati diuinæ,ſed cuidam perfectioni increatæ,ſicut ſapientia veritati,fortitudo potentiæ, ſicq; de alijs: gr̃a uerò vniuerſaliter nos diuinę aſsimilat bonitati, ideo gratum facit habentem, & opus eius Deo acceptum. Hinc fertur in lib.de laudibus bonis: Iuſtitia eſt habitus in anima tota conſiſtens. Prudentia aũt eſt in parte animæ poteſtatiua,puta in rõne, temperantia in concupiſcibili,fortitudo in iraſcibili.Ita & gratia eſt habitus vniuerſalis infuſus,qui diffunditur in tota anima, atque in oĩbus viribus, & operibus eius. Hæc Albertus.

Diony.

¶Cuius uerba ex ſequentibus clariùs eluceſcent. Gratia.n.cum realiter ſit habitus vnus in eſſentia ſimplex,non põt eſſentialiter eſſe in diuerſis ſubiectis,ſed influentialiter,participatiueq; tm̃. Vnde & vniuerſalis dr̃ non per quidditatem, & prædicationem,ſed uirtualiter, & per ramificaiionem, ut infra dicetur.Rurſus obſcurum vr̃,quod dixit, virtus non ordinat niſi ad actum,& potentiam, non autẽ vniuerſaliter ad Deum. Ad minus equidem virtutes theologicæ ordinat hominem directè, & immediatè ad Deum,qui earum obiectum eſt,& proxima cauſa,quod & charitas præcipuè agit.

Tho.aqui. Gratia dupliciter accipitur.

¶Præterea Thomas:Nomen,ait, gr̃æ quandam liberalitatem importat.Vnde ex hoc, quod gratis datur,gr̃a appellatur.Liberalis aũt donationis principium eſt amor. Hinc gr̃a dupliciter ſumitur.Primò pro acceptatione amoris,ẽm quod aliquis dr̃ habere alterius gr̃am:qm̃ alter diligit eum. Secundò, p̱ dono,quod ex amore liberaliter datur.Sicq; gr̃a dr̃ donum,quod gratis conferẽ. Et quocunq; horum modorum gratia capiatur,oportet,quòd quid creatum deſignet.Si enim pro dilectione ſumaẽ diuina, conſtat,quòd effectum aliquem Dei ponat in creatura;nam ſicut ſcientia Dei differt a nr̃a:qm̃ ipſa eſt cauſa rerum,noſtra verò a rebus cauſatur:ita & noſter amor a bonitate dilecti cauſaẽ,quæ ad ſui trahit amorem:ſed amor Dei bonitatem rebus largiẽ,iuxta quod 4.cap.de diui.nomi.ſanctus Diony loquiẽ: Diuinus amor non permiſit eum ſine germine eſſe. Vnde per hoc,quod Deus dr̃ quemquam diligere, inſinuaẽ effectus dilectionis Dei in ipſo dilecto eſſe. Similiter ſi ſumatur gr̃a pro dono gratis dato, adhuc dicit quid creatum:eſt.n.quoddam donnm gratis datum increatum,videlicet ſpiritusſanctus,verũ

Dionyſius martyr.

quòd hoc donum habeatur, cum priùs non haberetur,non ex eius mutatione cõtingit,imò ex hoc ipſo quòd ſpũs ſanctus alicui datur, oportet, ut aliquid creaturæ accreſcat,quod antea non habebat,ẽm cuius acceptionem ſpiritum ſanctum hr̃e dicaẽ. Hic gr̃a qualitercunq; ſignificeẽ, dicit quid creatum in aĩa, cui gratis donaẽ, quamquã & noĩe gr̃æ aliquid increatum queat ſignati,vt acceptatio Dei, aut donum increatum,quod eſt ſpiritusſanctus.

¶Inſuper quamuis Deus diligat aliquo mõ omne creatum, ẽm quod bonum naturæ omnibus tradidit,& conſeruat:illa tamen eſt ſimpliciter perfecta dilectio,quaſi amicitiæ ſimilis,qua non ſolum diligit creaturas,ſicut artifex opus,ſed ẽt quadã amabili ſocietate,ſicut amicus amicum,inquantum trahit eas in ſocietatẽ ſuæ fruitionis, quatenus in hoc ipſo conſiſtat eorum beatitudo,& gloria,quo ipſemet Deus beatus eſt.Et hæc dilectio,quo ſanctos,p̄deſtinatoſq; diligit,quę antomaticè dilectio nuncupatur:p̱p̱ quod effectus huius dilectionis antomaticè gr̃a dr̃, quamuis, & omnes naturales bonitates gr̃æ dici poſsint:qm̃ gratis danẽ a Deo.Deniq; cum homo ad ſupernaturalem finẽ creatus ſit,q̱ eſt viſio ſnperbeatiſsimi Dei p̱ ſpẽm,non põt hmõi finem niſi per ſupernaturalia media præſertim p̱ gr̃am adipiſci:nec hoc eſt imperfectio ſed p̱fectio, ac dignitas hominis,quod hmõi medijs indiget: Dei quippè eſt creare,& recreare, & ſicut creãdo dat formam ſubſtantialem,quæ ponit in eſſe naturali ſpecifico.ſic recreando, ſeu iuſtificando dat gr̃am, q̃ ponit in eſſe ſupernaturali ad promerendum idoneo.

Gratia accidens animæ.

¶Præterea conſtat gr̃am eſſe accidens,nõ ſubſtãtiam,cum de nouo adueniat,valeatq; adeſſe,& abeſſe,præter ſubiecti corruptionem.Veruntñ aliquid ad alterum accidentaliter habet ſe, quod tñ in ſe extat ſubſtantia,ut ueſtis ad hoĩem:ſic quoq; aliquid ſubſtantialiter ſe habet ad alterũ,quod tñ in ſe eſt accidens,ut color ad albedinẽ, ſed ita non põt eſſe de gr̃a. Cum.n.ponatur gratia eſſe coniungens aĩam ſuo vltimo fini hoc non ualet intelligi niſi per modum formæ,uel efficientis:non per modum efficientis, quia ſic oporteret aliquam ſubſtantiam creatã eſſe mediam inter Deum,& animam,quæ eam Deo effectiuè coniungeret: ſicq; aĩa non immediatè a Deo gratificaretur,& glorificaretur, quod eſt alienum a fide.Si verò intelligaẽ formaliter,oportet,q̃đ gr̃a ſit animæ forma,cumq; poſt cõpletum eẽ adueniat,neceſſe eſt,quod ſit accidens. Et ſi obijciaẽ, ꝙ accidens non migrat de ſubiecto in ſubiectũ, quod tñ gr̃æ conuenire vr̃,cum dñs legaẽ dixiſſe ad Moyſen;Tollam de ſpũ tuo,& dabo ſenioribus,&c.Dicẽdum,quòd gr̃a eadẽ numero non trãſit de ſubiecto in ſubiectũ,ſed modus ille loquendi intelligẽdꝰ eſt p̱p̱ ſimilitudinem gratiæ,aut ſimiles actus in ſpecie: Si rurſus inſteẽ,quia gratia vr̃ præſtantior ſuo ſubiecto videlicet anima,non ergo eſt accidens eius.

Obiectio. Numer. Dilutio. Dilutio obiecti.

¶Dicendum ſicut dictũ eſt ſupra primũ de charitate,quod charitas,& gr̃a quantum ad eſſe ſuũ formale, quo rõnalem perficiunt creaturam, ſunt ea quodammodo præſtantiores,non tñ ſimpliciter.

¶Nunc reſtat tangendum, an gr̃a ſit virtus, atq; realiter idem,quod charitas.Vr̃,quod ſic,qm̃ uirtus eſt,q̃ hñtem perficit,& opus eius bonum reddit. Et rurſus ẽm Philoſ.2.Phyſicorũ, uirtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum,quod totũ potiſsimè competit gr̃æ,quæ aĩam perficiens ad ultimum beatitudinis finem ipſam diſponit. Secũdò, in textu allegatur ex Auguſtino,quod gratia præueniens eſt fides per dilectionem operans ſed fides eſt uirtus.

Philoſ. Auguſt.

¶Et

¶Et rñdendum,quod circa hoc ſunt opiniones diuerſæ.Quidam etenim dicunt,quod gratia,& virtus ſunt omnino per eſſentiam idem in re.ſolaq; differant ratione,ita quòd gratia dicitur ẽm quod hominem reddit Deo acceptũ:virtus verò,vt eſt principium operis recti.Sed hoc non videtur conueniens,quia ſi virtus haberet vtrunq; iſtorum,oporteret,quòd omnis virtus hoc faceret. Cumq; nonnullæ virtus acquirantur per actus,ſequeretur iuxta Pelagij hæreſim, quòd homo ex libero arbitrio gratus fieret Deo.Si autem habet ab alio,quòd ſit virtus,& quòd gratum Deo efficiat,oportet quòd uirtus,& gratia non ſint oĩno idẽ in re:diuerſis namq; effectibus, qui diuiſim inueniuntur,diuerſa correſpondet principia.Hinc alij dicunt, quòd virtus, & gratia realiter differunt,non ſic quod per eſſentiam ſint diuerſa,ſed quòd ex gratia, & virtute fiat unũ, ſicut,ex forma, & eo cuius eſt forma. Dicunt enim quòd ita ſe habet gratia ad virtutem quemadmodum lumen manifeſtans colorem ad colorem. Vnde ſicut lumen efficitur quodammodo vnum cum colore exiſtens in odem ſubiecto cum ipſo: ſic dicunt, quòd gratia vnitur virtuti in ſubiecto eodem ipſam informans. Ponunt quippè, quòd ſubiectum gratiæ propriè extat potentia.Verum nec iſta opinio videtur conueniens,quia dum ait, quod ex lumine, & colore ſit vnum, aut accipit lumen quòd eſt de compoſitione coloris, cũ hypoſtaſis coloris ſit lux:ſicq; rediret in primam opinionem,videlicet quòd gratia,& virtus ſint idem ſecundum rem non enim lumen,quod eſt de compoſitione coloris, differt re a colore.Aut accipit lumen,quod eſt in aere circumſtãte,quod conſtat in alio eſſe ſubiecto,quã color,eſſentialiter a colore differrè.Similiter, ſi ſumatur lumen prout participatur in ſuperficie corporis terminati in quo eſt color, de neceſsitate a colore per eſſentiam differt:quoniam adueniente, ac recedente lumine,idem permanet color. Similiter quoq; oportet, vt uel virtutes efficiantur deo gratæ p̱ aliquid a Deo influxũ:ſicq; oportet illud p̱ eſſentiam a virtute differrè,cum etiam quædam uirtutes infuſæ, ut fides, & ſpes, recedente gratia informes remaneant:uel oportet,quòd uirtutes Deo ſint gratæ, ſine hoc, quòd aliquid addatur influxũ a Deo: ſicq; gratia, aut nihil creatum ponit in anima, aut nihil realiter a uirtute diſtinctum. Ideo alij dicunt, quod gratia a uirtute eſſentialiter differt. Oportet enim perfectiones perfectibilibus eſſe proportionatas. Hinc ſicut eſſentia animæ a qua fluunt potẽtię, a potentiis differt realiter,& accidens a ſubiecto:& tamen omnes vniuntur in eſſentia animæ tanquam in radice,ita a gratia,quæ eſt perfectio eſſentiæ animæ fluunt uirtutes,quæ ſunt perfectiones potentiarum ab ipſa gratia eſſentialiter differentes: attamen in gratia ſunt coniunctę ſicut in ſua origine per modum,quo diuerſi radij ab eodem corpore lucente procedunt:& hoc iuxta prædicta conuenientiùs eſſe uidetur. Veruntamen gratia ad genus qualitatis reducitur,atq; ad primam ſpeciem eius: nec tamen propriè naturam habitus habet,cum non immediatè ad actum ordinet,ſed eſt velut habitudo quædã. Propter quod dicit Chryſoſtomus quod eſt ſanitas mentis.Vnde nõ computaẽ inter ſcientias, aut uirtutes,nec inter alias qualitates, quas Philoſophi numerauerunt,quorum non erat tractare niſi habitus naturales,aut acquiſitos.

Chryſo.

Soluuntur obiecta.

¶Ad obiecta ergo dicendum,quòd virtus cacatur diſpoſitio perfecti ad optimum,inquantum elicit operationem,per quam res ſuum conſequitur finem,& taliter gratia non eſt diſpoſitio perfecti ad optimum,quia non reſpicit primò operationem ſicut effectum proximum, ſed potiùs eſſe quoddam ſupernaturale diuinum,quod animæ confert.Bonitas quoque,quam uirtus confert habenti,eſt bonitas perfectionis in comparatione ad opus:gratia verò confert animæ perfectionem in quodam eſſe diuino, non ſolum reſpectu operis, ſed ſecundum quod gratiam habentes quodammodo deiformes conſtituuntur,propter quod tanquam filij Deo grati dicuntur.

Gratia p̄ueniens cur fides dicatur.

¶At verò gratia præueniens dicitur fides, nõ quaſi realiter idem cum fide,ſed quia in iuſtificatione, quàm gratia cauſat,motus fidei primus eſt. Cumq; habitudines, & habitus nobis per ſuos innoteſcant effectus,id in quo gratia primò manifeſtatur,eſt fides.ideo fides nominatur præueniens gratia.

Gratia dr̃ uirtutum forma aliter, quam charitas.

¶Poſtremò, charitas alio modo dicitur forma uirtutũ,aliter gratia.Charitas quippè eſt forma virtutum ex parte actus, inquantum vniuerſos actus virtutum in ſuum conuocat finem, eo quòd ſuum obiectum eſt ultimus finis: hinc alias informat virtutes, ſicut uirtus uirtutem: gratia autem eas informat per modum originis, quia ex gratia quodammodo formaliter oriuntur habitus virtutum per potentias diuerſas diffuſiꝰ. Hinc gratia non eſt charitas præſertim cum gratia perficiat animę eſſentiam,charitas voluntatem.Iterum illud,in quo conueniunt diuerſa in ſpecie,& illud in quo eadem diſtinguuntur,nequeunt per eſſentiam eſſe idem:omnes aũt uirtutes conueniunt in hoc,quod eſt opera meritoria reddere. Diſtinguuntur aũt in hoc quod determinatos, ac diuerſos actus producunt: ergo quod eſt merendi principium,ſcilicet gratia, eſt realiter aliud ab eo, quod eſt principium diſtinctionis actuum, & ſpecies determinata virtutis, ergo gratia a qualibet virtute realiter differt. Hæc Thomas in Scripto.

Artic.1. Gratia ſumitur tripliciter.

¶Præterea in prima Secundæ quæſtione 110. Gratia,inquit,in communi modo loquendi tripliciter ſumitur.Primò, pro dilectione,ſicut quis dr̃ habere gratiam regis: quoniam rex habet eum charũ, ſeu diligit eum. Secundò, pro dono datis Plato, ut cum dicitur,hanc gratiam tibi facio. Tertiò, pro recompenſatione beneficij gratis dati,ſecundũ quod dicimur gratias agere benefactori. Quorum trium ſecundum procedit ex primo,& tertium ex vtroq;. Itaq; quo ad duo vltima iſta, gratia aliquid ponit in eo,qui gratiam accipit, vtpote donum collatum & eius recognitionem:ſed quantum ad primũ, differentia eſt inter gratiam Dei,& gratiam hominis, quia dilectio Dei eſt cauſa boni in creatura,quam amat, dilectio verò hominis cauſatur a bonitate dilecti,præſupponitq; eam in toto, aut parte, nec ſemper cauſat eam totaliter. Hinc quãlibet Dei dilectionem ſequitur aliquod bonũ in creatura, atq; ſecundum huiuſmodi boni dr̃iam conſideraẽ differens dilectio Dei ad creaturas. Vna communis, qua diligit omnia, quæ ſunt, alia ſpecialis, qua diligit prędeſtinatos,&c. vt ſupra.

Gratia nõ eſt realiter idẽ quod virtus.

¶Inſuper quidam dixerunt realiter idẽ eſſe gratiam, & uirtutem, quod & Magiſter ſenſiſſe uidetur.Verum ſi rectè conſideretur ratio uirtutis,patebit oppoſitum. Virtus namq; eſt diſpoſitio perfecti. Perfectum autem uocatur,quod diſpoſitum eſt bene ſecundum naturam. Virtus ergo uniuſcuiuſque rei dicitur in ordine ad aliquam præexiſtentem naturam,quando uidelicet res diſpoſita eſt,ut conuenit ſuæ naturæ.Porro virtutes acquiſitæ ſunt diſpo

ſiti

sitiones, quibus homo conuenienter disponitur in ordine ad naturam, qua homo est. Virtutes verò infusæ disponunt hominem altiori modo, & ad finem sublimiorem, vnde oportet, quòd etiam in ordine ad aliquam altiorem naturam, hoc est in ordine ad participatam diuinam naturam, iuxta illud: Maxima, & preciosa dona nobis donauit, ut per hæc efficiaminini diuinæ consortes naturę. Secundum acceptionem quoq; huius naturæ dicitur hominem regenerari in filios Dei, quēadmodum ergo nāle lumen rōnis est aliquid prēter virtutes acquisitas, quæ dicuntur in ordine ad lumen naturale, sic lumen gratiæ, quòd est participatio diuinæ naturę, est aliquid præter virtutes infusas, quæ ab illo lumine deriuantur, atq; ad ipsum ordinantur. Vnde ad Ephesios dixit Apostolus: Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in domino, ut filij lucis ambulate. Quemadmodum enim uirtutes acquisitæ perficiunt hominem ad ambulandū congruenter naturali lumini rationis, ita uirtutes infusæ perficiunt hominem ad ambulandum congruenter lumini gratiæ. Hæc Thomas in prima Secundæ. ¶ Declarat item ibidem, qualiter gratia sit qualitas: In eo, inquiēs, qui gratiam Dei habet, significatur quidam effectus gratuitæ voluntatis, & dilectionis Dei ad ipsum: ex gratuita autem Dei voluntate adiuuatur homo dupliciter. Vno modo inquantum anima hominis mouetur a Deo ad aliquid cognoscēdum, volendum, siue agendum, sicque gratuitus effectus non est qualitas, sed quidam animæ motus a Deo. Actus namque mouentis in moto est motus, vt dicitur 3. Physicorum. Alio modo, aliquid habitule donum a Deo suscipiendo: non enim conueniens est ut Deus minus prouideat eis, quos diligit amore amicitiæ ad bonum supernaturale, quam creaturis, quas diligit ab bonum naturale habendum: creaturis autē naturalibus sic prouidet, vt non solum moueat eas ad actus naturales, sed etiam largitur eis formas, atque uirtutes, quæ sunt principia talium actuum, quatenus ex seipsis inclinentur, & tendant ad huiusmodi motus, sicque motus, quibus a Deo mouentur sunt creaturis connaturales, ac faciles, iuxta illud Sapientiæ: Disponit oīa suauiter. Multo magis igitur his, quos mouet ad obtinēdum bonum supernaturale æternum, infundit aliquas formas, seu qualitates supernaturales, secundum quas suauiter, & promptè moueantur ab ipso ad beatificum finem. Hinc gratia ista est qualitas, Hæc ibi,

¶ Concordat Petrus per omnia, addens: Esse creaturę est duplex, videlicet primū naturale substantiale specificum, quo exit a Deo, esse quoque morale, quo redit ad ipsum, cumque omne esse fluat a forma, primum est a forma substantiali, secundum a forma accidentali, qualis gratia, idcirco est accidens. Item gratia reformat animam, ergo ponit in ea aliquam formam. Rursus omnis actio egreditur a quadam forma agentis, ergo actus meritorius exit a forma merentis, aut ergo a forma naturali, sicque natura potest de se in meritorium actum, quòd est hæresis Pælagiana, aut a super addita forma, sed non a forma increata, quoniam Deus nulli vnitur ut forma, ergo a forma creata, & ipsa est gratia, & sic ipsa est forma creata. Hæc Petrus.

¶ Porro Richardus in his a Thoma parumper recedit, narrans in primis positionem cum suis motiuis, sicut nunc recitata est, quam sanctus sequitur doctor: deinde aliorum refert opinionem, dicendo: Alijs videtur, quòd charitas, & gratia non differunt secundum aliquid absolutum, sed ratione tantum, & relatione: ita quòd charitas in comparatione ad animam, inquantum eam in supernaturali esse Deo accepto constituit, & gratis confertur, est gratia gratumfaciens: in comparatione verò ad proprium suum actum, quo tam charè diligit Deum, vt eum propter suā propriam bonitatem, omni præferat creaturæ, dicitur charitas, & habet rationem virtutis. Nēpè vt dicunt, si charitas, & gratia absolutè, atq; realiter differunt, potest omnipotens Deus vnum separare ab alio, vel intellectus simplici appræhensione appræhendere vnum sine alio: quo concesso, sequitur creaturam posse esse Deo acceptam, aut sine gratia, aut sine charitate: quia vtrunque istorum si insit per se, efficit suum subiectum Deo acceptum: imò impossibile est, eum qui habet charitatem Deo acceptum non esse. Idem constat de eo, qui gratiam habet gratum agentem. Hinc 15. de Trinitate loquitur Augustinus: Sola charitas est, quæ diuidit inter filios regni, & Babylonis, inter filios Dei, & diaboli. Constat autem, quòd & gratia agat hoc. Iterum Augustino testante, nullum donum charitate præstantius est, similiter gratia gratum faciente nullum donum est dignius, aut ergo vtrunque est idem, aut vtrunque illud dictum est falsum: huic opinioni magis se consentire fatetur Richardus: exponit tamen qualiter vtraque queat defendi.

¶ Verum motiua opinionis, quam sequitur, non videntur robusta. Etenim simili ratione arguereturquòd fides, & charitas essent idem, cum & sine fide impossibile sit Deo placere. Eadem quoque difficultas est de hoc, an beatitudo consistat in actu sapientiæ, an potius charitatis.

¶ Amplius Bonauentura refert hic tres opiniones, vipotè duas iam recitatas, & tertiam, quæ nūc ex Thoma breuiter est narrata, cui cōsentit. Opinionem verò quam sequitur Thomas, dicit affirmare, quod in eodem sunt plures gratiæ gratum facientes, quod improbat satis. ¶ Veruntamen hoc illa positio non videtur sentire, nec Thomas hoc sensit, imò gratiam gratum faciētem dicit in essentia vnā ac simplicem, & in influentia, ac virtute multiplicem: De positiua verò essentia gratiæ protestatur. Diuina gratia aliquid potuit circa gratificatum, qa voluntas Dei in acceptando non efficitur, diuina veritas approbando non fallitur, & neutra earum in gratificando mutatur. Quoniam ergo diuina voluntas acceptando non afficitur, nec quemquam acceptat per nouum affectum, necesse est, quod acceptet propter aliquem effectum: sicque aliquis effectus ponitur circa eum, qui acceptatur. Et quoniam diuina veritas in approbando nō fallitur, idcirco non præfert vnum alteri, nec approbat vnum præ alio, nisi quia habet aliquid in se, quo approbatione est dignior: neminem verò acceptat, nisi quē approbat, ideo nemo est Deo acceptus, seu gratus, nisi in se habeat aliquid, per quod approbatione sit dignus. Cumq; in acceptatione nulla sit mutatio ex parte Dei approbātis, oportet quod sit mutatio ex parte approbati, non in hoc, quod aliquid ei auferatur, sed quoniam aliquod donum ei confertur. Nec hoc, quod ei confertur, est tantum donum increatum, sed etiam aliquid habituale creatum, quod animam per informationem decoret, reformet, actuet, & Deo assimilet. Quidam tamen hoc totum attribuerunt gratiæ increatę, vt principio effectiuo non

non gratiæ creatæ, ut formali principio, cuius contrarium sentiunt piæ mentes, atq; com muniter doctores Parisienses.

¶ Postremò de corruptione gratiæ in eo, qui peccat mortaliter, dicendum est, sicut de corruptione charitatis. Corrumpuntur namq; per hoc, quod desinunt conseruari ab infundente, qui peccantis demerito auerrentis se a Deo, abstrahit suam conseruationem a charitate, & gratia, quæ est in illo. Hæc Bonauentura.

¶ Verum in his aliter sentire videtur Durandus: Operatio, inquiens, facit cognoscere formam, gratiæ autem, & charitatis operatio duplex est, prima reddere hominem Deo gratum, seu charum, secunda, perficere ad meritorium actum: quemadmodū prima operatio albedinis est formaliter dealbare, secunda uisum disgregare. Porro ex prima operatione, quæ est facere Deo acceptum, nequit poni, aut sciri, quòd gratia sit aliqua forma creata in anima. impossibile namq; est, quod effectus præcedat causam suam, non solum efficientem, sed item formalem, esse verò Deo acceptum, seu gratum præcedit saltem ordine naturæ omne donū habituale, quod est, aut esse potest in anima. Principium namque cuiuslibet liberalis donationis est amor: ergo priùs est homo a Deo dilectus, & per consequens acceptus, & gratus, quam ei aliquid a Deo donetur. Idcirco si quid postea ei donetur, nō est gratumfaciens Deo, sed gratis datum ab eo. Verum ex secunda operatione, quæ est perficere ad meritorium actum, oportet ponere gratiam, seu charitatem esse habitum creatum in anima, si contingat de condigno mereri vitā æternam. Hæc Durandus,

¶ Cuius uerba videntē satis obscura. Nēpè, quod ait ex prima illa charitatis, seu gratiæ actione sciri non posse, quod charitas, seu gratia sit forma creata, videtur absurdum. Dupliciter namq; deus diligit hominem. Primò secundum æternam prædestinationem, & ista dilectio præcedit omne donum creatum: attamen illud includit inquantum Deus ex sua gratuita dilectione æterna præordinauit, & dare decreuit prædestinato gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Secundò diligit Deus hominem secundum prēsentem iustitiam, & ita nō diligit nisi eum, qui charitatem habet, & gratiam. Insuper quod dixit Durandus, Si quid postea a Deo homini detur, non est gratumfaciens Deo, primò videtur contra communem sanctorum doctrinā, & theologicam traditionem, quia secundum Augustinum, Gregorium, & alios sanctos, sola charitas infusa hominē efficit Deo gratum. Gratiaquoque creata diuiditur in gratiam gratumfacientem, & gratiam gratis datam. Vocaturque gratia gratumfaciens, quia subiectum suum efficit Deo gratum, & placitum, etiā antequam operetur.

¶ Amplius scribit Durandus: Quidam dicunt, ꝙ gratia, & uirtus per essentiam, seu realiter differunt quia principium essendi differt a principio operandi. Sed ista opinio deficit, quia destrutio principio essenti, destruitur principium operandi. Gratia autem destructa, non destruitur principium operandi: nam gratia sublata, manent fides, & spes. De principio etiam esse accidentalis non est verum, quod sit aliud a principio operandi: quoniam calor dat esse accidentale igni, & cum hoc est immediatè principium calefaciendi, gratia autem est principium esse accidētalis. Hæc Durādus, qui probat hoc ipsum per alia superiùs tacta.

¶ Ad cuius obiecta possit faciliter rnderi, quòd aliud sit de esse accidentali naturali, & supnaturali. Vnde quemadmodum oportet rē primo constitui in esse naturali, antequam sit ad operationes naturales idonea, ita oportet eam primo constitui in esse quodam supernaturali, priùs quam efficax sit super naturaliter, & meritoriè operari.

¶ Præterea Henricus 4 Quodlibeto circa hæc recitat quatuor opiniones, quarū duas propter apertam earum absurditatem nō refero. Tertia est, quòd gratia, & charitas virtutesque cæteræ abinuicem realiter sunt distinctæ, sic quòd gratia, & charitas sunt semper coniunctæ, nihilominus Deo agente possent ab inuicem separari, ita quòd homo posset esse in charitate sine gratia, & econtra, & in vtroque statu diuisim inuentus glorificaretur. Quarta est, quod charitas, & gratia realiter distinguuntur, & necessariam habent connexionem. Verum vtrique huic opinioni videtur contrariari id Augustini: Radix omnium bonorum est charitas. Porrò cōtra primam earum est illud Apostoli: Si linguis angelorum loquar, & hominum, & charitatem autem non habeam. Vnde & Augustinus asserit: Adde charitatem, & prosunt omnia, detrahe charitatem, nil proderunt alia. Gratia verò qualitercumque in nobis est, non potest nisi prodesse, etiam si sola insit, impossibile est ergo, gratiam ponere aliud, quā charitatem, a cæteris tamen virtutibus gratia differt realiter. Charitas quippè est vita spiritualis, secundum quod est gratia, & in essentia animæ, estq; forma virtutum, inquantum charitas, & in voluntate existens, atq; ut est perfectio essentię animę, dat qua si actum primum. Vt autem est perfectio potentiæ volitiuæ, dat quasi actum secundum, qui est operari propriam operationem. Nempè cum omnia propria operatione determinentur secundum Philosophum primo Politicæ, & 4. Meteororum ita, quòd quælibet res naturalis in esse naturæ ab eodem habet duo, uidelicet actum primum, qui est esse secundum rationem illius formæ: & actum secundum, qui est operari aliquam sibi debitam operationem, quemadmodum graue ab eodem esse in specie grauis, & moueri deorsum, & non ab alio, & alio: Sic ab eadem gratia habet homo esse supernaturale, deiformè, gratuitum, quod diuinæ naturæ supernaturaliter est conformis, & meritoriè operari Itaque gratia gratumfaciens de, qua loquor, est donum Dei ordinatum ad gratificandum ei intellectualem naturam, ut sit digna per illam uita æterna, charitas verò uiæ, est principium actionum quibus natura Deo accepta, seu grata, meretur uitam æternam. Hæc Henricus.

¶ Cuius opinioni objici posset, quòd eadem forma accidentalis numero una, nequit uerè realiter in pluribus esse subiectis, ergo nec gratia potest esse in essentia animæ, & uoluntate. Veruntamen hæc obiectio contra Henricum non militat, nisi vlteriùs extendatur. Imaginatur enim animam non differre realiter a suis potentijs. Cuius oppositum super primum est ostensum.

¶ Postremò, quod de hac quæstione scribit Scotus, in præallegato continetur Quodlibeto Henrici & sequitur opinionem Henrici, non ponendo inter gratiam, & charitatem distinctionem realem. Quæcunque, dicens, excellentiæ attribuuntur charitati. attribuuntur, & gratiæ, & econtra. Vtraque namque æqualiter diuiditinter filios regni, & perditionis, vtraque est forma virtutum, &cæt. Et si dicerentur distinctæ, superfluerет vna, quia sufficeret alia. Dicitur igitur charitas, quia per eam Deum habe

habemus charum, ita, quòd respicit Deum non sub ratione diligentis, sed diligibilis: Gratia uerò uocatur, qua Deus aliquem habet gratum, ita, quòd ipsa respicit Deum ut diligentem, & acceptantem, non vt dilectum, & acceptatio illa intelligitur per comparationem ad uitam æternã, quæ cõparatio est in correspondentia meriti ad præmium. Hæc Scotus.

Bonauent. ¶ Bonauentura uerò in breuiloquio suo sup his multa conscribit perpulchrè, & tamen pene omnia, quæ affirmat de gratia, conueniunt charitati, nisi, quòd postea scribit de ramificatione gratiæ, & habitus uirtutum, atque donorum, & probat gratiam esse distinctam: Quemadmodum, inquiens, primum principium productiuum sua summa perfectione, in dando uitam naturæ, non tantum dat uiuere quantum ad actum primum, uerum etiam, q̃tum ad actnm secundum, qui est operari: sic necesse est, quòd idem principium reparatiuum, uitam donet spiritui in esse gratuito, tam quantum ad esse, quàm quantum ad operari. Cumque unius uiuentis ſm unam vitam primam multæ sint operationes vitales ad manifestationem uitæ illius perfectam, cum & actus diuersificentur per obiecta, diuersitas quoq; actuum diuersitatem requirat habituum: hinc quamuis sit una gratia uiuificans: ramificari tamen habet in uarios habitus propter operationes diuersas. Et qm̃ quædam sunt opera moralia, primaria, ut credere: quædam media, ut intelligere credita: quædam postrema, ut videre intellecta: & in primis anima ramificatur, in secundis expeditur. atque in tertijs perficitur: ideo gratia gratumfaciens ramificatur in habitus uirtutum, quarum est animam rectificare: in habitus donorum, quorum est animam expedire i deſt promptã, ac facilem reddere ad agendum: & in habitus habitudinum, quorum est perficere animam. Hæc Bonauentura prosequit ibi diffusè, cuius modũ, & positionẽ in his sequi videtur Thomas de Argentina.

Thomas argentin. Dionys.

¶ Itaque ex tot opinionibus innotescit, ueritatem huius materiæ infra certitudinem esse: subtilior tamen rationabiliorque uidetur positio illa B. Thomæ ex cuius etiam uerbis nunc introductis patet solutio ad obiecta. Etenim actus, qui tam gratię, quàm charitati attribuuntur, diuersimode competunt eis. Similiter gratificare, sanctificare, & cæt. aliter conueniunt Deo, aliter dono creato. Nam Deo conueniunt, ut causæ primę, & principali, ac efficienti: gratiæ uerò, & charitati, ut causæ secundæ instrumentali, atque formali. Amplius, quod ex Thoma, atque Bonauẽtura dictũ est de effluxu, & ramificatione virtutum ex gratia, non est intelligendum de reali, seu effectiua productione ipsorũ habituum uirtuosorum a gratia, nã uirtutes infusæ, ac dona sunt habitus supernaturales a Deo immediate creati: sed intelligendum censetur de emanatione, quantum ad actus secũdum naturalem quãdam connexionem, condependentiam, & cooperationem. scdm quod actus vnius uirtutis præsupponit, & exigit actum uirtutis alterius, quemadmodum actus charitatis pręsupponit, & exigit actũ fidei, aut etiam spei in uiatoribus, similiter actus spei actum fidei: sicq; secundum Aug. in Enchiridio, fides generat spem, & fides, ac spes charitatem.

Solũtur argumenta in rio quęstionis adducta.

Virtutes quomodo ramificẽtur ex gratia.

QVAESTIO II.

Arguitur primò ex parte affirmatiua

QVeritur consequenter, an gratia sit subiectiuè in essentia animæ. Videtur, quòd sic, quoniam ipsa est uita hominis, & ipsam naturam decorans, ac gratam, sen acceptam creatori constituens, dicitur semper esse in actu.

¶ Iterũ gratia dicitur esse vna, virtutes verò sunt plures, gratia ergo respicit essentiam animę, quę est vna, virtus verò potentias, quæ sunt plures. ¶ Rursus, necesse est ipsam essentiam intellectualis creaturę Deo placitam, & acceptam consistere, anteqnam operatio eius cõplaceat Deo. Propter quod in Genesi legitur, dominum respexisse ad Abel, & ad munera eius, sed istud per gratiam agitur.

¶ In oppositum est quod Augustinus testãte, gratia se habet ad liberum arbitriũ, vt sessor ad equũ, ergo immediatè respicit lib. arbitrium tanq̃ subiectũ.

In oppositum. August.

¶ Insuper magister in litera gratiã tam preuenientẽ quã subsequẽtem diffinit per cõparationem ad voluntatem: ergo voluntas est eius subiectum, cum accidens per proprium subiectum habeat diffiniri.

¶ Item gratia, & peccatum opponuntur: opposita verò habent fieri circa idem, cum ergo pctm̃ potissimè sit in voluntate, videtur, quòd & gratia.

Bonum.

¶ Ad hoc Bonauẽtura respondet: Communis tenet opinio, gratiam primò respicere essentiam aiæ, virtutes verò potentias eius, vt sic per gratiam, & virtutes reformatio fiat creatæ imaginis, quæ consistit in vnitate essentiæ, & trinitate potentiarum. Verum ista positio dupliciter potest intelligi. Primò, quòd Deus priùs influat gratiam essentiæ animę, deinde influentia illa redundet in animæ vires, ut sic sit conformitas gratiæ ad animam, siue prout consideratur secundum rationem imaginis, siue ut est perfectio corporis. Anima namq; ut est perfectio corporis, ratione suæ substantiæ respicit complexionis æqualitatem: sed ratione potentiarũ suarum cõcernit organorum diuersitatem. Aia quoq; in se habet uiuere, & agere, viuere per se, agere per potentias: sic & gratia per se respicit essentiam animæ, deinde potentias per uirtutes, & hoc non tantum per appropriationem, sed etiã per proprietatẽ. Secundò intelligi potest positio illa per appropriationem quandam, non quòd Deus influat gratiam priùs in essentiam animę, quàm in eius potẽtias, sed quia animæ suscipit gratiã, & uirtutes mediãte potentia, & tam gratia, q̃ uirtus insit aiæ per potẽtias. Aliter tamen ei inest gratia, aliter uirtus. Virtus nãque dicit perfectionẽ respectu operationis, gratia respectu Dei acceptantis. Cumq; respectu operum potentiæ distinguantur, hinc ipsæ uirtutes concernunt potentias, ut distinctas: tunc que in actu sunt, quando potentiæ sunt in actu. Potentiæ uero prout comparantur ad Deum acceptantem, unica acceptatione acceptantur cũ essentia animæ. Hinc gratia una est sicut essentia aię, & est semper in actu cõtinuo, & primò dicitur respicere essentiam animæ, non quia sit in illa absq; inhęsione potẽtiæ, aut per priùs, q̃ in potentia: sed quia habet esse in potentijs, ut continuantur ad unã essentiam animæ. Virtus uerò dicitur esse in potentijs, qm̃ est in eis secundum quod referunt̃ ad operationes diuersas. Et hic modus intelligẽdi plus consonat Augustino, qui asserit gratiam se habere ad liberũ arbitriũ, sicut sessorem ad equum, gratiã, quoq; operantẽ, & cooperantem describit per comparationẽ ad uolũtatem. Magis etiam cõsonat rationi. Si etenim intelligamus gratiam tanquam habitum quendam, ac influẽtiam inexistentem animæ ad Deum conuersæ, cum talis habilitatio, & influentię susceptio, atq; conuersio intelligi nequeant nisi per potentiam, non uidetur posse rectè intelligi, quomodo gratia sit in aia, abstracta potentia. Rursus, si gratia dicitur, qa gratificat, & ex hoc opponitur culpæ, opposita demũ fiant circa idem, ergo sicut culpatio, laus, & uitu-

Aug.

perium

perium insunt animę primo ſm liberum arbitrium, sic & gratiæ donum. Non enim quæcunque acceptatio, gratificatio dĩ, sed illa sola, qua Deus animã sic acceptat, ut æterna remuneratione eam reputet dignam, talisque acceptatio respicit arbitrij libertatem; ergo gratia primò inest animæ ſm arbitrij libertatem. Cuius signum est, qa gra ad alias tm̃ potentias se extendit, ad quas se extendit libertas arbitrij.

Obiectio soluitur.

¶ Cumq; obijcitur quoq; gratia est continua in suo actu, & talem non habet in libero arbitrio. Rũdendum, quod duplex est actus formæ. Vnus quem habet per modum informantis, alius per modum efficiens, sicut albedo subiectum suum per informationem dealbat, & uisum quasi efficienter disgregat: quantum ad primum, est forma in actu continuò. quoniam actus ille est ut habitus, non autem quo ad actum secundum. Ita & gratia est in actu continuo, quo ad actum informationis, quo gratificat, non quo ad actum, quo promeretur. Hæc Bonauentura.

Tho. aqui.

¶ Porro in his Thomas aliter sentiens: Communiter, inquit, ab omnibus dicitur, quòd gratia respicit essentiã animæ: uirtus verò potentiam, sed hoc a diuersis diuersimodè intelligitur. Quidam intelligunt hoc dictum appropriate, non propriè, cum enim uirtus dicatur secundum quod est operationis principium, & operatio sequatur potentiam conuenienter ad potentiam uirtus refertur. Gratiæ autem effectus est facere Deo acceptum, quod per priùs respicit animam, quàm eius operationem siue potentiam, iuxta illud: Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Alij intelligunt hoc tanquam propriè dictum, dicentes, quòd primum, & proprium subiectũ gratiæ sit essentia animæ, quod rationabilius est, & dictis diui Dionisij consonat. Cum enim nullius operatio supra facultatem naturæ operationis extendatur, oportet, quòd si operatio alicuius extendatur supra id, quod naturaliter habet, quod etiam natura supra seipsam quodammodo eleuetur, cumq; actus meritorij facultatem humanæ excedant naturæ, non queunt ab homine procedere, nisi natura eius supra se per gratiam eleuetur. Hinc. 2: Ecclesiasticę hierarchię capit: sanctus Dionysius protestatur, quod sicut in naturalib⁹ id, quod non habet naturam specificam acquisitam p generationem, non ualet habere operationes speciei debitas: ita qui non est diuinum esse per spiritualem regenerationem adeptus, non potest operationes participare diuinas. Hinc primum donum, quod homini gratis infunditur, oportet istum habere effectum, ut essentiam animæ eleuet, atque constituat in quodam esse diuino, quatenus ad operationes diuinas existat idonea, cumq; unumquoque dicatur id esse simpliciter, quod est per priùs, sicut substantia simpliciter dicitur ens, hinc donum quod essentiam animæ ita nobilitat, principaliter gratia appellatur, & etiam quia non determinatur per specialem aliquem actum, ex quo speciale nomen sortiatur. Hinc propriè, & per se gratia respicit essentiam animæ, ut subiectum. Veruntamen quoniam inter potentias animæ uoluntas, seu liberum arbitrium maximè est communis: quoniam eius imperio actus aliarum subiacent potentiarum, nec gratia determinatum respiciat actum, hinc gratia immediatiùs respicit uoluntatem, liberum ve arbitrium quam alias uires: culpa uerò opponitur uirtuti magis, quàm gratiæ. Hæc Thomas in Scripto.

Dio. mar. Gra est in essentia aię.

Dio. mar.

tic. 4.

¶ At verò in prima Secundæ, qõne. 110. Quemadmodum, inquit, gratia est a uirtute distincta, & prior ea, sic habet subiectum prius subiecto uirtutum, ita, quòd est in essentia animæ. Sicut enim per potentiam intellectiuam homo participat cognitionem diuinam per fidem, atq; per uoluntatem participat diuinum amorem per charitatis uirtutem, sic per rõnalem naturam animę participat quandam sup naturalem diuinę naturę similitudinem per gratię donum. Hæc ibi. ¶ In sũma ẽt contra Gentiles lib. 3 p diuersa cap. multa conscribit de gratia quæ in præinductis sententialiter continentur.

Tho cõtra Gentiles.

Petrus.

¶ Insuper Petrus his concordat: Quemadmodũ, dicens, corpus est unum in multis membris, sic anima vna est in multis potentijs, accidentiũ verò corpora lium, quæ insunt corpori secundum se, ut albedo, possunt denominare totum corpus, & singula membra, quædam verò insunt corpori mediante aliquo membro, ut crispitudo, uel simitas, & hæc quamuis denominent corpus, cui insunt, per synecdochen, & membrum mediante, quo insunt per proprietatem, non tm̃ denominant alia membra, non. n. pes dicitur simus, aut crispus. Similiter ex parte animę duo sunt accidentium genera, quędã respiciunt essentiam animæ, hæcq; denominant eam, ac vniuersas eius potentias, ut gratia: quædam verò insunt mediantibus potentijs, ut uirtutes, & hæc denominant essentiam animæ, atq; potentiam, cui insunt, non alias uires. Hinc anima dicitur amans, itemque voluntas, sed intellectus non dicitur amans, Gratia igitur inest animæ per essentiam, virtus verò per potentiam. Aliqui tamen dicunt, quod utrumq; inest potentiam, sed gratia respiciat subiectum potentię, quod est unum, puta essentia animæ. Virtus verò actum, qui est multiplex secundum uires diuersas, Hęc Petrus,

Accidẽtiã animę duo sint gñã.

¶ Richardus verò sequitur opinionem dicentiũ, quòd sicut uoluntas non dicit potentiam ab anima distinctam realiter, ita nec charitas reale quid gratiæ superaddat. Nihilominus gratia secundũ, quod ponit animam in quodam esse supernaturali Deo accepto, propriè, & priùs ordine naturæ respicit essentiam animę, & in ea consistit. Hæc Richardus.

Richard⁹.

Henricus.

Idem sentit Henricus.

¶ Porro Albertus, Gratia, asserit, uniuersalis est habitus informans subiectum, idest, essentiam animæ, & potentias eius, ac opera. Quę uerba si intelligantur, quòd gratia realiter informat essentiam aię & influentialiter secundariò per uirtualẽ impressionem potentias, operationesq; animę, uera censetur, & consonans dictis Thomæ,

Albertus.

¶ Durandus demum hic multa expressit: Istud, inquiens, puta positio illa, qp gratia primo, & propriè inest essentiæ animæ, non ualet: qm̃ impossibile, est qp habitus perficiens essentiam animę, maiorem colligantiam habeat cum habitu perficiente uoluntatem, quam cum habitu perficiente intellectum.

Durandus

¶ Sed huius contrarium iam ex verbis Thomæ innotuit, perhibentis: qm̃ inter potentias animę uolũtas maximè est cõis. ¶ Deinde addit Durãdus: Essentia animæ non fit nec est primò grata gratificatione supernaturali, q̃ potentiæ. Cumq; id probatur, quia respexit dñs ad Abel, & ad munera eius: dico qp non est intelligendum, qp dñs acceptando priùs respexerit ad essentiam animæ Abel, deinde ad opera eius: sed qp priùs acceptauit deuotionem offerentis, quæ est actus interior uoluntatis, deinde munera oblata. ¶ Hoc dictum Durandi nõ solum vr̃ contra doctores scholasticos, Alexandrum Thom. Albertus. Bonauentura &c. sed etiam contra sctõs patres.

Dionys.

Augustin. Beda Gregorij Dionysi. martyr.

tres, Augustinum, Gregorium. Bedã, & alios. Augustinus enim, & Beda super Gñsim, Gregorius quoque super Iob, verbã illa geneseos ita interpretantur, vt dictum est supra. Et sicut ex præallegatis beati Dionysij uerbis patescit, quemadmodum ad exercendum naturales operationes, primo oportet sortiri naturam specificam, substantialemq; formã ita ad exercendum meritorios actus oportet in primis sortiri diuinitus per infusionem, seu regenerationem quandam formam supernaturalem, constituentem intellectualem creaturam in esse supernaturali deiformi ad promerendum idoneo, utpote gratiam gratumfacientem. Et sicut non potest aliqua actio voluntatis interior Deo esse accepta, ac meritoria, nisi ipsa uoluntas per uirtutem charitatis sit informata, ornata, deoq; grata, ita, nec vlla offerentis oblatio potest altissimo esse accepta, nisi anima eius in sua essentia sit omnipotenti per gratiam conformata, ac placita, Deniq; animæ infantulorum in sacro baptismate fiunt creatori acceptæ supernaturali gratificatione recipiendo gratiam ex infusione antequam vllum deuotionis habent actum. ¶ Præterea scribit Durandus: Dicunt quidam, quòd gratia disponit essentiam animæ in comparatione ad Deũ, quia per eã efficimur diuinæ consortes naturæ. Sed istud non valet, quoniã esse consortem diuinæ naturæ, aut intelligitur per assimilationem in esse, aut in operari, non in esse, quia hanc habet essentia animæ maiorem per naturalia, cum ad imaginem Dei facta, quam per qdcunq; aliud possit habere: præcipue, qm̃ aliud illud accidens esset, quod semper plus distat a perfectione diuina, quàm quæcunq; substantia. Intelligendum est ergo quo ad operationem: operatio verò non respicit essentiam nisi mediante potentia.

¶ Hæc uerba istius uidentur nimis absurda, ac rudia. Rationalis namque, seu intellectualis creatura multo eminentiùs, atq; salubriùs assimilatur superbeatissimæ trinitati per dona gratuitã gratificãtia, quàm per naturalia dona, imo per gratuita reformatur, ac decoratur naturalis imago, & similitudo Dei in anima. Per dona uerò gloriæ adhuc multo clarius conformatur anima Deo. At quòd insinuandum, sanctus ait Iohãnes: Charissimi, nũc filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus enim cum apparuerit, similes ei erimus, qa videbimus eum sicuti est. Quibus uerbis innuitur, ꝙ beatifica visio, donaque gloriæ tam excellenter assimilant animam Deo, ut respectiuè loquendo, viator non sit similis domino, quamuis ei per naturalia, atq; gratuita assimileturur. Cumq; obiicitur, ꝙ dona ista gratiæ, & gloriæ sunt accidentia, puerile est argumentum, & paulo ante solutum, vbi quæsitum est, utrum gratia sit substantia, vel accidẽs. Imperitissimum quoque est dicere absolutè, quòd dona gratiæ, & gloriæ plus distant a Deo, quàm quæcunque sobstantia: imo quædam illorum donorũ sunt nobilissimæ, & immediatæ, uel potius immediatissimę, ac sacratissimæ coniũctiones cum Deo, videlicet dotes gloriæ, suoq; modo actiones meritoriæ, ex charitate directè elicitæ. Opinio demum Scoti eadem est præinductæ opinioni Durandi in determinatione huius quæsiti.

Dionysi. Carthus.

1. Iohan. 3

Soluitur lemma durandi.

QVAESTIO III.

Arguitur primo cõtra ueritatem.

IN super quæritur, an [gratia gratũfaciens sit tm̃ vna in homine vno] uidet, quòd non qm̃ gratia gratumfaciens diuiditur in gratiam operantem, & cooperantem, & rursus in gratiam præuienientẽ, & subsequentẽ, diuisio autem numerum parit: i. multitudinis causa est. Apost. quo q; Ad Corin. Diuisiones, inquit, gratiarum sunt. ¶ Secundò, gratia iuxta præhabita est forma virtutum. Forma autem secundum multitudinem formatorum diuiditur, cum vnicuiq; insit sua propria forma. ¶ Tertiò, gratia sacramentalis gratia gratumfaciente prima, infusa distinguitur, diuersorum quoque sacramentorum diuersæ sunt gratiæ vnaq; habita, altera aliquando non habetur, ergo diuersę sunt gratię, cum & in hymno dicatur: Tu septiformis gratia.

¶ In oppositum sunt iam inducta. Cum.n. gratia ponatur in essentia aiæ, vna est sicut & ipsa essentia.

In oppositum. Th. Aqui.

¶ Ad hoc Thom. rñdet: Qui dicunt gratiã, & virtutẽ realiter non differre, dicere habent, ꝙ gr̃a multiplicatur sicut, & virtus, nam q̃uis dicere valeant, quod virtus nõ multiplicetur sc̃dm ꝙ gratia, sed vt hẽt rationem virtutis, nihilominus dicere habent, ꝙ gratia secundum id, quod realiter est, diuersificatur. Porrò secundum opinionẽ dicentium, ꝙ gratia à virture realiter sit distincta, est multiplex modus dicendi. Dicentes.n. gratiã non esse in essentia animæ vt in subiecto, dicere cõpelluntur, ꝙ plures sint gratiæ secundum numerũ virtutum distinctæ, nõ.n. vnum numero accidens potest simul in diuersis esse subiectis. Si autẽ ex eo, quod est forma virtutum dicat in eodẽ esse subiecto, in quo est virtus. necesse est, ꝙ sit in qualibet potẽtia, in qua est virtus, aut per priùs, aut per posteriùs, secundum quod quædã virtutes per priùs à gratia informantur, quàm aliæ. Alij dicũt, ꝙ gratia subiectiuè est in essentia animæ, in qua omnes potentiæ eius tanquam in centro colliguntur hinc quemadmodũ lineæ, vel radij in centro vniuntur, & secundũ quod à centro plus elongantur, magis ab inuicẽ diuiduntur: sic gratia secũdum quod in aiæ consistit essentia, vna est, multiplicatur autẽ secundum ꝙ in potentias diuersas diffundit, in quibus virtutis accipit rõnem. Sed ista opinio vt̃ supponere, ꝙ virtus, & gratia nõ differunt secundum specie, & rõnem sed solum ꝛm subiecti diuersitatẽ. Si.n. alterius rõnis est virtus à gratia, tunc ex multiplicatione virtutũ in potentijs nõ sequit̃ multiplicatio gr̃æ: qa diffusiones gratiæ in potentijs nomen & rõnem amitterent gratiæ, sicut si lumen à cẽtro diffundat̃ per radios varios, q̃ diu retinet luminis rõnem, dr̃ lumen multiplicari, ac diuidi. Si verò secundum diuersas lineas diffusionis luminis, ipsæ lineę rationes, acciperent diuersorum, diceretur, ꝙ lumen esset duntaxat vnum secundum quod est in centro, & colores in lineis diuersis causati sint multi, nisi forsitan dicant, ꝙ diffusio gratiæ in potentias est præter virtutum essentiam, sicut diffusio lucis super colores, qui per eam efficiuntur actu visibiles, est secundum quorundam opinionem præter essentiam coloris, quatenus sicut lux super colores diffusa, p̃stat coloribus, quod sunt visibiles actu, ita diffusiones gratię tanq̃ quidam radij eius, virtutibus prębeant efficaciã promerendi. Sic quippe radius gratiæ receptus in potẽtia, retineret rationem lucis, & differret à gratia, quæ est in essentia animæ sicut lumen differt à luce: sicq; gratia vt est in essentia aiæ, esset vna: sed gratiæ diffusæ in potentijs, essent multæ. Sed hoc stare non valet, qa actum meritorium, non requruntur nisi duo. Vnum est, vt agens actũ dignus habeatur vita æterna, ad quod sufficit gratia in aiæ existens essentia, ipsam gratificans: aliud est, vt actus ipse in finem debitum sit relatus, debitisq; circunstantijs vestitus, ad quod sufficit virtus. Hic ad eliciendum meritorium actum non requirit̃ aliquid præter gratiam, quæ est in essentia animæ: & virtu-

Gratia gratumfaciẽs est tm̃ vna 1. Cor. 12.

virtutem, quę est in potentia eius, quasi aliqua diffusio gratię ab essentia animę peruenia in potentiam præter virtutem. Hinc alij meliùs dicunt, quod. s. gratia est una tm̃ non multiplicata, virtutes verò sint multæ. Porro Apostolus dicens, Diuisiones gratiarum sunt, largè accipit nomen gratiæ pro quocũque dono nobis gratis collato a Deo. Gratia quoq; operans, atq; cooperans, seu præueniens, & subsequens, non differunt realiter, ut dictum est, & dicetur. Sed nec gratia est forma virtutum per informationem, sed efficientiam: idcirco potest vna permanens virtutum plurium esse forma. Postremò, gratia in diuersis sacramentis datur ad diuersos, effectus, secundum quod plures infirmitates ex peccato sunt consequutę, contra quas gratiæ sacramentales præcipuè ordinantur: ideo sicut differt virtus a uirtute per hoc, quod ad actus ordinantur diuersos, sic una gratia sacramentalis differt ab alia, ꝛm quod ad diuersos ordinantur effectus. Hinc sicut ex multiplicatione virtutum non sequitur multiplicatio gratiæ: ita ex multiplicatione sacramentorum & sacramentalium gratiarum non sequitur multiplicatio gratiæ, de qua sermo: imo perfectiones, quæ in diuersis sacramantis conferuntur, emanationes sunt gratiæ, de qua modo est mentio, sicut virtutes: sed quia non habent nomina propria, idcirco communiter nomine gratiæ nũcupãtur. Hæc Thomas in Scripto.

Diony.

¶ In quibus videtur obscurum, quod ait eos, qui dicunt gratiam nõ esse subiectiuè in essentia animæ dicere oportere, ꝙ plures sint gratiæ ꝛm numerum virtutum distinctæ, quod non apparet. Quidam.n. ita dicentium, asserunt gratiam non esse q̃cunq; virtutem, sed charitatem, vt Henricus, Richardus, & Scotus, sicq; non conguntur gratiam multiplicare magis, quam charitatem. Hinc item, qui dicunt gratiam a virtute realiter non differre, non compelluntur gratiam multiplicare secundũ numerum virtutum, eum gratiam dicant non virtutem quancunq; sed charitatem duntaxat.

Petrus. Gratia duplex ẽ aiæ.

¶ Consonat Petrus: Duplex, dicens, est gratia in anima. quædam gratis data, quæ datur ad actus diuersos, ut patet, idest, Corint. 12. ideo recipit essentialem diuisionem. Quædam verò gratumfaciens, q̃ datur ad vnum actum primum, qui est gratificare, idcirco diuisionem non recipit essentialem. Quemadmodum.n. actus primus, qui est viuere, vnius est vnus: actus verò secundus, qui est operatio, est multiplex, ꝑꝑ quod a principio multiplicabili oritur, vtpote a uirtute: sic gratia gratumfaciens vna est: uirtus aũt multiplicatur. Et gratia ista vocatur forma virtutum, non propriè tanq̃ pars esset illarum, vt aliqui dicunt, sed similitudinariè: qm̃ efficit eas formosas, quemadmodum lux colores. Gratia quoque virtutum, & donorum dupliciter dr̃. Primò, in transitiuè. idest, gratia, quæ est virtus, & quæ est donum, & sic realiter differunt sicut virtus, & donum. Secundò transitiuè, i, gratia, quę est causa virtutũ, & quę est causa donorum, & sic idem sunt: qm̃ eodem gratia, quæ est causa virtutum, augmentata est causa donorum, iuquamtum uirtus, & donũ sunt principia promerendi. In hoc quippè conueniunt quamuis in actibus differant. Hinc id, a quo habent rõnẽ merendi, est vnum, uidelicet gratia. Rursus gratia dupliciter dr̃. Primò qualitas ipsa animam gratificans, ac Deò assimilans Secundò aliquis eius effectus, puta perfectio ab ipsa in animã profluens. Primo modo gratia sacramentorum, quemadmodum & virtutum, est una, secundo modo, diuersæ, sicetenim sacramentalis gratia nominatur, inquantum, concernit, & producit effectum contra aliquã peccati infirmitatem. Hæc Petrus.

Gr̃a qualiter sit forma uirtutum.

QVAESTIO IIII.

NVnc quæritur, an gratia sit motor liberi arbitrij] Videtur quod nõ, quia liberum arbitriũ mouetur ex seipso, non ergo ab alio.

¶ Ad hoc rñpet Bonauentura. Quemadmodum sancti testantur, lib. arbitrium a gratia mouetur, & excitatur, quia a gratia operante præuenitur, atque a gratia cooperante ad opera meritoria eleuatur, ita ꝙ respectu operis meritorij gratia ẽ motrix specialis, & uoluntas pedissequa. Propter quod Aug. comparat gratiam ad liberum arbitrium, sicut sessorem ad equum. Et istud dupliciter põt intelligi, Primò, quod gratia dr̃ mouere liberum arbitrium, qa dispositio est, & disponit ad spiritualem motũ, cum ipsa sit spirituale animæ pondus, quo aia habet sursum moueri, cumq; liberum arbitrium natũ sit mouere seipsum ad actus, in quos põt ex se, idcirco qm̃ adiutum est, & informatum per gr̃am, excellentiùs promptiùsq; mouet seipsum. ita quod cũ liberũ arbitrium sit mouens, & motum, gr̃a disponit ipsum ad actionem, & motionem sub rõne mouentis: atq; pro tanto gratia dr̃ mouere liberum arbitrium, seu voluntatem: qm̃ liberum arbitrium gratia informatum mouet seipsum, iuxta quem modum amor dr̃ hoẽm ad opera magna mouere. Secundò põt intelligi ita, quod gratia est, quędã influentia procedens a luce prima, habens se ꝑꝑ coniunctionem cum luce illa fontana, sicut lumen solis cum Sole: cumq; iugiter suo fonti iungatur, non solum attribuitur ei operatio rõne sui subiecti, sed & rõne sui fontalis principij, seu obiecti, hinc sicut lumẽ nõ solum operatur cum aere, sed item in aerem rõne continuationis suæ cum Sole, sic gratia non tm̃ agit in liberum arbitrium, sed etiam operatur cum ipso, hinc non est aliud dicere gratiam mouere liberum arbitrium quam ipsam esse instrumentum spiritusſancti ad mouendum liberum arbitrium. Deniq; vterq; hic modus intelligendi est aptus, nec vnus sine alio sufficit. Nam primus competit gratiæ cooperanti, seu subsequenti, secundus gratiæ operanti, & præuenienti. Nam gratia operans liberum arbitrium præuenit, mouet & excitat: qm̃ Deus illam infundendo, voluntatem sanat, ac præparat: Gratia verò cooperans, seu subsequẽs fertur liberũ arbitrium mouere, quia voluntas tali gratia informata mouet seipsam cum sit potentia libera, non alligata materiæ, Nihilominus conuenit ei moueri a Deo, & gratia, a quibus liberè non coactè mouetur. Sponte enim consentit, & ita se mouet ad opus. Hæc Bonauentura.

Bonauent.

August.

Gr̃a qualiter mouet liberum arbitrium.

¶ Hinc Alb. Gr̃a, inquit, uoluntatẽ est erigens, p̃parans, ac adiuuans eã. Oportet tm̃ ut voluntas non statuat obicẽ, sed velit adiuuari per gr̃ãm, saltem in adultis, quia si nollet, non reciperet eã. Sicq; illud intelligitur August. Qui creauit sine te, non iustificabit te sine te. Ideo iu lib. de correctione, & gratia, ex verbis illis Apost. Non volentis, neq; currentis, sed miserentis est Dei, sic arguit contra Iulianum hæreticum: Hoc ideo dictum esse, quia non solius est voluntatis implere præceptum Dei, eo quòd hõ spera re, & credere nequeat nisi uelit, neque ad palmam currere nisi volendo. Itaq; arguit Augustinus: Si ideo dictum est, Non est volentis, neque currentis, &c. quoniam sola uoluntas non implet, sed adiuta per gratiam, ergo & econtrario dici potest. Non est

Albertus.

August. Rom 9.

est Dei miserentis,sed volētis,currentisq; hominis & ita concludit.Restat igitur ut rectè ita dictum intelligatur,ut totum Deo detur, qui hominis uoluntatem præuenit ut uelit,& uolentem subsequitur, ne frustra uelit.Hæc Albertus.

Petr. ¶ At uerò Petrus:Mouere,ait,contingit dupliciter.Primò effectiuè, sicut sol mouet vaporem sursum eleuando. Secundò dispositiuè,ut pondus secundum quod leuitas mouet sursum.Primò modo Deus mouet liberum arbitrium,& etiam illud seipsum,præsertim dum per gratiam est perfectum, & adiutum ad mouendum semetipsum . Secundo modo gratia mouet illud.Quamuis ergo uoluntas mouet seipsam, imo & omnia , quæ sunt in anima mouet efficienter, & imperialiter, uihilominus ab aliquo existente in anima potest dispositiuè moueri.Hæc Petrus.

Richard. ¶ Porro Richardus circa hæc curiosiùs,seu subtiliùs scribens:Gratia asserit,mouet liberum arbitrium per modum efficientis instrumentalis,atq; per modum formæ.Primo modo mouet liberum arbitriū in instanti suæ infusionis , quia in illo instanti spiritus sanctus tanquam principale agens per influentiam suam , quæ est gratia tanquam per instrumentale efficiens in libro arbitrio,quandam causat excitationem,& inclinationem ad bonum uoluntatis actum,illaq; excitatio,seu inclinatio nō est actus uolendi,sed dispositio ad eundem,seu aliqualis inchoatio eius,quia in eliciendo actum liberi arbitrij,semper cooperatur liberū arbitrium, sed ad causandam illam excitationem,uel inclinationem, quæ causatur in instanti infusionis gratiæ,liberum arbitrium est passiuum duntaxat.Mouet autem liberum arbitrium per modum formæ, inquantum per gratiā,quæ est forma,potest se mouere, & eleuare ad meritoria opera de condigno,quibus motibus se sine gratia mouere nequiuit . Hinc libro de gratia,et libero arbitrio, loquit̄ Augustinus : Deus præparat uoluntatē,& cooperando perficit,ꝙ operādo incipit,quoniam ipse vt velimus operatur incipiens,qui uolētibus cooperatur perficiens.Et q̄a per duo se mouet liberum arbitrium,puta per se,& per gratiam,ideo idem opus fit per gratiam , & liberum arbitrium.Hinc Bernardus in lib.de libero arbitrio contestatur,quòd a sola gratia ceptum est, pariter ab utroq; perficitur:hoc est,a gratia,& liberò arbitrio.Hæc Richardus.

Augustin.

Bernard.

Alber. ꝑpositi. ¶ Vnde Albertus hic recitat uersus Præpositiui.
Quicquid habes meriti præuentrix gratia donat:
Nihil Deus in nobis præter sua dona cornat.

¶Postremo,circa hæc diuersi,quæstiones mouēt diuersas,uidelicet utrum habens gratiam gratum facientem. certitudinaliter scire ualeat se esse in gratia.Item an, & qualiter gratia possit intendi ,& remitti.Rursus,an & qualiter sit accidens corruptibile,& amissibile.Ad quæ omnia respondendum est; prout super primum responsum est de cognitiōe in existentiæ charitatis , de eius quoque intensione, & remissione , & qualiter corrumpi ualeat , seu amitti .

QVAESTIO V.

Arguitur primo cōtra ueritatem. VLtimò demum hic quæritur , an gratia operans , & cooperans, seu gratia præueniens , & subsequens,sint realiter eadem gratia] Videtur , quòd non , quoniam habitus distinguuntur per actus: cum ergo diuersi sint actus gratiæ operantis,& cooperantis,& c ut patet in litera,sequitur ,quòd realiter distinguantur.

2. ¶ Item operans , & cooperans distinguuntur, sicut perfectum, & imperfectum,quæ non sunt idē, alioquin idem esset seipso perfectiùs .

In oppo. ¶ In oppositum est Magister in litera .

Albertus, August. ¶In huius determinatione quæsiti concordant doctores. Vnde Albertus: Auctoritas Augustini à Magistro inducta de gratia præueniente , & subsequente, in libro Augustini contra Pelagianos habetur,qui gratiam Dei euacuabant, dicentes à libero arbitrio esse opus bonum sicut à volente, & currēte, atq; à gratia Dei sicut ab adiuuante,& comitante. Hinc Augustinus volens illum errorem secundū catholicam fidem corrigere , per illud Apostoli ad Romans. Non uolentis,neque currentis,sed miserentis est Dei: diuidit gratiam in operantem, & cooperantem,seu præuenientem,& subsequentem, vt ostendat, quòd totum est ex gratia Dei,quæ primò præuenit voluntatem vt velit,atq; subsequitur eam opus ministrantem, seu exequentem,ne frustra velit:quoniam opus voluntatis frustra agitur,nisi gratia informetur. Deniq; sicut magister in litera fatetur,hæc duplex gratia realiter vna est, distincta penes actus siue officia.Etenim proprius gratię actus est habentem facere Deo gratum, opusq; eius facere Deo acceptum, qui actus vnius est rationis in generali in gratia operante , & cooperante . Gratia quoque verè, & simpliciter dicta à duobus nomen sortitur, videlicet quoniam gratia confertur,gratificatq; habentem, quorum vtrunq; per eandem rationem conuenit gratiæ operanti, & cooperanti, vnus est ergo habitus vtrius : Et quamuis actus diuersi conueniant eis, eadem tamen vis est in eis, vtpotè virtus gratificandi, ac promerendi . Vnde secundum aliquid sunt eiusdem potentiæ, & secundum aliquid non. Nempe in vi gratificandi, & promerendi conueniunt, differunt autem in hoc, quòd gratia operans facit hoc circa voluntatem , informando eandem , gratia verò cooperans facit hoc circa actum liberi arbitrij, ipsum actum eliciendo, dandoq; ei virtutē merendi. Hæc Albertus.Ex quibus verbis sequi videtur , quòd gratia sit subiectiuè in voluntate secundum Albertum . Sed quid ad hoc respondendum sit, supra inductum est.

Th. Aug. ¶ Circa hoc planiùs scribit Thomas: Gratia habet in nobis diuersos effectus ordinatos. primū námque quod facit in nobis, est quoddā esse diuinum , secundus eius effectus est meritorius actus. Tertius est præmium meriti,seu vita æterna.In actibus quoque est ordo : quoniam primū est opus interiùs voluntatis, secundum est opus exteriùs,quo impletur voluntas.Et secundum hęc quatuor Augustinus diuersimodè videtur accipere gratiam præuenientē, & subsequentem: quoniam considerato ordine meriti ad præmium subsequens , vocat gratiam præuenientem , quæ est principium promerendi, gratiam verò subsequētem ipsum habitum gloriæ, qui in nobis beatam efficit vitam. Hinc in libro de natura,& gratia loquitur: Gratia præuenit, vt piè viuamus : atq; subsequitur, ut cum illo semper viuamus:& nunc præuenit, ut filij Dei vocemus:tuncq; subsequitur, vt glorificemur. Porrò secundum ordinem actus interioris ad exteriorem , vocat gratiam præuenientem, quæ motum causat bonæ uoluntatis : gratiam verò subsequentem , quæ opus exteriùs complet. Vnde asserit AVGVSTINVS Gratia præuenit uoluntatem, vt uelit bonum, subsequitur, ut compleat,& perficiat illud. Sicque in litera ista per totum videtur accipere gratiam pręuenientem, & subsequentem:sed secundum ordinem ipsius esse ad actum, seu operationem, sic nominat gratiam

gratiā præuenientē,q̄ dat animæ quoddā esse salubre:& subsequentē, q̄ opus meritoriū causat. Vn̄ dicit,ꝙ puenit ut sanemur subsequitur, vt sanari negotiemur . rerū distinctio gr̄atiæ operantis, & cooperantis,propriè tm̄ accipit̄ prout ptinet ad statū vitæ p̄sentis,sicq; dupliciter pōt distingui.Primò,ut gratia dicat̄ operans,prout operat̄ in anima, quod dam eē diuinū, ꝙ gratum facit habentē : cooperās verò vocetur,prout meritoriū causat opus , & sic illud Deo efficit gratum. Scd̄ò, ut gratia operans appellet̄,quæ actum uoluntatis producit interiorē: cooperans,quæ exteriorem,perseuerātiāve in illo: & vtroq; mō operans,& cooperans idē est, ꝙ præueniens,& subsequēs , Deniq; gr̄a operans s̄m vnā acceptionē operatur in anima formaliter, non effectiuè,s̄m quod quælibet forma facit eē aliquid in subiecto,ut albedo facit eē albū.Alio mō dr̄ operari effectiuè,ꝑut habitus effectiuè producit opus. Sicq; gr̄a motū voluntatis meritoriū operatur eliciendo,quāuis mediante virtute, ꝑꝑ quod operās dr̄.Sed primo modo hominē facit formaliter Deo gratū,imo & sic sola gratia agit hoc , scd̄ò aūt mō motus voluntarius nō a gr̄a sine libero arbitrio . Attamen quia in hoc gratia habet se vt agens principale, q̄a inclinat modū naturæ in huiusmndi actum,iō sola gr̄a dr̄ actum hunc operari, quemadmodum grauitas motū deorsū . Nec iō gr̄a dr̄ cooperans quasi minus principaliter agens,sed q̄a ministrat substantiā actus,& cōplet,ac perficit illū,& quia cooperatur naturæ , sic tm̄ ut operanr principale. Hæc Thomas in Scripto. ¶ Præterea in prima scd̄æ quæstione.111.Gratia,inquit,uno mō vocatur diuinū auxiliū,quo Deus mouet ad bene volendū, & agendū alio mō dr̄ habituale donū nobis diuinitùs datū,& vtroq; mō diuiditur gr̄am per operantem,& cooperantem.Operatio quippè effectus nō attribuit mobili,sed mouenti: hinc in effectu,ī quo mens nr̄a est mota non mouens , solus aūt Deus est mouēs,operatio ascribit̄ Deo, atq; s̄m hoc gr̄a dr̄ operans. In illo aūt effectu,in quo mens nostra mouet,& mouet̄,operatio nō solū ascribit̄ Deo,sed ēt aīæ:& iuxta hoc dr̄ gr̄a cooperans.Est ēt in nobis duplex actus voluntatis,puta interior,& exterior:quantū ad interiorē,volūtas se habet ut mota, Deus ut motus,p̄sertī dū uoluntas incipit velle bonū,q̄ primo voluit malū , iō s̄m quod Deus mouet mētē humanā ad hunc actū, dr̄ gr̄a operās : q̄tum verò ad actū exteriorē,cū ille a volūtate īperetur , cōsequēs est,ꝙ operatio ad hūc actū volūtati attribuat̄.Cūq; ēt ad hunc actū Deus nos adiuuet,tam interiùs cōfirmādo volūtatē,ut ad actū perueniat, quā exterius facultatē operādi p̄bendo,iō respectu huius actus dr̄ gr̄a cooperans.Vn̄ asserit Augustinus:Vt velimus operat̄,& ut p̄ficiamus,ꝙ volumus nobis cooperat̄ .Sic ergo si gr̄a accipiat̄ pro gratuita Dei motione,q̄ nos mouet ad meritoriū bonū,cōueniēter diuidit̄ p gr̄am operantē, & cooperantem. Si verò sumat̄ gr̄a pro habituali Dei dono sic,& duplex effectus ē gr̄æ,sicut cuiuslibet formæ. Primus est esse,scd̄s operatio:sicq; habitualis gr̄a, īquātū animā sanat,iustificat,seu gratā Deo ꝯstituit. dr̄ gr̄a operans:Inquantū uerò est principiū meritorii operis,ꝙ ex libero arbitrio ꝓcedit,nuncupat̄ cooperans.Hæc Thomas in Sūma, de quibus,& aliqua scribit in Sūma contra Gentiles . ¶ Insuper de diuisione gr̄æ in gr̄am præuenientē,& subsequētē, addit in prima scd̄æ:Quēadmodū gr̄a diuiditur in operantē,& cooperantē,s̄m diuersos effectus, ita, & in puenientē,ac subsequētē. Sunt aūt quinq; effectus gr̄æ Dei in nobis. Primus est vt anima sanetur, secundus,ut bonū uelit , tertius, ut bonū , ꝙ vult efficaciter operat̄,quartus, ut in bono perseueret , quintus,vt ad gloriā perducat̄. Hinc gr̄a s̄m quod cāt in nobis primū effectum , vocat̄ præueniens,respectu scd̄i effectus,& prout causat in nobis s̄m effectum,vocatur subsequens respectu primi effect9. Et sicut vnus,& idē effectus ē posterior uno effectu, priorq; alio:ita gr̄a pōt dici pueniens,& subsequēs s̄m eundē effectū respectu diuersorū.Hoc est, ꝙ loquit̄ Augustinus ī libro de Natura,& gr̄a:Præuenit, ut sanemur : subsequit̄,ut sanati vegetemur:puenit, vt vocemur:subsequitur, vt glorificemur.Hæc idem ibidem , Concordat Richardus.

Augusti.

Articu. 3. Gr̄æ Dei sunt in nobis quinq; effectus

Augusti.

Richard.

Petrus. Gregori9 ¶ At verò Petrus:Gratia, ait, uno mō sumit̄ largissimè per oī dono gratis dato , sicq; s̄m Gregorium gr̄a diuidit̄ in gratiā præuenientē, q̄ est donū naturæ,ut intellectus,ingeniū: & subsequētē, quæ est donū gr̄æ. secūdo sumitur gr̄a minus largè pro oī dono superaddito gratis naturæ, sicq; interdū gratia præueniens dr̄ gratia gratis data, liberū arbitriū ad bonum disponens:& gr̄a subsequens dicit̄ gr̄a gratumfaciens, liberū arbitriū Deo gratificās . Tertiò capitur gr̄a magis strictè pro oī dono gratū faciente Et ita s̄m Augustinū gratia pueniens est habitus viæ,& gratia subseq̄ns ē habitus patriæ. Quarto, accipit̄ strictissimè pro oī dono gr̄æ gratūfaciētis,q̄ est principiū promerendi. Sicq; s̄m Magistrū, gratia pueniens dr̄,quæ mundat,& sanat liberū arbitrium a peccato:subsequens verò,quæ coadiuuat ipsum ad bene agendū.Prima dr̄ operās,q̄m operatur in libero arbitrio,scd̄a cooperans,quia operatur cū libero arbitrio,& gr̄a ista una est s̄m essentiam, sed diuidit̄ secundum effectum , uelut si lux solis diuidatur in lucem constringentem , & dissoluententem . Hæc Petrus . Concordat Bonauentura.

Augusti.

Gr̄a operans & cooperans differunt effectu.

¶ Postremò . Vldaricus in Summa sua libro sexto disseruit : Per se loquendo, gratia facit hominem formaliter iustum, deoque gratum, ac meritoriè bona volentem. Gratia uerò cooperans, uoluntatem adiuuat in duobus . Vnum est magis facilis sit ad bona. Secundum, quod operibus tribuit virtutem merendi . Et constat, ꝙ homo etiam in innocentiæ statu indiguit istis. Quòd autem gratia operans expellat peccatum,& gratia cooperans deleat difficultatem ad bonum , per accidens est ex parte subiecti. Idcirco hos gratiæ actus primus ille status non habuisset. Hæc Vldaricus.

De virtute quid sit, & quid sit actus eius.

Distin XXVII Aug. de spiritu & aīa. HIc uidendum est,quid sit uirtus,& quid sit actus uel opus eius. Virtus est (ut ait Aug.) bona qualitas mentis,qua recte uiuitur , & qua nullus male utit̄ q̄ Deus solus in hoīe operatur . ¶ Ideoq; opus Dei tantum est,sicut de uirtute iustitiæ. August. docet super illum locum Psal. Feci iudicium , & iustitiam,ita dicens: Iustitia magna virtus anima est, quam non facit in homine nisi Deus . Ideoque cum ait propheta ex persona ecclesiæ. Fecit iustitiam: non ipsam virtutem, quam non facit homo,

ſed opus eius intelligi uoluit. Ecce apertè inſinuatur hic, quòd iuſtitia in homine nō eſt opus ſed Dei: quod & de alijs uirtibus itidem intelligendum eſt.

De fide itidem dicit, quòd non eſt ex homine, ſed ex Deo tantum.

B Nam de gratia fidei Epheſiis ſcribens Apoſt. ſimiliter fidem non ex hoīe, ſed ex Deo tantum eſſe aſſerit, inquiens; Gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex nobis, Dei.n. donum eſt. Quòd à ſc̄tis ita exponitur. Hæc ſ. fides non eſt ex ui naturæ noſtræ, quia donum Dei purè eſt. Ecce, & hic aperte traditur, quòd fides non eſt ex libertate arbitrij, ſiue ex arbitrio voluntatis: quod ſuperioribus conſonat, ubi dictum eſt gratiam præuenientē, vel operantem eſſe virtutem, quæ uoluntatem homnis liberat, & ſanat. Vnde Aug. in li. de ſpū, & litera ait: Iuſtificati ſumus non per liberam uoluntatem, ſed per grātiam Chriſti: non quòd ſine uoluntate noſtra fiat, ſed uoluntas noſtra oſtenditur infirma per legem, ut ſanet gratia voluntatem, & ſanata voluntas impleat legem. Ephe. 3. Auguſt. ſpū, & litera. cap. 26

De gratia, quæ liberat voluntatem, quæ ſi virtus eſt non ex libero arbitrio: & nunc non eſt motus mentis,

C Si igitur gratia, quæ ſanat, & liberat uoluntatem mentis hominis, virtus eſt, uel una vel plures, cum ipſa gratia non ſit ex arbitrio uoluntatis, ſed eam potius ſanat, ac præparat ut bona ſit: conſequitur ut uirtus non ſit ex libero arbitrio, & ita non ſit motus, vel affectus mentis. Cum omnis motus uel affectus mentis ſit ex libero arbitrio, ſed bonus ex gratia eſt, & libero arbitrio, malus uerò ex libero arbitrio tm̄. Vt.n. ait Aug. in li. Retractationum: Homo ſpōte, & libero arbit. cadere potuit, non etiam reſurgere. Idem in li. de duabus aīabus: Aīæ ſi libero ad faciendum, & non faciendum motu aī careant, ſi denique his abſtinendi ab opere ſuo ptās nulla conceditur, earum pc̄tm̄ tenere non poſſumus. Hic apertè oñditur, quòd motus aī ſiue ad bonū, ſiue ad malum, ex lib. arbitrio eſt. Ideoque ſi gratia vel uirtus motus mentis eſt, ex lib. arbitrio eſt. Si uerò ex lib. arbitrio vel ex parte eſt, iam non ſolus Deus ſine homine eam facit. Propterea quidam non ineruditè tradunt uirtutem eſſe bonam mentis qualitatem, ſiue formam, quæ animam informat, & ipſa non eſt motus, uel affectus animi: ſed ea liberum arbitrium iuuatur, ut ad bonum moueatur, & erigatur: & ita ex uirtute, & lib. arbitrio naſcitur bonus motus, uel affectus animi, & exinde bonum opus procedit exteriùs: ſicut pluuia rigatur terra, ut germinet, & fructum faciat: nec pluuia eſt terra, nec germen, nec fructus, nec terra germen, vel fructus, nec germen fructus. Ita gratis terræ mentis noſtræ ideſt li. arbitrio voluntatis infunditur pluuia diuinæ benedictionis ideſt in ſpiratur gratia: quod ſolus Deus facit, non homo cum eo: qua irrigatur uoluntas homnis ut germinet, & fructificet ideſt ſanatur, & præparatur, ut bonum uelit, ſecundum quod dicitur operans: & iuuatur ut bonum faciat, ſecundum quod dicitur cooperans Et illa gratia uirtus non incongruè nominatur, quia uoluntatem hominis infirmam ſanat, & adiuuat. Augu. li. 1. de lib. arbierio. ca. 20. & li. 1. Retr. ca. 9. Idē contra Manichæos de duabus aīab. cap. 12.

D *Ex quo ſenſu dicuntur ex gratia incipere bona merita, & de qua gratia hoc intelligatur*

Cū ergo ex gratia dicuntur eſſe bona merita, & incipere, aut intelligatur gratia gratis dans ideſt Deus, uel potius gratia gratis data, quæ uoluntatem hominis præuenit. Non enim eſſet magnum, ſi hæc à Deo dicerentur eſſe, à quo ſunt omnia: ſed potius eius grā gratis data intelligitur, ex qua incipiunt bona merita, quæ, cum ex ſola gratia eſſet dicatur, non excluditur lib. arbitrium, quia nullum meritum eſt in homine, quod non ſit per lib. arbitrium. Sed in bonis merendis, cauſæ principalitas gratiæ attribuitur, quia principalis cauſa bonorum meritorum eſt ipſa gratia, qua excitatur liberum arbitrium, & ſanatur, atque iuuatur voluntas hominis ut ſit bona. Qualiter ĩtelligatur cum ex ſola gratia eē dicūtur

E *Quòd bona voluntas gratiæ principaliter eſt, & etiam gratia eſt: ſicut, & omnem bonum meritum.*

Quæ ipſa ēt donū Dei eſt, & hominis meriti imo gratiæ, quia ex gratia principaliter eſt, & grā eſt. Vñ Aug. ad Sixtū p̄sbyterū: Quid eſt meritū hoīs ante grām, cum oē bonū noſtrū meritū non nobis facit niſi grā? Ex grā.n., ut dictū eſt, q̄ p̄uenit, & ſanat arbitrium hoīs: & ex ipſo arbitrio, p̄creatur in aīa hoīs effectus ſiue bonus motus mētis, & hoc eſt primū bonū hoīs meritū: Sicut uerbi grā, ex fide, & fidei virtute, & hoīs arbitrio gñat in mēte motus q̄dā bonus, & remunerabilis, ſ. ipm̄ credere: ita ex charitate, & libero arbitrio alius q̄dā motus bonus prouenit, ſ. diligere, bonus ualde. Sic de cæteris uirtutibus intelligendū eſt Et iſti boni motus, uel affectus, merita ſūt, & dona Dei q̄bus meremur, & ipſorū augmentationem, & alia, quæ cōſequenter hic, & in futuro nobis apponuntur. Aug. ad Sixtū ep. 105

¶ Ex

Ex quaratione dicitur fines mereri iuſtificationem, & alia.

Cum ergo dicitur fides mereri iuſtificationem, & uitam æternā, ex ea ratione dictum accipitur, q̄a per actū fidei meretur illa. Similiter de charitate, & iuſtitia, & de aliis accipitur. Si.n. fides ipſa virtus præueniens diceret̄ eſſe mentis actus, qui eſt meritū, iam ipſa ex libro arbitrio originem haberet: quòd quia non eſt ſic dr̄ eſſe meritū: quia actus eius eſt meritū, ſi tñ aſſit charitas, ſine qua nec credere, nec ſperare meritū eſt vitæ. Vñ apparet verè, quia charitas eſt ſpirituſ. quæ aīæ qualitates infirmat, & ſc̄tificat: vt eis informetur, & ſanctificetur, ſine qua animæ qualitas non dicitur virtus, quia non valet ſanare animam.

F *De muneribus virtutum, & de gratia, quæ non eſt, ſed facit meritum.*

Ex muneribus itaq;, vel actibus virtutum boni ſumus, & iuſtè viuimus, ex gratia, quæ non eſt meritum, ſed facit: non tñ ſine libero arbitrio proueniunt merita nr̄a, ſ. boni effectus, eorūque progreſſus, atque bona opera, quæ Deus remunerat in nobis, & hæc ipſa Dei dona Vnde Aug. ad Sixtum presbyterum: Cum coronat Deus merita noſtta, nihil aliud coronat, quàm munera ſua. Vnde vita æterna, quæ in fine a Deo meritis p̄cedentibus redditur, quia & eadem merita quibus redditur non a nobis ſunt, ſed in nobis ſunt per gratiam: rectè & ipſa vita gratia nuncupatur, quia gratis datur. Nec ideo graris, quia non meritis datur ſunt per gratiam, & ipſa merita, & quibus datur. auḡ. ep 18.

G *Epilogat vt alia addat.*

Ex præmiſſis iam innoteſcere nobis aliquatenus pōt, qualiter gratia præueniens meretur augeri, & alia, & quid ipſa ſit, an virtus, an aliud: & ſi virtus, an ſit actus, uel nō. Oñſum.n. eſt ſupra ex parte quorundā, q ipſa eſt virtus: & quia virtus non eſt actus, ſed eius cā non tñ ſine libro arbitrio. Vnde, q ſupra Auguſt. dixit bonū vſum liberi arbitrij eſſe virtutem, ita accipi pōt. i. actū virtutis: alioquin ſibi contradicere videretur, quia etiam opus virtutis ſupra dixi eſſe bonum vſum eorum, quibus non bene vti poſſumus, in quibus poſuit liberum arbitrium. Si verò bonus vſus liberi arbitrij opus uirtutis eſt, iā virtus nōn eſt. Cū ergo bonū uſū eius virtutē eſſe dixit, noīe virtutis ipſius uſū ſignificauit.

H *Quòd idem vſus eſt virtutis, & liberi arbitrij, ſed virtutis principaliter,*

Idem nēpe uſus bonus ex uirtute eſt, & ex libero arbitrio, ſed ex uirtute principaliter. Et bonus ille vſus in magnis bonis annumerandus eſt. Illa aūt gratia præueniens, quæ & virtus eſt, nō vſus liberi arbitrii eſt: ſed ex ea potius eſt bonus vſus liberi arbitrii, q̄ nobis eſt a Deo, nō a nobis. Vſus verò bonus arbitrii, & ex Deo eſt, & ex nobis: & iō bonum meritū eſt. Ibi.n. ſolus Deus operatur, hic Deus, & homo. Hoc meritū ex illa puriſſima grā prouenit, q Apoſt. notauit, dicēs: Grā Dei ſum id, q̄d ſum, & gratia eius in me uacua nō fuit. Super quē locū Aug. ita ait: Recte grām noīat: primum.n. ſola gratia dat Deus, & non niſi grām, cū non præcedant niſi mala merita, ſed poſt per gratiā incipiunt bona merita. Et ut oſtenderet ēt liberum arbitriū, addit: Et gratia eius in me vacua non fuit. Et ne ipſa voluntas ſine gratia Dei puretur aliquid boni poſſe ſubdit: Non aūt ergo ſolus, ſ. ſine gratia, ſed gratia Dei mecum. i. cum libero arbitrio. Plane cum data fuerit, gratia, incipiunt eſſe noſtra merita bona, per illam tamen: quia ſi illa defuerit, cadit homo. 1. C 15. b. Augu. de gratia, & lib. arbit.

I *Aliorum ſententia hic oſtenditur, qui dicunt virtutes eſſe bonos vſus liberi arbitrij, id eſt, actus mentis.*

Alii verò dicunt uirtutes eſſe bonos vſus naturalium potentiatū: non tamen oēs, ſed tantummodo interiores, qui in mente ſunt: exteriores uerò, qui per corpus geruntur, nō virtutes eſſe dicunt, ſed opera uirtutum. Et ideo, q Aguſt. dicit, opus virtutis eſſe bonū vſum naturalium potentiarum, de vſu exteriori accipiunt: q verò dicit bonum vſum liberi arbitrii uirtutem eſſe, & in magnis numerari bonis, de uſu interiori intelligūt. Et uirtutes nihil aliud eſſe, quàm bonos affectus, uel motus mentis aſſerunt: quos Deus in homine facit, nō homo: quia licet illi motus ſunt liberi arbitrii: non tamen eſſe queunt, niſi Deus ipſum liberet, & adiuuet, gratia ſua operante, & cooperante, quam Dei gratuitam uoluntatē accipiunt, quia Deus eſt, qui & operatur in nobis uelle, & operari bonū. Qualiter p̄dicta verbi Augu. huic ſniæ cōueniūt.

K *Quibus actoritatibus muniunt, quòd virtutes ſint motus mentis.*

Quod autem uirtutes ſint motus mētis, teſtimoniis ſanctorū aſtruunt. Dicit.n. Auguſtinus ſup Iohannem; Quid eſt fides? Credere, q non uides. Credere aūt motus mentis eſt. Idem in lib. 3. de doctrina: Chriſtiana charitatem autem uoco motū animi. Si uerò charitas, & fides motus animi ſunt virtutes, ergo motus animi ſunt. Quibus alii rñdētes, p̄miſſa uerba Augu. ita intelligēda fore inquiūt: Fides eſt credere q̄d nō uides. i. fides eſt

Determinationem cõfirmat autoritatibus.

uirtus,qua creditur,ꝙ non uidetur.Item Charitas est motus animi idest gratia,qua mouetur animus ad diligendum.Et quod hæc, & his similia ita accipienda sint,ex his conijcitur,quæ alibi Augustinus ait.Nam in primo libro quæstionum euangelij inquit:Et fides qua creduntur ea, quæ non uidentur,quę propriè dicitur fides. Item. xiii. libro de trinitate:Aliud sunt ea,quæ credunt,aliud est fides,qua creduntur. Ex quibus uerbis sic argumentando procedunt:Aliud credere, aliud illud, quo creditur. Prædictum autem est,fidem id esse, quo creditur.Sic ergo credere non est fides , quia credere non est id quo creditur. Addunt quoque: Virtus opus Dei tantum est,quam ipse solus facit in nobis.Ipsa ergo non est usus, vel actus liberi arbitrij , sed credere est actus liberi arbitrii, non est itaque virtus.Præmissis aliisq; rationibus, ac testimoniis innituntur vtrique.Horum autem iudicium diligentis lectoris relinquo examini,ad alia properans.

Aug. in 1. li.q.c. 11. Idē. 13. i. de tr. c 3. Harũ sentētiarum iudiciũ lectori relinquitur.

Summa distinction.

IN præcedenti distinctione tractauit Magister de gratia,& eius diuisione, & actibus,iam tractat de virtute,quæ propinqua omnino est gratiæ,imo & eadem illi' vt quidam sunt opinati: & ut in ista distinctione apparet,etiam ipse Magister. Primò ergo ostendit, quid sit virtus,utpote habitus,seu qualitas mentis, non actus. Et circa hoc proponit dubitationes,& soluit,ac auctoritates, quæ inuicem contrariæ esse videntur,concordat:opinionem quoque erroneã tangit dicentium,quòd uirtus sit actus,seu vsus liberi arbitrij,cuius motiua inducit,ac soluit.

QVAESTIO I.

HIC quæritur primo, quid sit uirtus.] Et quia Magister in litera specialiter ponit diffinitionem Augustini: dicentis : Virtus est bona qualitas mentis,qua nullus male vtitur,& quam solus Deus operatur in nobis.Contra quam argui potest.Nam ex suis virtutibus aliqui extolluntur . Aristoteles quoque in Ethicis docet, qualiter homo acquirere possit, ac debeat virtutes , ita , quòd uirtus est habitus acquisitus , non ex sola infusione concessus.

Augustin. Arguitur primò cõtra ueritatem.

2. ¶ Rursus , virtutum infusio est iustificatio hominis , sed Augustino testante , qui creauit te sine te,non iustificabit te sine te.i. absq; tua cooperatione,ergo virtus nobis nõ inest ex sola infusione.

Augustin. In oppositum Alber. Pphiloso. Cicero.

¶ In oppositum est Augustini auctoritas.

¶ Ad hoc respondet Albertus : Ex dictis Aristotelis trahitur,quòd virtus est habitus circa bonum atque difficilè optimorum operatiuus , estq; medium tenens inter duas extremas malitias in passionibus , et operationibus. Tullius verò primo Rhetoricę,virtus,inquit,est habitus in modum naturæ rationi consentaneus:Anselmus quoque:Virtus,ait,est dispositio mentis bene constitutæ.Verũ inter omnes has diffinitones optima est diffinitio Augustini. Dicitur enim virtus bona qualitas mentis eo modo,quo omnis forma accidentalis prædicatur in quale,nec aliquis vtitur virtute male directè , & per se seu elicitiuè:quia ex ipsa virtute non deriuatur actio prauа: per accidens tamen aliquis uirtutis operatione abutitur, non referendo eam ad debitum finem.Ad infusionem quoque virtutis nihil operatur homo ut causa , sed remouens contrarium , ne scilicet ponatur obstaculum spiritui sancto.Deus namque non iustificat inuitum,sed volentem,& consentientem.Hocque intendit dicere Augustinus.Hæc albertus.

Anselmꝰ Augusti.

Bonauen.

¶ Circa hęc Bonauentura effatus.Virtus triplicitер sumitur,ptimo communiter, sicq; comprehendit virtutem moralem,ac naturalem.& ita duplicitер diffinitur.Primò in cõparatione ad actum,Secũdò in comparatione ad actum,ac ultimum finem. Primò mõ diffinitur a philosopho,libro de Cęlo. & mundo cum ait:Virtus est ultimum potentiæ re,secundo modo diffinitur ab eo.7. Physicorum , dicente: Virtus est dispositio perfecti ad optimum. Secundò uirtus sumitur propriè, prout comprehẽdit moralem tantum , extenditur tamen ad politicam , atque gratuitam. Et sic consideratur duplicitер, primò in comparatione ad principium directer, primò in comparatione ad principium directiuum,per conparationem tamen ad actum,& ita diffinitur a Philosopho. 3.Ethicorum :Virtus est habitus,qui habentem perficit , & õpus eius bonum reddit.Per comparationem autem ad directionẽ , diffinitur ab eodem ibidem:Virtus est habitus electiuus in medietate cõsistẽs, recta ratione determinatus,prout sapiens determinabit . Sic quoque a Tullio diffinitur his verbis:Virtus est habitus mẽtis per modum naturæ, rationi consentaneus , Atque secundum hanc duplicem cõparationem diffinitur ab Augustino virtus moralis per alia uerba idẽ signantia in libro de spiritu,& anima:Virtus est habitus mentis bene compositæ.Et in libro de quantitate animæ.Virtus est ęqualitas uitæ, rationi vndique consentiens.Et ista intelliguntur de virtutibus acquisitis.Tertiò sumitur uirtus magis proprie pro virtute gratuita,seu infusa,sicque tripliciter potest comparari , puta ad finem , ad subiectum , ad actum, & ad suum principium, secundum quadruplex genus causæ , videlicet finalis , materialis,formalis, & efficientis . Per comparationem ad finem, diffinitur ab Augostino in Soliloquijs ita : Virtus est ratio recta ad finem suum perueniens . Per comparationem uerò ad subiectum , quod in format , quod est voluntas , diffinitur ab Aug . libro de Ciuitate Dei: Virtus est bona voluntas . Porro in comparatione ad suum proprium actum , seu complementum diffinitur ab Augu . libro de Moribus ecclesiæ : Virtus est ordo amoris , seu amor ordinatus Sed in comparationem ad suum principiũ effectiuum datur diffinitio in litera ista : Virtus est bona qualitas mentis , Vbi bona , qualitas ponitur pro genere, & subduntur tres differentiæ,per quarum vnam,videlicet,qua rectè uiuitur, separatur a corporalibus bonis : per secundam , qua dicitur,qua nemo male utitur, separatur a prosperitatibus naturalibus,& spiritualibus . Per hanc tertiam , quam Deus in nobis sine nobis operatur, secernitur a proprietatibus spiritualibus , & consuetudinalibus .

Phil. Cicero. Augusti.

¶ Si autem objiciatur,quòd diffinitio ista etiam conuenit donis,ac gratiæ,alijsque habitibus.

Obiectio soluitur.

¶ Dicendum,quòd virtus non diffinitur hic,prout distinguitur contra alia dona,aliosue gratuitos habitus,sed prout nomine virtutis comprehenditur oĩs gratuita qualitas mentis . Posset etiam dici , ꝙ per appropriationem rectè viuere sit virtutum, & expeditè viuere sit donorum, perfectè verò viuere sit beatitudinum . Quod demum subiũgitur,quàm Deus sine nobis,&c.nõ excludit dispositionẽ susceptiuam

priuam uirtutis,sed potestatem productiuam ipsius. Hæc Bonauentura.

Thomas.

¶ Atuerò sanctus doctor: Effectus,inquit, proportionatur suæ causæ . Hinc rationalis potentiæ actum oportet suæ causæ esse proportionatum.In actu autem virtutis non solum consideratur substantia actus, sed, & modus agendi: non enim qui casta operatur quocunque modo , est castus , sed qui faciliter,ac delectabiliter,vt primo Ethicorum habetur. Delectatio autem exconuenientia causatur,utpote ex coniunctione conuenientis cum conuenienti:oportet ergo,quòd actus uirtutis procedat a potentia adaptata,&assimilata ad actũ hunc: hoc autem potentia rationalis non habet ex seipsa, cum sit ad utrumlibet: oportet ergo aliquid superaddi potentiæ tamquam eius perfectionem , per quod talem actum undecumque illud causetur : & hoc dicimus esse habitum virtutis. Ideo ait Philosophus secundo Ethicorum,quòd signum uirtutis, seu habitus generati oportet accipere delectationem fientem in opere . Hinc potentia per habitum virtutis perfecta tendit in actum consimilem per modum naturæ, propter quod asserit Tullius , quòd uirtus est habitus mentis in modum naturæ rationi consentaneus:quemadmodum enim grauitas tendit deorsum,sic castitas casta operatur.Hinc in natura completa, cuius potentia ad malum flecti non potest,non requiritur habitus,quo mediante agat , quoniam ipsa potentia ex seipsa proportionata est ad actum perfectum. ut patet in Deo . Si verò,quis instet,quia potentiæ naturales, quæ sunt minus perfectæ,quàm rationales,possunt suos producere actus sine habitibus medijs , ergo multo plus possunt hoc potentiæ rationales . Dicendum quod naturales potentiæ ex seipsis sunt ad proprios actus determinatæ:non autem uires rationales, quæ ad utrumlibet sunt, idcirco non illæ , sed istæ habitibus indigent. Veruntamen , quamuis uirtus per modum naturæ inclinet potentiam ad agendum:non tamen consequitur, quòd potentia rationalis sit indefinenter in actu secundo, qui est operatio,quoniam uirtus naturam potentiæ talis non tollit,natura verò talis potentiæ est liberè operari, non cogi.Hinc opinio dicentium,quòd uirtutes indefinenter habent in anima quosdam actus quamuis frequenter nos lateant, stare non ualet. Non .n. contingit aliquem actum , seu operationem ex libero arbitrio esse cum electione, sine qua actus uirtutis esse nequit,quin percipiantur a nobis.

Philoso. Philoso. Obiectio Dicitur. Potentiæ nõ ales habitibus indigent nõ naturales Virtutes nõ opant indefinẽter

¶ Denique Augustinus in prætacta diffinitione non intendit diffinire virtutem quamlibet,sed infusam , hancque completissimè diffinit, ponendo eius formalia,utpote genus ,& differentiam, dicendo,bona qualitas:& subiectum, cum addit , mentis,& actum seu finem ipsius,subdendo,qua nemo male utitur:& causam efficientem,adijciendo,quã Deus operatur,&c.Contingit tamen vti virtute dupliciter.Primò,ut forma, quæ est principium vsus seu actionis , & sic nullus vtitur male ipsa uirtute. Secundò,sicut obiecto,& sic quidam ea male vtuntur , ut qui de ea superbiunt . Hęc Thomas in Scripto.

Virtutis duplex est vsus.

¶ De his itidem scribit Thomas in prima,secundæ quæstione quinquagesima quinta , & quæ ibi conscribit,suprahabitis continentur.

Petrus Richar.

¶ Concordant Petrus , & Richardus , qui etiam quærunt hic an uirtutes sint semper in actu.Ad qd respondent,sicut modo ex sancto Thoma responsum est.

¶ Amplius quærit Ricardus. An aliqua virtus valeat esse sine gratia gratumfaciente. Respondet: De uirtutibus contingit loqui dupliciter Primò secundum esse eius informe,insufficiens,& imperfectum,secundum quod non faciunt habentem Deo placentem,& gratum,ut uirtutes morales acquisitæ,& etiam quædam infusæ, quę non sunt charitati inseparabiliter cõiunctę,ut fides,&spes:& sic haberi possunt sine gratia gratumfaciente. Secundò , quantum ad esse uirtutis sufficiens , firmatum, atq; perfectum:sicque sine gratia non potest haberi virtus, cum gratia sit forma uirtutum , & eas gratificet Deo.

¶ Præterea Guilhelmus Parrisiensis circa exordium tractatus sui de vitijs,& uirtutibus , grãdem inducit dispositionem de hoc.An uirtutes sint habitus,aliquid reale superaddentes potentijs:Habet inquiẽs,quæstionem, quid differt potentia ab habitu,& iam aliquid estimauerunt,quòd subiecto unũ sunt potentiæ , & habitus, atque quòd habitus nihil addat super potentiam nisi expeditionem, quæ non est nisi sublatio,seu priuatio impedimẽti,quo impeditur potentia bene agere actum suum , & ita deliberatè . Huius autem exemplum est uirtus gressibilis in homine cõpedito , cuius pedes ligati sunt ita ut ambulare non queat . Quemadmodum igitur iste ambulando nouam vitutem gressibilem non acquirit , sed compedes confrigendo , aut vincula dirumpendo aufert a se impedimenta eundi,& expedit:sic quicunque bonis operibus se exercens nil nouum acquirit,sed naturales suas liberat vires ab impedimentis,& expedit,Hanc opinionem cum suis motiuis doctor iste diffusè prosequitur:finaliter tamen reprobat eam,atque ut Thomas fatetur,opinio illa a dictis sanctorum discordat,& Philosophiæ non conuenit,sed ab autoritatibus quibusdam male intellectis habuit ortum . Nec ualet illud exemplum, & argumentum de naturali potentia introductum, propter causam expressam.

Guilhel.

QVAESTIO .II.

SEcundò quæritur [utrum existens in gratia,valeat de condigno mereri beatitudinem ęternam] quòd non,quoniam illa fęlicitas incomparabiliter excedit intensiuè, & extensiuè omnem dignitatem, & efficaciam temporalium meritorum, pręsertim,cum dicat Apostolus : Non sunt condignę passiones huius temporis, ad futuram gloriam,&c.Et Isaias:Quasi pannus menstruatę,uniuersę iustitię nostrę. Condignum autem ęqualitatem dignitatis designat.

Arguitur primò cõtra ueritatem. Rom. 8. Isai. 64.

¶ Secũdò,soluenti quòd tenetur, ampliùs nil debetur,sed homo Deo in omnibus obediendo facit, quod debet,prout ipse Christus ait:Cum feceritis omnia,quæ præcepta sunt nobis, dicit:Serui inutiles sumus,quod debuimus facere fecimus.

2. Lucæ. 2.

¶ Tertiò,oĩa merita nostra sunt Dei dona , nec aliquid Deus ĩ nobis remunerat, nisi quod ipse nobis concessit,influxit,& inspirauit iuxtã illud Apostoli: Quid habes, quod non accepisti ? Ad quod etiam pertinet illud primo Paralipomenon. Quæ de manu tua accepimus , dedimus tibi. ¶ Quartò, Deus nulli est debitor,ergo de condigno nil nobis rependit.

3. 1. Cor. 4. 1. Para. 2. 4. 5.

¶ Quintò,nostro obsequio ipse nõ eget,nec proficit,neq; iuuatur , iuxta illud Psalm: Bonorũ meorum non eges.In libro Iob quoque ait quidam:Si bene egeris,quid donabis ei? aut,quid de manu tua accipiet? ¶ Sextò,pro beneficijs,quę Deus iam no-

Psal. 15. Iob 4. 6.

bis contulit, non valeamus ei æquiualés reddere: ergo pro meritis nostris nil amplius reddet nobis per modum condigni, sed liberalitate duntaxat.

2. Tim. 4. In oppositum. In contrarium est illud Apostoli: Superest mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus iustus iudex, ergo corona illa ex iusto iudicio redditur igitur ex condigno.

¶ Item impijs ex condigno rependitur æterna damnatio, ergo iustis salus perpetua. Etenim sicut se habet culpa ad penam, sic actio meritoria ad gloriam.

¶ Iterum principalis motor, & auctor in omni opere uirtuoso, est spiritussanctus cuius dignitas est immensa, ergo & operi tali debetur fruitio boni infiniti. T. Aq̃nas. Ad hoc Thomas respondet: Circa hoc sunt duæ opiniones. Vna, quòd nemo potest de condigno promereri vitam æternam, sed solum de congruo. Alia, quòd de condigno. Porro de condigno, quis promeretur, dum inter meritum, & præmium æqualitas inuenitur secundum rectam existimationem. Mereri de cõcgruo, & condigno quid sit. De congruo autem, dum talis deest æqualitas, & solum secundum liberalitatem dantis, munus, seu merces rependitur, quòd condecet dantem. Videtur autem vtraque opinio quantum ad aliquid, dicere verum, cum enim sit duplex æqualitas, videlicet quantitatis, & proportionis, secundum æqualitatem quantitatis non meretur uitam æternam ex gratia de condigno: non enim tantum bonum est in quantitate actus virtutum, quantum est præmium gloriæ, quæ est finis illius. Secundum æqualitatem uerò proportionis etiam ex condigno meremur vitam æternam attenditur namque æqualitas proportionis, quando æqualiter se habet hoc ad illud, sicut aliud ad alterum: non autem maius est Deo vitam æternam tribuere, quàm nobis actum uirtutis exhibere, imo sicut hoc congruit huic, ita illud illi. Ideo quædam æqualitas proportionis est inter Deum præmiantem, & hominem promerentem: dum tamen præmium referatur ad idem genus in quo est meritum, ut si præmium omnem facultatem naturæ humanæ excedit, ut est uita æterna, meritum etiam sit per talem actum, in quo fulgeat bonum habitus, qui diuinitus funditur nos Deo consignans.

¶ Veruntamen dicentes nos ex condigno posse æternam mereri vitam, ueriùs fari videntur. Philoso. Nempe cum secundum Philosophum quinto Ethicorum, duplex sit species iustitiæ, utpote distributiua, & commutatiua, quæ est in contractibus, ut in emptione, & venditione: iustitia commutatiua respicit æqualitatem arithmeticam, quæ ad æqualitatem pertinet quantitatis: iustitia verò distributiua æqualitatem geometricam respicit, quæ est æqualitas proportionis. In redditione autem præmij ad merita, magis seruatur forma distributionis cum Deus vnicuique secundum opera sua reddet: quàm commutationis, cum Deus a nobis nihil accipiat, quamuis aliquando metaphoricè dicatur, quòd fideles bonis operibus regnum emant cælorum, inquantum Deus opera nostra ita acceptat. Hinc ueriùs dicitur, ꝙ non ex condigno.

Soluuntur argumenta initio q̃stionis adducta. ¶ Denique per hanc distinctionem duplicis æqualitatis, soluuntur quædam obiecta.

¶ Ad primum itaque dicendum, quòd Apostolus per dictum suum intendit excludere æqualitantem quantitatis: quia non est tanta acerbitas præsentium passionum, quam gaudium futuræ gloriæ. Ad scdm

¶ Ad secundum uerò dicendum, quòd homo meretur etiam in reddendo, quod debet, cum hoc sit actus iustitiæ coram Deo, atque hominibus laudabilis, meritoriusque consistens, quamuis quidam hoc aliquando negauerunt. Meretur hõ soluendo debitũ. Licet enim debitum, quod quis alteri soluit, non sit reddentis, nihilominus modus agendi, in quo fundatur, & vis merendi, & laus reddentis, est uoluntarius, & propter iustitiæ bonum.

¶ Ad tertium, quod quamuis nostra merita sint Dei munera: tamen in executione, seu exhibitione meritorum, sumus concausa spontanea, ac liberum arbitrium cooperatur, ac sponte se subijcit Deo, eiusque inspirationem obtemperanter acceptat. Ad tertũ

¶ Ad quartum, quod Deus non est, neque efficitur debitor noster absolutè, sed quodammodo ex suijpsius gratiosa promissione: quoniam iustè agentibus promisit regnum cælorum. Insuper dici potest, quòd in iustitia commutatiua ille, apud quẽ quis meretur, efficitur debitor promerenti, ut pater familias mercenarijs, & operarijs suis: verum in iustitia distributiua non requiritur ratio debiti ex parte distribuentis. Potest enim quis ex liberalitate distribuere aliqua: in quorum tamen distributione exigitur iustitia aliqua, secundum quod diuersis proportionabiliter tribuit, prout gradus eorum requirit. Ad qrtũ

¶ Ad quintum, quod illud verum est in iustitia commutatiua, non distributiua. Ad qntũ

¶ Ad sextum, quod illud satis ostendit, quod non meremur de condigno secundum iustitiam commutatiuam, ac secundum æqualitatem quantitatis. Hæc Thomas in Scripto. Ad sextũ

¶ Atuero in prima secũda uicesima quæstione ultima: Opus, inquit, meritoriũ hominis, dupliciter considerari potest, primò, secundum quod procedit ex libero arbitrio, secundò, prout procedit ex motione, & gratia spiritusancti. T. Aq̃nas. Si ergo consideretur secundum substantiam operis, prout ex libero arbitrio profluit, non est ibi condignitas propter maximam inæqualitatem: sed est ibi congruitas propter quandam proportionis æqualitatem. Congruum quippè uidetur, ut homini operanti secundum suam uirtutem, Deus recompenset, secundum suæ excellentiam potestatis. Si uero loquamur de opere meritorio, prout procedit ex motione, & gratia spiritusancti, ita est meritoriũ uitæ æternæ ex condigno. Sic etenim valor meriti attenditur secundum virtutem, & dignitatem spiritusancti mouentis nos in uitam æternam, secundum illud Iohan. quarto: Aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. ¶ Attenditur etiam precium operis secundum gratię dignitatem, per quam homo diuinę factus consors naturæ, adoptatur in filium Dei, cui sic adoptato debetur hęreditas, iuxta illud ad Romanos octauo: Si filij, & hęredes. Hæc idem in Summa. Qui, & in Summa contra gentiles libro tertio aliqua super his scribit. Bonauen. Concordant per omnia Petrus, & Richardus, Antisiodorensis quoque in Summa, sua libro tertio. ¶ Pręterea Bonauentura: Quidam, inquit, dixerunt, quòd cum meritum condigni dicat quandam obligationem in retribuente, & quandam commensurationem in seruitio, & retributione, DEVS verò non possit alicui obligari, nec præmio gloriæ aliquid aliud possit commensurari, ideo nemo valeat gloriam illam de condigno mereri. Pſal. 21. 1. Reg. 26. Ierem 23. Apoc. 22. Matt. 20. Sed quoniam sæpius in scripturis reperitur, quòd Deus vnicuique retribuet secundum opera sua, & in parabola de præmio retributionis apud Matthæum legitur, Tolle, quod tuum est, multaque similia inueniuntur: hinc aliqui dicunt, quòd de condigno mereamur ex gratia vitam beatam, non tantum de congruo, cũ hoc meritũ reperiatur in gratia gratis data. Denique gratiæ, & gloriæ est, quedam commensuratio, arqui in Deo, quædam cadit obligatio, non ex necessitate, sed ex mera liberalitate, quia uoluit dignanter promittere, pactumque confirmare cum diligentibus se, quòd seipsum redderet eis in præmium.

¶ Verum ad intuendum, quæ harum opinionum sit verior, sciendum, quòd opus meritorium comparari potest ad principium, a quo exit, & ad finem pro quo fit, & ad quem tendit, habet autem ortum a libera voluntate, & ita non est meritorium de condigno: & item a gratia, & ita de condigno meretur, cum gratia sit quid diuinum, faciens hominem Deo acceptum. Si verò comparetur opus meritorium ad eum pro quo fit, hoc potest esse dupliciter, primò ad largitatẽ dispensantis, secundò, ad veritatem pollicentis. Si ad largitatem dispensantis, sic est meritorium ex congruo, quia ex suæ liberalitatis immensitate decet Deum pro modica seruitute retribuere præmium magnum. Eccls. 3 1. Corin. 6. Si uerò comparetur ad veritatem pollicentis, qui quoddammodo sponte promisit, & obligauit se, quòd tanto talique operi dabit præmium tantum, sic est meritorium merito condigni. Matt 19. Porro si opus meritorium comparetur ad statum, hoc potest esse dupliciter, primò quo ad temporis opportunitatem, & cum nunc sit tempus merendi, & seminandi, ut ait Apostolus: congruum est ut ex seminatione hac obtineatur fructus grandis uitæ æternæ. Ideo Christus dimittenti modicum, promisit reddere centuplum. Secundò, quo ad operis arduitatem, quoniam opus tale sic est in voluntate facientis, ut sit supra vires eius, & eleuetur supra se, ac bono proprio præponat bonum diuinum, hinc hoc modo est meritorium ex condigno Hæc Bonauentura. Durãdus. Philoso.

¶ Præterea Durandus hinc nititur sancti doctoris positionem prosternere, redarguens eam in multis. Primò in hoc, quod ait redditionẽ præmij pro meritis, ad distributiuam spectare iustitiam, quod Durandus sic improbat: Et qui seruit communitati, redditur merces, p impẽsio obsequio per iustitiam commutatiuam, non distributiuam. Sed istud veriùs negatur, quàm conceditur. Distributiua nãque iustitia reddit cuique secundum merita sua, ut secundo dicitur Ethicorum. Secundò reprehendit præinductam positionem, dicendo, quòd male accipiat æqualitatem proportionis ad distributiuam iustitiam pertinentis. In distributiua quippè iustitia non attenditur proportio rerum secũdum proportionem dantis, & accipientis, sed secundũ proportionem accipientium personarum. Matt. 21. Lucæ. 21. Ad quod dicendum, quod non solum hoc modo, sed alijs quoque modis sumitur ista proportio. Nempe de vidua offerente duo minuta dixit saluator, quòd plus omnibus misit, vtique non secundum magnitudinem quantitatis, sed proportionis. Deinde redarguit positionem sancti Thomæ ex prima secundæ narratam, contra quam scribit: Valor actus nunquam est a motore nisi ratione alicuius formaliter existẽtis in actu, uel in potentia actus elicitiua. Ad quod secundum Magistrum respondetur, quòd falsum sit. Dixit enim Magister actum charitatis causari in nobis a spiritusancto absque intermedio habitu charitatis. Sed quia in hoc deuiauit, aliter respondendum, quòd scilicet valor, seu dignitas uel preciositas actus, & motus, ex multis pensatur, ac sumitur. Primò, ex parte agentis, atque mouentis. Vnde beneficium a rege exhibitum, maioris est dignitatis, & reputationis cæteris paribus, quàm impensum a milite. Secundò, ex causa formali intrinseca, quemadmodum actus, a charitate elicitus est nobilior actu elicitio ex fide, & spe, quoniam teste Apostolo, virtus charitatis maior est habitualiter fide, & spe. Tertiò, ex termino ad quem. Quartò, ex dispositione subiecti, quod agit, seu mouetur, ex alijs quoque circumstantijs. Sic in proposito valor, & dignitas, acceptabilitas, ac preciositas meritoriæ actionis, sunt tam ex parte spiritusancti, qui ad omnem meritoriam actionem immediatè principaliter, causaliter operatur, actualiter mouens, excitans quæ mentem, & animam promerentis, in tantum vt dicat Apostolus ad Philippenses secundo: Deus est, qui operatur in nobis, & uelle, & perficere, tam ex parte gratiæ gratum facientis, quæ est supernaturalis, similitudo diuinæ essentiæ: tam ex parte charitatis, quæ est supernaturalis similitudo spiritussancti: tam ex parte uitæ æternæ, ad quam tendit, ac ordinatur: tam ex parte rationalis creaturæ, quæ per gratiam, & charitatem in supernaturali esse constituitur Deo in templum, & sponsam, in amicam, & filiam consecrãtur, unde, & iure debetur ei hæreditas, quamuis totum originaliter ex mera Dei liberalitate, præuenientique eius charitate, & pietate procedat. Et quantum ad hoc totum, diuinæ miserationi, pietati, & gratiæ, non meritis nostris ascribitur. Dignitas actus humani ex multis pẽsatur. 1. Co r. 13

¶ Præterea motiuum istud Durandi, ad propositum non est. Non enim dicimus valorem actus meritorij esse ex motione spiritussancti absque concursu, & ratione alicuius formaliter existentis in actu, seu potentia elicitiua, cum gratiam, & charitatem esse formalia, & intrinseca inhærentia, & creata principia ponamus actuum meritoriorum. Si verò diceremus eas non esse, quid creatum in anima, posset argumentatio illa alicuius apparentiæ æstimari.

¶ Insuper in hac quæstione etiam alia multa scribit Durandus, quæ videntur inepta, uidelicet quædam uenialia peccata esse peccata simpliciter, cum tamen, (secundum Ambrosium) Peccatum simpliciter dictum, sit transgressio legis diuinæ, & cælestium inobedientia mandatorum, quod peccato veniali non connenit. Durãdus. Ambro.

¶ Iterum dicit, quod Spiritusanctus mouet etiam ad actus non meritorios, sicut ad prophetandum. Et si hoc intellexit de motione mediata, non est ad propositum. Si autem de motione immediata, & speciali, videtur contra diuinum Dionysium edocentem, quòd omnes reuelationes prophæticæ, factæ sunt ministerio angelorum. Dionys. martyr.

¶ Amplius negat, quòd gratia æquatur gloriæ virtualiter, cum sit seminarium eius, Contra quod dicit, ꝙ semen non est nisi respectu eorum, quæ de potentia educuntur materię vel creatur æ. Matt.

turæ, Cui obijci potest, quòd (Christo testante.) semen est verbum Dei. Et certum est, quòd semen in scripturis valde multipliciter sumitur.

¶ Postremò adiungit, quòd nec gloriam, nec aliquod bonum spirituale, nec temporale meremur apud Deum merito cõdigni, sed solum de cõgruo. Ad quod adducit quædam motiua iam ante soluta. Estque responsio ista nimis extrema. Actio etenim virtuosa, ex motiõe actuali spiritussancti, & ex supernaturalibus præstantissimis donis gratiæ, & charitatis procedens, tantæ est dignitatis, q̃ nullũ tale bonum, potest esse condigna, aut sufficiens merces eius. Ideo ſm valentiores doctores schol. Alexandrum, Thomam, Albertum, Bonauenturam, & alios, imò, & secundum Augustinum, Gregorium, Bedam, & alios sanctos, in omnibus promissionibus Mosaicæ legis, in quibus temporalia bona pro præmio actuum uirtuosorum promittuntur sub promissionibus temporalium, intelligunturspiritualia gratiæ bona, ac gloriæ dona. Quamuis autem omnia bona, quæ habemus, sint dona Dei, attamen bene, & laudabiliter vti eisdem, est meritorium. Et quoniam, quæ a Deo sunt, ordinata sunt & iple superglorio sissimus Deus omnia in sapientia facit, atque in cunctis operibus suis misericordiam, iustitiam que contemperat, ipsemet sic ordinauit, & ita instituit, ut rationalis creatura per uiam non solum misericordiæ, sed etiam iustitiæ ad summam, & æternalem illam felicitatem pertingat. Ad incitandum quoque, & confirmandum nos in fide, spe, & charitate, & ad laborandum idoneè, in defesse, ac feruidè, dignatus ẽ hominibus dona sua beatifica, ac diuina non solum asserendo, sed & promittendo, ac iurando præ nunciare, sicque seipsum quodammodo ad ita agendum constrinxit, & debitorem constituit. Vnde ad Abraam loquebatur: Per memetipsum iuraui, quia fecisti hanc rem, benedicam tibi: Propter quod Zacharias in cantico suo deprompsit: Iusiurandum, q̃ iurauit ad Abraam patrem nostrum, daturum se nobis. Hincet Iacobus dixit apostolus: Beatus uir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Itemque Apostolus Paulus ad Titum. Quam promisit, qui nõ mentitur Deus. In Apocalypsi etiam: Ambulabunt, inquit, mecum in albis, quoniam digni sunt, sicque de condigno hoc meruerũt. Nihilominus totum originaliter ex mera bonitate, & munificentia superbeatissimi Dei fluxit. Propter quod ait Apostolus, quia ex sua misericordia dignos nos fecit in sortem sanctorum in lumine. Et denuo, Reposita est mihi, ait, corona iustitiæ. Multa omnino sunt de his testimonia scripturarũ. Sed & de Casio præsule scribit diuus Gregorius. Eum, cui ipse debitor fuit, uidelicet Christũ, iam ex promissione cepit habere debitorem.

Augustin. Gregorii. Beda

Rom. 13. Psal. 103.

Genes. 22.

Lucæ. 1.

Iacobi. 1.

Titum. 1. Apoc. 3.

Coloss.

QVAESTIO III.

Arguitur priò contra ueritatem.

TErtio quæritur, [Vtrum non existens in gratia gratũ, faciente, valeat sibiipsi, aut alteri huiusmodi gratiam promereri.] De hac quæstione aliqui faciunt duas: Vnam: an non existens in gratia, possit eam sibijpsi mereri: aliam, an alteri. Videtur quod eam sibi queat mereri. Deus enim ultra posse nihil requirit ab homine: ergo dum homo facit quod in se est, conando secundum vires naturæ ad gratiæ infusionem uidetur se ad gratiam sufficienter disponere.

¶ Insuper, quærere bonum alterius, præsertim bonum cõmune, potissimè placet Deo, ergo si aliquis non existens in gratia, taliter oret pro alijs, apparet, quòd exaudibiliter oret.

¶ Ad hæc Thomas respondet: In omni, qui meretur, exigitur ut actus eius sit aliquo modo proportionatus ad id, quod prometeretur: nullus enim meretur id, quod sibi secundum conditionem suam non conuenit, quemadmodum seruus non meretur a domino, ut in hæreditate filiorum admittatur: sed ut mercedem suam recipiat, cũq; gratia gratumfaciens omnino transcendat conditionem, dignitatem, gradum, & ordinem naturæ creatæ, quæ in quodam supernaturali esse constituit, atq; ad supernaturalem finem perducit eam, constat, quòd non existens in gratia, nequeat eam sibijpsi mereri, etiam si in puris stet naturalibus, non depressus effectu prioris peccati, multoque minus ualet alteri talem gratiam promereri. Hæc THOMAS in Scripto.

Thomas Aquinas

¶ Idem in prima secundæ ultima quæstione, ostendit, quòd homo non potest sibi mereri reparationem post lapsum nec merito condigni, quoniam tale meritum dependet ex gratia, & motione spiritussancti, quę interumpuntur, per sequens peccatum: nec merito congrui: siquidem existens in gratia potest alteri gratiam promereri de congruo non de condigno: quoniam gratia gratumfaciens datur homini ad suam salutem, ut per eam moueatur a spiritussancto ad operandum salubriter, ac pertingendum meritoriè ad uitam beatam. Christus verò de cõdigno meruit gratiam alijs tanquã caput, de cuius plenitudine accepimus uniuersi. Hæc Thomas.

Articu. 3.

¶ Cuius dictis satis concordant Petrus, & Richardus: tamen aliter loqui uidentur. Petrus namque adfirmat, quòd duplex sit meritum, ut potè verum, quòd procedit ex charitate, & gratia: & interpretatiuum, quòd quamuis in se non sit verum meritum, acceptatur tamen ab alio quasi sit meritum & hoc ex bonitate, & liberalitate alterius. Loquendo de tali merito is, qui non est in gratia, potest gratiam promereri faciendo, quòd in se est, & potius sibi, quàm alij. Tale quoque meritum interdum uocatur meritum congrui.

Ioham. 1. Petr. Richard. Petrus

¶ Porro Richardus: Duplex est, inquit, meritũ. Vnum simpliciter dictum, & aliud secundum quid. Loquendo de merito simpliciter is, qui non est in gratia, non ualet sibi gratiam promereri. Potest tamen hoc loquendo de merito secundum quid Thomas autem dicendo, quòd homo post lapsum non potest sibi gratię reparationem mereri, nec de condigno, neque de congruo, strictiùs sumit meritum de congruo.

Richard.

¶ Insuper quæritur hic, An existens in gratia possit sibi mereri gratiæ augmentum. Ad quod dicendum, sicut super primum dictum est de charitatis augmento, decimaseptima distiction. ibidem.

¶ Hinc Bonauentura testatur: Eodem mõ gratia, & charitas habent augeri. Nam & gratia secundum Augustinũ per actus bonos meretur augeri, vt aucta mereat, & perfici. Modum uerò merendi augmentum grãe videre sic possumus, contingit aliquid mereri ex cõdigno, & cõtingit aliquid mereri ex congruo, tuncq; meritum ex condigno, qñ rõ meriti inuenitur ibidem pfectè, & tunc est quędam commensuratio, & adæquatio meriti ad præmium, & quia hoc non potest esse, dum gratia augetur, idcirco non potest homo mereri augmentum gratiæ merito condigni, sed congrui. Porro meritum congrui dicitur, in quo est aliqua dispositio cõgruitatis

Augustin. Bonauen.

gruitatis respectu eius ad quod illa dispositio ordinatur, quæ deficit à ratione condignitatis. Aut em est ibi congruitas sine dignitate, sicq; peccator per opera bona extra charitatem facta meretur de congruo gratiã. Est.n. ibi congruitas quædã, qm̃ facit, quod in se est, sed non est ibi cõdignitas, quia inimicus est Dei, & indignus pane, quo vescitur. Aut est ibi dignitas cũ indignitate, ut quando vir iustus meretur peccatori gratiã plenã. Dignitas est.n. ibi ex parte iusti, q̃ est Dei amicus, exaudiriq; dignus: indignitas verò ex parte peccatoris: ideo non est ibi, perfecta rõ meriti. Aut est ibi dignitas cum gradus inferioritate, sicq; habens gratiã minorẽ, meretur eius augmentum, qui modus merendi, ad meritum condigni magis propinquat. Hæc Bonauentura.

¶ Veruntamen quibusdam apparet, quòd consistens in gratia minori, meretur de condigno gratię incrementum, nec obstat inferioritas illa, cum iuxta præhabita existens in charitate, mereatur de condigno vitam æternam, cuius gratia, seu gloria multo plus excedit gradum charitatis, & gratiæ viæ, q̃ minor charitas, seu gratia viæ augmentum eius in vita præsenti. Nec. n. minor gratia per quemcunq; actum, sed per actum tota diligentia factum meretur augmentum, sicut & Alexander effatur. Gratia equidem minor cum huiuscemodi vsu commensurantur eius augmento, quod effectiuè à Deo duntaxat est. Vnde Antisiodorẽsis in Sũma sua tertio disseruit libro: Meremur de condigno charitatis augmentum, sed non quibuslibet charitatis operibus, sed solis operib⁹ strenuitatis, & supererogationis.

Alexãder. Antisiod.

¶ Deniq; sanctus Thomas circa hæc loquitur: Insufficientia causæ ad producendum effectum, interdum est ex parte causæ, sicut modicus ignis calefacere nequit: quandoq; ex parte recipiẽtis, aut subiecti, siue effectus, ut quod ignis humida nequit ligna incendere. Sic quod quis alteri non potest primam gratiam promereri, est vel ex imperfectione gratiæ suæ, uel ex indignitate, & vitiositate alterius.

Th. Aqui. Quare nõ possit quis alteri mereri gratiam.

¶ Postremò Durãdus: Habitus, ait, acquisiti causantur ex actibus nostris, non aũt infusi, hinc actus nostri habent se aliqualiter effectiuè ad habitus acquisitos, & ad augmentũ eorum: ad gratiam verò, habitus q̃; infusos, & ad eorum augmentũ habent se tm̃ dispositiuè per modũ meriti. In omnibus aũt habitibus acqsitis, habitus generatur ex uno actu, & ex quolibet augmentatur, veruntamen non omnis actus ex gratia, seu charitate procedens, meretur gratiæ, seu charitatis augmẽtum, sed solum illi, qui sunt secundũ proportionem charitatis, aut gratiæ, aut excellentiores, puta ex toto voluntatis conatu. Cuius ratio est: quoniam ille solus dignus est accipiendis, qui bene usus est iam acceptis. Sed habens habitũ intensum, remisseq; vtens eo, seu operans negligenter, non utitur habitu illo debito modo, cum actus huiuscemodi nõ proportionetur ipsius habitus intensioni, ergo per tales actus augmẽtum gratiæ non meretur, imò solum per illos, qui excellunt habitum, vel adæquant. Hęc Durandus.

Durand.

¶ In quibus non vr̃ idoneè dictum, quẽlibet habitum acquisitũ ex vno actu generari, atq; ex quolibet actu augeri. Hoc.n. euidenter est contra Philosophũ in pluribus locis. Nẽpe & in Ethicis docet virtutes nõ ex vno actu, sed pluribus generari. Sed & vna hirundo non facit ver. Cõiter quoq; asseritur, quòd habitus generet ex actibus pluries iteratis. Nihilominus Guilhelmus Parrisiẽsis in tractatu suo de vitijs, & virtutibus vr̃ sentir, equod interdũ vna operatio tam vehementem, & fixam impressionem facit in anima, quòd habitus generatur ex ea.

Habitus acquisiti non generantur ex vnico actu. Philosop. Guilhel.

POstremo Bonauentura hic scisciatur. Vtrum gratia, & gloria essentialiter differant: Respondet. Tã gratia gratumfaciens, quã gloria nominant diuina in influentiam, per quam aĩa habet Deum, & Deus ipse in anima habitat. Habet aũt anima Deum dupliciter, puta, perfectè, sicq; habet Deũ per modum quiescẽtis, quod est in patria: item semiplenè, & per modum tendentis, quod est in uia. Primum est gloriæ, ac præmij, secundũ est gratiæ, ac meriti. Hinc gratiæ attribuitur actus merendi, gloriæ verò actus regnandi. Cumq; idem per essentiam possit esse magis, & minus perfectũ, hinc gratia, & gloria secundum quod distinguuntur penes modũ habendi Deum diuersimodè, differunt solũm secundum statum: & qm̃ nos Deum habere, nõ est aliud nisi Deum habitare in nobis, ideo gratia, & gloria non solum distinguuntur secundum modum habẽdi Deum sed etiam secundum modum habitandi Deum in nobis. Cumq; dico Deum habitare in nobis, duo dico: utpotè diuinam dignationẽ, qua hominem Deus acceptat, ac sibi cõsœderat, & per cõsequens humanam exaltationem, ex qua homo ea, quæ Dei sunt excellẽter participat. Hinc influentia, per quã habitat Deus in nobis, dicitur gratia secũdum primam comparationem, inquãtum videlicet Deus hominibus condescendit: vocatur quoq; gloria quo ad secundam comparationem, quãtum ad substãtiam, prout homo per illam inhabitationem sublimatur: & secundum hunc modũ gratia, & gloria non differunt, nisi sola comparatione, propter quod vita æterna gloria nominatur, & etiã gratia, iuxta illud ad Romanos sexto: Gratia Dei vita æterna, non ergo essentialiter differunt. In Christo quoque, & in beatis sunt simul. Hæc Bonauentura: Quocirca l ciendum, q̃ gratia, & gloria multipliciter capiuntur: & lumen gloriæ, prout de ipso quidam loquuntur, à gratia realiter distingui censetur. Similiter gloria: si tamen lumen gloriæ intransitiuè sumatur pro gloria. Verum istud ad quartum spectat sententiarum, & ibi Deo agente dicetur. Quærunt etiã quidam hic, an per gratiam mereamur gratiam iã concessam: & respondent, quòd non, præsertim cũ gratia se habeat in ratione causæ respectu meriti sui. Idem autem non est causa suijpsius.

Bonauen. Quæ sit differẽtia gratiæ, & gloriæ.

Gratia, & gloria multipliciter capiuntur.

A *Prædicta repetit, vt alia addat, diffinitam assignationem ponens de gratia, & libero arbitrio contra Pelagianos.*

Distin. 28.

DVerò inconcusse, & incunctanter teneamus, liberum arbitrium sine gratia præueniente, & adiuuante non sufficere ad salutem, & iustitiam obtinendam, nec meritis præcedentibus gratiam Dei aduocari, sicut pelagiana hæresis tradidit. Nam vt ait Augustinus in primo libro retracta. Noui hæretici pelagiani liberum sic asserunt voluntatis arbitrium, ut gratiæ Dei non relinquant locum: quam secundum merita nostra dari asserunt.

Aug. lib. 1 Retrac. c. 9

Que

B

Quæ sit hæresis Pelagianorum de gratia, & libero arbitrio.

Pelagianorum hæresis oīum recentissima, à Pelagio monacho exorta est. Hi Dei gratiæ, qua prædestinati sumus, & qua meruimus de potestate tenebrarum erui, intantum inimici sunt, vt sine hac credant hominē posse facere omnia diuina mandata. Denique Pelagius à fratribus increpatus, quod nihil tribueret adiutorio gratiæ Dei ad eius mandata facienda, non eam libero arbitrio præponebat, sed infidelī calliditate supponebat, dicens ad hoc eam dari hominibus, ut quæ facere per liberum arbitrium iubentur, facilius possint implere per gratiam. Dicendo utiq; faciliùs possint, voluit credi & si difficilius, tamen posse homines sine gratia facere iussa diuina. Illam verò gratiā Dei sine qua nihil boni possumus facere, non esse dicunt nisi in libero arbitrio, quod nullis suis præcedentibus meritis ab illo accepit nostra natura, ipso ad hoc tamen iuuante nos per suā legem, atque doctrinam, ut discamus quæ facere, & quæ sperare debeamus. Non autem ad hoc per donum spiritussancti, ut quæ didicerimus esse faciēda, faciamus. Ac per hoc diuinitùs nobis dari scientiam confitentur, qua ignorantia pellitur: charitatem autem negant diuinitùs dari, qua piè uiuitur, ut scilicet sit donum Dei scientia, quæ sine charitate inflat: & non sit donum Dei ipsa charitas, quæ ut scientia non inflet, ædificat. Destruunt etiam orationes, quas facit ecclesia, siue pro infidelibus, & doctrinæ Dei resistentibus, ut conuertantur ad Deum: siue pro fidelibus ut augeatur eis fides, & perseuerent in ea. Hæc quippe non ab ipso accipere, sed à seipsis homines habere cōtendunt, gratiam Dei, qua liberamur ab impietate, dicentes secundum merita nostra dari. Paruulos etiā sine ullo peccati originalis vinculo asserunt nasci.

C

Hic ponit ea quibus suum confirmant errorem, verbis Augustini contra ipsum vtentes.

Quod verò dicunt sine gratia hominem per liberum arbitrium omnia iussa implere huiusmodi inductionibus muniunt. Si inquiunt, non potest ea facere homo, quæ iubentur, non est ei imputandum ad mortem, sicut tu ipse Augustine in libro de libero arbitrio asseris. Quis, inquis, peccat in eo, quod nullo modo caueri potest? Peccatur autē, caueri ergo potest. Hoc testimonio Augustini Pelagius usus est, disputans aduersus eum, imò aduersus gratiam, sicut Augustini in libro Retractationum illud, & alia huiusmodi retractans commemorat, inquiens: In his itaque huiusmodi verbis meis, quia gratia Dei commemorata non est: de qua tunc non agebatur, putant Pelagiani suam nos tenuisse sententiam, sed frustra hoc putant. Voluntas quippe est, qua peccatur, & rectē uiuitur, quod his verbis egimus: sed ipsa nisi Dei gratia liberetur, & ut uitia superet, & adiuuetur, rectè à mortalibus uiui non potest. Ecce apertè determinat ex quo sensu illa dixerit inimicos gratiæ refellens.

Aug. lib. 3. de lib. arbitr. c. 18. & lib. 1. Retract. cap. 9.

D

Aliud testimonium Augustini ponit, quo Pelagius pro se vtebatur.

Similiter autē innitebatur Pelagius verbis Augustini contra gratiam, quę in libro de duabus aīabus dicit: Peccati, inquit, reum tenere quemquam, quia non fecit, quod facere non potuit summę iniquitatis, & insaniæ est. His auditis, exilijt Pelagius, dicēs: Cur ergo paruuli, & illi, qui non habent gratiā, sine qua non possunt facere mādata diuina rei tenentur? Hoc aūt qua occasione dixerit, in libro retractationū Pelagio respondens, aperit. Id.n. contra Manichæos dixit, qui in homine duas naturas esse contendunt: unam bonam ex Deo, alteram malam ex gente tenebrarum: quæ nunquam bona fuit, nec bonū uelle potest: quod si esset, non videretur ei imputantum esse, si bonum non faceret.

Aug cōtra Manichæ. de duobus animabus. cap. 12.

E

Aliud, quod videtur contradicere gratiæ Dei, addit.

Alibi etiam Augustinus dicit, quæ huic gratiæ contradicere videntur, qua iustificamur. Ait enim in libro contra Adimantium Manichæi discipulum: Nisi quisq; voluntatem suam mutauerit, bonum operari non potest: quod in nostra potestate esse positū dominus docet, vbi ait: Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos, &c. Quod Augustinus in retractationibus non esse contra gratiam Dei, quam prædicamus ostendit. In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatem: sed ea potestas nulla est, nisi à Deo detur, de quo dictum est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate, quod cum uolumus, facimus nihil tam in potestate, quàm ipsa uoluntas est: sed præparatur à domino voluntas, eo ergo modo dat potestatem.

Au. cōtra Adimāciū cap 26. Aug li 1. Retract. cap. 12.

F

Aliud testimonium eiusdem, quod videtur aduersum.

Sic etiam intelligēdū est, quod in eodem ait, scilicet in nostra potestate esse, ut uel inseri bonitate Dei, uel excidi eius seueritate mereamur: qa in potestate nostra, non est nisi

quod

quod nostram sequitur voluntatem: quæ cum præparatur à domino, facile fit opus pietatis etiam illud, quod impossibile, & difficile fuit.

G

Aliud testimonium.

In expositione quoque quarundam propositionum epistolæ ad Romanos, quædam Augustinus interserit, quæ videntur huic doctrinæ gratiæ aduersari. Ait enim: Quod credimus, nostrum est: quod autem bonum operamur, illius est, qui credentibus dat spiritum sanctum. Et paulo post: Nostrum est credere, & velle, illius autem dare credentibus, & volentibus facultatem bene operandi, per spiritum sanctum. Quæ qualiter intelligi debeant, Augustinus in libro Retractatio. aperit, dicens: Verum est quidem à Deo esse, quod operamur bonum: sed eadem regula utriusque est, & volendi scilicet, & faciendi: & vtrunque ipsius est, quia ipse præparat voluntatem, & utrunque nostrum est, quia non fit, nisi uolentibus nobis. Illa itaque profecto non dixissem, si iam scirem etiā ipsam fidem inter spiritus sancti munera reperiri.

Aug li. 2. Retract. ca 23.

H

Adhuc addit aliud, quod videtur contrarium.

Illud etiam diligenter est inspiciendum, quod Augustinus in libro Sententiarum Prosperi ait, scilicet quod posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, natura est hominum: habere autem fidem sicut habere charitatem, gratia est fidelium. Quod non ita dictum est tanquam ex libero arbitrio valeat haberi fides, vel charitas, sed quia aptitudinem naturalem habet mens hominis ad credendum, uel diligendum, quæ Dei gratia præuenta credidit, & diligit, quod sine gratia non valet.

Determinatio.

Testimonio Hieronymi astruit, quid tenendum sit de gratia, & libero arbitrio, vbi triplex hæresis indicatur, scilicet Iouiniani, Manichæi, Pelagij.

I

Id ergo de gratia, & libero arbitrio indubitantes teneamus, quod Hieronymus in explanatione fidei catholicæ ad Damasum papam, Iouiniani, & Manichæi, & Pelagij errores collidens, docet: Liberum, inquit, sic confitemur arbitrium, ut dicamus, nos semper indigere Dei auxilio: & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum vitare non posse, quàm illos, qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. Vterque tollit arbitrij libertatem. Nos verò dicimus hominem semper, & peccare, & non peccare posse, ut semper nos liberi confiteamur esse arbitrij. Hæc est fides, quam in catholica ecclesia didicimus, & quam semper tenuimus, & tenemus.

Summa distinct. 28. In Pelagium hæreticum.

DEclarato quid de libero arbitrio, & gratia catholicè sit tenendum, nunc recitantur, & reprobantur quidam errores hæretici contra hoc, & primò recitatur error Pelagij superbi, & incorrigibilis monachi, qui tamen fuit informiter doctus. multumque eruditus. Vnde quidam exponunt de ipso illud in Apocalypsi: Stella magna cecidit de cœlo, ita quod propter eminēt iam scientiæ suæ stella vocetur, qui de cœlo. i. militanti ecclesia in foueam hæreticæ cecidit prauitatis, fuitq; tempore Augustini, & ex libris eius collegit quasdam auctoritates ad suorū munimen errorum, & scripserunt contra seinuicē. Incidit quoque alios diuersos errores, negādo paruulos in originali concipi, ac nasci peccato. Itaq; motiua, & auctoritates, quas infelix, & obstinatus Pelagius pro suis roborādis erroribus allegauit, ponit communiter magister in textu, soluitq; eas. Vltimò ex verbis sancti Hieronymi tangit, ac reprobat hæreticas falsitates Iouiniani, & Manichæi.

Arguitur primò, ad partem affirmatiuam.

QVAESTIO I.

HIc quæritur [vtrum homo per liberum arbitrium, naturalemq; rationem, & dona naturæ valeat facere aliquid boni, peccata vitare, ac diuinæ legis præcepta implere.] quod sic, Nam quidā Gentilium tam virtuosi fuerunt, quod ab Aristotele vocati sunt viri heroici, ac diuini, à Platonicis autem viri purgati animi. Insuper Hieronymus protestatur, quòd Deus contulit Romanis adhuc gentilibus, atq; idolatris monarchiam propter eorum virtutes. ¶ Præterea præcepta decalogi sunt de dictamine naturalis rationis: ergo naturalis ratio potest ea implere, præsertim cum rō secundum Philosophum deprecetur ad optima: synderesis quoq; iugiter remurmuret contra mala. Adhuc sicut in litera tangitur, si homo ex naturalibus non posset peccata vitare, & naturalē legem implere, nec peccata commissionis, nec peccata omissionis ei iuste imputarē, & ipsi Gentiles, quibus lex diuina non patuit, nec reuelata est fides, excusabiles penitus viderentur. ¶ Insuper Hieronymus loqtur: maledictus, qui asserit Deum hoībus impossibilia præcipisse, ergo omnia Dei præcepta potest homo implere.

1 2 3 4 5

¶ In contrarium sunt ea, quæ in textu habentur, & quod ait Saluator: Sine me nihil potestis facere. Cui consonat, quod per Oseę dominus cōtestatur: Perditio tua ex te, in me tātummodo auxilium tuū. Hinc Apostolus. Fiduciam, inquit, talem habemus ad Deum, quod non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Item: Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritusancto. ¶ Circa hæc scribit Henricus, quodlibeto quinto, quæstione, qua quærit. Vtrum adultus possit sine gratia vitare peccata mortalia. Adultus sine gratia existēs, aut est in solo originali peccato, aut etiam in mortali, & de vtroq; est quæstio.

In oppositum. Iohan. 14. Oseæ 13. 2 Cor 3. 1. Co. 10.

stio. Quidam ergo dixerunt, ꝙ impossibile est solũ veniale peccatum esse in adulto cum culpa originali: nam ante tempus discretionis excusatur ab omni mortali, & veniali: mox autem vt discretionem sortitur, tenetur de sua deliberare salute. Vnde Tullius 1. de officijs: Regna, imperia, honores, dignitates, diuitiæ, ac horum contraria in casu sita, temporibus gubernãtur: quam autem personam nosipsi gerere volumus, à nostra proficiscitur voluntate. Alij ad philosophiam, alij ad ius ciuile, alij ad eloquentiam se applicant. Alius in ista, alter in illa excellere vult virtute. Hoc igitur primò discutiendum, quo genere vitæ, tempus hoc pertransire conemur, cuius rei deliberatio difficillima perhibetur. Etenim Herculem cum pubesceret, dicunt exisse in solitudinem, & ibi diutiùs discussisse, quam ingredi vellet viam, virtutis, an voluptatis. Verum ista responsio non videtur nisi fuga inconuenientis, aut quia non vident vbi ponendus esset, qui sic moreretur in solo originali, ac veniali, quia non posset saluari cum originali, nec damnari cũ veniali sine mortali, nec posset esse in limbo, quia in eo non est nisi pęna damni, quæ originali soli debetur: nec in purgatorio, quia dum inde eriperetur, non posset intrare in regnum cælorum. Veruntamen vno modo potest ita teneri, ꝙ scilicet talis neqt cauere quin primò peccet mortaliter: non tamen ob causam prætactã, sed quia peccatum non habet nisi ex alieno facto, & qa peccatum præoccupauit in ipso omnem liberi arbitrij vsum. Hinc quoq; misericordia Dei oẽm usum liberi arbitrij ita in ipso prẽoccupat, ut in eodem instanti quo vti incipit ratione, liberum eius arbitriũ suo instinctu excitat, & inclinat ad bonum, cui instinctui si rebellando non acquiescat, peccat mortaliter: si verò obtemperet, Deus omnipotẽs gratiam gratum facientem ei infundit, per quam ab originali purgatur. Potest & aliter responderi: quod tamen non assero, ꝙ scilicet existens in solo originali, sic potest vitare mortale, vt non sit necesse eum primò peccare mortaliter, imò primò venialiter possit peccare. Cumq; obijcitur, ꝙ non esset locus, quo puniretur, responderi potest sine assertione, ꝙ puniretur in inferiora pęna sensus æterna sibi proportionabili, quali puniretur si veniale illud esset mortali coniunctum. Quamuis n. pęna inferni non debeatur per se nisi mortali: per accidens tamen debetur veniali, inquantum coniunctum est mortali. Vel potest dici, ꝙ omni peccato etiam veniali inquantum peccatum est, debetur pęna æterna in acerbitate ei proportionabili. Sed quoniam veniale gratiam secum compatitur, iccirco per accidẽs, vtpotè ratione gratiæ sibi coninnctæ, temporalis ei pęna debetur, propter quod & veniale vocatur, quia sic veniam consequi valet. Præterea hæretici quidã, sicut Pelagiani, dixerunt, quod existens in mortali potest sine gratia pęnitere, ac surgere viribus suis, atq; ꝙ gratia detur non tam vt homo resistat peccato, q̃ vt expeditius benè agat, & crescat, quod in pluribus libris Augustinus reprobat satis. Aliorum verò opinio est prorsus contraria, quod scilicet in peccato mortali existens, nullo modo possit, cuicunque tentationi resistere. Vtrum ex hoc sequeretur, ꝙ in vno existens mortali, necessariò esset intemperatus intemperatione generali, quæ circuit vitia cuncta, vel ad minus inconstinens: quod nõ est dicendum. Non enim vitia necesse est in eodem esse connexa. Iccirco dicendum quod liberum arbitrium hominis etiam in mortali vitio existentis, potest considerari dupliciter. Primò ex parte suæ propriæ libertatis secundum se. Secundò, prout tentationibus ipsis exponitur. Primo modo põt cauere simpliciter, ne in aliud cadat mortale: qm̃ nulla necessitate incidit illud: imò si incidit, voluntariè incidit: imò nisi voluntariè incideret, incidendo nõ peccaret. Si cõsideretur secundo modo, dico ꝙ diu sibi cauere nõ potest, quin necesse sit, quod aut in mortale incidat satis citò, aut gratiam cauendi adipiscatur à domino. Quodcunq; tamen horum cõtigerit ei, non nisi voluntate eius consentiente continget, quemadmodũ necesse est, vt cras curram, aut non curram, quodcunq; tamen acciderit mihi, voluntariè accidet. Hæc Henricus. ¶ Insuper quodlibeto 13. quæstione, qua quærit, vtrum adultus possit esse nec in statu salutis, nec damnationis, disseruit: Quicunque non est regeneratus aqua baptismi, aut alio eius virtutẽ habente, est in statu damnationis saltem propter originale, siue sit adultus, siue non. Sed & aliam dãnationẽ expectat, qui originali superaddit actuale, & ille, qui iam renatus est non potest esse, quin determinatè sit in statu salutis, aut in statu damnationis. Aut n. est in charitate, & ita est in statu salutis: aut non est in charitate, & sic est in statu damnationis. ¶ Et si obijciatur, quod Iudæus mox baptizatus, non est in statu damnationis, quia in baptismo purgatus est, & charitatẽ sortitus: nec in statu salutis: qm̃ nondum agonizauit, nec operatus est bona: non autem coronabitur nisi, qui legitimè certauerit. ¶ Dicendum quod quamuis non agonizauit in se, & per se, agonizauit tamen in capite suo, & per illud. i. in Christo, & per Christum, quod sufficit, quando non superest tempus agonizandi in propria persona, in qua sine charitate, & gratia Christi non potest quis meritoriè operari. Hęc idem.

Cicero 1. Officiorũ.

Quilibet adultus est in statu salutis, aut damnationis.

Obiectio.

Dilutio.

¶ Porrò Thomas: Virtus, inquit, essentiam sequitur, ideò secũdum diuersitatem naturarum diuersa est facultas ad operandum. Quod quidam nõ attendẽtes, operationem liberi arbitrij, operationẽq; naturalium rerum pari modo determinauerũt, putantes, quod sicut lapis naturaliter, & necessariò nisi impediatur, descendit deorsum: sic homo necessariò operationes suas exerceat secũdũ congruentiã alicuius naturæ existentis in ipso. Et quia in homine est duplex natura. vna intellectualis, ex qua inest ei inclinatio ad appetendum per se desiderabilia, & honesta: alia sensitiua, per quam pronus est appetere delectabilia carnis: ideo ad hæc duo respicientes hęretici, ad duas contrarias hæreses sunt prolapsi. Nempe Iouiniani ad intellectualem naturam intendentes, dixerunt hominem peccare nõ posse. Alij verò, vtpotè Manichæi, sensitiuam naturam pensantes, quam in se malam esse, & à principio tenebrarum productam fuisse mentiti sunt, asserebant peccata non posse vitari, utrique libertatem arbitrij destruentes. Porrò Pelagiani libertatem arbitrij nimium ampliantes, dixerunt ex ipso procedere, determinationem cuiuslibet operis sui, atque ob id hominem posse, per facultatem liberi arbitrij in quodlibet opus bonum sine superaddita gratia, etiam in opus meritorium: non attendente, quod opus meritorium non determinat genus actus, sed efficaciam. Genera enim actuum distinguuntur secũdum diuersitatem obiectorum, cumq; liberum arbitrium ad nullum obiectum determinatum sit, ideo in quodlibet genus actus ex se potest, vt facere iusta, & fortia: actus verò meritorius efficaciam habet excedentem naturalem virtutem, inquantum est efficax ad illud præmium consequendum, quod facultatem excedit naturæ. Hinc ad hoc

Th. Aqui.

ad hoc, quod opus sit meritorium, non potest liberũ arbitrium ex se nisi eleuetur per habitum, qui facultatem naturæ excedit, qui habitus gratia nuncupatur. Itaq; secundũ fidem catholicam in medio cõtrariarũ hæresum est tendendum, vt dicamus hominem per liberum arbitriũ bona, & mala facere posse: non tamen in meritorium actum exire sine habitu gratię, quemadmodũ, nec sine habitu virtutis acquisitæ potest talẽ facere actum, qualem efficit virtuosus quantum ad modum agendi: quamuis posset per se talem facere quãtum ad genus operis, ita vt per se non excludat causalitatem diuinam, secundum q̃ Deus in omnibus operatur sed habitũ creatum naturalibus additũ, sine quo multa bona facere valet homo, quãuis non meritoria. Deus quoq; non tm̃ iuuat nos ad bene agendum per habitũ gratiæ, sed & intus agendo in voluntate sicut in re qualibet operatur, imò & foris auxilia, atq; occasiones præbendo ad bene agendũ, & sine his omnibus nemo bene facere valet. ¶ Hęc Thomas in Scripto, vbi & consequenter respondet ad istud. An homo sine gratia possit vitare peccata. Dicunt quidam quod hõ secundum naturalem suam virtutẽ ita est conditus, vt possit peccata vitare: sed ipsa natura per peccatũ ita est immutata, vt homo in peccato existens, peccatum vitare non valeat, imò in aliud præcipitetur, nisi per gratiam liberetur. Verum ne videantur ponere peccatũ omnino necessarium, addũt quod homo in mortali existens potest hoc, seu illud, non tamen omnia deuitare, sicut de venialibus dicitur. Hæc autem opinio falsa videtur. Primò, quia peccatum naturalia non tollit, sed minuit. Hinc quod ad naturã rationalis potentiæ pertinet, homo per peccatum amittere nequit, quamuis infirmetur in illo. Cumq; libera electio, atq; spontanea fuga mali, seu boni, ad naturam liberi arbitrij spectet, non subtrahitur homini per peccatum facultas fugiendi peccatum, sed solum minuitur, ita quòd post peccatũ difficulter vitat, quod ante faciliter vitare valebat. Nec simile est de venialibus, quia in illis nõ requiritur deliberatio, seu consequens perfectus, quemadmodum in mortalibus. Ideò sicut hõ potest vitare hoc, ita & aliud quodlibet Nec dici potest, quòd ad tempus vitet non diu: qm̃ liberum arbitrium ad tempus resistendo peccatis, non efficitur infirmius ad resistendum deinceps, sed fortius. Hinc dicendũ cum alijs, ꝙ vitare peccatum intelligi potest dupliciter. Primò, de peccato cõmisso: secundo, de committendo, si de commisso, sic hõ in mortali existens, non potest sine gratia vitare peccata, qa non potest se à prẽterito peccato absoluere, nec à reatu culpę, nisi per gratiã liberetur. Et in hoc delirauit infelix Pelagius putãs hominem proprijs viribus, atq; operibus se posse à prẽteritis peccatis satisfaciẽdo absoluere. Peccatũ vero cõmittendũ potest homo vitare sine gratia, q̃tuncunq; in mortali existat, si per gratiã intelligatur habitus supernaturalis infusus, non diuina voluntas, quæ oĩa bona causantur, malaq; repelluntur. ¶ Ex his patet rnsio ad hoc, an homo sine gratia queat præcepta implere. Etem̃ de p̃ceptis possumus loqui dupliciter. Primò, quantũ ad illud, quod directè cadit sub p̃cepto. Secundò, quãtum ad intentionẽ legislatoris. Directe aũt sub præcepto cadit actus virtutis, q̃tum ad substantiã operis, & non quantũ ad modum agendi, quẽ circa ipsum ponit virtus. Hoc quippe alicui directè præcipitur, quòd statim in ipso est, vt faciat illud, non autẽ est in homine vt faciat actum virtutis eo modo, quo virtuosus facit priusquam virtutem habeat infusam, vel acquisitã. Porrò intentio legislatoris est, vt secundo dicitur Ethicorum, ciues facere bonos, & per assuefationem operum, quę iubentur inducere ad uirtutes. Cui cõsonat illud Apostoli ad Timotheum: Finis præcepti est charitas de corde puro, quia ad hoc data sunt legis præcepta, vt homines in dilectione Dei, & proximi instituantur. Hinc intentio legislatoris est, ut non solum hęc opera fiant sed etiam vt ex charitate agantur. Itaq; respondendum, quod præcepta legis quantum ad id, quod directè sub præcepto cadit, potest quis per liberum arbitrium adimplere sine gratia gratis data, aut gratum faciente, si gratia capiatur pro habitu infuso: sed quantum ad legislatoris intentionem, sine gratia nequeunt adimpleri: quoniam charitatis ex sola infusione habetur. Hinc hæreticus delirauit Pelagius, dicens simpliciter præcepta legis sine gratia posse seruari. Hæc Thomas in Scripto.

Homo nõ pót à peccato mortali absolui sine gratia.

Philosop.

1. Tim. 1.

Pelagij morologia.

¶ Cuius positio quantũ ad primum istorum, à positione discordat Hẽrici, cui fauere videt illud Gregor. Peccatum, quod per pęnitentiam non deleẽ, suo mox pondere trahit ad aliud. ¶ Deniq; de his videtur Thomas alibi aliter conscripsisse, nempe in prima Secundæ quæst. 109. Natura, inquit, hois dupliciter potest considerari, vno modo in sua integritate, sicut fuit in statu innocentiæ in primo parente, secundò, vt est corrupta in nobis, & vtroq; modo indiget diuino auxilio ad volendum, & faciendum quodcunq; bonũ sicut primo mouente, eo mõ, quo Deus operatur oĩa in omnibus. Sed in statu naturę integræ quãtum ad sufficientiã virtutis operatiuę, poterat homo per sua naturalia velle, & operari bonum suæ naturę proportionatum, quale est bonum uirtutis acquisitæ, non aũt bonum superexcedens, quale est bonũ virtutis infusæ. Porrò in statu naturæ corruptæ deficit hõ ab hoc, ita quòd per naturalia sua non possit huiusmodi bonum implere. Verũ tamen quia natura humana non est per peccata totaliter corrupta, vt s. totò bono naturæ priuetur. Potest adhuc in statu naturæ corruptæ per virtutẽ suæ naturæ aliquod agere bonum, vt domũ ædificare, vineamq; plantare, & consimilia agere: nõ tamen totum bonũ sibi connaturale, ita quòd in nullo deficiat. Quẽadmodũ homo infirmus potest per se aliquem motũ habere: non tamen potest, perfectè moueri motu hois sani, nisi sanetur. Sic ergo virtute gratuita superaddita virtuti naturæ indiget homo in statu naturæ integræ quantum ad vnum, videlicet ad volendũ, & operandum bonum supernaturale: in statu verò naturæ corruptæ, quantum ad duo, vtpotè vt sanetur: & vlteriùs, vt bonum supernaturalis virtutis operetur, quod est meritoriũ. Vlteriùs quoq; in vtroq; statu indiget homo diuino, auxilio, quo moueatur ad bene agendum. Hæc Thomas in Summa, de hoc an homo possit velle, & facere bonum absq; gratia. ¶ Demum, de hoc, an possit præcepta legis sine gratia adimplere, scribit ibidem. Implere præcepta Dei contingit dupliciter. Primò, quantum ab substantiam operũ, sicq; in statu naturæ integræ potuit cuncta legis mandata implere, alioquin non potuisset in statu innocentiæ nõ peccare, cum nil aliud sit peccare, quàm Dei præcepta violare. In statu verò naturæ corruptæ non potest homo omnia diuina implere præcepta sine gratia sanante. Secundò, quantũ ad modum, vt scilicet fiant ex charitate, sicq; in nullo statu hoc fieri valet sine gratia gratificante, sine qua nec charitas potest inesse. Indiget itidem homo in statu vtroq; auxilio Dei mouentis ad mandata implenda. Nihilominus possu-

Gregor. Articu. 2.

Articul 1.

Præcepta legis contingit implere dupliciter.

possumus aliquo modo Dei præcepta implere etiã mõ secundò, inquãtũ hoc possumus Deo nobis auxiliante, qui certissimè auxiliatur facientibus, quod in ipsis est. Vnde tertio dicitur Ethicorũ: Hoc dicimur posse, quod possumus per nostros amicos, & ita intelligitur illud Hierony. ℣ Deus non præcepit nobis quicquã impossibile. Nã & Hieronimus addit ibidem: Sic liberum arbitriũ confitemur, vt nos Dei auxilio indigere iugiter fateamur. ¶Nec obstat præhabitis, quòd homo dicitur dominus actuum suorum. Hoc etenim dicitur propter deliberationem rationis, quæ flecti potest ad partem vtranq; sed quod deliberet: vel nõ deliberet: si etiam huius sit dominus, oportet, quod hoc fiat per deliberationem præcedentem: & cum hoc non procedat in infinitum, oportet ad hoc finaliter deuenire, quòd liberum arbitrium hominis moueatur ab aliquo principio exteriori, quod est supra mentem humanam, puta à Deo, vt etiam probat philosophus lib. de bona fortuna. Hæc Thomas in Summa.

Philoso. Hierony. Obiectio diluitur. Philosop.

¶Concordat Petrus responsionibus Thomæ in Scripto. Narrat tamen vtramq; opinionem de hoc, an homo possit sine gratia facere bona, & magis declinat ad illam, quæ habetur in Scripto Thomæ, addens, quod aliqui dicunt hominem non posse facere bona meritoria nisi ex gratia gratumfaciente: nec opera bona ex genere, nisi ex gratia gratis data, quæ responsio quanto breuior, tanto obscurior.

Petrus. Richard.

¶Porrò Richardus respondendo ad istud, an homo valeat vitare casum in nouum peccatum mortale, sequitur positionem supra ex Henrico narratam. Respondendo autem ad id, an sine gratia possit implere præcepta, sequitur responsionem Thomæ in prima secundæ.

¶Quę item Albertus circa hanc scribit distinctionem, latis in ducta sunt, & expressa, quantũ ad præsentem spectat materiam. Aliqua verò addit de erroribus Iouiniani etiam in hoc, quod matrimoniũ prætulit virginitati: quòd alibi habet locum, & recitat qualiter sanctus Hierony. contra Iouinianum inter cætera induxit auctoritatem Theophrasti, Philosophi, qui in libro, qui dicitur Aureolus, vel in li. de nuptijs scripsit, quod sapienti non est vxor ducẽda: quoniam plurima affert impedimẽta in spiritualibus, philosophiæq; studijs. Verum hæc super quartum habent locum. ¶Insuper Bonauentura. Manda ta, ait, quantum ad genus operis, impleri queũt per gratias gratis datas, sicut mandatum de ad oratione vnius Dei per fidem: mandatum quoq; de honoratione parentum. per naturalem pietatem. Si autẽ quæratur, an liberum arbitrium, absq; omni gratia gratumfaciente possit à culpa resurgere, dicendũ, quod de hoc aliter senserunt philosophi, aliter hæretici, aliterq; catholici. Philosophi namq; ignorantes, qualiter per peccata offendat diuina maiestas, minuatur potentiarum habilitas, ac lædatur natura peccantis, dixerunt, quòd homo per exercitationes fit iustus sicut per inordinationes iniustus. Hæretici autem aliquid fidei cognoscentes: non tamẽ cõsiderantes qualiter natura vitijs infirmetur, dixerunt liberum arbitrium sine gratia posse à culpa resurgere, atq; à vitijs abstinere. Catholici verò desuper illustrati, scientes Deum per peccata offendi naturam lædi, & damnificari, dum homo se transfert de obsequio Dei ad iugum diaboli, fassi sunt, liberum arbitrium sine gratia non posse à culpa resurgere. ¶Si denuo quæras, an liberum arbitrium sine gratia possit tentationi resistere. Dicendum quod tentationi resistere, est ei non consentire, quod potest homo per gratiam gratis datam, tentationẽ verò superare, est ei sic reluctari, quod effectus sibi cõtrarius obtinetur. Tentator namq; intendit hominẽ à virtutibus impedire, Dei inimicum efficere, atque perpetuæ damnationi immergere, ideo tentationũ victoriam adipisci, est eis sic dissentire, quod tentatus in virtutibus crescit, Deo plus placet, finaliterq; saluatur, quod constat sine gratia gratumfaciente: non posse compleri, ideo sine ea non valemus tentationis triumphum acquirere. Hæc Bonauentura. Concordant Thomas, Richardus, & alij.

Albertus. Hierony. Theophr. Philosop. Bonauen. Per quid possit liberum arbitriũ à peccato resurgere. Tentationem superare plus est, quàm eidem resistere.

QVAESTIO II.

AMplius quæritur, an homo sine gratia possit se ad gratiæ infusionem disponere.] Videtur ℣ sic, quia si facit homo, quod in se est, Deus, non deserit eum, sed gratiam infundit. Hinc quoq; hoc ipsum insinuans scriptura, hortatur: Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.

Arguitur ad partem affirmatiuam. Iacob 4.

¶Ad hoc Bonauentura respondet: Vix aut nunquam libertas arbitrij destituitur omni gratia gratis data, per quã hic intelligitur omne, quod superadditur naturalibus, adiuuãs aliquo modo, ac prẽparans voluntatem ad habitum vsumve gratiæ, siue sit habitus, vt timor seruilis, aut ingenita pietas: siue instinctus diuinus, aut allocutio interior excitãs animum hominis ad conuersionem: & vix aliquis sine his inuenitur, nec sine huiusmodi gratia aliqs sed disponit: imò nec disponere potest ad gratiam gratumfacientem, vt expressè ait Bernardus in lib. de libero arbitrio capitulo 17. Conatus, inquiens, liberi arbitrij ad bonum, sunt casi, si à gratia nõ iuuentur: & nulli, si non excitentur. Cuius ratio est, ℣ gratia gratumfaciens necessariò præreqrit dispositionem gratiæ gratis datæ, nẽpe cum gratia gratum faciens sit quid diuinum, supra liberum arbitrium, & supra iudicatorium naturale existens, ideò nunquam assurgit liberum arbitrium ad ipsam cognoscendam, appetendam, aut petendam, nisi desuper excitetur per gratiam gratis datam: quæ cum omnibus prẽsto sit, Dñs in scripturis sic loquitur, quasi in nobis sit conuerti ad ipsum, videlicet prẽsupposito huiuscemodi gratiæ dono: & q agit, quod in se est, habet in promptu hoc donum, & per illud gratiam gratumfacientem sortitur. Hæc Bonauentura.

Iacob 4. Bonauen. Bernard.

¶Hinc Thomas: Gratia, inq̃t, Dei dupliciter sumitur. Primò, pro diuina prouidentia gratis omnibus prouidente. Secundò, pro dono habituali in mẽte recepto. Et certũ est, quod sine gratia primo modo sumpta, nullus se possit ad gratiã gratumfacientem disponere. Vt em̃. 8 Physicorum ostenditur: Mutatio voluntatis effici neqt sine aliquo mouente per modũ excitantis: oẽ etenim motũ necesse est moueri ab aliquo nec refert, quicqd sit illud, quod huius variationis p̃bet occasionẽ, excitando videlicet voluntatẽ, siue sit admonitio hoĩs, siue ægritudo corporis, aut aliqd huiusmodi, quæ oĩa constat diuinæ prouidentiæ esse subiecta, atq; in bonũ electorũ ordinata. Hinc qcqd excitat hoĩem ad emendationẽ, & gratiæ salutaris susceptionem, gratia gratis data põt vocari: nec sine ea qs præparat se ad gratiã obtinẽdam etiã si motus liberi arbitrij, quẽ Deus causat in nobis, dicatur gratia gratis data, quo p̃paramur ad gratiam. Porrò si gr̃a capiatur pro dono habituali infuso, tũc est de isto duplex opinio, vna, ℣ sine lumine menti infuso, ℣ & donum gratiæ nũcupatur, nemo se valet ad gratiã gratumfacientẽ parare. Sed hoc non vĩ: q̃m præparatio ad gratiam non est per actus ipsi gratiæ adæquandos æqualitate proportionis, quemadmodũ meritũ æquatur præmio; ideò

Th. Aqui. Gr̃a Dei dupliciter sumitur. Philosop.

ideò non oportet proportionẽ hanc fieri per actus naturam transcendẽtes humanam. Quẽadmodum .n. natura humana se habet in potentia naturali ad gratiã, sic uirtutum naturalium actus se habent, vt dispositiones materiales ad ipsam, propter quod non exigitur ad præparationem hanc aliquod gratiæ lumen præcedens: imò secundum hoc videtur esse processus in infinitum, quia nec illud lumen daretur nisi præparãti se ad illud, aliàs cunctis dareẽ, quod nõ potest intelligi, nisi forsan gratia gratis data dicatur naturale lumen rationis, quæ ad naturalia, nõ ad gratuita pertinet dona, nisi largè accepta. Si autem gratia talis gratis data indiget præparatione, redibit quæstio de ista prẽparatione, vtrũ homo posit in eã ex se, vel non, sicq; ibitur in infinitum, aut erit deuenire ad aliquam gratiam, ad quam homo per se præparare se potest: nec est ratio efficax, quare hoc magis sit in gratia vna, q̃ alia. Hinc alijs consentiendo, dicimus ℣ ad gratiã gratumfacientẽ habendam homo ex solo libero arbitrio præparare se valet. Faciendo namq; quod in se est, gratiã à Deo consequitur: hoc autẽ solũ in nobis est, quod in potestate constitutum est nostri liberi arbitrij.

Obiectio diluitur.

¶Nec his obuiat, ℣ homo non potest se ad gratiam præparare, nec aliquid boni facere sine Dei auxilio, propterea exorãdus est Deus, vt nos ipsos, & alios ad se dignetur conuertere. Attamen non oportet, quòd illud auxilium semper sit per habitũ infusum, sed potest esse per multa, quæ exteriùs occasio sunt salutis, atq; per interiorem actum, quem Deus causat in nobis. Deniq; etiam ad fidem aliquis præparare se potest per id, quod in naturali est ratione. Vnde dicitur, quòd si aliqs in barbaris nationibus, natus, quod in se est, faciat, Deus sibi reuelabit id, ℣ necessarium est saluti, inspirando, aut docentẽ mittendo. Ideo non oportet, quòd fidei habitus prẽparationẽ præcedat ad gratiam gratumfacientẽ, sed simul præparare potest se homo ad fidem, & gratiã, aliasq; virtutes. Hæc Thomas in Scripto. Quæ ritè intellecta non discrepant à Bonauen. ¶Præterea in 1. Secundæ quæstione 109. duplex est, ait, præparatio voluntatis humanæ ad bonũ. Vna, qua præparatur ad bene operandum, & ad Deo fruendum, quæ prẽparatio fieri nequit sine habituali gratiæ dono, quod sit principium meritorij actus. Alia ad obtinendum habitualis gratiæ donum, ad quã nõ oportet præsupponere aliquod habituale donum in anima, q̃a procederetur in infinitum: sed oportet præsupponi auxilium gratuitum Dei interiùs mentem mouentis, seu bonũ propositum inspirãtis. His q̃ppe duobus modis diuino indigemus auxilio. Quod verò indigemus auxilio isto, hinc cõstat. Cum omne agens agat propter finem, oportet ℣ omnis causa conuertat suos effectus ad finem ipsorum. cumq; secundum ordinem agentium, siue mouentium ordo sit finium, oportet quòd ad vltimum finem cõuertatur homo per motionem primi mouentis, ad proximum aũt finem per motionem alicuius inferiorum mouẽtium: quemadmodum miles conuertitur ad quærendam victoriã ex notione ducis exercitus, ad sequẽdum verò vexillum alicuius aciei ex motione tribuni, sicq; ex motione Dei primi motoris omnia conuertuntur in ipsum secundum cõmunem boni intentionem, per quam vnumquodq; secundum suum modũ intendit Deo assimilari. Propter quod sanctus Dionysius libro de diuinis nominibus loq̃tur, ℣ Deus conuertit omnia ad seipsum, homines verè electos, & prædestinatos conuertit ad se, tanquam ad finem beatificum specialem: ideò

Dionysius Areopa.

℣ homo conuertatur ad Deum, non potest esse nisi à Deo ipsum conuertente, & hoc est se ad gratiam præparare. Hæc idem in Summa.

¶Concordat Petrus: Dispositio dicens, ad gratiã duplex est. Vna remota, per quodcunq; opus de genere bonorũ, taliq; dispositione potest se homo per seipsum disponere. Alia dispositio est propinqua, &c. ut supra in Bonauentura. Idem Richardus.

Petrus.

¶Insuper Durandus hic recitat præinductã Thomæ responsionem ex Summa, & addit: Alij dicunt quod si speciale adiutoriũ vocetur immediata motio volũtatis à Deo, sine tali adiutorio potest se homo præparare ad gratiam: quoniam bonum quod habet ordinem immediatum ad gratiam, præparatorium est ad eam: hoc autem est bonum moris, in quod potest homo sine huiusmodi motione spiritus sancti: si verò speciale adiutorium appellatur specialis prouidentia, quam Deus habet de his, qui hæreditatem capiunt salutis: sic prædestinati interdum peccãtes, nequeunt ad gratiam se parare sine Dei adiutorio speciali. Quemadmodũ. n. sub generali ordine diuinæ prouidentiæ, quam habet de omnibus rebus, cadit quicquid promouet rem in finẽ: ita sub ordine prouidentiæ specialis, quã habet dominus de electis, cadit quicquid promouet eos ad salutem, siue sit exterior admonitio, siue infirmitas corporis. Et si hoc dicatur gratia, non potest se homo sine gratia ad gratiam præparare. Nã & infirmũ agens potest ad supremum finem disponere. Hæc Durandus. ¶Ad quod poterit responderi, quòd infimum agens non disponit dispositione propinqua & immediata, de qua Thomas loqui videtur.

Durãdus. Heb. 1.

QVAESTIO III.

POstremò hic quærit̃, [An homo in hac vita sine gratia Dei possit aliquã cognoscere veritatẽ.] ¶Vt ℣ non, cum de philosophis dicat Apostolus ad Rom. Deus illis reuelauit. ¶Dicendum ẽm Thomã, ℣ verorum quædã sunt naturaliter cognoscibilia, naturaliq; lumini proportionata, & hæc naturaliter queũt cognosci sine altioris luminis infusione. Aliqua verò rõnem transcendunt vt ea, quæ sunt fidei futurorũ purè contingentium præcognitio certa, & hæc sine fide, & gr̃a prophetiæ, aut reuelationẽ nõ queunt agnosci. Veruntã sicut præhabitum est, quidã dixerunt intellectum agentem esse substãtiam separatã, ut Deum vel intelligentiam, nec intellectũ nostrum possibilẽ aliquid de nouo posse intelligere sine irradiatione illius intellectus agentis, sicut nec color põt videri sine lucis perfusione, & ita nõ posse nos q̃cq̃ de nouo intelligere sine emissione huiusmodi radij spiritualis, qui est gr̃a gratis data. Verum ista opinio reprobata est supra, intellectusq; agens est quædã potentia aĩæ ad cuius naturalẽ cognitionem non oportet concurrere superaditũ lumen. Apostolus verò in verbis præallegatis sumit reuelationẽ multum extensè pro quacũq; intellectuali manifestatione, naturalisq; luminis communicatione. Hæc Thom. in Scrip. ¶Porrò in 1. Secundæ, quæst. 109. scribit de hac re parũper profundiùs, & ni fallor obscuriùs: Videmus, inq̃ens, in corporalibus ad omnem motũ requiri motũ primi mouentis, s. cæli, ita ℣ quantũcũq; ignis est calidus, nõ alteraret, nisi p̃ cælestis corporis motũ, & sicut oẽs motus corporales reducuntur in motũ cælestis corporis sicut in primũ mouens: sic omnes motus, & actus reducuntur in primũ agens, & mouens simpliciter, quod est Deus. Hinc omnis actio, & motio, atq; cognitio intellectus humani dependent à Deo, nec põt intellectus in actum nisi Deo mouente, sic quod

Arguitur primò cõtra veritatem. Roma. 1.

Artic. 1. Th. Aqui.

quod ad cognitionē cuiuscūq; veri indiget homo diuino auxilio, vt intellectus à Deo moueat ad suū actum. Sed in his, quæ naturaliter potest scire, non indiget semper noua illustratione superaddita naturali illuminationi. Hæc Thomas in Summa.

Dionysius Car. ¶Quibus obijci posset, hoc esse articulū Parrisijs à domino Stephano episcopo, & doctore damnatum, ꝙ ignis non posset incendere stuppam sibi applicatam motu cęli cessante, & verum est, quod dominus Stephanus ille fuit diu post Thomā, & tempore magistri Henrici. Præterea verum est, quemadmodum in prima propositione libri de causis, & in eius commentario habetur, ꝙ in omni operatione causa prima plus influit, imò intimiùs, & inseparabiliùs agit, q̄ quæcunq; causa secunda: quod qualiter intelligendum sit, elucidatum est super primū. Vnde ꝙ sanctus Thomas hic scribit de motione intellectus humani à Deo ad actum in omni cognitione, certum est posse verificari de generali influētia Dei, qua agit in omni agente. In multis autem etiā specialiter, & supernaturaliter operatur. ¶At verò Petrus breuiter, hic respōdet: Duplex est cognitio, vna simplex, informis, & nuda, ad sciendum, quæ non procedit ex gratia: alia affectiua ad approbandum, seu operandum, hæc est à gratia gratum faciente, aut gratis data. Hinc secundum Alexandrū, scientia practica, & formata boni approbatiua, & amorosa procedit ex gratia.

Petrus. Cognitio duplex.

Alexand.

¶Dictis demum ex Thoma concordat Richardus, dicendo: Est quędam veri cognitio, ac boni volitio supra naturam, & quædam infra eandem, & respectu vtriusque cognitionis, ac volitionis, indiget mens humana generali motione primi mouentis. Quemadmodum enim nulla creatura posset subsistere nisi conseruaret virtute primi entis, sic conseruata operari non posset, nisi virtute primi mouētis. Hæc est generalis influentia primi agentis, sine qua nulla creatura procedere valet in actum, vltra quā necessariū nobis est supernaturale adiutorium Dei in cognitione veri, dilectioneq; boni, quæ naturalē faculatem transcendunt, &c. vt supra in Thoma.

Richard.

¶Durandus demū hic aliqua scribit: Durādus. Si accipiatur, inquiens, gratia pro habituali dono, aut illud erit gratum faciens, aut gratis datum. Si gratum faciens, sic sine gratia possumus quodcunq; verū intelligere: tum, quia non est dare gratiam sic acceptam: tum, quia si est, consistit in voluntate, quæ est intellectu posterior: perfectio autem prioris non depēdet à perfectione posterioris, ergo intellectus ad intelligendum verum non exigit gratiam, quæ ponitur perfectio voluntatis. Hæc Durandus.

¶In quibus primo erroneum est, quòd dicit gratiam non esse donum habituale creatum, vt supra ostensum est. Secundò, quòd dicit gratiā si est, esse in voluntate, quod q̄ nis aliqui dicant: veriùs tamē putatur ꝙ sit in essentia aīæ, prout diffusè probatū est. Tertiò, ꝙ dicit perfectionē prioris non depēdere à perfectione posterioris. Cognitio.n. intellectus informis est imperfecta, & nuda, nec meritoria, nisi per charitatē formetur, & perficiat. Accidēs quoq; vt scientia, virtus, & consilia quædā sunt perfectiones, & ornamēta substantia, seu animæ, quę non est ipsis posterior. Alia quædā scribit Durandus cōtra præallegatos doctores, vt ꝙ homo consentire possit his, quæ sunt fidei sine habitu fidei. Sicut hæreticus discedēs in vno articulo fidei, credit in alijs. Verū hæc & consimilia impertinentia sunt, nec contra mentē doctorum, quia æquiuocè sumitur credere, quod si propriè capiatur, certum est, quòd sit elicitus, fidei actus, ipsamq; fidem præsupponens.

Dionysi. cōtra Durandum.

A *Vtrum homo ante peccatum eguerit gratia operante, & cooperante.*

Distin. 29. De potestate libert arbit. primi hominis.

POst hæc considerandum est, vtrum homo ante peccatū eguerit gratia operante, & cooperante. Ad quod breuiter dicimus, quia non cooperante tantum, sed etiam operante gratia indigebat, non quidem secundum omnem operandi modum operantis gratiæ. Operatur enim liberando, & præparando voluntatem hōis ad bonum: egebat itaq; homo ea, non ut liberaret voluntatem suam, quæ peccati serua non fuerat, sed ut præpararet ad uolendum efficaciter bonum, quod per se non poterat. Non.n. poterat bonum mereri sine gratia, ut Augu. in Enchiridio euidenter tradit. Illā (inquit) immortalitatem, in qua poterat non mori, natura humana non perdidit per liberū arbitrium. Hanc verò, in qua non poterat mori, accepta est per grām, quam fuerat, si non peccasset acceptura per meritum. Quāuis sine gratia nec tunc ullum meritum esse potuisset, qa etsi ipsum peccatum in solo erat arbitrio constitutū: non tamen iustitiæ habendæ, vel retinendæ sufficiebat liberum arbitriū, nisi diuinum præberetur adiutorium. Ecce his verbis satis ostenditur, ꝙ ante peccatum homo indigebat gratia operante, & cooperante. Nō enim habebat quo pedem mouere posset sine gratiæ operantis, & cooperantis auxilio: habuit tamen quo poterat stare.

August. in Enchirid. cap. 73.

B *Quòd homo ante lapsum virtutes habuerit.*

Præterea quæri solet, vtrum homo ante lapsum virtutem habuerit. Quibusdam videtur, ꝙ non habuerit, id ita probare conantibus: Iustitiā (inquiunt) non habuit, quia præceptum Dei contempsit: nec prudentiam, quia sibi non prouidit: neque temperantiam, quia aliena appetijt: neque fortitudinem, quia prauæ suggestioni cessit. Quibus respondentes, dicimus eum quidem non tunc habuisse has virtutes quando peccauit, sed ante, & tunc amisisse. Quod multis sanctorum testimonijs comprobatur. Ait enim Augustinus in quadā homilia: Adam perdita charitate malus inuentus est. Item Princeps vitiorum dum vicit Adam de limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, tēperantia compositum, charitate splendidum, primos parentes illis donis, ac tātis bonis expoliauit, pariterq; peremit. De hoc eodē Ambro. ad Sabinum ait: Quando Adam solus erat, non est præuaricatus, quia eius mens Deo adhærebat. Super psal. quoq; dicit, ꝙ homo

Ambro.

hō aū pctm beatissimus aurā carpebat æthereā. Sed qūo sine uirtute beatissimus erat? Aug. quoq; sup Gen. Adā ante pctm spiritali mente pditū fuisse. Non est ergo dubitandum hoīem ante pctm uirtutibus fulsisse, sed illis per peccatum expoliatum fuisse.

C

De eiectione hominis de paradiso.

In illius quoq; peccati pœnam eiectus est de paradiso in istum miseriarum locum, sicut in Genesi legitur: Nunc ergo ne fortè mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & uiuat in æternum: emisit eum Deus de paradiso uoluptatis. His uerbis insinuari vr, ꝙ nunquam moreretur, nisi postea de illo ligno sumpsisset.

Gen 3 d

Quo intelligendum sit illud, Ne sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.

D

Sed qa p pctm iā mortuū corpus hēbat, illa uerba ex tali intellectu accipi pūt Deus mō irati loquēs, de hoīe supbo ait: Videte ne forte mittat manū suā, &c. i. cauere vos angeli ne comedat de lignō uitæ, quō indignus est: de quō, si pstetisset, comederet, & uiueret in æternum. Sed mō pp inobedientiam indignus est comedere. Et sicut verbo dixit, ita opere exhibuit. Emisit.n. eum Deus de paradiso voluptatis in locum sibi cōgruum, sicut plerunq; cum malus inter bonos uiuere cœperit, si in melius mutari noluerit, de bonorum congregatione pellitur, pondere prauæ consuetudinis pressus.

E

De flammeo gladio ante paradisum posito.

Ne uerò ad illud posset accedere, collocauit Deus ante paradisum Cherubin, & flammeū gladiū, atq; versatilē ad custodiēdā uiā ligni uitæ. Quod iuxta literā pōt hoc mō accipi, qa per ministeriū angelorū ignea custodia ibi cōstituta fuit. Hoc.n. per cœlestes ptātes in paradiso visibili factū eē credēdū est, ut per angelicū ministeriū ibi esset q̄dam ignea custodia: nō tū frustra, sed qa aliqd significat de paradiso spūali. Cherubin.n. interpretaī plenitudo scīæ, hæc est charitas, qa plenitudo legis est dilectio. Gladius aūt flammeus pœnæ tpales sunt, q̄ versatiles sunt, qa tpa uolubilia sunt. Illa ergo ad custodiam ligni uitæ ideo posita sunt ante paradisum, qa ad uitā non redit nisi per Cherubin, s. plenitudinē scīæ. i. charitatem, & p gladiū uersatilem. i. tolerantiā passionum temporaliū.

F

An homo ante peccatum comederit de ligno vitæ.

Pōt aūt q̄ri, utrū de ligno vitæ ante pctm comederit hō. De hoc Augu. in lib. de bapt par. sic ait: Rectè pfectò intelligunt primi hoīes aū malignā diaboli psuasionē abstinuisse a cibo uetito, atq; vsi fuisse cōcessis. His uerbis ostēdit, ꝙ de ligno uitæ ante pctm sum pserint: qb' pceptū erat, ut de oī ligno paradisi comederēt nisi de ligno scīæ boni, & mali

August. de bapt. parul. epistola 23.

G

Quare non sunt facti immortales, si comederunt de ligno vitæ.

Quare ergo perpetua soliditate, & beata immortalitate vestiti non sunt, ut nulla infirmitate, uel ætate in deterius mutarenī? Hanc.n. uirtutem naturaliter illud lignum habuisse dr. Sed forte hoc non cōferebat, nisi sæpe de illo sumeret. Potuit ergo fieri, ut de illo sumeret semel, & nō sæpius: qui p aliquam moram in paradiso fuisse intelligit, cum scriptura dicat eum ibi soporatum fuisse, qn̄ costa de latere eius assumpta est, & inde formata mulier, & animalia ante eum ducta, quibus nomina imposuit.

Summa Distin. 29.

SVperiùs cępit magister tractare de primis parentibus, & occasione hinc sumpta, induxit tractatum de his, quæ cōiter gūs cōcernunt humanum, uidelicet de potētijs aīæ, præsertim de libero arbitrio, de grā, & uirtutibus: nunc redit ad pertractandum de pertinentibus ad primos parentes, de quibus aliquas inserit qōnes, videlicet an indiguerint grā tam operante, q̄ cooperante, an etiam virtutes eis cōcreatæ fuerint. Insuper tractat de pēnis originale pctm secutis, utpote de eiectione eorum ex paradiso, & iusta eorū irrisione, ac prohibitione reditionis in paradisum. Vltimò quærit, an primi parentes aū transgressionē vsi sint fructu arboris uitæ: & si sic, cur ex illius esu non fuerunt immortalitatem adepti.

QVAESTIO I.

CIrca hæc multa quærunt, quorum quædā iam supra sunt expedita, videlicet, an primi parentes fuerunt creati in scientijs, atq; uirtutibus, & itē in grā, & de multiplici perfectione eis per creationem collata. Patuit quoq; ꝙ per naturalia sine supernaturalibus charismatibus gratiæ nec mereri potuerunt, neq; saluari.

¶Sed vltra nunc quæritur: [An maior fuisset perfectio parentum primorum, & posterorum ipsorū, si in paradiso sine transgressione mansissent, quàm fuit post transgressionem.]

Alexand.

¶Circa hoc Alexander plurima sciscita. Primò, an habuerunt fidem. Sed cum fuerint viatores fides, certum ꝙ fidem habuerunt, imo & fidem formatam: qm̄ charitatem ante lapsum habebant, & erant in statu merendi. Secundò an habuerunt vniuersitatem virtutum, vr ꝙ sic, quia 2. lib. asserit Damascę. Deus fecit hominem omni uirtute circūdatum, & omnibus bonis ornatum. Præterea sicut tūc abundauit scia præ oībus nobis, sic & uirtute: ego fuit ipso abundantia maior uirtutum tunc, quam postea in ipso, aut alijs.

Argu. pri. ad partem affirmatiuam.

¶Rursus,

¶Rursus, virtutes cõcatenatæ dicunt, ergo si habuit vniuersas: & tanto pfectiùs, quãto in ipso viuacior fuit natura, & ab interiore ꝓnitate corruptionis, & fomite purior, atq; immunior. Ad hoc rndendũ, ꝙ cum sit cõparatio multitudinis donorũ grę ad statum naturæ lapsæ, & statũ naturæ institutæ, hoc põt intelligi, vel de donis gratiæ gratis datæ, vel de donis gratiæ gratum facientis. Si intelligat de donis grę gratis datæ, sic se hnt sicut excedentia, & excessa: qm aliqua dona grę gratis datæ habuit Adam in statu primo, utpote immortalitatem, & impassibilitatem, q̃ non habuit aliquis posterorum ipsius. Aliqua quoq; dona grę gratis datæ habuerunt posteri eius, quæ ipse nõ habuit, ut sunt grę sanitatum, operatio virtutum, gnę linguarum. Rõ aũt huius diuersitatis est, ꝙ alia dona cõpetebant statui illi, alia isti. Si aũt loquimur de donis grę gratũfacientis, cũ dona illa connexionẽ habeãt, quãtum ad habitus, & q̃tum ad actus, qui perfectionis sunt: sic concedendũ, ꝙ in multitudine æquali fuerunt in primo hoĩe, & eius posteritate: & hoc dico, quãtum ad habitus, & actus, q perfectionis sunt: quãtum verò ad actus, qui hnt imperfectionem annexã, non fuerunt in Adam in statu primo. Nẽpè, ut 14. de Trin. loquit Aug. Virtutes alios actus hẽbunt in pria, q̃ habeant nunc in uia. Actus namq; prudentiæ ibi erit, nullum bonum Deo pferre, neq; æquare: actus fortitudinis ibi erit, Deo firmissimẽ adhærere: tẽperantiæ, nullo defectu noxio delectari. Hos eosdẽ actus, & usus habuerunt in primis parentibus ante lapsum, quamuis non ita perfectè sicut in patria.

¶Si aũt obijciat, ꝙ nõ habuerũt virtutes pœnitẽtiæ, & pseuerãtiæ dicendũ, ꝙ pœnitẽtia reducit ad uirtutẽ iustitiæ. Cum.n. sit de speciebus iustitiæ statu existẽte naturæ lapsę, actus eius fuisset dolere de pct õ, q nõ aĩ fuisset, sed actus eius in statu innocẽtię fuisset Deo regẽti esse subiectũ. Perseuerantia demũ accipit primo mõ, ꝓposito pseuerandi in bono, & ita est uirtus, uel dispositio virtutẽ inseparabiliter consequens, secundo, p continuatione in bono usq; in finẽ, & ita non dicit habitum, sed actum quẽ primus homo non habuit. Hæc Alexander.

¶Insup quæritur an uirtutes in statu innocentię habuerunt tantam efficatiã, ꝓmerendi, vt mõ. Dicẽdũ ꝙ, sm Hugonem, diuinæ dispensationis ordo, & rõ hoc poposcerunt, ꝙ sicut ab initio tpe procurrẽte magis, ac magis adũctus saluatoris appropinquauit: sic semp magis, ac magis effectus salutis crescẽret, atq; cognitio veritatis, maior aũt effectus est ex maiori efficacia gratuitorũ sm comparationẽ personæ ad personã, aut status ad statũ. Si primo mõ sic se haberent sicut excedentia, & excessa: ꝓbabiliter ꝓppè psumi põt, ꝙ post lapsum qdã fuerunt, q grã habuerunt maiorẽ, & in meritis efficatiorẽ, q̃ aliq, q fuissent in statu innocentiæ, si status ille perseuerasset; aliqui verò minorẽ, sicut & credit de psonis Mosaicæ, ac euangelicæ legis: si secundo mõ i. si gnaliter cõpareẽt status ad statũ, ad hoc cõcurrit cõsideratio duplex: qm grã, seu virtutes pnt cõsiderari, uel in cõparatione ad eos, q eas habuerunt, seu quos pficiũt, & informant, hoc est, ad suscipientes: uel considerant in se, seu sm se: si considerent p cõparationẽ ad suscipientes, qa efficacia grę, ac virtutũ maior est ex idoneitate suscipiẽtis, q̃ idoneitas est ex cõsentaneitate uoluntatis, & promptitudine obedendi, seu subijciendi se grę, atq; virtutibus: sic dici põt, ꝙ grã & uirtutes efficaciores erãt in statu innocentiæ, Si verò considerent grã, & uirtutes sm se, sic nõ est usquequaq; certũ, in quo statu Deus contulerit maiorẽ efficatiorẽve grãm, eo ꝙ magnitudo grę distributæ, & efficacia virtutum attendit sm discretionẽ distribuentis, quæ nsam latet notitiã, & item sm præparationem maiorem ex parte suscipientis. Veruntã piè, & non improbabiliter supponendũ est, ꝙ maiora munera grę, ac uirtutum largitus est hoĩ lapso, quàm dedisset homini si in statu innocentiæ permansisset: tũ qa post lapsum hõ magis indiguit, tũ qa condecuit Deũ de malo maius bonũ elicere, q̃ fit illud bonum, quod malũ tollit, seu adimit. Hinc sequit, ꝙ maiora, efficacioraq; dona grę post lapsum data sunt hoĩ, præsertim sub euãgelica lege, in qua Chrs apparet vultui prĩs ꝓ nobis. Quod vt insinuari in Iohanne, quo legitur: Spũs nondũ erat datus, quia Iesus nondũ erat glorificatus. Hinc protinus post ascensionem dedit præclaratissima dona hominibus. Hæc Alexander.

Iohan. 7. Psalm 67. Ephe. 4.

¶Circa hæc quærit Bonanent. Vtrum primus homo habuit tot uirtutes ante lapsum, quot postmodũ. Ad quod rndet ꝓ verba iam habita Alexandri, distinguendo de cõparatione. Porro de hoc utrum dona gratuita fuerint æquè efficacia ad merendum ante lapsum, ut postea, scribit: Efficacia meriti uenit ex tribus, ex difficultate operis, ex promptitudine uoluntatis, ex magnitudine charitatis. Difficultas operis multũ confert ad meritum, intrm ut hõ, qui est multo minoris charitatis, q̃ angelus, mereat uenire ad sublimitatem angelicam, ut constat ex hoc, quod Christus ait de beatiss. Iohan. Bap. Inter natos mulierum, &c. Non.n. est dubitandum, quin Iohannes sit exaltatus ad ordines excellentium angelorum, & tn in hac uita multo minoris extitit charitatis, q̃ infirmus angelorũ. Prõptitudo ãt uolũtatis facit plurimũ ad hoc, dicente Apost. Si uoluntas prõpta est sm id, quod habet, accepta est ad meritũ: q̃tacunq; n. sit grã in hoĩe, nisi voluntas sit grę consentanea, nunquam elicit meritoria opera, & q̃to plùs uoluntas subiacet grę, & conformat, tanto plùs in operibus meritorijs exercet, & crescit, Magnitudo insuper charitatis inter oĩa principaliter facit ad meritum, quia sm ipsius quantitatem magis attẽdit remuneratio præmij substantialis. Pondus namque amoris valorem meritorijs præstat operibus. Si igitur fiat comparatio efficaciæ promerendi in donis gratuitis sm statum post lapsum, & sm statum ante lapsum, responderi põt, ꝙ quantum ad operis difficultatem efficatiores sunt uirtutes nunc, quã tunc: nunc etenim plùs impugnatur, & impugnando ꝓbatur, examinaturq; virtus, quàm tunc, ut patet in sanctis martyribus; quantum verò ad promptitudinem voluntatis efficatiores fuissent uirtutes in promerendo tunc, quàm nunc, quia uoluntas tũc quasi continuè fuisset in bonis operibus Deo placentibus sine retardatione. Atq; per istam distinctionem soluunt uaria argumenta, quæ hic fieri queunt, p parte utraque.

Bonauen.

Matth. 11.

2. Cor. 8.

¶Præterea si quæratur de maioritate efficatiæ ex parte charitatis, dicendum, quòd aut fit cõparatio particularis personæ ad particularem personam, aut status ad statum. Si primo mõ, sic haberent se sicut excedentia, & excessa. Probabile quippè est, quod quidam post lapsum maioris fuerunt, & erũt perfectionis, quibusdam, qui innocentiæ statu fuissent, si Adam stetisset: aliqui verò minoris quibusdam, quemadmodum dici solet, dum fit comparatio status legis scriptæ ad statum euangelicæ legis. Si autem comparetur gnaliter status ad statum, non videtur omnifariè certum, in quo statu Deus grãm ampliorem contulisset hominibus: quia secundum diuer-

diuersas ꝑdõnes reperit maior, & minor idoneitas in hoĩe suscipiente, &c. vt supra in Alexandro.

Thomaqui.

¶At verò rnsio Thomę ad præinducta a præinductis vt aliquantulum discrepare: Donorum (inqẽs) gratuitorum q̃dam ordinant absolutè ad pfectionẽ eius, cui donant, q̃dam ad aliorum vtilitatem. Vtilitas verò quædam est, defectibus ꝓximorum succurrere, sicut per signa infidelitati medetur: & quia defectus huiusmodi in primo statu non extitissent, iccirco nec dona cõtra eos collata fuissent in illo: dona verò absolutè in perfectionem recipientis ordinata, quibus sm corpus animamve pficitur, vt grã gratum faciens, charitas, impassibilitas corporis, in statu innocentiæ ampliùs abundassent. Sed iste excessus considerari põt dupliciter, utpote intensiuè, & extensiuè: & extensiuè plura de hmõi donis homo in primo statu habuisset. Habuit.n. impassibilitatem, obedientiamq; perfectam virium interiorum ad rõnem, & consimilium, q̃ in hoĩbus post lapsum non sunt. Verum est quoq;, ꝙ q̃dam dona sunt post pctm, q̃ imperfectionem hnt annexã, q̃ vel in primo statu non fuissent, aut si fuissent, hoc sm alium modum, ac alios actus fuisset: intelligendo tn hoc ipm non de imperfectione, q̃ naturam consequit, sed q̃ ex peccato est consecuta. Nempè, & fides ex sua natura est imperfecta, cum eius sit per speculũ in ęnigmate intueri, quod ẽt in primo statu hoĩ conuenissent non tam multum, vt mõ. Continentia verò prout includit imperfectionem ex repugnantia passionum, nõ fuisset in innocentiæ statu, nec pœnitentia, ut est uirtus spãlis sm eosdem actus ad minus. Porrò si iste excessus intensiuè consideret: pstertim quãtum ad gratum facientia dona, sic cõsiderãdo, seu cõparando statum ad statum cõiter, hõ ante pctm maiori grã prædictus fuisset, q̃ postea. Nihilominus aliqui post peccatũ maiorem gratiam hre poterãt, quàm aliqui ante peccatum. Hæc Thomas.

Alexand. Bonauen.

¶Rõnabilior aũt vt rnsio Alexandri, & Bonauẽ. Deus etenim copiosiora, & eminentiora gratiarum charismata hoĩbus est largitus, virtute, & merito suæ incarnationis, uirtuosissimæ in mundo hoc cõuersationis, benedictæq; passionis, quàm si hõ fact° esset. Nec dubium, qn hoĩ Chro, ac gloriosis. Virgini data sit grã ineffabiliter maior rõne hypostaticæ vnionis naturæ humanæ cum uerbo æterno, & gnationis filij Dei ex Virgine alma.

¶Asserit quoq; hic Thomas: Ex quo indigentia dr respectu finis, non est dicẽdũ, ꝙ hõ post peccatũ magis indiget grã, quam ante. Illud.n. ad quod per se grã ordinat, videlicet gloria, sup naturales est vires tam ante pctm, quã postea: sed quantum ad id ad quod gratia p accidens ordinat, quod est remotio mali, hõ plus indiget gratia post pctm. Per respectum aũt ad gloriam attendit mensura gratiæ: qm per maiorem grãm maiorem gloriam quis meretur Non aũt attenditur mensura gratiæ per respectum ad remotionem pctĩ, uel infirmitatis, cũ minima sufficiat gratia ad dellendnm uniuersa peccata: vnde non maiora gratia indiget hõ post pctm, quàm anteũ, sed uer est, quòd ad plura indiget hõ gratia post peccatum, quàm ante. Hæc Thomas.

¶Contra, quæ obijci põt, quòd cum gratia directè ordinetur ad gloriam, & gratia iuxta Tho. maior fuisset in statu innocentiæ: ergo gratia illa per pctm amissa, hõ ĩ statu corruptionis magis indiguit gratia: & tanto plùs, q̃to ampliùs distabat a gloria, & quãto superiores vires, cuius, intellect°, videlicet & uoluntas, p quas capax est gloriæ, infirmiores factæ fuerũt, & pauperiores, utpote gratuitis spoliatæ, atq; in naturalibus læsæ. Deniq; q̃uis minima gratia sicut, & minima charitas sufficiat ad delendũ cũcta pctã, quantum ad necessitatẽ salutis regrit: non tn quantũ ad reatũ, nec quãtũ ad expurgationem reliquiarum pctĩ, sicq; magis indiguit grã post pctm tã intensiuè, q̃ extensiuè. Et istud affirmãt non solum doctores magni scholastici, Antisiodorensis, Alexã. Bonauẽt. sed & sancti patres, Aug. Bernardus Beda. Nec verũ apparet ꝙ indigẽtia sit tm, uel determinatè respectu finis. Indigemus.n. ẽt cibo, potu & uestibus. Sicut & in Canonica S. Iacobi legitur: Indigeãt uictu quotidiano.

Iacobi 2.

¶Porro in 1. par. Summę, qõ. 95. Hõ, inquit, in statu innocentiæ aliqualiter habuit oẽs uirtutes, talis etenim extitit rectitudo ipsius, ꝙ rõ sua fuit Deo subiecta, inferioresq; vires rõni, uirtutes aũt nõ sunt nisi quædam perfectiones, quibus aĩa ordinatur ad Deum, & inferiores vires disponuntur sm regulã rõnis: hinc rectitudo primi status exegit, at hõ uniuersas quodammõ virtutes haberet. Veruntã uirtutes quædam sunt, q̃ in sui rõne nullã imperfectionẽ important, &c. ut supra in Scrip. De efficacia aũt merendi maiori tpe innocentiæ, subbit in Sum. Quantitas mereri ex duobus pensatur. Primò ex radice charitatis, & grę, cui merito corrndet præmiũ eẽntiale. Qui.n. ex maiori charitate aliquid facit, perfectiùs Deo fruetur. Secundò ex q̃titate operis, q̃ duplex est, utpote absoluta, & ꝓportionalis. Vidua.n. q̃ obtulit duo æra minuta, minus obtulit, q̃ diuites quãtitate absoluta, q̃titate verò proportionali obtulit plùs, q̃ illi. Et utriq; huic quãtitati corrndet præmium accidentale, quod est gaudium de bono creato. Itaq; opa hoĩs in statu innocẽtiæ efficaciora fuissent ad ꝓmerendum primo mõ, videlicet quãtũ est ex radice charitatis, & gratiæ, q̃ copiosior tunc fuisset: similiter quãtũ ad absolutam operis quãtitatẽ, qa cũ hõ maioris tunc esset virtutis, opa fecisset maiora. Si aũt attendatur quantitas ꝓportionalis, maior fuit rõ meriti post pctm pp hoĩs imbecilitatem: magis.n. excedit paruum opus potestatem eius, quicum difficultate operatur illud, q̃ magnũ opus potestatem eius, qui sine difficultate operatur. Hæc idẽ in Summa, q̃ consonant dictis eius in Scripto. Ideo de utrisq; par est iudicium.

Art. 3.

Arti. 4. Meriti quãtitas pẽsatur ex duob°.

¶Alber. aũt de his non scribit in ista distinctione, sed supra, ut patuit. Petrus verò. Veriùs, inqt, credo, ꝙ dona grę gratũfacientis in statu innocentiæ, statuq; culpæ essent æqualia, qa sm essentiã grę mẽlurat gloria: esset aũt gnaliter æqualis gloria electorũ vtriusq; status. Erimus.n. æquales angelis sanctis. Grã tn sm efficatiam maior tunc fuisset, quãtum ad bonũ agẽdũ, quia voluntas tunc prõptior esset, pp quod frequentiùs, & faciliùs moueret in Deũ, gratia verò sm efficientiam contra malum nũc maior est, quia in illo statu non essent culpa, & pœna. Quẽadmodum ẽt fuisset æqualis grã, ita & æqualis efficatia, quantũ ad pmium essentiale, non quãtum ad præmiũ accidentale, qd attenditur penes genus, & circumstãtias operis, ut pmium aureolę, virginum, doctorum, ac martyrũ: nunc quippè maior est difficultas in benè agendo, ac patiendo, ideo maius est modo præmium accidentale. Hęc Petrus.

Matth. 22.

¶Quibus obijci põt, quòd præmium essentiale non corrndet essentiæ, sed efficientiæ gratiæ in nobis. Si ergo in statu innocentiæ fuisset maior efficiẽtia grę, q̃ post culpã, ergo & maius pmiũ essentiale.

¶Richardus demũ pręinductas refert opiniones cũ suis motiuis, ad nullã earũ se multũ diuertẽs: sed qualiter q̃libet ꝓbabiliter queat defendi. declarans.

Richard°.

Durandus ¶Durandus verò sequitur positionem Petri de æqualitate gratiæ in statu utroq;, & de æqualitate efficaciæ ad merendum.

QVAESTIO II.

Arguitur primò cõtra ueritatem Dio. Areo. AMpliùs quæritur, [An originale peccatũ conuenienter puntitum si per eiectionem peccãtium de paradiso: & prohibitionem redeundi, ac mortem.] Vr quòd non, quia ut diuus Dionysius loquitur. Peccatum non tollit naturalia, sed paradisus terrestris fuit naturalis locus primorũ parẽtũ, originali iustitia ornatorũ: ergo ꝑ peccatum auferri non debuit. ¶Secundò, Deus non punit vltra, sed citra condignum, ergo unum, & simplex peccatum non fuit tam multiplici pœna puniendum.

2

Albertus. August. Nahũ 1. ¶Ad hoc rndet Albertus: Quemadmodum super Genesim asserit Aug. Deꝰ iusto iudicio eiecit Adam de paradiso in hunc locum miseriæ. Nec derogat his illud Nahum, Non surget duplex tribulatio, qa hæc omnia pro condigna punitione computantur, & sunt unũ aggregatiuè, & sicut paradisus fuit congruus locus primorum parentum ꝑ multiplex donum gratiæ eis collatum, sic donis illis amissis inde fuerunt expellendi. Rursus, cum necessitati morien di essent addicti, non competebat eis mansio paradisi, qui est habitaculum beatorum beatitudine innocentiæ. Deniq; vt sancti super Genesim protestãtur, Psal. 76 Deus puniendo sic primos parentes, non continuit in ira sua misericordias suas: quia in ipsa promulgatione pœnæ eiectionis, signauit modum, quo possent reuerti meliorem ad paradisum, puta cœlestẽ. Nempè cum Cherubim, & flammeũ gladiũ cõstituit, añ paradisum ad custodiendum viam ligni vitę, ꝑ Cherubim, quod interpretaẽ plenitudo scientiæ, charitas designaẽ: ꝑ flammeum, atq; versatilem gladium, signanẽ pœnæ huius mortalis vitæ, q̃ scindũt, ut gladius, atq; ut flamma exurunt, versatilisq; sua uariatione consistunt. Hinc quãuis ad literã fuit ibi angelorum custodia ſm August. August. tñ ipso modo loquendi misericorditer designauit, quod per ꝑpalium tollerantiam passionum, & charitatem, spes sit redeũdi ad paradisum supremum, Vnde & ignis ibi in specie corporali est constitutus ceu igneus gladius.

¶Præterea si quæraẽ, an primi parentes ante suam eiectionem comederunt de fructu ligni vitæ, vr qd̃ Gen 3. sic: qm̃ mulier dixit serpenti, de lignis, quæ sunt in paradiso, vescimur, quod si concedaẽ, q̃riẽ cur per esum primum non fuerint protinus immortalitatẽ adepti? Ad hoc Magister ex verbis Augustini, & Strabi modestè sine temeraria assertione rndet, qd̃ esus fructus illius forsan non contulit immortalitatem, nisi frequenter reiteratus.

Obiectio ¶Et si obijciatur, quia quod sæpe comestum confert aliquid, vt ex sua natura, hoc ẽt semel comestũ confert idem, quamuis forsitan non intantum.

Dilutio. ¶Dicendum, quod solutio Magistri est bona, & iuxta dicta Augustini, Ambrosij, Strabi, ac Bedæ, Lignum vitæ habuit hanc virtutem, quod comestum semel aut sæpius præstitit immortalitatem: sed quod parentibus primis non contulit ſm Ambros. in suo Hexameron, ideo fuit: qm̃ Deus ꝑuidit eos casuros, moriendiq; necessitudinẽ incursuros. Hinc immortalitatis effectũ non senserũt, ne pœna eis cõminata a Deo ꝑꝑ peccatum, impediret ꝑ lighum. Dixerat namq; eis Deꝰ: Quacũq; die comederitis ex eo mor Gen. 3. te moriemini. i. moriendi necessitatem incurretis. Hãc rñsionẽ Ambrosij credo cæteris ꝑbabiliorẽ. Si uerò seq, qs uelit rñsionẽ Magistri sumptã ex Augustino, dicere põt, qd̃ lignũ uitæ sæpe comestũ, forto rẽ habuit impressionẽ, q̃ semel sumptũ, idcirco non sequi, quod assumit obiectio. Hęc Albertus.

¶Hinc Thomas: Ad felicitatẽ, inquit, aliqd ꝑtinet Tho. aqu. tanquã de substãtia eius, ut uisio: aliqd uerò ꝑ modũ cõgruentiæ, sicq; sicut beatitudini electorũ corrñdet cœlum empyreũ, sic statui innocẽtiæ paradisus. Itaq; ad illã viæ beatitudinẽ aliqua tãquã essentialia ꝑtinebant, sicut inferiorũ obediẽtia uiriũ, immortalitas corporis, tẽperatissimus verò locus, utpote paradisus, ꝑ congruentiã quãdã. Ideo sicut ꝑ transgressionẽ perdidit innocentiæ statũ, ita & locũ tã trãqllũ, & gaudiosum. Impediẽta verò accedẽdi paradisum forsitã ꝑ flãmeũ gladiũ designanẽ. Nam locus ille innacessibilis ꝑcipuè æstimaẽ, ꝑꝑ intemperatũ calorem in intermedijs locis. Insu ꝑ, quãuis hõ añ pctm̃ de ligno vitæ sumpsisset: non tñ immortalitatẽ cõsecutus fuisset, quã fructus illius ligni cõferre nequit nisi frequẽter sumptus. Mec. n. arbor illa fuit ꝑ se cã immortalitatis, sed potius dispositio q̃dã ad hoc, dispositio aũt nõ perducit ad effectũ, ni si multiplicata. Nõ. n. vna applicatio medicinæ per se efficit sanitatem. Hæc Thomas in Scripto.

¶Cõcordãt Petrus, & Richard. qualiter aũt mors Petrus. Richardꝰ sit inflicta ꝑꝑ originale pctm̃, sequẽti dist. tractabit.

¶De his ẽt scribit Thomas in secunda secundæ, qõ. 164 In Summa quoq; contra gentiles lib. 4.

¶Porrò Bonauent. Deus, ait, hoiem de paradiso Bonauen. eiecit æquo iudicio, ita, ꝓ misericordia fuit ibi admixta, quatenus hõ in terrã huius miseriæ pulsus, reminiscaẽ, qd̃ peccãdo amiserit, peregrinũ, & exulẽ se agnoscat, atq; ad paradisum respiret cœlestem.

¶Quæriẽ item de hoc, ꝓ magister ex Augustino affirmat, ipsum Adã tunc non habuisse virtutes, qñ peccauit, vr. n. hoc falsum, quia si nõ habuit eas, qñ peccauit, ergo anteq̃ peccauit eas amisit: sed nõ amisit eas nisi peccãdo, ergo peccauit añquã peccauit.

Dicendũ, ꝓ tps commissionis peccati, dupliciter põt cõsiderari primo ſm inchoationẽ. Secundò penes cõsummationẽ. Si primò mõ, sic non habuit virtutes quãtũ ad actũ earũ, qñ peccare cœpit, habuit tñ eas quãtũ ad habitũ. Si secũdo mõ, sic nec actu nec habitu habuit eas, sed in pctõ fuit mortali. Probabiliter quoq; põt teneri, qd̃ esus ligni vitæ vna comestione ꝓtulit immortalitatẽ, & ꝓ Adã ea vsus nõ fuit: quia ꝑceptum illud. Ex omni ligno paradisi vesceris, fuit affirmatiuum, ideo obligauit non ad sem Gen 2. per, sed tpe opportuno, ante quod Adam peccauit. Põt etiam alia pars defendi, vt dictum est. Hæc Bonauentura: Concordat Alexander.

Quòd per Adam peccatum, & pœna transit in posteros.

IN superioribus insinuatum est, licet ex parte (non. n. perfectè sufficimus exponere) qualiter primus homo deliquerit, & quam [pro peccato pœnam Dissin. subierit: quibus adijciendum est, peccatum simul, ac pœnam per eũ trãsisse in posteros, sicut Apost. ostendit, inquiens: Sicut per unum hoiem peccatũ Rom. in hunc mundum intrauit, ita oẽs homines mors pertransijt.

Vtrum

B

Vtrum illud peccatum fuerit originale, vel actuale.

Hic primò videndũ est, quod fuit illud peccatum, originale, ſ. an actuale: & si de originali intelligaẽ, consequenter, quid sit originale peccatũ, & quare dicaẽ originale, & qũo transierit, uel pertranseat in oẽs, diligenter inuestigandum est. Quibusdã placuit de peccato actuali Adæ illud accipere, asserentibus hoc Apostolum sensisse, cum inferiùs ait: Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita, &c. Euidẽter (inquiunt) etiam ipso nomine exprimit Apostolus peccatum, quod per vnum hominem intrauit in mundum, ſ. inobedientiam. Inobedientia uerò peccatum actuale est.

C

Quomodo intrasse in mundum dicunt.

Hoc aũt dicunt intrasse in mundum, non traductione originis, sed similitudine præuaricationis, omnesq; in illo vno peccasse dicunt, quia omnibus ille vnus peccandi exẽplum extit. Hoc malè senseruntꝗdam hæretici, ꝗ dicti sunt Pelagiani, de quibus Augu. in lib. de baptismo paruulorum commemorat dicens. Sciendum est (inquit) hæreticos Aug. lib. 1 de pcãtorũ meritis, & remissione. cap. 9. quosdam (qui nominati sunt Pelagiani) dixisse peccatum primæ trãsgressionis in alios hoẽs non propagatione, sed imitatione transisse. Vnde ẽt paruulis nolunt credere per baptismum solui originale peccatum, quod in nascentibus nullum esse omnino contendunt. Sed eis dicitur, quia si Apost. peccatum, imitationis non propagationis intelligi uoluisset, eius peccati principem non Adam, sed diabolum diceret. De quo in libro Sapientiæ dr: Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Et quia non uult intelligi hoc esse factum propagatione, sed imitatione, continuo subiunxit scriptura: Imitanẽ Sap. 2. d autem eum, qui sunt ex parte ipsius. Imitantur quidem Adam, quotquot per inobedientiam transgrediuntur mandatum Dei. Sed aliud est, quod exemplum est uoluntate peccantibus: aliud, quod origo est cum peccato nascentibus. Nõ est igitur accipiendũ pctm̃ Adę trãsisse in oẽs posteros imitationis tm̃ exẽplo, sed ꝑpagationis, & originis uitio.

Hic aperit illud esse peccatum originale, quod transit in posteros.

Et est illud peccatum originale (ut apertè Augustinus testatur) quod per Adam transiuit in omnes per eius carnem vitiatam concupiscentialiter generatos.

D

Quid sit originale peccatum hic inquiritur.

Quod diligenter inuestigandũ est qd sit. De hoc. n. sancti doctores sub obscuritate locuti sunt, atq; scholastici doctores ꝗaria senserunt. Quidã. n. putant originale peccatum Quorũdã de peccato originali opinio falsa. esse reatum pœnæ pro peccato primi hoĩs. i. debitum, vel obnoxitatem, qua obnoxij, & addicti sumus pœnæ tpali, & æternæ ꝑ primi hoĩs actuali pctõ: qa ꝑ illo (ut aiunt) oĩbus debetur pœna æterna, nisi ꝑ gr̃am liberentur. Iuxta horum sñiam oportet dici originale pctm̃ nec culpam esse, nec pœnam. Culpam non esse ipsi fatentur, pœna quoq; ſm eos esse non põt: quia si debitum pœnæ originale peccatũ est, cũ debitũ pœnæ non sit pœna, nec originale pccatũ est pœna: quod ẽt quidã eorum admittunt, dicẽtes in scriptura originale peccatũ sæpe noĩari reatum: & reatũ ibi intelligũt, ut dictũ est, obnoxitatẽ pœnæ: & ea rõne asserũt peccatũ originale dici eẽ in paruulis, qa paruuli ꝑ illo primo pctõ rei sunt pœnæ, sicut ꝑ peccato iniqui parentis aliqñ exulant filij ſm iustitiam fori.

E

Quòd originale peccatum sit culpa auctoritatibus probat.

Sed ꝓ originale peccatum culpa sit, pluribus sanctorum testimonijs edocetur. Super Exodi Grego Exodum, vbi dr: Primogenitum asini mutabis oue. Grego. ait: Oẽs in peccatis nati sumꝰ, & ex carnis delectatione concepti, culpam originalem nobiscum traximus: vnde & uoluntate nr̃a peccatis implicamur. Ecce culpam originalem dixit nos trahere. Vnde cõ August. stat originale peccatum culpam esse. Aug. quoq; in lib. de natura, & gr̃a de hoc eodem sic ait: Oẽs (ut ait Apostolus) peccauerunt, utiq; uel in se ipsis, uel in Adam, quia sine Rom 5. d pctõ non sunt, uel quod originaliter contraxerunt, uel quod malis moribus addiderũt. Peccatum. n. primi hoĩs non solum ipsum, sed omne necauit genus humanum: quia ex eo damnationem simul, & culpam suscepimus. Idem super ſplamum 50. Quod de corpore mortuo seminatur, cum uinculo peccati originalis nascitur, & mortis. Ideo igitur se in iniquitatibus conceptum dicit Dauid, quia omnibus trahitur iniquitas ex Adam, & uinculum mortis. Nemo. n. nascitur, nisi trahens pœnam, & meritum pœnæ. Meritum aũt pœnæ peccatum est. Omnis ergo, qui nascitur per carnis concupiscentiam, peccatum trahit. Peccatum itaque originale culpa est, quam omnes concupiscentialiter cõ Aug. li. de fide ad Petrum diaconũ. c. 26 de con di. 4 cap Firmissimè. cepti trahunt. Vnde in ecclesiasticis dogmatibus scriptum est: Firmissimè tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum uiri, & mulieris concipitur, cũ originali peccato nasci, impietati subditum, mortiq; subiectum: & ob hoc natura iræ nasci filium, a qua nullus liberatur nisi per fidem mediatoris Dei, & hominum. His & alijs

auctoritatibus euidenter ostenditur, peccatum originale culpam esse, & in omnibus concupiscentialiter genitis trahi a parentibus.

G *Quid sit, quod dicitur peccatũ originale. s. fomes peccati, i, concupiscentia.*

Nunc superest videre, quid sit ipsum originale peccatũ, quod cum non sit actuale, nõ est actus, siue motus aiæ, vel corporis. Si.n. actus est animæ, uel corporis, actuale vtiq; peccatum est: sed actuale non est, non est ergo actus. uel motus. Quid ergo originale peccatum dr̃ fomes peccati, s. concupiscentia, uel concupiscibilitas, quæ dr̃ lex membrorum, siue languor naturæ, siue tyrãnus, qui est in membris nostris, siue lex carnis. Vnde Aug. in lib. de baptismo paruulorum: Est in nobis concupiscentia, quæ non est ꝑmittenda regnare. Sunt & eius desideria, quæ sunt actuales concupiscentiæ: quæ sunt arma diaboli, q̃ ueniunt ex lauguore naturæ. Languor autem iste tyrannus est, qui mouet mala desideria. Si ergo uis esse uictor tyranni, arq; inermem inimicum inuenire, non obedias cõcupiscentiæ malæ. His uerbis satis ostenditur fomitem peccati esse concupiscentiam. Alia opinio.

H *Quòd nomine concupiscentiæ intelligitur fomes peccati, & quæ dicitur fomes peccati.*

Noĩe aũt concupiscentiæ, non actum cõcupiscendi, sed uitium primum significauit, quum eam dixit legem carnis. Vnde idem in tractatũ de uerbis Apostoli ait: Semp pugna est in corpore mortis huius, quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus, finiri nõ põt quãdiu viuimus, quotidie minui põt, finiri non põt. Quæ autem est concupiscentia cum qua nati sumus? Vitium vtiq; est, quod paruulum habilem concupiscere facit, adultum etiam concupiscentem reddit. Sicut.n. in oculo cæci in nocte uitium cæcitatis est, sed non apparet. nec discernitur inter uidentem, & cæcum nisi luce ueniente, sic in puero uitium esse non apparet, donec ætatis prouectioris tp̃s occurrat. Ex his datur intelligi, quid sit originale peccatum, s. uitium concupiscentiæ, quod in oẽs concupiscẽtialiter natos per Adam intrauit, eosq; uitiauit. Vnde Aug. in lib. de baptismo paruulorum Adam præter imitationis exemplum, occulta ẽt trabe carnalis concupiscentiæ suæ tabificauit in se omnes de sua stirpe uenturos. Vnde Apostolus rectè ait: In quo omnes peccauerunt. Circunspectè & sine ambiguitate dicit hoc Apost. Siue.n. intelligatur, in quo hoĩe siue in quo peccato, sanum est. In Adam enim omnes peccauerunt, ut in materia, non solum eius exemplo, ut dicunt Pelagiani. Omnes enim ille unus homo fuerant. i. in eo materialiter erant. Manifestum est itaq; omnes in Adam peccasse quasi massa. Ipse enim per peccatum incorruptus, quos genuit, omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur sicut cuncti constituti sunt peccatores, ita & in illo uno peccato, quod intrauit in mundum, rectè oẽs dicuntur peccasse: quia sicut ab illo unus hoĩe, sic ab eodem uno peccato immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum absoluantur. Alia ergo sunt propria peccata, in quibus tantum peccant, quorum peccata sunt. Aliud hoc unum, in quo omnes peccauerunt. i. ex quo omnes peccatores constituti sunt.

Ser. 90. & est i lib. de bap. paru. cap 5.

Quod per Adam peccatũ orig. in oẽs intrauit. i. concupiscẽtia

Rom 5.

I *Quid sit peccatum, in quo omnes peccauerunt, scilicet originale, quod ex inobedientia processit.*

Hoc est originale peccatum, quo peccatores nascuntur omnes concupiscentialiter geniti, quod ex Adam siue ex eius inobedientia emanauit, & in posteros demigrauit. Vnde Apostolus consequenter per inobedientiam unius hoĩs multos dicit constitutos esse peccatorrs, q̃ est actuale peccatũ. Cum aũt dixerit per vnum hoĩem peccatũ intrasse in mundum, & in eo omnes peccasse, de originali dictum esse oportet accipi.

Rom. 5.

K *Ex quo sensu dictum est, per inobedientiam unius multi constituti sunt peccatores.*

Quod ergo ait per inobedientiam unius multi constituti sunt peccatores, eo sensu dictum esse intelligendum est, quia ex inobedientia Adæ, scilicet ex peccato actuali Adæ processit originale peccatum, quo omnes peccatores nascuntur, ut & in illo esset, & in omnes transiret.

L *Quòd peccatum originale in Adam fuit, & in nobis est.*

Vnde August. Iuliano hæretico, nullum peccatum in paruulis esse contendenti, respondens: Apertè asserit peccatum originale ex uoluntate Adæ processisse, ac per eius inobedientiam in mundum intrasse. Quærit enim Iulian. per quid peccatum inuenitur in paruulo, ita inquiens: Non peccat iste, qui nascitur. Non peccat ille, qui genuit. Non peccat ille, qui condidit. Per quas igitur rimas inter tot præsidia innocentiæ

Aug. lib. 1 de nupt. & concupis. cap 28.

centiæ peccatum fingis ingressum? Et respondet sancta pagina: Per unum hoĩem peccatum intrauit in mundum? per unius inobedientiam, ait Apostolo. Quid quærit apertiùs? Item, inquit, Iulianus: Si per hominem peccatum intrauit in mũdum, peccatum, uel ex uoluntate est, uel ex natura est. Si ex uoluntate est, mala uolũtas est, quæ peccatum facit. Si autem ex natura est, mala est natura. Cui respondeo: Ex uolũtate peccatum est. Quærit forte, utrum originale peccatum ex uolũtate sit. Respondeo, prorsus, & originale peccatum ex uoluntate esse: quia hoc ex uoluntate primi hominis seminatum est, ut in illo esset, & in omnes transiret.

Auguſt. Iulianus. Auguſt.

M *Obiectio quorundam contra id, quod supra dictum est omnes in Adam fuisse homines.*

Ad hoc autem, quod diximus in Adam fuisse omnes homines, quidam uerborum sectatores sic obijciunt, dicentes: non omnis caro, quæ ab Adam traducta est, in eo simul existere potuit: quia multo maioris quantitatis est, quam fuerit corpus Adæ. In quo nec tot etiam atomi fuerunt, quot ab eo homines descenderunt. Quo circa uerum non esse asserunt substantiam vniuscuiusq; in primo fuisses parente.

N *Responsio, ubi aperitur qualiter fuerunt in Adam secundum rationem seminalem, & quomodo ex eo descenderunt, scilicet lege propagationis.*

Quibus rñderi põt, quod materialiter, atq; causaliter, non formaliter dr̃ fuisse in primo hoĩe oẽ, quod in humanis corporibus naturaliter est, descenditq; a primo parente lege propagationis, & in se auctum, & multiplicatum est, nulla exteriori substantia in id transeunte, & ipsum in futuro resurget. Fomentum quidem habet a cibis, sed nõ conuertuntur cibi in humanam substantiam, quæ. s. per propagationem descẽdit ab Adam. Transmisit.n. Adam modicum quid de substantia sua in corpora filiorum: qn̄ eos procreauit. i. aliquid modicum de massa substantiæ eius diuisum est, & inde formatum est corpus filij, suiq; multiplicatione sine rei extrinsecæ adiectione auctum est: & de illo ita augmentatio aliquid inde separatur, unde formantur posterorum, & corpora: & ita progreditur procreationis ordo lege propagationis usq; ad finem humani generis. Itaq; diligenter, ac perspicuè intelligentibus patet, omnes s̃m corpora in Adam fuisse per seminalem rationem, & ex eo descendisse propagationis lege.

Quo ꝓ propagationẽ descẽdit.

O *Auctoritate, & ratione probatur, nihil extrinsecum conuerti in humanam substantiam, quæ ab Adam est.*

Quod uerò nihil extrinsecũ in humani corporis naturam transeat, ueritas in Euãgelio significat, dicens: Omne, qd̃ intrat in os, in uentrem uadit, & in secessum emittit̃. Qd̃ etiam rõne ostendi põt hoc modo: Puer, qui statim post ortum moritur, in illa statura resurget, quam habiturus erat, si uiueret vsq; ad ætatem triginta annorum, nullo uitio corporis impeditus. Vnde ergo illa substantia, quæ adeo parua fuit in ortu mortua, in resurrectione tam magna erit, nisi sui in se multiplicatione? Vnde apparet, qd̃ etiãsi uiueret, nõ aliũde, sed in se augmentaretur illa substantia, sicut costa, de qua facta est mulier & sicut euangelici. Nõ inficiamur tñ quin cibi, & humores in carnem, & sanguinẽ transeunt, sed non in ueritate humanæ naturæ, quæ a primis descendit parentibus, quæ sola in resurrectione erit: reliqua verò caro, in quam cibi transeunt, tanquam superflua in resurrectione deponetur, quę tamen ciborum, aliarumq; rerum formentis coalescit.

Magister hic non tenetur. Matt 15 b

Gen 2. Iohan 6. Matth. 14.

Distin. 30.

Postquam tractauit Magister de originali peccato pro parte, iam prosequitur de eodem, primò inquirens qualiter trãsfundat̃ in posteros, secũdò, quid sit ipsum originale peccatũ, & cur originale dicat̃. Quo circa inducit quorũdã errores hæreticos, tertiò principaliter manifestat, atq; exponit q̃dã sanctorũ patrum dicta difficilia intellectu, uidelicet quo sensu peccatũ originale dicat̃ fomes peccati, qualiter ẽt cõcupiscẽtia noĩet̃ originale peccatũ, seu fomes peccati. Quo circa exponit quasdã scripturæ auctoritates ad ꝓpositũ ꝑtinentes. Et circa hoc introducit qõnẽ difficilẽ, s. qualiter oẽs posteri Adæ fuerunt in eo: atq; hoc discutiendo, incidit spãlem opinionẽ, puta qd̃ nihil extrinsecum cõuertat̃ in veritatem naturæ humanæ.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, [quid sit, propriè, formaliterq; loquẽdo, originale peccatum] Vr̃, quòd nihil sit. Non.n. est peccatum, cum peccatũ sit transgressio legis diuinæ, quæ transgressio non est sine vsu rõnis, ac ꝓpria voluntate, originale aũt peccatũ in paruulis est, in quibus nec vsus est rõnis, nec voluntatis libertas. ¶ Secundò, baptismus delet culpã, & pęnam, ergo in baptizato, nihil manet de originali peccato, ergo nec illud trãsfũdit i posteros suos. 2

¶ Tertiò si ambo parẽtes sint baptizati, nihil in eis remanet originalis peccati, ergo nec illud trãsfundũt, cum nemo influat alteri, quod ipse non habet. 3

¶ Quartò si originale peccatum necessariò est in 4

Arguitur primo cõtra ueritatem

prole, vr̄ quòd nuptiæ malæ ſint, ex quibus ſequit̄ ꝓles infecta, imo priùs damnata, quam nata.

¶Quintò, originale pc̄tm̄ ante aīæ infuſionē non poteſt ſubiectiuè eſſe in carne, quæ cum ſit corpulenta ſubſtantia, non eſt culpæ ſubiectum, ſicut nec gratiæ nec virtutis, nec poteſt eſſe ex parte animæ, quę eſt immediatè a Deo, non ergo poteſt deuenire ad prolem.

In oppoſitum.

¶In oppoſitum eſt auctoritas ſcripturarum, & fides eccleſiæ.

Alexand. Originale peccatum eſſe oſtenditur. Gen. 1. 2.

¶Ad hoc Alexander rn̄det: Originale peccatum eſt, quòd primò oſtēditur per timorem beſtiarum. timor etenim hominis, atq; dominium, ante peccatum fuit ſuper omnia genera beſtiarum, ſm̄ illud in Geneſim. Dominamini piſcibus maris, & beſtijs terræ, præſertim quòd timet hō ſerpentem, quem ante non timuit. Et hoc vnde? Nam timor iſte cunctorū eſt hominum. Dicit equidē Tullius: *(Cicero.)* Quod oīm eſt, naturale eſt, ergo pęna iſta eſt naturalis, aut ergo hō nō eſt naturaliter purè innocens, aut Deus iniuſtus eſt: qm̄ ſine peccato punit innocentes. Si ergo Deus eſt iuſtus, originale pc̄tm̄ eſt. Secundò patet hoc ꝑ dolorem parientium mulierem, ꝙ cum ſit omnium mulierum, naturalis conſiſtit. Tertiò ꝑ mala, ꝙ pueri patiuntur, qui cum actu nihil commiſerint mali, & nihilominus patiant̄ combuſtiones, febres, variaſq; ęgritudines, quod iniuſtū eſſet, ſi innocentes ꝑ oīa eſſent. Aliquod ergo pc̄tm̄ in eis præceſsit, & non actuale: ergo originale. Quartò ꝑ pugnā ſanctorū, quā hn̄t contra malū concupiſcentiæ carnis, & pugnam hanc oēs hn̄t, eſtq; bona, & non eſt contra bonum, ſed contra malum, ergo gn̄ale oīm malum, eſt originale pc̄tm̄. Quintò ꝑ circumciſionem Iſaac, *(Gen. 17.)* ꝙ filius fuit ꝓmiſsionis, & tn̄ niſi circumciſus fuiſſet, periſſet & non niſi ꝓp originale peccatum, Sextò ꝑ hoc, quod primi parentes fecerunt ſibi perizomata & quòd quædam membra dicta ſunt pudibunda, & non niſi ꝓp corruptionem in porta originis apparentem. Idem patet auctoritatibus multis.

Soluuntur quædā argumenta. Ad ſecūdū. Ad tertiū.

¶Ad obiecta dicendum, quòd originali culpę duplex pœna debita fuit, una quæ eſt carētia uiſionis diuinæ: & qm̄ hæc non fuit ꝓuocans, ſed ſuffocans, ideo remouet̄ in baptiſimo cum culpa. Alia pœna eſt pronitas ad peccandū, & hęc non fuit pœna ſuffocans, ſed promouens illum, cui infligebatur: ideo in baptiſmo non tollitur, ſed relinquitur homini ad exercitum, contra quam efficaciter præliando coronari meretur. *(Ad quartū)* Deniq; quamuis proles ſit bonum matrimonij, prolemq; cōiter malum peccati originalis: non tn̄ ad nuptias directè ſequitur malum culpæ: qm̄ aliunde eſt proles, aliunde originale pc̄tm̄. Proles enim a Deo eſt, originale verò pc̄tm̄ a defectu, aut carentia iuſtitię debitę. Nuptiæ aūt ordinantur ad prolem, & ad eius profectum. Dr̄ autem peccatū traduci in poſteros non idem numero, ſed ſpecie. Ad cętera infra patebit ſolutio. Hæc Alexander.

Originale peccatum diffinitur.

¶Qui de quidditate originalis peccati ſubiungit: Multæ ſunt diffinitiones originalis peccati. Vna eſt Peccatum originale eſt carentia, ſeu immunitas debitæ iuſtitiæ in potentia debendi eam, per inobedientiam Adæ contracta. Quo circa ſciendum, quod duplex eſt iuſtitia, una gratię gratumfacientis, & de illa nō intendimus modo. Alia eſt iuſtitia naturalis & illa eſt duplex. Vna, quæ fuit in ſtatu innocentiæ. alia remanens adhuc in ſtatu naturæ corruptæ. De illa, quæ fuit in ſtatu innocentiæ, fert̄ in Eclceſiaſte *(Eccleſ.)* Deus fecit hominem ab initio rectū. Hanc rectitudinem, ſi Adā ſtetiſſet, eius poſteri habuiſſent, nunc verò curuitatem, quam ex peccato contraxit ad poſteros ſuos tranſmiſit, ideo appellatur nuditas, ſeu carentia debitæ iuſtitæ, per inobedientiam Adæ cōtracta. Et iſta deſcriptio datur ꝑ cauſam efficientē.

¶Alia diffinitio eſt: Peccatum originale eſt uitiū ex corruptione ſeminis in homine natum, quæ diffinitio datur per cauſam materialem. Tertia eſt: Peccatum originale, eſt concupiſcentia ex vitioſa conditione originis noſtræ contracta. Quæ datur formaliter. Concupiſcentia verò, non ſumitur hic ſpecialiter pro affectu, motu, ſeu actu ipſius cōcupiſcibilis, ſed generaliter prout eſt cuiuſlibet appetitiuæ rationalis, ex coniunctione primaria cū carne corrupta. Eſt autem alia concupiſcentia, quæ eſt partis ſenſibilis, & hæc dicitur eſſe pœna, illa verò, quæ rationalis eſt, aliquando dicitur eſſe culpa. Vtraq; verò propriè loquendo pœna eſt, conſequens ex corruptione naturæ. Hæc Alexander.

Bonauen.

¶Bonauentura quoq; his conſonans: Natura, inquit, humana in has tentationes, miſeriaſq; eſt deiecta, merito primæ præuaricationis, non inſtituta a primordio ſuæ conditionis. *(Natura humana cur deiecta ſit in has tentationes atque miſerias.)* Hoc etenim prædicat fides, ſcripturarum confirmat auctoritas, rationis ꝓbabilitas manifeſtat. Fides quippè teſtatur, Dei filiū incarnatum, ac paſſum, ut nos a morte eriperet, in quam nos primus parens induxerat. Scriptura docet, quòd homo per inobedientiæ culpam, mortalitatis incidit pęnam. Ratio quoq; id probat, tam ex ordine diuinæ, iuſtitiæ, quàm ex ordine diuinæ ſapientiæ, atq; ex ordine bonitatis ſupremæ. Differt quidem hic triplex ordo, quia per iuſtitiam fit ordinatio remunerationum, & meritorum, per ſapientiā verò ordinatio partium adinuicem, per bonitatem autem ordinatio in ultimum finem. Ex parte diuinæ iuſtitiæ arguitur ſic: Nulli infligitur pœna, niſi p̄cedat culpa. Nā nil aliud eſt pœna, quàm paſsio inuoluntaria in rationali creatura, ergo nullo modo talis paſsio fuit in homine, antequam præceſsiſſet culpa in eo, talis igitur corruptio non uenit in humana natura a primordio ſuæ conditionis, ſed ex merito tranſgreſsionis.

¶Inſuper a ſumma iuſtitia curuitas nulla procedit, humana aūt natura corrupta eſt non ſolum corruptione penalitatis, verumetiam curuatione obliquitatis: quia uidemus homines a corruptione ſibi indita, inclinari ad uitia. Hoc ergo ex præuia tranſgreſsione proceſsit.

¶Ex ordine diuinæ ſapientiæ arguit̄ ita: Vbicunque eſt ſumma ſapientia, ibi eſt ſumma pulchritudo, a ſumma autem pulchritudine nihil ꝓcedit turpe, & fœdū, nihil, quod rōnalem offendat aſpectū: ſed in hoīe rōne vtente ſunt aliquæ paſsiones connaturales, de ꝗbus rōnabiliter erubeſcit, ut experimur: rego tales paſsiones non inſunt homini a ſua origine, ſed tranſgreſsione. ¶Præterea ubicunq; eſt ſumma ſapientia, eſt & ueritas ſumma, imo & ſumma æqualitas, a ſumma aūt æqualitate nulla procedere debet improportionalitas, duratio aūt, & conſeruatio corporis ſm̄ ſtatum præſentis miſeriæ, eſt improportionabilis aīæ, quæ eius eſt forma, cū corpus ſit temporale, anima verò perpetua, ergo humana natura non fuit a ſui primordio ſic producta a ſapientia ſumma, ſed in hoc ex ſua cecidit culpa.

¶Ampliùs ex ordine diuinæ arguitur bonitatis: A ſumma bonitate nihil procedit, quod ex ſua natura ſit magis propinquum, & pronum ad mala, ꝙ̃ ad bona: ſenſus autem, & cogitationes cordis humani, pronæ ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua, *(Gen. 8.)* hoc ergo non ex creatore, ſed tranſgreſsione creaturæ proceſsit. Item nihil procedit a ſumma bonitate, quod

quod dignum ſit maledictione, multę aūt ſunt in nobis paſsiones, & defectuoſitates maledictione cōdignæ, ꝓp quod Iob, & Ieremias maledixerunt diei ſuæ natiuitatis, & in lege ſteriles maledicebant̄: ergo non vr̄, quod humana natura in ea corruptione qua nunc eſt creata ſit a ſumma bonitate, vr̄ ergo, quòd in hanc corruptionem, & ſtatum deuenit merito culpæ.

¶Præterea ſi his obiiciatur, quòd mortalitas, paſſiones, defectuoſitates oriuntur ex naturalibus cauſis, & naturalem ſequuntur elementorum commixtionem, ac variam complexionum diſpoſitionem. Vnde & in animalibus etiam mitibus inueniūtur, & a Philoſophis ſufficientes horum cauſæ aſsignantur. *(Dilutio.)* Non ergo repugnant diuinæ ſapientiæ, nec bonitati, neq; iuſtitiæ Dei.

¶Et rn̄dendum, ꝙ Philoſophi in conſideratione, atq; notitia defecerunt, nec ſimile eſt de rōnali, irrōnaliq; creatura, neq; de homine, cuius anima eſt ex ſua natura immortalis, ac uerè capax ſalutis. Hinc ſapientia, bonitas, & iuſtitia omnipotentis id exegerunt, ut rōnalis creatura inſtitueretur ordinata, ac benè diſpoſita ſm̄ ſui exigentiam finis. *(Rō dupliciter procedit ī inquirendo.)* Veruntn̄ aduertendum, quòd ratio in inquirendo dupliciter poteſt procedere. Primò, ut adiuta radio fidei, ſicq; ꝓcedit aſpiciendo ad cauſas ſuperiores. Secundò, ꝓut proprio iudicio eſt relicta, & ita procedit aſpiciendo ad cauſas, & naturas inferiores, prout acquirit ſcientiam per uiam ſenſus, & experientiæ. Primo modo procedunt catholici, ſicq; prætactæ rōnes inductæ ſunt. Secundo modo proceſſerunt Philoſophi, qui in hominis conditione non aſpexerunt ſuū principalem auctorem, ſed ad principia componētia, ac operationes, quas habet per virtutem naturæ, hinc catholicæ fidei ueritates non attigerunt. Hæc Bonauentura de hac quæſtione: Vtrum corruptio, quæ eſt in humana natura, inſit ei ex ortu ſuæ conditionis, vel ex demerito primæ tranſgreſsionis.

¶Præterea quærit utrum originale peccatum ſit concupiſcentia, uel ignorantia. Et reſpondet: Quēadmodum actuale peccatum non dicit omnimodā priuationem, quia non ſolum dicit auerſionem, ſed & quandam conuerſionem, nec omnimodam dicit priuationem boni, imo relinquit aptitudinem quādam, & aliquem actum priuando circunſtantiā circa ipſum. Sic ſuo modo intelligendum eſt in originali peccato. Hinc ſicut non dicitur actuale peccatum in aliquo eſſe ex hoc ſolo, quòd caret iuſtitia (ſic enim lapis haberet peccatum) ſed ex hoc, quod inclinationem habet ad aliquid, in qua cum deberet eſſe iuſtitia, non eſt. Sic originale peccatum dicitur eſſe in aliquo, non ſolum, quia caret originali iuſtitia: ſed etiam quoniam curuitatem ſortitus eſt, & neceſsitatem habet concupiſcendi. Hinc ſicut uidemus in ægritudine corporali, ut in paralyſi, quòd morbus talis ineſt ex quadam diſſolutione uirtutis, ita tamen, quòd non penitus tolitur uirtus motiua ſicut in mortuo, imo aliquo modo manet. non potens membrum mouere, ſicq; ſequitur partim ex defectu potentiæ, partim ex defectu manus tremulatio, conformiter intelligēdum eſt, tàm in actuali, quàm in originali peccato. Quemadmodum ergo ſi quis quæreret, quid eſt peccatum carnis, poſſet ei dupliciter notificari, uidelicet ratione inclinationis deordinatæ, dicendo quòd ſit immoderatus appetitus rei tractabilis ſecundum carnem, & item rōne priuationis boni, ut dicatur eſſe priuatio caſtitatis: ita dum quęritur, quid ſit originale peccatum, rectè reſpondetur, quòd ſit immoderata concupiſcentia, & iterum rectè reſpondetur carentia iuſtitiæ debitæ: imò in una reſponſionum iſtarum clauditur alia, quamuis una earum notificet originale peccatum, quantum ad id, quod in ipſo ſe habet per modum conuerſionis, ut cum dicitur concupiſcentia: altera uerò, quo ad id, quod in ipſo ſe habet per modum priuationis, ſeu auerſionis, ut cum dicitur carentia: Vnde ab Auguſtino, & Magiſtro uocatur cōcupiſcentia, ab Anſelmo autem in libro de virginali conceptu, debitæ iuſtitiæ carentia. *(Auguſt. Anſelm. Originale peccatum uocat̄, & cōcupiſcētia, & carētia debitæ iuſtitiæ.)* Et iſta ſtant ſimul: dr̄ namq; concupiſcentia non quæcunq;, ſed ꝓut concupiſcentia includit in ſe debitæ iuſtitiæ carētiam. Hæc demum concupiſcentia tam immoderata eſt, & intenſa, vt ſit carnis ad ſpiritum prædominatiua, taliſq; ſemper coniuncta eſt carentiæ iuſtitię debitæ, & prout nobis ineſt ab origine, nuncupat̄ originale peccatum. Hoc eſt, quod dicit Gloſa ſuꝑ illud: *(Pſalm. 31.)* Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: Iniquitatem nominat fomitem, qui eſt ante baptiſmum, & non tantum eſt pęna, ſed etiam culpa, poſt baptiſmum verò pena eſt ſolum, non culpa. Cum enim deletur originale, deletur non ut omnino non ſit, ſed ut non ſit peccatum.

Obiectio.

¶Denique per hæc ſoluuntur argumenta, quæ fieri ſolent, ut ſi arguatur: Concupiſcentia eſt unum de quatuor vulneribus, quæ inflicta ſunt nobis ꝓp originale peccatum, quæ ſunt infirmitas, concupiſcentia, ignorantia, malitia. Item cōcupiſcentia manet poſt baptiſmum, & ſtat ſimul cum gratia, ſicq; non excludit iuſtitiam.

Dilutio.

¶Ad ꝙ̃ dicendū, ꝙ in his cōcupiſcentia æquiuocè ſumit̄. Nēpè, ut remiſſa ſtat cum gr̄a: eſtq; ſequela concupiſcentiæ intenſæ, ꝙ̃ eſt originale peccatum.

Quatenus originale peccatū cēſeri poſſit ignorātia.

¶At uerò de hoc, an peccatum originale ſit ignorantia, ſcribit hic doctor. In adultis ignorantia peccatum non eſt, niſi ut habet uoluntatem concomitātem, ſic eꝰ cognitio non eſt uirtus niſi ei ſit iuncta affectio. Ita ſi ignorantia dicat neſcientiam ſolam, non eſt culpa, ſi uerò dicat neſcientiam, ut eſt cōcupiſcentiæ coniuncta, ſic eſt culpa, quia oppoſitionē ſic habet ad gratiam, & uirtutes. Grātia quippè in animam veniens, non ſolum rectificat affectionem per charitatem, ſed & cognitiuam per fidem: non. n. poteſt uoluntas dirigi, niſi pariter dirigatur, & rō: libertas quoq; arbitrij ſimul in ratione, & uoluntate conſiſtit. Si ergo concedi poteſt, originale peccatum eſſe ignorantiam. Vnde Hugo libro de ſacramentis parte ſeptima, ait: *(Hugo.)* Originale peccatum eſt vitium, quod naſcendo contrahimus per ignorantiam in mente, & per concupiſcentiam in carne. Et quamuis originale peccatum ſit formaliter vnum, deordinat tamen, ac uitiat animam totam, non ſolum ſecundum affectiuam, ſed etiam cognitiuam: attamen principaliter affectiuam, propter quod magis propriè originale notificatur per concupiſcentiam, & carentiam iuſtitiæ debitæ, quàm per ignorantiam: quia tam concupiſcentia, quàm debitæ iuſtitiæ carentia, notificāt originale, ut eſt culpa. Hæc Bonauentura.

Tho. aqui. In quolibet peccato eſt materiale, & formale.

¶Porrò ſanctus doctor: In quolibet, inquit, peccato eſt aliquid materiale, & aliquid formale: vt in actuali peccato ſubſtantia actus deordinati, materialiter ſe habet: deordinatio autem ab ultimo fine, eſt formale peccati: quia ex hoc præcipuè habet rationem peccati. Hinc dr̄, quòd conuerſio mentis ad bonum cōmutabile, eſt ſicut materiale in peccato: atq; auerſio ab incōmutabili bono, quaſi formale. Quod cōtingit ex hoc, quod ēt in actu uirtutis perfecto, ex ordine ad finem eſt forma actus.

Quem-

Quemadmodum aũt peccatum actuale consistit in deordinatione actus, sic originale in deordinatione naturæ, ꝓp quod deordinatio virium est, quasi materiale in ipso, deordinatio verò a fine, est quasi formale. Vis aũt per se apta coniungi fini vltimò, est voluntas: quæ habet ordinem finis omnibus alijs imponere uiribus, sicq; destitutio voluntatis a rectitudine ad finem, quam habet in institutione naturæ, est formale in originali peccato, hoc est, priuatio originalis iustitiæ. Vires demum appetitus sensitiui, sunt natæ recipere ordinationem ad finem a voluntate, ſm quod ei subiectæ sunt, & ita subtractio viculi, quo refrenantur a voluntate, est materiale in originali. Ex qua subtractione consequit, quod vnaquæq; uis, in suum seruit obiectum, inordinatè illud concupiscendo, ideo concupiscentia, qua pronisumus ad malè concupiscendũ, est originale pctũ tanquã materiale in ipso. In actibus quippè moralibus, considerantur materiale, & formale, sicut in artificialibus, in quibus materia prædicatur de toto, sicut cultellus est ferrũ, & concupiscentia dr̃ originale pctũ, non ipse actus concupiscendi, sed pronitas ad eundem. Concupiscentia quoq; hæc, q̃ est originale pctũ, nõ denominatur a concupiscibili, q̃ contra irascibilem diuiditur, sed ab appetitu sensualitatis, qui in concupiscibilem, irascibilemq; partitur.

¶Deniq; ignorantia non per se respicit voluntatem, ideo si ignorantia inueniat dici originale peccatum, intelligendum est de ignorantia priuante scientiam, quæ includitur in originali iustitia. Nullus enim iustus, est aut temperatus, nisi sit prudens, ut sexto Ethicorum habetur. Quod Socrates intuens, dixit omnem uirtutem esse scientiam, & omne vitiũ ignorantiam, ut narratur ibidem.

Philosop

Socrates.

¶Si aũt obijciatur, quia sicut per concupiscentiã, per iracundiam perturbatur iudiciũ rõnis, multiq: alij defectus, quam actus concupiscentię ex originali sequuntur: ergo non solum concupiscentia, sed & iracũdia, & ignorantia, ac malitia originale pctũ dicent. eruntq; in eodem multa originalia peccata.

Obiectio.

¶Et rndendum, quod sicut 2. asseritur Physicorũ. Peccatum contingit in his quæ ad finem sunt ordinata, ſm quod a fine suo deficiunt, Hinc in illis viribus animæ præcipuè est peccatum, ſm quas homo ordinatur ad finem, cumq; appetitus tendat in finem, in ipso præcipuè est peccatum, voluntas verò ordinatur in finem hominis immediatè, appetitus autem sensitiuus mediante voluntate, prout ab ipsa ordinationem ad finem capit, hinc defectus ordinis in appetitu, est formale: defectus verò ordinis in appetitu sensitiuo, est materiale, quod est concupiscentia. Ideo nullus alius defectus, nec ex parte rationis, nec ex parte sensitiui appetitus, originale peccatum vocatur, nisi concupiscentia, sicut materiale, & priuatio originalis iustitiæ sicut formale. Hæc Thomas in Scripto.

Dilutio. Philosop.

¶Præterea in prima 2. quæstione 82. Primò scitatur, an peccatum originale sit habitus. Rndet: Dnplex est habitus, vnus quo inclinatus potentia ad agendũ, ut sciæ & uirtutes, sicq; originale non est habitus. Secundò habitus dr̃ dispositio alicuius naturæ, ex multis compositæ, ſm q̃ bene, aut malè se habet ad aliquid, præsertim cum uersa fuerit dispositio talis quasi in naturam, ut de sanitate, & ægritudine patet: sic originale peccatum est habitus. Est enim inordinata dispositio proueniens ex dissolutione harmoniæ illius, in qua consistebat ratio originalis iustitiæ, quemadmodum ægritudo corporalis est quædam inordinata dispositio corporis ſm quam dissipatur æqualitas, in qua consistit bonitas sanitatis. ¶Porrò vt dictum est, peccatum originale in homine vno est vnum. Nec obstat illud Psalmi: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Ibi enim ponitur plurale pro singulari. Vel quia in originali peccato virtualiter præexistunt actualia vitia, aut quia in peccato primi parentis, quod per originem traducitur, plures fuerunt deformitates, videlicet, superbiæ, inobedientiæ gulæ: seu quoniã multæ vires animæ originali peccato inficiuntur. Insuper tota ordinatio originalis iustitiæ, fuit ex hoc, quòd uoluntas hominis fuit Deo subiecta, idcirco ex voluntatis auersione consecuta est inordinatio in alijs viribus animæ, hinc priuatio originalis iustitiæ, per quam voluntas fuit Deo subiecta, est formale originalis peccati, inordinatio verò aliarum virium animæ, præcipue attenditur in hoc, quòd inordinatè ad bonum commutabile conuertuntur, quæ inordinatio communi nomine concupiscentia nominatur. ¶Præterea si quæratur, an originale peccatum omnibus insit æqualiter. Dicẽdum, quòd in originali peccato sunt duo. Vnum est carentia, seu defectus originalis iustitiæ. Aliud est relatio huius defectus, ad peccatum primi parentis: Et quantum ad primum, originale peccatum non recipit maius, & minus: quoniam totum donum originalis iustitiæ est sublatum, similiter, nec quantum ad secundum. Aequaliter enim omnes relationem habent, ad primum principium vitiatæ originis, relationes quoque non recipiunt magis, & minus secundum Philosophum.

Psalm 50. Originale peccatum est tãtum vnum in vno homine.

Originale peccatum inest omnibꝰ æqualiter.

¶Si verò obijciatur, quia secundum Augustinum libro de nuptijs, libido transmittit originale peccatum: sed maior est libido in actu vnius, quãm alterius, ergo peccatum originale est maius in vno, quam alio.

Obiectio.

¶Dicendum, quòd libido, quæ transmittit peccatum hoc, non est actualis libido, etenim dato, ꝓ generans nullam libidinem in actu illo diuina virtute sentire, nihilominus originale in prolem transmitteret. Ideo libido illa est habitualiter intelligẽda, secundum quod appetitus sensitiuus non continetur sub ratione vinculo originalis iustitiæ, & talis libido in omnibus est æqualis. Hæc Thomas in Summa. ¶Concordat per omnia Petrus. Richardus, & alij. Nam, & Albertus circa hæc scribit diffusè, ea quæ ex Alexandro inducta sunt tangens, quæ iterare superfluum est. Ponit quoque argumenta Pelagij, & Iuliani hæreticorum. Dixit quippè Pelagius, nullum esse originale peccatum, sic arguens AVGVSTINO: Sexus a Deo distinctus est, anima a Deo creata, corpus a Deo factum, atque formatum, matrimouium diuinitus institutum, actus generationis a Deo præceptus est, cum dictum est: Crescite, & multiplicamini, per quas igitur rimas, inter tot præsidia innocentiæ fingis ingressum originale peccatum, o Augustine? Alia quædam consimilia argumenta sceleratissimi hæresiarchæ Pelagius, & eius complices fecerunt, ad quæ supra responsum est, quæ & Thomas in Summa contra gentiles libro quarto diligenter exequitur, ac dissoluit. Prætactum quoque Pelagij argumentum beatus Augustinus soluit, dicendo: Impuidicus ille cõcupiscentiæ prædicator, cum singula diceret, concupiscentiam tacuit, quæ in cõcupiscibili corrupta est, infecta. & Quod qualiter intelligendum sit, super aliam patuit, clariusq; patebit. Dixerũt aũt Pelagius, & Celestinus, quòd pctũ originale non transit in paruulos, nisi fuerint imitatores effecti peccati parentum. Contra quam hæresim Augustinus multoties disputat.

Dilutio

Argumentum Pelagij aduersus originale peccatum.

¶Antisio. demum in Summa sua lib. 2. Libido, ait nil aliud est quam concupiscentia, voluntasve improba, qua diligitur res transitoria, ut in ea hõ ꝓp se delectetur. Vnica verò est radix peccati, puta libido; ſm Augustinum libro de libero arbitrio.

August.

¶Insuper de originali peccato scribit Vdalricus in Summa sua lib. 6. Primus pater noster, non solum conditus fuit, ut singularis persona, sed et ut principium totius posteritatis, in quo omnes fuimus, ſm rationem seminalem, ſm Augustinum, idest, sicut in principio efficiente ſm uiam generationis naturalis, nõ materialiter, ut quidam malè senserunt. Hinc delicet ut perfectio personalis, & ut donum naturæ omnibus datum, seu dandum, qui fuerunt in primo parente. Ideo sicut perfectionem prædicti habitus innocentiæ omnes habuissent, ex ipso actu naturæ, qui descendissent a primo parente, in quo habuit rationem gratiæ, atq; iustitiæ: sic quoq; defectum, qui est priuatio huius perfectionis, omnes contrahunt, qui per actum naturæ ab ipso descendunt. Et quamuis iste defectus prout ex necessitate naturæ inest natis, non habeat rationem peccati: tamen omnes fuerunt in Adam, sic iste defectus est carentia iustitiæ, quæ deberet in esse, quemadmodum quilibet tenetur conseruare, utiliterq; impendere donum dñi sui. Et sic est defectus uoluntarius, quia causatus est ex uoluntate eius, in quo omnes fuimus, ut asserit Augustinus contra Iulianum, & in quo ipsum defectum omnes incidimus. Ideo habet rõnem culpæ: qm̃ uoluntaria obiectio debitæ iustitiæ, est peccatũ. Vnde ait Apostolus: In ipso ſ. Adam omnes peccauerunt. Vel in ipso peccato Adæ. Vtroq; etenim modo exponit hoc Augustinus. Sic ergo originale peccatum traducitur, sin e traductione proprij sui subiecti, quod est anima: quia natura per actum suum se communicat talem, qualis est ipsa. Patet etiã quare hoc peccatum corrumpit naturam, cum nullum aliud peccatum corrumpat naturam. Non enim corrumpit naturam, prout in suis consistit principijs, sed, secundũ quod gratia innocentiæ fuit perfecta. Hæc Vdalricus.

Vdalricus.

August.

Gra innocentiæ collata fuit, ꝓ zoparenti in duplici ratione.

August.

Rom. 5. August.

¶Præterea Egidius de Roma, Episcopus, de hac materia tractatum edidit specialem, puta de originali peccato, quem deuotionaliter inchoat ab allocutione altissimi: Ego, inquiens, cum sum puluis, & cinis, loquor ad dominum Deum meũ, dicens: Domine Deus iustus iudex, si omnes animæ tuæ sunt, si cut anima patris, ita & anima filij, portabitne filius iniquitatem patris? Vertetur ne inter nos illud uulgare prouerbiũ: Patres comederunt uuas acerbas, & dentes filiorum obstupescunt? Quòd si sic nõ est sed iustitia iusti super eum erit, & anima quæ peccauerit, morietur, quare innocentibus, & paruulis liberi arbitrij usum nondum habentibus, pro oplastorum noxa imputatur ad culpam? Nonne fateri cogimur, esse peccatum aliquod, quod non uoluntate, sed necessitate contrahitur? Quod si huic culpæ ideo subditur anima: quoniam carni corruptæ infunditur, decet ne bonitatem tuam, animam bonam, a te bono Deo creatam infundere corpori, ꝓ fœditati obnoxium esse cognoscis? Finito huiusmodi prologo, partim iam introducto, subiungit: Putauerunt quidam originale peccatum esse pœnæ reatum, non culpam, cuius oppositum pandit Psalmista, dicendo: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c. Inuenimus autem a sanctis, præsertim ab Augustino, in libro de baptismo paruulorum, hoc peccatum quinq; nominibus appellatum. Dr̃ enim concupiscentia, fomes peccati, lex membrorum, seu carnis, languor naturæ, tyrannus. Deus quippè fecit hominem ab initio rectum, quia inferiora in eo superioribus erant subiecta: quorum coordinatio iustitia dicebatur, cum iustum sit inferiora superioribus subdita esse. Dicebatur quoq; iustitia ista originalis, primò: qm̃ Adam a sua origine eã acceperat. Secundò, quia in posteros ꝓ originem fuerat transfundenda. Itaq; ſm instituram naturam. hic erat ordo salutis, quòd homo haberet originalem iustitiã: porro ipso Adam se auertente a suo superiori per transgressionẽ, mox cepit in eo caro rebellare spiritui, inferioresq; uires rõni, sic amissa originali iustitia, nequit eam in suos transfundere posteros. Hoc est ergò pctũ, quod vocamus originale: qm̃ ex origine ipsum contrahimus, utpote carentiam huius rectitudinis, i, originalis iustitiæ, cum debito eã habendi. Quia ut tactum est, ſm ordinem institutæ naturæ, necessaria fuit originalis iustitia ad salutẽ. etenim qm̃ ea caremus, eamq; inquantum sumus membra Adæ, haberi tenemur: rectè priuatio, seu carentia eius cum debito habendi, uocata est originalis iustitia.

August.

Ecclesi. 7.

Iustitia originalis vndicatur.

¶Ex quibus patet, cur tam diuersimodè nuncupatur. Dr̃ namq; languor naturæ, quia per originale peccatũ uulneratus est homo in naturalibus, ac necessitatem moriendi contraxit, ipsa quoq; natura, facta est inepta, atque inhabilis ad bona agenda. Dr̃ item tyrannus, quia per ipsum originale pctũ homo spoliatus est gratuitis. Tyranni enim est, spoliare subiectos. Rursus dr̃ lex membrorum seu carnis, quia ex ipso cõsequitur rebellio sensualitatis, & carnis aduersus uires superiores, iuxta illud Apostoli: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Dr̃ etiam concupiscentia, quia ex ipso est pronitas cõcupiscendi inordinatè. Quinto, & vltimo dr̃ fomes peccati, cum sit corruptela, ex qua est habilitas ad peccandum.

Originale peccatum quinq; uocatur nominibus.

Rom. 7.

¶Insuper ad uidendum qualiter hoc pctũ paruulis imputetur ad pœnam, sciendum, ꝓ sicut duplex est peccatum, puta originale, & actuale, ita duplex est pœna, ſ. damni, & sensus. Pœna damni correspõdet originali, pœna sensus pctõ actuali. Et q̃uis pœna sensus esse non ualeat sine pœna damni: attũ pœnam damni priuatur, quis bono supernaturali, aut sibi improportionato. Non enim rationabiliter tristatur, quis, quod nequit uolare. Hinc defuncti in solo originali, de amissione æternæ, ac supernaturalis felicitatis, non dolent. Itaq; quantum ad pœnam sensus, filius non portabit iniquitatem patris, nihilominus quantum ad pœnam damni, præsertim si damnum sit carentia supernaturalis boni, iniquitas patris iustè filio imputatur: Vt si rex terrenus det castrum alicui militi, quatenus filij militis succedant patri in castri possessione, dummodo miles ille fidelis sit regi, si tunc miles rebellis sit regi, iustè priuatur castro illo in seipso, ac posteris suis, quibus in hoc nulla irrogatur iniuria, potissimè quoniam castrum illud liberaliter fuit milti datum, & filij eius per ipsum debebant consequi illud. Sic qa originalis iustitia liberaliter fuit Adæ collata, ut si staret, in posteros eam transfunderet, idcirco dum cecidit, eam sibijpsi, ac posteris perdidit, nec in hoc posteris derogatur, quia eorum naturæ, seu meritis originalis iustitia illa non debebatur. Cumq; secundum ordinem naturæ institutæ, iustitia illa ad salutem

Originale peccatum qualiter paruulis imputetur ad pœnam.

Filij qualiter portet patris iniquitatẽ

ad salutem necessaria fuit, & amissa ab homine pri-
mo recuperari, sibi ac suis non ualuit, indiguit ge-
nus humanum Saluatore, & iustè priuatum fuit vi-
sione beatifica. ¶ Nunc restat attendere, qualiter
iusto dei iudicio originale peccatum imputetur po
steris, paruulisque ad culpam. Ad quod intelligen-
dum ualet prætactum exemplum. Ad cuius intel-
ligentiam intuendum, quòd filij huiusmodi militis
considerari queunt dupliciter. Primò, ut sunt quæ-
dam personæ in se, & ita non puniuntur per castri
amisionem pro patris excessu. Secundò, ut sunt
quasi membra, & filij militis, & aliquid eius, sic-
que puniuntur, & quodammodo peccant in pa-
tre. Sic posteri Adæ considerantur dupliciter. Pri-
mò ut quædam personæ secundum se, & in se, &
ita non puniuntur pro peccato Adæ, quoniam pro-
pter illud nullo bono priuantur, quod eis sit debi-
tum secundum se, & in seu eorum naturæ ac me-
ritis debito Secundo considerantur, ut membra,
& filij, ac aliquid primi parentis, in quo originali-
ter, virtualiterque fuerunt, & sic modo præhabi-
to puniuntur. Et in suo peccauerunt parente, non
actualiter, sed radicaliter, & uirtualiter tantū. Vn-
de nec actualis sensibilis pęna eis debetur, sed pęna
danni, quæ est priuatio boni, ꝙ nec naturali dignita
ti, nec meritis eorum, debitum erat. Ista est doctri-
na Apostoli, ad Romanos, quo ait: Per unum homi
nem peccatum in hunc mundum intrauit, & per
peccatum mors. Itemq; Sicut per unius inobedien
tiam peccatores constituti sunt multi, &c.

Originale pctm̄ qualiter imputetur paruulis ad culpam.

Roma 5. Ibidem

¶ Amplius diligenter considerandum, quòd par
uulus in originali cōceptus, tripliciter potest consi
derari. Primò, ut est aliquid in se: secundò, vt refer-
tur ad parētes proximos: tertiò, vt comparatur ad
hominem protoplastum. Secūdum hanc triplicem
considerationem, triplex hic oritur difficultas. Pri-
ma est, quomodo originale peccatum pertingat ad
animam, quæ nō est ex traduce, nec ex potentia ma
teriæ, sed immediatè a deo. Secūda, quomodo a pa
rentibus proximis baptizatis, & ab originali purga
tis, deriuetur hoc peccatū ad prolem. Tertia, qūo
ex carne īfecta anima inquinatur, cum caro omniū
posterorum non fuerit realiter in homine primo, &
tamen caro infecta asseritur, quia in primo paren-
te fuit corrupta. Ad soluendam primam difficulta-
tem, quidam dixerūt animas esse ex traduce, quod
certum est philosophicæ rationi ac theologicæ ueri
tati obuiare. Ad soluendam secundam dixerunt Pe
lagiani, peccata parentum non redundare in filios
nisi per actualem imitationem, quòd fidei contra-
riatur. Ad soluendam tertiam. Magister sententia-
rum, singularis fuit opinionis, dicens, quòd nihil de
ueritate carnis existat in posteris, nisi, quod a primis
contraxerunt parentibus: quod, vt dicitur, stare nō
potest. ¶ Aliter ergo dicendum sicut iam tactum
fuit, quòd posteri inquantum membra, & filij, inqui
nantur originali peccato primi parētis, quod in ipo
non fuit proprie originale, sed actuale. Porro in ori
ginali peccato tria considerantur. Primum est carē-
tia originalis iustitiæ, secundum infectio animæ, ter
tium naturalis origo, per quā infectio ipsa contra-
hitur. Verum si primi parentes nō peccassent, gene
rassent sine libidine: sicq; originalem iustitiā in po-
steros trāsfudissent, ita, quòd animæ posterorū con
iunctæ carni conceptæ sine libidine, originalem ha
buissent iustitiam, hinc adhoc, quòd cōtrahat origi
nale peccatum, nō oportet eam esse ex traduce, sed
sufficit eam esse coniunctam carni, conceptę ex cor
ruptione, & libidinosè. ¶ Secunda difficultas præ-

Qualiter pctm̄ originale pertingat ad animam.

tacta sic soluitur. Nam duplex generatio competit
homini, vna carnalis, qua accipit esse naturæ, alia
spiritualis, ac baptismalis, qua suscipit esse gratiæ.
In omnibus igitur considerandum, quid sit per se,
& quid per accidens. Iste ergo baptizatus generans
filium, vel generat ipsum vnde carnaliter natus, vel
vnde spiritualiter regeneratus. Cumq; p regenera-
tionem absoluatur ab originali, si generat filium,
vnde spiritualiter regeneratus gignet filiū sine ori-
ginali peccato, si vero generat eum, vnde carnaliter
natus, cum secundum hoc in originali nascatur,
ideò quantumcunq; sit ipse baptizatus, generabit
filium in originali peccato, certumque est, quòd
patres generent carnali, & naturali gnatione, qua
geniti sunt, idcirco gnant filios originali infectos.
Et hæc est solutio Augustini in libro de baptismo
paruulorum. Vbi, & loquitur: Quemadmodū hoēs
circuncisi gnant filios incircuncisos, & sicut granū
à palea purgatū gnat granū à palea non purgatum,
sic homo baptizatus, & ab originali mundatus,
gignit filiū ab originali non mundatū. Quēadmodū
enim granum generat granum, non ex eo quòd à
palea est excussum, sed quia est cum palea ortum, &
homo circuncisus gnat non ex eo, quod est postea
circuncisus, sic homo baptizatus generat non ex eo
quòd est spiritualiter regeneratus, sed ex eo quòd
est carnaliter natus, & in originali conceptus.

Qualiter purgatus ab originali pōt ipsū trāsfundere.

¶ At vero tertia difficultas, sic sumitur: Quoniam
non debemus imaginari animā inquinari ex carne
infecta, per appositionem turpitudinis alicuius, sed
per subtractionem alicuius decoris. Dupliciter
quippe posset deturpari corporalis imago. Primò,
per appositionem, & superlinitionē rei immundæ,
vt luti. Secundo per subtractionem ornatus. Anima
ergo inficitur, & deturpatur originali peccato, non
sicut imago ex luto, cum anima sit simplex, &
spiritalis, sed p carentiam originalis iustitiæ, quam
haberet si coniungeretur carni non infectæ, nec
ɔceptę ex libidine, & corruptione. Hinc nō oportet
totam carnē posterorum carnaliter, & materialiter
fuisse in Adam, sed sufficit quòd p propagationem
carnis sic libidinose sit concepta. Hæc Egidius. Qui
consequenter in illo tractatu declarat, qualiter
peccatum originale dimittitur in baptismo, &
quomodo decet bonitatem diuinam infundere
animā corpori maculoso, de quibus infra dicetur,
imò de his, q̄ nunc breuiter dicta sunt, infra clariùs
exprimetur.

Qualiter ex carne īfecta inquinari ꝗat anima.

QVAESTIO II.

SECVNDO, quæritur. [An aliquis defectus, in
posteros Adæ per generationem descendens,
rationem habeat culpæ] Videtur quod non, quoniā
culpa non est, nisi ex voluntate peccantis, sed quia
de isto iam plura formata sunt argumenta, breuiter
respondendum.

Arguit cōtra

¶ Itaque secundum Thomam, circa istud duplex
tangitur error in litera. Vnus hæreticorum ne-
gantium originale peccatum, vt Iuliani, Pelagiani,
Cælestini, quorum hæresis sacramentorum necessi-
tatem, & redemptionis opportunitatem excludit,
quæ contra seruitutem originalis peccati, in qua
nascimur, ordinatæ sunt. Alius error est quorundā,
qui peccatū originale nomine tenus concedentes,
illud secundum rem negabant, dicentes in puero
nato nullam consistere culpam, sed tantum obliga-
tionem ad pęnā. Quod manifestè repugnat diuinæ
iustitiæ, vt scilicet aliquis obligetur ad pęnam, qui
culpam non habet. Concedendum est ergo simpli-
citer, culpam originalem deriuari in posteros.
¶ Sciendum

Tho.

¶ Sciendum est ergo, quòd tria hæc, defectus, ma
lum, ac culpa, ex superadditione se hnt: quia defe-
ctus simplicem negationē alicuius boni importat
Malum verò est nomen priuationis. Vnde carentia
boni, quamuis non sit natum haberi, defectus pōt
vocari, sed malum non pōt dici, nisi sit natum habe
ri. Hinc carentia vitæ in lapide, pōt nominari defe-
ctus, sed non malum. Culpa aūt superaddit volunta
rij rōnem. Ex hoc etenim quis culpatur, quia nō ha-
bet, quod pōt, & debet habere. Quemadmodum ve
rò est quoddam bonum, quod concernit naturam,
& quoddam concernens personam, ita est quędam
culpa naturæ, & quædam personæ, hinc ad culpam
personæ, requiritur voluntas personæ, ut patet in
actuali peccato, quod per actum personę, committi
tur: ad culpam vero naturæ non requirit nisi volun
tas in illa natura. Sic ergo dicendum, quòd defectus
illius originalis iustitiæ, quæ homini in sua creatio-
ne collata est, ex voluntate primi hominis accidit,
& sicut illud iustitię donum fuisset in totam naturā
propagatum homine primo in iustitia persistente,
sic priuatio boni illius in totam deriuatur naturam
tanquam priuatio, vitium ve naturæ. Nempè ad idē
genus habitus, atq; priuatio referuntur. Et pręfatus
defectus in quolibet homine rōnem culpæ sortitur
ex hoc quod per voluntatem naturæ, idest primi ho
minis est inductus. Vnde peccatum originale cum
non sit vitium personæ vt persona est, sed quasi per
accidens, inquantum persona talem habet naturā
ideo non oportet, quòd sit in potestate huius perso
nę, hanc culpam habere, aut non habere, sed sufficit
quòd fuerit in potestate alicuius, qui extitit in illa
natura: quia ex hoc, quòd primus habens ipsam na-
turā peccauit, natura infecta est, & per consequens
inficit in omnibus, qui ab illo trahunt naturā. Ideo
pōt dici culpa naturę: qm̄ quidam in natura ista sub
sistens, sua voluntate causauit in totam naturam de
fectum hunc. Deniq; non traducitur hoc peccatum
per traductionem sui subiecti, videlicet animæ, sed.
seminis. Nam cū aīa patris per originale infecta fuit
sequit inordinatio in corpore eius, ordine illo sub-
tracto, quem natura instituta priùs acceperat, sic
quoq; ex semine illo, generatur corpus tali origina
lis iustitiæ ordine destitutum. Hinc anima, quæ cor
pori tali infunditur, deordinationē incurrit ex hoc
ipso, quòd corporis huius efficitur forma, cum per
fectionem suo perfectibili oporteat esse proportio-
natum: sicut frequenter ob seminis corruptionem
contingit defectus non tm̄ in corpore prolis ut Le-
pra, aut podagra: sed item in anima, ut patet in natu
raliter stolidis. ¶ Verum obijciatur, quod semen nō
habet in se culpæ infectionem, cuius subiectum esse
non ualet, ergo nec ipso contrahitur.

Obiectio

¶ Dicendum, quòd quamuis semen non habeat
actu in se culpam originalem, aut eius infectionem
virtualiter tm̄ habet eandem: quod constat ex hoc,
quòd ex semine leprosi generatur leprosus, quam-
uis in semine non sit actualiter lepra. Est namque in
semine aliqua virtus deficiens, per cuius defectum
contingit lepra in prole. Consimiliter ex hoc quod
in semine est dispositio priuata impassibilitate, &
ordinabilitate ad animam, quam in Primò statu cor
pus habebat humanum, sequitur quòd in prole ori
ginalis peccati susceptiua, efficiatur originale pec-
catum in actu. Hæc Thomas in Scripto.
¶ Præterea in prima secundæ, qōne. 81. Secundū
fidem, inquit, catholicam est tenendum, quòd pri-
mum peccatum primi hominis originaliter transit
in posteros. Propter quod infantuli nati, mox defe-
runt ad baptismum, tanquam ab aliqua culpæ infe
ctione abluendi. Et huius contrarium Pelegiana est
hæresis, ut patet per Augustinum in pluribus locis.
Ad inuestigandum verò qualiter peccatum primi
parentis originaliter queat transire in posteros, di-
uersi diuersimodè sunt scrutati. Quidam etenim cō
siderantes, quod peccati subiectum est aīa rōnalis,
dixerunt eam traduci cum semine, ut sic ex infecta
anima infectæ animæ deriuari videantur. Alij hoc
ondere conati sunt p hoc. quòd corporis defectus
traducunt a parente in prolem sicut ondsum est. Ve-
rum hmōi uiæ insufficientes probātur Nā dato hoc
ipso, tn̄ ex origine defectum habere, vr rōnem cul-
pæ excludere, de cuius rōne est voluntariam esse:
Hinc dato, quòd anima traduceretur, attn̄ ab hoc,
quòd infectio animæ prolis non esset in eius volun
tate, amitteret rōnem culpæ obligantis ad pœnam,
cum & 3. Ethic. dicat Philop. ꝙ nullus impropera-
bit sed potiùs miserebitur cæco nato. ¶ Aliter ergo
dicendum, quòd cuncti posteri Adæ possunt consi-
derari vt unus homo, inquantum conueniunt in na
tura, quam a primo habent parente, s̄m quod tota
ciuitatis cōitas dr̄ vnum corpus, tota quoque cōi
tas quasi unus homo, iuxta quod dixit Porphyriùs
Participatione vnius speciei, piures homines sunt
unus homo. sic igitur multi homines ex Adam deri
uati sunt, tanquam multa vnius corporis membra
Actus vero unius membri corporalis, non sunt vò-
luntarij uoluntate membri, sed animæ membra mo
uentis. sic ordinatio hominis huius ex Adam pro-
geniti, uoluntaria est, nō uoluntate hominis huius,
sed primi parentis, qui motu generationis mouet
omnes, q ex eius origine gñrantur, quemadmodū
voluntas animæ mouet omnia corporis mēbra ad
actum. Hinc pctm̄ a primo parente ita ad posteros
deriuatum, vocatur originale, sicut pctm̄ ab anima
deriuatū ad membra dr̄ actuale. Et sicut pctm̄ actu
le hmōi membri, non est membri illius nisi inquan-
tum membrum illud est aliquid hominis, sic pctm̄
originale non est pctm̄ huius personæ inquantū est
ista persona, sed prout naturam recipit a primo pa
rente Hinc vocatur pctm̄ naturæ, iuxta illud ad
Ephes. Eramus natura filij iræ. Hæc Tho. in Summa.

Originale peccatum qūo traducatur in posteros.

¶ At verò in Summa contra gentiles lib. 4. cap. 5.
& duobus sequentibus, de his egregiè scribit. Pri-
mò per auctoritates, & probabilia signa declarans,
quòd de originali peccato tenet ecclesia, & ista, iā
supra pro magna parte sunt habita. Allegat quoq;
ꝙ in Gene. legitur Deus dixisse homini primo Qua Gen 2.
cunq; die comederis de ligno sniæ boni, & mali,
morte morieris. Cumq; Adā die, quo huius egit cō
trarium non obierit, oportet ita exponi, morte mo
rieris, i, necessitati moriendi eris addictus Quod
frustra diceret, si hō ex institutione suæ naturæ, ne- Iob 14.
cessitatē moriendi haberet. Mors ergo, atq; necessi
tas moriendi, sunt pœnæ homini pro pctō inflictæ,
cū pœna non infligat nisi p culpa. Cumq; hæ pænæ
sint in posteris. Adę, mox qn̄ sunt nati, constat in eis
tunc aliq̄ eē culpā nō actualē, sed originalē. ¶ Iterū
in Iob dr̄. Quis pōt facere mundū, de inmundo con
ceptū semine &c. Vn̄ clarissimè innotescit, ꝙ ex im-
munditia humani seminis aliquid immunditiæ ad
hoīem ex semine tali, conceptū deriuet, ꝙ non nisi
de originali culpa pōt verificari. Hinc denuo scrip
tū est: Nemo mūdus a sorde, ēt si unus diei uita eius
fuerit sup terrā. Deinde ibidem ondit, sicut ex Pri-
ma Scdæ inductū est, qualiter originale pctm̄ in po
steros deriuet. Et q̄ scribit ibi, snāliter satis iā supra
expressa sūt. ¶ Cōcordat Petrus, & addit Natura dat
in

instrumenta ut competit fini , ut vngues defensi-
oni,manus operationi,pedes ambulationi: multo-
magis diuina prouidentia ita agit,quæ cum produ
xerit hominem ad sui perpetuam cõtemplationẽ ,
nunc imperfectam in futuro perfectam , dedit ei
corpus impassibilè,immortale,id est , potens non
mori,nec pati, ne retardaretur in cõtemplatione.
Hæc Petrus . ¶ In præhabitis ẽt continentur , quæ
Albertus, Vldaricus , Richardus,& alij quidã scri-
bunt de ista materia. Albertus tamen,Petrus ac alij
quidam affirmant peccatum originale sumi dupli
citer,puta actiuè,sicq; vocari originale originans,
& ita fuisse in Adam,à quo in alios deriuatur.Scd'ò
passiuè,& vocari originale originatũ,id est in po-
steros deriuatũ, & ita non fuit in primis parẽtibus.

¶ At verò Bonauentura,diffusè hic scribit,sed ꝓ
lixitas est uitanda , nec introducta iteranda sunt,
Bonauent.
Originalis,inquit,peccati transfusionem ostendit
diuinæ uisionis carentia, rationalis erubescentia,
& concupiscentię prædominantia. Nullus enim si-
ne demerito,& peccato,priuatur beatifica uisiõe,
ad quam diuinitus est creatus,nec aliquis rationa
biliter erubescit de passionibus,quas habet natura,
nisi insint ei per aliquam culpam, omnes uerò na-
turaliter erubescunt de genitalium motu membro
rum. Similiter prędominãtia passionum hoc eui-
dentissimè oñdit,quæ est in ordinatio magna sub-
uersio grauis , iniustitia dura detrahens animam
in profundum,Cumq; hæc ab origine homini in-
sint,non est hoc sine malo contracto,ac præuio vi-
Iohan. 3.
tio.Hinc apud Iohannem dixit saluator : Nisi quis
renatus fuerit ex aqua,& spiritusancto , non potest
intrare iu regnum cœlorũ.Si ergo omnis non bap
tizatus tam paruulus,quàm adultus inde excludi-
tur,aliquam habet culpam non cõmissam , cum &
ante rationis usum huic subdatur sententię, ut ẽt
patuit in paruulis incircuncisis,de quibus in Gene
Gene. 17.
si dominus est testatus,Masculus cuius ꝑputij caro
circuncisa non fuerit , delebitur anima illa de po-
pulo suo.Potuit autem Adam totam suam posteri-
Adam potuit posteritatẽ sua originali inficere.
tatem originali inficere,conditione triplici cõcur-
rente.Prima est,quia non tantum humanę naturę
suppositum sed totius quoq; humanę naturę prin-
cipium.Secunda , quia mandatum sibi non extitit
datum vt singulari personæ,sed tanquam stipiti to-
tius naturæ humanæ , & hoc bene indicat textus.
Geneseos,qa mãdatũ illud descendit a uirò in mu-
lierẽ.Tertia qm̃ Adã ĩmortalitatẽ innocentiamque
susceperat pro se,ac tota sua posteritate , hinc ipse
ĩmortalis,& innocens,ĩmortales,& innocẽtes ge-
nuisset . Ipse quoque ꝑ transgressionẽ mortalis, &
reus effectus ,mortales , ac originali inectos gene-
rauit.Hæc Bonauentura . ¶ Consonat Alexander.
Alexãder.
Qui ẽt q̃rit hic , cũ in peccato Adę fuerint plures
deformitates, puta superbię, gulę, auaritię, inobe
dientię,ob quam harum deformitatum transfusũ
est illud peccatum in posteros.Et respondet: Origi
nale peccatum contractum est per inobedientiam
primorũ parentũ, principaliter Adę. Vñ anselmus:
Anselmus
Originale peccatũ nil aliud intelligere queo , nisi
nuditatẽ iustitię debitę per inobedientiam Adę fa-
ctã,per quam oẽs sunt filię iræ.Ratio itaq; transfun
dẽdi fuit,quia prohibitio esus ligni facta fuit Adę,
in quantum erat habens naturam totam in se. Suꝑ-
bia uerò,& gula,seu auaritia largè sũpta,corrupit
naturã in Adam,ut in certo supposito, non vniuer
saliter,ut in primo gñationis principio.¶ Iterũ scis
citatur,An originale peccatum traducatur ẜm so-
lam carnẽ, an secundũ solam animam, an secundũ
utrumq; . Et respondendum, quòd cum peccatum
originale sit pœna , & culpa, ab alia causa trahit ra
tionem culpæ, & ab alia rationem pœnę.Etenim ra
Originale traducitur & secundũ carnẽ, & secundũ animam.
tionem pœnæ trahit à fœditate vitiosa , quæ est in
carne, quàm cito eum infunditur carni fœdatur,si
cut à vitio vasis vinum corrumpitur. Rationem au
tem culpę trahit à carentia debitæ iustitię. Multa cõ
simlia q̃rit hic Alexander,sed breuitati studẽdũ est .

Scotus.
¶ Præterea ad intelligendũ huius articuli verita-
tẽ,confert,quod scribit Scotus: Cõiter,inquiens, dr̃
quòd voluntas peccãs, causauit in carne quandam
morbidã qualitatem , consequentem curuitatẽ vo-
luntatis, quæ morbida qualitas dr̃ fomes,lex mem-
brorum,&c.Et ẽst quasi quoddã pondus in aĩa, ex-
citans motus sensuales, inclinansq; aĩam ad conde
lectanctũ carni, sicq; reprimens a delectationibus ,
spiritualibus virtuosis , iuxta illud libri sapientiæ .
Sapien. 9.
Corpus,quod corrũpitur, aggrauat aĩam . Nempe
in instanti creationis,infusionisq; aĩæ, ipsamet ma-
culatur à carne infecta, ita quòd q̃uis infectio car-
nis non fuit culpa formaliter,sed culpæ sequela,est
tñ occasio culpæ in aĩa carni vnita : quia dũ anima
carni vniẽ, infectio eius talis est, qualis nata est esse
in aĩa Exemplificatur de pomo dato mundo à ma-
Anselmus.
nu recipientis fœdata. Et quia ẜm Anselmũ Adã ac
cepit originalẽ institiã pro se,& tota natura,q̃ tunc
erat in eo, ideo Deus iustè requirit à tota natura in
quo cũq; est, istã iustitiam. Nec personas excuset re-
cuperãdi impotentia:qm̃ ipsæ sibi impotentiã fece
runt in primis parentibus deserendo iustitiã,seu ip
sa natura in illis, hãc sibi ipsi impotentiã fecit iusti-
tiã relinquendo. Sed cõtra istud obijcit:qm̃ hæc na
tura numero, quæ est in Petro, nõ fuit in Adã,licèt
ibi fuerit natura eiusdẽ speciei, ergo ista natura nõ
Obiectio.
accepit illam iustitiã,nec est debitrix eius. Si dicas,
quòd fuit in Adã causaliter , ita etiam hæc persona
fuit in Adã causaliter:ergo idem est loqui de perso-
nis propagatis , & de naturis propagatorũ quantũ
ad propositũ. Eodem.n.modo oportet ostẽdere, ꝙ
persona sit debitrix, quẽadmodũ hęc natura,qa eo-
dẽ modo fuit in Adam causaliter, quãdo ipse iusti-
tiã accepit formaliter.Qualiter ergo sufficit modus
accipiẽdi iustitiã,ad debere iustitiã acceptum ? si.n.
non fuit in Adã ẜm uoluntatem, sed tm̃ secundum
carnẽ, & non põt esse debitor iustitiæ,nisi secũdum
voluntatẽ,secundum q̃ põt habere iustitiã, non er-
go est debitor iustitiæ, qa fuit in Adã causaliter, ut
Dilutio.
in principio ꝓpagatiuo.Rñsio.Non faciendo men-
tionẽ de hac ꝑsona, & de hac natura, ostẽdó quòd
iste debitor sit iustitię, qa iustitiã accepit formaliter
ipse Adã, & ipse in illo.Probo hoc sic,Omne donũ
est debitũ,qm̃ datur a Deo donãte volũtate antece-
dente,quãuis non voluntate consequente i.quantũ
est ex ꝑte Dei sine speciali gr̃a,& meritò eius,cui da
tũ est,sed ipso Adã accipiente iustitiam, ẽt filijs eius
data est ipsa iustitia volũtate Dei antecedẽte, vtpo-
tè quantũ fuit ex parte Dei, qa dareẽ,& filijs nisi es-
set ex parte ipsorum, seu patris ipsorum impedimẽ
tũ. ergo ex ista collatione facta patri, filij quoq; de-
bitores constituuntur eiusdem iustitiæ.Hęc Scotus.

Durãdus
¶ Porrò durãdus,hic latiùs refert opinionẽ dicẽ-
tiũ,quòd originale pctm̃ non sit nisi reatus.i. obli-
gatio q̃dã ad pœnã. Sed cum sit cõtra pręallegatos
doctores,cõcorditer astruẽtes, hoc repugnare diui
næ iustitię , ut aliquẽ priuet beatifica visione,& pœ
nę addijciat ẽt post hanc uitam, nisi pro aliqua eius
culpa:idcirco Durãdus nõ audet simpliciter opinio
ni illi assentire: quã tamen vr̃ non minimè approba-
re. Idcirco ad satisfaciendũ calũnię, dicit quòd ista
opi-

opinio,& aliorum positio , qui affirmãt originale
peccatum.uerè consistere culpam,non diuersificã-
tur nisi in verbis.quod non videtur posse defendi,
nisi quis penitus abusiuè , atque impropriè vtatur
noĩbus culpę , & pęnæ. Verum est equidem, ꝙ vnũ
& idem diuersis respectibus est pęna,& culpa,imo
& originale peccatum est tale, sicut ex Alexandro
iam patuit. Sed prima illa opinio accipit pęnã pro
eo, ꝙ ita est pœna, ꝙ non est culpa, sicq; dicere, ꝙ
originale est pœna tantum,seu reatus ad pœnã,&
affirmare, ꝙ etiam sit culpa, nequeunt simul stare .
Quòd uerò pro erronea illa opinione inducit Du-
randus. Peccatum actuale ipsius Adæ , non potuit
traduci in nos per originẽ,seu generationem, quo
ad actum,in quo formaliter ratio culpæ consistit ,
sed solum quantum ad reatum,istud(inquam)ini-
donei vr̃ prolatum.Dico enim, ꝙ traducitur quan-
tum ad carentiam originalis iustitiæ , cum debito
habendi eandem, quod constat esse peccatum .

Pharhisiensis
¶ Præterea Gulielmus libro de vitijs,& virtuti-
bus , atque tractatu cur Deus homo , multa de ista
conscribit materia:Introitum,inquiens , animæ ad
corpus , casum dico , & incarcerationem ex alto
suæ rectitudinis , deiectionemque libertatis , &
propter animæ vulnerationem , & inquinationem
ita se habet.Rectè quippè dixerunt antiqui theolo-
gi , lapsum hunc animæ,esse sicut lapsum cadentis
in lutum lapidosum, vbi cadens immergitur,inqui
natur , & vulneratur . Inquinantur etenim animæ
nostræ per recessum a sua puritate , vulnerantur
quoque multiplici infirmitate virium suarum, im-
merguntur in profundo laci, ita , ꝙ nisi adiutorio
gratiæ Dei suam dexteram porrigentis, extrahi ne-
queunt . Cadit anima in solicitudinem prouiden-
di necessitatibus corporis ,& in diuersas miserias,
ac molestias vitæ præsentis:& ita obruitur, ꝙ spiri-
tualia,& diuina ei non sapiunt;imo ad carnales de-
licias,ad perituras diuitiasse totam effundit.De his
multa hic doctor prosequitur, in quibus,& aliqua
inserit,quæ a communi traditione doctorum alie-
na videntur,de quibus breuitati studens pertrãseo.
Verum,quod ait de ingressu, & lapsu animæ in cor
pus, velut in lutum saxosum , consonat ei , quod
Bernardus.
gloriosus pater Bernardus testatur,animã in vnio-
ne sua cum corpore , quasi in aceruum acutarum
testàrum,lapidumve lædentium corruisse .

Henricus August.
¶ Insuper super his scribit Henricus, quodlibero
secundo quæstione 11. Paruuli incurrunt culpam,
non solum pœnam pro culpæ reatu , vt Augusti-
nus prolixè pertractat in libro contra Donatistas,
qui originale peccatum negabant.Pro quorum in-
tellectu sciendum , quod originalis iustitia in pri-
mo parente,nil aliud fuit, quàm supernaturalis gra
tia,quæ naturalem iustitiam roborabat,& pronita-
tem inclinandi se ad bonum quasi ad dexteram,da
bat:qua per inobedientiam perdita, in rectitudine
naturali voluntatis debilitatus est , & pronitatem
contrariæ inclinationis ad sinistram peccati incur-
rit.Ab hac autẽ deordinatione voluntatis in seipsa
consecuta est statim in pęuam, quasi naturalis dis-
crasia in carnem , qua caro cum appetitu suo , ac
sensibus cępit cõtra spiritum rebellare . Caro verò
sic infecta , dum semen uirtute sua informare de-
buit ad prolis procreationẽ, semini morbidam suã
qualitatem impressit, quæ semper remansit in ani-
ma.Cumq; semen completæ dispositionis esset, &
organizatum ad animam , & hæc ei infunderetur
ex ipsius animę cõnexione cũ tali carne. ipsa quoq;
anima mox pronitatẽ ad cõsentiendũ carni in pec-
catum , concepit , quo paruulus statim pronus fuit
ad concupiscendum, & factus adultus concupisce
ret actu . Et dispositio talis ad culpam, non est nisi
culpa. in ea namque consistit formalis ratio omnis
culpæ tam actualis, q̃ originalis. Hæc Henricus.

QVAESTIO III.

Tertiò quæritur, *An mala pœnalia, quæ sentimus assidue, sint effectus, & pœnæ originalis peccati.* ¶ Videtur quòd non, quoniam omnia ista, vide
Arguitur contra ueritatem.
licet mors. fames,sitis,timor,pressura, labor, & con
similia, sunt purè naturalia, vtpotè complectionem
mixtorum sequentia. Naturale quoque est sensuali-
tati in suum ferri obiectum, mox vt sibi offertur, si-
cut & parere cum dolore non solum hominibus ,
sed bestijs quoq; naturale est, & commune . Con-
formiter naturale est , fœminam subijci viro . Imò
omnium horum naturales , & rationales causas si-
gnauerunt Philosophi . Ergo in his non est confu-
giendum ad ea, quæ naturalem rationem transcen-
dunt, & fidem concernunt . Hæc non nisi breuiter
tango: quoniam competenter extant præhabita.

¶ Ad hæc Alexander rñdet: In Genesi ponuntur
Alexãder. Mulier tripliciter est punita ꝓpter transgressionẽ. Gene. 3.
tres pęnę ex parte mulieris. Prima est multiplicatio
erumnarũ in multiplicatione conceptuum . Secun-
da est,dolor in partu. Tertia, subiectio sub potesta-
te mariti. Duplex q̃ppe est cognoscitiua vis aĩę. Vna
rõnalis, alia sensitiua. Quantum ad rationalem, su-
mitur pœna subiectionis: quantũ ad sensitiuam, su-
mitur duplex pœna. Vna ẜm multitudinem, cum di
ciẽ: Multiplicabo ærumnas tuas. Alia secundũ ma-
gnitudinem, cum dr̃: In dolore paries. Vel sic, Indi-
uiduum tendit ad duo, videlicet ad conseruationẽ
sui secundum tempus determinatum,& ad conser-
uationem speciei simpliciter, mulier verò est sexus
passiui, & iuxta vtrunq; contrahit pœnã ex pecca-
to Nempe quantum ad actum generationis, qui est
ad cõseruationem speciei, duplicem contrahit pœ-
nã, vnam in portando, alterã pariendo. In initio au
tẽ actus generatiui, est delectatio, & ibi videtur es-
se sine pœna . Et fortasse hoc voluit designare no-
mine conceptus, vel tacuit hoc propter delectatio-
nem, in qua non videtur pœna. Sed ex parte actus,
qui est ad conseruationem indiuidui, est subiectio,
præfata sub viro , quamuis etiã non existente pec-
cato , fuisset mulier aliquo modo sub viro ratione
sexus,& corporis. attamẽ post peccatũ subiecta est
ei subiectione pęnali, ita ut velit nolit viro subijcia-
tur. Et cõiter, ac naturaliter esse sic debet, q̃uis inter
dum ex abusu, peruersitate, aut alia causa aliter fiat.

¶ Deinde in Gen. tanguntur pœnæ viri, cum diciẽ:
Ibidem.
Quia audisti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in
opere tuo. Quarũ pœnarũ quædã cõsistunt in abla-
tione boni, vt cum dr̃: Videte ne forte mittat manũ
Ibidem.
suã, & sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum .
Quædã autẽ consistunt in exhibitione, inflictioneq;
mali, cum diciẽ: Maledicta terra in opere tuo. Verũ
vniuersę hę pęnæ in speciali possunt faciliter ex tex
tu Gen. cõsiderari. Hęc Alexander. De his præcedẽ-
ti distinctione introducta est Bonauẽturæ respõsio .

¶ At verò Thomas: Ea, inquit, quæ sunt ad finem,
Thomas.
disponuntur secundũ necessitatẽ, & exigentiam fi-
nis. Cumq; ad supernaturalẽ finẽ factus sit hõ, data
sunt ei in prima sua institutione non tm̃ naturalia,
sed & supnaturalia dona, per q̃ ad supernaturalẽ fẽ
licitatẽ faciliùs ꝑueniret. Et qm̃ ultimo fini ꝑ amo-
rẽ non potuit inhærere, nisi superior pars sua, q̃ est
mens, liberè eleuaretur in Deum, subiectæ ei fuerũt
vires inferiores , vt nihil in eis possit accidere, per
quod mentem retardarent ad eleuationẽ in summũ
bonum

bonũ Hinc quoq; corpus ita fuit dispositũ, vt nulla in eo posset accidere passio, p q̃ mentis consempla tio impediret. Rursus, qa hæc oia inerãt hoi ex ordi ne ad ultimum finem, hinc mente p inobedientiam a Deo auersa, sublata sunt ꝓfata supernaturalia dona, sicq; relictus est hõ in naturalibus suis. Quod 4. Ecclesiasticæ Hierarchiæ capite diuinus Dionysius expressè fatetur. Veruntã isti defectus ꝓnt ad naturã humanam dupliciter comparari. Primò p respectũ ad naturalia sua principia, put ex elementis est constitutus, & ita sunt ei naturales, quemadmodũ ex nihilo esse, & dependere, cõseruationeq; indigere, est defectus oẽm consequens creaturã, nec ulli pœnalis, i, in pœnam, p culpa inflictus. Secundo comparãtur ad hoiem ut primo in supernaturalibus institutum; & ita sunt ei pœnæ. qa ẽt ex priuatione eius, q̃ gratis concessum est, punitur is, cui illud auferẽt. Ex his patet solutio ad obiecta breuiter tacta. De his diffusiùs scribit Thomas in Secunda Secundæ qõne 164. Et in Summa cõtra Gentiles lib. 4. Sed quia materia specialem nõ habet difficultatem, & doctores in ea concordant, pertranseo.

QVAESTIO IIII.

QVartò quæritur. *Vtrum quis a Deo miraculosè formatus ex digito aliave materia. contraheret originale peccatum.* ¶ Vt q̃ sic, quia & taliter genit⁹ fuit uirtualiter ĩ hoie primo, in quo ẽt tota caro vt infecta. ¶ Ad hoc rñdet Heri. quodlibeto primo qõne 20. In semine, de quo format corpus humanum non est originale pctm, nisi ut in materiali radice, & quasi infectio morbida existens in semine, cõtracta a parentibus p p fomitem manentem in ipsis, et post originalis peccati ablutionẽ: in aia verò coniuncta corpori tali, est quasi incompleméto formali. Verũ illam morbidã infectionẽ dicunt aliq; non pcedere a voluntate primi parentis, nisi mediante patris proximi uoluntate, & hoc dupliciter. Vno mõ, ut ex uoluntate primi parentis dicat pcedere dicta infectio morbida existens in semine, inquantũ oes, q ab ipso procedunt, ipse mouet motu gnationis p uirtutem actiuam in gnatione, q̃ principaliter procedit a patre, ita q̃ fœtus non contraheret pctũ originale a matre, patre non infecto. Alio mõ, ut qa ex voluntate libidinosa primus parens post pctm suũ gnauit, gnatus quoq; libidinosè, similiter libidinosè gnauit: p hoc ex libidine gnati, contrahunt originale pctm. Vñ ꝓm istas positiones, generatus miraculosè ex carne digiti, non contraheret originale. Sed modus ponendi traductionẽ originalis peccati taliter, non vt conueniens. Pctm. n. originale uocat naturę iuxta illud Apost. Eramus natura filij iræ. Simile aũt quodammõ est de traductione naturæ humanæ ex primo parente, & de traductione originalis pctĩ, ita q̃ sicut secũdo gnãtes nõ traducũt naturã ut natura est, nisi qa talẽ receperunt a parente primo, nec eam ꝓpria actione immutare ualẽt in aliquo, sic & pctm originale non traducunt, nisi ut ipsum in natura a primo acceperint parere, ita ut ꝓpria actione ĩ ipsa originalis pctĩ natura immutare nil q̃ant. In q̃buscunq; ergo inuenit natura ab Adã p ꝓximos parẽtes traducta obnoxij sũt radici originalis pctĩ, qa natura infecta quasi materialiter in se hẽt originalis pctĩ radicẽ, ita q̃ q̃quid de illa formatur, necesse est, q̃ aia eius ex coniunctione cũ illo contrahat originale. Hinc Apo. traductionẽ originalis nõ nisi primis ascribit parentibus ad Roma. Vñ & de pœnalibus dispositionibus in nobis ex originali conse cutis, loquit Aug. lib. 3. de libero arbitrio, q̃ ideo dicunt peccata; qm̃ sunt de pctõ illo primo liberę uolũtatis, Volũtati aũt, & actioni alicui⁹ ꝓximi parẽtis nõ attribuit eas. Dicendũ ergo, q̃ traductio originalis peccati, est p p morbidã dispositionẽ naturæ, ex uoluntate peccatrice primi parentis, pductæ, nõ ex aliqua actione proximi gnãtis, ita q̃ quacũq; substantia materiali traducta, p naturalẽ gnationem p medios gnãtes, ex primo parente, siue substantia illa traducta sit in semine vnius parentis, siue amborũ, siue in substantia membri, ut in manu, vel pede, vel q̃quid ex illa gnetur siue miraculosè, aut quocunq; alio mõ, nisi substantia illa priùs purgẽt ab infectione ꝓfata, contrahit aĩa originale pctm, ex coniunctione cũ corpore formato ex illa materia: uelut si quis lepra esset infectus, quicquid ex eius corpo gigneret, esset leprosum. Porro si quis miraculose gnaretur de materia ex primo parente non traducta, aut certè ab ipso traducta, sed ab illa infectione priùs purgata, nullum contraheret originale. Si aũt objiciatur, nullus contrahit originale, nisi fuerit in Adam ꝓm seminalem rõnem. ideo etenim Christus non contraxit illud, ꝓm Aug. 10. super Genesim, gnãtus aũt miraculosè non fuit in Adam ꝓm rõnem seminalem, quæ est uis naturalis gnationis in semine.

¶ Rñdendum, quòd illud generatum dr̃ fuisse ꝓm seminalem rõnem in Adam, quod ex suo principio formali sub eadẽ rõne, & dispositione existente formatur, sub qua erat in Adam, atq; ex ipso traductũ, vt sicut sub morbida dispositione in illo fuit, & ab ipso traductum est, sic sub eadẽ dispositione aliud gnetur ex ipso, aliàs non est generatum ab eo ꝓm rõnem seminalem, sicq; Christus fuit in Adam ꝓm corpulentam substantiam, quia substantia uirginei sanguinis, de qua corpus Christi formatum est, fuit substantialiter traducta de Adam, nõ tñ ꝓm seminalem rõnem: qm̃ non sub eadem extitit dispositione cum Christus formatus erat de illa substãtia, sub qua descẽdit de Adam, imo vel sacratissima mater Christi priùs purgata fuit, & sanctificata a fomite originalis peccati, quàm Christus conciperetur ab ea, ut nõ haberet nisi semen purum, & mundum, aut ipsum purificatum fuit omnino in uirgĩne. Miraculose verò põt q̃s gnari ex morbida substantia, q̃ ꝓm seminalem rõnẽ fuit in Adã, p seminalẽ quoq; rõnẽ, quãuis nõ naturaliter nec seminaliter ex illo sit gnatũ. Hęc Henricus. ¶ Verũ de hoc vt̃ sanctus Thomas in prima Secundæ qõne 81. art. 4. aliter sensisse, dicendo: Originale pctm a primo parente traducitur in posteros, inquantum posteri mouentur ab Adam per gnationem, quemadmodum membra mouẽtur ab aĩa ad actuale peccatum. Non aũt est motio ad gnationẽ, nisi per uirtutem in generatione actiuã. Hinc illi duntaxat contrahunt originale, qui ab Adã descẽdunt per virtutem actiuam in gnatione ab Adã originaliter deriuatam, quod est ꝓm seminalem rõnem ab eo descendere. Ratio quippè seminalis nil aliud est, quã uis actiua in gnatione. Si aũt quis formaretur virtute diuina ex carne humana, constat q̃ uis actiua non deriuaretur ab Adam, ideo nõ cõtraheret originale, sicut nec opatio, seu actiua potentia manus, pertineret ad pctm humanum, si manus non moueretur ab hois uoluntate, sed solum a mouente extrinsecus. Hinc ꝓm Aug. sup. Gene. fuisse in Adam ꝓm seminalem rõnem, solũ causat originalis pctĩ traductionẽ, Hæc Tho. in Sum. ¶ Durand⁹ segũ positionẽ Henri. Bona. verò in qõnibus circa litera, narrat positionẽ utramq;, & addit securiùs esse seq rñsionẽ istã secundã, quam & Tho. secutus est: qa & hoc

hoc magis concordat Magistro, & quod plùs est ẽt August. no in libro contra Pelagium.

QVAESTIO V.

Matth. 15. Arguitur contra ueritatem.

QVintò quæritur. *Vtrum aliquid transeat in veritatem humanæ naturæ per actum nutritiuæ, aut generatiuæ potentiæ.* ¶ Videtur, quòd non, per illud Matthæi, Omne, quod intrat peros, in ventrẽ vadit, & in secessum emittitur. Secundò veritas uniuscuiusq; rei consistit in hoc, q̃ secundũ speciem est, seu, q̃ specificè est, q̃ aũt per modũ aduenit nutrimenti, habet semper modũ materiæ, ut scdo de

Philoso. ¶ gnatione habetur, sed caro ꝓm materiam: non fit caro ꝓm speciem, vt ex prima de gnatione probatur, ergo nutrimentum in veritatẽ non transit humanæ naturæ Tertiò, illud ad veritatẽ humanæ naturæ spectat, in quo calor conuertens humidũ, radicatur: sed tale humidum consumptũ non restauratur ꝓm medicos, ut patet in laborantibus tertia specie Ethicæ, quæ idcirco incurabilis est, quia non restauratur humidum tale. Cum igitur oẽ illud, in, q̃ alimentũ conuertitur, post consumptionẽ valeat restaurari, apparet, q̃ nutrimentũ in id, qd̃ propriè veritatẽ humanæ naturæ pertinet: non mutetur. Quartò, omne illud, in qd̃ cibus conuertitur, etiam per calorem continuo agentẽ dissoluitur, ut fluẽs, & refluens, idem iudicetur. sed impossibile est, q̃ est in corpore, sit vt totum, & refluens fluens, sicut probabitur. ergo oportet aliquid in corpore esse manens, in quod alimentum non conuertatur, & hoc præcipuè ad humanæ naturæ pertinet veritatem, ergo alimentum in id, quod per se est de veritate humanæ naturæ, nequaquam mutatur. Probatio minoris, si non esset aliquid fixum manens in corpore humano, contingeret quamlibet partem eius euanescere posse, aliquo alio in loco eius substituto. per eandẽ quoq; rõnem, contingeret sic in toto, sicut in qualibet eius parte, contingeret ergo, q̃ de tota materia illa, q̃ primò fuit in corpore hominis alicuius, nil remaneret in fine. Cũque vnitas indiuidui fit ex vnitate materiæ, non esset idem hõ numero in principio infantiæ, & in fine, q̃ est absurdũ. Quintò, nulla virtus naturalis debilitatur, multiplicata materia sibi conueniente, sed solum per admixtionem extranei: virtus autem conuersiua in homine debilitatur in fine uitæ, aliàs homo in infinitum posset augeri, ac viuerè. Hoc ergo contingit per admixtionem extranei. Nihil verò admiscetur naturæ, in qua virtus conuersiua priùs fundabat̃, nisi, q̃ ex alimento est generatum. id ergo, q̃ ex nutrimento est generatum, extat extraneum ei, in quo veritas fundatur naturæ. Sextò natura facit unum, quodq; faciliori mõ, quo fieri potest, Deus aũt multo ordinarius agit, quàm natura, cũ ergo facilior modus augendi, quid, fit per multiplicationẽ materiæ, q̃ qui cõuersionẽ alterius in id, quod augetur, ergo in homine ita fit. Septimò, quæ unius sunt speciei, uno mõ suum sortiuntur conplementum, sed paruuli quidẽ defuncti, in resurrectione exurgent in quantitate completa, non per additionem nutrimenti, sed per multiplicationẽ materiæ in seipsa, ergo, & cæteri homines, ita ad congruã pertinẽt quantitatem. ¶ In oppositũ est, q̃ ꝓm Philosophũ primo de generatione, Nihil nutrit carnem nisi, q̃ potentia caro est. Rursus secundum eundem, nutrimentũ in principio dissimilè est nutrito, in fine cõsimile. ¶ Ad hoc Thomas rñdet: Circa hoc sũt multæ opiniones, quidã dicunt quẽadmodũ, & Magister in litera sentire videtur, q̃ id, quod ex parentibus decisum est, id in quo ueritas naturæ corporalis huius nati consistit, id quoq; in maiorem excrescere quantitatem, saluatum omnino, seu integrum manens, ita, q̃ nihil ei adiungitur, ut in quantitatẽ surgat maiorẽ. Et hoc solum sic auctum, dicunt resurrecturum. Ponunt demũ al. menti suceptionem necessariam esse: non ad augmentũ, quatenus nutritiua augmentatiuæ deseruat, neq; ad restaurationẽ deperditi, sed tantum ad fomentum naturalis caloris, quemadmodum liquescẽti auro miscetur plũbum, ne aurum consumatur calore, sed solum plũbum Verum ista opinio vt̃ irrationabilis ex duob⁹, videlicet tam ex parte eius, q̃ nutritur, quã ex parte alimenti, quod aduenit. Non enim fieri põt augmentum, nisi secundum hoc, q̃ materia, quæ primò est terminata sub dimensionibus paruis, post ad maiores perducitur, q̃ fieri nequit nisi dupliciter, Primò, quòd tantum de materia fiat sub dimensionibus magnis, quantum sub paruis, talisq; mutatio de paruo in magnum rarefactio appellatur, & per eam efficitur. In hoc enim differunt dẽsum, & rarum, quòd in raro est parũ de materia sub dimensionibus magnis, atque in denso multum sub paruis, ut quarto dicitur Physicorum. Secundò, q̃ Philoso. plùs de materia fit sub magnis dimensionibus, quã sub paruis. Quod nequit contingere, nisi, quia vel materia est de nouo creata, vel per hoc, q̃ id, quod fuit materia alterius corporis, efficitur huius, corpore illo transmutato in istud. Vnde, & Augustinus 10. super Genesim ad literam, ait: Nil irrationabilius esse, quàm putare ullum esse corpus, q̃ manente suę quantitate naturæ undiq; crescat. ¶ Poro augmentum corporis humani non fieri per rarefactionem, neque per materiæ de nouo creatæ additionem, est euidens: quia materiam omnium simul creauit Deus, ut sancti testantur, restat ergo augmentum hoc fieri per conuersionem alterius corporis, in corpus humanum verè conuersi. Ex parte etiam alimenti hoc patet, quia secundum prę fatam opinionem sumptio alimenti non esset natura per se intenta, sed per accidens, ut scilicet alicui nociuo occurreret, puta calori naturali digerenti, & fit transmutatio cibi non esset necessaria per se ad corporis humani augmentum, tunc calor conuertens esset superfluus, ficq; in operibus naturæ diuinitùs institutæ multa inuenirentur superflua. Veruntamen sustinentes opinionem hanc, inuenerunt tres modos pro ea, quorum quilibet refutãt. Quidam eorum dicunt, q̃ talis multiplicatio fit miraculosè virtute diuina, quẽadmodum panes quq; legunt̃ in euãgelio multiplicati. Sed istud expressã continet falsitatem, dum opus naturæ in miraculũ uertitur, nec certum est illam panum multiplicationem esse factam, ut dicunt, imo forsan oportet fateri, quod facta sit per aliorum corporum conuersionem in panes virtute diuina. Hanc autem conuersionem cibi in carnẽ natura facere potest, quæ transmutat id, quod est in potentia in actum. quod autem naturæ possibile est, Deus committit illi, q̃ vnicuiq; perfectionem largitur ꝓm quod capax est. Hinc non oportet ad miraculum confugere. Alij dicunt, quòd cum corpore humano sit multum de quinta essentia, multiplicatio corporis humani est instar multiplicationis quintæ essentię, ita, quòd sicut lux solis multiplicatur in seipsa diffusa in aere, sic corpus humanum multiplicetur sine additione extrinseci. Quę adinuẽtio duas continet falsitates. Prima, qm̃ corpus qntę essentiæ nõ venit in cõpositionẽ corporis humani nisi uirtute tm̃, cũ nõ sit cõ

Philoso. In oppositum.

Thomas.

Augustin.

Augmẽtũ humani corporis quomodo fiat.

Iohan. 6.

miscibilè, nec diuisibilè, nec extra proprium locum ualeat esse. Secunda est, quia diffusio lucis non est per multiplicationem materiæ, cum lumen non sit corpus, sed est multiplicatio tantum formalis, sicut in qualibet alteratione, aut generatione agens multiplicat suam formam in materia. ¶ Tertij dicunt, ꝙ materia prima in se caret omni quantitate, & forma, sicq; æqualiter habet se ad recipiendum omnẽ quantitatẽ, sicut, & quamlibet formã, Ideo quatũlibet parũ sit de materia prima ĩ quouis corpore paruo, pōt ad eo recipere quantũlibet quantitatẽ, ut ex grano milij fieri ualeat totus mundus. Nec mirũ, cũ ex punctali materia mundus sit factus. Cum enim materia careat q̃titate, indiuisibilis ẽ instar puncti. Verũ, & iste modus multipliciter deficit. Primò, qm̃ imaginatur materię indiuisibilitatẽ ad modũ pũcti, ut sic ex materia punctali mũdus sit factus, quasi ꝑ quandã extensionẽ, ac si res parua extẽdant̃ in magnã, ꝙ non est uerum. Materia nãq; dr̃ indiuisibilis, per negationẽ totius generis quantitatis punctus verò indiuisibilis est tanq̃ quantitatis principiũ, sitũ habens determinatũ. Hinc ex materia res fit quãta: non per extensionem loquendo de materia prima, cum extensio non sit nisi eius, ꝙ alicuius extitit quantitatis, sed per quãtitatis susceptionem. Scd̃ò, quia etsi materia prima prout in se consideratur, non habeat quantitem: non tñ sequitur, quòd sit in potentia ad quamcunq; quantitatẽ imaginabilem. Cum.n. materia recipiat alia accidentia quantitate determinante, secũdum exigentiã formæ, qa subiecta materia cũ forma, est causa eorũ, q̃ insunt, vt primo Physicorum habeẽ, oportet, ꝙ materia prima ad nullã quantitatẽ sit in potentia, nisi quę sit formæ naturalis, q̃ certã in sua materia exigit quantitatẽ. Tertiò, qa si materia, quæ fuit subdimẽsionib̃ paruis, fiat sub maioribus, hoc esse non pōt nisi per rarefactionem, qui modus augmentationi corporis humani non competit. Quartò, quia dum loqmur de materia existente in hac re, iam dimittimus cõsiderationem materiæ absolutæ, ideo, ꝙ conuenit materiæ absolutè cõsideratæ, non oportet huic conuenire materiæ. Hinc materia, q̃ est in hac re: non est in potentia ad quãtitatẽ totius mundi, sed ad determinatũ q̃d quãtũ per rarefactionem cõsequi potest. Et hoc non excedit raritatẽ ignis, quia ut asserit Cõmentator super quartũ Physicorum, maior esse non ualet. Hinc aliorũ positio est, qd̃ in corpore humano, & alijs, q̃ aluntur, aliquid fixum est manens in toto tempore uitæ, in quo ueritatem humanæ naturæ dicunt consistere: aliquid quoq; aliud fluẽs, & refluens, ꝙ aduenit, atq; consumitur, ꝙ ex cibo ẽ generatũ. Differunt tamen a primis in hoc, ꝙ sumptionem tibi dicunt necessariã non solum in caloris fomentum, sed in augmentum etiã quantitatis. Non enim posset, ꝙ primò a generantibus decisum est, ꝙ, & permanens dicit, in tantam quantitatem extendi, ut est, quãtitas corporis humani, nisi alia materia adderetur, quę simul cũ ꝑexistente materia totam reciperet quantitatem sine rarefactione. Hoc quoque, ꝙ permanet dicunt diffundi per totum. consimiliter, quòd aduenit, & recedit, sicut in admixtione uini, & aquæ, q̃ in uinum conuertitur, ꝙ sic uirtus uini fortior manet in parte materiæ, quæ ante permixtionem aquæ sub forma uini fuit. Sic igit̃ ponunt hi illud quod ex alimento est generatum: non esse penitus alienum a ueritate naturæ humanæ, ut primi dicunt, sed secundario pertinere ad eã, ꝛm ꝙ necessariũ est ad debitæ necessitatis cõplementum. Idcirco non totũ in resurrectione dimittetur, ꝙ ex alimento conuersum est, sed reseruabitur tantum, quantum expedit ad perfectionem quantitatis corporis resurgentis. Deniq; autor hui̇ opinionis extitit Alexander, Commentator, ut libero de generatione ait Auerrois. ¶ Sed, nec istud uẽ ritatẽ habere. Cum.n. de natura caloris sit, humorẽ consumere, ignei inquam caloris, oportet, ꝙ calor ignis est instrumentum aĩæ uegetatiuæ, ut secundo de Aĩa dr̃, indifferenter quantum in se est, humidum omne consumat. hinc non pōt efficax rõ assignari, cur aliquod humidum signatum in tota permaneat uita. Præterea ꝛm hanc positionẽ, sumptio alimenti primò, & per se non esset ad restaurationẽ deperditi, sed solum ad augmentum. constat autem, quòd opus augmẽti præsupponit opus nutrimenti, & illud tm̃ nutritum, in quo perditio facta est, ꝙ per nutrimentum restauratur. Vnde si nõ esset consumptio, nisi eius, ꝙ per augmentum ꝑincipaliter assumitur, nutrimentum esset nisi propter augmentum. ¶ Tertia opinio est, quam primo de Generatione ponit Auerrois, ꝙ nihil pōt accipi in corpore signatum, ꝙ sic fixum, permanens. sed totũ, quod in corpore est, cõsiderari pōt dupliciter. Primo ex parte materiæ, & sic non est permanens. Secundò ex parte formæ, & speciei, & ita ex permanens. Con.parat.n. Aristoteles primo de generatione transmutationem cibi in carnẽ adustioni lignorum: uidemus.n, quòd si ignis accendatur, & continuè ei ligna immittantur secundum, quod alia cõsumuntur, quòd forma ignis semper remanebit in lignis, attamen materia qualibet cõsumeẽ, alia sibi succedente materia, in qua species ignis manebit, quãuis illud, qd̃ recipit formã cõtinuè consumat̃, & restaureẽ. ¶ Hæc positio a duobus primis differt in hoc, quòd secundum eam non pōt aliquid materię designari, quod maneat semp, sed quælibet pars signata ex hoc, quòd est materiæ, in ipsa hẽt, qd̃ fluat, & refluat, ita tñ, qd̃ illud, qd̃ ẽ formæ semp maneat. Primæ uero positiones, ponebant aliquid materiæ signatum, ꝙ esse ꝑmanens, in quo primo, ac principaliter ueritas humanæ cõsistat naturæ, atq; in hoc differunt inter se, qd̃ prima opinio ait alimẽtum nullo mõ in ueritatẽ naturæ conuerti: secũda uero opinio dixit illud conuertiin id, qd̃ secundariò est de ueritate naturæ humanæ, nõ primò: sed 3. opinio dicit nutrimentum conuerti in id, qd̃ primò ac principaliter ẽ de ueritate naturæ humanæ. Quamuis.n. id, quod primò in carnem conuersum est ex semine perfectius sit speciẽ carnis assecutum, quã, quòd ex cibis adgeneretur: tamen aduenientecibo, in fine digestionis fit permixtio, ut totum uniformiter ueritatẽ speciei recipiat sine aliqua distinctione. Et secundum hoc ẽt, patetq; in resurrectione oportet tm̃ de eo, qd̃ gn̄atum est resurgere, quãtum ꝑtinet ad cõplemẽtũ debitę quãtitatis. Et huic 3. opinioni magis cõsentio sine piudicio aliarũ. Ad primũ rn̄deo, ꝙ in actuoritate illa ly, totũ, non designat totũ integrale, sed totũ in quãtitate. Nõ ergo totũ integralit̃ in secessũ emittiẽ, sed de quolibet aliq̃d, cũ oporteat purũ ab ĩpuro secerni. Ad scd̃m dicendũ, qd̃ ꝛm tertiã opinionẽ, caro ꝛm materiã, & caro ꝛm speciẽ, nõ differunt re: sed dr̃ caro ꝛm speciẽ, prout participat formam, & proprietates consequentes speciẽ. dr̃, quoq; caro ꝛm materiã, inquãtum ex materia cõstat. Ad tertium, qd̃ ꝛm medicos humidũ, qd̃ ex primis gn̄atibus trahitur, non oportet ideo radicale uocari, quia semper permaneat distinctum ꝛm materiam, & humiditatem ab humido ex alimentis ad gn̄ato: sed qm̃ calor naturalis in

inhumido illo priùs existit, & illud, quod permisceẽ, non participat speciẽ, nisi virtute humidi, cui miscetur, sicq; est radix totius, ꝙ postea ex alimẽto cõuertit: Nõ qd̃ vtrunq; humidũ post finẽ vltimę digestionis distinctũ remaneat, sed vnã accipit proprietatẽ. Nec dicitur cõsumi humidũ radicale ꝑ ꝑ discessum talis materiæ, sed qa non manet ꝑprietas, quã totũ mixtũ habebat ex virtute humidi primi. tunc.n. non pōt restauratio fieri. Ad quartũ, ꝙ cũ illud, qd̃ aduenit ex alimento ad gn̄atũ, ꝑmixtum sit ei, ꝙ priùs erat, atq; ex ambobus simpliciter vnũ effectũ fit, sup̃ sit deperditio in vtroq; proportionabiliter, ideo nũ quã cõtingit, ꝙ totũ illud, quod priùs erat, abscedat ita quòd nihil prioris materiæ maneat, imo sup̃ aliq̃d manet: & illud, quod aduenit, est vnũ cum eo, ꝙ præerat. Ideo est materia vna, vnumq; indiuiduum per totã vitã, vt patet in igne, qui lignis nutritur. sp̃ enim manet vnus numero ignis, q̃uis quibusdam lignis appositis, alia cõsumantur: qm̃ illud, quod aduenit, semper efficitur vnũ cum illo, quod præerat. Magis quoq; simile esset, si fieret cõmixtio ꝛm totũ, vt est in nutrimento: secus esset, si ex materia aduenientegeneraretur ignis, aut caro seorsum. Tunc.n. ꝑ ꝑ omnimodam diuersitatẽ materiæ, esset diuersitas ꝛm numerum. Ad quintum, quòd, illud ex nutrimẽto adgeneratur, nõ ita perfectè naturã cõsequitur speciei, vt illud, quod primò per virtutẽ formatiuã in carnẽ, aut os extat cõuersum: tũ, qm̃ prima generatio erat carnis ꝛm se, secunda aũt est carnis quasi per commixtionem: tũ, quia quo virtus animæ magis diffunditur, ac spargitur, eo debilior redditur, vt patet in corde, quod quanto fuerit maius, tanto minus est calidum, ꝑ ꝑ ꝙ animalia, cor magnũ habẽtia, naturaliter sunt timida, vt 13. de Aĩalibus scribit Philoso. Ad sextũ, quod multiplicatio materiæ nõ est possibilis per naturã, qua cũ nõ agat ꝛm se totã, sed ꝛm formã suã tm̃, multiplicat solũ formã. Ad septimũ, ꝙ oĩa, qua eiusdẽ sunt speciei, operatione naturali vno mõ suam consequunt̃ perfectionem: si tm̃ vnus naturaliter id consequatur, & alius per miraculũ, non erit idem modus. Hæc Tho. in Scripto.

Cor magnum minus est calidum. Philo.

¶ Insuper de hac rescribit in prima parte Sũmæ, quæst 119. Iuxta Philo. 2. Metaph. ita se habet vnũquodq; ad veritatẽ, sicut se hẽt ad esse seu entitatẽ. Id ergo pertinet ad veritatẽ naturę, ꝙ est in cõstitutione naturæ ipsius Natura verò dupliciter pōt cõsiderari. Primò in cõi ꝛm rationem suam specificã. Secundò, vt est in hoc indiuiduo. Itaq; ad veritatẽ naturæ primo modo acceptæ, pertinent forma, & materia cõiter sumptæ. Ad veritatem aũt naturæ in hoc particulari acceptæ, pertinent materia indiuidualis signata, & forma per eam indiuiduata. Porrò nonnullæ sunt formę, quæ saluari non quæunt nisi in vna signata materia, vt forma solis. Et iuxta hũc modum aliqui posuerunt, quòd anima humana nõ potest saluari nisi in materia, cui in exordio sui fuit vnita, &c. vt supra. Sed hæc positio irrationabilis comprobatur: Primò, quia eiusdem est rationis, ꝙ forma fieri possit in alia materia, & quòd propriam materiam possit relinquere. hinc omnia generabilia, sunt corruptibilia. Cumq; anima hominis possit ab hac sua materia separari, alioquin corpus humanum non esset corruptibile, sequitur quòd alij materiæ queat vniri, quæ in veritatẽ naturæ humanæ conuertitur. Secundò: qm̃ impossibile est multiplicari materiam, nisi vel ꝛm quantitatem tãtum, sicut in rarefactis, vel etiam secundum substantiam materiæ: sola autem eadem substantia materiæ permanente, non pōt dici, quod sit multiplicata: qm̃ idem ad seipsum nõ constituit multitudinem, cũ necesse sit omnem multitudinẽ ex aliqua diuisione causari. vnde oportet aliquam aliã materiæ substantiã addi per creationem, aut per conuersionem alicuius in ipsam. Tertiò, quia in omnibus, quorum materia tota est in vno supposito, nõ est, nisi vnum indiuiduũ in specie vna, vt patet in sole, & luna. sicq; non esset nisi vna speciei humanæ persona. Quartò cũ homo quantũ ad partem vegetatiuam, nõ differat à plantis & animalibus, sequeretur, quod in ipsis quoq; nõ fieret cõuersio alimenti in corpus nutriti. Hæc Tho. in Summa, vbi præfatas recitat opiniones partim sub alijs verbis, & addit ibidem: Si vno ligno combusto, aliud paulatim in ignem mutatur, sicq; deinceps quousque omnia prima ligna consumantur, remaneret ignis numero idem: quia semper quod additur, transit in præexistens. Idem dicendum de corporibus viuis, in quibus ex nutrimento restaurat̃ur, quod per naturalem calorem consumitur.

¶ Præterea has opiniones iam tactas Petrus quoque hic recitat, ad nullã earum, specialiter se diuertens: sed qualiter vnaquæq; earum possit, defendi, declarãs: Quẽadmodũ, inquiens, in sua Metha. loquitur Auicẽna: veritas vniuscuiusq; rei est proprietas sui esse, quod stabilitum est ei. hinc illud de veritate naturæ humani est corporis, quòd manet in ipso, non quòd continuè fluit, ac refluit. Alioquin non esset veritas naturæ humani corporis eadem, à principio vitæ vsq; in finem, si nihil in fine maneret, quod in principio fuit: Et quod manet est id, cuius virtute à principio conuersio alimenti aduenientis efficitur. id verò, quod non manet, est ꝙ per conuersionẽ aduenit. Quid aũt sit id, ꝙ manet, est triplex opinio, &c. sicut narratũ est. Et de tertia opinione subiungitur. Alij dicunt, quod nihil in actu, de substantia primorum, vel proximorum parentum trahimus, sed ex superfluo alimenti proximorum parentum, quod alimentum fuit substantia parentũ in potentia, generamur: & corpus inde formatũ, ex conuersione alimenti, in ipsum augetur, atq; in speciem corporis verã conuertitur. Tota quoq; materia continuè fluit, ac refluit, ita quòd parum, aut nihil eius, signatũ manet à principio vsq; in finem: sed successiuè, non simul tota, vel ferè tota renouatur. Humido namq; seminali humidum nutrimentale totaliter miscetur, & æquè verè participat speciem sicut ipsum. Porrò secundum primam opinionem, multiplicatio ista materiæ in se cum adminiculo naturæ, non est miraculum, sed illa, quæ sine adminiculo fit naturæ, sicut infundere animam corpori, non organizato, esset miraculum, non autem infundere eam, corpori organizato, quamuis vtrumque solius sit Dei, sic & multiplicatio ista materiæ, Dei dumtaxat est effectiuè: attamen quando fit adminiculo naturæ, tunc est opus naturæ dispositiuæ. Sicq; augmentum tale, potest dici naturale, sicut infusio animæ in corpus bene dispositum.

Petrus.

Auicenna

¶ Richardus demum: Quidã, inquit, vt Magister, opinantur, quòd quamuis cibi, & humores in carnẽ & sanguinem conuertantur: non tamen in veritatẽ naturæ humanæ Dicunt quippe, quòd primi parentes, in generatione filij deciderunt aliquam partem substantiæ suæ, & illa per naturam multiplicata est in seipsa, sine conuersione alicuius in ipsum. Conformiter dicunt de filio, illo respectu, prolis ipsius, idque solum dicunt pertinere ad carnem, quæ est de veritate naturæ humanæ. Contra hoc arguo: Hugo primo libro de Sacramentis testatur: De nihilo aliquid facere, & de aliquo aliquid in maius,

Richard.

& de aliquibus aliquid in minus, siue de aliquo nihil, solus deus pōt, hinc quòd illa parua portio a primis decisa parentibus, esset multiplicata intrū, quòd de illa sit facta oīum hoīum caro, qui ab Adam per illū filium naturaliter descēderunt, sine alicuius alimenti conuersione in carnem, non potuit esse opus naturæ. Vī ergo mihi dicendū, certū esse alimentum non posse conuerti in veritatē naturæ humanæ ratione suæ formæ completiuæ, quæ est aia intellectiua: idcirco si conuertitur in veritatē naturæ humanæ, oportet quod cōuertatur in carnē, quæ est de essentia naturæ humanæ. Porrò caro indiuidui huius signati, dupliciter pōt intelligi esse de essentia eius. Primò, tanq̄ necessaria a repositionē eius in specie humana. Secundò, tanq̄ necessaria ad conseruationē eius per suā periodū, ac perfectā quatitatē ipsius. Primò modo nulla caro in isto indiuiduo, est de sua essentia, nisi quæ formata est ex semine a parentibus ministrato. Secundo modo, caro, in quam conuertit nutrimētū in indiuiduo isto, est de essentia suæ naturæ, q̄a ex ea, & anima fit vnū simpliciter. Hæc Rich.

Caro qualiter sit de essentia particularis hominis.

Bouauen. ¶ Atuero bona Bona. Opinio, inquit. Magistri hoc modo multū rationabilis, esse apparet, si verba attēdantur sanctorū, conditio resurrectionis, lex quoq; cognationis. Hanc opinionē quidā sustinentes, dixerunt præfatā multiplicationē sobolis humanæ sine extrinseci appositione fieri supernaturali virtute: alij quòd super cœlesti potestate. Tertij, quòd virtute elementari. Primi dixerūt, quòd sicut Deus omnipotens reseruat, sibi animarū creationē p̄p̄ earum immortalitatē, sic substantiam corporū humanorū multiplicat, & augmentat sine additione extrinseca quēadmodum multiplicauit quinq; panes, & costā, de qua formata est Eua. Et hoc: qm̄ corpora humana ad immortalitatē sunt ordinata. Veruntū sic multiplicando, non dicitur operari miraculo, quia hoc facit quasi faceret per naturam. Natura quippe alendo quasi fouet extrinsecus, Deus verò est, qui nutrimentum, vel incrementū præstat intrinsecus, Huic aūt opinioni obuiāt sensus, & ratio, atq; auctoritas. Sensus, quia videmus hoīem produci ex hoīe, sicut æquū ex æquo, & plantā ex planta: ergo si alia corpora naturalia sunt ex materia addita, & sensus non fallitur, videtur de humanis corporibus similiter iudicandū. Ratio etiā obuiat: qm̄ nō est gnatio naturalis nisi ea, in qua natura est verè agens ac simile sibi producens. Si ergo multiplicatio hominum ex hominibus esset per superna naturalē virtutē, non virtute naturæ, generatio hoīs ex homine naturalis nō esset, & per consequens nec gnatio vera Obuiat itē auctoritas: qm̄ Aug. 10. super Geñ. protestatur: Nos fuimus in Adam secundum corpulentā substantiā, & secundum rōnē seminalē, Christus tm̄ secundum corpulentā substantiam, sed si corpora nostra educerentur ex semine Adæ supernaturali virtute, dici deberent fuisse in Adam (sicut & Christus) solum secundū corpulentā substantiā, non secundū seminalem rationem, cū seminalis ratio vim dicat actiuam.

Gen. 2.

Hominū multiplicatio non est per solam virtutem super naturalē.

August.

¶ Alij dicūt multiplicationē hanc fieri virtute supercœlesti. Corpus namq; quintæ essentiæ, seu luminosum, aptum est ex seipso emittere lumē, & multiplicare seipsum, nō adducendo naturā huius ex corpore illo, quod illuminat, imò simul multiplicat formā, atq; materiā. Sic dixerunt, quòd q̄a in corpore humano multū est de quintæ essentiæ natura, pōt in seipso multiplicari. Verū his quoq; obuiant sensus, ratio, auctoritas. Sēsus, q̄a vt cernimus nullū corpus cœlestē multiplicat lumē suū in se, sed solū extra se, & in materia extra se, Videmus etiam, quòd sol lumen suū multiplicando, nō gnrat solē. Obuiat itidē rō, q̄a multiplicatio per virtutē creatā, est ab aliquo simul actiuo: cumq; agere solius sit formæ, quæ non assimilatur materiæ, impossibile est aliquid multiplicari, quo ad materiale principium virtute cœlesti. Obuiat rursus auctoritas: qm̄ lumen ex lumine egrediens, non est corpus, nec in se habet materiam.

August.

¶ Tertij dicunt, id fieri ñ virtute inferioris naturæ, concurrente simul potentia susceptiua ex parte materiæ, & actiua ex parte formæ. Materia nanq; de se non habet extensionē: sed quòd extendatur tm̄, aut plus, est ratione formæ sibi adiunctæ. hinc quantūq; parum ponatur de materia in aliquo corpore, capax est valde magnæ extensionis, si sit agens, formā tantæ extensionis imprimere valens. Porrò ex parte formæ est ibi potentia multiplicādi sibi simile, cūq; semen iuuetur, & confoueatur per alimentum extrinsecum, vis illa seminalis sua materia pōt seipsam multiplicare, & crescere nullo repugnante. ideo nō oportet aliquod extrinsecum in veritatem humanæ naturæ transire. Hoc videtur Augustinus sensisse, dicendo: Ex vno semine segetes segetum, siluæ siluarum, populi populorum possunt educi, ita quòd nihil reperitur postea in omnibus illis; quod prius nō fuerit inuisibiliter in semine illo primo.

August.

¶ Attamen huic quoq; positioni, quamuis rationabilior cæteris videatur obuiāt sensus, ratio, auctoritas: Sensus, quia secundum eam mundus esset multo maior, quàm fuit ab initio, crescereté; quotidie. Non.n. posset dici, quòd per resolutionē grana decem frumenti reducuntur ad vnum. Ratio etiam repugnat, q̄a materia non est subiectum transmutationis, nisi sub aliquo esse, vnde etsi materia corporaliū per intellectū abstrahi posset a forma: nunquam tamen virtute creaturæ, potest expoliari omni extensione, & forma corporea. Propter quod in pluribus locis loquitur Augustinus, quòd impossibile est ex corpore fieri spiritum. Si ergo hæc materia sub tali esse habet statum, & determinationem in sua extensione, vltra quam natura non potest procedere, iuxta illud Philosophi: Omnium natura constantium, terminus est, & ratio magnitudinis, & augmenti: & iterum quòd ex vno pugillo terræ potest generari ignis in mille cupla proportione: Ex vno tm̄ pugillo terræ non valent generari, nisi 10. pugilli aquæ: si in quam hoc ita est, impossibile est, quod aliqua res corporalis in seipsa augeatur absque sua rarefactione, & alterius appositione. Et hoc dico operatione naturæ. Et attendendum est hic, quod longè aliter loquendum est de materia secundum eius essentiā, quàm secūdum esse ipsius nec dicendum, quòd tm̄ de materia sit in lapide paruo, sicut in monte magno loquendo secundū esse materiæ, quāuis in materia secundum essentiam, nō sit considerare tm̄, & quātū. Obuiat quoq; auctoritas. Hugo. n. in 6. parte, distinguit sex opera, quorum primum est, de nihilo aliquid facere, secūdū est, de aliquo facere aliquid, secundū substantiā, & quantitatem in maius. Tertiū opus est, de aliquibus aliquid facere secundum substantiam, & quantitatē in minus. Quartū opus est, de aliquo vel aliquibus aliqua facere, non tamen secūdum substantiam, sed ſm quantitatē in maius. Quintum opus est, de aliquibus aliqua facere, non tamen secundum substantiam, sed secundum quantitatē in minus. Sextū est, de aliquo facere nihil. Et addit, Primū opus, & ſm, ac tertium, & vltimū, solus Deus sunt. Cū ergo talis multiplicatio, vt ibidē dicit, ad secundū pṫineat operis genus, fieri nequit virtute naturæ inferioris. Quòd si auctoritas ista non sufficit, ostenditur idem hoc auctoritate Augustini quinto super Genesim, quo fatetur. Quæ producuntur ex semine, omnia primitus in semine extiterunt non mole corporeæ magnitudinis, sed causali potentia. nam illa magnitudo, copia humoris terrę cōgesta est. Verum illa in exiguo grano mirabilior, præstantiorque valuit adiacens humor terræ, commixtus terræ tanquàm materies, verti in ligni illius quantitatem, in ramorum diffusionē, in foliorum viriditatem. Non ergo semen in seipso augetur sine alterius appositione. Vnde 10. super Genesim, clariùs ait: Quid absurdiùs, quam putare uullum esse corpus, q̄ manente naturæ suæ quātitate vndiq; crescat, nisi rarescat? Hinc multi recusāt hāc opinionē Magistri. ¶ Sed q̄a quorundā circa ista opinio est sequentium verba naturalium, ac medicorū, dicētiū q̄ mediante vi generatiua non solū aliquid transit in ueritatem naturæ humanæ, imo tota veritas corporis prolis gnrātę, fit extrinsecus addita, utpote ex superfluo alimenti. Hoc dicunt, quoniam operandi modus est ordinatus, & delectabilis, ac expeditus. Ordinatus, quoniam ibi incipit operatio generatiue vbi desinit operatio nutritiuē. Natura q̄ppè prius intendit sibi, quā alij. Hic materia gnationis est superfluitas vltimi cibi. Quæ, q̄uis superflua sit nutritiuę, necessaria tm̄ est gnatiuæ. Modus quoq; est delectabilis, q̄a natura delectatur in emissione superflui. Est ēt expeditus, qm̄ cibus tertius est in dispositiōe proxima, ut conuertatur in singula membra. Cōuenit ēt istud dispositioni diuinæ, ordinationiq; corporum ad resurrectionē. Nempe cū semen non resurgat in gnanta, sed in gnato, non vī homo ille fuisse de gnantis veritate, sed potius de humidi superfluitate. Quāuis aūt ista opinio multū p̄babilis videatur, obuiat tm̄ ēt ei sensus, rō, auctoritas. Sensus, quia videmus prolem aliqm̄ assimilari proauo, imo & ei, q̄ præcessit, & hoc vsq; ad decimā gnationē, sicq; sursum deinceps, ergo in prole illa ūī aliquid esset traductum a primo parēte. Rursus, cum videamus hominem, ex coitu attenuari, & ex frequentia coitus mortē accelerari, vī in emissione illa nō solum superfluum, sed, & aliquid humidi radicalis effundi, sicq; proles non tm̄ est de superfluitate alimēti, sed de ueritate ēt generantis, Insuper obuiat rō, quia si esset proles solum de superfluitate cibi parentis, non esset generatio vera, cum generatio sit de substantia generantis. Nec esset uera cognatio, imo magis attineret homo porco, de quo sumptū est nutrimentum, quàm patri. Repugnat demū auctoritas Augustini dicentis. Omnes fuimus in Adā ſm corpulentā substantiā, & ſm seminalem rōnē, & quod maius, est ſm Apostolum, Oēs in Adā peccauimus. Leui quoque erat in lumbis patris sui Abraæ, quando decimatus est. Hinc necesse est, inter opiniones istas extremas mediā eligere, dicēdo, q̄ aliquid de superfluo alimenti manſit in semine, nec tm̄ semen omnino est de superfluo alimenti, imo aliquid est in eo de humido radicali, & ex vtroque semen propagatur. Vnde sicut videmus circa nutritiuam, quod est humiditas radicalis, & nutrimentalis, vcz illa, quę fluit, sic in generatiua est aliqua humiditas radicalis, & ēt aliqua fluens, ac refluēs, atq; in gnatione p̄lis vna currit cū alia. Itaq; Adā dum genuit primū filiū suū, trāsfudit aliquid de humiditate radicali, illudq; modicū virtute naturæ toti corpori filij fuit commixtum cōmixtione perfecta, qm̄ nullā corporis partem erat signare in corpore filij, in quo non esset aliquid de humido illo. Si ero filius Adę in generando prolem similiter aliquid diffudit de suo humido radicali, necesse fuit, quòd transmiteret aliquid de eo, quod a suo habuit patre, sicque deinceps, & pro tanto omnes dicuntur fuisse in Adam, non quod ibi fuerit totaliter materia omnium corporum nostrorum, sed quoniam ibi erat aliquanta materia, ratio seminalis, seu potentia conuertendi in se aliam materiam, ita, ut sufficeret ad omnem procreationem, addito sibi filio, in quo posset se multiplicare. Et est exēplum: Si quis haberet fermentum, commisceretq; illud cum pastę commixtione perfecta. nihil fieret de pasta illa commixta, quòd non diceretur fieri de ipsa pasta. Similiter, si pasta illa adhuc misceretur pastæ maiori, & sic procedendo quasi in numerabiles panes fierent fermentati ex modico fermēto per oppositionm rei ferementabilis, sic in proposito, ex modico semine per appositionem humoris susceptibilis rationis seminalis, possunt innumerabiles homines propagari Huic ergo positioni tanquam magis consonę philosop. ac scrpturis magis adhæreo. Et si objiciatur, quòd Magister Sententiarum, & Hugo de sancto Victore Sexta parte de Sacramentis dicunt contrarium (de Magistro etenim patet in textu) Hugo autem loco præfato testatur, quòd de costa Adæ in seipso multiplicata, formatum est sine adiuncto extrinseco corpus Euæ, quemadmodum propagatum uidemus genus humanum ex modico illo, quod fuit in Adam &c. dico quod in hac parte positioni eorum magistri communiter non assentiunt. Nec ego bene intelligo eos: non tamen dico eos falsum dixisse. Si rursus obiicias, quia si primo parente traducitur in singulos aliquid de humido radicali, pari rōne posset totum traduci, & quod necesse sic illud multiplicatum esse in se, præsertim cum nec tot atomi fuerint in corpore Adæ, quod geniti sunt ex eo, & quot humida huiusmodi sunt decisa. Dicendum, q̄ semen est quantum mole, & quantū uirtute, quātitas uerò virtutis se tenet ex parte formæ potestq; dici rō seminalis, quæ cū sit forma multiplicabilis potest in materiam sibi oppositam inducere similē sibi. Quantitatis uerò molis, quamuis parua, adeo tū potest extendi, ut commisceatur valde magnæ quantitati per naturam, qua omne corpus in infinitum diuisibile est, sicq; magnæ quātitati poterit cōmisceri, & totum trahere ad suam naturam, atque ex illa totali quantitate potest aliquid fieri per se, q̄ non fieret de ipso semine per se. Et quotcunq; fiāt de illa quantitate totali, dicuntur facta per se: nec tamen oportet ibi distinguere diuersas partes, ex quibus diuersi fiant in illo semine primordiali, sed solū proximo semine pro eo, q̄ illud per additionē superflui nutrimenti adauctum est. Hæc Bonauentura. ¶ Præterea Alexander Totū, ait triplicitr dr̄, ut quintò Metaphysicæ ferē Primò, idē est, q̄ perfectum. Sed ò, prout totum dicitur aliquando vnum continēs naturaliter partes, quæ vniuntur in eo in aliqua forma una substantiali, prout totū uniuersale unit cōtenta in una forma. Tertiò dicitur totū aliquod unū continens plures partes, quæ existētes in toto, potentia uniuntur in una quantitate, uel secundum naturam, aut ſm artificium: sicq; dr̄ totū in quantitate correspondens parti in quātitate. Primo modo erat tota natura in Adam, q̄ perfectus erat hō ex anima, & corpore. Similiter secūdo mō erat in eo tota natura humana, in quantum hoc, q̄ dico humana natura, erat q̄dā forma cōtētis sub se, vtpote indiuidiuis, ſm illud Boethij: Species ē totū eē idiuidiuorū in qua unita sūt, ſm illud Prophirij

participatione speciei plures homines sunt vnus
homo. Tertio modo erat materia omnium corpo-
rum humanorum in corpore Adam in potentia so-
lum,& non in actu per distinctam materiam. Tripli
Humana natura fuit in Adā tripliciter
citer ergo dicitur tota natura humana fuisse in A-
dam,quia fuit in eo perfectè,& quia quandoq; fuit
in eo solo,& quia aliquid in ipso erat,ꝙ per propa
gationem est de constitutione corporum omnium
hominum. ¶ Cum igitur quæritur quomodo tota
natura humana fuit in Adam, dicendum ꝙ secun-
dum materiam. Quocirca notandum,ꝙ in corpore
Adæ fuit quantitas molis cum ratione seminali, &
ratione quantitatis molis poterat extendi,& diffun
di, secundum extensionem corporis quasi impro-
portionabiliter maioris ,quemadmodum guta uini-
fusa in magno uase aquæ , materia illius diffundit
se per totum uas aquæ: imo ut ponunt aliqui, ali-
quid paruæ quantitatis sensibile est ad diffusionem
quasi infinitam ratione quantitatis suæ materiæ,
sicut quantum ratione, qua quantum est diuisibile
est in infinitum . Ratione igitur quantitatis molis
corporis Adæ, partes ipsius decisæ generatione ,
quantacunque eis facta fuerit additio per suscepti
onem alimenti , diffundebat se secundum exten-
sionem quantitatis additæ. Denique ratio semina
lis in Adam virtutē actiuam habebat , qua poterat
multiplicare in materia susceptibili,sicut potest vir
tus lucis,& ignis . Quoniam ergo portio decisa a
corpore Adæ ratione quantitatis materialis pote-
rat se extendere secundum extensionem corporis
cuiuscunque quantitatis additæ . virtus autem se-
minalis multiplicare se sufficiebat in materiali ad-
dito ad omnia corpora humani generis seminan-
da. potest equidem humor modicus commisceri
sic magno, quòd nulla est post commixtionem di-
stinctio, ita , ꝙ nihil dici possit factum de illo ma-
gno,quod non sit factum de illo paruo. satis rati-
onabiliter videri potest, etiam secundum operati-
onem naturæ omnes homnes materialiter fuisse in
Adam , & de Adam,quamuis modicum fuerit ab
August.
ipso decisum,Et nisi sic esset,quomodo verificare
tur illud Augustiui,Quòd Christus fuit in Adam se
cundum corpulentam substantiam,nisi aliquid de-
scendisset de corpore Adę usque ad Christum ? &
Isaiæ.11.
illud Isaiæ,Egreditur uirga de radice Iessæ Ergo in
Chro aliquid fuit de radice Iessæ.Cum ergo obijci
Obiectio diluitur.
tur,quòd in corpore Adæ non erant tot atomi,di-
cendū qđ quamuis nō erant actu,& s̄m formam,
erant tamen in potentia,& s̄m materiā,sicut expo
situm est Hæc positio dictis Bonauenturæ concor-
dare uidetur.¶ Durandus in his positionem sequi
Durand⁹.
tur sancti Thomę,& q̄ scribit,in dictis Thomæ con
Henricus
tenta sunt.¶ Porro Henricus quodlibero secundo,
quæstione decima, de hac ipsa quæstione se expe-
dit breuiť,& difficultates prætactas trāsiliens, atq;
per autotitatē Augustini in libro de uera religione,
elucidans,quod nutrimentum conuertitur in ueri
tatem naturæ humanæ in nutrito, cū libro de uera
religione asserat Augustinus : Alimenta corrupta,
Augustin.
id est,amittentia suam formam,in membrorū isto-
Dion.
rum fabricā migrant.Inter tot opiniones , uř posi-
tio illa Alexandri philosophi rationabilior eē quā
tum ad philosophicę ueritatis pertinet forū . Quā-
tum uerò ad theologicę ueritatis speciat syncerita
tē,positio illa Alex.theologi,ac Bona.amplius pla-
cet, quanquā in ea,quædā contineantur,q̄ difficilè
est saluare , p̄sertim quod dicunt semen illud hois
protoplasti posse per quantūlibet multos diffundi,
cōmunicari, ac diuidi:quia inquantū est continuū

quid,est diuisibile in infinitū. Quamuis enim hoc
uerum est,non tamen est diuisibile in infinitū , nec
in quantumlibet multa,ita,ꝙ sub qualibet eius par
ticula maneant natura, & ratio seminis, quoniam
omnium natura constantium,certus est terminus,
& finis,ac ratio magnitudinis , s̄m Philosophum,
T. Aq̄nas. Richard⁹.
¶ Denique contra opinionem , quam Thomas
defendit,instat Richardus: Quia si uera eēt, posset
tota prima caro defluere,ut supra argutum est,nec
queūt euadere p exemplū, qđ adducunt,dicētes,
quod si igni radicato in multitudine lignorum,ad
dantur successiuè ligna, sicq; continuè nutriatur ,
manet idem numero ignis etiam postquam combu
sta fuerint prima ligna.Contra,ꝙ arguitur , quia si
asser vnus putridus esset in naui,& alius sanus sub-
stitueretur,sicque deinceps quousq; omnes primi
essent remoti,& alij noui substituti , non maneret
eadem nauis in numero,quantuncunq; primæ na-
ui assimilareť in forma. ¶ Amplius,circa hęc uerba
Thomæ,Totum,ꝙ est in corporę hominis,conside
rari potest dupliciter.Primò ex parte materię,& ita
non manet:secundò,ex parte formæ,& speciei , &
ita est permanens,sic argui potest:Materia, quę est
in corpore hominis,utpote caro,quæ est de uerita-
te naturæ ipsius,formā substantialem,atque specifi
cam non habet , nisi animam rationalem , de qua
nulli est dubium , quin maneat eadem. sed huius,
formæ permanens vnitas,seu fixa identitas non suf
ficit ad hoc,ꝙ maneat eadem numero caro , quia
hęc forma immortalis potest successiuè plures in-
formare materias.Si verò intelligatur de forma ac
cidentali,illa nō potest eadē nūero permanere, su-
blato,& corrupto eius subiecto,ꝙ ē materia infor-
mata forma substantiali,seu ipsū compositū,cuius
materia(ut tactū est)defluit.& sic accidentalis for-
ma non maneret nisi specie eadem,sicut,nec caro,
& ita non esset idem corpus per totam periodum,
sicut,nec ē idē Rhenus, aut riuus toto anno decur
rēs.¶ Atuero Alber.hanc q̄stionem nō mouet hic ,
Alber.
sed in libro de hoïe sciscitatur , Vtrū nutriens trā-
seat in substantiā nutriti. Ad qđ breuiter ibi rn̄det:
De hoc disputatū est in quæstione de resurrectiōe,
Vtrū cibus transit in ueritatē naturę hūanæ breui-
ter nos absoluimus hic,dicentes,ꝙ cibus transit in
substantiā corporis , & quodāmudo in ueritatem
naturæ hūanę.Cur aūt dicit,ꝙ transit quodammō
in ueritatē næturę humanę,uideť aperire,quęstio-
ne ibi sequente,qua quęrit , Vtrū nutritum nutriať
s̄m speciē,& materiā,uel s̄m materiam tm̄. Ad qđ
rn̄det s̄m oēs intelligentes nutrimentum non est
nisi s̄m materiā, q̄uis quidā ex ignorantia dicāt cō
trariū,&id,qđ additur,non efficitur in alia specie,
quam priùs fuit idcirco nutritum non nutritur s̄m
speciē illā,quāuis aliquid ei addatur . Sed quia ali-
quas accipit partes materiales,iō mutatur in partit
bus materię,& nutritur.Cumq; perditur,& defluit
pars materię,non destruitur ꝓpter hoc species mē-
bri corporis aïati pars.namq; de perdita non fuit
necessaria speciei,sine qua esse non posset:iō pōt ef
fluere illa,& influere alia sicut p simile oñdit Philo.
in uase,& aqua Hęc Alb.Qui,& sequenti distinctio
Philoso.
ne ait:Sequendo dicta sanctorum,dicimus, ꝙ tota
natura gn̄eris hūani fuit in Adā tripliciter,puta per
fectè,& materialiter,ac integraliter,imo,& quartò
modo,scilicet formaliter . Adam enim fuit homo
in corpore, & anima pfectus,& in eo s̄m corpulē-
tam substantiam oēs extitimus, oēsq; in eo fuimus
vnū,& unitim ipso mēbra in toto,& in eo solo fuit
ad tps natura humana.Hæc Alber.¶Cui⁹ dicta sūt
ostenditur

satis obscura,nec queūt intelligi,nisi cognita diffe-
rentia inter carnē scđm materiam,& carnem scđm
speciē , de qua re scđm Henricum magna est diffi-
Richard⁹
cultas,q̄ tñ ex scripto Richardi elucescit, dicentis.
De distinctiōe inter carnem s̄m specien, & carnem
s̄m materiam,sunt quatuor expositiones, atq; opi-
niones.Vna est,ꝙ caro scđm speciē est tm̄ illa,q̄ est
Quę sit caro secūdū speciē, & quæ scđm materiā.
a parentibus tracta p opus generatiuæ:quia, in illa
fundať species , & caro in quā cōuertiť nutrimētū
est caro s̄m materiā, & non s̄m speciē,qm̄ aduenit
post constitutionē hoïs in specie. ¶ Secūda opinio
est, ꝙ caro s̄m speciē diciť illa,q̄ per se pōt in opus
carnis:& caro s̄m materiā q̄ non pōt in hoc, & ta-
lis?caro, in quā conuertiť nutrimētū,q̄ tñ coniūcta
Philoso.
carni a parētib⁹ tractæ hoc pōt.Videť tñ magis esse
intentio Philo. ꝙ ēt in carne tracta a parētibus sit
caro scđm materiā,& scđm speciē. Hinc tertia opi
nio est, ꝙ caro s̄m materiā tā modica portio est,ꝙ
per se non pōt in opus carnis,& caro s̄m speciē,est
portio carnis tā magna,ꝙ per se pōt in hoc.Quar-
ta opinio est,ꝙ carnē s̄m speciē uocat Philosophus
formā carnis,& carnem s̄m materiā,ipsiùs materiā
carnis.Et materiā dicit difluere,formā manere:quia
dum tantum est de materia sub vna parte formæ,ꝙ
inde fieri valeant plures partes defluente una par-
te,saluari potest forma in alia,quousq; alia pars ma
teriæ per nutrimentum substituať loco partis mate
riæ,quæ defluxit.Quinta quoq;fuit opinio,ꝙ sicut
Philos.
homo secundum speciem dicitur homo in commu
ni,& homo secundum materiam homo signatus
seu indiuidium,& sicut homo in communi manet.
indiuidua verò fluunt:sic Philosophus carnem s̄m
speciem noïet carnē in coï, carnē uero secūdū ma-
teriam,q̄cunq; carnis partē signatā,q̄ dicit deflue-
re,sicq; caro s̄m speciem,est compositum ex forma
carnis,& materia in communi, & caro s̄m materiā
cōpositū ex forma carnis,& materia signata. Hæc
Richardus. ¶ Porro prætactis scriptis Alberti , con
sonāt scripta.Vldarici in Sūma sua libro quarto ca-
Vldaricus
pitulo de generatione,& augmētatione,vbi fatetur
nutritum conuerti in substantiā aliti,ad ditāq; par-
tes formales augeri nō partes materiales,iuxta Phi-
losophum.Postremò ad intelligētiā, & cōfirmatio
nem præhabitorum nunc valet,ꝙ in prouerbijs suis
sanctus Cirillus doctor,& præsul libro primo dis-
Cyrillus.
seruit. Quatuor, inquiens digestionibus cibus p̄co
quitur,ut deinde mēbris purior, atq; veracior tri-
Cibus quatuor digestionibus præcoquiť
buatur.Primò vadit ad stomachum,& ibi digereť,
& separatur sequestrať purū ab īpuro , & impurū
emittiť per secessū Deinde purū relictū ad hepar
emittitur,ac ibi digeritur,& fit sanguis, sequæstra-
turq; purum ab impuro.Impurum emittiť per vri-
nam.Deinde relictum purum a uenis attrahitur, &
tertiò ibi digeritur, ac sequestratur purum ab im-
puro.Impurum emittitur per sudorem & sputum,
deinde purum relictum per mēbra diffunditur,atq;
in membris,quarto digeritur,& sequestratur purū
ab impuro Et illud impurum , ꝙ quasi purū est re-
seruatur. īuasis spermaticis,& in gn̄atione emittiť.
Purissimum aūt relictum,conuersum in membrorū
substantiā,finaliter animę copulatur, factū vnū, &
substantia uitæ.Hæc Cyrillus.¶ Ex q̄bus ꝓbatur nu-
trimentum tandem conuerti quarta digestione in
ueritatē naturæ nutriti. ¶ At uerò Magister historia
Petrus Comestor historię euāgelicę c.y Matth.15.
rum magnus cantor Parisiensis.frater Magistri Sē-
tentiarum , in Scholastica historia tractans euan-
gelicum illud , Omne quod in os intrat , uadit in
secessum etiam præinductam opinionem Ma-
gister tuetur.

QVAESTIO. VI.

SExtò q̄riť, Vtrū decisio seminis,& ꝓductio ꝓ-
Iohā Damascenus.
lis sint substantia gn̄antis.¶ Vř,ꝙ sic,qa s̄m Da-
mascenū gn̄tio est opus naturæ ex substantia gn̄an
tis producens id ,qđ gn̄atur . Superfluum uero ali-
Arguitur primò cōtra ueritatem.
menti , non est aliquid substantiæ generantis. Coï-
ter,quoque asseritur, quòd pater est res ex sua sub-
stantia generans filium,atque,ꝙ filius sit res genita
ex substantia patris.Secundo,teste Augustino,Om-
nes fuimus in Adam secundum corpulentam sub-
Augustin⁹
stantiam. Corpulenta autem substantia non descen
dit,parentibus nisi semine mediante, ergo semen a
proximo parente traductum , non est ex alimenti
superfluo, nec ex eo, ꝙ ex alimento cōuersum est,
sed ex eo,quòd generans a suo accepit parente.Ter
tio,si semen esset ex superfluo alimenti,non seque-
retur ex eius decisione debilitatio generantis , sed
alleuiatio potius,cuius oppositum experientia pan
dit. Quartò, idcirco filius patri suo frequenter po-
tissimè assimilatur,quia ex eius semine natus est.in-
terdum uero assimilatur non solum patri,sed,& a-
uo ac proauo, & attauo , ergo ex omnibus illis se-
men successiuè descendit, & tamen in illis non fuit
superfluum alimenti patris proximi.Quintò,si ex su
perfluo alimenti sit semen, sequeretur quòd proles
sæpe plus attineret boui aut porco, quam progeni
toribus suis:ex alimento enim carnis brutorum il-
lorum generatum est semen. ¶ In contrarium sunt
Philoso. In oppositum.
auctoritas,& rationes Philosophi quinto de anima
libus,ubi dupliciter probat,quòd semē sit superfluū
alimenti.Primò , quoniam semen naturaliter est in
Semen est alimēti superfluum
corpore animalis. sed quicquid naturaliter est ī cor
pore animalis,aut est pars eius,vt caro,pes,manus:
aut est superfluum eius, ut lac,& urina, semen autē
non est pars organica cum simile sit in toto,& par
te,quod organicis nō conuenit partibus:nec est de
partibus consimilibus cum in constitutionem mem
brorum non ueniat quemadmodum partes organi
cæ in organicorum constutionem membrorum, re
stat ergo,quòd sit superfluum alimenti . Secundò,
quoniam si semen non est tale superfluum, oportet
quòd resoluatur a membris, & ita per decisionē a-
mitteret suam naturam ac formā, & corrumpere-
tur, sicq; pderet virtutē,& naturā mēbrorū,ex q̄b⁹
descinditur,ergo nō esset principiū gn̄andi cōsimi
le,cū generatū uirtualiter cōtineatur in semine ,ac
gignēte.¶ Adidē ponit Philosophus tria signa. Vnū
Philoso.
est,quòd nullum dissolutum a corpore,habet in eo
locum determinatum,sed vagatur per corpus. Se-
men aūt habet determinatum locū in corpore,sci-
licet vias seminales,ergo superfluum est,non deci
sū de membrorū substātia. Secundū signum est, ꝙ
natura alleuiatur per emissionē superflui,nunquā,
autem per dissolutionē eius,ꝙ est de sustantia mē-
Pinguens ac pueri pauci sun seminis.
bri,sed natura,q̄nq; per seminis effusionē alleuia
tur,non ergo membris disoluitur . Tertiū signū est
quòd ubi minus inueniť de superfluo alimenti,ibi
&minus de semine. hinc in pueris nō est semen, qa
superfluum nutrimenti in augmētū conuertiť. Vñ
& homines pingues,pauci sunt seminis,& modicæ
generationis,quia superfluū alimenti in pinguedi-
nē uertitur Hinc,quoq; animalia quātitatis maio-
ris minus hadent de semine s̄m proportionē cor-
poris sui,&paucæ sunt generationis,qm̄ multo in-
digent nutrimento,vt patet in elephāte.Si aūt semē
eēt disolutū,esset cōtrario mō,qm̄ ex maiori corpo
Alexāder.
re fieret dissolutio maior.¶ Ad hæc Alexāder respō
det:De hac quæstione diuersę sunt opiniones,quas
propter difficultatem materiæ expedit declarare.

Quidam Magistro consentientes, dicunt, ꝙ Adam transmisit de sua substantia modicum, quid in corpora posterorum, ꝙ sine extrinseca additione multiplicatum est in seipso, per modum in præcedenti quæstione expressum. Deniq; ad ostendendũ quomodo hoc existat possibilè, dicunt, ꝙ materia, quæ est in minimo aeris, hoc mõ sufficiens est, ut ex ea fiat quasi infinitum, non solum alterius speciei, ut terræ, aut ignis, sed itẽ eiusdem, ut aeris eadem rõne cum semen decisum ab Adã habuerit in se quatuor elementa in minimo terræ, ꝙ fuit in semine illo, fuit materia sufficiens quasi ad infinitam terrã, atq; minimo aquæ, quasi ad finitam aquam, & similiter de aere, & de igne, sicq; in semine illo fuit materia sufficiens quasi ad homines infinitos. Non dico materia nuda, sed materia cum rationibus seminalibus. Materia namque (ut dicunt) quæ est sub modico aere, est possibilis ad tantam extensionẽ, quantæ est totus aer, imo ꝙ tantus aer inde fieri posset, quantus est aer vniuersi, ut tactum est in quẽstione præcedenti. Dicitur ergo secundum istam opinionem, quòd in semine a parentibus deciso ad procreationem prolis, est duplex natura, Vna ad id, ꝙ requiritur ad partes secundum materiam, & illa habet vim augmentatiuam per nutrimenti susceptionẽ. Alia ad id, ꝙ requiritur ad partes secũdũ speciem, & illa habet uim augmentatiuam per multiplicationem, Quantũ ergo ad id, ꝙ nobis est partium, ſm speciem est descensus secundum propagationem a primo homine: quantum uerò ad id, ꝙ in nobis est secundum materiam est augmentatio secundum multiplicationem Alii sunt contrariæ opinionis, dicentes semen multiplicari non posse, sine extinseca additione. Hæc Alexander. Qui de ista quæstione scribit prolixè, & cuncta, que inde conscribit, ad præcedentem pertinent quæstionẽ. Nam ex illius solutione, huius dependet solutio pro maxima parte. Nempe ſm Magistri opinionẽ, semen, ꝙ est ueritas naturæ corporalis in prole, non est ex alimenti superfluitate, sed ex substãtia Adæ. ¶ At uerò Thomas clariùs scribens; Hinc inquit, sunt tries opiniones. Vna, ꝙ semen est pars decisa ab eo, ꝙ est de substantia membri, ita, ꝙ tota substantia seminis est ex humido radicali, ex quo primo, principaliterq; substantiam mẽbrorũ dicũt cõponi, ꝙ ex generatis substantia tractũ est. Et ga supra substantiã seminis in gñato nil addit, ꝙ fit ad veritatem naturæ ipsius pertinens, vt dicunt, id circo ſm eos totũ, ꝙ est de ueritate naturæ in filio, fuit in patre, de veritate eius existẽs, sicq; ascẽdendo consequitur, ꝙ quicquid est de veritate naturę in cunctis hominibus, totũ actualiter fuit in Adam. ¶ Deniq; ista opinio a ꝗusdã Philosophis antiquitus posita fuit, & a ꝗusdã theologis, ut a Magistro diuersimode tũ moris. Quidã enim antiquorũ Philosophorũ, præsertim Anaxagoras dixerunt gñationẽ non fieri nisi per congregationẽ similium partiũ, q̃ priùs inerant gñanti, ita, ꝙ nihil in naturã carnis trãsiret, ꝙ pri⁹ caro nõ fuerat, sic ꝙ ad generationẽ carnis, & ossis in prole exigeretur aliqd de carne, & ossibus patris resolui, sicq; de alijs mẽbris, ac partibus corporis. Quidã uerò totã virtutẽ agendi attribuens materiæ, quã solã rerũ totã substantiã esse purabãt, inuenire nequibant cãm asſimilationis filij ad patrem in singulis partibus, nisi ꝑ hoc, ꝙ materialiter aliqd de singulis mẽbris resolueret. Verũ harũ opinionũ radices ac rõnes a philosophis sequẽtibus sufficienter sũt reprobatæ ꝑ hoc, ꝙ materia transmutãt de forma in formã, ut sic, ꝙ priùs naturã carnis nõ habuit, postea habeat eã. Similiter virtus actiua ex parte formalis principij, vñ & cã asſimilationis filij ad patrẽ, est uirtus formatiua in semine. ¶ Magister aũt, & ei cõsentiẽtes, ad hãc positionẽ inducti sũt, ex traductione originalis peccati, quasi in similem errorem cũ prioribus declinantes, quasi traductio originalis peccati esse non posſit, nisi materia posterorum in primis parentibus fuerit dum peccabãt, ut sic asſimilatio in peccati corruptiõe sit ſm conuenientiã in materia, non ſm rõnem virtutis actiuæ. Cuius oppositum Aug. expresè asserit, dicens, ꝙ non ꝑꝑ hoc in nobis originale peccatum est, ꝙ ex Adã ſm corpulentã substantiã propagati sumus. Sic. n. etiam in Christo originale fuisset, sed quia secundum seminalem rationẽ concupiscẽtia liter ex ipso descendimus. Vnde opinio illa in quẽstione præhabita satis est improbata. ¶ Alia opinio est, ꝙ semen non solum sit ex humido radicali, ex parentibus deciso, sed ex ipso simul humido nutrimentali, ꝙ fuit superfluum alimenti in patre. & ꝙ totũ hoc erit humidũ radicale in filio pertinẽsque ad veritatem naturæ humanæ in ipso primo modo, sicq; aliquid eius, ꝙ in nobis est de ueritate naturæ humanæ, fuit etiam de ueritate humanæ naturæ in patre, & eius parente. & sic usque ad Adam, per quem modum omnes in ipso & extitimus ſm corpulentam substantiam. Sed quamuis opinio ista euadat incõuenientia aliqua contrã primã inducta: non tũ potest euadere omnia. Primò qm̃ præinductę rõnes, & signa Philosophi euidenter conuicunt, ꝙ semen nullo mõ ex membris sit resolutum. Vnde eisdem rationibus ꝓbatur opinio, ponens totum semen esse aliquid resolutũ vel partem ipsius. Itẽ iuxta opinionẽ istorum, augmentatio fieret per admixtionem, sicq; minus de veritate humanæ naturæ eẽt in filio, quã in patre, velut si uino aqua cõmisceatur, & parti uini diuisæ ab illo vino admisceatur iterũ aqua, sicq; deinceps cõstat, ꝙ uirtus vini semꝑ minor erit in sequẽti vino, quousque omnino deficiat.

¶ Tertia opinio est Philosophi, quod semen sit totaliter de superfluo alimenti. Vult enim, ꝙ semen non sit aliquid resolutum à toto, sed illud, quod est dispositum, & habens naturam, ut conueniat toti. Agens quippè asſimulat sibi patiens pro posse, hinc alimentũ post ultimam digestionem antequam conuertatur in membra quasi perfectam similitudinem totius corporis, consecutum est uirtualiter: etsi non actu. ideo virtus est in eo, per quã totum corpus prolis potest formari. Cumque vis nutritiua ex alimento ita asſimilato, assumpserit tantum, quantum ad nutrimentum membrorum requiritur siue ad augmentum, tunc residuum, ꝙ vocatur digestionis superfluum, uis nutritiua, ministrat generatiuæ, atq; ex hoc resultat seminis substantia. Huic opinioni cõsentio, qm̃ rationabilior cæteris esse uꝰ. ¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ generatio in viuentibus dicitur esse ex substantia generantis, id est ex decisione eius, ꝙ fuit conueniens conuerti in substantiam generantis, imò in proxima dispositione ad hoc. Nam, & sanguis dicitur eẽ, aliquo mõ de substantia generantis, & multo plus, ꝙ est ad vlteriorem digestionẽ perductũ.

¶ Ad secundum, ꝙ oẽs fuimus in Adam secundum corpulentam substãtiã: non ꝙ corpora nostra fuerint in actu in ipso, ut corpulẽta substantia, sed quia materia ex, qua formatũ ẽ corp⁹ vniuꝯusq; virtualiter fuit in Adã tãquã in principio originali

ter effectiuo. Vñ secundũ hoc patet qualiter differt in Adam fuisse secundum corpulentã substantiã trũ, & secundum rationem seminalẽ. Ad constitutionẽ namq; corporis humani duo exigunẽ, vc3 materia ex qua corpus formẽt, q̃ dr̃ corpulenta substantia, & virtus formans, quæ dr̃ ratio seminalis, quorum vtrumq; est originatũ ab Adã, & qui ꝑ coitũ descendunt ab ipso, fuerunt vtroq; modo in eo. Christus verò ex virgine natus, cuius vtiq; corpus spiritus S. formauit ex materia à beatiſs. virgine ministrata fuit in Adam solum secundũ corpulentã substantiã.

Philoso. ¶ Ad tertium, ꝙ ex, immoderato coitu debilitatio orit̃, quia non solum emittit̃ superfluum sed etiã, ꝙ necessarium erat ad nutrimentum membrorũ, imò vt 15. de Animalibus dr̃, ex immoderantia coitus, sanguis loco seminis emittit̃. ¶ Ad quartũ responsio patet ex dictis. Causa namq; asſimilationis prolis ad patrem, est ex virtute actiua agentis. Et ex eadem cã actiua ſnmit̃ rõ cognationis, non ex parte materiæ. Propter, ꝙ quinto Metaphisicæ scribit Philosophus, ꝙ homo est magis de genere sui patris, quã matris cũ à patre recipiat formã, quia vis formatiua est in semine patris, à matre aũt materiã. Per quod hñ ad quintum solutio. Hæc Thomas in Scripto, & eadem scribit in prima parte, q̃stione vltima. ¶ Concordant Richardus, Durandus, & alij multi, Petr⁹ vero ponit, qualiter quælibet harum opinionẽ, quæat defendi.

¶ Albertus autem in aliquibus locis conscribit, ꝙ semen sit de substantia gñantis. Et in sequenti distinctione ad istã quæstionẽ respondens. In veritate inquit, oẽs doctores sancti, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Beda Strab⁹, & Magister in Sententijs, in hoc ꝓueniunt, ꝙ secundũ corpulentam substantiã ꝓpagatio hominũ facta est ex Adam, ita quòd modicũ corporis Adę decisũ ab ipso, transiuit in generationem filiorum suorum, ꝙ multiplicatum in seipso virtute diuina, est augmentatũ in totã quantitatem corporum omnium posterorũ ipsius. Et qm̃ credimus tantos patres ꝑ inspirationẽ hoc dixisse, non licèt contradicere eis. De hoc Albertus plura, quæ in ꝓhabitis Alexandri verbis hñr, conscripsit, q̃ si ita se haberent, videretur præinducta responsio Thomæ minus idonea. Veruntamen idem Albertus distinctione 31. sub quæstione hac præcedente. Quòd Magister, ait, in Sententijs dicit, quòd ꝑ multiplicationẽ corporis, seu seminis Adę in seipso facta est propagatio omnium posterorũ eius ab ipso. Sed quia ex hoc sequitur, ꝙ totũ opus naturæ, quod fit ꝑ generationem, sit miraculosum, probabiliùs dicit̃ iuxta Augustinũ, quòd hoc fiat ꝑ diuisionẽ corpulentæ substantiæ in infinitum. Quod dictũ Alberti, nõ videtur prædictis ipsius verbis concordare &c.

Philoso.

Petrus.

Albertus.

Augustin.

Quomodo peccatum originale à patribus transeat in filios, an secundum animam, an secundum carnem.

NVNC superest inuestigare, qualiter illud peccatum à patribus traducãt in filios. ſan secundũ solã animam, an secundum carnẽ, siue secundũ vtrunq; Putauerunt quidã secundũ animã trahi pctm̃ originale, non solũ secundũ carnẽ: quia nõ solũ, carnẽ sed, & aãam ex traduce esse arbitrati sunt. Sicut em̃ in gñatione ꝓlis de carne pm̃na substantia ꝛr trahit̃ caro, ita etiã de gignentis aãa aãam genitu essentialit̃ deduci ab his existimabãt. Ideoq; sicut de corrupta carne caro corrupta seminãt, ita etiã de aãa peccatrice aãa peccatrix corruptione originali infecta, ab illis trahi dicitur.

Opinio quorundã male credẽtũ aliàs esse ex traduce.

Prædictam opinionem damnat, & quòd per carnem traducatur peccatum dicit, & quomodo, ostendit.

Hoc autẽ fides catholica respuit, & tanquã veritati aduersum damnãt, q̃ non animas, sed carnẽ solã (sicut superiùs diximus) ex traduce esse admittit. Non ergo secundũ aãam, sed secundũ carnẽ solã pctm̃ originale trahit̃ à parentib. Est em̃ pctm̃ originale (vt supra diximus) ꝯcupiscentia, non quidam actus, sed vitiũ. Vnde Augustinus: Ipsa ꝯcupiscentia est lex membrorũ, vel carnis, q̃ est morbidus quidã affectus, vel languor: qui commouet illicitũ desiderium. i. carnalem ꝯcupiscentiam, q̃ lex peccati dr̃. Quæ dicitur manere in carne, non quin in anima sit, sed quia per corruptionem carnis in anima sit.

Aug. cõtra epist. Petriani lib. 4. c. 13.

Quare cõcupiscẽtia dr̃ esse in carne.

Causam corruptionis carnem ostendit, ex qua in anima peccatum sit.

Caro em̃ ꝑpter pctm̃ corrupta fuit in Adam adeo, vt cũ ante pctm̃ vir, & mulier sine incentiuo libidinis, & ꝯcupiscentiæ feruore possent ꝯuenire, essetq; thorus immaculatus iam post pctm̃ non valeat fieri carnalis copula absq; libidinosa ꝯcupiscentia, q̃ semper vitium est, & etiam culpa, nisi excusetur ꝑ bona ꝯiugij. In ꝯcupiscentia ergo, & libidine concipitur caro formanda in corpus prolis. Vnde caro ipsa, quæ concipitur in vitiosa ꝯcupiscentia, ꝯcupiscentia polluitur, & corrumpit̃, ex cuius contactu aãa cum infundit̃, maculam trahit, qua polluitur, & fit rea. i. vitium ꝯcupiscentię, quod est originale pctm̃.

Quòd propter corruptionem carnis, quæ est causa peccati, dicitur peccatum esse in carne.

Ideoq; ipsum peccatum dr̃ manere in carne. Caro ergo quæ in ꝯcupiscentia libidinis seminãt, nec culpa habet, nec actũ culpę, sed causam. In eo ergo, quod seminãt corruptio est in eo autẽ, quòd nascit̃, ꝯcupiscentiæ vitiũ est. Vñ Ambrosi. de verbis Apostoli sic, ait, Qũo habitat pctm̃ in carne, cũ non sit substantia, sed priuatio boni? Ecce primi hominis corpus corruptum est ꝑ pctm̃, ipsaq; corruptio per condictionem offensionis manet in

Amb. in epist. Ro. cap. 7.

Thomas. Philoso. catum est in essentia animæ. Nam sicut octauo Metaphysicæ ostendit Philosophus. Vnio materiæ, & formæ nō est p aliquod vinculum mediū, imo vnū alteri per se vnitur, aliter non esset vnio essentialis, sed accidentalis, cumq; anima sit corporis forma, oportet, quod per suam essentiā immediatè corpori coniungatur, & ex ambobus efficiatur vnum per se quemaddū ex sigillo, & cęra, vt secundo de Anima dicitur. Et quoniam originale causatur in anima ex cōiunctione eius ad tale corpus, vt est forma illius: (Philosu.) sic enim ex vtrisq; coniunctis talis natura resultat, oportet, quòd in essentia animæ primò, principaliterq; vt in subiecto, originale consistat, in potentijs autem ex consequenti, vt supra de gratia dictū est. Deniq; per originale omnes potentiæ animæ inficiuntur, quæ non vniuntur nisi in essentia, ergo originale peccatum per priùs essentia respicit. Itaq; quamuis originale peccatum per vim generatiuam traducatur: non tamen in ea, sed in essentia animæ originale fundatur. Anima quoque agit per potentiam tanquam per instrumentum, & inter potentias generatiua potissimè fertur infecta: non tamen magis, quàm anima. Per quæ patet solutio ad duo prima obiecta.

¶Ad secundum vero dicendum, quòd iuxta pręhabita concupiscentia, & lex carnis est velut materiale in originali, carentia autē iustitiæ, est formale in ipsa, sicq; partim in superioribus viribus p̄sertim in voluntate, partim in inferioribus situ est, & hoc secundariò, vnde primò, & immediatè secundū se totum ad essentiam animæ pertinet. Ad tertium, ꝙ anima inficiť ex carne, nō quòd caro ante infusionē animę sit subiectū peccati, sed radicaliter est in ea, sicut expositū est. Hæc Thomas in Scripro, Amplius in prima secundæ quæstione 83. super his pleniùs scribens. Aliquid, inquit potest esse in aliquo dupliciter. Primò, sicut in causa principali, vel instrumētali. Secundo, vt in subiecto. Peccatū igiť originale omniū hominū, sicut in Adam, sicut in prima causa principali iuxta illud Apostoli. In quo oēs peccauerunt: (Roman. 5.) in semine autem, sicut in causa instrumentali, qm̄ per virtutem seminis actiuam traducitur originale in ꝓlē, sed in carne esse nō valet vt in subiecto, sic solum imo in aīa est. Nempe ex voluntate primi hominis originale peccatum traduciť in posteros per generatiuā motionē, sicut à voluntate alicuius hominis deriuať actuale peccatū ad quamcunque (Originale peccatum est in anima subiectiuè.) ipsius partē, in qua quidē deriuatione potest attendi, quòd quicquid ꝓuenit ex motione voluntatis ad quam cunq; partem hominis, quæ aliquo mō potest esse, capax particepsq; peccati, siue p modū subiecti, siue p modum causæ, habet rationem culpæ, quemadmodum ex voluntate gulæ ꝓuenit concupiscentia cibi ad ɔcupiscibilem, & sumptio cibi ad manus, & os, q̄ inquantū à voluntate moueñ ad culpam, sunt instrumenta peccati. Quòd vero vlteriùs mouetur ad vim nutritiuā, interioraq; membra, q̄ non sunt nata à voluntate moueri, rationem non habet culpæ. Sic ergo cū anima queat esse subiectū culpæ, quicquid peruenit de corruptione primi peccati ad animā, rationē culpæ sortiť, quod autē pertingit ad carnē, nō rationē habet culpæ, sed pęnæ. Pręterea in infectione originalis pcti duo ɔsideranť. Primū est adhærētia eius ad subiectū, sicq; ɔcernit essentia aīę. Scdm est inclinatio eius ad actū, & sic respicit aīæ vires, & primò illā, q̄ primā habet ad pctm̄ inclinationē, vt pote volūtatē. Veruntn̄ vis gn̄atiua, & post eā sensus tactus, dicunť p̄ferti infectæ orignali pctō. Illa qppe corruptio specialiť noiať infectio, q̄ nata est transferri in aliū Hinc morbi cōtagiosi infectiones vocanť, vt lepra, corruptio autē originalis pcti per actus gn̄ationis traduciť, vñ potentiæ ad hunc actū amplius ɔcurrentes, magis corruptę dicunť, vt sunt gn̄atiua, tactus concupiscibilis, vel voluntas. Peccatū nanq; originale ex ea parte, qua ad actualia peccata inclinat, potissimè spectat ad voluntatem, sed ex parte, qua in ꝓlem traduciť, petinet propinq; ad generatiuam & tactum, remotè ad voluntatem. Hæc Thomas in Summa. Ex quibus patet responsio ad quæstionem, qua quæritur, quę vires sint magis infectæ, & an generantia potissimè. De qua re etiā ait in Scripto. Infectio pcti ascribiť tribus potentijs. (O iginali peccati infectio tribus potentijs ascribitur.) Nam inter partes animæ attribuitur generatiuæ, & inter sensus tactui. & inter vires operatiuas concupiscibili. Peccatū etenim originale est ipsius naturę, propterea eius infectio ad illas vires principaliter pertinet, quæ aliqnem ordinem habent ad actum, quo natura traducitur, q actus duo continet, puta substantiam actus, & delectationem: delectatio aūt illa ad sensum pertinet tactus, substantia vero actus attribuitur generatiuæ virtuti, vt exequenti, virtuti quoq; concupiscibili, vt imperanti, quoniam eius est tendere in delectabilia secundum sensum, sicq; diuersis rationibus his tribus potentijs ascribitur ista infectio. ¶Verum si obiciatur; quod vis gn̄atiua rationi non obedit, sed pura naturaliter agit, ergo nec virtute potest perfici, nec vitro infici. (Obiectio.) ¶Dicendū quòd peccatū actuale consistens in actu peccantis, esse nequit in parte, quæ rationi nō obedit: attamen in parte, seu potentia, quæ est principium naturalis operationis, infectio naturæ potest consistere, imo, & actuale peccatum in gn̄atiua vi est materialiter, non subiectiuè, inquantum concupiscibilis actum generatiuæ includit. (Dilutio.) Hæc Thomas, in Scripto.

¶Consonat Petrus, & addit, Virium, quæ sunt in anima, quædam deseruiunt personæ, id est, conseruationi indiuidui, vt nutritiua, quædam communi uaturæ, vtpote conseruationi speciei, vt generatiua: peccatum autem originale defectus est naturæ potius, quā personæ, hinc magis corrumpit vim, quæ deseruit propagationi naturæ. (Petrus) ¶Atuero Richardus vtranque hic narrat opinionem de originalis peccati subiecto, ad nullam diuertens, sed qualiter quælibet probabiliter possit defendi, elucidans. (Richardus) Et quòd sit in essentia animæ, probat hac ratione. Peccatum originale contrahitur per originem, ergo quod priùs, atque immediatiùs cōcernit originem, est immediatum, proximumq; originalis peccati subiectum. Sed origo priùs attingit animā vt terminum generationis, inquantum est corporis forma, quàm vt potens est operari: est autem corporis forma immediatè per suam essentiam, & potens est operari per suas potentias, ergo origo priùs attingit eam sub ratione formæ, sicque vt forma per suam essentiam, est originalis peccati subiectum.

¶Postremò ei, quod dictum est, originale peccatum non contrahi ex libidine, seu feruore coitus proximorum parentum, videtur contrarium quod scribit hic Bonauentura. Expressè, inquiens, loquiť Augustinus in libro de fide ad Petrum, & Magister hoc dicit in litera, (Bonauent. Augustin.) quòd fœditas carnis, atq; contractio originalis peccati, nō solum est ex lege propagationis, sed item ex fęditate libidinis. Veruntamen horum concordia patet ex diuersa acceptione libidinis, quam ponit, tam Thomas, quam Bonauentur. Multa alia hic possent induci, nisi pauloante inducta essent, aut parum post inducenda &c.

Qūo

Quomodo originale peccatum dimittatur in baptismo, cum & post sit illa concupiscentia, quæ dicitur originale peccatum. Distin. 32.

QVONIAM supra dictum est, originale pctm̄ esse vitiū ɔcupiscentiæ, assignatumq; quō à parentib. trahať, & originale dicatur: superest inuestigare quō in baptismo dimittať, cū etiā post baptismū remaneat ɔcupiscentia. q̄ añ fuerat. (Qualiter peccatum originale deleať, seu curetur.) Vñ vř, vel pctm̄ originale nō esse ɔcupiscentiā, vel nō remitti in baptismo. Manet qppe (vt ait Aug.) in corpore mortis huius carnalis ɔcupiscentia, (August.) cuius vitiosis desiderijs nō obedire p̄cipimur: q̄ tñ ɔcupiscentia quotidie minuiť in ꝓficientibus, & ɔtinentibus, sed licet remaneant ɔcupiscentia post baptismū: nō tñ dñatur, & regnat sicut añ: imò p gr̄am mitigať, & minuiť, vt post dñari nō valeat, nisi qs reddat vires hosti eundo post ɔcupiscentias. Nec post baptismum remanet ad reatū, qa non imputať in pctm̄, sed tm̄ pœna peccati est: añ baptismū verò pœna est, & culpa.

Quòd originale peccatum duobus modis dimittitur, scilicet extenuatione sui, & solutione reatus.

Duplici ergo rōne pctm̄ originale dř dimitti in baptismo, quia p gr̄am baptismi vitiū ɔcupiscentiæ debilitať, atq; extenuať, ita vt iā nō regnet, nisi ɔsensu reddanť ei vires, qa & reatus ipsius soluitur. (Eccl. 18.) Vñ Aug. ĭ lib. de baptismo paruulorū: Gr̄a p baptismū id agitur, vt verus hō crucifigať, & corpus pcti destruať, nō ita vt in semetipsa viuente carne ɔcupiscentia respersa, & innata repente absumatur, & non sit, sed ne obsit mortuo, q̄ inerat nato. (Auctoritates de vno modo remissionis. August.) Nā si post baptismū vixerit, in carne habet ɔcupiscentiā, cū qua pugnet, eaq; adiuuante Deo superet, si tñ nō in vacuū gr̄am eius suscepit. Nō itaq; hoc p̄stať in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili creatoris, vt lex pcti, q̄ est in membris, ꝑrsus extinguať, & nō sit, sed vt quicquid mali ab homine factū, dictū, cogitatumq; est, totū aboleatur, ac velut factū non fuerit, habeatur. Ipsa verò ɔcupiscentia, soluto reatus vinculo, quo per illā diabolus aīam retinebat, & à suo creatore separabat, maneat in certamine. Ecce hic apertè ostendit, ea rōne dimitti in baptismo, nō qa nō maneat post baptismū, sed quia reatus in baptismo aboletur. Deinde idē ipse ostendit eo mō ēt dimitti in baptismo, qa baptismi gr̄a ɔcupiscentia ipsa mitigať, & minuiť, in eodē lib. ita dicens. Lex carnis, quā Apo. appellat pctm̄, cū ait. Non regnet pctm̄ in vestro mortali corpore, nō sic manet in membris eorū, q ex aqua, & spiritusancto renati sunt, tanq̄ nō sit eius facta remissio, vbi omnino plena fit remissio peccatorū, sed manet in vetustate carnis tanq̄ superatum, & peremptū, nisi illicito ɔsensu quodammodo reuiuiscat, & in integrū ꝓpriū, dñationemq; reuocetur. Hic apertè insinuať, ĭ baptismo ɔcupiscentiā debilitari, ex quo, & dř dimitti, nō solū iō, qa reatus ibi soluiť. Quē remissionis modū alijs ēt plurib. testimonijs scriptura edocet. Ait. n. Aug. ɔ̄ Iulianū: Lex q̄ in membris est, vitiū carnis est, ꝙ ex pęna pcti, & ex traduce mortis ꝓuenit. Sed lex ista, q̄ est in membris, remissa est regñatione spñali, & manet in carne mortali. Remissa est, qa reatus solutus est sacramento, quo renascunť fideles. Manet aūt, qa operanť desideria, ɔ̄ q̄ dimicant ēt fideles. Idē in sermone quodā de ɔcupiscentia carnis. Per gr̄am baptismatis, & lauacrū regñationis solutus est, & ipse ɔcupiscentiæ reatus, cū quo eras natus, & quicquid antea ɔsensisti malæ ɔcupiscentiæ, siue cogitatione, siue locutione, siue actione. Idem in lib. de nuptijs, & concupiscentia. Concupiscentia carnis licet in gn̄atis iā nō deputetur in pctm̄: quęcunq; tñ ꝓles nasciť, obligata est originali peccato. Item, dimittiť ɔcupiscentia carnis in baptismo, non vt non sit, sed vt non imputeť in pctm̄. Hoc est. n. non hr̄e pctm̄, non esse reū pcti. Qūo ergo alia pctā prætereunt actu, & remanent reatu, vt homicidium, & similia, ita econuerso fieri potest, vt concupiscentia prætereat reatu, & remaneat actu. Ex prædictis euidentur monstratur quomodo peccatum originale in baptismo remittatur.

De fœditate, quam caro ex libidine coitus contrahit, vtrum in baptismo diluatur.

Solet aūt hic q̄ri, vtrū & ipsa caro ĭ baptismo ab illa fęditate purgeť, quā ĭ ɔceptione ex ɔcupiscentia libidinosa ɔ̄xit. Quibusdā vř, quod sicut aīa à reatu purificať: ita & caro ab illa pollutione purgať, vt sicut duobus compleť mysteriū baptismi. s. aqua, & spiritu: ita ibi duo purgentur, aīa. s. à reatu, & caro ab illa ɔtagione, quod quidē ꝓbabile est. (Quidā dicunt carnē mūdari ab illa pollutione, alij non.) Alij verò putant tm̄ aīam ibi mundari, carnem verò non ab illa fœditate purgari. Si verò remanent illa fęditas vsq; ad ꝓcreationē filiorū, q̄ fit in ɔcupiscentia carnis, vř natura carnis magis, ac magis corrumpi, & magis corrupta vř caro ꝓlis, quàm parentis, quia de carne pollutionē, quā habuit à ɔceptu retinente trahiť polluta, & ĭ ɔcupiscentia ɔcipiť,

vnde

vñ & polluit,& ita ex duplici cã ꝯtaminatur. Vñ & maior vr̃ pollutio carnis in ꝑle,quã fuerat in parente. Ad quod illi dñt,q̃a licet caro ꝑlis ex carne fędã seminet̃,& in ꝯcupiscentia ꝯcipiatur: non tñ fęditatẽ maiorem trahit,quàm caro vnde seminatur habuit. Quamuis ẽt si fędior, atq; immundior sit caro ꝑlis, & ideo magis corrupta, quàm caro parentis: non tñ (vt aiunt) fit p̃iudiciũ veritatis,q̃a nec absurdũ esse dñt, si carnis natura magis in posteriorib. corrupta trahat̃,neq; ex ipsa magis corrupta aĩa amplius inficiat̃.

Responsio

Ex quo auctore sit illa concupiscentia, Deo scilicet, vel ab alio.

Præterea quæri solet, vtrum concupiscentia, q̃ post baptismum remanet, & tantum pœnalitas est: ante baptismum verò pœna erat,& culpa, ex Deo auctore sit,vel ex alio. Ad quod breuiter respondentes,dicimus,quia inquantũ pęna est,Deum habet auctorẽ, inquantum verò culpa est, Diabolum,siue hominem habet auctorem.

Qua iustitia animæ mundæ ex creatione illud peccatum imputetur, cum non possit vitare.

Responsio quorundã falsa.

Congrua responsio, & vera.

August. de Ciuit. Dei cap. 3.

Solet ẽt q̃ri,qua iustitia teneatur illo peccato aĩa innocens à Deo creata,cũ non sit in potestate sua illud vitare. Non.n. ꝑ liberũ arbitrium illud committitur,quia non priùs est aĩa,quã illi peccato est obnoxia. Ad hoc quidã dicunt,ideo aĩam reã esse illius pc̃ti, licet munda à Deo sit creata,q̃a cũ infundit̃ corpori,ꝯdelectat̃ carni, ex quo pc̃m ꝯ̃hit. Quod si esset,iã nõ originale,sed actuale diceret̃. Potius ergo iõ rectè põt dici imputari aĩæ illud pc̃m,quod ex corruptione corporis ineuitabiliter trahit, q̃a vt ait Aug. in lib. de ciuit. Dei. Non fuit corruptio corporis,q̃ aggrauat aĩam,cã primi pc̃ti, sed pœna,nec caro corruptibilis aĩam peccatricem fecit, sed peccatrix aĩa carnem corruptibilẽ fecit.

Vtrum illud peccatum sit voluntarium, vel necessarium.

Quod voluntarium põt,& dici necessariũ Psal 24. August.

Illud etiã non immeritò q̃ri potest, vtrum pc̃m originale debeat dici voluntariũ,vel necessarium. Et necessarium potest dici,q̃a vitari non potest. Vnde & ꝓpheta dicit. De necessitatib. meis erue me. Et voluntariũ nõ incongruè appellat̃,q̃a ex voluntate primi hoĩs processit. Vt Aug. in 1. lib. retra. ostendit,dicens: Illud quod in paruulis dr̃ originale pc̃m, cũ adhuc non vtantur libro arbitrio voluntatis, non absurdè vocat̃ voluntariũ, quia ex prima hominis mala voluntate ꝯ̃ctum, factum est quodammodo hr̃ditarium.

Quare Deus aĩam corpori iungit sciens eã inde maculari, et iõ damnari.

Si verò quæritur, cur Deus, qui fecit aĩam ipsam sine macula,& scit eam ex corporis ꝯiunctione maculam peccati ꝯ̃here,& aliqñ ante baptismum seiungi ab ipso corpore, & sic damnari,eã corpori iungit. Respondemus,ex altitudine iudiciorũ Dei id ꝓuenire, & nec iniustæ hoc à Deo fieri. Ipse.n. non incongruè hnmanæ ꝯditionis modũ,quem à principio instituit,licet pc̃ã hominum intercesserint,sine immutatione ꝯtinuè seruat, corpora de materia à principio sine vitio facta fingens, animasque de nihilo creans, eorumq; ꝯiunctione hominẽ ꝑficiens. Cum ergo vtraq; hoĩs natura à Deo sine vitio sit instituta, licet à se peccato sit vitiata, non ideo immutabilis Deus humanæ ꝯditionis primariam legem mutare debuit,siue ab hominum multiplicatione desistere.

An anima sit talis, qualis à Deo creatur.

Hic à quibusdã q̃ri solet, vtrũ aĩa talis sit ante baptismũ, qualis à Deo creatur. Quod non esse,ꝓbare conant̃ hoc modo: Aĩa in corpore creatur,in cuius ꝯiunctione peccato maculatur. Quam cito ergo est pc̃m habet,nec priùs fuit,quã pc̃m habuit,non est ergo talis qualis à Deo creatur. Creatur.n. à Deo innocens,& sine vitio,& nunquã talis est. Ad quod dici potest,quia non oĩno talis est,qualẽ eã Deus fecit. Deus.n. bonam eã fecit,& bonitatẽ ei sine corruptione indidit. Et dr̃ illa naturalis bonitas,quã in creatione à ꝯditori suscepit,quam bonitatẽ ꝑ pc̃m pęnitus non amisit,sed vitiatã habuit, quã Deus: tñ sine vitio fecit. Si.n. res bona non esset aĩa,ĩ ea malũ esse nequiret, cũ nõ possit malũ esse nisi ĩ bono,vt post dicet̃. Nõ ergo oĩno talis ẽ aĩa,qualis à Deo ẽ creata. Sicut q̃s pollutas habẽs manus,nõ tale habuit pomũ,quale ego dedi mundis manib. Ego.n. dedi mundũ.

Solutio.

An animæ ex creatione sint æquales in donis naturalibus.

Illud quoq; non incongruè q̃ri solet, vtrum oẽs aĩæ ex creatione æquales sint,an aliæ alijs excellentiores. Plurib. non irrationabil̃r vr̃, quod ex ipsa creatione aliæ alijs excellant in naturalib. donis,vt ĩ essentia alia alijs sit subtilior,& ad intelligendũ,memorandumq; habilior,vtpotè acutiori ingenio,& ꝑspicaciori intellectu p̃dita. Qđ nõ improbabiliter dr̃,cũ in Angelis ĩta fuisse ꝯstet. Et licèt naturalib. donis aliæ p̃ alijs polleant: tñ ante baptismum à corpore discendentes parẽ pœnã, & post baptismum statim æqualẽ coronã sortiunt̃,q̃a ingenij acumen,vel tarditas, p̃miũ, vel pęnã in futuro nõ collocat̃.

Post

Summa distinctionis XXXI.

POSTQVAM iã tractauit Magister, quid sit originale peccatum,& qualiter ꝯ̃hatur, nunc docet qualiter curetur, ac remittat̃, & suam responsionem testimonijs multis Augustini ꝯfirmat. Deinde circa hæc dubitationes adducit. Prima est: an, sicut anima ab originali purgatur in fonte baptismatis, sic caro in eodem mundet̃ à fęditate, quam ex libidinosa ꝯcupiscentia in conceptu attraxit. Secundò sciscitatur, quæ sit causa potissimè effectiua concupiscentiæ, quæ remanet post baptismum. Tertiò inuestigat, qualiter originale peccatum à iusto Deo iustè imputetur animæ, mox vt corpori est infusa, cum non sit in eius potestate illud euadere, seu non contrahere, & vitare. Ad quod iam supra clarè responsum est. Quartò quærit, an originale peccatũ sit voluntariũ, vel necessarium, ad quod item responsum est supra. Quintò inquirit, cur bonus, ac sapiens Deus animas rationales infundit corporibus, quas mox in ipsa infusione scit maculari, ac sibi odibiles fieri. Sextò perscrutatur, an anima quandoque sit talis, qualis à Deo creatur. Septimò, an rationales animæ, ex creatione, æquales sint in naturalibus donis.

QVAESTIO I.

HIC quæritur primò. *An originale peccatum in baptismo deleatur, curetur, ac dimittatur.*

¶Videtur quòd nõ, quia post baptismum realiter manet concupiscentia, vel concupiscibilitas, tam in infantulis, quàm adultis actu, aut habitu. Nec geniti ex Christianis parentibus, ac loti vnda baptismatis, sunt minus proni ad concupiscendum, quàm ex infidelibus orti, & non baptizati. Adulti quoq; dum baptizantur, ita procliues ad libidinem inueniuntur post baptismum, vt ante. Secundò, actus prauus non progreditur, nisi ex praua radice, seu habitu vitioso, si procedit ex habitu, sed actus concupiscendi, seu ꝯcupiscentia actualis in baptizato extat culpabilis post baptismum, sicut, & ante, & sicut in non baptizato: ergo concupiscentia illa habitualis, quæ vocat̃ originale peccatũ, remanens post baptismũ, ex qua actualis concupiscentia oritur, est vitiosa post baptismum quemadmodum ante. Tertiò, originale peccatum formaliter est priuatio, quæ non aufertur nisi habitus ei contrarius condonet̃, sicut cæcitas non aufert̃ ab oculo, nisi visus præstet̃, sed in baptismo non confertur originalis iustitia, quæ est habitus originali peccato contrarius, cum non remaneat debitus ordo inferiorum virium ad rationem, ergo non tollitur illa priuatio. Quartò, sicut in actuali peccato actus materialiter substat deformitati, ita in originali ꝯcupiscentia habitualis subest deformitati culpabili: ergo sicut deformitas peccati actualis auferri nõ valet ipso actu manente, ita nec deformitas originalis peccati, ꝯcupiscentia habitualiter inexistente. Quintò, si iuxta verba Magistri in litera, quæ tamen verba sunt Augustini, ita deletur originale, quòd non imputatur: ergo nulla pœna pro ipso sic deleto infligeretur: cum tamen, & in hac vita pro ipso variæ pęnæ sequantur. Etenim reatus, deformitatem consequitur culpæ, & ad hoc pœna infligitur, quatenus deformitas culpæ tollatur, aut ordinetur. Si ergo in baptismo dimittit̃ originale peccatum, quo ad culpæ deformitatem, nulla restaret pro eo pęna, nec obligatio, seu reatus ad pœnam.

August.

In oppositum.

¶In contrarium est, quòd in baptismo homines renascuntur, & ex filijs iræ, filij gratiæ statuuntur.

Aegidius.

¶Ad hoc respondet Aegidius in tractatu de originali peccato. Vehemens difficultas oritur ex prædictis quomodo originalis noxa dimittitur in baptismo. Dictum est enim quòd originale peccatũ est languor naturæ, lex membrorũ, concupiscentia, & fomes peccati. Cumque homines experiantur ista in se post baptismatis fontem, vt ante, non videtur in fonte baptismi hoc peccatũ deleri. Ideo aduertendum, quòd originale peccatũ est carentia originalis iustitiæ cum debito habendi eam, & quia in ꝓtoparente peccauimus, ac perditi sumus iuxta modum expositum, oportuit vt per alium modum consequeremur salutem. Hinc consideramus naturã humanam in triplici statu, videlicet vt innocentem, vt corruptam, vt restauratam. A Deo innocens est creata, in Adam corrupta, per Christum restaurata, per cuius institutionem originale peccatũ dimittit̃ in baptismo, non quia nobis restituatur originalis iustitia, sed quia dimittitur nobis debitum habendi eandem. In statu quippe naturæ corruptæ tenemur eam habere. Cum vero per baptismum efficimur membra Christi, qui naturam reparauit humanam, absoluimur à debito habendi illam iustitiam. Per baptismum etenim consepulti sumus Christo, atque in alio statu, ac ordine naturæ constituti, vt iam non dicamur de ordine Adæ terreni, sed de ordine Adæ cœlestibus, vtpotè Saluatoris. Deniq; factis, & consistentibus nobis membra Christi, datũ est donũ supernaturale in baptismo, scilicet gr̃a baptismalis, quæ est efficatior ad salutem, quã originalis iustitia. Hinc de consecutione salutis quodammodo simile est, sicut de transitu magnæ aquæ, ad quam pertranseundam necessaria est nauis, præsertim nescienti natare, & ponte super eam non facto, sed ponte facto, nauis non requireretur. Ita quamdiu eramus in ordine Adę terreni, seu naturę corruptę, originali iustitia tanquam naui indigebamus ad pertranseundum hoc seculum, & attingendum portum salutis. Nunc verò renati in Christo, habemus gratiam baptismalem vt fontem, ad permeandum mare seculi huius, & obtinendum portum fœlicitatis. Et hæc gratia potior est ad salutem, quia (secundum Magistrum) per originalem iustitiam solum habuit Adam, quòd potuit stare, sed per gratiam istam vltra hoc valemus proficere. Vnde apparet, quòd gratia baptismalis simpliciter loquendo, quantum ad ꝯsequendam salutem, sit potior quàm originalis iustitia: attñ habent se sicut excedentia, & excessa. Nam quantum ad standum, potior erat originalis iustitia, quia non solum tollebat peccatum, sed etiã pronitatem ad peccandum, gratia verò baptismalis quamuis tollat omne peccatum: non tamen pronitatem peccandi, sed solum eã minuit, atq; debilitat. Ex quibus innotescit intellectus verbi Augustini, dicentis: Carnalis concupiscentia, seu originale peccatum dimittitur in baptismo, non vt non sit, sed vt non imputetur in culpam. Per baptismum ergo non tollitur concupiscentia, ita vt non sit, quia non restituitur nobis originalis iustitia, sed sic tollit̃, vt in peccatum nobis nõ imputet̃, quia absoluimur à debito eam habendi, ex quo debito originale peccatum rationem habuit culpæ. Hæc Aegid.

Colloss. 2.

1. Petri 1

August.

¶Pręterea circa verbum Augustini iam allegatum, quod & in textu habetur, Albertus tria hæc sciscitat̃. Primum, an fomitem ꝯtingat extingui. Secundum, quid sit extinguere fomitem. Tertium, in quibus sanctis extinctus sit. ¶Ad primum respondet, quòd in nullo fomes totaliter est extinctus nisi in virgine gloriosa. Hinc etenim Augustinus in libro de natura, & gratia; Excepta, inquit, virgine sancta Maria, de qua ꝓpter Christi honorẽ, cũ de peccatis

Albertus

Fomes nõ passim extinguit̃ in renatis.

agitur

agitur, nullam prorsus volo fieri mentionem, hac, inquam excepta, si vniuersos alios sanctos, & sanctas congregare, & interrogare possemus, vtrum haberent peccatum, quid responsuros putamus, nisi quòd vna voce clamarent, si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus &c. (1.Ioha. 1.) Fomitem namque habentes, inclinationem ad peccandum habebant. (Bernard.) Bernardus quoque super Cantica: Quantumlibet, ait, in hoc corpore manens profeceris, erras si vitia penitus mortua putas. Velis nolis, intra fines tuos habitat Iebusæus. Subiugari potest, non extirpari. Per Iebusæum autem, fomitem concupiscentiamve intelligit.

(Iosue 15. Hierony.) ¶ Ad secundum respondet, quòd fomitem extinguere, est omnem eius inclinationem penitus eradicare, ac tollere, quod post sacratissimam virginem nulli creditur sanctorum concessum. Nam & Hieronymus ad Marcellam de seipso testatur: Pallebant ora ieiunijs, laxa cutis ossibus adhærebat, & in omnibus his cor huius miserabilis senis choris interfuit puellarum. Insuper sacerdos ille timoratus, de quo quarto Dialogorum scribit Gregorius, (Gregor.) in extremis positus, propinquante sibi muliere, clamauit: Reccede ò mulier, adhuc viuit igniculus. Quamuis autem fomes maiori gratia magis debilitetur: nunquam tamen in alijs in toto extinguitur.

(Obiectio.) ¶ Et si dicatur, quòd imò, quia omne finitum ablatione finiti tandem omnino consumitur: dicendum quòd verum est in his, quæ essentialiter minuuntur, non in his, quæ virtualiter tantum. Virtus quippe est quodammodo infinita, prout ad infinita quodammodo se extendit.

(Dilutio.) ¶ Porrò ad tertium sic respondet: In nullo sanctorum post virginem beatissimã in toto extinctus est fomes. Sciendum verò, quòd fomes tria habent in se, videlicet instigationem ad mortale, instigationem ad veniale, & pœnam, quæ est fœditas carni adhærens. In Apostolis: itaq; extinctus fuit, quantũ ad instigationem ad mortale, non quo ad instigationem ad veniale. Manet ergo fomes, seu concupiscentia post baptismum, prout est pęna, & sequela originalis peccati. Hæc Albertus.

¶ Hinc scribit Vdalricus in Summa sua sexto libro: (Vdalricus.) Vigor rationis ad vires interiores, per originale peccatum emarcuit, vt non queat de facili eas sub regulis suis constringere, ideo suæ naturæ relictæ, licentiosè, ac sine honestate rectitudinis rationis, in sua feruntur obiecta. Et quoniam magis percipimus sensibilia, quã intelligibilia, hinc (vt in pluribus) appetitus sensitiuus appetitum superat rationis. Hæc pronitas (de qua in Genesi asseritur. Proni (Gene. 8.) sunt sensus hominis in malum ab adolescentia sua) est concupiscentia habitualis, seu fomes, & à quibusdam dicitur originale peccatum. Nam dicit totam animæ deordinationem consequentem primum peccatum, & illa materialiter idem est, quod originale peccatum. Formaliter vero ratio peccati consistit in auersione ab eo, qui lux est, & vita, per carentiam iustitiæ debitæ. Propter quod dum per iustitiam gratiæ recompensatur hoc debitum, tunc deletur originale peccatum. Tunc namque resurgit natura ad status perfectionem, ideo adhuc manet fomes, seu concupiscentia. Et hoc est, quod à quibusdam dicitur, quòd actuale peccatum transit actu, & manet reatu. Solum autem originale peccatum econuerso transit reatu, permanetq; actu. In quibus verbis æquiuocè sumitur actus. Primò, enim capitur pro opere. Secundò, p præsentia eius, quod est essentiale originali peccato: nõ tamen sub ratione peccati, sed secundum quod est in subiecto. Debitum quippe habendi originalem iustitiam, in baptismo dimittitur.

¶ Postremò, infectio originalis peccati non causatur à libidine generantium actuali, quia sit non contraheretur à parentibus primis, sed proximis, imò causatur ex propagatione, inquantum illa est actus naturæ corruptæ. Veruntamen quia corruptio ista ostenditur in libidine coitus, estq; in ea sicut signatũ in signo, ideo Augustinus in libro de fide ad Petrũ (August.) fatetur: Quoniam sine libidine non est parentum concubitus, idcirco sine peccato esse non potest filiorum conceptus, quod in paruulos transmittit non propagatio, sed libido. Ibi etenim accipit propagationem simpliciter, & secundum se qualitercunque fiat, sicque includit etiam Christi generationem. Libidinem vero vocat corruptioné naturæ, q̃ est habitualis libido, ex qua omnis libido pullulat actualis. Hæc Vldaricus.

(Aquinas.) ¶ Atuero Thomas: De remissione, asserit culpæ originalis, oportet nos loqui proportionabiliter ad remissionem culpæ actualis. (Ex actu peccati duplex effectus relinquitur.) Nempe ex actu peccati duplex effectus in peccante relinquit, puta priuatio gratiæ ratione auersionis à fine, dispositio quoq; ad similem actum, quam actus peccati inducit ex conuersione ad commutabile bonum, atq; ex hoc, quòd gratia est priuatus, propria voluntate reatum pœnæ incurrit. Hinc gratia sibi restaurata macula tollitur, quæ in defectu gratiæ consistebat, & obligatio ad pœnam, quæ obligatio vocatur reatus. Dispositio autem ex actu peccati inducta, non mox totaliter tollitur, sed minuitur, secundum quod gratia ad contrariũ dispositionis illius inclinat. Postmodum vero p bonorum consuetudinem operũ dispositio illa aufertur. Conformiter ex actu naturæ, qui est propagatio carnis, relinquitur dispositio inclinans ad malum in ipsa generati natura, quæ fomes, aut concupiscentia nominatur, & ex hoc ipso, quòd illa naturæ corruptio vim peccati (ex quo causata est) continens, attingit personam, reddit eam gratia Dei indignam. Vnde relinquitur macula defectus gratiæ in anima, & per hoc ad reatum pœnæ tenetur, vt scilicet careat præmio, quod gratię debebat. Verum per baptismũ gratia donatur, cuius virtute infectio illa ab homine tollitur, quæ ex natura, in personam deuoluebatur. Sicq; anima purgatã macula culpæ, ac per consequens reatus soluitur pœnæ.

(Fomes nõ tollit statim à baptizato.) ¶ Porrò dispositio ad malum, quæ fomes, seu concupiscentia dr̃, non ex toto aufertur, quoniam dispositio illa sequit̃ cõditionem naturæ, baptismus autem non purgat naturam, nisi quantum pertinet ad infectionem personæ, ideo dispositio illa ex toto non tollitur ante beatitudinis statum, in quo natura perfectè curabitur. Attamen dispositio illa per baptismum minuitur, inquantum gratia, quæ in baptismo confertur, ad contrarium est inclinans, & ita vis fomitis per auxilium gratiæ minoratur. Hæc Thomas in Scripto. Qui & in Scripto quarti hinc pleniùs loquitur. (Petrus.) ¶ Consonat Petrus: In peccato, dicens, originali duo sunt. Puta carentia iustitiæ loco formæ, & concupiscentia loco materiæ. Gratia ergo opponitur carentiæ secundum se, non enim compatit secum iustitiæ carentiam. Concupiscentiæ vero opponitur secundum effectum, inquantum gratia ipsa inclinat ad oppositum concupiscentiæ. Hinc in baptismo culpa originalis tollitur totaliter secundum formam, vnpe definit esse peccatum. Sed nõ remittitur quo ad materiam. Non tamen retinet rationẽ peccati, nisi synecdochicè, sicut nec corpus ratio-

rationem hominis anima separata. Hæc Petrus.

¶ Idẽ Richardus, adijciens, Originale peccatum, quãtũ ad suũ materiale, quod est cõcupiscentia, nõ totaliter tollitur, sed per quandã gratiam gratis datam, vt forsan est baptismalis character, & per gratiam gratum facientem debilitatur: propter quod cæteris paribus, in non baptizatis est fortior.

(Alexand. Bonauent.) ¶ Circa hæc Allexander & Bonauentura scribũt diffusè, quorum dicta sententialiter, virtualiterque expressa sunt in iam dictis.

(Durãdus.) ¶ Insuper Durãdus: Duo, inquit, vidẽda sunt hic. Primum est, qualiter omne peccatum gñaliter remittatur. Secũdum, qualiter originale remitti dicatur. Itaq; peccatum remitti non est aliud, quàm ipsum non imputari ad pœnã. Peccatũ namq; remitti non põt, nisi vel quò ad offensam vel quantũ ad maculã, aut quò ad pœnã. Nec. n. aliud occurrit considerandũ circa peccatũ. Remissio aũt peccati quantum ad offensam, est ipsum non imputari ad pœnã: qm̃ sicut deus dicitur offensus, non secundum affectum, cũ prorsus inuariabilis sit, sed effectum ſm, prout instar offensi pœnam infligit, aut præparat, ita offensa remitti dicitur solum, qm̃ non infligitur pœna, nec præparatur. Idẽ patet de remissione peccati quantum ad maculam: cum macula non sit nisi priuatio gratiæ habitualis. Macula ergo remittitur, dum gratia redditur. Relinquitur ergo tertium, in quo præcedentia incidunt, vtpotè, quòd peccatum remitti, est ipsum ad pœnam non imputari. Nec valet, si dicatur, quòd præter hæc tria, est in peccato actuali deordinatio actus. Quẽadmodum. n. actus pertransit, sic & inordinatio eius. Conformiter peccatum originale remitti, non est nisi ipsum non imputari ad pœnam originali debitam. Deniq; pœna originali debita, duplex est. Vna ex parte animæ, s. carentia gratiæ in præsenti, ac gloriæ in futuro. Alia pertinet ad vires inferiores & corpus, videlicet carentia rectitudinis virium inferiorum ad rationẽ, & passibilitas: atq; mortalitas corporis. Quo ad primam pœnam, originale dimittitur in baptismo, in quo infunditur gratia. Secũda vero pœna in baptismo non tollitur. Cuius rationem quidam (scilicet Alexander, & Bonauentura) assignant, dicentes. (Cur culpa originali remissa, non simul condonata sit & pęna.) Quoniam in baptismo non tollitur nisi infectio personæ, non naturæ, vnde & pater baptizatus generat filium in originali, quia in patre purgata est p̃sona, non natura. actus aũt sunt suppositorum, nõ naturæ, siue sint actus meriti, siue præmij ideo gratia, & gloria, quæ hos actus perficiunt, per baptismũ restituuntur. Gratia in re, gloria in spe. Passibilitas autẽ & necessitas moriendi, & rebellio carnis ad spiritũ, sunt conditiones naturæ, totam speciẽ consequentes, & ex principijs naturę causantur, ideo in baptismate non tolluntur, sed in resurrectione generali penitus auferentur. Verum quamuis istud probabiliter dictum sit: non tamen videtur sufficere, cum in eodem idem sint persona, & natura.

¶ Iam restat quærendum, cur defectus naturæ istius non reparantur, quo ad eius personam, quatenus sicut in baptismo gratia restituitur: baptizato pro se, & non pro sua posteritate, sic restitueretur immortalitas pro se, non pro posteritate. Hinc respondendum, quòd sacramenta restituunt id, quod est necessitas absolutè, non quòd est dignitatis. sunt enim sacramenta medicamenta salutis animæ, non corporis. Sicut per sacramentum pœnitentiæ recuperatur gratia necessaria ad salutem, nõ virginitas spectans ad dignitatem. Similiter per baptismum redditur rectitudo voluntatis per gratiam, quæ necessaria est ad salutem, non impassibilitas, quæ ad status dignitatem, est pertinẽs. Nec decuit plus, sed potius minus conferri reparatis, quàm reparatori, qui venit per passionem, & mortem redimere mundum. Atuero sicut defectus hi fuerunt in Christo in sua resurrectione sublati, sic tollentur à nobis in resurrectione communi, virtute & merito Christi, qui potest inter connexa diuidere, & vnum sine altero redonare. Et quamuis interim hi defectus non auferantur, nihilominus originale peccatum potest simpliciter dici in babtismo remissum: quia (vt dictum est) peccatum remitti, est ipsum ad pœnam non imputari. Quemadmodum ergo peccatum actuale dicitur simpliciter remissum, quãdo solutus est reatus pœnæ æternæ, quamuis homo maneat obligatus pęnæ temporali, ita originale peccatum simpliciter remittitur per baptismum: quoniam soluitur ibi reatus pœnæ æternæ, vtpotè carentia visionis diuinæ, quamuis pœnæ remaneant temporales: quia secutæ sunt ex peccato originali, sicut à causa remouente prohibens. Hæc Durandus.

¶ Præterea Scotus: Peccatum, inquit, formaliter (Scotus.) non dimittitur, nisi id, quod in peccato formale est deleatur, non quòd materiale: debitum autem iustitiæ originalis non est formale in originali peccato. Qualiter enim fuit debitum in statu innocentiæ, nisi quia habens eam debuit eam habere. Ergo non videtur remitti formaliter, nisi tollatur deformitas seu carentia ista, aut in se, aut saltem per aliquem habitum communem, habitui huius rationis formalis æquiualentem. Hinc dico, quòd formale originalis peccati non est debitum iustitiæ huius, quia hoc fuit in innocentiæ statu, sed carentia iustitiæ: ergo hoc in baptismo deletur per positiuum ei proprium oppositum, vel per aliud virtualiter continens illud. Et hoc est gratia gratum faciens, quę quamuis non coniungat vltimo finita ita perfectè, quantum ad aliquid fini accidentale sicut originalis iustitia: simpliciter tamen loquendo coniungit perfectiùs vltimo fini sicut ostẽsum est, cum charitatem includat. Hinc originale in baptismo perfectiùs dimittitur, quàm si in eo originalis iustitia redderetur. Nam soluitur debitum habendi eã, quoniam commutatur in debitum habendi donum gratiæ huius, quæ in baptismate datur. Hæc Scotus.

¶ Et si objciatur, quòd aliqui sancti dicere vidẽtur, quòd concupiscentia sit peccatum originale: Dicendum, quòd concupiscentia potest accipi vel prout est actus, vel habitus, vel pronitas in appetitu sensitiuo, & nullum istorum formaliter est peccatum: quia peccatum non est in appetitu sensitiuo secundum Anselmum. Secundò accipitur vt est pronitas in appetitu rationali ad concupiscendum delectabilia immoderatè, quæ nata est condelectari appetitui sensitiuo, cui coniuncta est. Et ita est materiale originalis peccati. Hæc idem.

¶ Cuius verba videntur obscura, quia (vt patuit) præallegati doctores concorditer dicunt, (Dionys.) quòd originale peccatum formaliter est debitum habendi originalem iustitiam, cum non habeatur, seu ipsa eius carentia cum debito eam habendi. Nempè carentia originalis iustitiæ secundum se non est peccatum, cum sit in Angelis & in rebus inanimatis. Materiale vero originalis peccati (vt asserit Scotus) non est debitum huius iustitiæ, sed concupiscentia, iuxta sensum expositum, imo secundum Augustinum, Bedam, Magistrum, & præallegatos doctores.

Nec verum est, quod in statu innocentiæ fuit debitum huius iustitiæ, secundum quod doctores præfecti dicunt debitum tale, esse originalis peccati formale. Etenim debitum, quod vocant formale originalis peccati, est debitum eam habendi cum non habeatur, quod non fuit in statu innocētiæ, quamuis tunc fuit debitum habendi imo potius conseruandi, custodiendique eam.

¶ Nunc obiecta soluenda sunt, atq; ad primũ dicendum, quòd concupiscentia in baptizatis minuitur, & debitum habendi eam dimittitur. ideo multa in illa instantia continentur, nõ vera. Attamen fieri potest, quòd aliquis adultus baptizatus post suũ baptismũ fiat & sit libidinosior, quàm ante, quemadmodum, & superbior siue gulosior, non ex defectu sacramenti baptismatis, sed ex ingratitudine, negligentia, & incusto dia sua: qm̃ gratiã in baptismo fortitam nõ custodit, imo Deo ingratus est: & sic vitia eius grauiora redduntur, & eum trahunt quotidie ad peiora: quia vt ait Saluator, Cui plus datum est, plus requiretur ab eo. Seruus quoq; sciens voluntatẽ domini sui, & non faciens, vapulat plagis multis.

¶ Ad secundũ, quòd non oportet semper actum malum procedere ex radice culpabili, qa non esset deuenire ad primũ peccatum: sed sufficit, quòd procedit ex radice defectuosa in se, prout defectus dicit quamcunq; imperfectionẽ seu labilitatẽ ad malũ. Nã & in actualibus peccatis frequenter manet dispositio, pronitasq; ad culpã post gratiæ infusionem. Et quamuis ex illa dispositione sequatur actus culpabilis: non tamen illa in se culpa consistit. Sicut licet concupiscentia quæ actus est fomitis, extet culpabilis, nõ tũ oportet fomitem, ex quo progreditur, manere post baptismum sub ratione peccati.

¶ Ad tertium patet rn̄sio, quia priuatio non aufertur, nisi habitus ei oppositus aut æquiualens seu præualens rependat. ¶ Ad quartum, quod non eodem modo se habet fomes, seu concupiscentia ad maculam originalẽ, sicut actus peccati ad maculã actualem. Concupiscentia namq;, quamuis ad maculam orginalẽ materialiter se habeat, nõ tn̄ est causa ipsius, secundum quod in eodẽ inueniũtur subiecto. sed actus peccati causat maculam actualem. iõ actu illo manente, nequit macula seu reatus eius auferri. sed in originali transit & cessat reatus seu macula, manente cõcupiscentia iam præfata. Ad quintũ, quod peccatũ dr̄ dimitti, & nõ imputari, qm̃ reatus seu obligatio ad pœnam æternam, aufertur, vt iam dictum est pleniùs. Attamen de hoc puncto est alia quæstio, seu potius alia pars qõnis istius, An. s. originale dimittatur in baptismo etiã quo ad pœnã. Ad quod Alexander rn̄det: Gratia baptismi delet originale peccatum quantum ad culpã, & quantum ad pœnã suffocantem, & non quantum ad pœnam promouentem: qa ad idem tendunt gratia baptismi, & promouens pœna, id est, ad consecutionẽ æternæ salutis. Additur etiã a quibusdam, quòd in baptismo dimittitur omne peccatum quantum ad pœnam, vt nulla debeatur post baptismũ pro originali: & si qua manet, quod est ad exercitium bonũ. Dimittitur ergo originale in baptismo quantũ ad culpam, & quantum ad dominium concupiscentiæ, quæ est pœna suffocans in præsenti: & quantum ad carentiã visionis dei, quæ est pœna in futuro. Sunt demum aliæ pœnæ, vt fames, mors, cõcupiscentia, quæ pœnæ remanent ad exercitium salutare: quia reducunt ad memoriam, Deum in tribulationibus inuocare in adiutorem, faciuntq; cogitare de miserijs incolatus huius exilij, vt sic defleat homo sua peccata, seque in cunctis humiliter. Reprimunt etiã concupiscibilem, ne defluat per concupiscentiam. & sic valent ad diuiuæ, & internæ reformationem imaginis. Hæc Alexander. Bonauen.

¶ Consonat Bonauentura in qõnibus circa textũ. Cõcupiscentia, inquiens, quæ permanet post baptismum, non est pœna suffocans. Non. n. præcludit aditum vitæ, statq; simul cum gratia. Et si incitet ad illicita: non tamen præualet: quoniam subtus nos est appetitus noster, & possumus dominari illius. Hæc pœna est promouens, atque materia bonæ exercitationis, quod in libro iudicum significatum videmus, quo legitur, quòd filijs Israel terram promissionis post Iordanis transitum introgressis, reliquit deus Iebusæos in exercitium, quatenus in ipsis experiretur Israelem, an seruaret mandata domini, an non. Hæc Bonauentu. Gen. 4.

¶ Circa hoc Thomas disseruit: Peccatum originale, est per se, ac primò naturæ infectio, & ex consequenti inficit personam, secundum quod dispositio naturæ in personam redundat, atque per hoc duplex pœna originali debetur. Vna inquantũ personam inficit, puta carentia beatificæ visionis, quæ est actio quædam pertinens ad personam. Alia pœna ei debetur, prout inficit naturam, sicut necessitas moriendi, rebellio carnis ad spiritum, & consimilia, quæ ex principijs naturæ causantur, totamq; speciem consequuntur, nisi miraculosè impediantur. Baptismus itaque infectionem originalis mundat, secundum quod infectio naturæ in personam redundat. Tollitur nanque per baptismum diuinæ visionis carentia, non autem remouet infectionem naturæ, secundum quod ad naturã refertur per se. sed hoc erit in patria, qm̃ natura nostra perfectæ libertati, ac immortalitati restituetur. Hæc Thomas in Scripto. Concordantq; alij, nec in his videtur difficultas consistere, ideo pertranseundum. Aquinas.

QVAESTIO. II.

Quæritur quoq; hic. *An fomes seu concupiscentia, & præactæ pœnalitates ex originali peccato secutæ, & post baptismum manentes omnibus insint æqualiter.*

¶ Ad quod Thomas rn̄det. Cum corruptio fomitis sit per se infectio naturæ humanæ, oportet idem esse iudiciũ de eius intensione seu augmento, & de intensione humanæ naturæ. Natura aũt humana cõsideratur dupliciter. Primò, secundum rationẽ suã specificam, sicq; in cunctis hominibus æqualiter inuenitur. Secundò prout naturæ perfectio redundat in indiuiduorum perfectionẽ, per modum, quo ex principijs speciei sequuntur indiuiduorũ operationes, sicq; vnus homo aptior est, atq; potentior alio ad exercendũ operationes naturales, sicut ad ratiocinãdũ, ad intelligẽdũ. Cõformiter de fomitis corruptione dicẽdũ. Qui si cõsideretur secundũ quod per se naturam concernit, sic omnibus inest æqualiter, & hæc est absoluta consideratio eius. Nempè quod subtrahebatur rectitudo illa, quæ vniuersas animę vires respiciebat, ac in vnum tenebat, hoc omnibus æqualiter conuenit, quia priuatio quantũ in se est, non recipit magis, & minus. Si verò consideretur fomes secundum, quod infectio originalis redundat in infectionem personæ, inquantum potentiæ rectitudine sua carentes inclinant in fœdas affectiones turpesque operationes, ita in vno est maior corruptio fomitis, quã in alio, put ex naturali complexione, seu assuefactione concupiscibilis aut

aut irascibilis vis vnius efficatior, atq; feruẽtior, est ad suos actus, quàm alterius. Et iuxta hunc modum fomes dicitur minui post baptismũ, secundũ quod gratia retardat, ac reprimit impetũ sensualitatis, in contrarios actus inclinans. ¶ Præterea si quis instet, ꝓ ex fœditate, ardoreq; coitus causatur infectio fomitis, cũq; fœditas illa, & ardor libidinis plus abundent in gn̄atione vnius, q̃ alterius, vr̄ idem dicendũ de fomite & eius corruptione. ¶ Rursus aliq pœnalitates ex originali secutæ, magis abundant modo q̃ olim, & in vno, q̃ alio: nam vt fertur cõiter, homines sunt modo breuioris vitæ, ac minoris virtutis, q̃ olim: ergo idẽ dicendum de fomite. ¶ Rn̄dendũ ꝓ causa inducens peccatum originale, nõ est actualis delectatio coitus, sed habitualis concupiscentia generantis, quæ non inducit maiorẽ concupiscentiã proli, q̃ fuit in ipso. Ad aliud rn̄detur, ꝓ aliæ pœnalitates, non sunt magis in homine modo, q̃ antiquitus à tempore diluuij, cum, & Dauid de hominibus sui tpis dicat: Dies annorum nostrorũ in ipsis septuaginta anni. Veruntamẽ ante diluuium homines vixerunt diutiùs virtute diuina, ad humaui generis multiplicationẽ, & ob alias causas. Mortalitas quoque, & passibilitas secundum qd̃ naturã respiciunt, non intenduntur, nec remittuntur. Vnde mortale prout, est differentia hominis non suscipit magis & minus, sed solum, put ad cõsistentiã & operationes indiuidui cõparatur. Hæc Thomas in Scripto. Hinc quoq; in prima Secundæ qõne 82. In originali inquit peccato sunt duo. Vnũ est defectus originalis iustitiæ. Aliud, relatio eiusdem defectus ad peccatũ primi parentis, à quo per originem viciatam deducitur. Quantum ad primum, nõ suscipit magis & minus, cum totum donum originalis iustitiæ sit sublatũ. Priuationes aũt, q̃ totaliter aliquid priuant, vt tenebra, & mors, nequaq̃ magis, & minus recipiunt, Similiter, nec secundo modo, quia æqualiter oẽs relationẽ hũt ad vitiatã originem, ex qua peccatũ originale rationem accipit culpæ. Relationes namque non suscipiunt magis, & minus. Hinc originale non est magis in vno, q̃ alio. Hæc idem in Summa. Obiectio. Psam. 89. Petrus.

¶ Circa hæc quærit Petrus, Vtrum fœditas carnis in baptismo aufertur. Respondet, Peccatum originale corrumpit personam, atque naturam: quia vtriq; aufert iustitiam originalem: gratia vero infusa pertinet ad personam, non ad naturam: non. n. potest cum natura transfundi, ideo sanat personã, non naturam: sicq; sanat fœditatem animæ, & carnis quantum ad corruptionem personæ: non quò ad corruptionem naturæ. Vnde sanat personam cui confertur in se absolutè, non inquantum alterius est origo. Hæc Petrus.

¶ Porrò Richardus videtur parumper à præhabitis dissentire, dicendo: aliqui dn̄t, ꝓ cã originalis peccati, quæ est in carne, p baptismum destruir̄ quo ad hoc, ꝓ in eadem persona nequit amplius peccatum originale causare: non tn̄ sic, quin posset illud causare in prole. Quòd non vr̄ sufficienter prolatum. Adhuc. n. restat quærendum, cur caro hæc si manet infecta, non valet causare originale peccatũ in anima sibi coniuncta: cum tamen caro ab ea genita causabit illud in anima sibi iungenda. Hinc mihi vr̄ dicendum, quòd cum orginale peccatum sit formaliter carentia originalis iustitiæ debitæ, nihil ad plenum est causa originalis peccati, nisi sit causa carentiæ illius originalis iustitiæ, præsupposito debito habendi eandem. Quamuis. n. debitum illud secundum se non sit peccatum, nec pars peccati, cum sit res aliqua, & à Deo: attamen carentia originalis iustitiæ non est peccatum, nisi præsupposito debito illo. Infectio demum, quæ est in carne, etsi sit causa carentia originalis iustitiæ in anima: non tamen est causa debiti eam habendi, sed illa iustitia, quæ fuit data Adæ, imò potius tori naturæ ī Adã. Caro ergo infecta, causare originalẽ iustitiã nõ valet in pſona cuius est caro, nisi pſona illa sit debitrix originalis iustitiæ: & debitũ illud remittitur in baptismate: idcirca in aia baptizati de cætero causari nequit originale peccatũ à carne sua infecta. Sed qa hoc debitũ non est dimissum nõ baptizato, ideo caro à baptizato propagata, pôt aiam sibi coniunctã originali peccato inficere. Hæc Richardus. ¶ Verùm ex præinductis patet ad istud solutio melior. Similiter ex quęstione, qua infra quæretur, An deus sit causa cõcupiscentiæ, quæ remanet post baptismum. Iustitia verò data primo homini, non est propriè causa debiti iam præfati, sed potius institutio creatoris seu vnitas, qua omnes in primo homine vnum quodãmodo fuimus, vt supra est declaratum. Richar.

¶ Hinc scribit Bonauentura rn̄dendo ad id, Vtrũ originale peccatum deletur per baptismũ quãtum ad causam. Dupliciter, inquiens, contingit loqui de cã originalis peccati. Primo per respectum vnius hominis in se. Secundò per cõparationẽ eius ad alterum ex ipso propagandum. Primo modo semper deletur causa originalis peccati cum ipso, quia non valet amplius eundem inficere: nõ autem secundo modo, qm̃ ratione vitiatæ originis, & vt est infectio quædam naturæ, transfunditur in prolem, vt iam diffusè expositum est, Et consonat Alexander. Vldaricus quoque in Summa sua libro quarto. Bonauen.

QVAESTIO. III.

Amplius quæritur, An fomes seu concupiscentia, vel originalis infectio sit a deo. ¶ Videtur quòd non, quia in se mala sunt, & directè inclinant ad malum. ¶ Secundò, filius dei per incarnationem assumpsit quicquid in nobis plantauit, vt tertiò lib. Damascenus testatur: non autem assupsit originalem infectionem, fomitem aut concupiscentiam. Arguitur contra veritatem. Ioh. an. Damascenus In oppositum.

¶ In contrarium est, ꝓ omne ens positiuũ extat à Deo, & tale est concupiscentia. Rursus omnis pœna iustè inflicta, est à deo: sed talis est fomes, & concupiscẽtia ista. Iterũ, aia primo instanti suæ creationis infunditur, & eodẽ instãti peccato originali inficitur: quod aũt primo suæ creationis instanti sortitur, non nisi à creatore sortita videtur: præsertim quoniã supra dixit Magister de angelo lapso, quia si primo instanti suæ creationis fuisset malus, à Deo habuisset malitiam. Ergo idem dicendum de anima & eius infectione. ¶ Ad hoc Bonauẽtura rn̄det: De concupiscentia est loqui dupliciter. Primò, vt est pœna, id est, prout est aliquid consecutum & iustè inflictum pro originali culpa. Secundò, vt est concupiscentia. Primo modo ordinẽ dicit ad culpam. sicq; habet causam promerentem & ordinantem. Meretur etenim homo habere, ac sustinere talem rebellionem ex culpa & inobedientia sua. Deus verò ex sua sapientia, atq; iustitia ordinat hoc malum ad aliud præexistens. Secundo modo concupiscentia dicit duo, videlicet appetitũ, & appetitus excessum. Et appetitus in se quoddã bonũ, est & à Deo: excessus verò in appetendo quamuis videatur esse positio: est tn̄ magis priuatio, & habet cãm deficientem magis, quàm efficientẽ. Quòd enim affectus excedit in tẽporalium dilectione, venit ex defectu virtutis, qua se inde meritò refrenaret: sicut ꝓ membrũ paralyticum velocissimè mouetur ac tremulat, non est ex virtutis motiuæ cõfortatione, & incremento, Bonauen. Concupiscentia habet causã promerentem & ordinantem.

sed potius dissolutione, & detrimento. Et per hanc distinctionem obiecta soluunt, & auctoritates sanctorum, qui sibi inuicem repugnare videntur, facilitèr concordantur. Hæc Bonauentura in Scripto.

Alexan. ¶At verò Alexander circa hoc duplicem tangit opinionem: Pœna, inquiens, cuius effectus non est peccatum, ut fames, ægritudo, & omnis talis, a Deo est, pœna verò, cuius effectus non est nisi pctm, non est a Deo: ut proniras ad superbiendum, ad inuidendum, non est a Deo, & talis est fomes. Alij dicunt, ꝙ fomes, & omnis pœna, inquantum est, & inquantũ est agens, sit a Deo: inquantum verò corruptio est, & inclinans ad malum, a diabolo est, vel ab homine. Et iuxta primam opinionem, dicendum, quòd iustũ potest respicere ordinationẽ, sicq; omnis pœna ꝓm quod iusta est, id est, ordinata, a Deo est: pōt quoq; respicere id, quod iustè ordinatur, & ita non est uerum, ꝙ omnis pœna iustè inflicta, a Deo sit. Hæc Alexander. ¶Cuius positioni concordare vr, quod ait

Quæ pœna sit a Deo.

Albertus. Albertus ad istud rndendo quæsitum: Fomes considerat dupliciter. Primò ꝓm ordinem ad peccatũ originale, ex quo est ut ꝓpria sequela eius, ac pœna. Secundò, quo ad ordinem ad peccatũ sequens, ad ꝙ instigat, atq; inflammat, & ita est causa mali, & in istis cōsiderationibus a Deo esse nō ualet: qm Deus causa mali non est, attn ordinator est mali, & ordinat illud. Vnde ordinatio fomitis hoc modo a Deo est, quod. s. sit in pœnam peccati præteriti, & in exercitium sanctorum in pugna cōtra futurum: qa si fomes non esset, nō esset contra incontinentiã pugna. Hinc sancti diuersimodè de isto loquuntur. Quidam etenim dicunt, ꝙ fomes nō sit a Deo, quidam ꝙ sit. Nã ordinatio eius a Deo est, & ita est iusta pœna ordinatione diuina inflicta, tn ꝓm se hō est a Deo. Hæc Albertus. Veruntamen de isto infra pleniùs differetur, ubi quæret, An Deus sit causa actionis iniustę.

Vdaricus. ¶Cōcordat Vldaricus in summa sua libro 5. affirmans: Infectio culpæ originalis, inquantum culpa non est a Deo: hoc est, inquantũ est deformitas consecuta ex inordinata uoluntate primi parentis. Illm. n. uolitionis iniquæ Deus causa non fuit. Inquantũ vero est pœna. i. defectus alicuius pfectionis, ita est iusta pœna, & est ex Deo, a quo est omne iustũ. Nec tn est pœna inflicta, q̃ fiat Deo agente, ut est pœna sensus, sed est pœna damni, q̃ nō fit Deo aliquid ppetrante, sed suã influentiã reprimẽte. Hæc Vldaricus.

Thomas. ¶His Thomas concordans, addit: Non eodẽ mō est Deus causa omnis pœnæ. Quædam namq; est pœna per inflictionem alicuius contrarij affigentis, vel corrumpentis, & talis pœna est a Deo agente, a quo omnis actio, ꝓm quod ordinata est, & ꝑ consequens passio, sumit principium, omnis autẽ pœna, inquantum iusta, est ordinata. Quædã vero pœna simpliciter est in ablatione, vel defectu consistens. sicut subtractio grãæ: & hæ pœnæ a Deo sunt non tanquã agẽte, sed sicut a non influente, quia in ipso est influere, & non influere, & utriusq; causa est sua uoluntas.

¶Cum autem arguitur, quòd anima eodem instante, quo creatur, fœdatur: dicendum, quòd quãuis creatio, & infusio simul sunt respectu animæ: attamen differunt: quia creatio dicitur per respectum ad terminum a quo est anima tantum, infusio verò per respectum ad duo, uidelicet ad principiũ a quo anima procedit, & ad materiam, quam perficit. Cũ itaque dicitur, anima creatione maculatur, ablatiuus potest denotare habitudinem alicuius causæ, & sic falsum est, quia creatio animæ non est causa, ꝙ maculetur. Anima quippè ex creatione nil habet, ꝙ a Deo non sit. Vel pōt concomitantiam designare, sicq; uerum: quoniam dum creatur, maculatur. Ex hoc tamen non sequitur, quod Deus auctor sit maculæ. Porro dum dr, anima infusione maculatur, si ablatiuus designet habitudinem causæ: duplex est quia uel intelligitur infusio esse maculæ causa ex parte principij a quo, & ita falsa: uel ex parte termini ad quẽ, & sic est uera. Nec simile ẽ de aia, & angelo. Angelus nãq; creatus est, nō ut corpis forma quẽadmodum anima: ideo non ille, sed ista potuit ex parte corporis incidere maculam. Per quod alterius patet obiecti solutio. Hæc Thomas in Scripto.

¶At Petrus his consentiens: Omne, ait, peccatum est priuatio modi, speciei ac ordinis, ꝓm Augustinũ. Duplex est autem priuatio boni. Vna boni iam habiti, ut cęcitas excęcati. Alia boni habendi, ut cæcitas illuminandi. Conformiter duplex est spiritualis priuatio, ꝓm quod duplex est genus peccati, utpote actualis, & originalis, Peccatum actuale est priuatio boni iam habiti, & quia non potest idem simul haberi, & non haberi, idcirco non potest rationalis creatura in primo suæ creationis instanti peccare. Peccatum verò originale est priuatio debiti nunquam habiti, ideo potest inesse in primo instanti creationis, non ex creatione, aut creatore, sed corpore, cui infunditur anima. Hęc Petrus.

Petrus, August.

QVAESTIO IIII.

An decuit Deum infundere animam rationalem carni infectæ.

COnsequenter quæritur, *An decuit Deum infundere animam rationalem carni infectæ.*

¶Videtur quòd non: quoniam hoc uidetur derogare infinitæ sapientiæ Dei, utpote tam præclarum thesaurum tam fœdo infundere uasculo: item diuinæ iustitiæ, animam innocentem inficienti, & quasi uenenosæ unire materiæ: diuinæ etiam pietati. immunẽ. s. animam tot, & tantis calamitatibus implicare. Secundò, spiritualis infectio peior, & uitabilior est corporali infectione, cũ ergo leprosis consulatur a coitu abstinere, ne infectã generent prolem, apparet, ꝙ Deus potiùs consulere debuerit hominibus a tali copula abstinere, ex qua damnalibus nascitur proles. ¶Tertiò, sapiens actor suum producit effectum iuxta exigentiam, & congruentiam finis Cum ergo finis creationis hominum sit æterna fęlicitas, cuius adeptio per originale impeditur pctm, vr, quòd nequaquam sapientissimum deceat Deum animas unire corporibus, ex quorum unitionibus certissimè inficiuntur, & impediuntur a suæ consecutione salutis.

Arguitur primò cōtra ueritatem.

¶Quartò, si Deus innoxium poneret in infernũ, reputaretur iniustum: ergo & pari rōne vr iniustũ, quòd animam puram coniungit sordido corpori, ex cuius coniunctione incidit in reatum damnationis perpetuæ.

¶In contrarium est attestatio fidei Christianæ, & ea q̃ iã dicent. Ad hoc rndet AEgidius in opusculo de originali pctō. Sunt nonnulli de sua intelligentia psumentes, ac diuina iudicia metiri uolentes, dicentes bonitatẽ, clementiamq; diuinã nō dedere aiam corpori infundere maculato. Et qm humana rō nō quiescit, nisi dictorum rō assignetur, triplici uia oēdo Deũ istud decere, iuxta quod triplex bonũ in rebus consistit, uidelicet bonũ uniuersale, speciale, & psonale. Prima uia hęc est: Ad summam, & uniuersalem causam pertinet, principaliter procurare, intendere, psequi bonũ uniuersale, ꝙ est decor, & cōplementũ uniuersi, ad cuius ornatũ, & cōplementũ spectat uniuersitas spērũ, inter quas spes humana est deeminētioribꝰ una, ergo eiꝰ gũatio, & cōtinuatio nō

AEgidius.

fuit deserenda pp originalis peccati dispendium.

¶Secunda uia est: qm toti speciei humanæ uoluit & potuit Deus prouidere contra originalis peccati incommodum, copiosum, ac salubre medium, utpote unigeniti filij incarnationem. passionem: ac cæteræ mysteria, sacramentaq;, atq; in Christo exaltauit naturam humanam super omnem penitus creatunam, & de remedio cōtra originale ab exordio prouidit hominibꝰ, quibus, & multa, ac maxima super naturalia dedit charismata. ¶Tertia uia est, quia & originale peccatum est factũ diuersis personis speciei humanæ occasio amplioris gratiæ, ac salutis, q̃bus diuersa, & eminentia dona gratiæ gratumfacientis, ac gratiæ gratis datæ collata sunt, prout in epistolis suis tangit Apostolus. Hinc exclamat Gregorius: O felix gratia, quæ talem, ac tm meruit redemptorem. Et quamuis multi tantarũ non fiant participes gratiarum, hoc ex eorum negligentia contingit culpa, non ex redemptoris defectu, q̃ uniuersos ad suam gratiã multipliciter conuocauit. Hoc Egidius.

Gregor.

Thomas. ¶In idem redit, ꝙ scribit Thomas, dicendo: Sicut bonum gentis diuinius est, quam bonum unius hominis, sic bonum uniuersi præpollet bono particularis naturę, ac singularis personæ, idcirco defectus in uniuersum redundans, deterior est, si aūt multiplicatio humani generis tolleretur, in totius vniuersi redundaret defectum. ¶Præterea ordo iste naturalis est rebus, ut posteriori sublato, id quod priùs est maneat, ut in commento primæ propositionis libri de causis habetur. Bonitas autem naturalis præexistit omni bonitati superadditæ, tam acquisitæ, quam gratis collatæ. Hinc subtracta bonitate gratuita originalis iustitiæ collata hominibus, cessare non debuit propagatio hominum naturalis, prēsertim cum Deo omnipotenti facultas suppeteret recuperandi hmōi damnum. ¶Et per hoc prima instãtia soluitur, quia in isto, quòd Deus naturalia conseruauit, & gratuita tam copiosè recuperauit, maioraq; gratiæ dona largitus est, atq; tam mirè, ac gratiosè redemit genus humanũ, ipse omnipotentiam, pietatem, iustitiam, sapientiam ac misericordiam suam multo præclariùs declarauit, & communicare dignatus est. ¶Ad ꝓm dicendum, quod lepra est incurabilis morbus, originalis verò peccati languorem Deus fęlicissimè sanare, & instaurare decreuerat. ¶Ad tertium, quod Deus primò instituit genus humanum, prout conuenientiùs fuit eidẽ, sed qm primi parentes illum statum corruperunt, prouidit Deus de alio modo salutis, nec opus inchoatum debuit omnino omittere, sed misericorditer reparare. Vnde & melius fuit animam infundi carni corruptę, sed reintegrabili, quàm prorsus non fieri: sicut, & melius esset thesaurum ꝑciosum collocare, in uase immundo, quàm penitus illum disperdere.

Pœna damni absque demerito proprio infligitur, nō pœna sensus.

¶Ad quartum, quod in inferno duplex est pœna. videlicet pœna sensus, quæ est corruptio, & aflictio naturalis boni, ideo esset iniustum alieni sine demerito proprio illam pœnam inferri. Alia est pœna damni, quæ & pro originali peccato infligitur, quæ nihil subtrahit horum, quæ naturæ ex proprijs principijs suis debentur, sed aliquid supernaturale, ad ꝙ natura fuerat ordinata per donum gratuitum. Hinc iniuria nulla fit homini dum sibi non datur: quod suæ naturæ non debetur, ut beatifica visio Dei. Hęc Tho. in Scripto. Concordant Petrus, Richar. & alij.

Bonauent.

¶Bonauentura quoq; Iustitia, inquit, dupliciter sumitur. Primò, pro condecentia diuinæ bonitatis. Secundò, ꝑ æquitate in meritorium retributione. Primo modo sumendo iustitiam decuit diuinam iustitiam unire aiam carni infectæ, ne opus creatum, & læsum dimitteret irreparatum, nã & hoc decuit Deum ut conseruatorem, cuius est opus ꝓm capacitatem ipsius seruare in esse, & aliquid melius prouidere pro ipso. sic & summo uniuersorum gubernatori iustum, & condecens, fuit calamum conquassatũ non prorsus cōfringere, sed in melius renouare. Si aūt iustitia secundo mō sumatur, iustum non fuit aiam, quę adhuc nil boni, aut mali commiserut, corpori sic infecto coniungi. Hæc Bonauentura. Concordant in his Albertus, Vlricus alijq; communiter nec immorari oporter.

Isai. 4.

QVAESTIO V.

Utrum animæ rationales ex sua creatione habeant æqualitatem in omnibus.

ADhuc quæritur hic, *Utrum animæ rationales ex sua creatione habeant æqualitatem in omnibus.* ¶Vr quod non, quia in lib. Sapientiæ fertur de Chananeis, quod naturalis fuit eorum malitia Ecōtra in libro eodem quidam fatetur, Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam Quorundam ergo animæ naturalem, atq; ingenitam habent bonitatem. quorundam verò naturalẽ, innatamq; prauitatem. ¶Secundò, quidam in naturalibus sunt multo elegantiores, q̃ alij, utpote magis ingeniósi, ac in dolis meliores, & hoc ab exordio ipsis innatum est. ¶In oppositũ est, ꝙ uniuersę animę rōnales eiusdem sunt speciei, species verò rerum in indiuisibili consistunt.

Arguitur primo cōtra ueritatem.

In oppositum.

¶Ad hoc Thomas rndet. Quidam in angelis, & animabus posuerunt materiam, & hi forsan aliquo mō possent saluare differentiam animarũ in dignitate. Et huius opinionis vr fuisse Magister, dicendo ꝙ eo modo differentia sit in animabus sicut in angelis. Sed qm supra probatum est, neque in angelis, neq; in animabus materiam esse, non potest inter animas rōnales esse distinctio penes dignitatem naturæ, aut ꝓm gradus essentialis perfectionis, imò oēs ꝓm se nudè, & absolutè consideratæ, in natura sunt pares atq; æqualis perfectionis. Diuersitas verò & gradus eminentiæ, quibus quædam quibusdam in naturalibus eminentiores censentur, uenit ex diuersa corporis dispositione. Vnde (ꝓm Phylosoph.) molles carne, apti sunt mente. Quod. n. in aliquo recipitur, recipitur in illo ꝓm modum, & dispositionem recipientis. Hæc Thomas in scripto, ꝓm quem de isto supra pleniùs est tractatum.

Aquinas.

Philosop.

¶At vero Petrus circa hæc aliter vr, dicendo. Sicut Magister hic dicit, quemadmodum est diuersitas attributorum. i. naturalium donorum in angelis, ita in animabus: quoniam erimus similes angelis Dei in cœlo, hinc sicut in angelis est inæqualis aptitudo naturæ ad gloriam, ita uidetur esse in nobis. Vnde uerò inæqualitas hæc ueniat, diuersi diuersimodè tradunt. Nam aliqui dicant, quòd animæ rōnales habent quasi spiritualẽ materiam, ex qua sunt, & ꝓm quod plùs, vel minus de tali habent materia, ꝓm hoc sunt subtilioris naturæ, vel minus subtiles. Alij dicunt, ꝙ nō habent materiam, nisi in qua sunt, utpote corpus, & hi dicunt, quòd ꝓm diuersitatem corporum prouenit a Deo diuersitas animarum; qm nobiliori perfectili, nobilior semper perfectio infunditur, ac debetur. Horum primum uerius esse vr, quia frequenter in corpore fagiliori melior anima inuenitur.

Petrus.

Matth 19.

¶Cumq; obijciẽt, ꝙ dr̃ia formalis diuersificat speciem. Rndendum quod duplex differentia formarũ est. Vna formalis ꝓm principia formalia, & hæc diuersificat speciem. Alia materialis secundũ diuersita

tem materię,& hęc non diuersificat speciem.prima est differentia formæ secundum essentiam, secunda verò penes esse, ꝙ in materia habet Hæc Petrus.

Richard.

¶Deniq; huic opinioni consentit Richardus, & eam magis explanat,dicendo:Siue aīę rationales habeant materiam,siue non, credo ꝙ aliquæ sint alijs nobiliores ex creatione non solum in grīs supernaturalibus gratisdatis,sed itē in naturalibus donis. Constat nempè in aīa esse principium quoddā passiuū siue possibile,seu quod est,ēt si materia careat,ꝑ quod potest a Deo diuersimodè transmutari.Videmus aūt in duobus indiuiduis eiusdē speciei, quod quamuis essentia materiæ non sit in uno nobilior, quàm in alio,tn qm̄ aliter passa est ab agente in uno quàm in altero,causantur per naturam materiæ, diuersæ proprietates naturales in indiuiduis eiusdem speciei,ut in masculo patet,& fæmina,& in hoībus diuersarum complexionum. Ergo a simili quamuis animæ similes sint in essentia, attn ratione sui possibilis diuersimodè transmutatæ siue dispositę a creāte,possunt in eis causari proprietates diuersæ naturales indiuiduis,non speciei.Nam q̄uis sint superna turaliter & voluntariè datæ: tamen inquantū sunt inseparabiles ab anima illa, & concordātes eius naturæ, nec eleuantes eā supra speciem suam sunt illi animæ quodammodo naturales. Hæc Richardus, qui de his multa conscribit,quæ non uidentur philosophiæ Aristotelis consona.

Veruntamen Bonauentura quoque vr̄ huic opinioni plùs cōsentire:Quæritur,inquiens,utrum subtilitas ingenij,& habilitas memorandi, ueniant ex parte corporis,an ex parte animæ.Et ꝙ vero ex parte aīæ,vr̄ sentire Magister:quod verò ex parte corporis:qm̄ anima,quæ ſm se, & per se non uariatur per tempora,modo dementior est ad intelligendū, modo acutior,quod non vr̄ posse esse, nisi ex uaria corporis dispositione.Dicendum,quod dictum Magistri satis probabile est,& quòd animæ dicunt̄ consistere pares,non intelligitur per priuationem ordinis naturalium in præcellentia,sed quantum ad priuationem ordinis in domino,& seruitute.Cumque corpus sit ꝑꝑ aīam,non econtra, excellentia ista in naturalibus ex parte animæ uenit:non rōne principij,ex quo cū sit ex nihilo, sed rōne principij a quo hoc est a sapientia conditoris,omnia ſm congruū ordinem producentis Nihilominus dispositio corporis, multum confert ad exercitium habilitatum illarum,quamuis principalis causa non ut diuersitatis habilitatum illarum:præsertim quia uidemus frequēter homines peioris complexionis esse ingeniosiores.Vnde cum uideamus quosdam ad metaphycalia,quosdam ad physica,quosdam ad mathematica aptiores, si ratio horum quæratur, respondebit theologus hoc esse ex distributione donorum Dei, quæ omnia gratiæ appellant̄ a sanctis Philosophus aūt diceret hoc esse ex uaria corporis dispositione, & uterq; diceret bene,Sed theologus meliùs,utpote principaliorem causam assignans.Vnde Philosophus libro de animalibus, assignando causas dispositionis membrorum,ubi non innenit causam principalem ex parte naturæ, recurrit ad dispositionem conditricis sapientiæ.Hæc Bonauentura.

Durand.

¶Porrò Durandus positionem sequitur sancti Thomæ:Aequalitas,dicens, seu inæqualitas animarum, potest attendi: primò, quo ad dispositiones gratuitas,& sic non sunt ex creatione, seu ab origine æquales,cum animæ primorum parentum in originali iustitia sint creatæ, & anima Christi ī summa perfectione gratiæ,& gloriæ.Secundò,quantum ad perfectiones naturales, & hoc dupliciter. Primò.n. est quæstio,an animæ,quo ad suas essentias sint inæquales.Et vr̄,ꝙ non,cum forma substantialis non recipiat magis,& minùs. Secundò, an quantū ad suas potentias,seu naturales ,pprietates, & sic rursus est distinguēdum.Nam quædam sunt proprietates,seu uires cōes toti composito,ut potentiæ uegetatiuæ, ac sentitiuæ,quædam sunt ,ppriæ ipsi animæ,ut potentiæ inorganicæ.Potentiæ illæ communes toti cōposito, nobiliores, & perfectiores sunt in uno,quā in altero eiusdem speciei supposito ex diuersa dispositione subiecti,seu organi,de potentijs autem inorganicis ut sunt intellectus,& uoluntas maior est difficultas, quia immediatè respiciunt essentiam aīæ, ex qua fluunt,& cui insunt Et ita ex parte animę nō potest esse inæqualitas uirium harum in diuersis in diuiduis speciei eiusdem,nec ēt ex parte creantis, q̄ quamuis animabus eiusdem speciei, & in essentia æqualibus posset concreare,seu dare inæquales proprietates,seu uires:non tamen hoc agit,quia ſm August.in rerum creatione, non quæritur,quid Deus possit,sed quid competat rerum naturis. Hinc inæqualitas uirium inorganicarum, contingit ex uaria corporis dispositione.Nā corpore, & sensitiuis potentijs utuntur,ut instrumentis. Hæc Richardus. August.

Hinc ſm Albertum,qui abundant in bonitate sensus communis,aptiores extant ad Physicā:qui in bonitate imaginatiuæ,ad mathematicā: qui aūt in bonitate cogitatiuæ, ad Metaphysicā. Videmus quoq; ꝙ in infantulis, & obsessis, ac naturaliter stolidis, vsus rōnis totaliter īpedit ob corpis indispositionē. Albertus.

QVAESTIO VI.

RVrsus quæritur. *Si sola Eua peccasset,utrum originale peccatū,seu aliud quid trāsfusum fuisset.* Eccles.25.

¶Vr̄ quod sic, quia in Ecclesiastico scriptū est, A muliere initiū peccati factū ē,& ꝑ illā oēs morimr.

¶Secundò,mr̄ ministrat substātiā,seu materiā carnis,ergo ad min⁹ defect⁹,ac pœnę carnis trāsfunderent̄.¶Tertiò,a uase corrupto corrūpit ptētū in eo. Eua aūt fuit uas primū totiūs sobolis propagatæ.

¶In oppositum est illud Apostoli ad Romanos: Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit,& per peccatum mors. Rom.5.

¶Ad hoc Albertus respondet: Hæc qō soluta est ab Anselmo,dicente:Si Eua sola peccasset,peccatū, ut personale in ea sola mānsisset,& Deus de corpore Adæ aliam fœminam produxisset,per quam cōmixtione mediante cum Adam,propositum Dei de hominum multiplicatione perficeret. Verum antiqui doctores Præpositiuus,& Gulielmus, Antisiodorensis,dixerūt,quòd si sola Eua peccasset,& Adam post peccatum eius per eam generasset,pœnam corporeæ fœditatis transfudisset,non peccatum originale.Sed dictum Anselmi probabilius mihi vr̄,ꝑꝑ uerbum Augu.dicentis:Diuinæ iustitiæ non cōgruit,ꝙ eos teneat pœna, quos ad pœnā nō obligat culpa. Hinc videret̄ iniustū,quod a matre reciperent fœditatē pœnalē,q̄ non accipiunt culpā. Hęc Albertus. Albertus, Anselm.

¶At verò circa hoc aliter Tho.sensisse vr̄: Pctm̄, dicens originale a primo parente traducitur inquātum ipse mouet ad gnationem natorum, ita quòd si materialiter tantum quis ex carne gnaret̄ humana, non cōtraheret originale peccatum. Cumq; ſm Philosophos principium actiuum in gnatione est a patre,materiam aūt mater ministrat:hinc peccatum originale non contrahitur a matre,sed patre.Et ſm hoc si Adam non peccante Eua peccasset,filij pctū originale

originale non contraherent Econtrario aūt esset,si Adā peccasset,& non Eua.Veruntn̄ quibusdam, vr̄ quòd Eua peccante,si Adam nō peccassent,filij fuissent immunes a culpa originali, contraherent tn̄ necessitatem moriendi,aliasq; passibilitates,& pęnalitates prouenientes ex parte materiæ, quàm mater ministrat: habuissent inquam illas non sub ratione pœnæ,sed ut quosdam naturales defectus.Quod nō vr̄ conueniens.Immortalitas.n.& impassibilitas primi status,non erat ex conditione naturæ,sed ex dono originalis iustitiæ,ꝑ quam corpus subdebat̄ aīę, quamdiu aīa fuisset Deo subiecta, defectus aūt originalis iustitiæ,est originale peccatum.Si ergo Adā non peccante,peccatum originale non transfunderetur in posteros propter peccatum Euæ, manifestum est,quod in filijs non fuisset defectus originalis iustitiæ,ergo nec passibilitas,neq; necessitas moriendi.Hæc Thomas.

¶Ad auctoritatem verò Ecclesiastici respondet Albertus:A muliere fuisse initium peccati personalis,sed non originalis in natura. Secundū obiectū solutū est.Ad tertiū rndet, ꝙ Eua nunq̄ fuit uas,in quo vnquā simul fuerit tota natura humana,in quā serpit originale peccatū,sed Adā fuit uas tale,in cuius lūbis oēs hoīes erant ſm corpulentam substantiam.Præterea uterus mulieris extrinsecum uas est ad paruulū,semē uerò uiri formās, uas extat intrinsecū,ideo corruptio seminis uiri serpit in paruulū, nō corruptio utero matris.Hæc Alber. Attn̄ opinionē illā Antisiodorn̄,& Præpositiui plurimi tenent.

¶Insuper quidam hic quęrunt,An Deus animas, quas creat quotidiè,faciat bonas,uel malas; mundas,aut immundas,iustas,aut iniustas.Ad ꝙ breuiter respondetur,ꝙ facit eas bonas bonitate naturali, non morali.Similiter creat mundas immaculatas, seu sine labe peccati, prout ab ipso egrediuntur:non autem facit iustas,nec tn̄ iniustas nisi iniustum purè negatiuè sumatur.

A

An peccata omnium præcedentium patrum paruuli originaliter trahant,vt peccatum Adæ.

PRædictis adijciendum videtur, an peccata præcedentium patrum ad paruulos transeant, sicut illud primi hominis delictum in omnes carnaliter genitos diximus redundasse: & si peccata parentum transeunt in paruulos,utrum omnium, qui fuerunt ab Adam vsque ad ipsos, an aliquorum, & non omnium. Vtrū originale peccatum ꝑ peccata ,proximorū parētū multiplicetur & intēdatur. Aug.in Enchir.c.47.

C

Quid super hoc Aug.in Enchiridio dicere videtur.

De hoc Augustinus in Enchiridio ambiguè differit: videtur enim approbare,peccata parentum præcedentium imputari paruulis: non omnium tamen, qui fuerunt ab Adam,nec importabili & nimia sarcina in pęna æterna grauarentur paruuli: sed tantū eorum parentum,qui eos a quarta generatione præcesserunt. Quod confirmat illis uerbis,quibus in Exodo dominus ait: Ego sum Deus visitans iniquitates patrum vsque in tertiam & quartam generationem:quasi peccata parentum proximorum tantum paruulis imputentur,& non alia,quod est per moderationem diuinæ miserationis. Exodi 20.

D

Eorum ponit documenta,qui dicunt transire in paruulos parentum delicta.

Et quod nō illud solū primi hoīs delictū paruulos teneat,sed ēt alia:illi quibus ita vr̄, ex eo cōfirmant,ꝙ ēt paruuli,non modo maiores dicunt̄ baptizari in remissionē peccatorum,per pluralem numerum:non pet singularē,in remissionē peccati.Et Dauid de legitimo mr̄imonio ꝑcreatus,dicit.In iniquitatibus cōceptus sum,& in peccatis cōcepit me mr̄ mea.Non dicit,iniquitate,vel peccato.Vn̄ putant nō rātū illud vnum pctm̄ originale,sed ēt plura,q̄ in peccato Adæ reperiri pnt,& alia parētū pctā paruulis imputari: Aug.ibidē c.44 Psalm.50.

B

Quòd in illo uno primo peccato plura reperiuntur.

Quòd uerò in actuali peccato Adæ plura notari valeant peccata, Augu.in Ench.insinuat. Pnt(inquit) intelligi plura peccata in una transgressione Adæ,si in sua quasi membra diuidat̄.Nam & superbia est illic, quia hō in sua potius esse,quàm Dei ptāte dilexit: & sacrilegium,qa Deo non credidit:& homicidium, qa se in mortem præcipitauit: & fornicatio spūalis,qa integritas mentis humanæ serpentina suasione corrupta est: & furtum,quia cibus prohibitus vsurpatus est.& auaritia,quia plusquam sufficere illi debuit appetiuit,& si qd aliud in hoc vno pctō inueniri pōt.Deinde de parentū pcedētiū peccatis,vtrū paruulis imputent̄,magis opinādo,q̄ asserēdo disceptat, ita inquiens.Parentum peccatis paruulos obligari,nō solū primorū hoīum, sed ēt suorū,de qbus ipsi nati sunt, non improbabiliter dr̄.Illa quippe diuina snīa,Reddā peccata patrū in filios, tenet eos ante regnationem vsq; adeo,ut etiā de legitimo mr̄imonio ꝑcreatus,dicat. In iniquitatibus conceptus sum,& in peccatis concepit me mr̄ mea.Non dixit,in iniquitate, vel in peccato,cum & hoc rectè dici posset,sed iniquitates,& peccata dicere maluit,qa & in illo uno,quod in omnes hoīes ꝑtransijt,atq; tam magnum est,ut eo mutaret̄ humana natura,reperiunt̄ (sicut supra differui) plura peccata,& alia parentum, q̄ non ita pnt mutare naturā,reatu obligāt filios,nisi grā Dei subueniat. Sed de peccatis aliorū parentum, quibus Aug.ibidē c.45. De parētū peccatis an paruulos teneāt Exod 20. Psalm.56.

quibus ab ipſo Adã vſq; ad patrẽ ſuũ ꝑ gñationibus ſuis q ſq; ſuccedit,nõ immeritò di- Vide opiniones varias.
ſceptari põt,vtrũ oĩum malis actibus,& multiplicatis delictis originalibus,q naſcit,im-
plicet,ut tãto peiùs, quanto poſteriùs quiſq; naſcat? An ꝓpterea Deus in tertiã,& quar-
tã gñationem de peccatis parentũ poſteris eorũ cõminet,qa irã ſuã quantũ ad ꝓgenera
torũ culpas,nõ extẽdit ulteriùs moderatione miſerationis ſuæ , ne illi,quibus regñatio-
nis gr̃a non ꝯfert,nimia ſarcina in ipſa æterna dãnatione ꝑmerent , ſi cogerent ab ipſo
initio gñis humani,oĩm ꝑcedentiũ parentũ ſuorũ originaliter peccata ꝯhere , & pęnas
ꝓ eis debitas pendere.An aliqd aliud de re tanta ſcripturis ſanctis diligentiùs ꝑſcrutatis
ac tractatis valeat,vel nõ,valeat reperiri,temerè affirmare nõ audeo. Ecce ꝑſpicuũ ſit,
lectori Aug.ſuperiora dixiſſe,non aſſerendo,ſed diuerſorum opiniones referendo.

E *Oſtendit Auguſtinum ſibi fore contrarium,ſi id ſentiret.*

Alioquin ſibijpſi ꝯdicere oñderet,qui in eodem libro oĩum mitiſſimã dicit cẽ pœnã
paruulorũ,q originali tm̃ tenentur peccato,his verbis: Mitiſſima ſanè pęna eorũ erit,q
ꝑter pctm̃,q originale ꝯxerunt,nullum inſuꝑ addiderunt,& in cęteris,qui addiderunt, Aug.in Enchir.c.93.
tanto quiſq; ibi tolerabiliorẽ hẽbit dãnationẽ,quanto hinc minorem habuit iniquita-
tẽ.Ecce hic apertè dicit,paruulorũ pęnã,oĩm aliarũ pęnarũ cẽ leuiſſimã.Quod ſi eſt,nõ
ergo peccatis patrũ ꝑcedentiũ obligant niſi Adæ.Si.n.ꝓ peccatis parentũ actualib.æter
naliter punirent,& ꝓ ſuo originali,nõ iã minus,ſed fortè magis,q̃ ipſorũ parentes puni
rent.Nõ ergo ꝓ pctis parentũ actualib.nec ẽt ꝓ actualib⁹ primi parentis,ſed ꝓ originali Ar.q.1.ca. firmiſſimè & de con. ca. firmiſſimè.
quod a parentibus trahit,paruuli dãnabunt,ꝓ eo nullã aliam ignis materialis,vel ꝯſcię
vermis pęnã ſenſuri,niſi q Dei viſione carebũt in ꝑpetuũ.Vno ergo,& nõ pluribus pec-
catis paruuli obligati ſunt.Vñ ẽt a qbus illa opinio muniri vr̃,ſ.q pctã, & iniquitates in Aug in Enchi.c 44.
paruulis aliqñ ſcriptura eſſe ſignificat,vtẽs plurali numero,ita determinat Aug.ĩ eo.lib. Num.21.
Quia in ſcriptura ꝑ ſingularẽ numerũ pluralis numerus ſæpe ſignificari ſolet,ut ibi: Ora
ergo ad Deũ,ut auferat a nobis ſerpentẽ,nõ ait,ſerpentes,quos patiebat popul⁹.Et econ
uerſo ꝑ pluralẽ ſignificat ſingularis numerus,ut in Euãg Mortui ſunt.n.qui q̃rebãt aĩam Matth 2.
pueri.Nõ ait,mortuus eſt,cũ loqueret de Herode.Et in Exo.fecerũt Deos aureos,cũ vnũ Exod.32.
fecerũt uitulũ,de quo dixerũt:Iſti ſunt dij tui Iſrael.Ita & illud originale vnũ plurali nu Pſal 50.
mero ſignificatur,cum dicimus paruulos in pctorum remiſſionem baptizari,& in pec-
catis,vel iniquitatibus concipi.

F *An actuale peccatum Adæ ſit grauius cæteris.*

Hic q̃ri ſolet,vtrũ pctm̃ Adæ trãſgreſſionis, ex quo ꝑceſſit originale , & in quo plura
ſuꝑiùs notata ſunt pctã,grauius fuit cæteris peccatis.Quibuſdã ita cẽ vr̃ , quia illud pctm̃
totam humanam naturam mutauit,ſicut Aug.dicit in Enchi.Illud vnũ pctm̃ in loco, Aug.in Enchir.c.48.
& habitu tantæ fęlicitatis admiſſum,tam magnũ eſt,ut in vno hoĩe originalr̃, & (ut ita
dixerim) radicaliter totũ genus humanũ dãnaret.Idem in lib.de Ciui.Dei:Tanto maio
ri iniuſtitia violatũ eſt illud mandatũ,q̃to faciliori poterat obſeruantia cuſtodiri.Nõdũ Aug.li.14 de ciu.Dei cap.15.
.n.ipſi volũtati cupiditas reſiſtebat,q de pęna tranſgreſſionis poſtea ſecutũ ẽ. His,alijſq;
vtunt auctoritatibus,qui illud pctm̃ cæteris aliorũ hoĩum peccatis grauius eſſe dicunt.
Quod ẽt rõne oſtẽdere laborant,hoc mõ:Magis nocuit illud pctm̃, quàm aliquod alio
rum,quia totũ humanum genus vitiauit,ac morti vtiq; ſubdidit , q nullo alio pctõ fa-
ctum eſt.Maiorem ergo effectum mali habuit illud peccatum,quàm aliquod aliud.

G *Reſponſio contra illos,vbi alia peccata oſtenduntur illo maiora.*

Ad quod dici põt,quia licet illud pctm̃ humanam naturam mutauerit in neceſſita-
tem mortis,& in totũ genus humanũ reatũ diffuderit:non eſt tñ putandũ,grauius fuiſſe Matth.12.
pctõ in ſpm̃ ſctm̃,q neq; hic,neq; in futuro (vt veritas ait) dimittitur.Quod verò totam
humanam naturam corrupit,non ideo eſt,qa grauius fuit cũctis alijs peccatis : ſed quia
ab hoĩe commiſſum eſt,qñ in vno hoĩe tota humana natura ꝯſiſtebat , & ideo tota ĩ eo
corrupta eſt,maioremq; effectum mali ĩtulit,q̃tum ad multiplices defectus, q ex eo ma
nauerunt:ſed non quantum ad pęnã æternã,quã grauiorẽ nõ meruit,quã plures poſtea
meruerũt ꝑ alia pcta:imo alios grauiorẽ ꝓmeruiſſe credim⁹ irã,quam Adam meruerit.

An illud peccatum ſit primis dimiſſum parentibus.

H Si verò quæritur,an illud peccatum fuerit dimiſſum primis parentibus. Dicimus eos Aug.
per pœnitentiam veniam conſecutos.Vnde Augu.in lib.de bapt.paruulo.ait, Sicut illi
primi parentes poſtea iuſtè viuendo creduntur per domini ſanguinem ab extremo li-
berati ſupplicio:non tamen in illa uita meruerunt ad paradiſum reuocari:ſic caro pecca
ti etiam remiſſis peccatis,ſi homo in ea iuſtè vixerit,non continuò meretur eam mor-
tem non perpeti,quam traxit de propagine peccati.

Quòd

I *Quòd peccata parentum viſitantur in filios, & quòd non ſunt aduerſa, quæ Deus dicit in Exo. & in Ezech.*

Et licet peccatis parentum niſi Adæ paruuli non obligentur:non eſt tñ diffitendum,
peccata parentum in filios redundare,ſicut Dñs in Exo.ad Moyſen ait: Ego ſum Deus
fortis zelotes,viſitans iniquitates in filios vſq; in tertiam,& quartam gñationem , his q Exodi 20.
oderunt me.His uerbis aptè inſinuat,q Deus reddit peccata patrum ſuper filios tertios
& quartos.Huic autem vr̃ aduerſari,q Dominus ait in Ezech.Quid eſt,q inter vos para
bolam uertitis in prouerbium iſtud,dicentes:Patres comederunt uuam acerbam, & dẽ
tes filiorum obſtupeſcunt?Viuo ego dicit Dñs,ſi erit uobis ultra parabola hæc ꝓuerbiũ
in Iſrael.Ecce omnes aĩæ meæ ſunt:ut aĩa patris,ita & aĩa filij mea eſt:& aĩa , q̃ peccaue- Iezec.18.
rit,ipſa morietur.Filius non portabit iniquitatem patris,& pater non portabit iniquita
tem filij.Iuſtitia iuſti ſuper eum erit,& impietas impij erit ſuper eum. His verbis vr̃ De⁹
corrigere per prophetam,q maledixerit in lege.Si.n.peccata patrum reddit in tertiam,
& quartam generationem,iuſtitia vr̃ Dei eſſe,ut alius puniatur.Quomodo.n.iuſtum eſt.
alium peccare,& alium peccata * lugere?

K *Determinatio præmiſſarum auctoritatum conuenientiam oſtendens.* * Luere.

Sed ut ait Hiero.Ne lex,& ꝓphetæ.i.Exo.& Iezech.imo ipſe Deus, qui & hic,& ibi lo
cutus eſt,in ſñia diſcrepare videbantur,attẽdamus finẽ illius auctoritatis Exo. Dicto.n. Hiero.lib.6.ſuper Iezech.c 18.
reddã iniquitates patrũ in filios,addit,his q oderũt me. ꝑ q euidenter oſtendit , nõ ideo
puniri filios,qa peccauerunt pr̃es,ſed qa eis ſiľes quodã hr̃ditario malo Deum oderunt.
Illud ergo,q in Exo.Dñs dicit,ſicut Hierony.tradit,non id ſonat, q multi æſtimant:
nec eſt ſimile huic prouerbio,patres comederunt uuam acerbam &c. Illud.n.Exo.Hie-
rony.ſuper Ezechie.& Aug.ſuper Pſalm. Deus laudem meam ne tacueris , de filijs pctã Hiero.ibi. Augu.ſup. Pſal.108.
patrum imitantibus accipiendum cẽſent,ſuper quos dr̃ Deus reddere peccata patrum,
quia punit eos,eo quod imitantur peccata patrum,non quia patres peccauerunt. Non
itaq; corrigit Deus in propheta,q ante dixerat in lege,ſed quomodo intelligendum ſit,
aperit.Vnde & illos,qui prauè intelligebant,arguit,q dicebant:Patres comederunt &c

L *Quare dixerat in tertiam & quartam generationem, & quare patres tantum commemorauit.*

Veruntamen ſi de imitatoribus malorum illud accipitur,quare tertiam & quartam
generationem tantum commemorauit, cum in qualibet generatione rei teneantur,
qui peccata patrum imitantur:& quare patres commemorauit,cum & illi omnes mali
ſint,qui quorumlibet malorum peccata imitantur. Sed ideo patres ſpecialiter nomina Solutio.
uit,quia maximè patres filij imitari ſolent,quos præcipuè diligunt. Et tertiam & quar-
tam generationem ideo commemorauit ; quia ſolent parentes interdum tamdiu uiue-
re,donec filios tertios,& quartos habeant : qui patrum iniquitates videntes,eorum im-
pietatis hæredes per imitationem efficiuntur.Secundum hunc modum rectè intelligi-
tur ad literam,quod in Exodo dicitur.

M *Quomodo illud Exodi intelligi debeat ſecundum myſterium.*

Quod etiam myſticè intelligendm eſſe oſtenditur,ex eo,quod parabola dicitur.Si.n.
parabola eſt,vt ait Hieronymus.aliud verbis ſonat,aliud ſenſu continet.Vnde aliqui ita
ediſſerunt.Patrem in nobis eſſe dicunt , leuem punctum ſenſuum,ſ.primum motum
ſuggeſtionis,vel cogitationis. Filium uerò,ſi cogitatio conceperit peccatum:in quo no Aug lib 6. ſup Iezec. cap 18
tatur conſenſus & delectatio mulieris. Nepotem,ſi quod cogitaueris, atq; conceperis,
opere compleueris,uel complere decreueris:in quo notatur conſenſus uiri ſiue patra-
tio peccati. Pronepotem autem,ſi non ſolum feceris,ſed in eo glorieris:& hæc eſt quar-
ta generatio,non quia tres præceſſerint: ſed quarta dicitur , quia quarto loco a primo
motu,qui eſt quaſi pater,enumeratur:Deus ergo primos & ſecundos ſtimulos cogita-
tionem,quos græci propatheos vocant,ſine quibus nullus hominum eſſe poteſt, nõ pu
niet ęternaliter: ſed ſi cogitata,quis facere decreuerit,& quæ fecit corrigere noluerit , q̃
ſunt mortalia peccata,& tertia,& quarta generatio.

N *Per quid probatur, quòd primus motus non puniatur æternaliter.*

Ad probandum verò,ut ait Hieronymus, quòd primus pulſus cogitationis non pu-
niatur æternaliter a Deo,illud de Geneſi afferendum eſt. Cham enim peccauit irridens Hiero.ubi ſupra Gen 2.
nuditatem patris,& ſententiam non ipſe , ſed filius eius Chanaan accepit: Maledictus
Chanaan,ſeruus erit fratrum ſuorũ. Quæ enim iuſtitia eſt,ut pater peccauerit,& filius
punitus ſit?Sed in miſterio illud dictum eſt.

Præhabita

Summa distinctiõis 33.

PRæhabita distinctione tractatum est. Vtrũ & qualiter originale peccatum in baptismate deleatur: iam inuestigatur, an etiam actualia proximorum parentum peccata, vna cum originali trãsfundantur in prolem. Et circa hoc inducit, atque exponit beati Augustini responsionem. Quo circa ostendit, quòd in primò Adæ peccato fuerunt plures vitiorum deformitates. Deinde circa expositionem responsionis Augustini tractat de pœna soli originali peccato debita, ac reddenda. Consequẽter inquirit, an primũ Adæ peccatum fuit grauissimum. Quo circa duas ponit opiniones, verioremque eligit, ac confirmat. Ostendit quoq; primos pœnituisse parentes. Post hæc redit ad primam quæstionem, elucidãdo qualiter peccata parentum puniantur in filijs eisvè imputentur. Et circa hoc ponit verum intellectum auctoritatum scripturæ, quas allegauit.

Augustin.

QVAESTIO I.

Arguitur contra ueritatem, Exo. 20.

HIc quæritur primò. *Vtrum peccata proximorum parentum, imo, & propinquorum progenitorum, iustè imputentur diuinitus posteris, & puniantur in posteris ipsis.* ¶ Videtur, quòd sic, quoniam in Exodo dominus ꝓtestatur. Ego sum Deus zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios usque in tertiã, & quartam generationem. Rursus, Moyses loquitur Deo: Dominator domine, qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus in tertiam, & quartam generationem. Idem habetur apud Ieremiã. ¶ Secundò, causa remotiua non operantur in causatum nisi per causas secundas, & proximas, ergo, nec originale peccatum deriuatur in posteros, nisi per actuali proximorum, ac propinquorum peccata parentum.

Exod. 24. Ierem. 31.

In oppositum Iezech 18.

¶ In oppositum sunt auctoritates scripturæ, (vt quod per Iezechielem dominus ait, Filius non portabit iniquitatem patris.

Alexãder.

¶ Ad hoc Alexander respondet: Originale peccatum non transmittitur nisi à primis parentibus, nec proximorum, aut intermediorum parentum peccata in pösteros transferuntur, alioquin quãto filij essent posteriores, tanto essent miserabiliores, iniquiores, ac magis dãnabiles. ¶ Præterea cum in Exodo dicitur, Ego sum Deus zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, additur terminus per hæc verba, vsque in tertiam, & quartam generationem. Ergo ex peccatis aliorum parentum non contrahitur peccati corruptio, quamuis contrahatur aliqua pęna, iuxta illud Ieremiæ, in Threnis: Patres nostri peccauerunt, & non sunt, & nos iniquitates eorum portauimus. Anselmus quoque libro de cõceptu virginali: Proximorum, inquit, parẽtum peccata ad originale arbitror non pertinere. Si enim Adam nequisset ad eos, quos gñaturus erat, originalem iustitiam producere, nequaq̃ potuisset eis iniustitiam originalem transmittere, cũq; nullus post Adam valeat posteris originalem communicare iustitiam, patet, quod, nec originale peccatũ. Qđ si dicatur, ꝙ originale peccatũ augetur in posteris à parentibus proximis, hoc stare non valet. Nã vbi nulla iustitia est, nulla, pôt auferri, & ubi nulla pôt auferri, nulla pôt iniustitia addi, saltem originalis, quæ nõ est nisi carẽtia iustitiæ debitæ. Ad auctoritates ergo dicẽdũ, ꝙ intelligunt de visitatione iniqtatum in prole, quantũ ad pęnas nonnullas ꝓferri in prole, peccata parentũ sectante. Propter quod dominus addit in Exodo, His q oderunt me. Sic verò nõ est in originali peccato, ꝙ posteri contra hũt quamuis paterni sceleris non existant imitatores.

Exod. 20. Thren 15. Anselmus. Exod 20.

Romanos. August.

Vnde super illud ad Romanos, quinto: Sicut per vnum hominẽ asserit Augustinus: Quemadmodum Christus præter imitationis exemplum, dat occultissimam, fidelibus gratiã, quam latenter infundit, & paruulis, ita & Adam præter imitationis exemplum, occulta tabe carnalis concupiscentiæ tabificauit in se omnes ex sua stirpe gignendos.

¶ Denique, quoniam primi parentes poterant posteris suis originalem conseruare iustitiã, quod alij parentes non poterant, ideo ipsi soli poterant posteris transmittere culpam originalem. Nec q̃unt proximi parentes in sobole sua originale peccatum augere, sed quod effectus ex illa corruptione celerius eliciatur, suis possunt demeritis procurare. Hæc Alexander, cuius responsio ex sequentibus fiet euidentior. Hæc namque materia difficilis est.

Bonauen. Peccatum parentum transit in filios tripliciter.

¶ Circa quam scribit doctor deuotus: Peccata parentum transire ad prolem intelligi potest tripliciter, vtpotè punitione, imitatione, transfusione. Primò autem est duplex, videlicet temporalis, & æternalis. Punitione æterna non transit ita, vt quis damnetur ꝓ solo parentis peccato. Vnde Anselmus libro de virginali ꝯceptu. Paruuli ait, non damnanť pro culpa Adæ tantummodo, sed ꝓ propria culpa, quamuis non agendo, sed contrahendo habeant eam. Punitione autem temporali patitur punitur in filio, sicut scriptura ostendit, atq; videmus. Vnde transit peccatum parentis in prolem, siue volentẽ, siue nolentẽ, & hoc est de seueritate diuinæ iustitiæ, Imitatione demum transit peccatum diaboli in genus humanum, peccatumq; Adæ in posteros, & peccata proximorum parentũ in filios frequenter. Sed ista transitio non est, nisi in volentes. Transfusione vero transit originale peccatum in posteritatem, quia in Adam tota natura obligabatur ad originalem iustitiam filij autem in proximis parentibus ita nõ obligantur noua obligatione ad æquitatem: quibus tamen quandoque meritis parentum suorũ multa desuper beneficia condonanť, sicut & illorũ demeritis interdum temporalia incommoda proueniunt proli. Hinc libro de conceptu virginali fatetur Anselmus: Non nego, propter merita bona parentum, filijs multa, & magna beneficia animæ, corporisq; ꝯferri: Propter peccata quoq; parentũ, filios, ac nepotes, vsq; in tertiam, & quartam generationem, & forsitan vltra diuersis in hac vita tribulationibus flagellari, eaq; perdere bona corporis, & animæ, q̃ forsitan consequerentur, si iusti fuissent eorum parentes. Hæc Bonauentura. ¶ Cuius responsio adhuc studiosum animum non quietat. Quod eñ ꝓles ꝓ peccatis parentum temporaliter affligatur, ac multis bonis priuetur in corpore, cum nequaquã communicet, nec particeps sit culparum parentum non vr̃ diuinæ consonare iustitiæ, imò mirabiliùs sonat, quòd etiam multis bonis priuetur in anima, maximè cum proles secundum animam sit solum à Deo, nec aliquid suorum parentum.

Anselmus. Anselmus. Dio.Cu.

Thomas. Qualiter téporaliter ꝓles pro peccatis parentum.

¶ Itaq; circa hęc pleniùs, ac planiùs scribit Thomas: Proles, inquiens, dupliciter potest ꝯsiderari. Primò, vt est quædam persona. Secundò, vt est res quædã parentum, quoniam ad fœlicitatem ciuilem inter alia bona fortunæ, quæ ꝓsunt organicè, ꝓles est, vt dicitur primo Ethicorum: est autem res parentum quantum ad id, quod trahit à parente, & quantum ad res mundi, de quibus filius patrem iuuare tenet. Sed quantum ad animã, q̃ immediatè à Deo creat, non est res parentis carnalis, sed creatoris, iuxta illud Iezechielis: Sicut anima patris mea est, ita & anima filij. Porrò culpam consequitur duplex pęna. Vna per se, quæ ad animam pertinet, & in præsenti, ut amissio gratiæ, perturbatio cõscientiæ, & consimilia: & in futuro, ut pęna inferni. Talibus ergo pęnis proles pro peccatis parentum nunquam puniť, quia hæc pœna prolem non attingit, quo ad id, ꝙ est res patris. Alia pœna cõsequitur peccatum quasi per accidens, ut corporales infirmitates, pœnæq; temporales. unde nec semper, nec omnibus peccatoribus infliguntur, sed secundum moderamen diuinæ prouidentiæ exhibentur. Et tali pœna proles pro peccato parentis interdum punitur, nisi ex parte filij fiat obstaculum, ut quando est contrarius peccatis parentum uirtuosè uiuendo. Hæc quippe pœna prolem attingit, quantum ad id, quod est aliquid patris, seu res aliqua sui parentis, quemadmodum etiam, quandoque pro excessibus hominis, occiduntur pecora eius, effodiunturque domus, in quibus nulla est culpa. Et de huiusmodi pęnis intelliguntur præallegatæ autoritates, atque de his qui imittando peccata parentum non præbent obicem ultionis. ¶ Denique in filio peccata patris sequente, duplex est ratio, cur temporaliter puniatur. Prima, quoniam ipsemet peccat, patrem peccantem sequendo. Secunda, quia est res patris, sicque etiam pater punitur in eo. Itaque iuxta hæc, imitatio illa non est prima causa pro qua filio pœna infligitur, sed quasi media causa, per quam influentia primæ causæ ad effectum coniungitur. Vis enim, seu reatus peccati parentis, non peruenit in filium, sic peccato parentis resistat, sed ꝑ mutationẽ quodammodo continuatur. & sic filius pro peccato parentis aliquo modo punitur, imo, & sic secundum humanã iustitiam, filij pro peccatis patris rei criminis læsę maiestatis, exhęredantur, truncantur, ac alijs modis grauantur. Non tamen humana iustitia punit in hoc casu filiũ in bono iam accepto, sed accipiendo. Non enim si pater peccat, filius iam natus truncatur: nec filius emancipatur, exhæredatur, sed per accidens pœna patris redundat in filium, dum patri aufertur id, quod ex patre trãsire debebat in filium. Notandumque, quòd populus est res aliqua sui regis, idcirco interdum pro peccato regis punitur, ut patet 2. Regum de Dauid, & populo eius. Quod secundum Gregorium præcipue accidit, quando populus promeretur reum regem habere, uel ut rex permittatur in culpam cadere, Hæc Thomas in Scripto.

Gregori⁹. Dionysi⁹.

¶ Quibus obijci posset, quòd in subuersione Sodomitarum innocentes paruuli fuerunt sulphureo igne combusti. Similiter in egressu filiorum Israel in terram promissionis, innumerabiles infantes fuerunt occisi. Insuper per Iezechielem dominus dixit, Occidam in te iustum, & impium, quod ad literã dictum est, de occisione Iudeorum in Ierusalem à Chaldæis. Item in captiuitate Iudæorum a Babilonijs, Daniel, & socij eius, ac alij quidam iusti fuerunt in captiuitatem transducti, quemadmodum, & Thobias in captiuitatem decẽ tribuũ ab Assyrijs, Vnde elicitur, quòd non solum filii peccata patrum sequentes, sed etiam innocentes, imo, & parentum uitijs resistentes, ac iusti, temporaliter affliguntur pro suorum uitiositate parentum. Nempe si auctoritates illæ solum loquerentur de filijs peccarentum sequentibus, dominus nõ addidisset, usq; in tertiam, & quartam generationem, quia in filijs uitia progenitorum sequentibus, uisitantur peccata parentis in generationes multo ulteriores.

Iudc. 21. Dan. 2. Thobis 2.

¶ Igitur pro horum solutione pẽsandum, quòd Thomas scribit in prima secũdæ, quæstione 87. Pœna, inquiens, dupliciter sumitur. Primo modo simpliciter, vt est pœna, & ita pro propria culpa infligitur. Secundò, inquantum est satisfactoria, quæ est voluntaria. Et loquendo de hac satisfactoria pœna, contingit quòd vnus portet pœnam alterius, inquantum sunt quodammodo vnum, sicut inter homines seinuicem amantes videmus, quòd vnus transfert in se debitum alterius. Si autem loquamur de pœna pro peccato inflicta, inquantum habet rationem pœnæ, sic vnusquisque solum pro suo peccato punitur, quoniam actus peccati est aliquid personale. Vbi sciendum, quod interdum aliquid videtur pœnale: quòd tamen simpliciter loquendo non habet rationem pœnæ. Pœna quippe est species mali, malum vero est priuatio boni. Cumque sint plura hominis bona, vtpotè animæ, & corporis, exteriarumque rerum, contingit interdum, quòd homo patiatur detrimentum in bono minori, vt augeatur in bono maiori, vt dum patitur detrimentum pecuniæ propter corporis sanitatem, aut detrimentum in vtroque illorum propter gloriam Dei, ac animæ suæ salutem. Et tale detrimentum non est simpliciter malum hominis, sed secundum quid, idcirco non habet simpliciter rationem pœnæ, sed medicinæ. Nam, & medici propinant infirmis potiones amaras, quatenus conferant sanitatem. Sic ergo loquendo de pœna, vt habet rationem medicinæ, vnus interdum punitur pro peccato alterius. Nempè vt tactum est, detrimenta corporalium rerũ, aut etiam corporis, sunt medicinæ pœnales, ordinatæ ad animarum salutem. Vnde nil prohibet aliquem talibus pœnis puniri à Deo, vel homine pro peccatis alterius, scilicet filios pro patribus, & subditos pro dominis suis, inquantum sunt res quædam illorum: ita tamen, quòd si filius, aut subditus est particeps culpæ huius, ꝓ qua infligitur talis pœna medicinalis, habet ipsa afflictio rationem pœnæ tam quo ad eum qui punitur, quam quo ad illum, pro quo punitur. Si verò non sit particeps culpæ, habet rationem pœnæ, quantum ad eum pro quo punitur: quantum verò ad eum qui punitur, rationem medicinæ tm̃. Ordinatur namq; ad bonũ animæ suæ, si patienter sustineat. Pœnæ autem spirituales non sunt tm̃ medicinales, qm̃ bonum aĩæ (quod Deus est, seu animæ salus) non ordinatur ad aliud melius bonum. Hinc in bonis animæ nullus patitur detrimentum, nisi ꝓ propria culpa, nec vnus punitur pro alio. Nam quantum ad animam, filius non est res patris. Ideo dominus huius rei causam assignans, dicit per Iezechielem: Omnes animę meæ sunt. Specialiter quoq; dicuntur peccata parentum puniri in filijs, qm̃ filij in peccatis parentum nutriti, proniores sunt ad peccandum ꝓpter ꝯsuetudinem, & exemplum parentum. Ideo etiam additur, vsq; in tertiam, & quartam generationem, quia tam diu consueuerunt homines viuere, vt vsq; in tertiam, vel quartam generationem videant, & sic mutuo videre possunt, & filij peccata patrum ad imitandum, & patres pœnas filiorum ad dolendum. Hæc Thomas in Summa.

¶ Ex quib. patet ad ꝑtacta solutio. Nam, & paruulis illis per mortem medicinaliter est prouisum, ne ad adultam ætatem venientes, grauiorib inuoluerenť sceleribus, sicq; non solũ pęnã damni, sed & pęnam sensus æternaliť paterenť. Iustis item ita occisis fuit passio mortis corona gloriæ amplioris. Hinc innotescit quòd homo nõ semꝑ affligiť ꝓ ꝓpria culpa, &

quòd

quòd pœna infligitur nõn solum pro culpa patientis, sed interdum pro ipsius exercitatione, profectu & gloria ampliori, proximorumve ædificatione, aut pro gloria Dei, ut patuit in Iob, Thobia, & multis gloriosis martyribus. Hinc de cœco nato dixit Saluator: Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, sed ut
Iohan. 9. manifestentur opa Dei in illo. Atq; de Lazaro: Infirmi
Iohan. 11. tas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius hominis per eam.

¶At uerò in præinductis scriptis Tho. snialiter cõtinentur, & eis concordant scripta Petri, Richardi, & plurium aliorum, rñsiones quoq; Alberti, & Durandi. A diuersis ẽt doctoribus hic multa quærunt, q̃ & in textu tangunt: uidelicet, An peccatum originale sit unum, uel plura, Et utrum æqualiter sit ĩ omnibus. Vtrum fuerit grauissimũ, An multa uitia in se contineat. Et de pœnis ipsum secutis: De quibus cum præinducta modo sint multa, pertranseo.

QVAESTIO II.

SEcundò hic principaliter quærit. *De pœna originalis peccati, videlicet an puniatur dolore sensibili.*

Arguitur primò cõtra ueritatem. ¶Et continet hæc qõ duo. Primùm, an animæ in originali peccato separatæ a corpore, habeant pœnam sensus, habituræ post resurrectionem finalem. hmõi pœnam in corpore quoq;. Secundùm est, an interiore dolore, seu mœrore afficiantur de amissione felicitatis æternæ. Quod autem sensibilem habeant pœnam, imo ignis punitionem, vr beatus August. in multis locis sensisse, quamuis dicat pœnam eorum mitissimam, comparatiuè loquendo. Deniq; in lib. de Fide ad Petrum. Firmissimè, inquit, tene, & nullatenus dubita, paruulos, qui sine sacramento baptismatis de hoc seculo transierunt, æterno supplicio puniendos. Secundò, pœna post hanc uitam, excedit pœnam vitæ præsentis. sed pro originali infligũtur multæ pœnæ sensibiles in hac uita, ut patuit, ergo multo plùs in futuro. Tertiò, sicut in peccato actuali est conuersio, atq; auersio, ita in originali loco auersionis est carentia originalis iustitiæ, & loco conuersionis concupiscentia, seu libido. Sed peccato actuali rõne conuersionis debetur pœna sensibilis, ergo & originali rõne libidinis. Quartò originale peccatum est grauius ueniali, cum subtrahat gratiam, & æternam recipiat pœnam. cum ergo veniali debeatur pœna sensibilis, multa plùs originali. Quæritur quoq; an relurgent, & qualia corpora de inceps habebunt.

¶Insuper quidam sic arguunt, In paruulis nõ baptizatis manent originale, & quatuor uulnera animæ pro illo inflicta, uidelicet, malitia, ignorantia, cõcupiscentia, ira. Et per hæc sunt animæ illæ a Deo auersæ, & ad creata inordinatè conuersæ.

Thomas. ¶Ad hoc Thomas respondet: Culpam oportet
Isai. 27. pœnam esse proportionatam, fm illud Isaiæ: In mẽsura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabo eam. Defectus aũt originalis peccati non est per subtractionem alicuius, ꝑ humanam naturam consequitur ex naturalibus suis principijs, sed per subtractionem superadiuncti: nec culpa ista ad hunc hominem pertinet, nisi fm quod talem habet naturam, quæ destituta est hoc bono, quod in ea potuit esse & conseruari: ideo nulla alia pœna ei debetur, nisi subtractio finis, ad quem ordinauit hoc donum subtractum, uidelicet subtractio supernaturalis beatificæ visionis. Quod si aliqua pœna sensibilis post mortem pro originali infligeretur peccato, puniretur iste non fm hoc, quod habuit culpam: qm̃ pœna sensibilis pertinet ad id, quod personæ est propriũ, quia per passionem huius particularis pœna est talis. Hinc sicut culpa non fuit per actionem eius, ita nec pœna debet esse per passionem ipsius, sed solũ per subtractionem illius, ad quod natura per se insufficiens erat. In alijs uerò perfectionibus, & bonitatibus, quæ humanam sequuntur naturam, nullum sustinebunt detrimentum damnati pro solo originali peccato. Idcirco in prætactis auctoritatibus Augustini, per supplicium pœna intelligitur damni, sicut & nomine ignis quælibet pœna solet in scripturis designari. Hæc Thomas in Scripto.

¶Porrò de hoc, an habebũt interiorem dolorem siue tristitiam de tantæ felicitatis amissione, respondet: Circa hoc est triplex opinio. Vna, quòd nullum sustinebunt dolorem, quia rõ intm̃ erit obtenebrata in eis, ꝑ non cognoscent se amisisse, quod amiserunt. Quod probabile non vr, quod. f anima a corporis onere separata, non ea cognoscat, q̃ saltem rõne inuestigari possunt, & etiam multo plura. Hinc secunda opinio est, quòd in ipsis est perfecta cognitio eorum, quæ cognitioni subiacent naturali, & Deum agnoscent, scientq; se esse priuatos beatifica visione, & dolorem inde aliquem sentient, qui tñ in eis mitigabitur, inquantum non propria uoluntate eam demeruerunt. Sed nec hoc vr probabile: qm̃ dolor ille paruus esse non posset de tanti boni amissione, & præcipuè sine spe reparationis. Vnde pœnæ eorum non esset mitissima. Præterea eadem rõne, qua dolore sensibili exteriùs non punientur, etiam dolorem interiorem non sentient: qm̃ dolor pœnæ, delectatio culpæ correspondet. Hinc remota delectatione a culpa originali, omnis dolor ab eius pœna excluditur. Hinc 3. opinio est, quod in naturali cognitione erunt perfecti, & scient se esse priuatos uita æterna: nec tñ inde dolebunt. Nempè ex hoc, quòd aliquis caret eo, quod suam proportionem excedit, non cruciatur, si recte sit rõnis, quemadmodum sapiens homo non contristatur de hoc, quod non potest uolare, uel quia non est Imperator, aut rex, cum hoc sibi debitum non sit. Sed affligitur, si eo priuetur, ad quod aptitudinem habet. Dico ergo, quòd omnis homo vsum liberi arbitrij habens, proportionatus est ad obtinendum uitam æternam: quoniam potest se ad gratiam præparare, per quam uitam æternam merebitur. Ideo, qui in hoc deficiunt, maximum habebunt dolorem: qm̃ id amittunt, quod poterant obtinere. Pueri autem vsum rõnis nondum adepti, ad adipiscendum gloriam æternalem non fuerunt aptati, nec apti, idcirco de eius carentia non dolebunt, imo magis gaudebunt de hoc, quod multum participabunt de bonitate diuina in perfectionibus naturalibus. Nec potest dici, quod fuerunt proportionati ad salutem, quia ab alijs poterant baptizari, sicut & alijs multis factum est pueris hoc quippè superexcedentis est gr̃ę, ut aliquis sine actu ꝓprio præmietur. Hinc defectus gratiæ talis non magis causat tristitiã in pueris illis, quam in sapientibus, ꝑ gr̃as illas non habent, quas similes eis habuisse cognoscunt.

Paruuli non dolebunt de delicitatis carentia.

¶Insuper, si de sua pœna, seu carentia visionis diuinæ dolerent, cũ pęna illa sit eis iustè a Deo inducta, uolũtas eorũ diuinæ cõtraria reẽ iustitiæ, sicque actualiter esset deformis, quod non conceditur.

¶Sed obijci potest, quia (ut ait Chrysostomus) hoc in damnatis est pœna grauissima, quod visione carent diuina, imo hoc grauius est, quàm igne torqueri gehennæ. ergo & pueri pœna damni damnati, inde dolebunt.

Iterum,

Iterum, immunitas à culpa, dolores non minuit, sed augmentat, ut si quis sine demerito suo exhæredatur, aut mutileatur, grauiùs contristatur. Pueri ergo, qui sine proprio demerito tanta salute priuãtur, ex hoc grauiùs affliguntur. Rursus, naturali amore Deum super oĩa diligunt, ergo cupiunt eo frui, imo aliàs actualiter essent deordinati. ¶ Respõdendum ad primum, ꝑ auctoritas illa est intelligẽda de damnatis, in quibus fuit aptitudo promerendi, seu vsus liberi arbitrij. ¶ Ad secundum quod voluntas ordinata, & sapientialis non est nisi ad ea, ad quæ, quis ordinatus, aptus, & proportionatus existit. Alia autẽ non vult simpliciter, sed vellet si possibile esset. ¶ Ad tertium, ꝑ sicut cognoscunt, & diligunt Deum naturali amore, ita, & proportionabiliter eo fruuntur, & naturalem beatitudinẽ habent: ideo nõ sunt prorsus separati a Deo, seu Christo, sed per naturalium participationem donorum ei iunguntur. Hæc Thomas in Scripto.

Petrus. ¶ Quibus per omnia consonant scripta Petri, atque Ricardi. Aitq; Petrus: Cõtenti sunt paruuli illi bono, ꝑ habent, videlicet delectatione, quã habent ex eo, ꝑ scient se perpetuo esse, uiuere, intelligere, multo plus, quàm aliquis in uita hac ærumnola, in qua multi sunt, qui nollent eam unquam, finire, quatenus ad beatitudinem peruenirent.

Richard. ¶ Richardus quoq; : Plùs, inquit, gaudent, q̃ aliqui forsan in hac uita: qui tamen in hoc statu sẽper manere vellent. Veruntamen non credo prætactam tertiæ opinionis rationem sufficere ad hoc, ꝑ non dolent, sine speciali prouidentia Dei excludẽte ab eis dolorem. Hæc Richardus.

Albertus. ¶ Circa hoc ait Albertus: Pœna damni non est propria pœna originalis peccati, sed cõmunis originali, & etiam actuali ratione auersionis existentis in eo. Ignis uerò non est pœna originalis ratione adustionis, sed tenebrositatis. ¶ In quibus uerbis
Tho. aqui. Alberti uidetur insinuari, quod paruuli illi erunt tenebroso in loco, quod & Thomas alicubi uidetur sentire, cum in eis sit fęditas carnis ex originali secuta. Alijs magis apparet, ꝑ tenebrositas loci esset priuatio naturalis perfectionis, & causa mœroris, quæ in ipsis non erunt. Vnde Petrus de Aquila, & quidam alij, imaginantur, quòd ambulabunt spaciando per terram, & conferendo: Richardus verò effatur: Quoniam fœditatem in carne habuerunt, locum habebunt ignobilem, quamuis aliqui dicant, ꝑ habitabunt in superficiẽ terræ. Veriùs autẽ putatur, ꝑ naturalis loci conuenientia non carebunt. Thomas etiam super quartum sententiarum testatur, ꝑ resuscitati comparebunt in generali iudicio, non ut iudicentur, sed ut gloriam iudicis incarnati in forma assumpta conspiciant.

¶ Vldaricus demum in Summa sua lib. 6. Pęna, inquit, originalis peccati non est dolor sensibilis, neq; afflictio spiritualis ex carentia beatitudinis.
Vldaricus. Nec enim omnipotens Deus vlciscitur scelus hoc
Iob. 15. valde, sed cũ iratus fuerit, misericordiæ recordaf, puniens citra condignum, quamuis secundum proportionem, seu medietatem geometricam, reducat excessum culpæ ad mediũ per pænã, ut scilicet maiori culpæ correspondeat maior pęna, & minor minori.
Vldaricus. Non tamen seruat medietatem arithmeticã, ut tantum puniat quantum meremur, qm̃ fm multitudinem iræ suæ non quæret. Cum ergo originale peccatum sit peccatũ naturæ, & nõ personæ nisi per naturam, nec fit actum, sed contractum, si pęna sensibili puniretur, quæ non pertinet ad naturam, sed personã, & pertinet ad reducendum actũ peccati, cum delectatione in actu ad medium per tormentũ, in quo actu peccans plus debito sibi vsurpat de bono delectabili, cui opponit dolor sensibilis, secundũ illud Apoca. Quantũ glorificauit se, & in delitijs fuit, tm̃ date illi luctum, & tormentum. Hinc pœna hæc pueris illis nõ infligeẽ. Nec sentiunt dolorẽ ex carentia visionis diuinæ, sed magis gaudebunt de multimoda participatione bonitatis diuinæ in naturalibus perfectionibus. Et pœna in eis manet solum in rõne damni, ad quod duo cooperantur. Vnum, quia non habent fidẽ, q̃ est substantia rerum sperandarũ, sed solũ naturalẽ cognitionem, credo, quòd de eius amissione nil sciant, quàm nec possibilem fore cognoscunt. Secundum est, quòd si in die iudicij ex separatione electorum à reprobis aliquid coiecturant: tamen quia ex suo demerito eã non perdiderunt, uermen remorsionis conscientiæ non habebunt. Hæc Vdalricus.

¶ Verum ex præhabitis satis patet, quòd paruuli illi utique sciunt supernaturalem beatitudinem, & infernalem miseriam esse, quod, & in die iudicij certissime noscent, & experimentaliter intuebuntur.

¶ Atuero Bonauentura scribit de his diffusè: Qui
Bonauen. dã, inquiens, attendentes diuinę rigorẽ institię, qua deus gloriosus, & sanctus hominem pro uno breui peccato mortali, in quo momẽtanea, & modica delectatio fuit, æternaliter cruciat, dicunt, quòd paruuli cremabuntur igne materiali: attamẽ multo minus, quàm illi, qui actualiter peccauerunt, quatenus sicut in originali peccato erat carentia debitæ iustitiæ cum concupiscentia, ita in pœna eius fit carentia beatificæ uisionis, & ignis afflictio. Sed cum durum ualde ac asperum uideatur, quòd deus sic agat cum paruulis, qui nec mortẽ naturæ, nec mortem culpæ potuerunt uitare, præsertim cum uideamus Deum cum impijssimis, & sceleratissimis peccatoribus in multis misericorditer agere, hinc est alia positio, pietati, fidei, ac iudicio rationis plus cõsona, quòd cum paruuli careãt iustitia, & gratia spiritus sancti, priuantur beatifica uisione. Et quia in carne eorum fuit fœditas, ponentur in loco uili, ut pote infernali, seu limbo quodam inferni. Sed quia non habuerunt delectationem, nec actum peccati, non sentient ignis acerbitatem. Hanc positionem Magistri communiter approbant, & item Magister in litera, dicens: Pro originali peccato nullam aliã materialis ignis, aut conscientiæ uermis pœnam sensuri sunt paruuli, nisi, quòd uisione dei carebunt.

¶ Præterea iniustum est, plus exigere in pęna, quàm commissum est in culpa, cumque paruulus nullo actu proprio contempserit diuinum imperium, uideatur, quòd nullum ei debeatur ęternale tormentum. Rursus horribiliùs est cõtinuè, & æternaliter in tormentis esse, quàm omnino nõ esse. Si ergo Deus, animam, quàm ereauit æternis deputaret supplicijs absque perpetratione alicuius peccati, nullum ei præstari beneficium uideretur, nec misericordia simul cum iustitia curreret. ¶ Insuper de hoc, an interiorẽ habeant dolorem, tres extant opiniones: & patuit de duabus, ꝑ non uideantur idoneæ. Ideo dico, ꝑ aiæ paruulorũ tenent mediũ inter eos, q̃ sunt in charitate, & gr̃a, & inter existẽtes in actuali pctõ. Cũq; status retributionis corrũdeat statui uitæ pnti̇s, aiæ paruulorũ sunt in statu medio inter statũ beatorũ, statumq; dãnatorum. Beati aũt carent omni pœna, & sunt in plenaria luce, damnati econuerso sunt in graui dolore sensibili atq; in tenebris. hinc paruuli cũ utrisq; in aliquo cõmunicãt, quia cũ beatis carẽt dolore sensibili interiori, & exteriori, & cũ dãnatis

natis carēt visione diuinā, & luce corporea. Cumq; ex vna consideratione, videlicet ex hoc, quòd tanta mala euaserunt, habeant consolationē, & ex amissione æternæ felicitatis desolationē, ita æqua lance diuino iudicio eorum cognitio, affectioq; libratur, & in statu tali perpetuaē, vt nec tristitia eos deijciat, neq; lætitia reficiat. In quo ordo diuinæ sapientiæ mirabiliter refulget, ita quod sicut in beatis potissimè manifestatur misericordia, & in damnatis iustitia, sic in istis vtrunq;. Vnde si quæras, quid faciunt paruuli illi, vtrum addiscant, aut conferant, vel aliquod aliud opus exerceant? Dico quòd inuariabilitas diuinæ æquitatis in eodē illos statu conseruat, quantum ad corpus, & animam, & quantum ad cognitiuam, & affectiuam, vt nec proficiant, nec deficiant, nec lætentur, neq; tristentur, sed semper sic vniformiter maneant, vt sint materia laudandi diuinū iudiciū, quod nullū malū deserit impunitū, nec vllum bonum irremuneratum, perfectissimè tenens medium inter superfluum, & diminutum. Hæc Bonauen. Cuius positio à paucis tenetur.

Durandus ¶ Porrò Durandus: Concors, inquit, doctorum sententia est, quòd pueri non baptizati non dolebunt de carentia visionis diuinæ, diuersificantur tū in assignando causam. Nam aliqui dicnnt hoc ideo esse: quoniā sciunt se non propria culpa, ac voluntate illam demeruisse. Sed hoc nihil est, imò hoc magis augeret eorum dolorem, quòd non sua, sed aliena transgressione scirent se tāto bono priuatos. Alij dicunt, quòd ideo, quia non fuerunt proportionati ad beatificam visionem, quod non videtur sufficere: quoniam beatitudinem illā habuerunt in sua radice, puta in Adā, ideo sicut filius militis, cui gratis collatum esset imperium pro se, ac sua posteritate, doleret si ob culpam patris sui priuaretur imperio, sic paruuli tristarentē sciendo se demerito primi parentis, esse salute priuatos. Idcirco dicendum, quòd non dolent, quia de supernaturali illa beatitudine nil agnoscunt, nec ipsis reuelatur, quia hoc cederet ad eorum afflictionem. Veruntamen etiam istud calumniam patitur, quia in die iudicij aderunt, & iustum esse Dei iudicium hoscent. Ideo dici pōt, quòd ideo non dolebunt, quia in naturali cognitione erunt perfecti, nec erit in eis aliqua voluntatis obliquitas, ita vt irrationabiliter de aliquo doleant, dolerent aūt irrationabiliter, si de carentia felicitatis dolerent, quia non habuerunt id, quod per gratiam Christi datur baptizatis, adultis verò pro proprijs meritis. Et forte non sciunt, quòd careant visione beata propter peccatū primorum parentum, quia hoc scire, esset forsitan ei causa doloris. Hæc Duran.

Dio.Car. ¶ Sed cum limbus puerorum sit pars quædam inferni extensè accepti, & iuxta purgatorium, ac supra infernum, nō vr putandum, quòd descensus, ac mansio damnatorum in inferno, & purgandorū in purgatorio lateant eos, & certum est, quòd post diem iudicij non latebit eos exilium damnatorum, & gloria electorum, nec Christi maiestas, nec incarnatio eius, incarnationisq; ratio.

Scotus. Augustin. ¶ Insuper Scotus: Communis, ait, opinio est, quòd nullam habebunt tristitiam, quia (secundum Augustinum) tristitia est de his, quæ accidunt nobis inuitis, sicque tristarentur de suo statu, & vellent contrarium, ac murmurarent contra dispositionem diuinam. Hinc sine assertione potest concedi, quòd cum habeant modo intellectum non impeditum à corpore, aut tormentis, habebunt naturalem rerū cognitionem, & hoc de nouo acquisitam, cum hoc non repugnet immobilitati status eorum, imò nec immobilitati status beatorū, quos constat de nouo posse intelligere contingentia aliqua. Hinc vr mihi probabile, quòd omnium naturaliter cognscibiliū posint intelligere veritatem excellentiùs, quàm philosophi aliqui in statu isto nouerunt. Si verò quæratur, an supernaturalis beatitudinis habebunt notitiam, dico, quòd illa haberi non valet, nisi mens supernaturaliter eleuetur. Aut ergo nō dabitur eis, quia cognitio illa esset ad tristitiam ipsis: quoniam eam non demeruerunt, sicut pagani adulti, qui de eius amissione tristantur grauissimè, & de eius recuperatione desperant. Aut sic dabitur eis, quòd de ipsius carentia non dolebunt, scientes Deum, ita de ipsis disposuisse, nec se eam suo actu demeruisse, ideo de statu suo erunt contenti. Diuina quoque dispositione, ac potestate corpora eorum impassibilia erunt, non dote impassibilitatis, sed præseruatione, quemadmodum etiam fomes nullum inordinatum motum suscitauit eis in vita prælenti, ita nec ibi aliquando suscitabit. Hæc Scotus. Cuius opinio videtur opinioni Durandi propinqua.

¶ Ad primum itaque respondendum, quòd in auctoritate Augustini præallegata per æternum supplicium, intell gitur pœna damni, loquit urque Augustinus extremè, & quasi p hyperbolen excessiuè ad reuocandum legentes omnino ab errore Pelagij, peccatum originale prorsus negantis. Sic quoq; intelligenda sunt verba Gregorij super illud Iob, in turbine pteret me, & multiplicabit vulnera mea, etiam, sine causa, vbi repetitis asserit vicibus, quòd paruuli non baptizati sustinent æterna tormenta, id est perpetuā pęuā damni, ita vt p plurale iutelligatur singulare. ¶ Ad secundum, quòd non est eadē ratio de pęna sensibili originalis peccati, in hac vita, & postea: nam ante mortē pœna sensibilis consequitur virtutem naturæ agentis, siue sit pœna sensibilis interior, sicut febris, siue exterior, vt incisio. Post mortem verò naturale agens non agit, nisi secundum ordinem diuinæ iustitiæ. ¶ Ad tertium, quòd conuersioni actualis peccati correspondet pęna sensibilis, inquantū conuersio illa est actualis, & actualem delectationem habens annexam. Talis autem non est concupiscentia, q̄ est quasi conuersio in originali peccato, quæ concupiscentia non est actualis, sed quasi habitualis. ¶ Ad quartum, quòd omnium peccatorum minimum est originale in posteris, q̄m minimum habet de voluntario: non enim est voluntarium voluntate huius personæ, sed primi parentis, peccatum aūt veniale, voluntarium est voluntate cuiuscunque personæ, ideo maior ei pœna debetur, quàm originali. Nec obstat, quòd originale non compatitur gratiam secum, priuatio namq; gratiæ, rationē non habet culpæ, sed pœnæ, nisi inquantū consistit ex voluntate, ideo vbi minus est de voluntario, ibi minus de ratione culpæ. Nec denuo obstat, quòd peccato veniali actuali debetur pœna temporalis. Hæc namque per accidens est, inquantum decedens in veniali, gratiam habet ratione cuius pœna est purgatiua. Si verò veniale peccatum sine gratia est, perpetuam recipit pœnā. Pro solutione vltimi aduertendum, quòd quidam quamuis pauci, his contradicunt, quos sequitur Hubertinus in 4. imò, & 3. libro de vita Saluatoris. Nempè in quarto affirmat: Insanum, atq; erroneum est, quærere medium, & inuenire illud inter supplicium ignis æterni, & inter possessionem regni cœlestis, quoniam Iesus iudex omnes sententias diuidens, medium aliud non inuenit. Et rursus ibidem

Augustin. Gregor. Iob 6. Hub.

Augustino

Augustin. Augustino testante, inter omnes pœnas afflictiuas damnatorum, mitissima est, quæ decedentes in solo originali affligit. Habuerunt quippe, & isti omnes improbas delectationes, & fastidiū, in delectationes æternas in omnium radice malorum, scilicet originalibus habitibus malis, actu ipsorū animas deturpantibus, deordinantibus, separantibusque à Deo. Et quàmuis eorū voluntates actu nō concupierint, hoc nō fuit nisi, quia impediente infirmitate ætatis, in nullū actum potuerunt exire, iō affligunt ab igne. Hæc Hubertinus. Qui in tertio libro de vita Christi, plura super his scribit, in quibus multa deliraſſe vr, & inconsideratè loquutus in materia ista, vbi tot solemnes doctores ante eum concorditer determinauerunt contrarium. Et mirum, quod nō aduertit euangelicæ seriem veritatis, quam allegat, in quæ Dominus, & Saluator asserit se dicturum his, qui à

Mat. 25. dextris erunt. Venite benedicti patris mei: alijs verò, q̄ à sinistris consistent. Ite maledicti in ignē æternū. Et de quibus id dixerit, pandit, quod ipsemet de electis illis subiungit. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare &c. De alijs, Esuriui, & nō dedistis mihi manducare. Quo constat, quod de adultis loquat, qui proprijs meritis, seu demeritis prēmia illa suscipient, nec inter illos Iesus repperit medium. Quod verò Hubertinus adiecit, q̄ paruuli isti habuerunt omnes improbas delectationes, fastidium quoque æternalium deliciarum in radice malorum, dico quòd sic habuisse improbas delectationes, non est eas habuisse simpliciter, nec actualiter, sed potentialiter, habitualiter, & radicaliter, hoc est, secundū quid. Et pro tali inexistentia consequuntur incommodum satis magnum, vtpotè pęna damni æterni, immensi, & maximi, quod est carentia dignissimæ visionis deificæ, ac diuinæ: præmium autem non correspondet habitui soli, sed actui potius, sic & pœna sensus actuali delectationi, in qua quis ꝓpriæ voluntati relaxauit habenas, contra dictamen, & æquitatem voluntatis diuinæ, quàm in ordinationē oportet recompensari per pęnam sensibilē. Rursus, quod ait, quòd actu deturpant voluntates eorum, falsum est, si ita intelligatur, q̄ actualē turpitudinē inferunt eis, sed habitualiter suo modo eas deturpant, absque omni cooperatione, consensu, & scitu eorum.

¶ Præterea reor, q̄ paruuli naturali amore diligunt Deum plusquàm seipsos, & ꝓportionabiliter ipso fruuntur, ipsumque in suis effectibus contemplant, laudant, & gratias agunt ei. Veruntū de his non est aliquid asserendū incautè, nisi quantū ex scripturis, & doctrina, seu determinatione ecclesiæ. innotescit.

Alexan. ¶ Postremò doctor irrefragabilis ꝓtestatur: Pęna originalis pctī, est carentia visionis diuinę, pſertim ratione priuationis originalis iustitiæ, & quamuis in originali præter priuationem illam sit etiam concupiscentia: tñ concupiscentiæ illi non debetur aliqua alia pœna. Non enim est concupiscentia actualis, sicut in pctō est actuali, cui correspondet actualis afflictio. Hæc Alexander. Quod aūt dictum est, pctm originale minus habere de ratione culpæ, quàm pctm veniale, ex Thoma accceptū est. Aliqui verò vnr sentire oppositum, imò nonnulli vocant illud mortale: quod tamen impropriè, & propter similitudinem dictum vr: quoniam conuenit cum mortali in hoc, q̄ gratiam Dei excludit, atq; æternā pœnam sortitur. Diuisio autem peccati p mortale, & veniale, de peccato traditur actuali.

Deniq; vt præhabita clariùs capiantur, tangenda sunt aliqua, q̄ quidam doctores circa expositionem textus huius scribunt distinctionis. Itaque Thomas. Sciendum inquit, q̄ in aliquo peccato q̄unt notari deformitates plurium vitiorum, dupliciter. Primo propriè, sicq; in pctō Adæ apparet deformitas gulæ, superbiæ, inobedientiæ, & hmōi 2. metaphoricè, & sic in illo pctō consideratur deformitas homicidij: qm̄ spiritualiter seipsum occidit, & fornicationis, quia spiritualiter fornicabatur à Deo recedens. Attñ vnum solum pctm̄ est, has deformitates ex diuersis circunstantijs habens, speciē verò peccati ex vltimo fini suscipiens. Ideo non oportet, quòd originale peccatum ex primo peccato Adæ causatū, sit multa. Amplius, quamuis Adam potuit sua transgressione naturam humanam corrumpere: non tamen potuit eam sua pœnitentia reintegrare, seu reparare, nec satisfacere pro eadem. Primum etenim Adæ pctm̄ interrumpere potuit ordinem rectum rationis humanæ in Deum, ex quo interrumpere est ordo corporis ad animam, sicq; vitiū personæ in naturā potuit redundare, sed pœnitentia eius non potuit facere, vt ordo suæ naturæ non sit interruptus: quia quod factum fuit, nequiuit pro non facto haberi, vnde non potuit restitui, quòd per peccatum fuit ablatū naturæ, sed solum, quod ablatū fuit personæ, quæ ab actuali reatu per pœnitentiam purgabatur. Non enim potest natura in statum altiorē reuocari, nisi per id, quòd totam naturam excedit.

¶ Præterea Bonauentura hic scribit: Vnum pctm̄ dicitur maius, seu grauius alio, multis modis. Primò causalitate, & sic peccatum diaboli maximum fuit, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Secundò generalitate, sicque peccatum Adæ fuit maius, quia in totum se diffudit genus humanum. Tertiò enormitate, & ita pctm̄ Iudæ fuit maximum, quia vendidit Deum ad occidendum. Quartò ingratitudine, & sic illius peccatum est grauius, qui maiora, & plura beneficia à Deo est sortitus. Quintò periculositate, vt ignorantia. Sextò inseparabilitate, vt auaritia, q̄ in senibus iuuenescit, cum cætera vitia cum homine consenescant. Septimò importunitate, vt superbia, q̄ ex bonis quoq; consurgit operibus. Octauo pronitate, sicut luxuria. Nono, maioris grę impugnatione, vt peccatum in spiritum sanctum. Decimò, ratione maioris offensæ, vt idolatria. Vndecimò rōne facilitatis resistendi, & ita secundū Magistrum peccatum Adæ grauissimum fertur. Duodecimò, ratione maioris improbitatis, atque libidinis, & sic cuiuslibet generis peccatum potest esse altero maius, ex parte peccantis.

Bonauen. Sapien. 1.

¶ Quęritur quoq;, an Adam corrupisset naturā, & originale transfudisset, si alio genere pctī peccasset, quàm illo, quod in Genesi legitur ꝓ obedientiam perpetrasse. Et respondendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Vna, q̄ imò: quoniam omne peccatū mortale est præuaricatio legis diuinæ, & cęlestium inobedientia mandatorū, & ita per illud fit anima Deo rebellis, sicq; caro spiritui. Rursus, omne pctm̄ est iniustitia q̄dam: ergo quodcunq; mortale Adam commisisset, fuisset priuatus sua iustitia. Item omne pctm̄ tale est mors, & ita per illud Adam incurrisset mortalitatem. Per hæc autem transfudit originale peccatum.

¶ Alij dnt contrarium, quia ꝓ sola transgressione illius mandati comminatus est ei Deus mortem. Prima responsio probabilior esse videtur: quoniam comminatio illa non absurdè intelligit se ad omne mortalem extendere culpam. Quid horū sit verius ignorat, nec est vis magna ī hoc facienda, cū in hoc sit parua vtilitas, & nulla sciendi necessitas. Hęc Bo.

Distin.

A. *Distin. 34. Quæ de peccato actuali animaduertenda sint.*

De peccato actuali secundum eius causalitatem.

POST pdicta de pctō actuali diligenti indagine, q̄dam ɔsideranda sunt .s. q̄ fuerit origo, & cā primi pcti, vtrū res bona, an res mala: postea in qua re sit pctm̄: deinde, qd sit pctm̄, & quot modis fiat, & de differentia ipsorū pctōrū.

B. *Quæ fuit origo, & causa peccati prima.*

Causa, & origo prima pcti, res bona extitit, qa ante primū pctm̄ non erat aliquid mali vnde oriretur. Cum em̄ originem, & causam habuerit, aut ex bono, aut ex malo habuit. Sed malum ante non erat, ex bono ergo ortum est. Prius enim in Angelo ortum est pctm̄, & postea in homine. Et quid erat Angelus, nisi bona natura Dei? Non ex Deo ortū est malū, quod fuit in Angelo, nō ex alio, q̄ ex Angelo, ex bono ergo ortū est. Vñ Augustinus in responsionibus ɔ̄ Iulianum hæreticū, q dixerat: Si ex natura pctm̄ est, tunc mala est natura, ait: Quæso vt si pōt respondeat. Manifestum est, ex voluntate mala tanquā ex arbore mala, fieri oīa opera mala tanquā fructus malos, sed ipsā malā voluntatem vñ dicit exortā, nisi ex bono? Si.n. ex Angelo, qd est Angelus nisi bonū opus Dei? Si ex homine, qd erat ipse homo nisi bonū opus Dei? Imò qd erat hæc duo anteq̄ orireṫ in eis mala voluntas, nisi bonū opus Dei, & bona, & laudanda natura? Ergo ex bono oriṫ malū, nec fuit vñ oriri posset, nisi ex bono. Dico ergo, qa voluntatē malā nullū malum præcessit, sed ex bono originem habuit. Hic apertè dṙ, primā causam, & originem mali, bonā fuisse naturā. Et nihilominus ostenditur, cuius peccati fuerit cā .s. malæ voluntatis.

Aug. li. 2. de nuptijs & concu. c. 28.

C. *Quòd mala voluntas secundaria causa fuit malorum.*

Mala aūt voluntas illa Angeli, vel hominis, cā est ēt maloū subsequentiū .s. malorum operū, & malarum voluntatum. Vnde Augustinus in Enchiridio: Nequaquā dubitare debemus, rerum bonarum, quæ ad nos pertinent, causam non esse nisi bonitatem Dei. Malarum verò, ab immutabili bono deficientē boni mutabilis voluntatē: prius Angeli, postea hominis, hoc primum est creaturæ rationalis malum, id est, prima priuatio boni. Ecce habes primam voluntatem boni mutabilis, id est, Angeli, vel hominis, deficientē ab immutabili bono, id est, à Deo, causam esse malarum rerum ad nos pertinentiū, quia causa est, tam peccatorum, quàm pœnarum, quibus præmitur humana natura. Prima ergo origo, & causa peccati, bonum fuit, & secunda, malum quod ortum est ex bono.

August. in Enchiridi c. 23.

D. *In qua re sit peccatum, an in bona, an in mala: & dicitur, quia in bono tantum.*

Ostensa origine mali superest videre, in qua re sit malum .s. an in re bona, an re mala. Qui rectè, acuteq; sapit, non nisi in bono malū esse intelligit .i. in natura bona. Malum.n. est corruptio, vel priuatio boni: vbi autem bonum nō est, non potest esse corruptio, vel priuatio boni. Peccatum ergo nō potest esse nisi in re bona. Sicut.n. morbis, ac vulnerib⁹ corrumpuntur corpora, q̄ (vt ait Augustinus in Enchir.) sunt priuationes eius boni, quod dṙ sanitas, ita & animorum quæcunq; sunt vitia, naturalium sunt priuationes bonorū. Quid est.n. aliud, quod malum dṙ, nisi priuatio boni? bonum .n. minui malum est: q̄uis quantumcunq; minuaṫ, necesse est, vt aliquid remaneat, si adhuc natura est. Non enim ɔsumi pōt bonum, quod est natura, nisi & ipsa natura ɔsumatur. Cum verò corrumpiṫ, ideo malum est eius corruptio, quia eā qualicunq; priuat bono. Nā si nullo bono priuat, nō nocet. Nocet aūt adimendo, ergo bonum. Quamdiu itaq; natura corrumpiṫ, inest ei bonum, quo priuetur. Ac per hoc nullum est, quod dṙ malum, si nullum sit bonum, sed bonum oīno malo caret, integrum bonum est. *Cum verò inest malum, vitiatum, vel vitiosum bonum est, nec malum vnquā pōt esse vllum, vbi est nullum bonum. Vñ res mira ɔficitur, vt quia omnis natura, inquantum natura est, bonū est, nihil aliud dici vṙ, cum vitiosa natura, mala natura esse dṙ, nisi malum esse, quod bonum est, nec malū esse nisi, quod bonum est. Hac ɔtextione euidenter insinuatur, malum nō posse esse nisi in re bona, vbi etiam, licet absurdum videatur, manifestè dṙ esse malum, quod bonum est.

August. in Enchiridi. c. 11. — Au. ib. c. 12. — Au. ib. c. 13. — *Cui.

E. *Quòd ex præmissis sequitur, scilicet, quòd cum dicitur malus homo, dicitur malum bonum.*

Ex quo colligitur, nihil aliud significari cum dṙ homo malus, nisi bonum malum. Vñ Augustinus in eodē subdit. Quid est malus hō nisi mala natura? quia homo natura est. Porrò si hō aliquod bonum est, qa natura est, quid aliud est malus hō, nisi malū bonum? Tamen cum duo ista discernimus, inuenimus, nec ideo malum, quia homo est, nec ideo bonum, quia iniquus est, sed bonum, quia homo: malum, quia iniquus. Omnis itaque natura, ēt si vitiosa sit, inquantum natura est, bona est, inquantum vitiosa est, mala est.

Aug. c. 3.

Quod

F *Quòd regula dialectiorum de cōtrarijs fallit in his, scilicet bono, & malo*

Ideoq; in his contrarijs, quæ mala, & bona vocātur, illa dialecticorum regula deficit, qua dicunt, nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus.n. potus, aut cibus simul dulcis est amarus. Nullum simul ubi album simul ibi, & nigrum: & hoc in multis, ac pene in oī bus reperitur contrariis, ut in una re simul esse non possint. Cum autem bona, & mala nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt, sed mala oīno sine bonis, & nisi in bonis esse non possunt. Et hæc duo contraria ita simul sunt, ut si bonum non esset malum, prorsus, nec malum esse potuisset: quia non modo ubi consisteret, sed unde oriretur corruptio, non haberet nisi esset, ꝙ corrumperetur: quoniā nihil est aliud corruptio, quàm mali exterminatio. Ex bonis ergo mala orta sunt, & nisi in bonis nō sunt: nec fuit prorsus vnde oriretur vlla mali natura, nisi ex angeli, & hominis natura bona, unde primitus orta est voluntas mala.

Au ibidē cap. 14.

G *Epilogum facit ad alia transiturus.*

Ex his aperitur, ꝙ primò, & secundò supra inuestigandum diximus, scilicet, quę fuerit origo mali, & in qua re sit. Ex bona enim re ortum, & in re bona consistere, præmissis testimonijs comprobatur.

H *Sententiæ illi qua dictum est bonum esse malum, opponitur de prophetia, quæ ait: Væ his, qui dicunt bonum malum.*

Ad hoc autem, ꝙ dictum est malum esse, ꝙ bonum est, quidam sic opponunt: Si bonum malum esse dicimus, incidimus in illam sententiam propheticam, vbi legitur: Vę his, qui dicunt bonum malum, & malum bonum. Igitur si hāc maledictionem vitare volumus, nullatenus dicere debemus bonum esse malum, & econuerso. Hoc autem Augustinus in eodem libro determinat, dicens: Id, quod dictum est in prophetia, intelligēdum esse de ipsis rebus, quibus homines mali sunt, non de hominibus. Vnde, qui adulterium dicit bonum, in eum cadit illa prophetica detestatio: & in eum, qui dicit malū hominem, vel bonū esse iniquum. Qui enim dicit hominem, inquantum hō est, malū eē, & bonitatē esse iniquitatē, opus Dei culpa, qđ est hō: & uitium hōis laudat, qđ ē iniqtas.

Isai. 5. — Au, ca. 13.

Sūma distinctiōis 34.

COmpleto tractatu de pctō originali, nūc tractaṫ de actuali pctō. Et circa hoc qnq; inquirit. Primū est, q̄ fuit causalis origo primi illius pcti. Scđm, qd sit pcti actualis subiectum. Tertiū, q̄ diffinitio sit pcti, Quartū, quot dis fiat. Quītū đ cōpatiōe pctōrū, quo ad grauitatē. De horū qnq; duob⁹ primis tractaṫ ī ista distictiōe.

QVAESTIO I.

CIrca hæc quæritur, *An bonum sit origo, & cā mali culpæ, & an subiectiuè sit in eo à quo procedit*. ¶ Nec oportet hic īmorari: qm̄ circa exordiū huius secūdi introducta sunt multa de ista materia. Itaq;, ꝙ bonū non sit cā mali, primò probaṫ: Productio fit per similitudinē, qm̄ oē agens producit simile sibi, iō vnum oppositorū non est directè causa alterius. Bonum aūt, & malum opponunṫ, ergo bonū est causa mali. Secundò S. Dionysius loquitur, ꝙ malum non habet causam effectiuā, sed defectiuā. Tertiò, qcquid est causa causæ, est cā causati, oē quoq; causatū causæ scđæ, in causā reduciṫ primā. si ergo bonū creatū est cā mali, oportet, ꝙ bonū increatū sit prima, principalisq; causa mali illius. Quartò, si bonū est cā mali, aut inquantū bonū, & in actu, ac perfectionale, aut inquantū malū defectiuū, ac potētionale. Non primū, qa affectus est participata similitudo suæ causæ: iō bonū ut bonū, & pfectionale, nō efficit nisi bonū, & perfectū. Nec 2m̄, quia sic malū non esset à bono, sed magis à malo, imò ireṫ ī infinitum. Cum.n. malum sit defectiuū, oportet, ꝙ in cā eius sit aliquis defectus, & hoc, uel actu vel potētia. Quòd aūt deficit actu, est malū, & sic non bonū, sed malū est causa prima mali. Nec adhuc hoc erit primum malū, cuius quærimus cām. Si verò defectus sit in bono in potentia tm̄, non potest educere aliquid in actu cum nihil agat, nisi secundum quod existit in actu. ¶ In oppositum est Augustinus in litera, ut circa principium huius secundi præhabitū est: Non sunt duo prima principia rerum, sed vnum duntaxat: nec malum potest fundari nisi in bono, estque bono annexū, & concomitaṫ illud. Ad hoc rñdet Albertus. Hæc quæstio disputata est supra in principio huius operis distinctiōe de principio mali, iō breuiter est transeundū, & dicimus cum Magistro ex verbis augustini, ꝙ malū nō est nisi ex bono: quia vt asserit augustinus libro responsionū contra Iulianū Hæreticum, qui dicebat, si pctm̄ est ex natura, ergo natura illa est mala. Ad, ꝙ augustinus, Respondeat, quæso si potest. Manifestum est oīa opera mala ex mala voluntate fieri, veluti fructus malos: sed ipsam malam voluntatem vnde dicit exortam nisi ex bono? Nā siue ex angelo, siue ex homine prodijt malū, quid est angelus nisi bonum opus Dei? & quid hō, nisi bonum opus Dei? imò, quid erant hęc duo anteq uā oriretur in eis malum, seu mala volūtas, nisi opus Dei bonū, & bona, ac laudāda natura? Insuper beatus Dionysius libro de Diuinis noībus, ait: Malū non agit nisi in bono, in quo est, nec coalescit nisi in bono. Veruntm̄ malū nō oritur ex bono, inqtū est bonū: sed inquantū deficit à specie, mō, & ordine, qbus bonū determinatur. Bonū quippè, vt diuin⁹ Dionysi⁹ cōtestaṫ quarto capi. đ Diuinis noīb⁹, ē a bono plātatū ī bono, & ad bonū. Hinc si auertiṫ a bono, a quo ē, auertiṫ a suo pricipio: & si auertiṫ a specie boni ī qua plātatū est, tūc p auersionē a bono, ī quo ē, caret debito mō, quo dēt eē bonū. Per auersionē quoq; a spē boni, in qua plātatū, ē caret specie: atq; p amissionē ordinis ad bonū caret ordine: sicq; caret oīb⁹ his, qb⁹ bonū determinaṫ, & rōnē boni sortiṫ, & ñ retinet nisi id, ꝙ ē, boni subiectū, qđ estiēs, qđ dā a Deo cratū. Et ita ex eo oriṫ malū culpę

Arguitur cōtra ueritatem. — Dionysi. — Albertus — S. Dio.

tam in angelo, quam in homine: quoniam ita procedens in actum, non potest procedere nisi in actum defectuosum, qui vocatur peccatum, ac malũ. Propter qđ in Enchiridio differuit Augustinus: Pctm̃ est actus ex defectu incidens boni, sicq; oritur malum ex bono. hoc est, ex eo, ꝙ bonum est, non inquantũ est bonum, sed inquantum est à ratione boni deficens. Vnde constat, ꝙ contraria non oriuntur ex inuicem, imo magis se destruunt qm̃ vnum non procedit ex alio, vt est tale, sed vt opposito mõ se habens. sicque, unum cõtrarium sp oritur ex alio, sicut ex cõtinua abiectione albi orit̃ nigrum, & ita in alijs vniuersis. ¶ Præterea si obijciatur, ꝙ in euangelio legitur. Non põt arbor bona fructus malos facere, &c. Itẽ, Dñe, nõne bonũ semen seminasti in agro tuo? vnde ergo habet zizania? Rñdit dñs. Inimic⁹ homo hoc fecit, ergo bonum semen à Deo est. Malum aũt, ꝙ per zizania designatur, ab inimico: per quem ẜm glossam diabolus denotat̃, producitur. Rñdendũ, ꝙ arbor bona ẜm quod bona, non potest fructus facere malos sic quoq; arbor mala vt talis, nequit bonos producere fructus, sic et semẽ bonũ. Semẽ verò malum, inquantum malum, est ab inimico: sed inquantũ bonum, procedit à Deo. Conformiter intelligendum est illud Matthęi. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? ¶ Atuerò, ꝙ in littera dr̃, regulam dialecticorum deficere in istis contrarijs, quæ sunt bonũ, & malum, eo, ꝙ vnum eorum sit in alio, cum logici dicant vnũ cõtrariorum non posse in alio esse, nec ambo simul in eodẽ; dicendum, ꝙ regula illa dialecticorũ non fallit hic, si rectè intelligatur: quia dum dr̃, ꝙ duo contraria non possunt esse pariter in eodem, intelligendum est hoc ẜm idẽ, & per se. Malum aũt non est in bono, nec econtra, ẜm idẽ, nã malũ inest ẜm defectũ eorum, qbus bonũ determinat̃, Hoc est, ẜm recessũ à specie mõ, & ordine, sicut expositũ est. bonum aũt ẜm quod est natura, & substantia a Deo creatum. Quòd verò loquit̃ Esaias. Væ, qui dicis bonũ malum, & malum bonũ, exponitur de virtutibus, & vitijs, seu de bonis, & malis, mortaliter, seu formaliter loquẽdo de eis. Et si dicatur, ꝙ eidẽ nõ insunt cõtrariæ formę, dicendum, ꝙ verum est secundũ idẽ, & scd̃m esse cõpletum. Hæc Alb. & ꝯcordat Vlric⁹.

¶ Præterea Thomas. Nihil, inquit, agit nisi secundum quod est in actu. Nihil quoque in actu est, nisi secundum quod formam, aut perfectionem aliquã habet. vnde oportet ut omne, quod agit, agat inquãtum aliquo mõ perfectum est, & ita inquantum bonum. Intentio quoque omnis agentis, est similitudinem suam in altero facere, ideo ab agente per se, intentum est, ut aliquod bonum efficiatur. Hinc bonũ per se causam habet, sed defectus incidit præter intẽtionem agentis Quòd contingit tripliciter. Primò, ex parte eius, ꝙ intentum est ab agente, ꝙ dum non cõpatitur secum aliam quãdam perfectionem, seu formam, excludit illam, vt patet in generatione naturali. Nam ignis formam suam intendit in materiã sibi applicatam inducere. Sed quoniam forma ignis non cõpatitur secum formã aeris. sequitur præter intentionẽ agentis priuatio formæ aeris. Secundò, ex parte materiæ recipientis actionem, indispositè ad consequendam perfectionẽ, quam agens intendit inducere, ut patet in naturalibus in partubus monstruosis, in artificialibus quoq; in ligno nodoso, ꝙ non flectit̃ ad actionem artificis, propterea in artificiato manet defect⁹, aut ex parte instrumẽti ut patet in claudicatione, quoniam a virtute gressiua procedit gressus distortus ꝑ curuitatẽ cruris. Porrò malum culpæ ex duobus horum modorum potest contingere, puta ex parte intenti, ac instrumenti. Ex defectu namque materię malũ culpæ non accidit, quia operationes morales non sunt factiones, ut per eas aliquid in moteria constituatur, vx sexto Ethicorum habetur, sed sunt actiones in ipsis agentibus permanẽtes. In omnibus enim peccatis, quæ per deliberationem rõnis contingunt, malũ incidit ex parte intenti. Quemadmodum. n. in naturalibus nequunt esse duæ formæ substantiales vltimę in eodem, ita non valent esse duo vltimi fines volũtatis. Hinc sicut agens naturale inducendo vnam formam, causa est defectus alterius formæ: ita uolũtas adhærendo uni, ut vltimo fini, qui tñ non est debitus ei finis, à debito fine auertitur, in quo completur ratio culpæ præter voluntatis intentionem. Peccata autem præcedentia rationis deliberationem, vt primi motus, incidunt ex defectu instrumenti, id est virium inferiorum, quæ sunt sicut instrumenta rationis, aut voluntatis, ut patet in motibus primi. Sic igitur patet, ꝓ malum eo modo, quo causam habere potest, bonum efficiens est per accidens causa eius, non utiq; summum bonum. Ex quibus innotescit solutio ad obiecta. Bonum quippè, vt tale, est causa boni: ꝑ accidẽs aũt, vel inquantũ defectibilè, est causa mali, sicq; producit simile sibi, & ita malũ non habet causam effectiuam, sed defectiuam, quia non habet causam per se, & causa eius effectiua, ut peccans, est defectiua. Ad tertium rñdetur, ꝙ quicquid agit causa secunda per se, & vt manens sub influentia, & ordine primę causæ, agit, & prima causę non aũt, ꝙ agit per accidens, atq; ut defectiua, & recedens ab ordine primæ causæ. Ad quartum, ꝙ in uoluntate creata est duplex defectus. Vnus, qui est potentialis causa mali, videlicet esse ex nihilo: ex hoc. n. potest deficere peccando per vertibilitatem electionis. Non tñ iste defectus est actualis cã mali, nam sequeretur, ꝙ voluntas sp deficeret, sicut crus claudi claudicat in omni incessu. Alius est defectus eius actualis, secundum quod actu deficit, & quicquid procedit ab ea, ut stat sub tali defectu, totum est malum. Illius autem defectus, qui est in actu uoluntatis, non oportet, ꝙ causa sit aliquis alius defectus in uoluntate actualiter præexistens, quia iretur in infinitum, sed ipsamet uoluntas secundum se considerata, illius defectus est causa. Ille quippè defectus in uoluntate est, secundum quod ipsa voluntas aliquid indebito modo conuertitur, & ad hoc uoluntas est libera, & quasi dominium habens. Nec enim est simile de voluntate, & naturali agente, quòd ex sua natura determinatur ad unum. propter quod non potest esse causa actionis inordinatæ, nisi per hoc, quòd aliquis defectus in ipso est: voluntas uerò per seipsam determinat liberè, secũdum quod huic, vel illi adhæret, & in tali adhæsione primum voluntatis malum consistit. Sicque res bona, scilicet uoluntas ipsa est causa primi mali culpæ existens in actu ipsius, sed per accidens, quemadmodum dictum est: secundi verò mali, quod in actu exteriori. ipsa voluntas iam mala per actum interiorem est causa. Hæc Thomas in Scripto. Cõcordant Petrus, Richardus, Alexander quoq;, Bonauẽtura, & alij, qui circa hęc multa pulchra conscribũt. Sed nequo immorari, quia materia supra plenariẽ tractata. Nempe Magister eadem aliquoties reperit, vnde, & contigit, ut quæstiones, quas unus doctor mouet in una distinctione, alius moueat in alia. Alexander uerò in suo processu magis obseruat ordinem materiæ, quàm Magistri. Philos

Distin-

A

Distinctio 35. Quid sit peccatum.

POST hæc videndũ est, quid sit pctm̃. Pctm̃ est (ut ait Aug. oẽ dictum, vel factum, vel cõcupitũ, qđ fit contra legem Dei. Idẽ in li. de duabus aĩabus: Pctm̃ est volũtas retinendi, vel cõsequẽdi, qđ iustitia vetat. In utraq; assignatione de actuali pctõ agit̃, & mortali, nõ veniali. Ex prima descriptione ostenditur pctm̃ esse voluntas mala, siue locutio, & operatio praua. i. actus malus tam interior, quàm exterior, ex altera verò tm̃ ostendit̃ esse actus interior. Volũtas. n. (vt in superioribus dictũ est) motus animi est actus: ergo interior est. Ambro quoq; in li. de paradiso ait: Quid est pctm̃, nisi legis diuinæ ꝑuaricatio, & cęlestiũ inobedientia præceptorum? Ergo in præuaricante pctm̃ est, sed in mandante culpa non est. Non. n. cõsisteret pctm̃, si interdictio non fuisset. Non cõsistente aũt pctõ, nõ solũ mali tia, sed ẽt virtus fortasse nõ eẽt. Quæ nisi aliqua malitiæ fuisset semina, vel subsistere, vel eminire nõ posset. Ecce ꝑuaricationẽ legis, & ĩobediẽtiã diffinit Amb. esse pctm̃. Aug. contra Manichæos de duabus animab⁹ c. 11. & li. 1. Retrac. c. 15. Amb. in libro de paradiso c. 8.

B

Diuersorum sententias de peccato ponit.

Quocirca diuersitatis huius uerborũ occasiõe, de pctõ plurimi diuersa sẽserũt. Alij. eñ dixerũt, volũtatẽ malã tm̃ esse pctm̃, & non actus exteriores. Alij voluntatem, & actus, alij neutrũ, dicentes, oẽs actus esse bonos, & a Deo, & ex Deo auctore eẽ, malũ aũt nihil eẽt, ut ait Aug. sup. Iohan. Oĩa ꝑ ipsũ facta sũt, & sine ipso factũ ẽ nihil. i. pctm̃, ꝙ nihil ẽ, & nihil fiũt hoĩes cũ peccãt. Supra ẽt dixit Aug. qđ malũ ẽ priuatio boni, vel corruptio boni, qui ẽt in libro. lxxxiii. q. ait. Sũmũ malũ nullũ modũ habet: caret. n. oĩ bono. At modus aliquid boni est, non igit̃ est, q̃a nulla specie continet̃, totũq; hoc nomen mali de speciei priuatione repertũ est. Item in dogmatibus ecclesiasticis dr̃ malũ, uel malitiam non esse a Deo creatã, sed a diabolo inuentam, qui & ipse bonus creatus est. Idẽ etiam in libro contra Manichæos, qd sit peccatum ostendit, dicens. Peccare, quid aliud est, nisi in veritatis ꝑceptis, uel in ipsa ueritate errare? Quòd si non volũtate faciunt peccatores iniustè iudicant. Quid ergo in hac tãta varietate tenẽdũ? qd ve dicendũ? Triplex opinio de peccatis. Aug. sup. Iohãnem tractatu 1. Iohan. 1. Aug. in enchir. ca 11. Aug. in li. quæst. 83. quæstiõe 6 Au. de dogmatibus ecclesiasticis cap. 57

C

Vera sententia de peccato proponitur.

Sane dici põt, & liberè tradidẽt, pctm̃ esse actũ malũ interiorem, & exteriorem. s. malã cogitationem, locutionem, & operationẽ: præcipuè tñ in uoluntate consistit peccatum, ex qua tanquam ex arbore mala procedunt opera mala tanquam fructus mali.

D

Traditio quorundam, qui dicunt voluntatem malam, & actum, inquantum sunt esse, naturas, & iõ bona, inquantũ verò mala sunt esse, peccata.

Quidã aũt diligenter attendentes verba Augustini q̃bus supra, & in alijs scripturæ locis utitur, non indoctè tradunt volũtatẽ malã, & actus malos, inquantũ sunt, uel inquãtum actus sunt, bona esse: inquantũ uerò mala sunt, peccata esse: quia voluntatẽ, & actũ quẽcũq; bonam Dei naturã esse dicunt, inquantum actus est, uel uoluntas, & ex Deo auctore esse: inquãtum verò ĩordinatè, & contra legẽ Dei fit, & fine debito caret, pctm̃ est: & ita inquantum peccatum est, nihil est. Nulla enim substantia est, nulla natura est.

E

Aucttoriatibus probat voluntates, & actus oẽs eẽ bona, inquantũ sunt.

Quod aũt volũtas oĩs, & actio bonũ sit, ĩquãtũ ẽ, ex eo ꝓbãt, ꝙ ait Aug. ĩ li. de. lxxxiii. q. De⁹ boni tm̃modo cã est. quocirca mali auctor nõ est. q̃a oĩm, q̃ sũt auctor est, q̃ ĩquãtũ sũt, ĩ tm̃ bona sunt. Idẽ ꝓbãs nihil casu fieri ĩ mũdo, ait ĩ eodẽ: Quicq̃d casu fit, temere fit: q̃cquid temere fit nõ fit Dei ꝓuidẽtia. Si ergo casu aliqua fiũt in mũdo, nõ ꝓuidẽtia vniuersus mũdus administrat̃. Si nõ ꝓuidẽtia vniuersus mũdus administrat̃, aliqua natura, vel substãtia ẽ, quæ ad opus ꝓuidẽtiæ nõ pertinet. Oẽ aũt, qđ est, ĩquãtũ est bonũ est. Sũmũ. n. est illud bonũ, cuius ꝑticipatiõe sũt cętera bona: & oẽ, qđ mutabile est, nõ ꝑ se, sed boni illius ꝑticipatiõe, ĩquãtũ est, bonũ est: qđ diuinã ẽt ꝓuidẽtiã vocamus. Nihil ergo fit casu ĩ mũdo. His testimoniis ĩnitunt̃, ad ostendẽdũ oẽ, qđ ẽ, ĩquãtũ est, bonũ eẽ. Vñ idẽ Aug. in. 1. li. de doc. Chr̃a. ait. Ille sũmè, ac primitus est, q oĩno incõmutabilis est, & cætera, q̃ sunt, nisi ab illo esse nõ possunt: & intm̃ bona sunt, inquãtũ acceperũt, ut sĩt. Aug. in li. quæst. 83 quæst. 21. lib. Retrac. c. 28. Au. ibidẽ quæ. 24. Augu. de doctrina christiana lib. 1. c 31

F

Quid ex prædictis sequatur.

Ex prædictis colligitur, atque infertur, quia si mala uoluntas, & mala actio est: inquãtum est, bona est, Sed quis est, qui diffitetur malam voluntatem esse, & malã actionem? Mala ergo voluntas siue actio inquantum est, bonum est: & inquantum voluntas est, vel actio, bonum similiter est, sed ex uitio mala est, quod vitium a Deo non est, neque aliquid est. Quod August. notasse uidetur in li. lxxxiii. q. dicens: Vitium est * voluntas, quo est homo deterior: quod vitium longe abest a uoluntate Dei, ut ratio docet. Ex

*volũtatis

hoc loco ꝓbat,voluntatē īquātū vitiosa est,non esse a Deo:& inquantū vitiosa est,peccatum est.Et peccatum est, vt aiunt,inquantum non habet ordinem, nec finem debitum. Ita,& actio inquantum ex malo procedit,& ordinem nō habet,& malum tendit.

G *Alia probatio, quòd omnis actus in quantum est,bonus est.*

Item,& aliter probāt oēm actū interiorem,vel exteriorē,inquantum est,eē bonū:qa nō esset actus malus,nisi esset res bona:qa nō est aliqua res mala,nisi eadē res bōa sit. Vñ Augu. in Ench.Oīs natura bonum est,nec res aliqua mala esset,si res ipsa,q̄ mala est,natura non esset.Non ergo pōt esse malum,nisi esset aliquod bonū. Qđ cum dicit videat absurdè,ꝯnexio tñ rōcinationis nos cōpellit hoc dicere.Ex p̄missis testimoniis asserunt oēs actus inquantum sunt, esse res bonas:nec aliqd esse malum.i.pc̄tm̄, nisi idem quoq; ſm aliquid bonum sit:& oīum,quæ sunt,inquantum sunt,Deum autorem p̄dicant:& eius voluntate omnia esse quæcunque sunt,quæ inquantum sunt,naturæ sunt.

Augu in Ench.c.13

Sūma prædictorum ꝑstringit.

H *Obiecto contra illos,qui dicunt omnes actus inquantum sunt, esse bonos.*

Quibus opponit:Si oīa,q̄ sunt inquātum sunt,bona sunt,& naturæ sunt: ergo adulteriū,& homicidium,& sīa,inquantū sunt,bona sunt,& naturæ sunt, & Deo uolente fiunt.Qđ si est,tunc illi,q faciunt illa,bona agunt,qđ penitus absurdū est. His verò sic illi rñdent Dicunt eqdē adulterium,homicidiū,& hmōi,non sīpliciter actus denotare,sed actuū vitia,actusq; ipsos adulterii,& homicidii,inquātum sunt,vel inquantū actus sunt a Deo esse,& bonas naturas eē,sed non inquātū adulteriū,& hoīcidiū sūt.Et iō non seq dicūt,si act⁹,q hoīcidia,& adulteria sunt,à Deo sūt,qđ hoīcidia,& adulteria a Deo sūt.

Responsio aliorum.

I *Alia illorum oppositio contra eosdem.*

Item aliter eis opponit.Si aliquid non est malū,qđ non sit natura, vel res bona,qūo ergo pc̄tā sunt,non credere ī Deū,non ire ad ecclesiā,& hmōi,cum ista non sīt naturę, imo oīno non sit?Non est.n.aliqd,vel res aliq̄,non ire ad ecclesiā,vel nō credere ī Deū, & hmōi.Ad qđ dicunt,his,atq; hmōi dictionibus,q̄ vñr priuationes sīpliciter notare, & nihil ponere,qa ꝑ negationē dicunt,verè aliqua poni, actusq; ꝑ eas significari. Non credere.n.in Christū,incredulitatē dicūt,& noīe īcredulitatis, malū mentis actū significari,Ita ēt cum dr̄,non ire ad ecclesiā,malū est:non euntis ꝯtemptus significat.i.voluntas mala,uel ꝓpositum:hoc est.n.declinare à bono,& iō malum est; sicut econuerso declinare à malo,bonū est.Sicut ergo declinatio à malo aliqd ponit.s.voluntatem,& propositū vitādi malū.Non.n.potest esse bonū,qđ oīno nihil est,ita declinatio a bono, qđ est,significat.s.volūtatem,& ꝓpositū mali.Et scđm hoc vera est,& gñalis illa pc̄tī mortalis descripto,quam supraposuit Augustinus,scilicet peccatum est dictum, &c.

Respōsio.

Utrū malus actus inquantū peccatum est,sit priuatio vel corruptio boni.

K Potest etiā,q̄ri ab eisdem,cum pctm̄ sit(vt s̄.dictum est)priuatio,vel corruptio boni, & oīs actus malus sit pctm̄,utrum sit priuatio,uel corruptio boni inquantum pctm̄ est, vel non.Si.n.inquantum pctm̄ est,corruptio boni est,cum corruptio,vel priuatio boni pęna sit homini:īquantum ergo pctm̄ est,pęna est.Qđ si est, tunc inquantum pctm̄ est, bonum esse vr̄,& à Deo esse.Si aūt non,inquantum pctm̄ est, corruptio boni est.Quærit ergo scđm qd corruptio sit? Si.n. corruptio boni est,& non īquātū pctm̄ est,cū non nisi bonum,p̄terquā in eo,qđ pctm̄ est,ergo inquantū bonū est,corruptio, uel priuatio boni est.Ad qđ ēt ipsi dicunt,actum malum non inquātū est,neq; īquantū bonum est, esse priuationem,uel corruptionē boni,sed inquantū pctm̄ est. Non tñ inquātū pctm̄ est, pęna est,vel aliqd,qđ à Deo sit.Vt.n.ex verbis p̄missis Aug. colligit, pctm̄ dr̄ corruptio,uel priuatio actiuè,non passiuè.Nā iō malum,vel pctm̄ dr̄ corruptio boni,qa naturā bonā qualicūq; priuat bono.Nā si non priuat aliquo bono,non nocet,ut s̄.Aug.ait. nocet autem adimit ergo bonum. Non autem nocet,nisi inquantum peccatum est, ergo īquātū pc̄tm̄ ē,priuat bono.Itaq; inquant pc̄tm̄ est priuatio est,uel corruptio boni.

L *Quomodo in quantum peccatum est posit corrūpere bonm,cum nihil sit.*

Sed cum nihil sit inquantum pctm̄ est,quomodo potest bonum corrumpere,uel adimere? Augu.te hoc docet in lib.de natura boni,dicens:Abstinere à cibo, non est aliqua substantia,tamen substantia corporis,si oīno abstineatur à cibo,languescit,& frāgitur;sic non est substantia peccatum,eo tamen natura animæ corrumpitur.

Responsio Augustini per simili.

Quòd peccatum propriè corruptio est animæ,& quomodo.

M Pctm̄ uerò id ē culpa,ꝓpriè aīæ corruptio ē.Si aūt,q̄rit in quo possit corrūpi aīa? In parabola illius,q incidit in latrones,q eū uulnerauerūt,& spoliauerūt,clarescit.Incidit enim homo in latrones,qñ per pctm̄ in potestatem diaboli trahitur: & tunc ꝑ pctm̄ expolliatur gratuitis bonis,id est,uirtutibus,& in naturalibus bonis vulneratur, quæ sunt

ratio

ratio intellectus,memoria,& ingenium,& huiusmodi,quæ per peccatum obtenebrantur. Per peccatum etiam priuatur illo bono,cuius participatione cætera bona sunt,quo tanto magis priuatur,quanto magis se ab eo elongat.

N *Qualiter homo se elongat a Deo,scilicet per dissimilitudinem, quam facit,hoc est, peccatum.*

Ab eo autem se elongat homo per peccatum, non loci distantia, quia ubique totus, & præsens est oībus,& omnia in ipso sunt,sunt,ut ait Augustinus in libro de.83.q. & ipse locus non est:Locus tamen Dei abusiuè dicitur templum Dei:nō, ꝙ eo.contineatur, sed, ꝙ ei præsens sit,& in habitans,id aūt aīa munda intelligitur.Per peccatum ergo nō secundum locū aliquis lōgè fit a Deo,sed in eo longè fit,ꝙ ab eius similitudine recedit: & tanto longiùs,quanto fit dissimilior.Illa aūt,ut ait Aug.in li.de lxxxiij.q.quæ participatione similia sunt Deo, recipiūt dissimilitudinē. At ipsa similitudo nullo modo ex aliqua parte pōt esse dissimilis.Vñ fit,ut cum similitudo patris filius sit,ex nulla parte p̄ri possit esse dissimilis,cuius participatione similia sunt,quæcunque Deo similia sunt,& illa possunt recipere dimissimilitudinem.Nihil est autem, ꝙ hominem adeo Deo dissimilem faciat, quemamodum peccatum.Cun autem peccatum sit priuatio, uel corruptio boni,quæ est in aīa,est etiam priuatio,uel corruptio boni corporis:sicut corpus homnis priuauit beneficio illius immortalitatis,& impassibilitatis, quā habuit ante peccatum.

Aug. i Li. quæstio. 8. q.20.

Au. ibidē q.23.

O *An pœna sit priuatio boni.*

Quæri autem solet,utrum,& pœna sit priuatio,uel corruptio boni. Ad qđ facile respondere potest,si prædicta ad memoriam reuocentur.Diximus enim supra,priuationē uel corruptionem boni accipi actiuè,uel passiuè.i.scđm efficientiam,uel corruptio boni dr̄,& peccatum,& pœna:sed peccatū scđm efficientiā, quia priuat,uel corrumpit bonum.Pœna autem secundum effectum idest secūdum passionem, quæ est effectus pc̄tī. Aliud est.n. culpa, aliud pęna. Alterū ē. Dei. i. pęna:alterū diaboli,vel hoīs ē,.i.culpa.

Summa distinctio.35.

PRæcedenti distinctione tractauit Magister de pc̄tī origine, & subiecto nunc tractat de eius diffinitione.Quo facto tangit diuersas diuersorū opiniones,qbus ꝯueniant descriptiōes peccati.Quocirca inducit difficultatem, qualiter peccatū sit nihil: cum tamen uocetur actus malus. Ostenso aūt, ꝙ peccatum formaliter non sit aliquid positiuum,sciscitatur quomodo possit corrūpere bonū, Postremò discutit qualiter peccatum elongatio sit a Deo,& elōgans ab eo,& utrū sit non solum culpa,sed etiam pœna,quam quæstionem sequenti distinctione prosequitur.

QVAESTIO I.

Alexand.

HIc q̄rit primò. *Quid sit peccatum.* Ad hoc Alexander rñdet: Cum plures sint diffinitiones actualis peccati datæ a sanctis,quasdā tangemus Dicit equidē Augustinus :Peccatum est conuersio indebita uoluntatis ad bonū cōmutabile.In li.aūt de libero Arbitrio:Peccatū inquit,ē spreto in cōmutabili bono,adhærere bono mutabili.In libro verò de vera religiōe: Pc̄tm̄,ait,est appetere, quæ Christus cōtēpsit,uel fugere,q̄ Christ⁹ sustinuit.Et iterū loqtur,Pc̄tm̄ est,cocupitū,uel dictū, vel factū ꝯ legem. Dei.Itēq;.Pc̄tm̄ ē affectio volūtaria mala Et denuo, Pc̄tm̄ est actus incidens ex defectu boni.Porro Ambrosius:Pc̄tm̄,asserit,est præuaricatio legis diuinæ, & cęlestiū in obedientia mandatorum. Anselmus verò diffinit sic:Pc̄tm̄ est carentia iustitiæ debitę,ex propria volūtate procedēs.Sic nāq; distinguit contra originale, ꝙ est carentia debitę iustitię aliunde cōtracta Hæ descriptiones possunt distingui,ſm cōparatiōes ad causas diuersas peccati, vel sui oppositi,pc̄tm̄ namq; in priuatione cōsistit.Diffinitur autē pecatū actuale pęnes materiā multipliciter.Est quippe materia,in qua & est materia circa quā,& ē materia,ex qua. Materia in qua,determinat cū dr̄:Peccatum est affectio voluntaria mala.Affectio.n.uolūtaria est id, in quo primò fundat actuale peccatū.

Peccatum diuersimo de diffinit.

Ambrosi⁹

Anselmus

Materia uerò circa quam, tangitur cum dr̄:Peccatum est,dictū,uel factum, uel concupitū,&c.¶ Circa hæc enim cōtingit esse peccatum : Porro materia ex qua , tangitur cū dicitur. Peccatum est actus incidens ex defectu boni,quia cum dicitur ex defectu boni, notatur defectus potentiæ, uel scientiæ, aut bonitatis, prout dicimus peccatū aliud esse ex infirmitate,aliud ex ignorantia &c.Diffinitur quoque peccatum pęnes formam suam,puta priuationem,cum dicitur:Peccatum est carentia debitę iustitiæ.Adiungitur item causa efficiens, cū additur, ex propria volūtate procedens.¶ Insuper diffinitur respectu causæ finalis,a qua deficit,cum dr̄. Peccatum est auersio ab incōmutabili bono, seu spreto in cōmutabili,&c.Diffinitur itidem respectu efficientis a quo retrahit,dum dr̄:Pc̄tm̄ est præuaricatio legis diuinæ. Diffinitur quoq; respectu exemplaris,a quo recedit,cū dr̄:Peccatū est appetere ea,q̄ Christus contempsit: Sicq; diffiniri pōt per causas proprias,& per defectus causarū ipsius boni. Amplius, quædam diffinitiones cōmunes sunt peccato mortali, & ueniali, ut illa,Pc̄tm̄ est affectio mala uoluntaria,& illa,Peccatum est actus incidens ex defectu boni.Quædā verò sunt propriè actuali mortali, ut illa,Peccatum est priuaricatio legis diuinę.Et hæc. Pc̄tm̄,est concupitū,aūt dictū, uel factū cōtra legē Dei.Hæc Alexander.Contra diffinitiones has obijcit, & soluit, quod longum est prosequi, & ex aliorum dictis patebit. Atuerò Bonauentura : De peccato inquit est loqui dupliciter, puta formaliter,& materialiter. Et quia formaliter est priuatio, materialiter uerò actus substratus,idcirco aliquando diffinitur per priuationem, aliquando per positionem. Quædam enim sunt diffinitiones formales, quædam materiales, & utroque modo multipliciter diffinitur. Si enim consideremus peccatum,ut dicit priuationem,hoc potest esse tripliciter. Primò,inquantum simpliciter dicit recessum

Bonauen.

à bono. Secundò, ut dicit recessum à rectitudine naturę. Tertiò vt dicit recessum ab oīs boni cõplemento,& perfectione. Primo modo sumitur diffinitio triplex ab Augustino, prima ex libro de Ciuitate Dei, Augustin. Peccatum est absentia boni,ut debet eē. Secūda,ex libro de vera religione. Peccatum non est appetitus naturarū malarum, sed desertio meliorum bonorum. Iohā. Damascenu. Tertia, ex libro de natura boni. Peccatū est corruptio modi,& speciei,ac ordinis. Secundò modo,videlicet prout peccatum dici recessum à rectitudine naturæ,sunt etiam tres diffinitiones. Vna est Damascendi, dicentis: Peccatum est auersio ab eo,ꝙ est secundum naturam, in id,ꝙ est præter naturam. Alia Anselmi,Peccatum est carentia debitę Anselmus Augustin. iustitiæ. Tertia Augustini,Peccatum est defectus aliquis ad veritatem naturæ non pertinens, sed obscurās. Tertiò ꝓut pctm̄ dicit recesū ab oīs boni cõplemento, Idem. inuenitur triplex diffinitio. Prima Augustini. Peccatum est auersio ab incommutabili bono &c. Secunda, Peccatū est carere incõmutabilibus Idem. Ambrosi⁹ Augusti. bonis,quibus fruendum est. Tertia, Peccatū est intelligibilis tenebra. ¶ Aliæ diffinitiones peccati,sūt materiales,& concernunt actum substratum, & variantur ẜm triplicem consideratione peccati. Aut enim refertur ad Deum, quē offendit,aut ad virtutem,quā excludit,aut ad bonum vt tunc,ꝙ simulat, seu prætendit. Si primo mō,sic diffinitur tripliciter. Primò ab Augustino,in libro cõtra Manichæos dicente: Peccatū est in præceptis veritatis,uel in ipsa veritate errare. Secundò ab Ambrosio in libro de paradiso: Peccatum est præuaricatio legis diuinæ, & cętera. Tertiò,ab Augustino: Peccatum est dictū, vel factum,& cætera. Secūdò diffinit per, comparationem ad virtutem, quam excludit, & sic rursus tripliciter diffinitur. primò sic, Peccatum est indispositio animæ se habens ad uirtutem. Scđò ab Augustino in libro de duabus animabus. Pctm̄ est affectus assequendi,vel retinendi, ꝙ iustitia vetat, vbi iustitia generaliter sumitur, prout omnem virtutē complectitur. Tertiò,ab Augustin. Peccatū est appetere,quæ Christus contempsit. Tertiò diffinitur per comparationem ad bonum,ꝙ prætendit,sicq; denuo tripliciter diffinit: Primò ab Augusti. libro de ciuitate Dei,Peccatum est malè uti bono. Scđò, in libro de Trinitate: Peccatum est uti fruendis, & frui vtendis. Tertio sic,Peccatum est spreto incommutabili bono,& est. Alia quoq; est diffinitio circū loquens peccatum secundum suum materiale,atq; formale,videlicet: Peccatum est actus incidens ex defectu boni. Et illa, Peccatum est meritum pœnę æternæ,Hæc Bonauentura.

Quæstio. ¶ Insuper circa hæc quærit hic doctor, Vtrum peccatum sit ipsa corruptio. Respondet, Peccatum est corruptio consistens circa voluntatem, & actū eius cum sit obliquatio a rectitudine iustitiæ. Volūtas autem in actu suo, est instrumentū seipsum mouens. Hinc dū uoluntas moueē ad aliquid liberè, si moueaē,aut afficiatur in ordinatè,inordinatio illa respicit voluntatem tā mouentē, quā motā: quia voluntas dum inordinatè afficitur,inordinatè mouet,& inordinatè mouetur. Cumq; culpa prout cõsideratur in actu: non aliud sit: quā motus uolūtatis inordinatus,ad quem actio, passioq; concurrunt, nō tm̄ est corruptio actiua,sed etiam passiua. Nā,& inordinatio,qua aīa se deordinat,& īordinatio,qua deordinaē, utraq; est culpa,differens comparatiōe, attamen essentialiter vna. Et qm̄ quales sunt actus. tales sunt habitus: maximè dum habitus generantur ex actibus,ut est in genere malorum habituū.

Hinc deformitas,vel priuatio īmediatè relicta,habet aliquid in se correspondens actioni, & aliquid correspondens passioni. uoluntas quippè dum peccat actualiter,efficitur inhabilis, inquantum habet rationem mouentis,atq; inquantum habet rationē moti,sicq; culpa considerata ut in habitu,ēt prout remanet post actum peccati,est corruptio, seu priuatio correspondens actioni,& est corruptio, seu priuatio correspondes passioni. Et sic eadē culpa est corruptio,seu priuatio boni,non solum actiuè, sed passiuè etiam dicta,ẜm veritatem loquēdo. Sed appropriatè loquendo corruptio illa actiuè accepta, tenet magis rōnē culpę: passiuè uerò accepta, tenet rationē pœnæ. Nam dicta actiuè,ratione voluntarij habet. Inquantum autem passiuè accipiē, rationem inuoluntarij tenet. Nec ista sunt incõpossibilia circa eandem actionem, & motum,quia vidimus,ꝙ eadem actio corporalis delectat,& lędit, & ex consequenti contristat quemadmodum scabiosus scalpendo carnem suam dilaniat,& dilaniādo delectatur,ac læditur,unumq; placet,& aliud displicet. Similiter in eadem actione unū est auersio ab incommutabili bono, & ad cõmutabile bonum conuersio, & conuersio placet, auersio displicet. Sic eadem culpa dici potest actiuè,& passiuè. Si aūt Soluitur obiectio. obijciatur,ꝙ oīs pœna laudabilis est,& iusta,dicēdum,ꝙ est pęna infflicta,& acta, & contracta, oīs ergo pęna inflicta a Deo, est iusta: non oīs pœna acta,seu contracta, nisi prout sumitur sub ratione pœnæ,priuatio aūt boni passiua, siue deformatio animæ: non est pœna inflicta, sed acta: quoniam anima pęnam istam in se facit dum peccat. Hæc Bonauen. Non omnis pœna est iusta.

Aquinas. ¶ Præterea Thomas: Peccatum,ait, est malum,ꝙ in operatione consistit, hinc ad rationem peccati, duo concurrunt,utpote ipse actus,& eius defect⁹; ex quo ratio incidit mali,& ille defectus, est defectus rectitudinis in actu, per quam actus in finē dirigitur. Finis uerò rationalis creaturæ ultimus,quē considerat Theologus est beatitudo æterna,ad quē finem lex diuina nos dirigit ueluti instrumentum, Peccatum tripliciter describitur. & iustitia sicut uirtus in finē illum inclinans. Hinc peccatum tripliciter hoc loco describitur. In prima enim descriptione tangitur substantia actus in ordine ad instrumenta, quibus exercetur cum dicitur. Factum,vel dictum,seu cõcupitum, tangitur quoque priuatio illius dirigentis,ꝙ dirigit instruēdo,cum dicitur,contra legem Dei. In secunda descriptione tangitur substantia actus ex parte obiecti, cum dicitur: Voluntas retinendi,aut cõsequendi,& priuatio illius dirigentis per modū habitus inclinantis in finem. cum additur,ꝙ iustitia uetat. In tertia tangitur formale peccati,cum dicitur: Peccatum est præuaricatio legis diuinæ, & deordinatio Obedientia dupliciter accipitur. a fine, dum subditur. Et cęlestium inobedientia mandatorum. Porro obedientia aliquando sumitur,ut specialis est uirtus, vt quando ratio faciendi aliquid,est auctoritas præsidentis, ac præcipientis,& huic opponiē inobedientia,quæ est speciale peccatū. Aliquando obedientia sumitur,ut oēm uirtutem concomitans: cuiuslibet namq; uirtutis actus cadit sub præcepto aliquo legis,sicq;, quæcūque aliquem actum facit virtutis,obedit. Hinc aūs obedientię opponitur inobedientia, quæ oē peccatū mortale consequitur,& ita in ꝑtracta diffinitione peccati accipitur. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Insuper in prima Scđæ, q̄stione 71. ar. 6. Pctm̄, inquit,nil aliud est,quàm actus humanus malus,ꝙ autem aliquis actus sit humanus, habet ex hoc,qđ est voluntarius,siue sit voluntarius, sicut a voluntate elicitus,sicut velle,& amare: siue,ut a voluntate imperatus,vt loqui,& exteriùs operari. Qđ uerò actus humanus sit malus,habet ex hoc, ꝙ caret debita cõmensuratione,Omnis quoq; cõmensuratio. sumitur ꝑ respectū ad aliquā regulā,à qua si diuertat, fit incõmensurata. Deniq; regula volūtatis humanæ est duplex. Voluntatis humanę duplex est regula. Vna homogenea,& propinqua, utpote rō ipsa. Alia uerò prima,& summa, vcʒ lex æterna. Hic Aug. in diffinitiōe peccati posuit: duo unū pertinens ad substantiam actus humani, ꝙ est quasi materiale in peccato cū ait: Dictū, vel factū, aut concupitū. aliud pertinēs ad rationē mali,ꝙ est quasi formale in peccato,cū subdit: Contra legem Dei. ¶ Verum obijci potest, quia non omne pctm̄ consistit in actu,ut pctm̄ omissionis, ergo non oē peccatum est dictum, vel factum, uel concupitū, Philoso. &c. Dicendum,ꝙ affirmatio,& negatio secundum Philosophum reducuntur ad idem genus,quemadmodum in diuinis genitum,& ingenitum ad relationem ẜm Augustinum 5 de Trinitate. ideo pro eodem sumendum est,Dictum,& nō dictum,factum, Albertus. & non factum, &c. Hæc Thomas in Summa.

¶ Circa hanc distinctionem multa scribit Alber. & multo plura, q̄ circa septē residuas, tractans de septem peccatis mortalibus,&,eorū speciebus,filiabus,effectibus,& motiuis. Et ea, quæ de diffinitionibus peccati conscribit, iam satis præhabita sunt.

Scotus. ¶ Scotus quoq;: Pctm̄, ait, formaliter est priuatio boni,qm̄ agens inferiùs tenetu rse conformare in agendo agenti superiori: quia si in potestate eius sit conformare se illi,nec se confirmat,non conformari est culpa. Ideo loquendo de peccato siue contra legem diuinam siue humanam,aliquid dr̄ peccatum: qm̄ peccans potuit concordare legi superioris agentis, & discordare. Iste ergo actus, qui est in potestate discordātis,& per hoc voluntarius extat, formaliter est peccatum: quia si iste esset cõcors regulæ superiori, nō esset pctm̄ præcisè: ergo in isto actu rō peccati est priuatio istius concordiæ,& est corruptio rectitudinis in actu, sicut priuatio diciē formaliter corruptio sui habitus. Hæc Scotus.

Gulielm⁹. ¶ Præterea Gulielmus Parrhi. in tractatu suo de vitijs,& uirtutibus,parte ultima,de natura,qualitate,uilitare,enormitate,& fœditate peccati non solum subtiliter,sed,& deuotionaliter valde disseruit: Prou. 24. In primis,inquiens,scire debes,ꝙ peccata nominantur casus,iuxta illud: Septies cadit iust⁹,& resurgit. Cadit enim,qui peccat, ex alio gratiæ in uitiorum profundum,& ex sublimitate virtutum in lacū, inferni in fauces,ac ventrem diaboli,atq; in imunditiæ foueam,& cloacam, ubi totus inquinatur, extinguitur,suffocatur,sicut lampas ardens, & lucēs in latrinam diuersa, dum ei non restat alius casus, nisi, quo in gehennæ profundum casurus est. Scđò peccata nominantur debita,& hoc non solū mortis æternæ,cui auctores suos obligant,& astringūt, imo etiam sunt vsuraria debita Pro illis enim exactissimus fœnator diabolus alia peccata semper exigere,& extorquere non cessat,dum una iniquitas suo pondere,& excessu trahit ad aliam. Sunt quoq; debita irreparabilium malorum,non habentiū numerum neque mensuram,maximè quædā, ut vitia mulierum turpitudinis publicæ,& eorum,qui indignos,& malos pręficiunt,seu prælatos, principes, iudicesvè efficiunt. In immensum enim extenditur corruptela,q̄ ab hmōi hoībus deriuaē in ecclesias, seu subiectos. Quis ergo dānatorū milliū animas, Deo restituet,dū animæ ipsæ damnatæ nequeūt reparari,aut redimi: Tertiò peccata nominantur inquinationes,ex quibus peccatores in scripturis immundi ꝑ,ac sordidi nuncupantur. Cuius inquinationis fœtor,est praui rumoris in famia. Quantum ergo inqnatus est,cuius fœtor tam longe, lateque dispergitur? Quartò peccata vocantur cruentationes. Vñ Esaias. Manus enim uestræ sanguine plenæ sunt Hinc deprecatus est Dauid,Libera me de sanguinib⁹ Deus De⁹ salutis meæ. Quītò vocanē putrefactiones ex fluxu saniei interioris,iuxta illud: Putruerunt,& corruptæ,sunt cicatrices meæ. Sextò dicuntur oꝑa tenebrarū: qm̄ fiūt in tenebris cordis, & ab hoībus obtenebratis,nō aduertentibus,quid faciant, & q̄ dirè se lędant. Opera.n. dementiæ, & furiositatis,sunt oīa peccata mortalia: qm̄ nemo videns corde,talia faciet. Obtenebrant quoq;,& excæcant peccantes Hanc materiā doctor iste diffusè prosequiē,exprimens alia noīa multa,q̄bus peccata ꝑꝑ suos effectus ī scripturis uocaē,utpote fasciculi deprimētes,laquei mortis,rete diaboli, pocula mortis,īfernale venenū,& ꝯsimilia multa. Hęc Gu.

QVAESTIO. II.

Secundò hic quæritur. *Vtrum peccatum sit priuatio,& præsertim,vtrum peccatum, seu malum sit priuatio modi,speciei,& ordinis* ¶ Et apparet primò,ꝙ non sit priuatio,per illud in prima sancti Iohannis canonica. Nolite diligere mundū,neq; ea, quæ in mundo sunt. Sed diligere mundum nō est priuatio,imo potiùs,quid positiuum. Secundò,comedere carnes in quadragesima,est peccatum, nō tamen priuatio. ¶ Ad hoc rñdet Antisio. in Summa sua libro 2. Malum,seu pctm̄ formaliter extat priuatio,& ad instantias rñdemus,ꝙ triplex est dilectio. Vna gratuita, q̄ dr̄ charitas. Alia naturalis, qua Deus diligitur pro aliqua necessitate,ut quia beneficus. Tertia libidinosa, de qua loquitur S. Iohan. Hęcq; dilectio realiter habet ī se priuationē modi, speciei,& ordinis. Nimis.n. diligit creaturā, q̄ diligit eā ad fruendū,& in hoc cõsistit priuatio modi, priuatio quoq; speciei,qm̄ talis amor priuationem habet debiti finis. Est etiā ibi priuatio ordinis, qm̄ tꝑalia diligēda sunt in ordine,suo,seu ordinatè, & infimo loco,atq; in relatione ad ultimum finem,ita ut eis vtamur,& solo Deo fruamur. Conformiter, comedere in quadragesima carnes,non pōt facere Christianus, excepto casu necessitatis, nisi ex magna libidine,& si fieret ex timore,timor ille ex libidine oriretur,essetq;, ibi priuatio modi,speciei, & ordinis. ¶ Præterea si q̄raē, Vtrū pctm̄ sit auersio a deo, vel cõuersio ad creaturā. Dici pōt,ꝙ sit utrūq; & ꝙ realiter idē sunt auersio, & cõuersio illa. Sed cum dicimus, malum est auersio, tangimus causā formalem peccati eo modo peccatum potest habere causam, cum aūt dicimus,malum est conuersio ad creaturas,tangimus causam efficiētē. Cõuersio etenim illa,est amor creaturæ libidinosus, qui priuatur modo,specie,& ordine. Hæc Ansiodorensis.

¶ Insuper quærit, cuiusmodi priuatio sit peccatum,& cur potius dicatur corruptio horum trium,uidelicet modi,speciei,& ordinis, quàm aliorum bonorum hominis, quæ enumerat Augustinus in libro de natura boni,dicendo: Vita, salus, memoria,tanquilitas, uirtus, pax, lumen, sanitas, pulchritudo, mensura. Cur ergo non dicitur, Peccatum est corruptio uitæ,& pacis, & cętera. Imò Beatus Dionysius ait, Peccatum est defectus scientię,& uirtutis. Dicendum, quòd malum, seu peccatum est corruptio modi,speciei,& ordinis naturalis,ut loquitur Augustinus.

Præcipuè aũt perhibetur corruptio modi, speciei, & ordinis, quia in his tribus generaliter consistit perfectio cuiuslibet rei. Cumq; peccatum sit corruptio perfectionis, rectè asseritur priuatio, & corruptio trium istorũ. Species quippè, seu decor creatæ, substantiæ est habitudo, seu habitus naturalis, quo perficitur ad agẽdũ, qd̃ ei naturaliter cõpetit, per ꝓ imitatur operationẽ diuinã, ac Deũ. Et ob hoc dicitur harmonia, quia per hoc consonat operationi diuinæ, cæterisq; creatis, q̃ tendunt ad utilitatem uniuersi, & ad gloriam creatoris, atq; ad ultimũ suũ finẽ. Hanc speciem habet creatura quælibet cũ mensura, cum solius Dei perfectio sit immẽsa. Et per hoc habet eã in mõ, & item in ordine, id est ad utilitatem uniuersi, ad gloriã Dei, & ad ꝓprium finẽ: ficq; in his consistit rerum perfectio, & in

Alexand. horum corruptione, & priuatione sita est rerũ culpa, turpitudo, miseria. Hæc Antisiodorensis.

Bonauen. ¶ Idẽ Alexan. qui, & in scriptis suis dicta Antisiõdoro inserit. vnde, & ipsum Antisiodorensem minus allego. ¶ Porro Bonauentura circa hæc scribit diffusè: Triplex, inquit, fuit modus distinguẽdi, & asignandi modũ, speciem, & ordinẽ. quia, aut acceperunt hæc tria ſm diuersas proprietates in eadem re consideratas, ita, quo modus dicat aliqd pertinens ad quantitatem, & species aliquid pertinens ad qualitatẽ, & ordo aliquid pertinens ad rõnem. Quæ asignatio non consonat Augustino, qui uult, quòd in quolibet quãtum cunq; paruo bono: non solum substantia, sed ẽt in proprietate substan

August. tiæ sit inuenire hæc tria, ita, ꝓ se extendunt ad oia entia, prædicamentorumq; genera. Hinc alij distinguuntur hæc tria per comparationem ad diuersa. Quælibet namq; res tripliciter consideratur, utpote in se, & per respectum ad alias res, & per cõparationẽ ad finem. Scd̃m primã consideratione ponit̃ in re modus, qm̃ q̃libet res in seipsa est modificata & mensurata, ut aũt cõparatur ad alia, ponitur in ea species, sicut attendit̃ pulchritudo partium ſm situm, quẽ habent in toto. Scd̃m respectũ uerò ad finem, consistit in ea ordo. Hæc asignatio quãuis ex uerbis uideatur elici Augustini: non tamen attigit ueritatẽ cõpletè. Nẽpe una tm̃ anima existẽte, adhuc posset peccare, & inuenirent̃ in ea hæc tria. Idcirco est tertia positio rationabilior, ꝓ tria hæc consideranẽ in eadem re ſm diuersas cõparatiões, seu relationes ad idem. Attenditur namque in vnaquaq; creatura vestigium creatoris, ſm quod ipsa est, ꝓ vestigiũ consistit in respectu ad creatorem ſm triplex genus causæ, sicq; modus attenditur in creatura, prout refertur ad creatorem. acceptum in rõne causæ efficientis: Species, prout refertur ad ipsum sicut ad causam exemplarem: ordo, inquantum comparatur ad ipsum tanquam ad causam finalem. Cumq; quodlibet ens, quantumcunq; modicũ, habeat hanc triplicẽ comparationẽ ad Deũ, in unoquoq; creato inueniunt̃ hæc tria. ¶ Porro rõnalis creatura est nõ solũ quædã natura, sed ẽt per volũtatẽ operans, atq; utroq; modo cõparatur ad Deũ, & utroq; mõ sunt in ea hæc tria. Vtroq; etiã mõ reperitur in ea malum corruptiuũ horũ trium. sed malum culpæ propriè est in ea, prout est uolũtariè agens, & corrumpit in ea hæc tria, ut uoluntarie operante: Voluntas verò in se habendo modũ, speciem, & ordinem, prout debet, est bona. Tuncq; bona est, cum in agendo vnitur diuinæ uirtuti, ut principio, mouetur, & conformatur ei, ut regulæ dirigenti, & unitur eidem, ut fini quietanti. Atq; in primo horum attẽditur modus, in secũdo species, in tertio ordo, ſm comparationem ad triplex genus causæ. Quamtuncũq; demum aliquis peccat, necessariò discontinuatur à Deo tanquã à mouẽte principio: qm̃ Deus numquã mouet ad peccatum. Discordat item à Deo tanquam a regula dirigẽte, & deordinat, & elongat se ab eo tanquã a fine quie August. tante, quæ tria in oĩ peccato concurrunt, sicq; oẽ peccatum corrumpit hæc tria, circa uoluntatẽ consimiliter, & inseparabiliter. Propter qd̃ asserit Augustinus, ꝓ malum est priuatio modi, & speciei, ac ordinis. Nec enim unũ horum põt inesse, aut abes- Obiectio. se sine alio, imo inseparabiliùs sunt connexa, q̃ uirtutes, q̃ tn̄ oẽs dicuntur auferri, dum una aufertur.

¶ Verum his obiici potest, qm̃ creatura auersa a Deo sicut a fine, adhuc non auertitur ab eo ut a cã efficiente, & exemplari. alioquin desineret esse, ergo potest auferri a creatura modus, non sublatis ab ea specie, & ordine. ¶ Respondendum, quòd verum est illud de uoluntate, ut res quædam, seu natura: non prout est uoluntas, & uirtutis, uitijque Quæstio. subiectum. Hæc Bonauentura. Concordant Petrus, & Richardus per omnia.

¶ Qui insuper circa hæc quærunt, Vtrum modus species, & ordo, sint in omnibus æqualiter, & Petrus. an in omnibus æqualiter, aut totaliter corrumpantur per malũ. Quocirca loquitur Petrus: Hec tria in creatura attẽduntur per comparationẽ ad creatorem sub triplici genere causæ, ut patuit. quæ cõparatio semper æqualis est. Nam quantum habet creatura à Deo efficiente, tantum habet de eius exemplaritate. tantumq; tendit in ipsum tanquam Quatenus modus species & ordo tollantur peccatum. in finem ordine naturali. Idcirco hæc tria in omnibus extant æqualia inter se, & æqualiter minunt̃. Si uerò interrogas, an valeant per peccatum totaliter tolli, dicendũ, ꝓ in subiecto peccante tria considerantur, puta natura peccantis, gratia, q̃ perficit, habilitas quoq; naturæ ad gratiam. Horũ primum non tollitur per peccatum, nec in toto, nec in parte, qa naturæ subiecti nihil est contrariũ. Scd̃m per mortale peccatum omnino corrumpitur, qm̃ gratia essentialiter peccato opponitur. idcirco nequeunt simul inesse eidem. Tertium corrũpitur in parte, non in toto. Non enim corrumpitur ſm id, qd̃ est, sed secundum reducibilitatem ad actum, & ſm actus participationem. Illa namq; habilitas media comparatur ad natur ã, in qua radicatur, & a qua oritur. quæ habilitas cum sit incorruptibilis, nec habens contrarium ex illa parte, nec corrumpitur, nec augetur. Comparatur quoque ad gratiam, ad quam inclinat tanquam ad actum suum, seu complementum, quo perficitur, quę uariabiliter animę inest, & peccato opponitur. Hinc ex hac parte illa habilitas minuitur, & augeẽ per effectum. Virtus quippè uniuscuiusque in coniunctione cum suo complemento perficitur, & in elongatione ab illo Dionys. Areopag. minuitur. Dico ergo, quòd habilitas illa secundum essentiam suam per comparationem ad subiectum non minuitur, ut beatus Dionysius protestat̃, sed secundum afficatiam suam per comparationẽ ad ad actum. Quemadmodum enim per actum bonũ voluntas ad gratiam præparatur, ita per oppositũ a gratia elongatur. Habilitas etenim illa ſm id, qd̃ est a uoluntate non dependet: sed secundum cõparationem sui ad actum dependet ab ea. Nec enim a subiecto voluntate mediante oritur. attn̄ ad actũ, & cõplementum suũ mediante voluntate reducitur. Ideo ex parte actus per opera uoluntatis, & dispositiones ex operibus gn̄atas minuit̃, aut augeẽt, ſm quod magis, aut minus propinquat ad gratiam,

quæ

quæ est eius perfectio, aut elongat̃ ab ea, nõ autem ex parte suæ essentiæ. Exemplũ huius diminutionis ponitur in sole, cuius fulgor in aere minoratur, non claritas in se, per nubis interpositionem, secundum quod nubes densior, aut ratior fuerit, atq; in fonte, cuius effluentia non pulchritudo per obstaculum impeditur. Et in pondere leui, cuius per additionẽ alicuius grauis non essentia, sed actualis inclinatio impeditur.

¶ Si dixeris. Nonne inclinatio actualis habilitatis illius finita est, sicut & eius essentia? & ꝓstat quod sic: ergo per plures diminutiones totaliter corrumpit̃. Ad hoc quidam dixerunt, ꝓ quantum per malitiam actionis minuitur, tm̃ per genus actionis, ꝓ bonum est roborat̃. Quibus objicitur, quia secundum hoc natura peccantis est tã bona post peccatũ, vt ante. Alij dixerunt, quòd ista habilitas continuè scaturit instar fontis. Idcirco totaliter nunquã corrumpit̃. Sed ex hoc sequeretur, quòd deperditio habilitatis per culpam effecta, posset sine gratia reparari. Alij ergo dixerunt, quòd habilitas minuitur secundum proportionem arithmeticam, non geometricam, quia per æqualia peccata tollitur æquale in ꝓportione, idest duplum, vel triplum eius, quod inuenit̃ non æquale in quantitate.

¶ Sed ꝑ, quia secundum hoc peccatum sequens minus damnificaret, quàm præcedens, qm̃ minor est portio, quæ per illud tollitur. Alij dicunt, quòd illa habilitas, quamuis ex parte subiecti finita sit: tn̄ ex parte obiecti est infinita, quia per ipsam animæ ordinatur ad bonum infinitum, videlicet Deum: ideo nunquàm tota corrumpitur. Sed ꝑ hoc est, qui quamuis obiectum sit infinitum: tn̄ natura ordinat̃ ad illud finitè. Hinc alij rn̄derunt, ꝓ illa habilitas sit finita, attn̄ æqualis potentiæ peccandi, propter quod nunquam per illam consumitur tota. Quibus objicit̃, ꝓ peccatum est infinitum: ergo & potestas peccandi. Nec enim vnquam in tm̃ peccat homo in carne, quin plus posit peccare, sicque illa habilitas consisteret infinita. Alij ergo dixerunt, ꝓ à Deo determinatum est vsq; quo queat corrumpi. Sed ꝑ, si tota illa habilitas eiusdem est generis: ergo tota æqualiter valet corrumpi. Idcirco communiùs dĩ, quòd quamuis illa habilitas sit finita in se: attamen quia ex ea infiniti actus elici possunt, infinitæque dispositiones gn̄ari, ideo illa habilitas quasi infinita est, & improportionabilis respectu cuiuslibet actus, seu dispositionis gn̄atæ ex actu. Cumq; per actum malum tollatur bonum improportionabile bono, quòd remanet, tota bonitas habilitatis illius nunquam consumitur: qm̃ non secundum esse naturæ, q̃ finita est, sed secundum efficientiã, q̃ quodammodo infinita est, ꝓpter perpetuitatem naturæ, ꝑ singulos actus malos minuit̃, & ꝑ bonos augeẽt. Hæc Petrus.

¶ Præterea Thomas hic sciscitat̃. Vtrum ꝑ peccatũ corruptio aliqua in potentijs animæ fiat? Vt̃ quod non, qm̃ (teste diuino Dionysio) etiã in dæmonibus naturalia integra permanserunt. Peccatum quoq; non ꝓriat̃ potentiæ, sed potius virtuti eiusve actui. Et rn̄det. Dũ aliquid est in potentia ad diuersa, hoc contingit dupliciter. Primo sic, quòd vtrunq; illorũ ad quod in potentia, æqualiter competat ei, & ꝑfectiuũ sit eius, quemadmodũ situs ad quos corpus cęleste in potentia est, iõ acquirendo aliquẽ talem situm, nõ dĩ simpliciter perfici, nec amittendo corrumpi. Vn̄ in tali amissione nõ ꝓsistit malũ: ꝑsertim cũ supra orbẽ lunę malũ ꝓsistens in defectu naturali esse nõ possit. Secundò sic, ꝓ vnũ simpliciter conuenit ei, aliud disconuenit, tuncq; in acquisitione cõuenientis est ꝑfectio eius, & illius amissio vocat̃ corruptio, sic, vt in acquisitione scientię, & virtutis consistit rationalis creaturæ perfectio, & in acquisitione vitij corruptio, quia ꝑ vitiũ alteri, & viliori assimilat̃, vt iracundus in ꝓprietatem canis mutat̃. Hinc secundũ Boethiũ, homines quando peccant, naturã humanã quodammodo exuunt, & in bruta vertuntur, partem sensitiuã, non rationẽ sequendo. Ad primũ: ergo dicendũ, ꝓ perfectiones naturales considerantur dupliciter, vtpotè quo ad esse suum primũ, & ita non corrumpuntur: etem̃ intellectus, & voluntas remanent post peccatũ. Et item quo ad ordinẽ in suũ finem, ficq; ꝑ peccatum modo ꝑtacto corrumpunt̃, dũ earũ secundaria ꝑfectio, vt habitus, seu actus bonus auferẽ, & quantum ad hoc esse secundum, potentia ꝓriatur peccato. Hæc Thomas. Qui insuper in prima secundæ q̃stione 85. Modus, inquit, species, & ordo consequunt̃ vnumquodq; bonum creatũ, inquantũ huiusmodi, imò & vnumquodq; ens. Cuiuslibet namq; rei natura, & bonitas, consistit per aliquam formã, à qua sumitur species. Forma quoq; cuiuslibet rei, tam substantialis, quàm accidentalis, est secundum quandã mensurã. Vñ 8. Metha. dĩ, quòd formæ rerum se habent vt numeri, & ex hoc res suscipit modũ, qui concernit mensurã. Vnumquodq; demũ ex forma sua ordinat̃ ad aliud, siue ad finem: sic ergo secundum diuersos gradus bonorũ, diuersi sunt gradus modi, speciei, ac ordinis. Est em̃ quoddã bonũ, pertinens ad substantiam ipsius naturæ, quòd habet suũ modum, speciem, & ordinẽ, & illud, nec priuat̃, nec diminuitur ꝑ pctm̃. Est etiam quoddam bonũ naturalis inclinationis, quod etiã habet suũ modũ, speciẽ, & ordinẽ, & hoc diminuitur per pctm̃, non tn̄ totaliter tollitur. Est item quoddã bonũ, quod est ipse actus ordinatus, quod itidem habet modũ, speciẽ, & ordine, huiusq; priuatio est essentialiter culpa, ficq; patet qualiter pctm̃ est priuatio speciei, & ordinis, & priuat speciẽ, modum, & ordinem. Hæc Thomas in Summa.

¶ Postremò Scotus hic loquit̃. Pctm̃ corrumpit bonum, non corruptione, quæ est transmutatio, sed formaliter corruptione, q̃ est priuatio, & hoc non boni, quod infuit, sed quod deberet inesse. Et si objiciat̃, quòd peccatum vulnerat in naturalibus, quod non est verum, si nihil auferat à perfectione naturę. Dico quòd corrumpit minus habilẽ faciendo, seu bono vsu priuando. Nec potest effectiuè corrumpere gr̃am, sed demeritoriè tm̃. Hęc Scotus. Quibus objicitur, quod pctũ ratione sui materialis frequenter corrumpit bonum corruptione, quæ est transmutatio, vt patet in fornicatione, qua corrumpitur castitas. Insuper peccatum sæpe corrumpit bonum, quod infuit, vt in virginitatis amissione, in infidelitate, qua ad perfidiã à fide labitur. Amplius pctm̃ corrumpit secundariã perfectionem naturæ, vel actũ, habitumq; virtutis, & rõne sui materialis ad hoc effectiuè videt̃ concurrere, sicut iam patuit.

QVAESTIO III.

TERTIO quærit̃. *An omne peccatum consistit in actu, etiam peccatum omissionis, ita quòd in omni omissione sit actio, seu commissio quædam.*

¶ Videtur quòd non, quia peccatum omissionis per hoc distinguit̃ à peccato commissionis, quia in omissionis peccato non agit̃, quod est agendũ, sed in peccato commissionis agit̃, quod nõ est agendũ. Secundò, Aug. testatur: Duobus modis peccat̃, seu duabus de causis peccamus. Primò, dum nondum videmus quid facere debeamus. Secundò, dum videmus, quid facere debeamus, nec facimus.

Sed

Sed primum horum vī esse peccatum omissionis, & in ipso nulla est actio, sed solum non videre, seu noscere, & nō facere. Tertiò, in Leuitico distinguunt ab inuicem delictum, & peccatum, quia delictum dī quasi derelictum, id est, desertio boni agendi. Peccatū verò est perpetratio mali, & ita in delicto, quod est peccatum omissionis, nulla est actio.

Leuit. 30.

¶ In oppositum est, ꝙ in omni peccato, præsertim mortali, dī esse à summo bono auersio, & ad bona caduca conuersio, q̄ conuersio actus quidam existit.

¶ Rursus, pœna sensus (vt fertur) debetur peccato ratione libidinosæ conuersionis ad creata, seu inordinatæ delectationis in illis, delectario autem, sine actu consistere nequit, sicque in omni peccato etiam omissionis est aliquis actus.

¶ Circa hæc multa disseruit Alexander: Et primò interrogat, an omissio sit actuale peccatum. Et respondet. Peccatum dicitur actuale, quia ex actu propriæ voluntatis ꝓcedit, cum enim tenetur quis aliquid facere, potens etiam illud facere, si illud nō facit, peccatum dicitur actuale. Simili modo cum tenetur velle, & nō vult, quia in voluntate est nolle, sicut & velle, est actuale peccatum. Non ergo ab hoc exteriori actu nominatur actuale peccatum, sed ab actu interiori. Et ita quamuis in omissione sit remotio actus exterioris, nihilominus est in eo interioris actus positio. Itaq; omissio atq; cōmissio penes alium, & alium actum determinantur. Velle enim non facere, quòd tenet facere, & velle facere, quod tenetur non facere, actus sunt disparati. Sicq; omissio est actuale peccatum aliud à commissione, & in ipso est actus interior. Hæc Alexander. Qui insuper scisciatur. An omissio sit pctm̄ separatum à transgressione, an sese concomitent. Respondet. diuisio peccati, quam ponit Augustinus, dicendo. Duobus modis peccamus, aut non videndo quid agere teneamur, aut non agendo, quod agendum conspicimus, tendit ad hoc, vt ostendat differentia inter defectum ex parte cognitiuæ potentiæ, & ex parte operatiuæ. Propterea propriè loquendo separat peccatum omissionis à peccato ignorantię. Peccatum namq; ignorantiæ est, dum nō videmus, quid facere debeamus. Peccatum omissionis, cum non facimus, quod videmus. Posset tamen largè accipi membrum illud, vt non facere communiter accipiatur, & debitum similiter, atq; secundum hoc sub membro illo continerent omissio, ꝓpriè dicta, & transgressio. Qui enim transgreditur, non facit, quod fieri debet. Denique, dum quis tenetur non fornicari, & fornicatur: transgreditur, & simul omittit, quia tenet tentationi resistere, nec resistit: ergo eodem actu peccat peccato transgressionis, & omissionis, sicque vnum aliud concomitatur.

Alexan.

August. Quæstio.

Obiectio.

¶ Ad quod dicendum, quòd omissio sumitur propriè, & communiter. Si propriè distinguitur à transgressione, si cōmuniter, sic ad transgressionē sumitur omissio non vt genus, sed vt concomitans. Hæc idem. Qui denuo quærit, quando contingat omissio. Verbi gratia. De eo, qui dormit, quando tenetur ire ad matutinas. Non enim omittit dum surgit, neque dum dormit, quia à dormiente nulla fit culpa. Dicendum, quod tunc quis omittit, qn̄ se applicat ad actum incompossibilem actui ad quem tenet: Vt si iste, qui tenetur ire ad matutinas, inebriet se, seu infructuoso intersit colloquio, propter quod non surgit, tunc omittit. Si verò applicat se actui bono, ad quem tenetur, & ex illo fessus obdormit, non omittit. Si autem fuerit actus indifferens: tamen quia impeditiuus est eius ad, quod tenetur, omittit. Sed dato quod obligatus surgere non surgat: non tamen ex aliqua causa præcedente, quę sit in ipso, sed tantum qm̄ ligata est vis sensitiua in ipso, nunquid dormiendo omittit? Dicendum, quòd non subintelligendum est enim, quod tenetur surgere, cum audierit signum. Si verò non surgit ex causa, quæ fuit in ipso, tunc omittit dum perpetrat causam. Hæc idem.

Dilutio.

Quæstio.

¶ Porrò Bonauentura super his breuiter scribens: Omne, inquit, pctm̄ (vt asserit Augustinus) radicem habet amorem malum, hinc quamuis in peccato omissionis sit priuatio alicuius actus principalis: attamen quoniam illa priuatio ortum habet ex amore commutabilis boni, vt quod quis non vult ad matutinas ꝓsurgere, quia vult in lecto quiescere, ideo peccatum omissionis reducit̄ ad ꝓcupiscentiæ motum, & actum appetitionis videtur includere. Hæc Bonauentura.

Bonauen. August.

¶ Atuero de his pleniùs loquitur Thomas. Omne, inquiens, peccatum oportet aliquo modo in actu consistere: non tn̄ eodem modo. Quemadmodum enim originale peccatum rationem peccati sortitur ex hoc, quòd est voluntarium, nō voluntate ꝓpria, sed aliena, ita & rationem peccati habet ex eo, quòd per alterius actū inductū est. Peccata verò actualia in proprio actu illius, in quo sunt, consistunt, quod planum est in his, quæ per commissionem aguntur. Vtrum autē in peccato omissionis sit aliquis actus à potentia elicitus, super hoc est duplex opinio. Vna, quòd in peccato omissionis semper oportet aliquem esse actum, per quem ab executione ꝓcepti quis retardat, siue interiorem voluntatē, sicut dum quis vult non obedire, siue exteriorem, vt dum quis actum exercet, per quem ab impletione impeditur mandati, vt qui nimiū vigilat, ita quòd debita hora surgere nequit. Sed ista opinio necessaria non vī. Cū em̄ voluntas sit libera, nec ad aliquid faciendū, seu non faciendum determinet, potest sic ꝓmittere aliquid, quòd nō velit eius contrarium, nec de eius contrario cogitet, neque de aliquo alio, quod sit impeditiuum eius, quod facere obligatur. Nempè si aliquid velit, quòd quantum est in se, non est impeditiuum expletionis ꝓcepti tanquā oppositū, ꝓstat, quòd ex hoc, quòd vult illud, non peccat: qm̄ illud potest secundum se licitum esse, sed peccat in hoc, quòd ꝓtermittit illud, quod facere debet. Hinc constat, quòd actus ille interior, siue exterior, se habet ꝑ accidens ad omissionis peccatum, sicq; in eo omissionis deformitas non fundatur, nec rursus in actu præcepti ꝓrio. Nam positum est, quod actus ille non sit determinatus, cum voluntas in neutrum oppositorū valeat ferri, sicut ēt Deus, nec vult mala fieri, nec vult mala non fieri. Nec dubium, quòd aliquis sic se habens ꝑ omissionē peccat, quia iustè punitur ex hoc, quòd præceptum non implet. Vnde patet, quòd peccatum omissionis in sola negatione debiti actus ꝓsistit. Et hæc est opinio alia. Sed quia opposita in idem genus reducunt̄, omissio actus rōnem peccati consequit̄, eo quòd voluntaria sit, sicut & actus voluntarius rationem peccati habet. His consonant dicta Philosophi 3. Ethicorum, vbi ostendit negligentiā sciendi, ac faciendi, à legibus iustè puniri, ex hoc, quòd sicut in potestate hominis est facere aliquid, ita nō facere. ¶ Deniq; omissio est actuale pctm̄, non quia in actu ꝓsistit, sed quia ad genus reducitur actus, cuius negatio est. Opponit̄ quoq; ꝓcepto affirmatiuo, quod obligat semper, sed non ad semper, iō tunc reus hō omissionis tenet, qd̄ quid facere obligat, nec facit. Hæc Tho. in Scripto.

Thomas.

¶ Petrus

Petrus.

¶ Petrus quoq; hæc recitat, & qualiter vtraq; possit defendi opinio, pandit. De peccato, dicens, omissionis duplex est opinio. Vna, quòd consistit in actu omisso. Alij dicunt quod in actu commisso incompossibili actui debito, in quo actu peccatum omissionis fundatur materialiter, atq; in defectu debiti actus formaliter. Hæc Petrus. ¶ Porro Rich. peccatum, ait, cōsistere in actu, tripliciter pōt intelligi. Primò, quod sit aliquis actus formaliter. Secundò, ꝓ sit aliquis actus materialiter. Tertiò, ꝓ de necessitate ꝑsupponat aut includat aliquē actū, tanq̄ sui causam vel occasionem. Primo modo nullū peccatū, nec omissionis, nec cōmissionis, cōsistit aliquo actu, qa (vt patuit) nullū peccatū quantū ad suū formale, est actus, sed alicui priuatio boni, seu auersio à bono altissimo, Scdo mō, quāuis pctm̄ cōmissonis semp cōsistat in aliquo actu, nō pctm̄ omissionis, alioqn non distinguerent. Præterea pctm̄ omissionis est carētia act̄ debiti, quā nō op3 cōsistere in aliquo actu substrato illi carentiæ, nō ergo op3, ꝓ omissionis pctm̄ materialit̄ cōsistit in aliquo actu, aūt cōsistere in aliquo actu sumat̄ pro ꝑsupponere, vel includere aliquē actū, tanq̄ cām, vel occasionē, sic ēt dico, ꝓ pctm̄ omissionis pōt nō ꝓsistere in aliquo actu, hoc ita itelligēdo, ꝓ nō necesse ꝓcedere aliquē actū in volūtate, q sit illi omissionis cā siue occasio. Aut em̄ ad actū illū de necessitate sequeretur illa omissio, aut nō. Si sic, tūc esset act̄ malus, qa ad bonū actū non sequit̄ de necessariò act̄ mal̄, & sic sequeret̄, ꝓ aut pctm̄ omissionis formaliter nō eēt pctm̄. aut ꝓ nō posset homo peccare pctō omissionis, qn peccare duob̄ peccatis quorū vtrūq; est falsum. Si nō, aut ille act̄ esset bon̄ seu mal̄ mortaliter, sequereturq; incōueniēs mox ꝓtactū. Si bon̄, tūc malū culpę depēderet necessariò à bono morali, quòd falsū est, quāuis depēdeat ab aliquo bono naturæ, ergo pctm̄ omissionis nō ꝑsupponit necessariò, nec includit aliquē actū, tāquā sui occasionē vel cām. Hæc Richardus: q̄ ꝓsonant dictis Thomæ. Similiter dicta Alberti, rn̄sio quoq; Durādi, quorū positio ꝓbabilior esse vī. Alia aūt opinio cōsonant Alexandro. ¶ Verū Henricus Quodlibeto duodecimo, super his loquit̄. In pura negatione absq; oī positiuo, non consistit rō peccatū, quia peccatū nō habet rōnē negationis, sed potius priuationis modi, speciei & ordinis. Priuatio aūt necessariò requirit subiectum, quia secundum Philosophum quarto, & nono Metaphysicæ, In hoc priuatio differt à negatione, ꝓ requirit & ꝑsupponit subiectū, nō ipsa negotio, sicq; pctm̄ omissionis necessariò requirit aliquod positiuum. Vñ qui omnino nil cogit, nihilq; vult aut agit, seu forte nō habet liberi arbitrij vsum pro illa hora & tpe, nil omnino potest peccare, nisi ex ordine ad actū aliquē positiuum, in quo sicut in radice peccauit, atq; demeruit. Quòd si in tali tēpore, aut hora aliquid faceret non faciendū, vel omitteret faciendum, ei imputaretur: quemadmodum suffragia viuorum prosunt defunctis, pro quanto meruerunt adhuc viuētes, vt talia eis possent prodesse. Nec tamē dico, ꝓ ratio peccati omissionis est in actu positiuo, nisi sicuti in radice, sed solummodo in actus negatione, seu omissione, & ab illa radice traxit omissio actus, quod rationem hac peccati, quemodmodū pctm̄ homicidij in ebrietate cōmissum, put ī subiecto, ꝑsistit formaliter ī actu occidendi, vt in radice, aut in actu potationis, quo se inexiauit, in qua radice est cā illius omissionis. Cumq; radix non sit cā actus vitiosi, nisi, & ipsa in se sit vitiosa, nec esse est, quod sit pctm̄ in omissione quo ad actum omissum, quod etiam sit pctm̄ in cōmissione, quo ad actum exercitum, vt secūdū hoc nūquam possit esse vnum peccatū omissionis, sine alio cōmissionis. Hinc si aliqs nullo exercito actu delinqueret aut ille non esset causa, & radix omissionis, aut illa omissio non esset omittenti imputanda in culpam, sed excusaretur per inuoluntariū ex ignorantia inuincibili. Veruntamen aduertendum, quòd actus ille positiuus, in quo sicut radice est cā omissionis, potest esse actus volendi terminatus ad negationem seu omissionem eius, ad quod quis tenetur, quamuis non sine alio termino, puta dū quis omittit honorare parētes, quia vult hunc actū omittere, siue, quia non vult honorare parentes, quoniā vult seruare pecuniā, qua eos honoraret. Talis qpe ex eo, quod vult hoc, cōmittit, & ex eo, quod nō facit hoc terminat negatiuè actum volendi, omittit. Vel actus ille, qui est radix omissionis, est actus principaliter exercitus, aut imperatus à voluntate, vt studiū, per quod intellectus determinetur circa vnum intentus, ita vt nō possit se conuertere ad cogitandum de faciēdo id, ad ꝓ quis tenetur, & quā do tenetur. Qui actus statuēdi licēt sit licitus in se, & pro aliquo tpe, ita quòd in ipso non esset omissio aliqua: committit tamen voluntas in eo, quòd intellectum tenet in tali attentione ꝓp circunstantiam tpis, in quo deberet esse attenta ad faciēdum id, ad quod tenetur dimittere pro tunc actum secundum se licitū, ad quē non tenetur. Iō simul cum isto actu positiuo, incidit in alio peccatum omissionis. Nempe in hoc, quod volūtas vult intellectū tam intentū studio esse, quòd se non valet ꝓuertere ad considerandū quid aliud sit agēdum, vult inter prætatiuè omittere faciendum Hæc Henricus.

Richard.

Henricus

Philoso.

QVAESTIO. IIII.

QVæritur quartò. *An etiam in actu exteriori sit culpa.* ¶ Videtur, quòd nō, quia vt dictum est, virtus, & vitium sunt in anima, non in corpore, actus vero exterior est actio corporalis. ¶ Secundo. in eodem sunt actus, & habitus eius, seu virtus, & actus bonus ex ea procedēs, similiter habitus vitiosus, prauaq; actio eius, prout in libro de somno, & vigilia docet Phylosophus, sed virtus, & habitus vitiosus non consistunt in corpore, sed tantum in anima, ergo, & actio vitiosa seu culpa. ¶ Tertiò, cōmuniter dicitur, Deus respicit cor, & interiora, non exteriora, ergo in exterioribus vitium non consistit.

Argument̄ contra veritatem.

Philoso.

In oppositum.

¶ In opositum est, quod deus exteriora multa ꝓhibuit, vt furtum, rapinā. Rursus, in euangelio loqtur Christus, Quæ procedunt de ore, coinquinant hominem. De ore enim procedunt mendacia, blasphemię, adulteria & cætera.

Mat. 25.

Thomas.

¶ Ad hoc rn̄det Thomas: In oībus agentib̄ ordinatis cōe est, quòd res mota ab aliquo vt instr̄m à primo agente, sequitur in suo actu ꝓdōnem primi agentis, quantum pōt. Cumq; in oībus hominis voluntas principalitatem obtineat, eo, quòd ipsa tanquam liberrima cunctas potētias in suos actus inclinet. oportet, quòd in actibus humanis conditio voluntatis saluetur, puta in his, quæ fiunt ad imperium voluntatis. Hinc cum voluntati sit propriū habere sui actus dominiū, hoc quoq; in cæteris q̄ à voluntate mota sunt inuenitur, secundū quod eius cōditionē seu proprietatē ꝓsequi possunt. sicut intellec̄ pōt cōsiderare, & nō cōsiderare, put à volūtate est mot̄. Cōformiē est de cōcupiscibili, & irascibili, idq; vsq; ad actus exteriores extendit, sc̄dm quod homo pōt ambulare, & loqui, & non loqui.

loq. Cũq; hoc cõsistat rõ meriti, & demeriti, laudis ac vituperij, quod malum seu bonum, quod sit, est in potestate agentis, hinc actus volũtatis primò sortitur rationem peccati, & culpæ, consequenterq; alij actus à voluntate imperati, atq; hoc modo etiã in actibus exterioribus consistit deformitas culpæ. Deniq; cum actus potius ascribatur primo agenti, quàm instrumẽto, sicut secare artifici magis quàm securi: ideo quidam cõsiderantes, quòd actus à voluntatæ imperati, rationem culpæ non habent nisi à voluntate, dixerunt peccatum non esse nisi in actu voluntatis interiori. Alij verò considerantes tam id in quo primò est ratio culpæ, quàm id, in quo est secundò, dixerũt tam actus interiores quã exteriores esse peccata. Vtriq; quoq; considerauerunt peccatum nõ solum quo ad id, quod est formale in ipso, vnde rationem mali habet, puta auersionem, sed ẽt quantum ad cõuersionẽ, quæ est materiale in peccato. Aliqui verò considerantes solũ id vñ rationẽ mali sortitur, dixerunt, nec actus interiores, nec exteriores eẽ peccata. Inter quas verior extat opinio media, dicens in vtroq; esse peccatum. Et plenam considerationem peccati habuit prima opinio, cõsiderans peccatum quo ad id, quod est formale in ipso, & quo ad id, quod est materiale in ipso, nõ solum, quod primò deformitatẽ peccati continet, sed ẽt, quod secundo. Itaq; plenè, propriè, & immediatè virtus, vitium sunt in anima: secundariò aũt, & participatiuè, in actu exteriori, in quo tanquam in effectu manifestatur actus interior, & quãtitas eius, sicq; deus respicit actũ exteriorem, prout ab interiori procedit, & eius qualitatem participat. Hæc Thomas in scripto. Qui de hac re scribit in prima secundæ quæstione 74. & scripta ibidem in his sentẽtialiter cõtinentur. Concordãt Petrus, Richardus, cæteriq; communiter. ¶ Durandus quoq;: Actus, dicens, exterior potest comparari ad immediatum principium, eliciens ipsum. & item ad voluntatem imperantẽ. Primo modo potest esse culpa in actu exteriori secundũ se sed solum ut comparatur ad voluntatẽ iubentem. Iñ essentialiter enim subordinatis vltimum non refertur ad primum nisi per medium: ratio autem, voluntas, & actus exterior, essentialem ordinem habent, ita, quòd actus voluntatis medius est inter actum rationis, exterioremq; actũ, ergo opus exterius non est natum regulari per rõnem, nisi mediãte voluntate. Rursus opus exterius non est nobis imputabile, neq; in nostra potestate, nisi prout à voluntate procedit: imo per respectũ ad proximum principium eliciens, est pœnitus naturale. Hæc Durandus.

QVAESTIO.

AMplius quæritur hic, *Vtrũ peccatum ex hoc quòd corrumpit bonum contrariatur bono increato.* ¶ Vr, quòd sic, quia formaliter est à summo bono auersio, facitq; rationalẽ creaturam summo bono rebellem, contrariam, inimicam, cõtrariam quoq; diuino præcepto Vñ, & Augustinus vndecimo de Ciuitate dei disceruit: Vitium est ꝓtrarium deo, sicut bonum malo. naturæ verò, quam vitiat, non solum est contrarium, sed etiam noxium.

¶ In propositum est, quòd cõtraria habent fieri circa idem, & corrumpunt se inuicem, ac sub eodem genere continentur, quorum nullum conuenit bono increato, & peccato.

¶ Ad hoc Bonauentura rñdet: Aliquod bonum, contrariari alicui malo, intelligi põt dupliciter. Primò in se, ac propria forma: Secundò, in suo effectu. Primo mõ malum ꝓriari non valet, summo bono, cum illud sit per essentiã bonũ, cui nihil omnino extat contrarium. Secundo aũt modo, malum quodã modo ꝓriatur summo bono, & quodãmodo non. Dupliciter namq; potest vnum alteri repugnare in suo effectu. Primò, quia repugnat ex parte virtutis ipsius agentis. Secundò, quia repugnat ex parte idoneitatis ipsius suscipientis. Primo mõ nihil põt repugnare deo in opere suo, qm virtus dei est omnipotens, quæ nullũ potest inuenire obstaculum. In secundo modo est sub distinguendum, qm nocu mẽtũ inferre effectui contingit dupliciter. Primò, simpliciter, & vniuersaliter: secundò, in parte. Primo modo nihil põt deo contrariari in opere suo. Talis namq;, & tantus est ordo vnitatis, vt quem conditor ei dedit, à nullo malo valeat perturbari, vt in pluribus locis asserit Augustinus. Verũ vltimo mõ põt aliquid repugnare Deo in opere suo, quia per malum contingit aliquem dei effectum reddi minus habilem ad diuinæ influẽtiæ susceptionẽ, & ad obtentũ perfectionis, beatitudinisq; finalis. ¶ Si aũt quæratur, qualiter pctm̃ seu malum faciat hominẽ dei inimicum, ac aduersariũ, cũ dei volũtas impleatur ex omnibus, & cuncta subiaceant eius volũtati, ac nutui: dicendum, distinguenda de voluntate dei. Est enim voluntas beneplaciti, & est voluntas signi, quæ dicit aliquem effectum creatũ, & primę voluntati, quæ est ipsemet deus volens, nemo dicitur aduersari, aut inimicari, quoniam semper impletur, sed voluntati signi, id est, diuinis præceptis, consilijs, monitis, faciendo contraria illis. Hæc Bonauentura.

RVrsus hic quærit, *An malum sufficienter diuidatur per malum culpæ, et malum poenae.* ¶ Vr, quòd non, quia sunt multa mala, quæ non cõprehenduntur sub hac diuisione videlicẽt malum naturæ, malum fortunæ, &c. ¶ Ad hoc Thomas rñdet: Malum, per se loquendo, est priuatio boni, bonum vero rei in pefectione, & actu consistit, iõ secũdum distinctionem perfectionũ, oportet esse distinctionẽ malorũ. Est aũt duplex actus siue perfectio, vtpotè primus, & secundus. Actus primus est ipsa forma, actus secundus est operatio. Hinc ex priuatione vtriusq; pfectionis diuersæ differẽtiæ mali cõsurgunt. Si enim priuetur seu auferatur aliqua forma aut pfectio alicuius rei naturalis, dicetur esse malũ naturæ, si autẽ priuetur perfectio operationis dicetur esse peccatum, vt in secundo dr̃ Physicorũ. peccatum, quippe est in his, quæ nata sunt consequi finem, dum eum non consequuntur, quælibet verò res per suam operationem nata est consequi suum finem, vñ oportet, quod peccatum in operatione consistat, secundum quod non est directa, vt exigit finis. Sed vt septimo Metaphysicæ dicitur, quodam speciale mõ sunt in his, quæ per electionem agunt, & rõnẽ finis cognoscunt, finemq; sibi possunt determinare. idcirco pctm̃ in illis quandam specialẽ mali accipit rationem, ita, quòd peccatum in eis dicitũ culpa. Vñ peccatum in pluribus est, quàm culpa. Nam vt secundò Physicorum probatur. Peccatum est ẽt in naturalibus, ac artificialibus. culpa verò non est nisi in his, q̃ voluntariè fiunt. Nil etenim rõnẽ obtinet culpæ, nisi, quod vituperabile extat, nec vituperium deberet alicui propter actum inordinatum, nisi actus ille subiaceat suo dominio. Similiter malum naturæ in electionem habentibus mali accipit rationem, vt pote rationem pœnę inquantum voluntas dissentit defectui. Hinc omnis pœna, malum naturæ est. Pœna equidem secundum Augustinum dicitur malum, quia bonæ nocet naturæ; inquantũ subtrahit ei id, per q̃ natura perficitur, uel in suo esse naturali, ut cæcitas: uel in superadditis naturæ, ut subractio gratiæ. Veruntm̃ aliquid dicũt, q̃ ẽt in brutis naturalis defectus rõnẽ pœnæ sortit, sed meltiùs ũr̃, ut pœna non sit, nisi ubi culpa consistit. Itaq; patet, q̃ malũ rõnalis creatur̃ę sufficienter, & conuenienter per pœnã, & culpã diuiditur. Propter quod pœna, & culpa nõ sunt differentiæ mali absolutæ sumpti, sed mali, put est in habentibus electionem. Hoc quoq; sciendum. quòd passio dupliciter sumitur. primò quo ad naturam rei, prout logicus, & naturalis pasionem considerant, & ita nonoportet omnem pœnam esse passionem, sed quandam, uidelicet pœnam sensus. Vel quantũ ad modũ significandi, prout grãmaticus ꝓsiderat, sicq; passiuè id dr̃, quod à uerbo passiuo deriuat̃. Vñ priuatio, qua aliquis priuatur aliquo, uocat̃ passiua priuatio, & priuatio, qua aliqs priuat, priuatio noiatur actiua: sicq; sumendo passionẽ, oĩs pœna est corruptio, aut passiua priuatio. Hæc Thomas in Scripto. In prima ẽt parte Summæ quæstione 48. scribit hæc ipsa. Durandus quoq; in scripto. Obiecti item solutio patet ex dictis. Mala enim fortunę reducuntur ad mala naturæ.

Quòd quædam simul sunt peccata, & pœna peccati, quædam peccata, & causa peccati, alia verò peccata, & causa, & pœna peccati. Distin. 36.

Vtrũ peccatũ sit pœna peccati

SCiendum est tamen, quædã sic esse peccata, vt sint ẽt pœnæ peccatorũ. Vnde Augustinus super illum locũ Psalm. lvij. Supercecidit ignis, & nõ viderunt solẽ, ait: Ignis superbiæ, & concupiscentiæ, & iræ intelligit̃. Istas pœnas pauci vident, iõ eas maxime cõmemorat Apostolus in epistola ad Romanos, & enumerat multa, q̃ peccata sunt, & pœna peccati. Inter primũ em̃ peccatum apostasię, & vltimam pœnam ignis ęterni, media quę sunt, & peccata sunt, & pœna peccati Gregorius quoq; super Ezechielem ait: Contemnenti, qui non vult pœnitere ponit Deus offendiculum, vbi scilicet grauiùs impingat. Peccatum enim, quod per pœnitentiam citiùs non deletur, aut peccatum est, aut cã peccati, aut peccatũ, & pœna peccati, aut peccatũ simul, & causa, & pœna peccati. Vnde Moyses: Nõdũ sunt cõplęta peccato Amoreorum. Et Dauid inquit Apone inquitatem. super inquitatẽ eorũ. Et alius propheta. Sanguis sanguinem tetigit, id est, pctm̃ peccato additũ est. Paulus quoq; ait: Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominię. &c. Et itẽ. Vt impleãt pctã sua sp. Iohanni quoq; per angelũ dr̃: Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Ex his testimonijs colligitur, peccatum aliquod, & peccatum esse, & pœnam peccati.

Aug. sup. psalm. 17.
Roma 5.
Gene. 15.
Psalm. 68.
Osea 4.
Roman. 1.
1. Theff. 2.
Apoca. 21.

Ex prædictis quæstio oritur, ſ3, an inquantũ peccatũ est, sit pœna peccati.

Et iõ meritò quęritur. vtrum inquantum peccatũ est, sit pęna peccati. Quod non vr̃, cum omnis pęna peccati iusta sit. Vñ Augustinus in libro retrac. Omnis pęna pctĩ iusta est, & supplicium noiatur. Si ergo peccatum, quod est pctm̃, & pęna peccati, inquantũ peccatum est, pęna peccati est, cũ oĩs pęna iusta de iustitia Dei veniat, vr̃ inquantũ peccatũ est, iustum esse, & a Deo prouenire. Ad quod illi rñdet, peccatum sic dici pęnã peccati, q̃a per pctm̃, in quod meritò p̃cedentis peccati hõ labitur, deserente Deo corrumpitur bona natura. Sicut ignis æternus dr̃ pęna malorum, quia ea cruciantur, nec tm̃ ipse cruciatus malorum ignis est, sed per ignem fit in hoĩe. Ita per pctm̃ corumpit̃ natura, & imminuit̃ bonũ naturæ, & ẽ ipsa imminuitio, & corruptio boni, passio, & pęna, & nõ est essentialiter ipsum pctm̃ per quod fit, sed iõ peccatum dr̃, vt præmissum est, q̃a per pctm̃ ilico vt peccat hõ, fit in hoĩe illa corruptio, quæ tm̃ fit Deo autore. Illa. n. pęna sive passio, quæ est boni corruptio, a Deo est. Illius tm̃, vt sic dicam, materia, & cã est peccatũ, quod a Deo non est. Quod vr̃ Augustinus notasse, & iuxta hũc sensum intellexisse, cũ ait in libro de prædestinatione sanctorũ. Prædestinatione Deus ea præsciuit, q̃ fuerat ipse facturus. Sed præsciuit Deus ẽt, quæ non est ipse facturus. i. oĩa mala, q̃a etsi sunt, q̃dam, q̃ ita peccata sunt, ut ẽt pœnæ sint peccati, ſm illlud Appostoli. Tradidit illos Deus in passiones, & cætera. non tamen pctm̃ Dei est, sed iudiciũ, ſ3 pęna. In scriptura. n. sæpe noĩe iudicij pęna ĩtelligit̃ hic diligẽter intẽdẽtib̃ ĩsinuare vr̃, ea q̃ pctã sunt, & pęnæ pctĩ, non inquantũ pctã sunt, sed inquantũ pęnæ Dei esse dicunt̃. Nã cũ dixisset Deũ non esse facturũ mala aliqua, id est, peccata, q̃a posset ei obijci, quædã pctã esse ẽt pęnas pctĩ, & pęna pctĩ oĩs iusta est, & iõ a Deo est, quasi determinãdo ſm quid facit ea, uel ſm q̃d non faciat, addidit reliqua. Iuxta uerò p̃dictã intelligentiã pctã sane dicunt̃ pęnæ. Vnde Apost. appellat ea passiones ignominiæ, q̃a ut ait auctoritas, licèt quædam pctã sint quæ delectant sunt, tamẽ passiones naturæ nõminandæ, quia per ea corrumpitur natura.

Aug. li. 1. Retrac. caput, 9.
Rñsio illorũ vbi docent ex q̃ sensu peccatũ dicit̃ pœna peccati vel pęna.
Aug lib 1 de predestinatione sctõrum cap 20.
Roma. 1.
Roma. 1.

Quòd cum oẽ peccatum possit dici pœna, non tamen omne est pœna pctĩ.

Et licet ex hoc sensu oẽ pctm̃ mortale possit dici pœna, nõ tamen oẽ põt dici pœna peccati. pœna enim pctĩ (ut p̃dictũ est) est illud, cuius causa est aliud p̃cedens pctm̃. Nã pctm̃ sic dr̃ pœna pctĩ respectu p̃cedentis, sicut dr̃ causa peccat respectu sequentis. Quo fit ut idẽ pctm̃, & causa sit & pęna pctĩ: sed alterius pctĩ pęna, & alterius causa: ut .n. Gregorio.

Grego. li. 25 Moral. ca. 12. go. in moralibus. ait. peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, suo pondere mox ad aliud trahit. Vnde fit vt non solum peccatum sit, sed, & causa peccati. Ex illo quippe culpa subsequens oritur. peccatum verò, quod ex peccato oritur, non solum peccatum, sed, & pœna peccati est, quia iusto iudicio Deus cor peccantis obnubilat, vt præcedentis peccati meritò etiam in alia cadat. Quem enim liberare noluit, deferendo percussit. Inde vt Augu. ait, præcedentis est hæc pœna peccati, & tamen etiam ipsa peccatum est.

Aug. lib. 5. contra Iulianum Rom. 1. Iudicio enim iustissimi Dei traditi sunt, vt ait Apls de quibusdam, siue deserendo, siue alio mō explicabili, siue inexplicabili, in passiones ignominiæ: vt crimina criminibus vindicarentur, & supplicia peccantium non tantum sint tormenta, sed, & vitiorum incrementa. Illa ergo peccata, quę enumerat Apls, quia de superbia sunt: non solum pctā, sed etiam supplicia sunt. Ecce ex his iam fit perspicuum, quædam peccata etiam pœnas, & causas peccati esse, & illud peccatum esse pœnam peccata, ꝙ causam p̄cedētē habet peccatum: atq; illud peccatum esse causam peccati, ꝙ est meritum sequentis culpæ,

D *Ex prædictis videtur significari. ipsa eadem, quæ peccata sunt, esse & pœnas peccati.*

Hilarius, li. 1. di 25. Sed cū ait crimina criminibus vindicari, vr̄ insinuare, ea ipsa, quæ peccata sunt, essentialiter esse pœnas peccati. i. punitiones peccati. Ad hoc autem inquiunt illi, hęc & similia dicta esse secundum rōnem prædictam, & ideo intelligenda fore scd̄m p̄missam expositionem. Intelligentia enim dictorum. ex causis est assumenda dicendi.

E *Quòd nō obuiat veritati, si quis dicat ipsa pctā esse pœnas pctī essētialiter.*

In nullo tn̄ p̄iudiciū, factū veritati putat, si quis dicat ipsa eadē, q̄ pctā sunt, essentialr (vt ita dicā (esse pœnas i. punitiones pctōrū p̄cedentiū, q̄ iustę sunt, a Deo sunt, nec tn̄ inquātū pctā sunt, a Deo sunt: nec ingr̄ū pctā sunt, pœnæ pctī sunt, & tn̄ inquantū pctā sunt, priuationes boni sunt, sed vt supra dictum est, causaliter, & actiuè dicuntur priuationes.

F *Apertè ostēdit, pctā. quædā esse pœnā pctī, & pœnā ipsam iusta esse a Deo.*

Quòd aūt q̄dā pctā pœnæ sint, & ipsa pœna iusta sit, & a Deo sit, euidēter tradit Augu.

Aug. li. 1. retrac. c. 9 Roma. 7. in li. retrac. 1. dicens q̄dā necessitate fieri ab hoīe, q̄ mala sunt, & eadē iusta pœna pctī sūt, Sunt inq̄t, q̄dā necessitate facta improbāda, vbi hō vult recte facere, & nō pōt, Vn̄, & illud Apli, Nō ꝙ volo facio bonū, sed ꝙ odi malū, hoc ago. Et illud, Caro ꝛcup scit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē. Hæc n. inuicē sibi aduersant, vt nō ea, q̄ vultis faciatis, sed hæc oīa ex illa mortis dānatione sunt. Nā si nō est ista pœna hoīs, sed natura, nulla ista pctā sunt. Si. n. non recedit ab eo mō, quō natura'r fact' est hō, cū hæc facit, ea vtiq; facit, q̄ dēt. Si autē hō, qa ita est, non est bonus, neq; h3 in potestate vt sit bonus, siue non videdo qualis esse debeat, siue videdo, & non valēdo esse qualē esse debere videt, pœnā iustā esse qs dubitet? Oīs aūt pœna si pctī pœna est, iusta est, & suppliciū noīatur, Si aūt iniusta est pœna, qm̄ pœnā esse nemo ambigit, iniusto aliquo dominante, hoī imposita est. Porro qa de omnipotētia Dei, & iustitia dubitare dementis est, iusta est hæc pœna, & p pctō aliquo impēdit. Non em̄ quisquā iniustè dominās, aut surripere hoīem potuit velut ignoranti Deo, aut extorquere inuito tanq̄ inualidiori, vt hoīem iniusta pœna cruciaret, Relinquitur ergo, vt hæc pœna iusta de damnatione hoīs veniat. His atq; alijs pluribus testimonijs docetur, quædam esse peccata, & pœna peccati essentialiter.

G *De quibusdam quæ sine dubio peccata sunt, & pœnæ, vt ira, inuidia.*

Præterea nullatenus ambigendum est, quædam peccata absq; vllo scrupulo pœnas esse, vt inuidia, quæ est dolor alieni boni, & ira, quæ etiam non inquantum pœnæ sunt, peccata sunt: ita etiam de cupiditate, & amore, & alijs huiusmodi sentiendū est. Vnde Aug. in libro. lxxxiij. q. ait. Omnis perturbatio, passio, oīs cupiditas, perturbatio. Oīs ergo cupiditas passio, Oīs verò passio cum est in nobis, ipsa passione patimur. Oīs ergo cupiditas cum est, in nobis, ipsa cupiditate patimur, & inquantum cupiditas est, patimur ea. Oīs autem passio, inquantum ipsa, patimur, non est pctm̄, ita, & de timore. Non enim consequens est, vt si patimur timorem, ideo non sit peccatum, quia multa sunt

H peccata, quæ patimur, sed non inquantum patimur eis.

Quòd verbis Aug. præmissis quædā sentētia Hieronymi obuiare videtur.

Augustin. li Retractat. ca. 9. Illud aūt diligenter est annotandū, ꝙ s̄. politis verbis. dicentis. q̄dā necessitate facta esse improbanda, & mala, vr̄ obuiare, ꝙ Hiero. ait in exemplanatione fidei, ꝙ 13 supra sit positum, tn̄ vt p̄fectiùs sciat, iterare non piget. Exercamus inquit, eorum blasphemiam, q̄ti dicunt impossibile aliquid hoīa Deo esse p̄ceptum, & mādata Dei non a singulis, sed ab oībus in commune posse seruari, Et paulo post. Et tā illos errare dicimus, q cum Manichæo

chęo dicunt hominem peccatum vitare non posse: quàm illos, qui cum Iouiniano asserunt, hominem non posse peccare. Ecce Hieronymus dicit errorem esse, si quis dicat hominem uitare peccatum non posse. Qui autem dicit quædam necessitate fieri, quædam dicit non posse uitari. Cum ergo id Augu. dicat, uidetur aut erroris esse quod tra

I dit, aut non esse uerum, quod Hieronymus ait.

Determinatio contrarietatem submouens de sanctorum medio.

Ad quod dici pōt, qa Augustinus scd̄m statū huius miserię (ad q̄ pertinet ignorātia, difficultas, ut idē ait in libro de libero arbitrio, quæ ex iusta dānatione descenderūt) illud tradidit, ubi, & uenialia peccata inclusit. Hieronymus uerò tm̄ de mortalib' peccatis loquitur, quæ unusquisque gratia illuminatus ualet uitare, uel de homine secun-

K dum statum liberi arbitrij ante peccatum, illud ait.

Epilogum facit, ad alia transiturus.

Satis diligenter eorum posuimus snīam, qui dicunt omnes actus naturas esse, & in quantū sunt, bonos esse: in quo tractatu quædam interseruimus, quæ non ex eorū tm̄ p̄sona accipienda sunt, quia ab oībus catholicè sapientibus absque hæsitatione tenent: at q; autoritatū testimonijs, & rōnibus eorum traditionem muniuimus, q dicunt oēs actus essentia sui, id est, inquantū sunt, esse bonos, quosdā uerò inquantum inordinatè fiunt, peccata esse. Addunt quoque quosdā non tantum essentia, sed ēt genere bonos esse, ut reficere esurientē, qui actus est de genere operū misericordiæ, quosdā uerò actus absolutè, ac perfectè bonos dicunt, quos non solum essentia, uel genus, sed etiam cā, & finis cōmendat: ut sunt illi, qui ex bona uoluntate proueniunt, & bonum finem metiuntur.

Summa distinctionis. 56. Præhabita distinctione induxit Magister quod sit peccatum, hic discutit an idem possit esse peccatum, & pœna peccati. Quæ quæstio habet ortum ex dictis in fine præcedentis distinctionis. Primo itaq; manifestat, quòd vnum, & idem in plurimis sit peccatum, & pœna peccati, atq; ex hoc aliam inserit quæstionem, videlicet, vtrum peccatum inquantum peccatum, sit pœna peccati. Quo circa declarat, quòd omne peccatum valeat dici pœna: non tamen pœna peccati. Et circa hoc pendit quomodo peccata quæ sunt pœnæ peccati, sint a Deo inquantum sunt pœnæ, & hoc superiùs est expressum. Deinde docet, quædam peccata specialiter esse pœnas, vt irā, impatientiam, inuidiam, Vltimo concordat, & exponit verba sanctorum Hieronymi, & Augustini, quæ prima facie videntur inuicem repugnare.

QVAESTIO I.

Hic quæritur primo *Vtrum vnum peccatum sit causa alterius, ita quòd aliud illud sit effectus & pœna, ac vltio quædam peccati illius prioris.*

¶ Videtur, quòd non, quia peccatum formaliter nihil est, & ad minus non ens positiuum, sed priuatio quædam, vt patuit, causare autem præsupponit esse. Secundò, virtutes connexè sunt, non peccata, ergo vnum non est causa alterius, quoniam causa, & causatum connexionem habent præcipuum.

In oppositum. Roman. 3. Tertiò, peccata non necessariè, sed voluntariè fiunt, cum ergo causa sit ad euius esse de necessitate sequitur aliud, peccatum vnum non est causa alterius. In oppositum est, quòd deus iustus, de merito vnius excessus permittit peccantem in alium etiam enormiorem labi excessum, iuxta illud Apostoli ad Romanos: Propterea (id est, propter superbiam præcedentem) tradidit illos deus in passiones ignominiæ, & in reprobum sensum. Vnum quoque peccatum vocatur mater alterius, & experimur, quòd ex superbia generat' ira, ex ira inuidia, Item, quòd deus omnipotens rebelles, ingratos, & induratos permittit in grauissima cadere vitia propter præcedentes iniquitates, sicut testatur in spalmo: Non audiuit populus mens vocem meam. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum. ibunt in adinuentionibus suis: Ad hæc respondet Albertus: Duplex est pœna, videlicèt pœna damni, & pœna sensus. loquendo de pœna dāni, omne peccatum est pœna eo ipso peccatum, cum sit corruptio modi, speciei, & ordinis, q̄ corruptio maximū dānū est. Loquēdo aūt pœna sensus, pctm̄ est tm̄ cā pœnę. Relinquit. n. pnitatē in anima suo pōdere inclinantē ad culpā. Vn̄ secundo Confessionē loquitur Augustinus: lusisti dñe, & sic est, vt sibi ipsi sit pœna animus inordinatus. Et alibi: Inter primū pctm̄ apostasiæ, & vltimā pœnā ignis inferni, media, q̄ sunt, & pctā sunt & pœna peccati, Gregorius quoq; Cōtēnenti, inquit, nec pœnitere volēti ponit offendicu lū deus, vt grauiùs impingat. Pctm̄ nāq; quod p pœnitentiā citiùs non delet, aut peccatum est, & causa peccati, aut pctm̄, & pœna peccati, aut peccatum simul, & causa, & pœna peccati. Verum si insles: quoniam oīs pœna est iusta, atq; à Deo, quod non conuenit pctā, nō ergo est pœna. Dicēdū qd̄ nil phibet vnū, & idē scd̄m diuersas rōnes, quas h3, a iustitia dei pcedere, & ab eo nō pcedere. Et illius de' est cā rō ipertiendo malitiā, sed gratiā subrahēdo. Præterea, si, q̄rat' An pctō essentialiter iūctū sit esse pœna. Dicēdū, quòd ex ordine diuinæ iustitiæ pœna sp comitatur culpam, imò quadruplex est pœna. Prima est amisso dei summi, & incommutabilis boni. Secunda, spoliatio gratuitorū, per quæ Deus in hoīe commoratur. Tertia, vulneratio naturalium. Quarta, inordinatio seu ꝛfusio in regno animæ, in qua superiores vires, vt ratio, & voluntas, per pctm̄ fiunt inferioribus ancillantes, per quod totus homo subuertitur. Et si objiciat' de Christo, & Iob. q̄ sine culpa sua passi sunt pœnas Dicendū, quòd pœna non ita se habet ad culpam, sicut culpa ad pœnā. Culpa quippe est cā pœnę. Pœna verò expiatiua est culpę. Ideo pœna tam Christo, quàm membris eius inflicta est. Nam pœna comparatur ad culpam. vt medicina ad morbum. Vnde, & innocētibus infligit' vt satisfaciant pro alijs: cum tamen nō infligat' nisi p peccatis proprijs, aut alienis. Insuper vnū peccatū est pœna alteri' tribus modis. Primo, ex parte spoliationis

Aug. in l. 3 de libe. de libero arbitrio c. 48.

Mat. 25.

Augustin.

Dilatio.

Quæstio.

Solitur obiectio.

tionis gratuitorum. Secundò, ex parte amissionis boni in creati. Tertiò, ex parte corruptionis boni naturæ, quia per incommutabile bonum, & p̃ gratuita eius dona, atq; per naturalium integritatem, hõ continetur in gratia, & virtute ne peccet. destitutusq; illis, faciliter cadit. Additur quoq; tertius modus, q̃a peccata cõmissa dispositionem, & habitum relinquunt in anima, ex quibus fit hõ pronior ad pctm̃. Propter quod fatetur Gregorius pctm̃, quod per pœnitentiam non deletur, mox suo pondere trhit ad aliud. vnde fit vt nõ solũ pctũ̃ sit, sed, & cã peccandi, quia ex ipso ꝓ̃ns culpa oritur. Peccatum aũt, quod ex peccato oritur, non solum peccatum est, sed, & pœna peccati, qm̃ iusto iudicio Deus cor peccantis obnubilat, vt præcedentis peccati demeritò, etiã in alia ruat. Sic q̃ secundum Augustinũ, Deus omnipotens peccata peccatis vlciscitur, ac per hoc supplicia peccantium nõ solũ sunt tormẽta, sed, & incrementa vitiorum. Hæc Albertus.

peccatum est pœns alteri⁹ tribus modis

Grego.

Augusti.

¶ Veruntamen contra id, quod ait, pœnas non infligi nisi pro proprijs aut alienis peccatis, obijci põt, quia communiter dicitur, quòd quidam tribulantur, & puniuntur à Deo, vt probentur, & alijs in exemplum patientiæ proponãtur, vt Iob, & Thobias: Alij, vt humilientur, vt Paulus. alij, vt in eis Dei gloria manifestetur, sicut de cæco nato dixit saluator: Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, sed vt opera Dei manifestentur in eo. Alij, vt in præsenti purgentur, vt soror Moysi. Alij vt eorum damnatio in præsenti incipiens, perpetuè pertrahatur, vt Herodes, & Dathan, ac Arbiron. Alij, vt copiosiùs coronentur, vt martyres sancti. Alij vt suis pœnis alios redimant à pœnis, vt potissimè Christus.

Dionysi.

Job. 12. Tobiæ, 2 Actu, 9. Iohan 9. Nu. 12. Actu 12, Nu. 16.

Aquas, Thomas.

¶ Aduerò Thomas: Vnum, inquit, peccatum potest esse causa alterius in triplici genere causæ, vt pote per modum causæ efficientis, dupliciter & finalis, ac materialis. Per modũ causæ efficiẽtis. Primò per se, Secundo per accidens. Per accidens, quidem ex parte auersionis, vnde ipsum peccatum habet rationem mali. Etenim malum non habet causam nisi per accidens. Et dico per accidens, sicut remouens, prohibens dicitur mouẽs per accidens. Prohibens verò peccatum est gratia, quæ cõseruat animam in rectitudine sua, & tollit peccata. sicq; per accidens causa est vitiorum, quæ fiũt, ea subtracta. Atq; per hunc modum quolibet peccatũ mortale potest eẽ causa cuiuslibet peccati mortalis gratiam auferendo. Potest quoq; hic modus causandi ali quo modo reduci ad genus causæ formalis Quemadmodum enim gratia est formale principium actus gratia informati, ita priuatio gratiæ, ex qua peccatum procedit, est quasi forma peccati. Sed per se causa quasi efficiens est vnum peccatum alterius ex parte conuersionis, inquantum ex actu peccati relinquitur in anima dispositio, seu habitus inclinans iterum ad peccandum. Attamen hoc mõ peccatum non est causa cuiuscunq; peccati, sed tm̃ eius, quod est simile sibi ĩ specie, vt luxuria luxuriæ. Per modum autem causæ finalis, vnum peccatum est causa alterius, inquantum aduocat aliud in finem suum, vt dum vnus interficit alium, vt vindicet se de illo, sicq; quodlibet peccatum causari potest ex quolibet. Nam, & actũ prodigalitatis exercere quis potest ad tempus. vt postea finem auaritiæ cõsequatur, Nihilominus hoc mõ quædam peccata magis nata sunt consequi ex quibusdam, vt homicidium ex ira, & mendacium ex auaritia. Hinc peccata, quæ ex alijs frequentiùs solent oriri, dicuntur illorum filiæ. Per modum demum causæ materialis, vnum peccatum est causa alterius, dum vnum alteri ministrat materiam, vt gula luxuriæ, & auaritia dissentioni, multiplicando terrena, quæ litis, ac dissentionis materia sunt. Itaq; sicut peccatum ex parte auersionis nihil est, sic non est causa nisi per accidens. ex parte verò conuersionis est aliquid, & ita est causa modis præfatis, & per hoc patet solutio primi. ¶ Ad secundũ, quòd etiam quædam peccata prætacto mõ, cõnexa seu sibi propinqua sunt, quamuis non tam inseparabiliter, atq; consequenter, vt virtutes. ¶ Ad tertium, quòd non ad quamlibet cãm sequitur effectus de necessitatẽ, sed ad cãm naturalem, non impeditam, non ad cãm contingentem, & spontaneam, ac liberè operantem Nõ autem oportet quodlibet peccatum causari ex alio aliàs iretur in infinitum. Imo accidit peccato vt causetur ex alio, sicut & motui, vt vnus sit causa alterius idcirco est dare primum motum. Hæc Thomas in Scripto.

Soluum Argumẽ.

Art. 4.

¶ Præterea in prima Secundæ, quæstione 75. Peccatum ait cum habeat causam ex parte actus, ita vnum peccatũ potest esse causa alterius, sicut vnus actus humanus põt esse alterius causa Contingit ergo vnũ peccatum esse causam alterius, secũdum quatuor genera causarũ Primò, ſm modum causæ efficientis seu mouentis, vel per se siue per accidens. Sicut dum homo per unum peccatum amittit charitatem, gratiam, aut verecundiam, seu quodcũq; aliud retrahens a peccato, & incidit ex hoc in aliam culpam, &c. vt supra.

Peccatum

¶ Concordat Petrus, & addit: Aliquid dicitur esse pœna dupliciter. Primò, causaliter, vt pote instrũm quo læsio infertur, quemadmodum ignis dicitur pœna cõdẽnatorũ. Secundo essentialiter ipsa læsio: peccatum autem est instrumẽtum, quo læsio inferẽ, & est læsio ipsa. Vnde vtroq; mõ potest pœna vocari. Sed primo modo omne peccatum est pœna, qm̃ læsionem infligit. Secundo mõ peccatum sequens, pœna est præcedentis, quia est læsio contingens pmissione diuina merito præcedentis peccati. Pœna nãq; essentialiter dicta, duo includit, vt pote læsionẽ, & ordinem ad causam læsionis præcedẽtis. peccatum verò sequens est læsio, & odinem habet ad causam præcedentem, tãquam ad sui causam. Hinc peccatum sequens, pœna vocatur, non tantum ratione consequentiæ, vt infamiæ vel hmõi, sed etiã ratione essentiæ. Hæc Petrus.

Petrus

¶ In hac re nõ videtur specialis difficultas, idcirco, nec arbitror immortandũ. Et sicut Bonauentura ꝑ sequitur de hac quæstione. Vtrũ peccatũ sit pœna peccati, sunt duæ opiniones, quas in litera narrat Magister, magisq; probat secundã. Et intẽtio Bonauenturæ in responsione Petri breuiter continetur.

QVAESTIO. II.

SEcundò quæritur, *An passiones animae sint peccata.* ¶ Videtur quòd sic, quoniã hoies passionati dicuntur vitiosi, quoniam homo tenetur passiones reprimere, ergo in se sunt indomitæ, & inimicæ. Secũdò, inuidia, ira, tristitia, sunt animæ passiones, & sunt inordinatæ, & prauæ affectiones, quemadmodum Salomon loquitur: Ira in sinu stulti requiescit. Itemq;, Putredo ossium inuidia.

¶ In oppositum est, quòd passiones sunt naturales motus, affectusq; animi, propter quos (secundum Philosophum) non laudamur, nec vituperamur. ¶ Ad hoc Bona. respondet. Sicut Magister expresè dicit in litera, & auctoritate August. id probat, multæ sunt aiæ passiones non solum pœnales, sed item culpabiles, vt ira, inuidia.

Quamuis

Quamuis autẽ huiusmodi passiones peccata sint, non tamen inquantum passiones, vt idem asserit Augustinus, & habetur in litera. Omnis aũt passio inquantum ipsa patitur aliquis non est peccatum, sed huiusmodi passiones peccata sunt ratione inordinationis voluntatis coniunctæ antecedenter: vel consequenter. Hinc notandum, quòd quædam est passio ab extrinseco illata, & circa hanc non consistit meritum: neque demeritum, nisi inquantum à uoluntate respuitur, aut acceptatur. Nẽpe occidi pro Christo, non est meritorium, nisi vt uolitum ab eo, qui trucidatur. Est alia passio, quæ ab intrinseco habet ortum, & hoc dupliciter. Quædam enim oriẽ ex corruptione naturæ, quẽdã ex liberæ uolũtatis cõuersione. Illa quoq;, quæ oriẽ ex corruptione naturæ, in duplici est differentia: quoniam natura corrupta est in se corruptione concupiscentiæ, corruptione quoque pœnali per mortem inflicta. Illæ igitur passiones, q̃ oriũtur ex corruptione naturæ, ut corrupta pœnali corruptione, habent rationem pœnæ duntaxat, ut fames, & sitis. Illæ aũt quæ oriuntur ex ea, ut corrupta est corruptione uitiosa, non tantum habent rationem pœnæ, sed & etiam culpæ, vt sunt inordinatæ affectiones animæ, quæ consurgunt ex morbo concupiscentiæ, sicut ira, inuidia.

Augustin.

multiplex est passio.

¶ Porrò prout huiusmodi passiones oriuntur ex conuersione ad aliquod bonum amabile, sic sunt in duplici genere, secundum quod voluntas dupliciter potest conuerti ad aliquid. Aliquando quippe conuertitur ad bonum simpliciter, tuncque detestatur & odit, quòd aduersatur huiusmodi bono, puta peccatum: & passiones inde surgentes, iustæ, ac meritorię sunt. Conuertitur etiam voluntas interdum ad aliquod bonum propositum sibi, & ad bonum vt nunc: & passiones inde surgentes, extant culpabiles, similiter voluntas, à qua oriuntur: attamen non habent plenam rationem mali & culpæ, nisi dum voluntate ꝓsumantur, vt dũ aliquis vult irasci, & contristari ira per uitium, & inordinata, seu sæculari tristitia. Sicque patet, qm̃ hmõi passiones animæ sint peccata, & quantum oriuntur ex corruptione concupiscentię & inquantum nascuntur ex inordinato amore voluntatis deliberatiuæ. Ex quibus patet solutio ad obiecta. Consonat Alexander. ¶ At uerò Thomas: Homo, inquit, nõ inquinatur culpabiliter nisi per id, quod ab ipso est, iuxta illud Matthæi: Quæ, pcedũt de homine, hæc coinquinant hominem. Hinc passio, secũdum quod passio non est peccatum, cum non sit à patiente, secundum quod huiusmodi, sed ab alio in patientẽ inducitur. Per accidens tm̃ contingit passionẽ esse peccatũ, secundum quod operatio voluntatis, per quã sumus actuum nostrorum principium, aliquo modo ad passionem se habet. Verum ad diuersas passiones diuersimodè h3 se. Sunt etenim aliquæ passiones, q̃ sunt passiones tantùm, ut in passionib. corporalibus patet, q̃ ab exteriori infliguntur, vt adustio, sectio: aut à principio intus agente etiam naturali, vt febris. Et ad has passiones se habet uoluntas, ut causans eas, ut est in passionibus sponte assumptis, vel ut substinens eas libenter ob aliquem finem, sicque contingit in passionib. istis meritum, si sint decentes: vel demeritum, si sint indecentes. Quædam demum sunt passiones, quæ non solum sunt passiones, sed etiam operationes, vt sentire, quòd (secundum Philosophum, secundo de anima) est quoddam pati, secũdum qd̃ uis uisiua mouetur ab obiecto recipiẽdo speciẽ eius, qua informata opationẽ suã exercet, & ita est ĩ cũctis potẽtijs passiuis, quales sunt omnes uires partis sensitiuæ, & etiã intellectiuæ præter intellectum agentem, & præter virtutes motiuas organis affixas. Vñ & intelligere, quod dã pati est, & velle, atq; apparere. Hinc ira, inuidia, & consimiles affectiones dicunt̃ aiæ passiones, q̃uis in his magis, minusve, pprie nomẽ passionis sumat̃, put magis aut minus ad corporalẽ trãsmutationẽ accedit, q̃ transmutatio consequit̃ in ira, & inuidia estq; etiam secundũ materiales qualitates calidi, & frigidi, in sensu aũt secundũ species in organo corporali quodãmodo spiritualiter, non materialiter receptas: in intellectu autem est secundũ receptionẽ purè spiritualẽ. Hinc passiones, q̃ plus de rõe passionis sortitæ sunt, minus in nostra sunt potestate. propter quod specialiùs passiones uocãtur. Veruntamen in omnibus his non est peccatum nisi secundùm quod uoluntas aliquo modo, circa eas se habet, vel eas imperando in quantum sunt operationes: vel acceptando, prout sunt passiones.

Aquinas.

¶ Præterea aduertendum, quod nomen irę secũdùm primam impositionem, passionem quandã significãt. postea verò transsumptum est ad designandum uitium quoddam. Cum enim uirtutes quædã, quãuis sint medietates inter uitia duo extrema, magis opponantur, uni extremo, quàm alteri sicut mãsuetudo magis opponitur iræ, quàm defectui eius, cõtingit, quòd vitia virtutibus illis opposita, noĩantur noĩe passionum, ad quarum refrenationẽ virtutes illæ præcipuè ordinantur. sicq; ira prout vitium noĩat. nõ est nomẽ passionis, sed actus, aut habitus. Hoc itẽ pensandũ, qd̃ passio non pugnat ꝓ̃ rationẽ. quasi per se oppositũ, qd̃ virtuti, qua rõ perficitur: sed q̃a p̃ se opponitur medio, qd̃ virtus, & ratio in passionibus ſtatuũt & obseruant Hęc Tho. Scripto.

Ira pro uitio posita, habitus. est nonpassio.

¶ Præterea in prima 2. q̃stione 24. de his pleniùs scribit, primò inquirens. An aliqua passio animæ sit bona, uel mala moraliter, hoc est vtrum bonum & malũ morale valent in passionibus animæ inueniri, & rn̄det. Passiones aiæ dupliciter queunt considerari. Primò, secundùm se: secundò, vt subiacent imperio rationis, ac uoluntatis. Primo modo nõ est in eis bonum, aut malum morale, quod dependet à ratione. Secundo modo est in eis malitia, bonitas ve moralis. Propinquior, namque est appetitus sensitiuus rõni, ac uoluntati, quàm membra exteriora: quorum tamen motus, & actus sunt boni, aut mali moraliter, secũdum quod uoluntariji. multo magis passiones secundum quod voluntariè, sunt bonæ aut malę moraliter. Dicuntur quoque uoluntariè, quia uoluntate imperantur: uel quia ab ea non prohibentur pro posse. Siquidem motus primò primi non sunt in nostra potestate.

Quæstio.

¶ Deinde scisitatur ibidẽ. Vtrum passiones animæ sint moraliter malę. Respõdet, Circa hoc diuersa fuit Stoicorum, & Peripatericorum sententia. Stoici quippe dixerunt omnes passiones esse malas Peripatetici uerò dixerunt passiones moderatas, consistere bonas. Quorum discrepantia quamuis secundum uocem appareat magna: tamen secundùm rem est nulla, aut parua, si vtrorumque pensetur intentio. Stoici enim non discernebant inter sensum & intellectum, & per consequens nec inter appetitum sensitiuum & intellectiuum, hinc nõ discernebãt passiones animæ à motibus volũtatis, secundùm hoc, qd̃ passiones animæ in appetitu sint sensitiuo. Simplices aũt motus uoluntatis sunt in intellectiuo appetitu, sed omnem rõnalem motum appetitiuę partis vocabãt uoluntatẽ. Passiones

Quæstio.

verò dicebant motum progredientẽ extra limites rationis. Hinc eorum ſnĩam ſequens Tullius 3. libro de Tuſculanis qõnibus, vuniuerſas paſsiones appellat animæ morbos, ex quo argumẽtatur, ꝙ qui morboſi ſunt, ſani non ſunt: & qui ſani non ſunt, inſipiẽtes ſunt. Propter quod inſipientes nominamus inſanos. Peripatetici verò oẽs motus appetitus ſenſitiui, nuncupant paſsiones, eaſq; reputant bonas, cũ fuerint moderatæ per rationem: malas verò, cum rationis moderationem excedunt. Vnde patet, quòd Iullius in eodem libro Peripatiticorum ſnĩam approbantium paſsionum mediocritatem, inconueniẽter reprobat, dicens, quòd omne malum etiã mediocriter vitãdum eſt. Quemadmodum.n. corpus mediocriter ægrum, non & ſanum: ſic mediocritas horũ morborum, videlicet paſsionum, non eſt ſana. Verum (vt dictum eſt) paſsiones non ſunt morbi, aut ægritudines animę, niſi dum carent moderamine rationis. Tertiò quærit Thomas: An paſsio ſemper diminuat de bonitate actus moralis. Rñdet, Sicut Stoici poſuerũt omnem paſsionem animæ, eſſe malam, ita dixerunt eam, actionis minuere bonitatem. Sed ponendo, quòd paſsiones ſint ſimpliciter motus appetitus ſenſitiui in ſe nec boni, nec mali moraliter, ſic ad perfectionem humani pertinet boni, ꝙ etiam ipſæ paſsiones per rationem ſunt moderatæ. Cum bonum hominis conſiſtat in ratione, vt in radice, tanto hoc bonum extat perfectius, quanto ad plura, quæ conueniunt homini, deriuatur. Vnde nemo dubitat, quin ad perfectionem moralis boni pertineat, ꝙ actus exteriorum membrorum, per rationis regulam dirigãtur. Cumq; appetitus ſenſitiuus obedire ualeat rationi, ad humanam pertinet perfectionem, quòd paſsiones animæ per rationem ſint regulatæ. Queadmodum igitur meliùs eſt, quod homo non ſolum velit, ſed etiam extrinſecus faciat bonũ, ſic ad perfectionem pertinet boni moralis, ꝙ homo afficiatur, & moueatur, ad bonum morale, non ſolum per voluntatem, ſed & per ſenſitiuum appetitum, iuxta illud Pſalmiſtæ: Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum, intelligendo per cor appetitũ intellectiuum, per carnem appetitum ſenſitiũ. Si aũt obijciatur, ꝙ paſsiones ſemper impediunt iudicium rationis, dicendum, quòd paſsiones dupliciter habẽt ſe, ad rationis iudicium. Primò antecedenter, præueniendo iudicium rationis, & ſic illud, aliquo modo obſcurant, bonitatemq; actus diminuunt. Secundò conſequenter, & hoc dupliciter. Primò, per modũ redundantur, vt dũ ſuperior pars aĩæ intenſe mouetur in aliquid, pars inferior ſequitur motũ eius, ſicq; paſsio conſequenter exiſtens in appetitu ſenſitiuo, ſignũ eſt intentionis in voluntatis affectu, & ſic indicat bonitatem moralẽ eſſe maiorem Alio modo per modum electionis, qñ videlicet homo, ex præuio rationis iudicio eligit, & vult affici aliqua paſsione, vt promptiùs operetur, quod bonum eſt, appetitu ſenſitiuo cooperatione, ſicque paſsio addit ad operis bonitatem. Sic quoq; paſsio præcedens iudicium rationis, in malis, diminuit culpam: qm̃ minus peccat peccans ex paſsione, quàm ex induſtria, Sed conſequens aliquo prædictorum modorum auget eam, aut ſignum eſt talis augmenti. Hæc Thomas, cuius dicta gratioſæ probata ſunt.

Quæſtio. Thomas, Paſsiones non ſemper minuunt bonitatẽ actus moralis.

Pſalm. 83. Soluitur obiectio.

Dio. Car.

¶ Veruntamen contra id, quod ait diſcrepantiã illam inter Stoicos, & Peripateticos eſſe paruã, aut nullam, obijci põt. Nam, quod pro ratione aſsignat vtpotè, quod Stoici inter ſenſum, & intellectum nõ, diſcernebãt, diſcrepantiam augmentaſſet, cum certum ſit Peripateticos inter ſenſum, & intellectũ diſtinguiſſe. Sed ad hoc forſan, quis faciliter rñderet. Quòd aũt affirmat Stoicos inter ſenſum, & intellectum nõ diſtinxiſſe, non vr̃. Cõiter namq; dicuntur tres philoſophorum ſectæ fuiſſe, videlicet Epicurei, Stoici, Peripatetici Et quamuis nonnulli Epicurei tã indocti fuerunt, & rudes, quòd intellectum a ſenſu ſaltem interiore non diſcuterent, præcipui tñ Stoicorum inter has vires differentiam poſuerunt, ſicut & Tullius ipſe, & Seneca, atq; Macrobius, imò, & Plato, & Socrates Stoici fuiſſe feruntur, ſaltem pro parte, & præſertim quantum, ad philoſophiam moralem. Concordant Petrus, Richardus, alijque communiter etiam Antiſiodoreñ.

QVESTIO. III.

Tertiò quæritur. *Vtrum omnis pœna infligatur pro culpa.* ¶ Videtur, quòd ſic, quia beatus Maximus præſul loquitur in ſermone de beatiſsimo Iohanne Baptiſta: Quicquid virium in hoſtibus eſt, quicquid aduerſitatis ab illis infertur, noſtra impietate nutritur, noſtris cõtingit demeritis. Gregorius quoque in collecta effatur: Nulla nocebit aduerſitas, ſi nulla dominetur iniquitas.

Arguitur contrarietatem. Gregorius Hieronym.

¶ Itemq; Hieronymus: Quicquid patimur, noſtra meruere peccata.

¶ Iſtud etiam videtur exigere iuſtitia, quoniam innocenti non debetur pœna, ſed reo. Et pœna debetur culpæ, non innocentiæ nec virtuti.

¶ In oppoſitum eſt illud Auguſtini ſuper Canticũ Deuteronomij. Quinq; modis flagella cõtingũt. Primò, vt iuſtis merita per patientiã augeantur, vt Iob. Secundò, ad virtutũ cuſtodiã, ne ſuperbia tentet, vt Paulo. Tertio, ad corrigenda peccata, vt Mariæ ſorori Moſi lepra. Quartò ad initium pœnæ, vt Herodi, quatenus hic videatur, quod in inferno ſequatur. Quinto, ad gloriam Dei manifeſtandam, vt in cæco nato. Sed tres horum modorum non oſtendunt pœnam pro peccato inflictam.

In oppoſitum. Auguſtin. Iob. 2. Corint. I. han. 9.

¶ Ad iſtud paulo ante dictum eſt aliquid, ex Alberto. Thomas verò pleniùs rñdens: Nullus, inquit, punitur, niſi in hoc, quod aliquo priuatur, quod ei eſt bonum. Aliquid autem eſt homini bonum dupliciter. Primò ſecundum propriam eius naturam, inquantum eſt homo. Secundò pęnes naturam eius communem, inquantum eſt animal, aut viuum. Cumq; homo ſit id, quod eſt, inquantum rationalis, ideò principalia bona eius ſunt, quæ ei conueniunt ſm rationem, & intellectum. Hinc per talium priuationem non punitur, niſi pro propria culpa. Secũdariò quoq; ſunt bona rationis, quæ ad opus virtutis, ac ſapientiæ organicè, inſtrumentaliterve deſeruiunt, vt ſanitas corporis & terrenorũ poſſeſsio: quę non ſunt ſimpliciter bona rationis, ſed ſm quãdam menſurã, inquãtum cooperantur ad opus virtutis. Propter, quod decimo Ethicorum ait Philoſophus: Per ſuperabundantiam diuitiarum, quæ bonũ opus impedit, fortuna non eſt bona dicenda, ſed mala. Vnde ſi quis priuatur his bonis quantum ad id, quod non proficiunt, ad opus virtutis, ſed magis officiunt, illa priuatio nõ eſt pęna hominis, in quãtum eſt homo, ſed quando priuatur his, quibus indiget ad opus virtutis. Propter quod dicitur: Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi. Hinc nullus niſi pro culpa ſua puniť in horũ ſubtractione bonorũ, ſm qđ neceſſaria ſunt virtuti. Vñ Pſalmiſta, Iunior fui, etem ſenui, & nõ vidi iuſtũ derelictũ Si aũt cõſideretur hõ ſm naturã cõem, ſic oĩa bona corporis ẽt exteriora, ſunt bona ſibi, ſicq; quælibet horũ bonorum priuatio, quædam pœna eſt ei.

Thomas. Philo.

Non aũt oĩs talis pœna inducitur pro proprio eius peccato, attamen ſemp aliquod peccatũ, ſequiť ad minus peccatum naturæ: qm̃ niſi humana natura per peccatum originale eſſet infecta, nullam moleſtiã aut defectũ homo in his patereť. Hinc patet ad obiecta ſolutio. Quòd.n. homo, ad augmentum meriti flagellatur, nõ eſt pęna ei, inquãtũ eſt hõ, ſed inquãtũ hẽt cõem ſeu animalẽ naturã, iõ talis pœna non ſequitur ſemper propriam culpam eius, qui peccat, aut patitur, ſed culpam naturæ infectæ, quæ ſi infecta non eſſet, hoĩes ſine hmõi moleſtijs, ad profectum meriti peruenirent. Deniq; Chriſtus nullo modo habuit pœnam hoĩs inquãtum homo, quia in bonis rõnis nuſquam paſſus eſt detrimentũ, ſed habuit pœnas quãtum ad naturam cõem Non ergo oportuit, quod in eo fuerit propria culpa, ſed quòd culpa præceſſit in natura humana. ¶ Iterum ſicut principale præmiũ actuum virtuoſorum nõ eſt opulentia tẽporalis, ſic principale ſuppliciũ vitiorũ nõ eſt damnũ temporale, ſed carentia beatificæ viſionis, pęnaq; infernalis. Impij quoq; ad maiorẽ ſuã dãnationẽ tẽporaliter proſperantur, ſicut & iuſti ad pleniorẽ ſuã ſalutẽ aduerſitatibus exercentur. Hæc Thomas in ſcripto.

Soluũtur argumenta.

¶ Inſuper in prima ſecundæ, qõne 87. ſcribit de hac qõne, & illa iam ſupra ſunt allegata. Pœna, inquit, dupliciter cõſideratur, puta ſimpliciter, & itẽ vt eſt ſatisfactoria, & quodammodo voluntaria. Et hanc vnus interdũ ex charitate ſuffert pro culpa alterius. Pœna verò ſimpliciter dicta, prout rõnẽ pęnæ hẽt, ſemper dicit ordinem ad propriam culpam, atq; interdum ad culpã actualem: vt dũ quis à Deo, vel hoĩe pro peccato à ſe cõmiſſo punitur: qñq; ad culpam originalem, & hoc, vel principaliter, vel cõſequenter: principaliter æquidem pœna originalis peccati eſt, ꝙ natura ſibi ipſi reliquitur, deſtituta auxilio originalis iuſtitiæ: veruntamen aliquid qñq; videtur pœnale, ꝙ tñ ſimpliciter rationem nõ hẽt pœnæ. Pœna namq; eſt ſpecies mali. Malũ verò eſt priuatio boni, cũq; ſint plura hoĩs bona, videlicet animæ, & corporis, exteriorumq; rerum, aliqñ homo ſuſtinet detrimentum in bono minori, vt proficiat in maiori: vt dum patitur detrimẽtum pecuniæ pp corporis ſanitatem, vel in horum vtroq; ob animæ ſuæ ſalutem, tuncq; tale detrimentum nõ eſt ſimpliciter hominis malum, ſed ſm quid, idcirco non hẽt ſimpliciter rationem pœnæ, ſed medicinæ. Ideo nõ reducuntur ad culpam, ſicut ad cauſam, niſi pro tãto: quia hoc ipſum, quod oportet naturæ humanæ medicinas adhibere pęnales, eſt ex corruptione naturæ, quæ eſt pœna originalis peccati. Vnde & quædã infirmitates, ac pœnę qñq; apparent in pueris baptizatis, vt febres, & dęmonũ opresſiones, quæ nihilominus, ex diuina ꝓuidentia ad patientiã, & ſalutẽ, & ad intuẽtiũ admonitionẽ cõtingunt. Hęc Thomas in Summa. Qui etiam in ſecunda ſecundæ, & in Sũma contra gẽtiles, de his in pluribus locis loquiť.

Petrus.

¶ Præterea Petrus circa hæc ſcribit: Omne nocumentum ex peccato proueniens, pęna vocatur, nullum verò peccatum, caret nocumento ex ſe proueniente, hinc nullum peccatum caret pœna. Duplex quippe eſt nocumentũ ex peccato proueniens. Vnũ effectiuè, quod peccatũ facit peccanti, quem lædit, & hæc dicitur pœna acta, vt naturalium bonorum corruptio, & nunq̃ caret hac pęna. Aliud diſpoſitiuè, ꝙ ab altero inferri promeretur. Hæcq; vocatur pœna inflicta, & hac aliqñ caret ad tps Deo, ſeu homine vltionem differente, iuxta illud in Iob: Nunc enim Deus nõ infert iram, nec vlciſcitur ſcelus valde. Hæc Petrus ad qõnẽ, qua quæritur. Vtrum culpa põt eſſe ſine, aliqua pœna. Cõcordat Richardus per oĩa, eadẽ parũ prolixus ſcribens. Atuero Bonauentura ſcribens: Malum, inquit, pœnę dupliciter põt ordinari. Vno mõ ad malũ culpæ, quod puniendo ordinat. Alio mõ ad bonũ, quod Deus ex culpa ſeu pœna elicit. Itaq; dico, ꝙ ſi aliqua pœna infligitur, cuius ordinatio principaliter conſiſtat in cõparatione ad malum, dico inquã, quod pœna neceſſariò requirit malum culpæ præceſſiſsè: nec tm̃ præceſſiſsè, ſed etiam aliquo, modo inſeparabiliter concomitari. Pœna nanq;, aut eſt directè ordinata ad puniendum, aut eſt principaliter ordinata, ad malũ excludendum. Primo modo, eſt pœna infernalis; Secundo modo, purgatorij pœna. Primo quoq; modo pęna requirit præſentiam culpæ, ſm deformitatẽ, & maculam. Secundo modo requirit culpæ præſentiã ſecundum reatum, & ſequelam. Si autem pœna infligitur principaliter propter ordinem, quem habet ad bonum, quod inde elicitur, aut ergo propter bonum proprium, aut propter bonum alienum.

Iob. 35. Richard⁹. Bonauen.

¶ Si pp propriũ bonũ, ſic exigit, qđ in ſubiecto illo aliquãdo fuerit culpa, poſsitque eſſe in futuro.

Si verò pp bonũ alienum, tunc ſufficit vt fuerit culpa in alio, quàm in eo, qui puniť, puta in eo pro quo punitur, ſicut in Chriſto. Sic igitur patet, quòd oĩs pęna aliquo modo reſpicit culpã, ſed quędã vt pſentẽ in ſe, vtpotè pœna infernalis: q̃dã vt præteritã in ſe, ſed præſentẽ reatu, atq; ſequela, vt purgatorij pœna: quędã ſolũ, vt præteritam in eo, qui puniť, vt eſt omnis pęna iuſtorum Chriſto excepto. Quædam verò reſpicit culpam non in ſe, ſed in alio, vt in Chriſto. Cum itaq; quæritur. Vtrũ omnis pœna ſit cauſata a culpa, dicendum, qđ ſi intelligatur de cã meritoria de condigno, ita non habet veritatem.

Si verò intelligatur de cã ſine, qua nõ, ſic aliquo modo verificatur. Nulla quippè eſſet pœna, nſi pręceſſiſſet aliqua culpa. Hæc Bonauẽ. Qui inſuper ſciſcitatur, Vtrũ in aliquo ſit culpa ſine omni pęna ſubſequente. Ad quod iã ſm Petrũ, & Richardum eſt reſponſum, Bonauent. verò diffuſiùs ſcribens. Impoſſibile, ait, eſt in aliquo eſſe culpã, quin ad ipſam inſeparabiliter pœna ſequatur. Cuius ratio ſumitur ex pfectione diuinę iuſtitię, ex pulchritudine vniuerſi, ex corruptione, inordinationeq; culpę, & ex conditione peccantis naturæ. Ex perfectione diuinæ iuſtitiæ ſumitur ratio, qm̃ tanta eſt iuſtitia Dei, ꝙ nõ patitur dedecus culpæ ad modicum eſſe ſine decore iuſtitiæ. Omnimodè.n. debet iuſtitia in iuſtitiam ſuperare. Ex pulchritudine etiam vniuerſi, ꝙ ex ordine ſortitur decorẽ, vnde requirit inordinationẽ peccati, per ordinationem ſupplicij reparari. Sic & ex corruptione culpę ſumitur ratio. Nunquam.n. peccatur, quin modus, ſpecies, & ordo circa actionem voluntatis tollantur: quod magnum eſt damnum, quod inſtaurari oportet per ſuũ cõtrariũ Culpã ergo inſeparabiliter ſequiť pœna, q̃ eſt dãnificatio, læſio, ſiue corruptio, q̃ peccãs ingerit ſibimet ipſi. Hęc Bonauent. ¶ Circa hãc demũ diſtinctionẽ aliq̃ quęrunt, An aliqua pœna ſit a Deo. Et rurſus, Vtrũ oĩs pœna a Deo ſit. Ad quæ Alexander, & Bonauentura prolixè rñdẽt, Petrus verò, & Richardus ſuccinctè. Sed cũ de his iã dicta ſint multa, ptranſeo. Nẽpè cũ pœna includat ordinẽ quendã ad culpã, aliquo modo a Deo eſt. Et qm̃ dictũ eſt, ꝙ & ipſum peccatũ ſit pœna, conſtat, ꝙ pœna inquantum peccatum, non cauſať a Deo ſaltẽ, quo ad ſuũ formale. Eſt ẽt pœna ſenſus, quæ eſt quid poſitiuũ, q̃ cõſtat effectiuè eſſe a Deo. Pœna verò damni, quæ eſt carentia beatificæ

Quæſtio. Petrus. Bonauen.

Quæſtio.

visionis a Deo est, non effectiuè, cum sit priuatio, quędam: nec effectiuā hn̄s cām, imò ex demerito hominis est. Nihilominus inquantum est iusta pœna, dicitur esse a Deo, eo modo, quo causam pōt habere, quēadmo dum subtractio gratiæ. Talia nanque a Deo sunt non influente, sed influentiam retrahente.

QVESTIO. IIII.

Postremò hic, quæritur. *An conueniens sit bonorum diuisio, quàm in litera assignat Magister.*

Thomas. Aquinas. Dionysius Areopa.

¶ Rn̄det Thomas, Quēadmodum sanctus Diony. vndecimo Cœlestis Hierarchię ait capitulo, In omni substātia inuenit essentia, virtus, & operatio: quorū istæ est ordo, ꝙ virtus ab essentia oritur, operatio a virtute. Et qm̄, quod a bono (inquantum bonum) procedit, non pōt esse nisi bonū, iō sicut essentia, & virt⁹ bona sunt, ita & operatio ſm ꝙ a virtute agēte procedit. Cumq; virtus in voluntarijs agentibus ad multa se habeat, iō actio ex virtute agentis talis determinationem non hēt, sed propria determinatio actus est ab obiecto. Vnde si obiectum proportionatum sit actui, ex ipso obiecto vlteriorem recipiet bonitatem. Et qm̄ prima determinatio, qua aliquid determinatur, est determinatio per formā gn̄ris: ideo huiusmodi actus ex determinatione obiecti bonitatem habentes, dn̄r boni ex genere, Verum cum circa idem obiectum cōtingat aliquem actum diuersi modè se hr̄e, ideo actus, ex obiecto determinatus, est adhuc determinabilis per alias circunstantias: quæ si fuerint conuenientes, vlteriorem bonitatem recipiat ex eijsdem, diceturq; actus bonus ex circunstantijs, quousq; perueniatur ad bonitatē actus perfectam, quę est per informationem habitus, & dicetur bonū virtutis. ¶ Hæ quoq; bonitates adinuicē cōperantur. Etenim prima bonitas, quę est ex essentia actus, cōis est actibus vniuersis, pp quod substernitur bonitatibus cæteris, inter quas primo superuenit ei bonitas, ex materia debita, cui superinducitur bonitas ex fine, ac circunstantijs alijs, atq; ex forma habitus. Et secunda bonitate subtracta, non pōt esse tertia: attamē secunda posita bonitate, non necessariò tertia ponitur: ideo contingit actum: ex materia bonitatem habere, & tn̄ pp indebitas circunstantias fieri male. Deniq; bonitas illa ex genere manet, quātumcūq; per circunstātias alias actus de ordinetur. Actus quoq; hēt duplicem finem, vtpotè proximū, qui est eius obiectum, & remotum, quē agens intendit, idcirco dum bonum, ex fine distinguitur contra bonum ex genere, intelligitur de fine remoto. Hæc Thomas in Scripto. Qui super his pleniùs scribit in prima secundæ, superiùs quoq; de his facta est mentio. At uero Bonauentura in qōnibuscirca literam: Magister, inquit, hic diuidit bonum, non quocunq; modo sumptum, sed bonum in genere actus. Quod si cōsideretur ī se, & ſm se, vocat bonū naturæ. Si verò cōfunderetur, quo ad materiam debitā dr̄ bonū ex genere. Consideratur etiā ſm alia genera tria causarum, puta efficientem, formā, & finē, & ita est bonū perfectū, sicq; patet sufficiētia, qm̄ omnis actus, aut comparatur ad suū principiū efficiens solū, aut cōparatur ad suum principiū efficiens, prout debitū cōcernit obiectū: aut cōparatur, ad suū principiū efficiens, prout respicit debitū obiectū, & congruū finem. Porrò bonum ſm quod respicit materiā debitā, dr̄ bonū ex genere: qm̄ sicut genus dicit esse potentiale ad esse cōpletū, ꝙ cōpletur p̱ aduentū differentiarū, ita in actu transeunte sup̱ materiā debitā, inchoatur quodāmodo bonitas moris, qua per aduentū circunstātiarū cōpletur, & specificatur. Vnde pōt fieri bene, & male. Hęc Bonauentur. Concordat Richardus. Quidam, inquiens, actuū hn̄t bonitatem efficientis, vt leuare festucam: quidam bonitatem materiæ moralis, vt reficere esurientem: quidam bonitatem circunstantiæ informantis, vt dare eleemosynam ex compassione, quidam habent bonitatem finis, & veræ formæ, vt dare eleemosinam propter Deum ex charitate. Hæc Richardus. Idem Petrus, adijciēs hoc vltimum. Est bonū perfectum, horumque duo media Magister comprænendit sub vna.

Bonauen. Richard⁹.

A *Aliorum ponit sententiam, qui dicunt malos dictus, nullo modo esse à Deo, nec esse bonos, siue in eo, quod sunt, siue alio modo. Dist. 37.*

Ioan. 1.

SVNT aūt, & alij plurimi lōgè aliter de peccato, & actu sentiētes, asserūt.n. voluntatē malā, & actū malū, peccata esse, & nulla rōne bona, nec ſm aliquā rōnē ex Deo auctore esse, qa sine Deo fiunt. Sine eo nāq; (vt ait euangelista) factū est nihil. i. pctm̄, ꝙ dr̄ esse nihil, nō qa nō sit actio, vel voluntas mala, q aliquid est: sed qa a verò esse separat hoīes, & ad malū trahit, & sic ad nō esse deducit. Qui.n. à summi boni participatione recedunt, qđ solū verè, ac propriè est, meritò nō esse dn̄r. Ideoq; Aug. dicit sup̱ Ioh. Pctm̄ nihil esse, nihilq; fieri cū peccāt hoīes. Hac ergo rōne astruūt pctm̄ nihil esse, qa a verò esse hoīem elongat. Voluntatēq; malā atque actionem, siue locutionē malam, peccatū esse dn̄t: quia præuaricatio, & inobedientia hæc sunt, & contra legē Dei fiunt, quæ tn̄ sunt, sed ab hoīe vel diabolo, non à Deo. Nullatenus.n. hęc à Deo esse dicunt, siue inquantum sunt, siue alio modo.

Quare peccatum dicitur esse nihil. Augu. super Iohn tractatū 1.

B *Qualiter determinent verba Aug. præmissa, quibus ait: omne quod est, inquantum est bonum est.*

Augustin.

Illa quoq; Aug. verba, q bus dicit, oē qđ est: inquātū est bonū esse, & Deū hr̄e auctorē, de naturis, siue de substantijs tm̄ accipienda forè, tradunt. Substantiæ verò noīe atq; naturæ dn̄t significari substantias ipsas, & ea, quæ naturaliter hn̄t, s. quæ cōcreata sunt eis, sicut aīa naturaliter habet intellectū, & ingenium & voluntatem, & hmōi, ꝙ ex verbis Aug. p̄missis colligit, vbi bonū hoīem appellat bonam naturam, & malū hoīem malā naturā. Secundum hanc ergo assertionē, vel acceptionē, mali actus non sunt naturæ vel substantiæ, nec etiā boni actus: ꝙ vtiq; videtur Aug. innuere in li. retractionum, distinguens inter substātias siue naturas, & bonas actiones, siue malas. Aperiens.n. quomodo intelligendū sit quiddā in li. de vera religione ab eo traditum, ait: Hoc de substātijs atque

que naturis dictū est, inde.n. disputabat, nō de bonis actionibus atq; peccatis. Aperte hic vr̄ diuidere inter naturas siue substātias, & actiones siue pctā. Ideoq; asserūt p̄fati doctores, actiones interiores, vel exteriores non esse naturas, vel substātias: quæ si malæ sunt, peccata sunt, neque à Deo sunt. Quòd verò mali actus, non sint naturæ, Augu. videtur notare in prima responsione contra Pelagianos, ita dicens: Opera diaboli, quæ vitia dicuntur, actus sunt, non res. Idem in quarta responsione: omne malū natura non est, sed actus accidēs, alicui ex defectu boni. Quamobrē, qđ natura nō est, De⁹ nō fecit: qa natura est omne, qđ fecit. Itē Omne, qđ natura bonū est, Deus ex nihilo fecit, non diabolus.

Secūdum quod act⁹ maliuo. sunt naturæ vel substantiæ. Augustin. li. 1. Retracta ca. 13. & de uera religionā, ca. 30.

C *Secundum hos, res aliquæ sunt, quæ a Deo nō sunt, quibus hoīes mali sunt.*

Ex, quo colligit, res aliquas esse, quæ a Deo nō sunt, eisque hoīes mali sunt. Quod nihilominus, & ipsi cōcedūt, innitētes verbis Aug. superiùs positis, q in Ench. determinās, illa verba p̱phetæ, Væ his, q dn̄t bonū malū: dicit de ipsis rebus, q bus hoīes mali sunt, nō de hoīb⁹ hoc esse ītelligēdū. Sūt ergo aliquę res, q bus hoīes mali sunt. Id aūt, quo hō fit deterior, a Deo nō est: qa vt ait Aug. ī li. de. lxxxiij. q. Deo, autore nō fit hō deterior. Nō est ergo De⁹ auctor rerū, q b⁹ hō deterior fit. At sunt aliquę res, vt dictū est, q b⁹ hoīes mali fiunt. Sūt ergo aliquæ res, quæ a Deo nō sunt, qa peccata ipsæ sunt. Ideoq; scriptura in pluribus contestatur locis, Deū non esse auctorē malorum. i. eorum, quæ peccata sunt.

Aug. lib. 1. hypognostic. contra Pelagiafiue circam finē. 11. 1. Idem li. 4. ad 4. arti. Ibidem in principio libri. 4.

D *Ex parte eorum præmissæ opponitur sententiæ in illo verbo, Deus auctor malorum non est.*

August. in Enc. ca. 19 Isaia. 5.

In hoc aūt, verbo superiorū sn̄iæ rectè opponit, q dn̄t Deū nō esse auctorē eorū, q̄ mala sunt, inquantū mala sunt: sed inquātū sunt, & inquātum mala sunt, dn̄t ea, nihil esse. Quid ergo mirū, si Deus dr̄ nō esse auctor eorū inquantū, nihil sunt, cū nihilo nullus auctor existere queat? Ideoq; cū dr̄, Deus esse auctor oīm, q̄ sunt, bonorū isti subintelligi volūt. Bona aūt illa esse dn̄t, q̄ naturalr̄ sunt. Ea verò naturaliter esse dn̄t, nō solū, q̄ substātiæ sunt, vel cōcreata substātijs, qualiter supra acceperūt, sed & oīa, q̄ naturā nō priuāt bono. Et ita ſm eosdē, multiplex in scripturis fit intelligentia, vbi de natura siue de substātia, vel de his, q̄ naturalr̄ sunt, sermo occurrit, Sed super illū locū psal. Nō est substantia, ita Aug. de substantia disseruit, vt p̄missæ sn̄iæ videat cōsentire, dicens: Substātia intelligit illud, ꝙ sumus: q cq d sumus hō, pecus, terra, sol, oīa ista substātiæ sunt, eo ipso, quo sunt naturæ ipsę, substātiæ dn̄r. Nā qđ nulla est substātia, nihil oīno est: substātia ergo est aliquid esse. Deus fecit hoīem substātiā, sed p̱ iniq tatē lapsus est hō à substātia, in qua factus est: iniquitas quippe ipsa non est substantia. Non.n. iniquitas est natura, q̄ formauit Deus, sed iniquitas est peruersio, q̄ fecit homo. Naturæ oēs per ipsum factæ sunt, iniquitas p̱ ipsum facta non est, qa iniquitas nō est substantia. In illo hymno triū puerorum vniuersa creatura, laudans Deū commemoratur. Laudāt.n. oīa Deū, sed quæ fecit Deus. Laudat ibi serpens Deū, sed nō auaritia. Omnia reptibilia ibi nominata sunt, sed non aliqua vitia. Vitia.n. ex nobis, & ex nostra volūtate habemus, & vitia non sunt substantia. Intendant diligentur his verbis præmissarū assertores sn̄iarū, & percipere poterunt rationē, & cām dictorū, vbi scriptura de natura, vel substātia mētionē facit. Illarū verò sn̄iarum iudicium, prudentis lectoris (cui vtriusq; sententiæ notitiam plenariè dedimus) arbitrio relinquimus, ad ea, quæ adhuc nobis supersunt tractanda festinantes.

Aug. li. q. 83. quę. 3. alias ꝑ. ipsa. Angu. sup. Psalm. 68. Dan. 3.

E *Quod de peccato, non de pœna intelligitur, cum dicitur: Deus non est auctor mali.*

Cū igit in hoc oēs cōsentiāt catholici tractatores, s. ꝙ Deus nō est auctor malorū: cauēdū est tn̄: ne malorū noīe pœnas sicut pctā gn̄aliter includas. Pęnarū.n. Deus auctor est, sicut ipse p̱ prophetā ait. Nō est malū in ciuitate, qđ dn̄s nō fecerit. Itē alibi ex p̱sona sua ait: Ego sum Deus creans malum, & faciēs bonū. Ecce hic dr̄ creasse, & fecisse malū: sed mali noīe pęna intelligit, nō peccatū: sicut econuerso cū dr̄ Deus nō esse auctor malorū, noīe mali peccata intelliguntur. Ideoq; Augustinus, q dixerat in libro, de. lxxxiij. quæstion. quòd Deus auctor mali non sit, in primo libro retrac. qūo intelligendū sit, aperit dicens: Videndū est ne male intelligatur, quod dixi, Deus auctor mali non est, qui & oīum, quæ sunt auctor est: quia inquantū sunt, intantū bona sunt, & ne hinc putet nō ab illo esse pęnā malorū, q vtiq; malū est his, qui puniunt, sed hæc ita dixi, sicut dictum est, Deus mortē nō fecit, cum alibi scriptum sit mors, & vita a dn̄o est. Malorum ergo pęna q̄ a Deo est, malum est quidē malis, sed in bonis Dei operibus est: qm̄ iustum est vt mali puniant, & vtiq; bonum est omne, qđ iustū est. Sic ergo dr̄ Deus nō fecisse mortē, quia nō fecit illud, pro quo mors infligit. id est, peccatum. Audisti lector cām dictorū, ex qua sana intelligentia format, cū dicitur, Deus nō est, auctor mali, & Deus mortē nō fecit.

Amos 3. Isa 45. Aug. in li. q. 83. q. 21. Idem. li. 1. Retract. cap 16. Sap. 1. Ecci. 11. Quod pœna malorū Deo est.

Summa distinctionis XVII.

IN præcedenti distinctione Magister induxit opinionē,& rationes dicentium peccata,quātū ad id,quod positiuum in eis est, esse a Deo efficienter, non autem, quo ad deformitatem peccati.Hic aliam introducit opinionem cum rationibus, & auctoritatibus suis, & ad nullam earum declinat, sed tantæ difficultatis determinationem prudenti relinquit lectori. Deinde fatetur mala pœnæ esse à Deo.

QVAESTIO I.

Arguitur contra veritatem.

HIc quæritur. *Vtrum actio vitiosa inquantum actio, sit a Deo.* ¶ Vr̄, quòd non, quia actuum fornicationum,furtorum, blasphemiarum, odiorū, desperationum,Deus nequaquam est causa, nec ipse aliquē mouet, aut dirigit ad huiuscemodi actus. Secundò, liberum hominis arbitrium, est mouens, & agens sub Deo,& aliquando cōtinuatur cum eo, qui est agens vniuersale, interdum discontinuatur, & separatur ab eo.cumq; in actione sua continuatur cum primo agente, procedit ab ipso libero arbitrio actio bona:cum verò discontinuatur in actione sua ab illo, dicitur ab ipso procedere actio mala. Ex hoc ita arguitur,quòd procedit a libero arbitrio per discontinuationem suam,a primo agente, non potest dici procedere ab ipso primo agēte:sed actio mala est huiusmodi. Quicquid.n.procedit a libero arbitrio, inquantum est deficiens, procedit ab ipso per discontinuationem,& separationem a Deo.Cūque talis sit actio praua, sequitur, quòd nullatenus sit à Deo.Tertiò,qui cooperatur agenti,& prēstat ei virtutem agendi,adiuuat eum. estq; ei in facto communicans,& secum participat. Si ergo actio vitiosa est nō solum a peccatore,sed item à Deo: erit Deus peccatori cooperans,communicans, imò & prima, principalisq; causa peccati. Quartò, scriptum est in Genesi:Vidit Deus cuncta,quæ fecerat,& erant valde bona. ergo si opera vitiosa inquantum opera, sunt à Deo,sunt valde bona. (Gene.2.) Scriptum est quoque in Matthæo:Non potest arbor bona fructus malos facere, (Matth.7.) quomodo ergo Deus naturaliter,totaliter,infiniteque bonus,erit causa operum iniquorum,quę ex propria ratione sunt mala. Quinto, omne agens producit simile sibi.Deus igitur nihil producit, nisi bonum.imò cum ipse sit summa mensura, primaq; regula vniuersæ bonitatis,& æquitatis,quicquid ab ipso procedit eo ipso, quo procedit ab ipso,est bonum, & æquum.

In oppositum.

¶In oppositum est,quòd omne esse,omne agere, omne bonum,omnisq; actualitas a primo vniuersitatis principio fluxit. Ad quod sunt multæ auctoritates,& probationes, quæ partim habentur in litera. Nempè,vt in principio fertur libri de Causis,Causa prima plus influit, quàm quæcunq; causa secunda. Rursus,vnus est fons essendi, & vt dicunt nō solum philosophi,sed etiam sancti,quicquid est verum seu positiuum esse habens,est etiam vnum,& verum,ac bonum.Idem ostenditur per exempla.Legitur nanque apud Iohannem,ꝙ Caiphas a semetipso non dixit,Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, (Iohan.11.) sed a spiritu sancto,& constat, quod fuit mortale peccatum, quia hoc dixit, ad persuadendum, quòd Christū occiderent. Itē Isaias loquitur Deo: (Isai.63.) Indurasti corda nostra ne timeremus te.In prophetis etiā passim describitur, ꝙ Deus adduxit, mouit, instigauit,Chaldæos,Assyrios,Philistęos Aegyptios ad vastandum filios Israel.nihilominus illi increduli peccauerunt mortaliter filios Israel persequendo,imò & ob hoc meruerunt exterminari.

Alexand.

¶ Ad hoc Alexander rn̄det:Mala actio secundum quod actio, est à Deo:sed non vt mala, imò vt mala,est a mala voluntate creata. Cumque dico a mala voluntate,dico duo: videlicet ipsam voluntatem seu volitionem, quæ est motus potentiæ: & defectum ipsius,quæ est malitia. Voluntas ergo ratione potentiæ in primam reducitur causam,ac summam potentiam. Quòd autem dico,in ea malum,sistit in ipsa, secundum quod est deficiens, nec vltra procedit. Hoc namque non habet à Deo, sed inquantum ex nihilo, propter quod vertibilis est ad malum. Ideo quamuis voluntas sit à Deo, & malum a voluntate: non tamen malum culpæ à Deo est: quoniam malum non est a voluntate, prout ad Deum refertur, sed ad nihil. Similiter actio procedit a voluntate secundum quod est potentia à Deo descendens:sed inquantum mala, est a voluntate, vt est deficiens. Deniq; dum dico discōtinuationem à Deo, dico duo, dico.n. separationē liberi arbitrij à Deo, quantum ad effectum,vel effectum.Dico quoq; coniunctionem ipsius, quantum ad esse.Separatio ergo illa inducit deformitatem,sed coniunctio cum summo bono quantum ad esse,inducit actionem. Hinc constat, ꝙ Deus nō adiuuat,nec confortat liberum arbitrium ad male agendum,sed ad agendum. Dat enim potentiam ad actionem,inquantum est actio, non autem dat potentiam voluntati,aut libero arbitrio,ad defectum seu malum: quoniam hoc non est posse,sed non posse. Ex his patet ad obiecta solutio.Nam cuncta,quæ fecit Deus,id est, omnia simul accepta,sunt valde bona, inquantum ab ipso sunt, (Gene.1. Soluuntur argumenta.) quæ tamen ex se,& inquantum ex nihilo prodierūt, defectuositatem, & pronitatem ad malum habent admixtas. Mala etiam actio inquantum actio, non est fructus malus.Conformiter, quod in verbis Caiphæ fuit de veritate,& reali prolatione, fuit à Deo. Frequenter etiam Deo attribuuntur aliqua permissiuè,& ipse Deus inspirauit præfatis incredulis voluntatem impugnandi inobedientes incredulos,inquantum id meruerunt,& iustissimum fuit,vt vastarentur, non autem inspirauit ipsis, vt facerent hoc praua intentione,& ex vitiosa radice,puta ex odio, ambitione, cupiditate, crudelitate sicut egerunt hoc. Hæc Alexander.

Antisiod.

¶ Concordat Antisiodorensis.Hic est, dicens,triplex opinio. Vna, ꝙ omnis actio mala est solum ab homine, vel diabolo. Alij dicunt,quòd omnis actio mala, est a Deo, qm̄ solus Deus largitur potentiam exercendi illam. Tertij dicunt,quòd actio mala, inquantū actio,est à Deo:ꝙ verum esse, probatur per illud Isaiæ, (Isaiæ.10.) Nunquid gloriabitur securis cōtra eum, qui secat in ea? id est, Nunquid tu Sennacherib debes in te,& de tua potentia gloriari, quasi propria virtute sis sortitus victoriam cōtra eos, quos per te tanq̃ per flagellum meæ iustitiæ castigaui? Hæc Antisiodorensis,in Summa sua, libro secundo, vbi disputationem istam,prolixè,subtiliterq; prosequitur, & inter cætera quærit, (Quæstio.) Quid faciat actionem malā esse, an scilicet sola prohibitio.Vr̄ quòd sic, quoniā actio bona est in se,cum sit a Deo, ergo sola prohibitio facit eam malam. Rn̄det,quamuis nulla facta esset prohibitio,adhuc esset aliqua actio mala:quia vt Augustinus testatur, (Aug.) Anima posita est inter Deum, & creaturas, vnde si per amorem cōiungat se Deo, tanquam suo superiori,illum inatur, cunctisque bonis perficitur: Si verò per amorem coniungat se inferioribus ad fruendum,obtenebratur, & omnibus bonis Dei minuitur,atque abutitur. Hinc quamuis nulla prohibitio, esset facta: attamen frui creatura esset homini malum,quia voluntarium, ideoque peccatum.

Sed ad vitandum tale malum, data est rationi cognitio talis mali à Deo, qui scripsit legem naturæ in ratione,per quam caueat tale malū. Hinc fornicari, adulterari, & consimilia sunt prohibita, (Dionys.) quia mala,non econtrario.Hæc Antisiodorensis.

Ambros.

¶ Quibus obijci potest illud Apostoli, Vbi nō est lex,nec pręuaricatio.Vnde secundum Ambrosium, Peccatum est præuaricatio legis diuinæ, & cęlestiū inobedientia mandatorum. Ex quibus videtur, quòd nisi hominibus Deus dedisset præcepta bene agendi,prohibitiones quoque male agendi, non reputarentur ei in culpam.

¶ Veruntamen iuxta præhabita, Deus est institutor omnis iustitiæ: & quod ipse censet iniquum verè iniquum est.

Bonauen.

¶ Atuero Bonauentura. Circa hanc,inquit,quæstionem fuerunt opiniones diuersæ, adeo magnorum virorum,tamque rationabiles, vt nec Magister ausus fuerit diffinire, quæ earum sit rationabilior. Attamen,quia per multam discussionem dubitabilia ducuntur ad manifestationem, modo communiter tenetur, quòd opinio illa sit verior, quæ dicit, quòd omnis actio siue substrata peccato, siue non, sit à Deo.Sic quippe opportet fateri,si consideretur essentia diuinæ potentiæ, & indigentia creaturæ. Cum enim Deus sit primordialissima causa,ideo est influentiæ maximæ in causas secundas, vt nec modicum quid quātumlibet paruum, dummodo sit ens, procedat à causa secunda nisi cooperante omnipotentia causæ primæ. Omnis quoque potentia creata,quantum est de se,defectiua est,non purè actiua, idcirco in omnibus adiuuari indiget potentia illa, quæ est purus actus. Hæc Bonauentura.

Quæstio.

¶ Qui rursus interrogat,Vtrum fortuita & casualia secundum quod talia, sint à Deo. Respondet, Quamuis fortuita sint à Deo, quantum ad id,quod sunt:non tamen inquantum fortuita: quia fortuitū, & casualia aliquid ponunt, puta effectum ex concursu causarum ob aliud attētatarum. Aliquid quoque priuant, dicunt enim defectum intentionis, & præcognitionis, quod non conuenit Deo. Cumque tam casuale, quàm fortuitum,vt sic, est nomen impositum a priuatione intentionis, ideo secundum quod priuatio intētionis dupliciter potest intelligi,secundum hoc casuale & fortuitū dupliciter capiuntur.Vno.n.modo, pōt intelligi priuatio intētionis vniuersaliter respectu cuiuscunq; agentis, siue particularis,siue vniuersalis, siue operantis, siue cooperantis,siue exequentis siue gubernantis: sicq; nihil est casuale,imò fortuna, & casus sic nihil sunt. Et tamen sic quidam philosophi posuerunt casum, (August.) quod reprobat Augustinus libro 83. quæstionum, per hoc quòd prouidentia totus mūdus administratur, ita quòd nihil fit, quod non pertineat ad opus prouidentiæ Dei.Secundò intelligi pōt priuatio intentionis,respectū particularis agētis, videlicet particularis naturæ, & intellectus creati, sicq; casuale est aliquid. (Boethius.) Et Boethius casum diffinit, ostendens qualiter, quis casualiter operetur.Hæc idem.

Quæstio.

¶ Qui denuo sciscitatur,Vtrum enunciatio falsa, secundū quod falsa, sit a Deo. Quo circa declarat, ꝙ sicut actio vitiosa secundū quod actio, est à Deo, nō vt vitiosa,ita enūtiatio falsa,vt enūciatio, a Deo est,nō vt falsa.De hac verò materia qualiter fortuita,& casualia cadant sub prouidentia Dei, & qualiter per respectum ad Deum nihil sit casuale,plenissimè scribit Gulielmus prima parte libri de Vniuerso, quòd ad primum pertinet librum Sētentiarum.

¶Insuper Thomas:Opinio,inquit,dicentiū,quòd actio mala secundum quod actio,nō est à Deo,modo a paucis, aut nullis tenetur. Est.n.propinquissima duplici errori.Nam primo vr̄ ex ea sequi, quòd sint plura prima principia,cū hoc sit de ratione primi principij,vt agere valeat sine auxilio, & influentia prioris agentis. Ideo si voluntas humana actionem aliq̃ posset producere, cuius Deus auctor non esset,voluntas humana rationē haberet primi principij:quamuis conentur hoc soluere, dicentes quia non habet esse ex se, idcirco non conuenit ei primi principij ratio. Sed & hoc inconueniens esse vr̄, vt quòd ex se non habet esse,ex se agere queat, cū nec durare possit ex se. Deniq; cū virtus sit ab essentia, & operatio ex virtute, id cuius essentia est ab alio, virtutem, & operationem ab alio, habere oportet. Quamuis etiam per illam responsionem euitaretur, quòd non esset primum simpliciter: non tn̄ quin esset primum agens, si eius actio non reduceretur in aliquod prius agens sicut in causam, sequeretur ꝙ Deus nō esset vniuersalis causa totius realis,& positiuæ entitatis.Idcirco dicendum,quòd actus malus inquantum actus,est a Deo,nō aūt secundum quod deformitatem habet.quod qualiter sit,sic pōt considerari.In omnibus,in quibus, incidit defectus ex cā secunda,& nō ex cā prima, oportet quòd quicquid essentiæ,& bonitatis est in effectu deficiente,totum a cā prima procedat:quod verò est defectionis, reducatur in causam secundam deficientem, vt patet in claudicatione,quæ est a virtute gressiua,mediante tibia curua, per cuius curuitatem obliquitas in claudicātis gressu relinquitur,vnde quicquid est ibi de gressu,totum est a virtute gressiua: defectus autem seu obliquitas gressus,nō est a virtute gressiua, sed ex tibia tm̄.Consimiliter verò est ordo Dei ad voluntatem creatam sicut causæ primæ ad cām secundam. Cumq; in Deo nullus defectus sit, & voluntas creata defectibilis extet, ideo quicquid de rōne entis,& actus est in actu deficiente,vcʒ in peccato,totum a primò agente seu Deo procedit, sed defectus actionis est a volūtate creata, ꝙ nō procedit a Deo.

Hinc quicquid deformitatem simul cum actu significat,siue in generali,siue in speciali, non pōt simpliciter dici a Deo esse. Ideo dici non potest, quòd homicidium,furtum,seu peccatum,sit a Deo,nisi cū ista, aut simili additione, inquantum est actus, vel inquantum est ens. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Porrò in prima secundæ, quæstione 76. eadem scribit,& addit: Homo dupliciter est causa peccati proprij,seu alieni.Vno modo directè, vtpotè voluntatem suam,vel alteriùs inclinando ad peccandum. Alio modo indirectè, non retrahendo alios a peccato dum potest, & debet. Vnde per Iezechielem ait dominus speculatori:Si non dixeris impio, morte morieris,sanguinem eius de manu tua requiram. Deus autem non est directè causa peccati, cum omne peccatum sit per recessum ab ordine qui est Deū, sicut in finem, Deus verò omnia inclinat, & conuertit in seipsum sicut in vltimum finem, vt sanctus Dionysius secundo capitulo de diuinis nominibus protestatur. Similiter nec indirectè est alijs causa peccandi. Contingit quippè, quòd aliquibus non præbet auxilium ad vitandum peccata, quòd si præberet, non peccarent. Verum hoc facit secundum ordinem sapientiæ atque iustitiæ suæ, idcirco ei non imputatur,quòd tales peccant, quem admodum gubernator non dicitur causa submersionis nauis ex hoc,quòd nauem non regit, nisi dum subtrahit gubernationem potens, & diebus gubernare. Hæc Thomas in Summa.

¶ Consonat Petrus, addiq; Quidam considerantes actionem malam secundum esse morale, dicunt quòd non est à Deo, quia deordinat à fine vltimo. Vnde vt dicunt, non est à primo principio, nec secundum, quòd actio, nec secũdum, quòd mala. Alij melius considerantes actionem malam secundum absolutum esse naturæ, dicunt quòd est à Deo, vt a primo principio, & tendit in ipsum, vt in finem naturalem, non moralem: non tñ est a Deo, in quantũ mala, quia sic finem ac principium priuat. Hinc Augustinus disseruit, quòd Dei voluntas, est prima causa omnium specierum atq; formarum, actionũ atq; motionum. Præterea quęcunq; habent idem genus, hñt eadem principia generis sui: sed actus fornicationis, & actus matrimonij hñt idem genus naturæ, & vterq; est actus partis vegetatiuę. cũ ergo actus matrimonij sit à Deo, similiter & actꝰ fornicationis.

Augustin.

¶ Item a primo motore dependet omnis motus: quoniam eo cessante à mouendo, cessat omnis motor, cumque actio praua sit motus, dependet à primo motore, estq; à Deo.

¶ Amplius, Si deus nõ est causa omnis malæ actionis, ergo nec passionis, seu effectus, ergo non est causa prolis, quæ generatur ex fornicatione, nec redemptionis, quæ consecuta est ex Christi passione.

¶ Postremo actio mala, est a libero arbitrio, aut ergo secundum quod illud est ex nihilo, aut secundum qd̃ est a Deo. Si secũdum qd̃ est ex nihilo, ergo & ipsa est nihil. Si secundum qd̃ est a Deo, ergo & ipsa ex Deo est. Hæc Petrus. Concordant Albertus. Vlric Rich. cæteriq; cõiter, nec vllum modo doctorẽ inuenio, qui sequatur opinionem dicentium, quòd actio mala etiã inquantũ actio, nõ sit a Deo. Veruntamen Sanctus Fulgentinus ait, & habetur in glossa ad Romanos super illud. Tradidit illos deus in passiones ignominiæ: Deus inclinat voluntatem creatũ in omne, quod voluerit, siue bonum siue malum. Ad quod rñdet Albertus, quòd non eodem modo deus hoc facit, quia directè, atq; causaliter inclinat ad bonum, permissiuè verò seu gratiam non præstando vel retrahendo, inclinat ad malum.

Dio. Car. Fulgẽtius episcopus Roman. 1.

Albertus.

¶ Porrò Durandus scribit aliquid speciale, Deus, inquiens, est causa vniuersalis & prima actionis peccati: non tñ est causa immediata, & proxima eius. Nempè à quo est essentia rei, ab eo est virtus, & operatio eius saltem mediatè, sed omnis essentia est a Deo, ergo & actio peccati Quòd aũt deus nõ sit immediata & proxima causa actionis peccati, probatur. Nam impossibile est eandem nnmero actionem esse a duobus aut pluribus, ita quòd a quolibet sit immediatè, atq; perfectè, nisi in illis sit eadem numero virtus: in Deo autem, & creaturis nequit esse eadem numero virtus: actio verò creaturæ immediatè, & perfectè est a creatura, cum non excedat virtutem propriæ speciei, ergo eadem actio, nõ est immediatè a Deo. Contingit quippe, quòd eadem actio numero sit a duobus, & a quolibet perfectè, sed ab vno immediatè, ab alio mediatè: quia eandem actionem, quam facit causa propinqua perfectè & immediatè, facit causa vniuersalis remota perfectè inquãtum causæ proximæ dat virtutem & conseruat eandem, & hoc est mediatè duntaxat, Secundò contingit eandem numero actionem esse a pluribus immediatè, sed a nullo perfectè, vt patet in trahentibus nauem. Veruntamen Deo imputari non valet hominis culpa. Actio namq; imputari non debet agenti, nisi secundum quod ab ipso procedit. Actiones verò liberi arbitrij nõ procedunt a Deo, nisi secũdum indifferentiã boni, ac mali: qm̃ deus nõ causa actionum liberi arbitrij, nisi quia ab ipso est liberum arbitrium, & conseruatur, & per hoc est indifferens ad eliciendum bonum, & malũ. Hæc Duran. In quibus primò videtur erroneum, quòd ait deum esse causam vniuersalem, & primã actionis peccati, quia sicut ex verbis Thomæ iam patuit, quicquid de formitatem simul cum actu significat, non potest simpliciter dici esse a Deo, nisi cum ista additione, inquãtum est ens, aut actus. Sed actio peccati includit deformitatẽ simul cum actu. Secundò, quo dicit. Impossibile est eãdem numero actionẽ esse a duobus, aut pluribus, ita quòd a quolibet sit immediatè, & perfectè, nisi in ambobus sit eadem numero virtus. Istud n. vr̃ pati instantiam, cum duo illa agentia, nõ sunt causa in eodem modo seu genere productionis. Tertiò, quòd ait actionem creaturę, non esse immediatè a Deo. Vt enim in cõmeniario primæ propositionis libri de Causis asseritur, Causa vniuersalis prima agit in causarum causæ secundæ, antequã agat in illud causa secunda, & ita per priùs attingit, & influit. Quartò, quòd ait deum, non esse causam actionem liberi arbitrij, nisi quia ab ipso est, & conseruatur liberũ arbitriũ. Nã & deus influit, & imprimit in liberum arbitriũ, mouens, & exercitans illud ad operandum, præsertim in meritorijs actibus. Denique de his super primum dictũ est pleniùs, hæcq; breuiter tango, vt veritas perscrutatiùs inquiratur.

Durandꝰ.

¶ Præterea Scotus hic scisciatur, An voluntas creata sit totalis & immediata cã respectu sui velle, ita ꝙ deus respectu huius nõ habeat aliquã efficientiã immediatã, sed tm̃ modo mediatã. Quo circa cõscribit: Ad istam, inquiens, quæstionem posset dici, quòd imò. Primò, qm̃ aliter voluntas non esset libera, nec aliter posset causare aliquid contingenter, nec aliter posset peccare, nec liberam aliquam actionẽ haberet. Ista prolixè prosequitur, quod omitto, quia persuasiones modici, aut nullius extãt vigoris. Idẽ allegat illud Ecclesiastici. Deus ab initio constituit hoiem, & reliquit eũ in manu cõsilij sui, adiecit ei mandata, & præcepta: si volueris mandata seruare, cõseruabunt te, apposuit ante te aquã, & ignẽ, & ad quod volueris porrige manum tuã. Ante hominem bonum & malũ; vita & mors, quòd placuerit ei dabitur illi. Augustinus quoq; fatetur: sic deus res, quas cõdidit administrat, vt eas agere proprios motus sinat. Item Anselmus de Concordia: Deus oẽs efficit actiones, omneq; motus, qm̃ fecit res a quibus & in quibus, & ex quibus fiunt, & nulla res habet vllam potestatem volendi, aut faciendi, nisi ipso dãte.

Scotus. Quæstio.

Augustin.

Anselmus

Vnde & Commentator nono Metaphysicę loquitur. Moderni ponunt vnũ agens, oĩa agens sine medio, & cõtingit illis, vt nullũ ens habeat naturaliter propriã actionem. Et cum entia nõ habuerunt propriã actiones, nõ habebunt essentias proprias: actiones nanq; nõ distinguuntur nisi ꝑ diuersas essentias. Hæcq; opinio à natura hominis est valde extranea. Hæc Scotus. Qui cõsequenter aliã tangit opinionẽ, dicendo: Sed si hæc via esset vera, posset secundum eam faciliter assignari, qũo deus non sit causa peccati. Loquendo. n. siue de materiali, siue de formali in peccato, totum esset a volũtate creata, sicut cautotali, & ideo nullo modo a Deo nisi mediatè, quia deus voluntatem produxit talẽ, quæ posset sic & sic velle. Verum contra hanc viam obijcitur, quia secũdũ eam saluari non posset, Deum esse causam meriti hominum, cum meritum sit tã liberũ sicut peccatũ. Similiter nõ saluaret ordinem essentialem causarũ, secundum quem iuxta primam propositionẽ libri de Causis. Omnis causa primaria plus influit, quàm quæcunque causa secunda. Deinde Scotus tangit, qualiter ista possent solui. Ad primũ, inquiens, dici potest, quòd Deus aliquo modo est causa meriti, quomodo nõ est causa peccati: quoniã immediatè causat in anima gratiam, seu charitatem, quæ per modũ naturę inclinat ad merendũ. Et quandocunq; forma ꝑ modũ naturæ actiua est ab aliquo agente, tunc actio formæ est ab eo.

Scotus.

¶ Sed contra istam Scoti solutionem instatur, qm̃ Deus non solum est causa meritorum nostrorum ꝑ hoc, quòd habitualem charitatem, & gratiã creat in anima, imò etiam per hoc, quòd actionem meritoriam ꝑducendã immediatè, causaliterq; concurrit. Atq; vt sancti, & catholici tradunt doctores, ad oẽm meritorium actũ exigitur, ac necessaria est actualis motio spiritussancti, qui est immediata causa in suo modo, ac genere producendę vniuersæ meritoriæ actionis. Ad quod insinuandum scripsit Apostolus. Fidutiã talẽ habemus ad Deũ, nõ quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. Itemq; Deus est, q̃ operaẽ in nobis velle, & ꝑficere. Isaias quoq; Omnia, inquit, opera nr̃a operatus es in nobis. Hinc Thomas in Summa contra Gentiles subtiliter, & efficaciter disputat contra talẽ errorẽ, asserens hunc fuisse errorẽ Origenis in Periarchon, quòd Deus ꝑ tanto dicatur causa actuũ, operumq: nostrorũ, quia est causa virium, & virtutũ, ex quibus procedunt. Alias Scoti solutiones dimitto, quia patent calnmniæ. Ipse tñ satis moderatè, ac sobriè videtur hic loqui, imò adhuc fortiter contra primã arguit opinionem. Ex ipsa, inquiens, sequitur, quòd Deus nõ sit naturaliter præscius futurorũ. Secundò, quòd nõ sit omnipotens. Deus em̃ nõ habet scientiã de futuris contingentibus, nisi quia certitudinaliter nouit determinationem voluntatis suæ, respectu eorũ, ad q̃ voluntas sua immutabilis, impassibilisq; consistit. Si autem voluntas creata est totalis causa respectu sui velle, & ipsa contingenter se habet ad suum velle, ergo quantumcunque voluntas diuina ponatur determinata ad vnam partem eorum, quæ dependent à voluntate creata, poterit voluntas creata aliter velle, & ita non sequitur certitudo ex cognitione determinationis voluntatis diuinæ. Istã disputationem prosequiẽr, quam dimitto, quia nec istæ rationes demonstratiuæ concludunt, nec facilè innotescit, cui opinioni plùs faueat. Sed subiungit. Propter istas rationes de omnipotentia, & omni scientia Dei non tenendo viã istam, restat inquirere qualiter peccatũ sit à voluntate creata, & nõ à Deo. Etenim in pctõ concurrunt actus positiuus tanquã materiale, atq; priuatio iustitiæ debitæ vt formale, & respectu huius priuationis nulla est cã efficiens, sed solũ deficiens. Voluntas namque, q̃ debitrix est dandi rectitudinẽ actui suo, & non dat, deficiendo peccat. Istud autẽ deficere, seu non dare rectitudinẽ debitam actui suo, est à causa, quæ liberè posset hoc tempore suo, & hoc est peccare formaliter. Hæc Scotus, qui de his prolixè disceptat.

Dio. Car.

2 Cori 3. Phil. 2. Psal. 26.

Aquinas. Origenis error.

¶ Postremò Henricus. Quodlibero 14. q̃stione quarit. Vtrum agens secundum agens in virtute primi agentis habeat in se virtutem illius mansiuam. Hic, inquit, oportet primò videre, quid sit virtus primi agentis, existens in agente. Secundò, qnid inquã sit in se, & in effectu, quẽ agit agens secundum ꝑ illam. Dicuntq; aliqui, quod sit forma agentis secundi, qua subsistit, & ꝑ quã operaẽ opus debitũ ꝓpriæ formæ, cuiusmodi est forma ignis, inquantũ ignis, q̃ vocaẽ igneitas, qua ignis generat ignem, & forma calidi, inquantum est calidum, quæ vocatur caliditas, qua calidum producit calidum. Et dicitur virtus primi agentis esse in agente secundo, quia à primo habet esse in secundo. Attamen hoc non potest generaliter esse verum in causis ordinatis, quarum vna est prima, & altera secunda. Non enim semper in illis secunda causa habet esse, & virtutem à causa priori, seu prima in ordine suo, sed solum verũ est hoc de causa simpliciter prima, & de quacunq; cã secunda nisi secundum errorem quorundam philosophorũ, præcipuè Auicennæ, q̃ posuit cœlũ ab intelligentia esse creatũ, & elementa à cœlo. Vnde si à tali causa prima aliqua vis esset in causa secunda, necessariò est aliquid ꝑter ea, q̃ sunt de natura agentis secundi, & præter quod est ipsum agens secundũ: quamuis forte à causa prima, quæ Deus est, non sit aliquid in causa secunda, quo agit suam ꝓpriam operationẽ, præterquã id, quod est ipse, vel ipsa causa secunda. Propter, quod aliqui dicnnt, quòd in singulis alijs causis à Deo non est nisi id, quod naturaliter inditũ est ipsis à Deo, quo quælibet earum agit propriam operationem, vt quòd ignis sola forma igneitatis generat ignem, ita quòd Deus nil aliud influat igni, vt generet ignẽ, neq; calori, vt gignat calorem, ꝑter hoc, quod causat in isto formam igneitatis, atque caloris, ita quod quicquid agit in eo, quod fit, & procedit ab agente creato mediatè, seu immediatè, hoc agit virtutæ naturæ suæ substantialiter ꝓsentis, non per aliud à Deo influxum ipsi agenti secundo. Insuper quidã affirmant, ꝙ Deus non aliter operaẽ opera ignis, q̃ agit vi igneitatis, aut caloris, quãm inquantum operatus est ista in igne, ita quod nõ sit ponendum, quod immediatè operatur in opere quolibet creaturæ, ꝑter hoc, quòd mediatè operaẽ inquantum id, quo illa operetur, habet esse ab ipso. Quomodo aũt, & qualiter necessariũ sit ponere, ꝙ aliter, quam modo tactum est, Deus mediatè, vel immediatè cooperet in omni opere eius, nõ video, nec tñ dico contrarium. Forsitan enim illud diuinæ congruit maiestati, ideoq; ponendum est. Quoniã quicquid maiestati eius congruit, hoc necessariò congruit ei, quia in ipso nihil est contingenter. Nã & causæ secundariæ in elementis, & elementaribus supra formã eis à Deo naturaliter inditã, indigent virtute influxa à cœlo, dicente Philosopho: Homo generat hominem, & sol. Hanc disputationem Henricus diffusè prosequitur: non tñ descendit ad hoc, an praua actio sit à Deo, sed circa istud versaẽ ꝑcipuè, an in omni operatione causæ secundę Deus immediatè cooperetur, & aliquid influat speciale, sicut immediatè vnamquamq; rẽ conseruat in esse. De qua re nil audeo determinare. Quid aũt videaẽ super hoc sentiendum, supra primum expressi.

Auicenna.

Philoso.

Henricus Quæstio.

¶ Præterea quidam circa hanc distinctionẽ varias inserunt q̃stiones, videlicet. An peccatũ sit aliquid, An sit natura, aut substantia, & consimilia q̃dam, cũ tñ hæc supra frequenter sint expedita: ꝑsertim circa secundi huius exordium. Si aũt peccatum secundũ suum materiale dicaẽ substantia, hoc est sumendo substantiam multum extensè ꝑ quacunq; positiua essentia, prout dici solet, quòd hoc, aut illud est bonum secundnm substantiam actus, & ꝓt nomen dicitur significare substantiam.

QVAESTIO II.

QVæritur quoq; hic. *Vtrum malum principalius dicatur de culpa, an de pœna.* ¶ Ad quod quamuis ex ꝑinducta patet responsio, aduertenda est tñ Richardi solutio, asserentis. Optimũ hominis bonum

Richard. Culpa est maximum hominis malum.

bonum pſertim ꝓſiſtit in actu perfecto intellectus, & voluntatis, quia in hoc ꝓſiſtit hominis beatitudo: ergo maximum hominis malum ꝓſiſtit in defectiuo intellectus, voluntatisq; actu, qui defectus eſt culpa, ſicq; culpa eſt maximum hominis malum.

Culpa eſt maximum homiuis malum.

¶Præterea pena ſub ratione, qua pena, eſt à Deo, nõ autem culpa: ergo in pœna eſt aliqua participatio bonitatis, cũ in effectu ſit aliqua ſuæ cauſæ ſimilitudo. Iuxta illud Sancti Dioniſij capitulo ſecundo de diuinis nominib. Cauſata habent cauſaliũ receptas imagines, in culpa autẽ loquendo formaliter, vt eſt culpa, nulla eſt participatio bonitatis. Rurſus, malũ pœnæ directè opponitur bono creaturę, inquantum per ipſum creatura aliquo bono temporali priuat, quemadmodum p deſtructionem oculorũ priuat viſu, vel inquantum in creatura eſt, q̃dam carentia boni ꝓpetui, vt carentia beatificæ viſionis, ſed malũ culpæ ꝓriatur directè diuino honori, quo Deus eſt honorandus ſecundum ſe, ac diuino amori, quo ſm ſe Deus amandus eſt. Amplius, bonum creaturæ maximè ꝓſiſtit in recto ordine eius ad vltimũ finẽ, cui ordini maximè ꝓriatur peccatũ, quod eſt ipſa à ſummo bono auerſio, p pœnã aũt quandoq; homo refertur, reparatur, & ordinat̃ ad Deum. Nam qui p culpã auerſus eſt, p pœnã reducitur, & reconciliat̃. Tanta demum eſt grauitas mali culpæ, vt dicat Anſelmus primo libro. Cur Deus homo. Pro ꝓſeruanda tota creatura nihil facere deberemus ꝑ Dei voluntatẽ, ẽt ſi eſſent plures mundi creaturis repleti, ſicut eſt iſte, ẽt ſi infinito numero multiplicarent̃, id ẽ reſponderẽ. Hæc Richardus. Deniq; planum eſt iſtud, qnia p malum culpæ efficimur Deo odibiles, rebelles, & hoſtes, fœdè diſsimiles, maximè viles, at ipſa culpa eſt mors peſsima.

Dionyſius Areopa.

Anſelmus

Diſtin. 38. De voluntate, & eius fine, ex quo, & ipſa iudicatur.

A POST p̃dicta de voluntate eiuſq; fine diſſerendũ eſt. Sciendũ ergo eſt, quòd ex fine ſuo (vt ait Aug.) voluntas cognoſcit̃, vtrum recta, an praua ſit. Finis aũt bonæ voluntatis, beatitudo eſt vita æterna, ipſe Deus. Malæ verò finis, eſt aliud. ſ. mala delectatio, vel aliquid aliud, in quo non debet voluntas q̃eſcere. Finẽ bonũ inſinuat ꝓphæta, dicens: Omnis ꝓſumationis vidi finẽ &c. Charitas ergo cuius latum mandatũ eſt, finis omnis ꝓſumationis eſt. i. omnis bonæ voluntatis, & actionis, ad quã oẽ p̃ceptum referendum eſt. Vnde Aug. in Ench. Omnia p̃cepta diuina referunt̃ ad charitatem, de qua dicit Apoſt. Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & ꝓſcientia bona, & fide non ficta. Omnis itaq; p̃cepti finis, charitas eſt. i. ad charitatẽ referẽ oẽ p̃ceptum. Quod verò ita ſit, vel timore pœnę, vel aliqua intentione carnali, vt nõ referat̃ ad charitatẽ, q̃ eſt dilectio Dei, & ꝓximi, nondũ fit quemadmodũ oportet fieri, quamuis fieri videat̃. Tunc enim rectè fiunt, q̃ mandat Deus, & q̃ ꝓſilio monet, cum referunt̃ ad dilectionem Dei, & ꝓximi. His verbis apertè inſinuatur, quis ſit rectus finis voluntatis, ſiue actionis bonæ. ſ. charitas, q̃ & Deus eſt, vt ſupra oſtendimus.

Quid ſit finis bon.

Finis mal.

Pſal. 118.

Auguſt. in Enc. c. 121.

1. Thim. 5.

B *Quòd Deus eſt finis omnis bonæ actionis, quia charitas eſt: nec tantum Spiritusſanctus, ſed ẽt Chriſtus, & Pater, nec hi ſunt tres fines, ſed vnus.*

1. Ioh. 1.

Qui ergo charitatẽ ſibi ponit finẽ, Deum ſibi ponit finẽ, vñ & Chriſtum finẽ legis ad iuſtitiã dicit Apoſtolus eſſe oĩ credenti. Et rectè dr̃ Chriſtus finis legis ad iuſtitiã, q̃a vt ait Auguſtinus in libro ſententiarum. Proſperi, in Chriſto lex iuſtitię non ꝓſumitur, ſed impleẽ. Omnis. n. pfectio ex ipſo, & in ipſo eſt, & vltra quẽ non eſt, quo ſpes ſe extendat. Finis fideliũ Chriſtus eſt, ad quẽ cũ puenerit currentis intentio, non habet, quo amplius poſſit venire, ſed habet id, in quo debeat permanere. Finis ergo rectus, atque ſupremus, Deus pr̃ eſt, & filius, & Spiritusſanctus: nec hi tres, ſunt tres, ſed vnus finis, q̃a nõ tres Dij, ſed vnus Deus.

Roma. 10.

Auguſt.

C *Quòd omnes bonæ voluntates vnum habent finem: & tamen quædam bonæ diuerſos fines fortiuntur.*

Sed quæritur, vtrum omnes bonæ voluntates vnum tm̃ habeant finem. De hoc Aug. in 11. lib. de tri. ita ait: Aliæ, atque aliæ voluntates ſuos proprios fines habent: qui tamen referuntur ad finem illius voluntatis, qua volumus beatè viuere, & ad eam peruenire vitam, quæ non referatur ad aliud, ſed amanti per ſe ipſam ſufficiat: quemadmodum voluntas videndi finem, habet viſionem, & voluntas videndi feneſtram finem habet feneſtræ viſionem. Altera verò eſt voluntas per feneſtrã videndi tranſeuntes, cuius item finis eſt viſio tranſeuntium. Ad quod etiam prædictæ referuntur voluntates. Item rectæ ſunt voluntates, & omnes ſibimet religatæ, ſi bona eſt illa, ad quam cunctæ referuntur: ſi autem praua eſt, prauæ ſunt omnes, & ideo rectarum voluntatum connexio, iter quoddam eſt aſcendentium ad beatitudinem, quod certis velut paſſibus agit̃. Prauarũ autem, & diſtortarum voluntatum implicatio, vinculum eſt, quo allegabitur, qui hic agit, vt ꝓijciatur in tenebras exteriores. His auctoritatũ teſtimonijs euidenter monſtrat̃, plures infidelibus rectas eſſe voluntates proprias, ac diuerſos fines habentes, & tamen vnum, eundemque, quia omnes referuntur ad vnum, qui eſt finis finium, de quo paulo ante diximus: ita econuerſo forte eſt, & in malis.

Aug. li. 11. de Trini. cap. 6.

Aug ibid.

Quædam

D *Quædam huic ſententiæ videntur aduerſari.*

Veruntã huic ſententiæ, qua dictũ eſt, fideliũ quaſdã rectas voluntates diuerſos fines ſortiri, & tã ad vnum referri, vr̃ obuiare, quod alibi Aug. admonet, ne. ſ. nobis duos fines ꝓſtituamus, ita inquiens ĩ lib. de ſer. dñi ĩ monte: Nõ debemus iõ euangelizare, vt manducemus, ſed iõ manducare, vt euangelizemus, vt cib⁹ non ſit bonum, quod appetit̃, ſed neceſſariũ, quod adijcit̃, vt illud impleat̃: Quærite primũ regnũ Dei, & hæc oĩa adijcient̃ vobis. Nõ dixit, primũ q̃rite regnum Dei, & deinde q̃rite iſta, q̃uis ſint neceſſaria, ſed ait, hæc oĩa adijcient̃ vobis, id eſt, hæc ꝓſequent̃ ſi illa q̃ratis, ne cum iſta q̃ritis, illinc auertamini, aut ne duos fines ꝓſtituaris, vt & regnum ꝓꝓ ſe appetatis, & iſta neceſſaria ꝓꝓ illud: ergo ꝓꝓ regnum Dei tm̃ debemus operari oĩa, nec ſolum, vel cum regno Dei mercedẽ corporalem meditari. ¶Ecce hic apertè dicit, ne duos fines nobis ꝓſtituamus, ſed vnum tm̃, id eſt, regnum Dei: cũ ſupra dixerit, bonas voluntates alias, & alias, ꝓprios hr̃e fines.

Aug. lib. 2. ſermo dñi in monte.

Mat 6.

E *Hic oſtendtur quomodo licet videatur, non repugnent prædicta.*

Hæc aũt ſibi non repugnare animaduertit, q̃ verbis p̃miſſis ſimplici oculo diligenter intendit, q̃. n. dixit, ne duos fines nobis ꝓſtituamus, ſed oĩa ꝓꝓ regnum Dei faciamus, ipſe p̃miſit, quod debemus manducare, vt euangelizemus. Cũ aũt hoc ita facimus, actionis illius finẽ euangeliũ ꝓſtituimus, ſed & hunc finẽ ad regnũ Dei referimus. Manducamus enim ꝓꝓ euangelium, & manducamus, & euangelizamus ꝓꝓ regnum Dei. Duos igitur fines nobis in manducando ꝓſtituimus. Sed iſta facientes, nunquid peccamus? abſit: Nã & ipſe ſic facere ſuadet, ſi diligenter eius verba inſpiciamus. Cum ergo ait, ne duos fines nobis ꝓſtituamus, fines in diuerſa tendentes intelligi voluit. ſ. quorũ alter ad alterũ non referatur, ita & cum dicit ꝓꝓ regnũ Dei: tm̃ oĩa agenda, nec cũ ipſo mercedẽ temporalẽ meditandã, ita intelligendũ eſt, vt nõ apetendo meditemur cũ regno mercedẽ temporalem, ita ꝙ nõ ꝓꝓ regnũ, ſed ꝓpter ſe, vt ſ. regnũ ꝓꝓ ſe appetamus, & iſta ꝓꝓ illud, ſicut ipſe docet. Si. n. petimus vitã æternã, petimusq; ẽt temporalia à Deo: ſi ea petimus ꝓpter vitã æternã, nõ offendimus, neq; ſiniſtra tunc ſcit, q̃d faciat dextera, q̃a mercedẽ temporalem nõ ꝓpter ſe meditamur, ſed ꝓpter regnũ Dei: vt ſit læua ſub capite, & dextera in amplexu. Alioquin ſi hæc temporalia ꝓꝓ ſe q̃rimus ſicut æterna, miſcet̃ dextera ſiniſtra. Ideoq; cum dominus dixerit: Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis, alibi ait: Sic luceant opera veſtra bona coram hominibus, vt glorificent patrem veſtrum, qui cœlis eſt. Propter Deum ergo omnia facienda ſunt, vt oĩa, quæ facimus, omniumque fines ad eum referamus.

Lucæ 1.

Math. 6.

Cant. 2.

Math. 5.

Math. 5.

F *De differentia voluntatis, intentionis, & finis.*

Solet ẽt q̃ri, quid diſtet inter voluntatem, & intentionem, ac finẽ. Ad quod dici p̃ot, inter voluntatem, & finem certo, atq; euidenti modo diſtinguitur, q̃a voluntas eſt, qua volumus aliquid. Finis verò voluntatis eſt, vel illud, quod volumus, per quod impletur ipſa voluntas, vel potius aliud ꝓpter, q̃d illud volumus. Intentio verò interdũ ꝓ voluntate, interdum ꝓ fine voluntatis accipitur, q̃ diligens, ac pius lector in ſcriptura vbi hæc occurrunt, diſcernere ſtudeat. Finis verò voluntatis ẽ delectatio bona, vel mala, ad quã nitit̃ quiſq; ꝓuenire. Vñ Aug. ſuper illum locum pſalmi: Scrutans corda, & renes, ſic ait. Deus ſolus ſcrutat̃ corda. i. q̃d quiſq; cogitet, & renes. i. q̃d quemq; delectet, q̃a finis curę, & cogitationis eſt delectatio, ad quam cura, & cogitatione nititur quiſq; peruenire. Et paulo poſt. Opera nr̃a, q̃ ſunt in dictis, & factis, p̃nt homines videre, ſed quo animo fiant, & quo venire cupiant, ſolus Deus videt, q̃ cũ videt cor eſſe in cęlo, & non delectari nos in carne, ſed in dño. i. cum bonæ ſunt cogitationes, & earũ fines, dirigit iuſtum. Idẽ ſuper alterius pſalmi locũ, illũ. ſ. In laqueo iſto, quẽ abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorũ, dicit. Pes aĩæ amor eſt, qui ſi prauus eſt dr̃ cupiditas, vel libido, ſi rectus, dr̃ charitas. Eo mouet̃ aĩa quaſi ad locũ, quo tendit. i. ad delectationẽ bonã, vel malã, quo ſe peruenire per amorem lętat̃. Finis ergo voluntatis (vt p̃miſſum eſt) dr̃, & illud, quod volumus, & illud ꝓpter quod volumus, & intentio ad illud reſpicit ꝓpter, quod volumus, & voluntas ad illud, quod volumus, vt verbi gr̃a, ſi velim eſurientem reficere, vt habeam vitam æternam, voluntas eſt, qua volo reficere eſurientem, cuius finis eſt refectio eſurientis. Intentio verò eſt, qua ſic ad vitam peruenire volo. Finis verò ſupremus eſt ipſa vita ad quam, & alius finis refertur.

Quid voluntas.

Intentio quomodo accipitur.

Aug ſuper pſal 70.

Auguſt. in expoſitione pſal.

Repetit prædicta ſubdens exemplũ

G *An illa intentio ſit voluntas.*

Sed q̃ritur, vtrum intentio talis ſit voluntas, & ſi voluntas eſt, an in hoc opere ſit vna, eademq; voluntas, qua volo reficere eſurientem, & qua volo hr̃e vitam æternam. Vr̃ nempè talis intentio voluntas eſſe: vt. n. voluntas eſt, qua volo reficere pauperem, ita & voluntas

voluntas est, qua ꝑ illud volo hr̃e vitã. Et alia quidẽ vr̃ voluntas esse, qua volo hr̃e vitã, & alia, qua pauperi subuenire volo, sed ista ad illã referẽt. Nã & si hoc ita placeat, vt in eo cũ aliqua delectatione voluntas acquiescat, nondum est tũ illud, quo tendit, sed hoc ad illud referẽt, vt illud deputẽt tanquã patria ciuis, istud verò tanquã reiectio, vel mansio viatoris. Et sunt istæ voluntates affectus, siue motus mentis, quibus quasi gressibus, vel passibus tendẽt ad patriã. Sicut ergo altera est voluntas videndi fenestras, vt s̃ docente Aug. didicimus, altera, q̃ ex ista nectitur voluntas. s. ꝑ fenestras videndi transeuntes, ita nonnullis alia vr̃ esse voluntas eleemosynas dandi pauperi, alia voluntas habendi vitã. Alij aũt putant, ꝙ vna sit voluntas, & hic, & ibi, sed ꝓpter subiectorum multiplicitatem diuersitas memoraẽt voluntatum. Cęterum quodlibet horum verum sit, illud nulli in ambiguum venit, quin voluntas ex suo fine pensetur vtrum recta sit, an praua, pctm̃ an gr̃a, & quin nomine intentionis aliquando finis, aliquando voluntas intelligatur.

Aug. li. 11. de Trinit. cap. 6.

Summa distinctionis XXX.

POSTQVAM de entitate, & causa actionum malarum perscrutatus est Magister, nunc inquisitionem inducit, à quo formaliter actiones bonitatem, seu malitiã sortiãt, puta à fine. Et hac occasione tractat de hominis vltimo fine, ostendens, quod ille sit Deus. Et itẽ, ꝙ charitas sit finis omnium exercitiorum, actuumq̃ bonorũ, id est, actualis dilectio, iuxta illud Apostoli: Finis præcepti est charitas. Deinde declarat, quòd quamuis omniũ sit vnus vltimus finis, nihilominus tam vnius eiusdemq̃ hominis, quàm hominum diuersorum, diuersi sunt fines subordinati, ac speciales. Et pro ampliori declaratione contra hoc obijcit, atque in vnam reducit concordiam, quæ ab inuicem dissonare vr̃. Vltimò ponit distinctionem inter voluntatem, intentionem, & finem.

1. Thim. 1.

QVAESTIO I.

HIC quæritur primo. *Vtrum omnium hominum bonorum, sit vnus vltimus finis, & quis sit ille.*

Arguitur contra veritatem.

¶ Videtur quòd non, quia in litera dicitur, ꝙ Deus est omnium, finis vltimatus, & item, quòd charitas, & rursus, quòd beatitudo, hæc autem ab inuicem realiter differunt. Secundò, vltimus finis hominis, est summa perfectio eius, sed omniũ bonorũ nõ est vna, eademq̃ perfectio, cum vnus sit alio multum ꝑfectior: ergo nec idẽ vltimus finis. Tertiò, videmus ꝙ diuersæ nationes, & sectæ diuersos sibi ꝓstituunt vltimos fines. Quartò, interdũ fertur, quòd vltimus finis hominis est visio deitatis, interdũ quod fruitio eius, nec ista sunt vnum, sed dotes diuersæ.

In oppositum.

¶ In contrarium est, quòd omnium hominum est vna natura specifica: ergo & vnus vltimus finis. Nam supersapiens Deus ad eundem finem instituit totum genus humanum.

Aquinas.

¶ Ad hoc Thomas respondet: Eodem ordine res referunt in finem, quo ꝓcedunt à causali principio: qm̃ agens vnusquisque ordinat suum effectum in aliquem finem. Hinc secundũ ordinem agentium, ordo est finium. In progressu, aũt rerũ à principio, inueniẽt vnum rerum omnium primũ principium, quod commune est omniũ, sub quo sunt alia re; tũ principia ꝓpria, diuersorũ diuersa. Sic in relatione rerum ad finem, est vnus omniũ vltimus finis, fines verò ꝓprij, sunt diuersorũ diuersi. Bonum quippe inuenitur in rebus secundum duplicem ordinem, vt 11. Metaphysicæ dr̃. Primò secundum ordinem vnius rei ad aliam, qui ordo est similis ordini, quem vna pars exercitus habet ad aliam; seu partes exercitus eiusdem adinuicẽ. Alius ordo est rerũ ad vltimum finem, similis ordini exercitus ad regẽ, seu principẽ. Cumq̃ res referanẽ ad finem communẽ vltimum, mediante ꝓprio fine; ideo secundum diuersitatem ꝓprij finis efficitur diuersa rerum relatio ad vltimũ finem. Itaq; sicut rerum omnium est vnus vltimus finis, videlicet Deus, ita & voluntatum omnium vltimus finis est Deus, nihilominus sunt alij ꝓximi fines, & si secundum illos fines seruẽt relatio debita voluntatis in vltimũ finem, est recta voluntas: si nõ, erit peruersa. Debita quoque relatio voluntatis ad vltimum finem, saluat secundum illum finem, quo voluntas nata est vltimũ finem participare, in quo ab alijs rebus distinguitur, quæ vltimum finem alio modo participant. Porrò finis, quo voluntas nata est participare vltimum finem, vtpotè Deum, est beatitudo, seu charitas, idcirco nõ solum Deus, sed etiã charitas finis est omniũ voluntatum rectarum. Charitas verò nõ est omnium rerum, sed omnium voluntatũ vltimus finis, nõ obiectalis, sed formalis. Hæc Thomas in Scripto.

Philoso.

¶ Insuper prima parte Summæ, quæstione 44. Omne, inquit, agens agit propter finem, alioquin ex actione agentis nõ magis sequereẽt hoc, quàm illud, nisi à casu. Idem autem est finis agentis, & patientis, inquantum huiusmodi, sed aliter, & aliter. Vnum quippe, & idẽ est, quod agens intendit imprimere, & quod patiens intendit recipere. Deniq; quædam simul agunt, & patiuntur, sicut agentia imperfecta, quæ & agendo intendunt aliquid acquirere, quòd Deo non conuenit: imò intendit suam perfectionẽ, seu bonitatem communicare. Vnaquæque verò creatura intendit suam perfectionem adipisci, seu consequi, quæ est quædam participata increatæ perfectionis similitudo. Itaque omnia suo modo appetunt Deum vt finem, appetendo quodcunque bonum, vel appetitu intellectuali, vel sensitiuo, aut naturali, qui caret cognitione; quoniam nihil sortiẽ rationem boni, aut appetibilis, nisi secundum quod similitudinẽ Dei participat. Hęc Thomas in Summa.

¶ Atuero in Summa contra gentiles 3. libro: Omnia ait, ordinanẽ in vnum finem, qui est Deus, cum enim nihil tendat in aliquid sicut in finem, nisi inquantum est bonum: ergo bonum est finis, & maximum bonum vltimus est omnium finis: sic tũ, quòd rebus omnibus præexistit. Aliquis verò finis est, qui quamuis primatum habeat in causando, atq; monendo, secundum quod est in intensione: est tũ posterior in essendo, quod ꝓtingit in quolibet fine, quẽ agens sua actione ꝓstituit, vt medicus sanitatẽ. Aliquis verò est finis, qui sicut ꝓcedit in causando, ita in essendo, quemadmodum id, quod aliquid suo actu, aut motu intendit acquirere, vt ignis locum sursũ. Deus verò est finis, sicut aliquid ab vnaquaq; re suo modo obtinendũ. De his per diuersa capitula conscribit multa ibidem: imò & alibi, vt in prima, secundæ, & super quartum.

¶ Consonat Petrus: Finis, dicens, est id, ad quod voluntas

voluntas principaliter conuertitur, & est duplex, vtpotè principalis, in quo quiescit, & finis sub fine, quo quiescitur. Finis in quo quiescitur, est bonum vltimitate intentũ. Finis aũt quo in illo quiescitur, est operatio qua iungimur illi fini: sicut in eo qui magistrari appetit, ꝓpter honorẽ, finis quo quiescit, est adeptio magisterij: sed finis in quo quiescit, adeptio est honoris. Itaque charitas increata, seu Deus est finis in quo quiescit mens bona: quoniam vltra nõ ꝓcedit intentio. Charitas verò creata, tam viæ, quam patriæ, est finis quo quiescitur in summo obiecto, ac vltimo fine. Sed charitate viæ quiescitur quiete imperfecta, charitate vero patriæ quiete perfecta. Hæc Petrus.

Richard.

¶ Concordat Richardus, addens q̃dam cõmunia, vtpotè quod charitas tripliciter sumitur. Primò, ꝑ charitate increata. Secundò, pro actu charitatis creatæ. Tertiò, ꝑ habitu, atque vt actus magis sortiẽ rationem fœlicitatis, & finis, ac finalis perfectionis. Fœlicitas namque est optima operatio potentiæ optimę.

Quæstio. Malarum voluntatũ nõ ẽ vnus finis vltimus.

¶ Insuper quærit. An sicut omnium bonarum voluntatũ est vnus, & idem vltimus finis, sic omniũ voluntatum malarũ sit idẽ vltimus finis. Ad quod, tam ipse, quã Petrus respondent, ꝙ non. Voluntates enim peruersæ, finẽ sibi ꝓstituunt in reb. variabilib. imperfectis, & vanis, in quarum nulla sufficientiam reperiunt, ideo vnus iniquus in isto, alter in illo statuit sibi finẽ, vt patet de superbis, auaris, lasciuis. Iusti autem in summo bono, totius bonitatis sufficientiam plenam inueniunt. Hæc illi.

Bonauen.

¶ Præterea circa hæc Bonauentura; Bonę, inquit, voluntatis vnus solus est principali finis. Ideo aduertendũ quod plures fines statuere, potest esse tripliciter. Primò sic, quòd sit finis sub fine, & ꝓpter finem. Secundò ita, quod vnus sit finis principalis, alter nõ, nec etiam ad finem principalẽ auctualiter referat. Tertiò sic, ꝙ vterq; sit finis principalis, vt si quis intret ecclesiã ad percipiendũ distributitiones. Hoc namque facere potest tripliciter. Primò ad decantandum horas ad laudem, & gloriam Dei, atq; vt ipsas distributiones pauperibus largiat, aut in alios pios vsus conuertat. Secundò potest ire ad ecclesiam, intendens Deo seruire, pecuniamq̃ acquirere, sic quod eam ad Deum non referat; nec tũ eam finem statuit principalem: qm̃ ipsam nõ diligit ꝓpter se. Tertiò quis ad ecclesiam pergit duplicata intentione, ita quod vult Deo placere, pecuniam quoq; adipisci, quã appetit, vt auarus, vt augeat suũ thesaurũ, & delectẽt in ea ꝓpter se. Primus horum modorum meritorius, ac bonus est. Secundus verò modus statuendi duos fines, nõ est bonę voluntatis; nec tũ sic ei repugnat formaliter, vt nequeat stare in ea: qm̃ non est nisi veniale peccatum. Hinc in libro Confessionum Aug. loquit Deo: Minus te amat, qui aliquid tecũ amat, quòd ꝓpter te non amat. Tertius modus est pctm̃ mortale, duobusque dominis velle seruire. Hæc Bonauentura. Concordant his scripta Antisiodorensis, & Alexandri.

Augustin.

Durandus.

¶ Præterea Durandus vr̃ hic aliquid introducere speciale: Omnium voluntatum bonarũ, atq; malarũ vnus est finis in gñali consideratus. Omnes etenim appetunt esse suo modo beati, carendo oĩ nociuo, & habendo, omne proficuum secundum rationem cõem. Veruntã, quia voluntas non dr̃ simpliciter bona ex hoc, ꝙ appetit finem bonum in generali, sed solum secundũ quid: ideo responsio ista censeẽ inualida. In his aliorũ dicta satis virtualiter ꝓtinent. Veruntã recitat Aug. in libro de Trinitate, ꝙ quidã poeta omnib. conuocatis disseruit: Iam dicã vobis verbũ, in quo omnes concordatis, & dixit: Omnes vultis care vendere, & viliter emere. Verum vt Aug. addit ibidẽ, nõ hoc tenet in omnibus, cũ quidã sint adeo iusti, vt nec citra, nec vltra iustũ cupiunt ꝑciũ.

Dionysius

Aug.

QVAESTIO II.

SEcundò q̃ritur. *An voluntas sit bona, ac commendabilis ex ordine suo ad bonum, & commendabilẽ finem.*

¶ Vr̃ quòd non, quia si quis cum hæretica fonicet, vt trahat eam ad fidem catholicam, bonus est finis, & tamen actus est vitiosus. Similiter si quis inimicum, & persecutorẽ suũ occidat, quatenus eo occiso viuat quiete, & pacẽ habeat, bonus est finis, sed actio pessima. Secundò, aliq̃ actiones ex ꝓpria, atq; intrinseca ratione sunt bonæ, non ex relatione ad extraneũ aliquid. Sed finis est extra rem, & extra formã ipsius, & differt à forma. Tertio, eadem sunt principia essendi, & distinguendi ꝓm Philosophum. Finis autem est posterior re, & per agentem in ipso producitur: non ergo distinguit, neque specificat actionem. In oppositum sunt, quæ dicunt in litera. Ad hoc Bonauentura respondet. Magister in litera, rectè dicit, asserendo charitatem esse finem omnis bonæ, ac laudabilis actionis. In hoc enim sequitur Apostolũ, contestantẽ ꝙ charitas est consummatio præcepti plenitudoq; legis. Augustinus quoque in Enchiridio fassus est, quod ad charitatis impletionem, ordinantur omnia diuina præcepta, & tota scriptura, etiam euangelica consilia ad charitatis impletionem ordinanẽ perfectam. In quæstionibus etiam circa textũ effatur. Cognitio beatitudinis est duplex, vide licet in vniuersali, & particulari. Cognitio beatitudinis in vniuersali omnibus nota esti, sed cognitio eius in particulari, vtpotè in quo sit ponenda, non est omnibus cognita: imò ꝑ fidem iã nobis innotescit, & quamuis ꝑ fidẽ nõ innotescat clarè, & plenè, sed ꝑ speciem, & experientiã magis, nihilominus ꝑ fidem cognoscimus, quod sit bonũ perfectum in Dei visione, ac fruitione consistens. Porrò de voluntate nostra nõ sumus penitus certi, sed coniecturaliter tm̃, an sit bona, aut mala, cum ignoremus, an simus in charitate, quæ voluntatem absolutè efficit bonam. Hæc Bonauentura.

Philoso.

Bonauen. In oppositum Roma. 13. Aug.

¶ Hinc Thomas: Actus inquit, voluntatis potest ferri in finem dupliciter. Primò immediatè in ipsum finem, sicque actus voluntatis manifestè bonitatem malitiamq; sortitur ex fine; quoniam velle bonum finem, est bonum, & velle malum finem, est malum. Bonitas etenim finis non dependet vltra ex aliquo, sicut bonitas eius, quod est ad finem, dependet ex fine. Et talis actus propriè dr̃ voluntas finis, vt velle beatitudinem. Alio modo fertur voluntas in finem, mediante eo, quod est ad finem, & hoc propriè dr̃ intendere finem, sicque distinguendum est, quia in malis, actus habet ex fine malitiam absolutè, quia si finis intentus est malus, voluntas est mala quantumcunq; sit bonũ, quod ad talem finẽ ordinaẽ, qm̃ vnus particularis defectus sufficit ad malitiã actus. In bonis verò est distinguendũ, quia aut loquimur de fine volentis, aut de fine actus voluntatis. Et dr̃ finis volentis, quẽ ipse volens sibi ꝓstituit, tuncq; nõ sequitur, si finis bonus est, quod voluntas sit bona: qm̃ id quod volitũ est, põt esse malũ. Et vnũ tm̃ sufficit ad malitiã voluntatis, siue finis sit malus, siue uolitũ. Et quamuis uno modo idẽ sit actus uoluntatis, qui ferẽ in finem, & in id quod est ad finem: tm̃ intentio nominat actum secundũ ordinem actus ad finem. Voluntas uerò nominat eundẽ actum, ꝓm ordinem ad proximum obiectum, quòd ad finem ordinatur.

Aquinas.

Idcirco

Idcirco in tali casu voluntas ẽ mala, intentio bona. Porrò finis actus est, ad quem ipse actus est proportionatus, sic quoque si finis est bonus, & actus: qm̃ actus malus nõ est proportionatus ad finem bonũ, vt dicit Philosophus 6. Ethicorum; de his, qui per actus malos intendunt consequi fines bonos, quòd quærunt sortiri finem medio inconuenienti. Quemadmodum enim non quælibet materia est disposita ad quamlibet formam, nec quodlibet instrumentum ad quemlibet effectũ, nec quodlibet mediũ ad quamcunq; ꝯclusionem, ita nec quilibet actus ad quemlibet finem. Hæc Thomas in Scripto.

Philoso.

Præterea in prima secundæ 18. quæstione: eadem, ait, est dispositio rerum in bonitate, & in esse. Sunt enim quædam, quorum esse ex alio non dependet, & in his sufficit ꝯsiderare ipsum esse eorũ absolutè, quædam verò sunt, quorum esse dependet ab alio, idcirco considerandum est per comparationem ad causam, à qua dependent. Quemadmodum autem esse rei dependet ab agente, & forma, ita & bonitas rei dependet à fine. Hinc in diuinis personis, quæ non habent bonitatem dependentem ab alio, non consideratur aliqua ratio bonitatis ex fine. Actiones autem humanæ, & alia quorum bonitas dependet ab alio, habent rationem bonitatis ex fine, à quo dependent, præter bonitatem absolutam, quæ in eis existit. Sic ergo in actione humana quadruplex bonitas consideratur. Vna s̃m genus, inquantum est actio. Nam quantum habent de actione, & entitate, tantum habent de bonitate. Alia secundum speciem, quæ accipitur secundũ obiectũ ꝯueniens. Tertia secundum circunstantias, quasi secundum accidentia quædam. Quarta secundum finem, quasi secundum habitudinem ad causam bonitatis. Hæc Thomas in Summa.

In actione humana quadruplex bonitas cõsiderat.

¶ Consonat Petrus: Bonum, inquiens, dicit rationem complementi, malum verò complementi defectum: complementum autem rei ex fine est. Vnumquodque etenim est perfectum, cum finem suum attingit. Bonum ergo in rebus ex ordine est ad finem: malum autem principaliter est ex defectu ordinis huius. Hinc bonitas actus, tam interioris, quàm exterioris, extat ex ordine ad debitum finem. Ad perfectionem quoque ordinis huius quatuor requirunt̃. Duo ex parte actus ordinabilis, & duo ex parte finis, ad quẽ fit ordinatio. Nempè ex parte actus exigit̃, ꝙ ipse ex sua natura ordinabilis, existat ad talem finem, ita quòd per talem actum finis huiusmodi conuenienter possit acquiri, secundum quod actus de genere sit bonorum. Requiritur aũt, quòd actu ordinetur in finem secundum operantis intentionẽ. Ex parte ẽt finis duo concurrunt. Primũ, vt finis sit debitus secundum id, quod est finis, idest bonus. Secundum, quòd sit debitus inquantũ finis, vtpotè magis bonus quã id, quod fit ꝑpter ipsum: qm̃ finis est melior his, quæ sunt ad finem. Vbi ergo hæc quatuor simul ꝯcurrunt actio bona est ex hoc, quòd ordinat̃ ad debitum finem, atque quocunque horum deficiente, actio mala est: qm̃ bonum est ex integra causa. Hæc Petrus. Idem Richardus. Sed & responsio Alberti in prætactis Thomæ verbis virtualiter continetur. Imò & omniũ horum dicta in Alexandro sententialiter compræhenduntur, qui de his plurimas inserit quæstiones.

Petrus.

¶ Præterea Henricus 13. Quodlibeto super his aliqua scribit, quæ à præhabitis dissonare videntur. Nempè inter cætera protestatur: Non restat: ex quo actio sit moraliter bona, nisi circunstantia ex parte agentis, quæ circunstantia duplex est. Vna ꝓcedens ex principio naturaliter indito, quod est, libertas arbitrij. Alia profluens ex principio supernaturali infuso, vt est fides syncera. Ex quorum primo actio habet, quòd sit bona bonitate morali, ex secundo, ꝙ sit bona bonitate gratuita, ac meritoria. Hinc dico, ꝙ actio volitionis moralis speciẽ moris, ac bonitatis moralis sortitur, non ab obiecto, neque à fine, sed potius ab agente, videlicet à libero arbitrio volente sponte bonum agere bene. Hæc Henricus. Sed qm̃ ista responsio vr̃ manifestè repugnare Magistro, atq; Sanctorum auctoritatibus, quas allegat, aduertenda sunt adhuc aliqua alia verba. Henrici, ꝑtacto loco dicentis. Bonum circa actionem dr̃ quinque modis. Primò enim dicitur bonum simpliciter, & sic quæcunque actio dicitur bona bonitate entis, inquantum est quædam natura. Secundò dr̃ bonum ex genere, & talis est quælibet actio ex circunstantia sui obiecti, qua nata est esse virtutis materia. Vnde vocari potest bonũ ex circunstantia finis gñaliter, vt pascere ægrum. Tertiò dr̃ bonũ ex circunstantia, & talis est q̃libet actio specialiter ex circunstantia finis boni, atque honesti, propter quod dici potest bonum ex fine, vt pascere pauperem ꝑpter Deum. Quartò dr̃ bonum ex circunstantia agentis, quàm habet à natura, & talis est quælibet actio moralis, & inde nominatur moralis. Et in hoc consistit ratio virtutis moralis, inquantum moralis est. Et hoc bonum potest dici bonũ ex libero arbitrio. Quintò dr̃ bonum ex circunstantia agentis, quam habet ex grã. Talisque est actio vnaquæque gratuita. Actio quoque propriè appellatur laudabilis, inquantum modo præfato est, ex libero arbitrio, rationẽ verò virtutis habet simpliciter ex circunstantia finis. Hęc Henricus.

Henricus.

Bonũ circa actionẽ dr̃ quinque modis.

¶ Pręterea Durandus circa hęc loquitur: Bonitas actus moralis maximè est actus voluntatis, & eius ꝯformitas ad rectam rationem. Ratio enim boni est ratio conuenientis: bonitas ergo actus humani, est conuenientia eius ad id, per hoc, quòd homo est homo, sed homo est homo per rationem, quæ non est ratio, nisi sit recta: ergo bonitas cuiuslibet actus mortalis, qui propriè dicitur actus humanus est conformitas, seu ꝯuenientia eius ad rectam rationẽ. Idem probatur ex comparatione actus rationis ad actum voluntatis. Sicut se habet veritas rationis ad rerum entitatem, sic bonitas actus voluntatis ad veritatem rationis. Nam sicut obiectum intellectus sunt res exteriores, sic bonum à ratione voluntati propositum, est obiectum voluntatis, sed veritas rationis est conformitas eius ad entitatem rerum, propter quod veritas diffinitur, quòd sit adæquatio intellectus ad rem: ergo similiter bonitas actus voluntatis est conformitas eius ad rectã rationem. Quibus concordat dictum istud commune, quòd bonitas cuiuslibet rei consistit in conformitate ad regulam suam: ratio autem est regula voluntatis. Semper namq; nõ cognoscentia, nata sunt à cognoscentibus regulari. Deniq; cum ad relationem non sit per se motus, aut actio, sed ratione fundamenti duntaxat, conformitas aũt voluntatis ad rationem est quædam relatio, non est inquirenda alia causa dictorum, nisi fundamentũ, aut causa fundamenti relationis. Fundamentum aũt s̃m, quòd attenditur conformitas inter voluntatẽ, & rationẽ, est solum obiectũ, vel quod sub ratione contineẗ obiecti: quia secundũ hoc attendit̃ conformitas inter voluntatẽ, & rationem, quod voluntas vult, quod ratio dictat. Omne aũt, quod est à ratione dictatũ, vel à voluntate volitum, est obiectum, aut cadit sub obiecto voluntatis,

Durand.

voluntatis, seu intellectus. Nam quamuis plurium volitorum vnum possit esse circunstantia finis, aut finis alterius: omnia tñ respectu voluntatis habent rationem obiecti sicque ostenditur, quod bonitas, atq; conformitas voluntatis ad rationem, est totaliter ex obiecto sicut ex fundamento, nec oportet aliã q̃rere causã. Hæc Durandus. Solutio obiectorũ innotescit ex dictis. Primum quippe obiectum est Præpositiui, & soluit̃ ab Alberto, quia mediũ illud, vtpotè fornicari, non est ꝓportionatum huiusmodi fini. Finis quoq; secundum esse, quo præconceptus est, antecedit & quasi intrinsecus est, vnde & dicitur primum in intentione.

Soluuntur argumẽta initio quæstionis adducta.

QVAESTIO III.

TErtiò q̃rit̃. *De intentione, quid sit, & in qua vi animæ sit: & qualiter differt à voluntate, atque an bonitas actionis dependeat ab intentione.*

¶ In hac quæstione multa tanguntur, quorũ quia solutio ex declaratione nominis huius intentio, pendeat: aduertenda sunt hic verba Alexandri, dicentis: Primò considerandum quid sit intentio. Secundò, an sit voluntas, seu actus ipsius. Tertiò, an secundum ipsum meritũ, & demeritum attendat̃. Quartò, an reputetur pro facto. Itaque intentio dr̃ ab eo, quod est tendere & in, quasi in aliquid tentio, seu perrectio. Sed quoniam tendere in finem, quod est bonum verum, vel apparens, dr̃ communiter de voluntate, & ratione: hinc nomen intentionis vno modo communiter sumitur, sicq; dici potest, quod intentio imponit operi nomen, & quod super Matthæum legitur. Thesaurus est cordis intentio ad quã dñs iudicat opera. Alio modo intentio potest appropriari rationi, seu voluntati, secundum quod vtraq; diuersimodè tendit in bonum. Tendit enim ratio in cognoscendo, & diffiniendo, atq; ꝑeligendo, voluntas verò in appetendo non habitum, aut perseuerando in habito. Id ergo, quod intentio dr̃ esse oculus cordis, ad rationem plùs pertinet: cuius est præuidere, itemque dirigere. Vnde Augustinus fatet̃, quòd fides dirigit intentionem, intentio verò vltra dirigit in finem.

Alexan.

Intentio quid sit.

Matth. 11.

Augustin.

¶ Demum quod asserit Damascenus, intentionem esse intelligentiam circa aliquid determinatam, pertinet ad cognitiuam potentiam. Interdum autẽ intentio sumitur pro actu voluntatis tendentis in aliquid, vt dum ait Sanctus Bernardus ad Papam Eugeniũ: Vt simplex sit oculus, duo sunt necessaria: charitas ĩ intentione, veritas ĩ electione. Voluerunt autem quidam inter voluntatem, & intentionẽ ita distinguere, vt voluntas sit rationalis appetitus in se consideratus: & idem appetitus cum ꝯsideratione finis, diceret̃ intentio. Sed videmus in vtroque noĩe respectũ ad finem, seu bonũ signari. In textu quoq; hr̃ voluntas verò id, ꝙ volumus intentio respicit id ꝑpter quod aliquid volumus. Verbi gratia. Si velim esurientẽ reficere vt habeã vitam æternã, voluntas est esurientem reficere: intentio autem, qua vitam æternam cupio obtinere. Per quod vr̃ innuere, ꝙ voluntas respicit id, quod est ad finẽ, intentio verò ipsum finem. Veruntamen differentia ista non vr̃ dari nisi per quandam appropriationem, quia vt ait Philosophus, voluntas est, tam ipsius finis, quã eius, quod est ad finem, sed magis ipsius finis.

Bernar.

¶ Pręterea mensura meriti, atq; demeriti attendit̃ penes intentionem vno modo acceptam, videlicet ꝑut intendere est in aliquid tendere per aliquid. Sic enim intentio non tantum respicit finẽ, sed & illud per quod venitur ad finem, sicq; complectit̃ genus operis cum circunstantijs. Si autem intentio tantũ respiciat finẽ, nõ omnino, sed principaliter, attendit̃ meritum, seu demeritum, penes intentionem. Ex quibus patet qualiter intelligendum sit, quod ait Isidorus: Ex intentione bonum probatur, malumq; reprobatur, nec rursus obuiat istis, quod loquitur Augustinus. Non diuturnitas temporis, nec numerositas operis, sed maior charitas, meliorq; voluntas auget meritum, quia in voluntate cointelligitur ipsa intentio. Hæc Alexander.

Isidorus.

¶ De hoc demum. An intentio reputetur pro facto, infra dicetur.

¶ Concordat Bonauentura, dicendo; Frequenter ad cognitionem rei per vocabulorum considerationem perducimur. Qui enim imposuerunt vocabula, proprietates rerũ potissimè considerauerunt. Intendere autem compositum est ab in, & tendere. Hæc quoq; præpositio, in, duplicem potest habitudinem importare, videlicet vt ad obiectum, & vt ad terminum. Primò modo designat solã conuersionẽ potentiæ ad obiectum. Secundò designat cum hoc quandam collationem, atq; coniunctã quietationẽ. Et secundum hanc duplicem acceptionem, habet verbum intendere duplicem constructionem. Differt etenim dicere, intendo in hoc, & intendo hoc: quia dum dico, intendo in hoc, intendere dicit conuersionem potentię ad obiectũ: cum verò dico, intendo hoc, intendere dicit conuersionẽ potentiæ ad aliquid tanquam in vltimum finem, quẽ, intendit assequi, & cui vult copulari. Hinc in prima acceptione inter hoc verbum, & eius casuale cadit præpositio, quatenus per hoc designetur directio, & conuersio potentiæ ad id, tanquam ad obiectum supra quod. In altera autẽ significatione non cadit præpositio media, quia hoc verbum tendere, de se dicit inclinationem, & ordinationem ad aliquid. Hæcq; præpositio, in, sibi adiuncta, superaddit quietationem, ita quòd sensus est. Intendo beatitudinẽ, idest tendo in beatitudinem. Et hoc vltimo modo est de intentione hic mentio. Cumq; vocabulum istud duo importet, puta collationem, & conuersionem cum collatione, imò & quandam cum quietatione tendentiam, quorum vnum puta collatio est rationis, alterum voluntatis, idcirco in nomine intentionis, simul clauditur actus voluntatis, & rationis, sicut in nomine hoc ꝯsensus, quod designat concordiam rationis, & voluntatis. Intentio etiam propriè nomen est actus, quamuis interdum sumat̃ pro habitu, aliquando pro potentia, nonnunquam pro re intenta. Itaq; intentio duos actus importat, & quo ad hoc, quod notat collationẽ, principalius est in ratione: quantum verò ad hoc, quod designat tendentiam, principaliùs ponitur in voluntate. Hæc Bonauentura.

Bonau.

Intendere in hoc, & intendere hoc non idem.

Intentio duo importat.

¶ Atuero Thomas strictiùs loqui vr̃ de intentione: Ex ipso, inquiens, nomine intentionis accipi potest, ad quam potentiam pertineat. Intendere namq; dr̃, quasi in aliud tendere: tendere verò ĩ aliquid illius, extat potentiæ, ad quam pertinet ꝓsequi, seu fugere aliquid, hoc autẽ est appetitus, seu voluntatis, non intellectus. Attñ verũ est, quòd intellectus practicus dicit aliq̃d de fugiendo, aut ꝓsequendo, ut 3. de aĩa dr̃, sicq; iudiciũ de fuga, & ꝓsecutione, ad intellectũ ꝑtinet practicũ, nõ ꝓsecutio ipsa, seu fuga. Hinc intentio nõ est actus potentię cognitiuę, sed appetitiuæ. Vtrũ ꝑ hoc, quod dr̃ in aliquid tendere importat̃ q̃dam distantia tendentes ab eo in, quod tendit, ideo quando appetitus fertur immediatè in aliquid non

Aquinas.

non dr̃ esse illius intentio, siue hoc sit finis vltimus, siue aliquid ad vltimum finem, sed qñ per vnum, quod vult, in aliud peruenire nititur, intentio dicit̃ illius, in quod nitit̃ peruenire. Hoc autem est finis. Idcirco intentio dr̃ esse de fine, non secundũ quod voluntas absolutè fert̃ in finem, sed secundũ quod ex eo, quod est ad finem, tendit in finẽ ipsum. Hinc intentio in sua ratione ordinem quendam vnius ad alterũ signat. Ordo quippe vnius ad alterũ, non est nisi ꝑ intellectum, cuius est ordinare. In aliquib. aũt intellectus ordinans in finẽ, appetitui est ꝯiunctus, vt in intellectualib. creaturis: in alijs, vt ĩ naturalib. est separatus. Naturalia enim diriguntur iu finem ab intellectu naturam instituente, & finem singulis ꝑfigente. Hinc intentio primò, & ꝑ se actũ nominat voluntatis, secundum quod in ea est vis intellectus ordinantis. Hæc Thomas in Summa.

¶Atuero in prima secundæ 12 q̃stione: Intentio ait, ꝓut nomen designat, dr̃ quasi in aliud tendere, in aliquid aũt tendit, tã actio mouentis, quã motio mobilis. Verũ quòd motus mobilis ĩ aliquid tendit, habet ab actione mouentis. Hinc intentio primò, ac principaliter pertinet ad id, quod mouet ad finem. Propter quod dicimus architectorem omnemq́ue præcipientẽ, mouere suo imperio alios ad id, quod ipse intendit. Voluntas verò mouet oẽs cęteras aĩæ vires ad finem: vnde manifestum est, quòd intentio ꝓpriè act⁹ sit voluntatis respectu finis, sed voluntas respicit finẽ tripliciter. Primò absolutè, sicq́; vocat̃ *Voluntas respicit finẽ tripliciter.* voluntas, prout absolutè volumus sanitatem, aut aliquid tale. Secundò consideratur finis, ꝓut in ipso quiescit̃, & ita fruitio respicit finẽ. Tertiò ꝯsiderat̃ finis, vt est terminis alicuius, quod ordinat̃ ĩ ipsũm; sicq́ue intentio respicit finem. Neque enim ex hoc solum dicimur intendere sanitatem: qm̃ volumus eam, sed item, quia volumus ad eam ꝑ aliquid aliud peruenire. Hæc Thomas in Summa.

¶Veruntñ controuersia ꝑtacta vr̃ in diuerso vsu *Dionysi.* terminorum consistere, idcirco nec immorandum est ei. Videtur tñ positio Bonauenturæ aptior esse. Certũ est namque, quòd oĩs potentia tendat in suũ obiectum, etiã intellectus speculatiuus, & sæpius in scripturis intendere sumit̃ ꝓ ꝯsiderare, aduertere, *Psalm. 15.* intueri, sicut in Psalmo: Intende deprecationi meæ.

Petrus. ¶Petrus vr̃ hic rñsionem Bona. sequi potissimè, *Duran.* Richardus Thomæ, similiter Dur. q̃ addit: Intentio respicit finẽ, & differt ab electione: electio.n. directè est de his, q̃ sunt ad finẽ, q̃uis in habitudine ad finẽ, intentio aũt est directè de fine, licet ĩ habitudine ad ea, q̃ sunt ad finem. Et forsitan non differunt, nisi ſm rõnem. Nempè dũ simul, & eodẽ actu voluntas fert̃ in finẽ, atq; in ea, q̃ sunt ad finẽ, simul & eodem actu finẽ intendit, & ea, q̃ ad finẽ sunt eligit. Idẽ atq; act⁹ vocat̃ intentio, quo ad finẽ, & electio, quo ad illa, q̃ sunt volita ꝑꝑ finẽ. Hæc Duran. ¶Postremò Scotus: *Scotus.* Intendere, inquit, dicit in aliud tendere, ꝙ gñaliter accipi põt, siue res à se habeat, ꝙ tendat ĩ aliud, siue ab alio. Põt quoq; tendere in aliquid, vt in obiectũ pñs, vel, vt in terminũ distantẽ, aut absentẽ. Primò mõ ꝯuenit oĩpotentię respectu sui obiecti. Secundò mõ ꝓpriè ꝯuenit illi, quod tendit in aliud, nec dr̃ in id, sed ducit se in illud. Sicq; nõ conuenit potentiæ naturali, sed liberæ. Cumq́ue liberè velle sit totius liberi arbitrij, quod iuxta præhabita intellectum, ac voluntatem includit, ſm hoc intendere conuenit toti: & hoc, si ꝓprijssimè capiat̃: & non erit alicuius respectu sui obiecti, sed respectu finis. Cumq; in oĩ *Ansel.* volitione ſm Ansel. sit accipere, quid & cur, intendere nõ respicit q̃d, sed cur, ꝓut.s. dicit tendentiã in aliquid, vt distans ꝑ aliquid tanq̃ per medium. Hæc Scotus. ¶Amplius q̃rit̃ hic. An idẽ numero sit mot⁹, *Thomas. Quęstio.* seu actus, quo q̃s fert̃ in finẽ, & in mediũ: hoc est, in id, quod ordinat̃ in finẽ. Ad quod Tho. rñdet: Dum aliquid dr̃ ſm relationem ad alterũ, põt dupliciter considerari. Primò vt est res, q̃dam ſm se absolutè, & sic nõ est eadẽ consideratio eius, & illius, ad quod refert̃, seu dr̃, sed diuisim consideratur vtrumq́ue. Secundò, ꝓut refert̃ ad alterũ, sicq; est vtriusq; consideratio eadẽ: q̃a q̃ nouit vnũ relatiuorũ, nouit & reliquũ. Vt si quis consideret imaginẽ, vt est alicuius imago, eadẽ erit ꝯsideratio imaginis, & eius, cuius imago consistit. Sic & in ea, q̃ sunt ad finem, potest voluntas ferri dupliciter. Primò ſm quod ea vult ꝓpter aliud, & ita est idẽ motus voluntatis, q̃ est ad finẽ, & ad id, quod est ad finẽ. Secundò, ꝓut res q̃dã sunt ꝑ se appetibiles, sicq; est alia vtriusq; volitio, & sunt diuersa obiecta. Sed primò mõ sumunt̃ vt vnũ, & idẽ obiectũ. Hæc Tho. in Scripto. Porrò in prima 2. q̃st. 12. addidit: Cũ dico volo medicinã ꝑꝑ sanitatẽ, nõ de signo nisi vnũ motũ voluntatis. Cuius rõ est: qm̃ finis est rõ volendi ea, q̃ sunt ad finẽ, idẽ aũt actus cadit suꝑ obiectũ, & suꝑ rõnem obiecti, sicut eadẽ est visio coloris, & luminis, estq; simile de intellectu, qui si absolutè principiũ, & conclusionem consideret, diuersa est consideratio vtriusq; in hoc, aũt ꝙ conclusioni assentit ꝓpter principia, est vnus actus ipsius intellectus dumtaxat. Hæc Thomas in Summa. Quibus responsiones doctorum ad hanc quæstionem concorditer consonant.

Cum voluntas sit de his, quæ homo naturaliter habet, quare peccatum fore dicatur; cum nullum aliud naturate peccatum sit. Dist. 39.

Quare voluntas magis deprauet in suo actu q̃ aliqua alia potentia.

HIC autẽ oritur q̃stio satis necessaria, ex superiotib. causam trahens. Dictum est.n. supra, voluntatem inesse natural̃r homini, sicut intellectus, & memoria. Quæ autem homini naturalia sunt, quantumcunq; vitientur, bona tñ esse nõ desinunt, q̃a nõ valet vitium bonitatem, ĩ qua Deus eã fecit, penitus *ꝯsumere. Vt verbi gratia. Intellectus, vel ratio, & ingenium, ac memoria, & si vitijs, ac peccatis obnubilentur, & corrumpantur: bona tamen sunt, nec peccata nominantur, sicut Augustinus de ratione, quæ est imago Dei, in qua facti sumus, euidenter ostendit in xv. libro de Tri. Hæc est, inquit, imago, in qua homines sunt creati, qua cæteris animalibus præsunt, q̃ creatura in rebus creatis excellentissima est, cum à Deo iustificatur, à deformi forma in formosam mutat̃ formam. Erat.n. etiã inter vitia natura bona, hæc aũt imago, rõ est, vel intellectus. Cum ergo voluntas de naturalib. sit, quare ipsa non semper bonum sit, & si aliq̃n vitijs subiaceat. Ad hoc facile respondent, q̃ dicunt

**destruere.*

Aug. lib. 15. de Tri. cap. 8.

dicũnt oĩa, quæ sunt, inquantum sunt, bona esse: q̃a, & ipsam voluntatem inquantũ bona est, vel inquãtũ volũtas est, vt.s̃. posuimus, bonũ esse asserunt, sed inq̃tũ inordinata est, mala est, & pctm̃. Vbi põt ab eis rõnabiliter, quęri. Si volũtas inquantum inordinata est, pctm̃ est: quare ergo intellectus, rõ & ingeniũ, & hmõi, cũ inordinata sunt, pctã nõ sunt. Inordinata verò sunt sicut voluntas, cũ ad rectũ finem non tendunt, eorumq; actus ꝑuaricatiões existũt. Ad q̃d illi dicũt, volũtatis noĩe aliq̃n vĩ, s. naturalẽ potẽtiã volẽdi, aliq̃n actũ ipsius vis significari. Vis aũt ipsa naturaliter aĩę ĩsita, numq̃ pctm̃ ẽ, sicut, nec vis memorãdi, vel ĩtelligãdi: sed actus hui⁹ vis, q̃ & volũtas dr̃, tũc pctm̃ ẽ, q̃n inordinat⁹ est.

B *Quare actus volũtatis sit peccatũ, si actus aliarũ potentiarũ nõ sũt pctã.*

Sed adhuc, quęrit̃ quare huius naturalis potẽtiæ actus pctm̃ sit, si aliarũ potentiarum actus pctã non sunt, s. potentiæ memorandi, cuius actus est memorare: & potẽtiæ intelligendi, cuius actus est intelligere. Ad q̃d, & ipsi dicũt, q̃a alterius gñris ẽ actus ille uolũtatis, q̃ actus memoriæ, vel intellectus. Hic.n. actus est ad aliquid adipiscẽdũ, uel nõ admittendum, q̃ non põt esse de malis, q̃n sit malus. Velle.n. mala, malũ est: sed intelligere, vel memorari mala, malũ non est: q̃uis eorum, q̃dã ẽt hos actus malos esse interdũ, non ĩprobè asserant. Memorat.n. interdum, quis malum, vt faciat: & quærit intelligere verũ, ut sciat ĩpugnare. *d. 37. ca. legim⁹, &c. seturba, & c. quæ demensa.* Ecce qualiter soluitur ꝑmissa quæstio ab his, qui tradunt oĩa esse bona in quantũ sunt. Qui verò dicunt volũtates malas pctã esse, & nullo mõ bona, breuius rñdẽt, dicentes actum uoluntatis non esse de naturalibus, sed vim ipsam, & potentiam volendi, quę semper bonum est, & in oĩbus est etiam in paruulis, in q̃bus nondũ est eius actus.

C *Quomodo intelligendum sit illud, & homo etiam, qui seruus est peccati, naturaliter vult bonum.*

Preterea, q̃ri solet, quo modo ĩtelligendum sit, q̃d ait. Ambrosius exponẽs illud verbũ Apostoli. Non, q̃d uolo illud ago, sed, q̃d nolo illud facio. Dicit.n., q̃d homo subiectus pctõ, facit, q̃d non vult, quia naturaliter vult bonũ. *Ambrosi⁹ super epistolam ad Rom. c. 7.* Sed voluntas hęc sꝑ caret effectu nisi gratia Dei ad iuuet, & liberet. Si hõ subiectus pctõ est, uult quidem malũ, & operat̃, q̃a seruus est pctĩ, & eius voluntatẽ (sicut s̃. dixit Aug.) libenter facit, q̃uo ergo naturaliter vult bonũ? An est eadẽ uolũtas.i. idẽ motus, quo libenter pctõ seruit, & quo naturaliter vult bonũ? Si nõ est eadẽ volũtas, q̃ ergo istarũ est, qua cũ hõ iustificat̃, à seruitute pctĩ liberat̃? *Augustin. An eadem voluntate velit homo naturaliter boni, & libẽter pctõ seruiat.* Vt.n. disseruimus superi⁹, gr̃a Dei uolũtatem hoĩs liberat, & adiuuat, q̃ volũtatem hoĩs ꝑparat ad iuuãdã, & adiuuat ꝑparatã. Sed q̃ est illa uolũtas, an illa, q̃ naturaliter uult bonũ? an illa, q̃ libenter seruit pctõ, sit tñ duæ sunt volũtates? Proposita est, q̃stio ꝓfunda, q̃ varia a diuersis expositiõe determinat̃. Alii.n. dicũt duos esse motus, unũ, quo vult bonũ naturaliter, & quare naturaliter, & quare naturalis dr̃. Quia talis fuit mot⁹ naturę hũanę ĩ prima ꝯditione, ĩ qua creati sine vitio sumus, q̃ ꝓpriè natura dr̃. Fuit.n. hõ creatus in volũtate rectus. Vñ ĩ eccl. dogma. scriptũ est. Firmissimè tene primos hoĩes bonos, & rectos esse creatos cũ libero arbitrio, quo possent si uellent, ꝓpria uolũtate peccare, eosq; non necessitate, sed ꝓpria voluntate peccasse. *Aug de fidẽ ad Petrũ, c. 25.* Rectè ergo dr̃ hõ naturaliter uelle bonũ, quia in recta, & bona voluntate ꝯditus est. Superior.n. scintilla rõnis, quæ ẽt (ut ait Hieronymus) in Cain non potuit extingui bonum semper uult, & malum semper odit. *Hierony.* Alium autem dicunt motum esse mentis, quo mens relicta superiorũ lege, subiicit se pctĩs, eisq; oblectatur, iste motus, ut aiunt, antequã assit alicui gr̃a, dñatur, & regnat in hoĩe, alterumq; deprimit motum, uterq; tñ ex libero arbitrio est. Veniente autem gr̃a, ille malus motus eliditur, & alter naturaliter bonus liberatur, & adiuuatur, ut efficaciter bonũ velit. Ante gr̃am verò licet naturaliter hõ velit bonum, non tñ absolutè concedi oportet bonã hr̃e uoluntatẽ, sed potius malã. Alii autem dicunt vnam esse uoluntatem, id est unum motũ, quo naturaliter uult homo bonum, & ex vitio uult homo malum, eoq; delectatur, & inquantum vult bonũ naturaliter, bonus est inquantũ malũ vult, malus est.

Sũma distĩctionis. 39. IN ꝑcedẽti distĩctiõe ꝑsuppositũ ẽ, virtutẽ, & vitiũ eẽ in volũtate: Hic ꝑscrutat̃, qualiter ꝑuersitas culpæ in volũtate valeat eẽ, quo circa arguit, & soluit, Deĩde mouet aliã q̃stionẽ, qualiter.s. ĩtelligẽda sint uerba, q̃dã sanctorum, q̃ intricata vr̃, & qualiter volũtas humana naturaliter velit bonũ, cũ tã frequẽter appetat mala.

QVAESTIO I.

HIc q̃rit̃ primò, *Vtrũ volũtas hũana possit ꝑ pctã subuerti.* ¶Verũ de hoc s̃. iã tãta sũt introducta, ut nõ videat̃ hic ĩmorãdũ. Sed de hoc aliq̃d est tãgẽdũ, An naturaliter uelit bonũ. & vr̃, ꝙ non, q̃a ꝙ naturaliter ꝯuenit rei, ꝯuenit ei sꝑ, nec oppositũ põt ei cõpetere, sicut risibilẽ ꝯuenit hoĩ, sed volũtati nõ sꝑ inest bonũ velle, imò frequẽti⁹ ꝯuenit ei oppositũ, ĩsuꝑ naturale, & liberũ, seu deliberatiuũ ex opposito distĩgunt̃. Cũ ergo uolũtati sit ꝓpriũ, & maximè ĩgenitũ, spõtè moueri, liberè affici, & ex rõnis de liberõne ĩ actũ ꝓcedere ñ apparet, ꝙ liberè velit bõnũ, ĩ ꝯriũ sũt, q̃ ꝯtinẽt ĩ litera. Circa hęc scribit Alb. Beat⁹. Dion. 3. c. de diuinis noĩb⁹. & Aug. ꝯstant̃, ꝙ oĩs hõ naturaliter uult bonũ, atq; q̃d malũ ẽ inuolũtariũ, ĩſęcũdũ, & pigrũ. Et hoc ĩtelligũt ſm suã primã institutionẽ, vel ꝓut bõa ẽ bõitate ꝯuertibili cũ ẽte.

Inest etiam ei ex sua natura habilitas, quædam ad bona. Præterea duplex est ratio, cur voluntas in actu potius dicitur bona, aut mala, quàm cæteræ vires. Prima est, quoniam ipsa sola est libera propriè ex se; & quicquid liberatis extat in anima, diriuatur ab ea, propter, ꝙ ipsa præcipuè causa est actionum suarum. Vnde primo Metapysicæ dicitur. Liberum dicimus hominem, qui causa sui est. Socrates quoq; (ut in Politicis refert Philosophus) dixit: Seruus est qui nullam habet virtutem, nisi ad domum suam respiciens. Voluntasq; domini sui est virtus sua, vltra quam nihil potest. Secunda ratio est, quam Anselmus tangit in libro de libero arbitrio, dicens: Voluntas, vniuersalis motor est in toto animæ regno. Nempè si dixero, Possum ambulare: subintelligitur, si volo. Ideo bonum, & malum virium cæterarum, sunt in voluntate sicut in causa. Hinc virtus diffinitur per voluntatem, dicente Tullio in fine primæ Rhetoricæ: Virtus est habitus voluntatis in modũ naturæ rationi consentaneus. Hæc Albertus.

¶ Atuerò Thomas hæc pleniùs scribens: Hoc, inquit, naturale est rei, qd̃ conuenit ei secundum conditionem, suæ formæ, per quam constituitur in tali natura, quemadmodũ ignis naturaliter tendit sursum. forma autem per quam homo est homo, est ratio, vel intellectus, hinc in illud, qd̃ sibi conuenit secundum rationem, vel intellectum, naturaliter tendit. Bonum verò cuiuslibet virtutis est homini conueniens secundum rationem: quoniam talis bonitas est ex quadam commensuratione actus ad circunstantias, & ad finem, quem efficit ratio. Vnde, & quædam inchoationes virtutum, seu aptitudines naturaliter præexistunt in rõnali natura, quæ virtutes naturales dicuntur, etiam antequam per exercitium, deliberationemq; compleantur, vt 6. Ethicorum asseritur. Hinc homo naturaliter tendit in bonum. Verum motus naturalis à forma progreditur secundum formæ conditionem. cumque ratio, & voluntas non sint formæ determinatæ ad vnum, ita vt in aliud nequeant flecti, ideo quamuis velle bonũ sit homini naturale, nihilominus pôt malũ velle, non inquantum malum, sed inquantum æstimat id̃ bonũ. Hæc Thomas in Scripto. Qui in prima secundæ, quæstione 8. super his pleniùs scribit.

¶ Concordat Petrus, Richardus, alijq; communiter, quorum diuersi diuersa hic scisitantur. Primũ, an voluntas naturalis, & deliberatiua sint vna potentia: Ad quod Petrus respondet: Obiectum volũtatis est bonum, qd̃ considerari potest dupliciter. Primò, secundum se absolutè. Secundò, in comparatione ad aliud. Primo modo inuariabilis est bonitas eius in se, sicque vniformiter mouet, est, que obiectum voluntatis naturalis. Secundò bonitas eius variis modis concipitur, & est obiectũ voluntatis deliberatiuæ: sicut secari est malum in se, bonum est tamen ob sanitatem. Bonum autem sic, aut sic acceptum, non differt per essentiam: imò est unum, & idem obiectum secundum speciem, sed differenter mouens, idcirco non diuersificat voluntatem secundum speciem, atq; essentiam, sed secundum mouendi modum. Cumque duæ qualitates eiusdem speciei non sint in eodem, oportet voluntatem naturalem, & deliberatiuam esse vnam numero potentiam.

¶ Concordat Richardus, & addit: Regula motus voluntatis naturalis, est naturalis cognitio intellectus, & voluntas sub rõne, qua est natura, est eius principium. Regula verò motus voluntatis deliberatiuæ est cognitio intellectus acquisita, seu infusa, & sequitur consiliationem deliberationemq; intellectus. Hæc Rich. ¶ Ampliùs quæritur hic, An sit eadem voluntas, qua homo vult naturaliter bonum, & qua vult malum. Quocirca certum est, & facilè est respondere, ꝙ sit eadem potentia volitiua, quæ est utriusque actus principium. Si autem uoluntas sumatur pro actu volitiuo: non est utique utriusq; una uoluntas. Verum si uoluntas sumatur pro sensualitatis affectu sic non est illorum una, eademque uoluntas: quia uoluntas inclinans ad mala, dicitur sensualitas, apperitusve sensitiuus. uoluntas verò inclinans ad bonum, est uoluntas rationalis. In isto consistit rnsio Thomæ, Petri, Richardi, & plurium. Veruntamen non sensualitas solum, sed & voluntas ipsa intellectiua, inquantum ex nihilo, & per originale peccatum corrupta inclinat, mouet, & trahit ad mala. Quod, & in angelis patuit, in q̃bus originale pctũ nõ fuit. In his facilib' nequeo ĩmorari.

QVAESTIO II.

PRæterea quæritur, *An sola voluntas sit peccati subiectum*. ¶ Videtur, quòd non: quoniam in eodem sunt uirtus, & uitium. Sed uirtutes morales pro maxima parte in appetitu sunt sensitiuo, quemadmodum, & passiones, quas reprimunt, & refrenant. Secundò fides donumq; sapiẽtiæ, & alia, quędam dona in intellectu consistunt, ergo & uitia eis opposita. Contraria namque nata sunt fieri circa idem. Tertiò, in confusione quotidiè dicimus: Peccaui nimis cogitatiõe, locutione, opere, & omissione, nec ibi fit mentio de peccato affectionis, seu uoluntatis, ergo in intellectu, in uerbis, atque operibus est peccatum.

¶ In oppositum sunt, quædam præhabita, & qd̃ uirtus dicitur esse habitus uoluntatis.

¶ Ad hoc Thomas respondet: Cum in peccato sit ratio mali, & ultra hoc ratio culpę, utrumque diuersimode reperitur in actibus intellectus, & uoluntatis. Malum namque in actu uoluntatis est ex obiecto: non autem in actu intellectus. Nam uelle mala, est malum: sed intelligere mala, malum non est. Cuius ratio sumitur ex, utriusq; obiecto. Obiectum quippè uoluntatis est bonum, intellectus uerò obiectum est uerum. Porrò bonum, & malum, ut 6. Metaphysicę dicitur, sunt in rebus, uerum autem, & falsum in anima. hinc uoluntas in suum fertur obiectum, secundum quod est in re. propterea ex bonitate, & malitia uoliti, actus uoluntatis censetur bonus, seu malus. Verum intellectus tendit in rem, ut est in anima, cumque ratio bonorum, & malorum in intellectu sit bonũ, cognoscere bona, & mala est bonum. Propter quod ait. Boethius: Mali cognitio non potest deesse bono. Malum antem accidit in actu intellectus ex proportione in debita intellectus ad rem, puta ex hoc, quòd intellectus aliter apprẽhendit rem, quàm est. Intelligere enim rem falsè, est malum in actu intellectus, sicut uerũ est bonum eius. Actus quoq; intellectus non habet rationem culpæ eodem modo, quo actus uoluntatis: quoniam ratio culpæ primò in actu uoluntatis inuenitur, in actibus autem intellectus, & aliarum potentiarum: non nisi secundum quod imperati sunt a uoluntate. Ratio enim culpæ in actu deformi est, ex hoc, ꝙ procedit ab eo, quod habet dominum sui actus, hoc autem in homine est ſm illam potentiam, quæ ad plura se habet, nec ad aliquid eorum determinatur nisi ex seipsa, ꝙ tantum conueuit uoluntati. Potentiæ enim organis affixæ, cogunt ur ad aliquẽ actum per immutationem organorũ, sine q̃bus in actu exirè non ualẽt. Intellectus quoq; quamuis non sit vis organica, cogitur tñ euidentia argumentationis, & deficit in aliquo in qd̃ non potest ex defectu demonstrationis, intellectualis ve luminis. Voluntas uerò potest in appræhensum quodcunq; , nec ab eo per aliquam rationem violenter poterit prohiberi. Nempe cũ intellectus feratur in rem ſm quod res est in anima, rationemq; veri habet, indiget intellectus ad intelligendam rẽ aliquo medio, seu lumine, aut demõstratione, per quod rẽ deducat ad hoc, ꝙ ad intelligendum sit sibi proportionata. Vnde, & per argumenta potest à consensu auel li. Voluntas verò cum feratur in suum obiectũ ſm quod illud est in re, non oportet, ut habeat aliquam operationem in re ad hoc, ꝙ fiat sibi proportionata, expoliando eam à materia, sed directè ferẽ in rem appræhensam ut est, ideo impediri non pôt quin feratur in quodcũq; voluerit, neq; aliquo prohibente, neque per quẽcunque defectum. Itaque in cogitationibus potest esse peccatum dupliciter. Primò, inquantum cogitationes sunt: & sic non est in eis peccatum, nisi peccatum vanitatis, secundũ qd̃ intellectus vtilioribus cogitationibus occupari deberet, atq; inutilibus occupatur: nec hoc imputatur ad culpam, nisi secundum quod intellectus à uoluntate natus est imperari. Secundò, inquantum cogitationes propter delectationem rei cogitatæ, quæruntur, sicque potius est peccatum in delectatione rei cogitatę secundum memoriam, uel speciem, quàm in ipsa cogitatione: Illa quoque delectatio non est in intellectu, sed in concupiscibili, aut irascibili, cuius est actus cogitatus. Hinc tale peccatũ reducitur ad idem genus, ut fornicationis, aut homicidij, in quo est actus peccati exteriùs perpetratus. Per quod patet solutio tertij.

In cogitatione pôt esse peccatum bifariam.

¶ Ad alia respondetur, quòd peccatum de quo nunc loquimur, quod rationem habet demeriti, nõ opponitur virtuti quocunque modo acceptæ, sed ut est principiũ meritorij, ac remunerabilis actus. Et quamuis perfectio iutellectus, ut sapientia, & scientia possit habere rationem virtutis, ex hoc solo, qd̃ est ꝑfectio intellectus, actionẽ eius bonam efficiens, secundum quod facit rem intelligere, non tamen facit, quod actus eius meritoriùs remunerabilisque existati nisi secundum quod à voluntate est imperatus. ¶ Denique infidelitas non est peccatum in uolũtate existens, nisi, quòd actus intellectus est imperatus a voluntate. Sic enim, & fides in intellectu est, quia secundum Augustinum credere nõ potest homo nisi volens. Conformitur nisi hõ, voluntariè omittat, ꝙ facere debet, in infidelitatem non incidit. Et rursus. Quia si hoc, ꝙ in se est facere, Deus ei veritatem reuelaret, & quid credere deberet.

Soluuntur argu.

August.

Obiectio.

¶ Si autem obijciatur, ꝙ quædam artes, ut nereomantia prohibentur, ergo in seipsis sunt vitiosæ, cũ nil prohibeatur nisi peccatum: dicendum, ꝙ artes illę nou sunt prohibitæ, secundum quod tantum in cognitione consistunt, sed per accidens, inquantũ sunt peccandi occasio, secundum quod notitia artis disponit, seu inclinat ad usum ipsius, quod sine peccato esse non ualet. Quòd si etiam ipsa speculatio artis peccatum uocetur, hoc nõ est nisi ex parte speculantis, qui alijs tenetur intendere, si tamen ab illis per considerationem huiusmodi retrahatur. Hæc Thomas in Summa.

Dilutio.

Thomas. Aquinas.

¶ Atuero de hac materia pleniùs scribit doctor sanctus in prima secundæ quæstione 74. Oẽ, inquiens, ꝙ est principiũ volũtarij actus, est subiectũ peccati, actus autem uoluntarij nominant̃ non solum qui eliciuntur à uoluntate, sed etiam illi, qui imperantur ab ea, hinc non solum uoluntas pcti subiectũ est, sed, & vniuersæ potentiæ, quæ ad suos actus possunt moueri, ac reprimi ab eisdem per voluntatem. Eædem quoque potentiæ sunt moralium subiecta bonorum habituum, quia eiusdem est actus, & habitus. Itaque, quod in libero de duabus animabus loquitur Augustinus, ꝙ non nisi uoluntate peccatur intelligendum est, ꝙ sola voluntate peccatur, ut primo mouente, alijs autem, quibusdam potentijs tanquam ab ea motis.

Volũtas & subiectũ peccati.

August.

¶ Præterea peccatum cuiuslibet potentiæ consistit in actu ipsius. Ratio autem duplicem habet actum Vnum secundum se in comparationem ad ꝓprium obiectum, ꝙ est cognoscere aliquod uerum. Alius actus rationis est, inquantum directiua est virium aliarum, & utroque modo contingit esse peccatum in ratione. Primò, inquantum errat in ueri cognitione, quod ei ad peccatum tunc imputatur, quando habet ignorantiam, aut errorẽ circa id, ꝙ debet, & potest scire. Secundò, dum inordinatos inferiorum virium actus imperat, uel post deliberationem non arcet. Hæc Thomas in Summa.

Ratio est peccati subiectum

¶ Consonat Petrus. Voluntas, dicens, est instrumentum mouens seipsum secundum Anselmum, imo. & omnia, quę existũt in anima. Sola ergo volũtas est libera, cæteræ verò vires non nisi inquantũ voluntati iunguntur. Cumque peccatum, & meritum in libero motu consistant, actus voluntatis per se potest esse peccatum. Actus autem virium aliarum, non nisi inquantum uoluntati vniuntur, uel imperanti, uel omittenti, id est, non reprimenti. Hæc Petrus.

Petrus.

¶ Præterea contra rationem illam, quam Thomas asignat, cur intelligere malum, malum non sit, instat Richardus, dicendo: Hoc non sufficit. Intellectus enim per similitudinem rei aliquo mõ conformatur rei ipsi extra animam existenti aliter ipsam, & suũ esse reale non intelligeret. Deinde Richardus obijcit contra rationẽ, quam Bonauẽtura, & alij quidã tradunt: Alij, inquiens, dicunt, ꝙ etsi intellectus per similitudinem rei asimiletur, non tñ transformatur in eam, quemadmodum uoluntas transformatur in volitũ propter maiorẽ vim vnionis ex parte voluntatis, quàm intellectus. Sed neq; hoc sufficit, quia per hoc non redditur ratio, quare intelligere malũ non est malũ, sed tñ, quare non est ita magnum malum, ut velle malum. Ideo dici pôt, ꝙ quamuis intellectus feratur in rem intellectã, attamen qm̃ res sub ratione, qua bona, non est obiectum intellectus, sed ratione, qua ens, uel vera: nec est obiectum uoluntatis sub ratione, qua vera, sed sub ratione, qua bona, ideo actio intellectus respectu ipsius rei non dicitur bona, sed uera. Et actio voluntatis respectu eiusdem rei non dicitur uera, sed bona. Sic dico, qd̃ malũ est obiectũ intellectus per accidens sub ratione, qua oppositum enti, vel uero, per cuius speciẽ ex cõsequenti intelligit̃, sicq; patet, ꝙ est obiectũ intellectus sub rõne, qua falsũ. Est quoque obiectum voluntatis per accidens sub rõne, qua bonũ apparens: iõ sicut uoluntas in uolẽdo malũ non dr̃ falsa, sed mala: sic intellectus intelligẽdo malũ non dr̃ malus, sed verus, si intelligat sicut est: uel falsus, si aliter iudicat, quã est iudicandũ. Est namq; de actibus iudicaudum ſm rõnem obiecti formalẽ. ¶ Insup dici pôt, ꝙ per simplicẽ appręhensionẽ mali, nõ determinat̃ intelligẽs ad aliquã realẽ coniũctionẽ cũ malo, sed ꝑ appræhẽsionẽ dictã tẽ malũ esse prosequẽdũ, inclinatur appræhendens ad realẽ cũ malo coniunctionẽ sicut ꝑ velle malũ,

Richard.

ita, ut hanc realem coniunctionem exequatur, nisi asſit impedimentum. Hinc primus horum trium actuum non eſt malus, ſed ſecundus malus, & tertius peior. Hęc Richard. ¶ Porro Durandus obiectionem illam contra rationem Thomæ inductam, cur intelligere mala non ſit malum, prolixè proſequitur, ac reprobat, dicens. Qm̃ ſicut obiectum voluntatis eſt res extra animam, ſic ipſa metres, vt eſt extra animam, eſt ob iectum intellectus. Et ſicut rō rei intellectæ eſt anima, q̃ æ ratio nō eſt id, ꝙ intelligitur, ſed tm̃, quo aliquid intelligitur: ſic ratio rei volitæ eſt in anima. Hæc Durandus. Veruntamen rō illa ſancti Thomæ vr̃ idonea, ac ſubtilis Conſtat.n. quod uoluntas ſit vis profectiua in ſuum obiectū, ita, ꝙ eius natura, proprietas, atq; perfectio, aut certè defectio conſiſtit in hoc, ꝙ tēdit in rem, & ei realiter iungitur ſicuti eſt: intellectus verò potius ē vis ſuſceptiua rei in ſe, non quidem omnino eo modo quo res cōſiſtit in ſe, ſed ſpiritualiùs, put in ipſo intelligente receptibilis eſt, ac ſuſcipi poteſt. Propter quod ſecundum Ariſtotelem tertio de Anima, & Philoſo. Boethius. Bœthium, Cognitio rei eſt ſm modum cognoſcētis, non cogniti. Vnde eandem rē aliter cognoſcit ſenſus, aliter imaginatio, aliter intellectus, ut etiam in cōmentario libri de Cauſis habetur. idcirco, nec omnifariè verum eſt, ꝙ res, ut eſt extra animam, eſt intellectus obiectum: ſed magis prout per ſpeciem ſuam eſt in anima actu, uel aptitudine, Nec inde cō ſequitur, ꝙ res non intelligatur ſicuti eſt, & ſm ſuū eſſe reale: q̃a quod cognitio dicitur eſſe ſm modū cognoſcentis, non cogniti, refertur ad modum actus, non ad rei naturam. ¶ Deinde addit Durādus: Hic uidenda ſunt duo. Primum, quod ſcire malū non eſt peccatum, nec culpa. Secundò, qualiter in actu intellectus valet cōſiſtere culpa. Primum patet: quoniam in ſciendo malum nullus eſt defectus, ſiue deformitas in operatione intellectus. Cum enim obiectum intellectus ſit ens, perfectio eius cōſiſtit in attingendo, & cognoſcendo rem ſicuti eſt, nec in hoc eſt peccatum. Ex iſto patet ſecundum quia dū res neſcitur, aut aliter, quàm eſt apprehenditur, accidi error, ſeu defectus, deformitas, & ignorantia in intellectu etiā eorum, quæ quis ſcire tenetur, ꝙ non caret peccato, Hæc Durandus, quæ ſtare videntur.

QVAESTIO III.

NNnc, quæritur, *Vtrum conſcientia liget, ſeu obliget, ſiue ſit recta, ſiue erronea.* ¶ Videtur, qd̃ ſic, quoniam Damaſcenus ait libro ſecundo: cōſciē Ioham. Damaſcenus. Arguitur contra ueritatem. tia eſt lex intellectus noſtri. cum ergo obtemperandum ſit legi, ergo, & conſcientiæ. Secundò ſuper illud ad Romanos, Cum gentes, quæ legem non habent, ait Gloſſa: Etſi non habent legem ſcriptam, habent tamen legem naturalem, qua intelligunt, & ſibi conſcii ſunt, qd̃ ſit bonum, & qd̃ malum. Et ſicut ſcientia ligat intellectum ſpeculatiuum ad ea, quæ egrediuntur à primo ſcibili, ita, & conſcientia ligat intellectum practicum ad ea, quæ ſciuntur ab ipſo. ¶. Tertiò, cōſcientia ē iudex, iuxta illud Eccleſiaſtes. Scit.n. conſcientia tua, &: c. ſed iudex ligat, & obligat ſubiectos ſuo iudicio. ¶ Quartò illud ad Romanos, Roman. Oē, ꝙ non eſt ex fide, peccatū eſt: exponitur, ꝙ eſt cōtra cōſcientiā: ergo cōſciētia ligat ad faciēdū, & nō faciendū. Idem ur̃ de conſcientia erronea. Nā ſuper illud, Oē, ꝙ non eſt ex fide, aſſerit Gloſſa: Oē, quod ad conſcientiam pertinet, ſi aliter fiat, peccatum eſt. Quamuis enim fiat qd̃ bonū eſt, etſi non eſſe faciendum credatur, vel non ſic faciendum, vt fit, peccatū eſt. Rurſus ad Corinthios ſcribit Apoſtolus: Quidam cum conſcientia idoli quaſi idolothytum manducant. & conſcientia eorum cum ſit 1. Corin. 8. infirma polluitur, Non autem eſt pollutio niſi per culpam Nec hoc erat quia idolothythum comederunt, ſed quia eorum conſcientia dictauit id idolis cōſecratū. Dictabat ergo cōſcientia nō eſſe licitū qd̃ in ſe licitū fuit, ideoq; peccabāt ſic faciēdo, ergo cōſcientia errans ligat. ¶ In contrariū eſt, ꝙ conſcientia eſt in ratione, ratio autem eſt conſiliaria voluntatis, ſed conſilium non eſt ad obligatorium. Item In odpoſitum. oē erroneū eſt refutandum, ergo, & cōſciētia errās.

¶ Ad hoc Alexander reſpondet: Quinq; ſunt genera operum. Quædam ita ſunt bona, ꝙ nullo malo Alexand. fine fieri queunt, vt Deum diligenter propter ſe, & ſuper oīa. Quædam uerò ita ſunt mala, ut nullo bono fine fieri valeant, ut fornicari, furari, mentiri. Alia ſunt opera bona ex genere, quæ tamen fieri poſſunt animo malo, ut eleemoſynam dare, ꝙ fieri pro gloria uana poteſt. Quædam uerò ſunt mala ex genere, ut tendere ad lupanar: quod tamen fieri poteſt ſine bono, videlicet ad conuertendam meretricem. Aliqua uerò indifferentia ſunt omnino. Itaque in primis duobus ligat conſcientia ad agendū, quod agendum eſt, atq; ad non agēdum, ꝙ non eſt agendum. In alijs aūt non ligat. Nec eſt lex intellectus noſtri in alijs, niſi inquāmtū ad duo hæc prima reducuntur, ſicut ligat ad dandum elemoſynam, in quantum formatur circunſtantijs debitis. Conſciē tia uerò erronea nō ligat, quo ad duo prima membra, ſed conſcientiæ error eſt deponendus, ut ſi cōſcientia dictet aliquid eē agendū contra legē Dei. In alijs uerò, etſi cōſcientia erronea inquantū erronea, non liget, tamen ligat ſub conſcientiæ rōne dū non deponitur: imo ad hoc principaliter ligat, & homo ligatur, ut error deponatur. Hæc Alexāder, Quæſtio. Obiectio. atq; ex iſta diſtinctione pōt reſponderi ad obiecta. ¶ Scd̃ō, quæritur, vtrum conſcientia magis liget, q̃ prælati præceptum Vr̃, ꝙ ſic, quia ſm Gloſſam ad Romanos, Quicquid fit contra conſcientiam, ædificet ad gehennā. In oppoſitum eſt illud Apoſtoli, Rom. 9. Oīs anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit. Gloſſa, Mandatū ſuperioris abſoluit à mandato inferioris. Spirituales aūt plati aīabus p̃ſidēt ſubditorū, ut ad Heb. dr̃. Ipſi peruigilant quaſi rōnē pro aīabus veſtris reddituri. Ergo p̃ſunt conſcientijs eorūdē. ¶ Dicendū, Obediendū eſt plato magis, q̃ cōſciētiæ in indifferentibus. Vnde Gloſſa ſup illud ad Romanos, Non ſolum pp iram. ſcilicet principis, aut Dei uitandā, ſed etiam pp conſcientiam, ſcilicet, ut munda ſit mens noſtra: ergo conſcientia noſtra ordinat ad hoc, ꝙ obediamus p̃latis in indifferētibus. De talibus. n. loquit Apoſtolus: Loq.n. de diſcernentibus cibos, cōſequent, & de his, quæ debent p̃latis. Veruntā aliē eſt in ſecularibus, & in religioſis. Seculares nāq; tenent ad ſnīam p̃latorū i his, q̃ reſpiciūt Matt. 19. cathedrā, prout dr̃ ſuper illud Matthæi. Quæ dicūt vobis, facite. Religioſi ueò, qui renunciauerūt propriæ uolūtati, ac proprio ſenſui, tenent ſeq; mādatū ſuperioriris in his, q̃ non ſunt p̃cepta, vel cōtrario prohibita à Deo, uel in regula ſua, aut in conſtitutionibus obligatorijs ad culpam, quę fiūt ab eccleſia ſup ipſos, uel à capitulo Gnāli cum p̃latorū con Dilutio. ſenſu. Cauere aūt debēt p̃lati, ne indiſcretè, p̃cipiāt pp cōſciētiarū piculū. ¶ Ad obiectū dicendū, ꝙ ſicut, q̃ agit ꝑ cōſciētiā, ædificat ad gehennā, ita, q̃ agit cōtra diſcretū p̃lati præceptū. conſciētia demū ſubditi dēt formari ſm directionem prælati in diuēbijs. Prælatus verò non tenetur in agendis formari ſecundum conſcientiam quamcunque ſubditi ſui.

Ideo

Ideo ſtandum eſt mandato diſcreti prælati. Nam, Bonauen. & hoc conſcientia dictat. Hæc idem.

¶ Inſuper circa hæc Bonauentura conſcribit: Cōſcientia aliquando dictat aliquid, ꝙ eſt ſecundum legem Dei. Et loquimur hic de dictamine ſecundum modum præceptionis, aut prohibitionis. Non per modum conſilij, aut perſuaſionis. In primis cōſcientia ſimpliciter ligat, videlicet in præceptis: q̃a ad illa homo ligatus eſt per legem diuinam, & conſcientia illis concordans, ligatum oſtendit. In ſecundis verò conſcientia ligat, quamdiu manet, idcirco tenetur homo conſcientiam deponere, aut id, ꝙ dictat conſcientia adimplere, vtpote ſi faciendum dictet, ꝙ neceſſarium ſit ad ſalutem, feſtucam de terra leuare. In tertijs verò conſcientia non ligat ad faciendum, vel non faciendum, ſed ligat ad ſe deponendum pro eo, ꝙ cum talis conſcientia ſit erronea, errore repugnante legi diuinæ, neceſſariò, quā diu manet, ponit hominem extra ſtatum ſalutis. id circo oportet eam deponere: quoniam ſiue homo faciat, ꝙ illa dictat, ſiue non faciat, peccat mortaliter. Si enim agit, ꝙ conſcientia dictat, & illud eſt cōtra legem Dei, ſine dubio mortaliter peccat: ſi verò faciat oppoſitum eius, ꝙ conſcientia dictat, ipſa manente, peccat mortaliter, non rōne operis, ꝙ facit, ſed qm̃ malo mō facit. Facit enim in Dei contēptum, dum credit dictāte ſibi conſcientia, Deo hoc Guilelm. Antiſiod. diſplicere, quamuis ei complaceat. Cuius ratio eſt, quia non tantum attendit Deus, qd̃ faciat homo, ſed, quo animo faciat. Hæc Bonauentura.

¶ Præterea de his non niſi breuitet tangit Antiſiodorenſis in Summa, ſua libro tertio circa finem: Conſcientia inquantum conſcientia, obligat: ſed in quantum erronea non obligat: nec debet eam aliqs ſequi inquantum erroneam, ſed inquantum eſt conſcientia. Attamen totum coniunctum obligat, ſcilicet conſcientia erronea, & tenetur eam, quis ſequi, eſtq; ſimile de actione mala. Actio etenim mala nō corrumpit bonum, inquantum mala, nec inquantū actio, ſed totum permixtum, Nec ſine permixtione Auguſtin. boni, malum poteſt corrumpere bonum, & hoc nō niſi in in bono. Ideo loquitur Auguſtinus: Tanta eſt ſuperexcellens boni magnitudo, ꝙ malum non poteſt pugnare contra bonum niſi virtute boni. Aquinas. Hæc Antiſiodorenſis.

¶ Præterea Thomas à præinductis videtur aliqualiter diſſentire. Recitata nāq; opinione ex Alexandro narrata, ſubiungit: Si diligenter conſideretur qualiter conſcientia ligat, inuenietur ligare in omnibus, vt alia dicit opinio. Conſcientia enim dictamen quoddam eſt rationis, voluntas aūt nō mouetur in aliquid appetendum, niſi præſuppoſita aliqua apprehenſione. Cūq; actus voluntatis ex obiecto ſpecificetur, oportet vt ſm iudicium rōnis, aut conſcientiæ, iudicandus ſit actus uoluntatis: atque per hunc modū conſcientia fertur ligare, q̃a aliquis fugiat per voluntatem, ꝙ ratio dictat bonū, eſt ibi fuga boni: quę fuga eſt malū, quia voluntas fugit illud, ac ſi eſſet bonum ſm rationem pp triſtitiam aliquam ſm ſenſum. Conformiter, ſi rō dicter aliquod bonum eſſe malum, voluntas non pōt illud tendere, quin ſit mala. Tendit namq; in illud, vt oſtenſum eſt à ratione, & ita, ut in malum ſimpliciter, pp apparens bonum ſecundum ſenſum. Ideo ſiue ratio ſiue conſcientia rectè iudicet, ſiue non: voluntas obligatur hoc modo. Quod ſi uolūtas iudicium, ſeu dictamen rationis, ꝙ eſt conſcientia. non ſequatur, actus voluntatis inordinatus conſiſtit: & hoc eſt ligare, ideſt, aſtringere voluntatem, vt nequeat ſine deformitatis nocumento in aliud tendere, ſicut ligatus non valeat ire. Veruntamen aliter ligat conſcientia errans, & aliter conſcientia recta. Conſcientia etenim recta obligat ſimpliciter, & per ſe, nēpe, quod iudicat bonum eſt, bonum in ſe, & ex ratio- Cō ſciētia erronea obligat ſecundū, q̃d. nis iudicio bonum apparet. Hinc ſi non fiat, malum eſt: & ſi fiat bonū eſt. Conſcientia verò erronea nō obligat, niſi per accidens, & ſm quid. Si.n. dicter aliquid faciendū, id fieri in ſe conſideratum, non eſt bonum neceſſarium ad ſalutem, ſed inquantum apprehenditur tanquam bonum. Iō cum non liget niſi ſm quod bonum non obligatur voluntas per ſe ad hoc, ſed per accidens, utpote ratione apr̃hēſionis, qua iudicatur bonum, idcirco ſi fiat aliquid, ꝙ eſt ſecundum ſe malum, ꝙ ratio errans iudicat bonum peccatum non euitatur. Si aūt non fiat, peccatum incurritur: quoniam vnus bonitatis defectus ſufficit hoc, ꝙ aliquid dicatur malum, ſiue uidelicet deſit bonitas, quę eſt per accidens, ſiue bonitas Philoſop. per ſe. Hęc autem ſolutio ſumīt ex uerbis Philoſophi ſeptimo Ethicorum, quo quærit an aliquis dicatur incontinens ex hoc, ꝙ propter paſſionem diſcedit à qualicunq; ratione recta, uel non recta. Vel dicatur incōtinens propter hoc, ꝙ diſcedit à ratione recta: & ſoluit, ꝙ vocatur in continens per ſe & ſim Quæſtio. pliciter propter hoc, ꝙ à recta ratione diſcedit. Per accidens uerò fertur incontinens ob hoc, ꝙ diſcedit à qualicunque ratione ſiue recta, ſiue non recta.

¶ Deniq; conſcientia errans obligat non uirtute propria, ſed virtute diuini præcepti. Non enim dicit aliquid faciendum, quia ſibi videtur, ſed, quia à Deo præceptum eſt, ſicq; per accidens obligat præcepti diuini uirtute, inquantum dictat hoc, ut præceptum à Deo: ideo dictamen cōſcientiæ plus obligat, quàm præceptum prælati, quemadmodum, & præceptum diuinum, in cuius virtute ligat. Velut ſi præceptum regis non peruenireret ad populū niſi mediante aliquo principe, ſi princeps diceret, hoc eſt eſt præceptum à rege, quamuis dictum ſuum non Obiectio eſſet uerū, obligaret vt præceptum regis, ita, ꝙ contemptores pœnā mererentur. ¶ Si verò, quis inſtet, quia ſi conſcientia errans ligat, ſequeretur hominē eſſe perplexum. Nā ſiue agat, ꝙ conſcientia illa dictat, peccat, ſiue nō agat illud. Dicendum, ꝙ nullus Dilutio. eſt perplexus, abſolute loquendo ſed quodam poſito, non eſt inconueniens illo ſtante aliquē fore perplexum: quēadmodū mala intentione ſtante, ſiue fiat actus pręcepti, ſiue non peccatur. Similiter ſtāte cōſciētia erronea, q̃quid fiat, pctm̃ incurritur. Sed pōt, & debet hō conſcientiam errantē, ſicut, & prauam intentionē, deponere, ideo ſimpliciter non eſt perplexus. Hæc Thomas in Scripto. Dionyſi.

¶ Inſuper in prima ſecundæ quæſtione 19. eandē tenet poſitionem: Verum in hac ſua reſponſione hoc potisſimè mouet me, quòd ait, dictamen cōſciētiæ plus obligare, quàm præceptū prælati, cuius cōtrarium (ſicut iā patuit) Alexander, & Bonauētura, imo, & alij multi dicunt, & rationabiliter, phāt. Nā, & oppoſitum dicere periculoſum vr̃. Si enim dicatur dictamen conſcientiæ plus ligare, quàm præceptum prælati, poſſent ſubditi etiam religioſi ab obedientia ſuorum ſuperiorum ſe excuſare, dicendo: Dictamē conſcientiæ meæ dictat mihi cōtrariū, nō audeo in hoc obedire, ſicq; dareē dyſcolis color Petrus. ex cuſationis iniquæ. Idcirco de iſto infra dicetur.

¶ Circa hæc loquitur Petrus. In regno tēporali duplex ē lex, ſc3 diuina īmobilis, ſemperq; ligans, atq; humana mobilis, nō iugiē ligās, ſed ſolum quā

Isidorus.

diu manet. Humanum enim genus duobus regitur, vt dicit Isidorus, vtpote iure diuino, & humano, ita in regno animę spirituali duplex est lex, puta diuina immobilis sp̄ ligans, videlicet lex naturaliter impressa, altera humana positiua mobilis, non semper ligans, sed quamdiu manet scilicet conscientia. Præterea tria sunt genera operum, de quibus est cōscientia. Quædam, quæ præcipit lex diuina, & in his conscientia ligat nos quantum est de se temporaliter, sed ratione materiæ ligat immobiliter. Quędam verò sunt opera, quæ lex, nec p̄cipit, nec prohibet, & in his cōscientia ligat mobiliter, scilicet, quādiu stat: materia verò non ligat, ideo deposita conscientia, ad ea non tenetur, quis. Quędam aūt sunt cōtra legem, & in his conscientia ligat ad unum mobiliter sed materia ligat ad oppositum immobiliter. Vn̄ magis peccat, qui sequitur conscientiam in talibus quàm, qui non sequitur. Itaq; conscientia erronea ligat, quamuis aliquid dicant contrariū. Hæc Petrus.

Durādus.

¶ Rn̄sio demum Richardi per oīa consonat. Thomę: tamen de hoc, an subditus magis tenetur stare iudicio conscientiæ suæ, q̄ præcepto prælati sui. nil scribit. ¶ Durandus quoq; multa scribit, inter cætera dicens: Aliud est ligari, aliud obligari. Qui enim obligatur, tenetur illud facere ad, ꝙ obligatur. Nullus autem ad illicitum obligatur, Ligari autem moraliter dicitur, q̄ ita dispositus est circa aliquod agibile, qđ in neutram partem potest licitè declinare. Idcirco dicendum, quòd conscientia erronea neminem obligat, sed ligat. Sed dictum istud Durandi vsu terminorum consistit, ideo de hoc disputare ꝓlixiùs reputatur inutile. Præallegati quippè doctores pro eodem, indifferenterque sumunt ligare, & obligare. Et quamuis absolute loquēdo nullus obligetur ad illicitum, sub ratione illiciti apprehensum: per accidens tamen, & secundum quid, atq; in casu obligatur ad illud iuxta sensum expressum.

Ligari & obligarii non sunt idem:

Henricus

¶ Præterea Henricus primo quodlibeto consentit his, distinguit tamen de ignorantia. Nam, quædam est facti, & inuoluntarium causans, idcirco, nec imputatur ad culpam, & rationem, seu consciētiam erroneam, ex ignorantia tali perhibet non eē culpabilem, idcirco voluntas discordans ab illa excusatur, nec mala censetur. Alia est ignorantia iuris non excusans, sed affectata, & uitiosa. Hinc volūtas ab illa discordans, est praua. In hac quęstione ponit Henricus opinionem suam de conscientia, atq; synderisi. affirmans vtranq; esse in voluntate: Sciendū, inquiens, quòd non idem sunt in operandis ratio recta, & conscientia. Ex uniuersalibus enim regulis operandorum, quæ sunt de dictamine legis naturæ, quasi ex præpositione maiori, & particularibus operandis sumptis sub vniuersalibus regulis illis, consilio rationis, qua si minori ꝓpositione formatur rō particularium operandorum. Sed nondum ex hoc habetur operandi conscientia, aliàs oīs habens operandorū notitiam, haberet strictiorē conscientiam de operandi cuius oppositum sæpe videmus, qm̄ conscientia spectat ad partem animæ affectiuam, non cognitiuam. Quemadmodū enim in partę cognitiua sunt naturalis lex tanquam vniuersalis regula operandorum, & ratio recta tanquam regula particularis, ita ex parte voluntatis est, quidam motor vniuersalis stimulans ad opus secundum regulas vniuersales legis naturæ, & vocatur synderesis, estque in uoluntate, quædā naturalis electio, sp̄ cōcordās naturali dictāmini legis naturæ, iō noīat̄ synderesis, a syn, ꝙ est con, & hæresis electio. Est quoq; in voluntate, q̄dā motor particularis stimulans ad opus s̄m dictamen rectę rōnis, idèo dr̄ conscientia, id est, cum scientia. Quędā est electio in uoluntate deliberatiua, concordans cum scientia in rōne recta, & sp̄ formatur conscientia à consensu, & electione liberę voluntatis, iuxta iudiciū, atq; sciētiam rōnis. vt sit rō recta, recta est cōscientia: si verò rō extet erronea, erronea est cōscientia. Cūq; conscientia nō formet̄ nisi ex uolentis libera electione, quāuis iuxta notitiā rōnis, ex hoc cōtigit, ꝙ aliqd multā notitiā operādorū habentes, nullā, aut modicā habent cōscientiā de agendis: vel quia de agēdis nihil deliberāt, sed p̄cipitanter oīa agunt, aut non desiderant eā, liberè tn̄ contra conscientiā eligunt, iō respuunt eā, aut certe debiliter in eligendo eā sequunt̄, aguntq; cōtraria his, quæ nouerunt. Vn̄ oēs tales cōtra suā scientiā agunt sine conscientia remordente, aut modicū tm̄ habentes remorsum synderesis, quæ omnino extingui non pōt. Hæc Henricus. Ex quibus patescit, quid ipse conscientiā, synderesimq; appellet, & inqua vi animæ eas constituat.

Scotus.

¶ Circa hoc loquit̄ Scotus in primis diligent̄ recitās p̄tactā Henrici opinionē. Deinde ita arguēs ꝯtra eam: Si synderesis habeat actū elicitū necessariò tendentē ī bonū, resistētemq; malo, ergo nō est in volūtate: qm̄ prima distinctione primi libri ꝓbatū est, ꝙ uoluntas non necessariò fruit̄ fine ostēso, nec aliqua vis, aut habitus pōt esse in ea principiū necessario fruēdi: ergo, nec principiū necessariū cōcordit̄ volēdi principijs practicis, q̄ sumunt̄ a fine. Præterea scd̄m illā opinionē, synderesis eēt supmū in volūtate, atq; respiceret finē vltimū, à quo sumunt̄ prima principia practica: ergo in eiꝰ pōtate eēt volūtas scd̄m q̄libet vī, & portionē suā inferiorē, ita, ꝙ ipsa mouēte, portio inferior ei obediret, & ꝯformiter moueret̄, ergo ipsa īpediret oē pc̄tm̄ in uolūtate. Etenim sicut ipsa necessariò moueret̄, sic & necessariò moueret totā uolūtatē. Hæc, & cōsimilia, quędā inducit. Scotus ꝯtra Henricū, quæ tn̄ satis faciliter soluerent̄. Nihilominus positio Scoti hoc loco uerior reputat̄, quippè quæ cōsonat positioni. Thomæ, & aliorū doctorū, supra distinctione 26. innotuit. Imò doctrinæ Magistri litera, & qđ maius est, verbis sancti Hieronymi super Iezechielē dicentis, ꝙ superior portio rōnis extat synderesis, q̄ s̄m horum responsionē est habitus primorū principiorū in operandis iugitèr rectus, ut ꝙ bonū est faciendū, malum vitandū, queādmodū s̄m philosophos intellectius est habitus primorū in speculabilibus. De his doctores multa conscribunt in ista distinctiōe, quorū nonnulli testantur synderesim, & conscientiam in uoluntate esse, ut Bonauentura. de quibus modo pertrāseo qm̄ supra distinctione 26. inde tractatum. ¶ Postremò de eo, ꝙ tactū est supra ex Thoma, ꝙ subditus magis debeat stare iudicio consciētię, q̄ præcepto prælati, sentio sicut iam tetigi, utpote magis consentiēdū esse. Alex. & Bona. oppositum docētibus, ꝙ ēt sentire vr̄. Hen. 8. asserēs, qđ libeto: Si constet, & certū sit, p̄ceptum superioris eē contra Deum, cōtēnendum est penitus. Quāuis n. q̄s iuret, aut uoueat gn̄alit̄ obedire in oībus, nō tn̄ intelligit̄ nisi delicitis, iustis, & hōestis. In dubijs uerò, an sit ꝯtra p̄ceptū Dei, standū est præcepto p̄lati, ꝙ etsi sit ꝯ Deū, attn̄ p̄p obediētiæ bonū nō peccat subditus, s3 prælatus. Multo magis si bonū est, qđ p̄cipit, obedire oportet, ꝓpriumq; ꝓpositū de faciēdo bono maiore dimittere, atq; suppōere, ꝙ rōnabilis cā sit, quare sic p̄cipit. Et ita p̄p bonū obediētiæ recōpēsat̄ subdito ī bono minori, ꝙ amittit ī maiori. Vn̄ loquit̄ Aug. Melior ē una obediētia, q̄ cūctę uirtutes hoc

Dionysius

Henri.

Bonauen.

Henricus

hoc est, quam quęcunque opera uirtutum contra obedientiam facta: quæ ex hoc uitia sunt, quamuis aliunde de genere essent uirtutum. Et sicut est de uno, ita de omni, ad quod quis uoto astringitur, quod ei non debet præponi aliud uoluntarium, quamuis in se meliùs uideatur. Hæc Hēricus ad quæstionē, qua, quæritur. Vtrum religiosus p̄p sui superioris præceptū debet omittere maius bonum, & facere minus. Ad quòd respondet, quod imo.

A

An ex fine omnes actus pensari debeant, vt simpliciter boni, vel mali dicantur. Distin. XL.

POst hæc de actibus adijciendum videtur, vtrum, & ipsi ex fine sicut uolūtas pensari debeant boni, uel mali. Licet. n. secundum quosdam omnes boni sint, inquantum naturaliter sunt: non tn̄ absolutè dicendi sunt oēs boni, nec oēs remunerabiles, sed quidam simpliciter mali dicunt̄, sicut, & alij boni. Nam simpliciter, ac uerè sunt boni illi actus, qui bonam habent causam, & intentionem, id est, qui voluntatem bonam comitantur, & ad bonū finē tēdūt. Mali uerò simpliciter dici debent, qui peruersam habent cām, & intentionē. Vnde Ambrosius ait, Affectus tuus operi tuo nomen imponit. Et Aug. super. Psal. xxxi. Nemo cōputet bona opera sua ante * fidem. Ita. n. videntur mihi esse ut magnæ uires, & cursus celerrimus præter viā: qa ubi ipsa fides non erat, bonū opus nō erat. Bonū. n. opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non ualde attendas, quid hō faciat: sed, quid cum facit attendat, quo lacertos optimæ gubernationis dirigat. His testimonijs insinuari vr̄, ex affectu: & fine opera bona esse, uel mala. Quibus consonat, ꝙ ueritas in euangelio ait: Nō potest arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere. Nomine arboris non natura humanæ mentis, sed uolūtas intelligitur: quę si mala fuerit, non bona, sed mala opera facit. Si uerò bona fuerit, bona: non mala opera facit.

Ambro. li. 1. Officio cap. 30. super psal. 31.

alias. * finē

Matth. 7.

B

Vtrum omnia opera hominis ex affectu, & fine sint bona, vel mala.

Sed quærit̄, utrū oīa opa hominis ex affectu, & fine sint bona, uel mala. Quibusdā ita ur̄ esse, q dicūt oēs actus esse indifferētes: ut, nec boni, nec mali p̄ se sint, sed ex intentiōe bona, bonus, & ex mala, malus sit oīs actus. Secundum quos quilibet actus potest eē bonus, si bona intentione geratur. Alijs aūt, ur̄, ꝙ quidam actus in se mali sint: ita ut non possint esse nisi peccata, etiam si bonū habeāt cām: & quidā in se boni, ita, ut etsi malā habeant cām, non tamen boni esse desinant. Quod testimonio Augustini cōfirmāt, qui dicit bonum aliquando non bene fieri. Quod. n. quis inuitus, uel necessitate facit, non bene facit. qa non bona facit intentione, ut ait Aug. super Iohan. Seruilis, inq̄t, timor nō est in charitate, in quo quāuis credatur Deo, non tn̄ in Deū, & si bonū fiat, non tn̄ bene. Nemo. n. inuitus bene facit, ēt si bonū est, ꝙ facit. Ecce habes, qđ aliquis non bene facit illud, ꝙ bonum est, Facit ergo, ꝙ bonum est intentione non bona. Ideo asserunt illi, quędam opera esse talia, quæ sic bona sunt, ꝙ mala esse non possunt quocunq; mō fiant: sicut econuerso, quædā sic sunt mala, ut non possint esse bona, quacunq; ex cā fiant. Alia autē eē opera, q̄ ex fine, uel cā, bona, uel mala: & ad illa referunt sanctorū testimōia, qbꝰ uel ex afectu, uel ītētiōe iudiciū operū pēsari dicūt. Triptitā edūt isti differētiā actuum.

August.

20. q. 3. pręsēs & 3. q. 5. ad fidem August. ad Rom. 8. 1. Iohan. 4

Aliter Augustinus sentire videtur, qui dicit opera hominis esse bona, vel mala ex intentione, & causa, præter quędam, quæ per se peccata sunt.

C

Sed Augustinus euidentissimè docet in libro contra mendacium, omnes actus s̄m intentionem, & causam iudicandos bonos, uel malos, præter quosdam, qui ita sunt mali, ut nunquam possint esse boni, etiam si bonam videantur habere causam. Interest inquit plurimum, qua causa, quo fine, qua intentione, quid fiat. Sed ea, quæ constat eē peccata, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi bono fine, nulla uelut bona intentione facienda sunt. Ea quippè opera hominū causas habuerint bonas uel malas, nūc sunt bona, nūc mala: quæ nō sunt p̄ seipsa pc̄tā, sicut uictum prebere pauperibus bonum est, si fit cā misericordiæ cum recta fide: & concubitus coniugalis: qn̄ fit cā generandi, si ea fide fiat, vt gignantur regerādi. Hæc rursus mala sunt, si malas habeant causas, uelut si iactātię cā pascitur pauper, aut lasciuiæ cā cum uxore concumbitur: aut filij generantur, non ut Deo, sed ut diabolo nutriantur. Cū uerò opera ipsa per se pc̄tā sunt, ut furta, stupra, blasphemiæ: q̄s dicat causis bonis esse facienda, uel pc̄tā non esse, uel quod est absurdiùs, iusta pc̄tā esse? Quis dicat, furemur diuitibus, ut habeam, quid demus pauperibus: aut falsa testimonia proferamus, non vt inde innocētes lędant̄, sed potius saluentur? Duo. n. bona hic sunt, ut inops alatur, & innocens non puniatur. Aut, q̄s dicat adulteriū esse faciendum, ut per illā cum qua fit, hō de morte liberetur? Testamenta ēt uera cur non supprimimus, & falsa supponimus, ne hr̄ditates habeant, q nihil boni agunt, sed hi potius, qui

Aug. contra mendaciū ad Cōsenciū, c. 7

32. q. 4. uir cū ꝓpria,

14. q. 5. forte aliquas, & a. Scriptum est 1 q. 1. nō est putanda,

indigentes adiuuant: Cur non fiat illa mala propter hæc bona, si ꝓp hęc bona, nec illa
ſunt mala? Cur non ab immundis meretricibus quas ditant ſtupratores, rapiat diuitias
vir bonus, ut indigētibus eas largiatur, cum nullum malum malum ſit ſi pro bono fiat?
Hō tm q̄ re ſed etiā q̄d fiat attēdēdū, ē. Quis hoc dicat bonum, niſi, qui res humanas, moresq; conatur, & leges ſubuertere? Qd
enim facinus non dicatur rectè fieri poſſe, nec impunè tm, verumetiam glorioſe, vt in
eo nō timeatur ſupplicium, ſed ſperetur, & præmium. ſi ſemel conſenſerimus in malis
actibus, non quid fiat, ſed quare fiat eſſe quærendum, vt quæcunq; pro bonis fiunt cau-
ſis, nec ipſa mala eſſe iudicentur? At iuſtitia meritò punit eum, qui dicit ſe ſubtraxiſſe
ſuperflua diuiti, ut præberet pauperi: & falſarium, qui alienū corrumpit teſtamentum, vt
is eſſet hęres, qui faceret eleemmoſynas largas: non ille, qui nullas: & eū, qui ſe feciſſe a-
Auguſti. ibidē ca. 8. dulterium oſtendit, ut per illam cū, qua fecit, hominem de morte liberet: Sed diceret
aliquis: ergo ęquandus eſt fur, quilibet furi, qui voluntate miſericordię furatur: quis hoc
dixerit? Sed horum duorum non ideo quiſquam eſt bonus, quia peior eſt unus. peior. n.
Peior qui cōcupiſcēdo quā qui miſerando furatur. eſt, qui concupiſcendo, quā qui miſerando furatur. Sed ſi furtum oē pctm eſt, ab oī furto
abſtinendum eſt. Quis. n. dicat eſſe peccandū, etiā ſi aliud ſit grauius, aliud leuius pctm?
Nunc aūt, quærimus, quis actus peccatum ſit, uel non, non quod grauius ſit, vel leuius.
Intende lector propoſitis verbis tota mentis conſideratione, quæ non inutilem habent
exercitationem: & dinoſces, quis actus ſit peccatum, qui ſcilicet malam habeat cauſam:
nec ille tantum, quia ſunt nonnulli actus, qui etſi bonam habeant cauſam: tamen pec-
cata ſunt, ut ſupra poſitum eſt. Ex, quo cōſequi videtur, ꝓ non ſemper ex fine iudicatur
uoluntas ſiue actio, mala, ſicut in illis, quę per ſe peccata ſunt. Illa enim cum, quis geſſe-
Intra ea q̄ actus mali ſūt quodā ponunt, actum iudeorum. rit pro aliqua bona cauſa, bonum * videntur habere finem: nec ex fine voluntas eſt ma- alias * ſi
la, nec ex voluntate actio fit mala, ſed ex actione uoluntas fit praua. In quibus aliqui
bonum actum Iudęorum, qui crucifigendo Chriſtum arbitrabantur ſe obſequium prę
ſtare Deo: quia bonum finem dicunt eos ſibi poſuiſſe, ſcilicet Dei obſequium: & tamen
voluntatem eorum, & actionem peruerſam fore aſſerunt. De bonis autem nulla fit ex-
ceptio in præmiſſis verbis Auguſtini, quin omnis uoluntas bona, ex fine ſit bona, & ex fi
ne, & noluntate omnis actio bona, bona eſt. Sed non omnis mala uoluntas ex fine ma-
la eſt, nec omnis mala actio ex fine, & uoluntate mala eſt, & omnis, quæ habet malam
cauſam, mala eſt, ſed non omnis, quæ bonam cauſam habet, bona eſt. Ideoq; cum ex af-
fectu dicitur nomē imponi operi, in bonis operibus generaliter vera eſt hæc regula, ſed
in malis excipiuntur illa, quæ per ſe mala ſunt. Omnia ergo hominis opera ſecundum
intentionem, & cauſam iudicantur bona, uel mala, exceptis his, quæ per ſe mala ſunt. i.
quæ ſine præuaricatione fieri nequeunt.

D

Quidam dicunt hæc prædicta non poſſe fieri bono fine.

Quæ tamen quidam contendunt nunquam habere bona cauſam. Qui enim aliena
furatur, ut pauperibus tribuat, non bono (vt aiunt) furatur. Non enim bonum eſt, alie-
na pauperibus erogare. Qui enim de rapina ſacrificium Deo offert, idem facit, vt ait au-
Iſaia. 66. Eccl. 34. ctoritas, ac ſi filium in cōſpectu patris victimet, uel ſacrificium carnis Deo offerat. Abo
minabilis nempe Deo eſt impiorum oblatio. Ita etiam, & hominem per adulterium a
morte liberare, malum eſſe dicunt. Et ſi enim bonum ſit hominem a morte liberare, tm
ſic hominem liberare, malum eſſe aſſerunt. Ideoque Auguſtinum in ſuperioribus dicūt
Aug. ad Conſentium cōtra mendatiū cap. 7. temperaſſe ſermonem, cauteque locutum, ubi ait: Ea, q̄ conſtat eſſe peccata, nullo quaſi
bono fine, nulla velut bona intentione facienda. Non enim ſimpliciter dixit, bono fine,
& bona intentione, ſed addit, quaſi, & uelut, quia talia nō fiunt bono fine, & bona intē-
tione, ſed intentione, quæ uidetur bona, & fine, qui putaur bonus, ſed non eſt. Nec ideo
excepit Auguſtinus iſta, ut aiunt, quin cauſas habeant malas, ſed, quia cauſas habēt, quę
videntur bonæ, ſum tamen malæ.

Sēma diſtinctionis. 40.

RRæinducta diſtinctione tractatū eſt de actibus, præſertim interioribus, in quib'
rō meriti, demeritive exiſtit, hic de exterioribus actionibus inueſtigaē, qualiter,
& ex quibus cauſis ſint mortaliter bonæ, aut malæ. Et penè tota diſtinctionis huius materia iā paulo
ante ꝓhabita eſt, idcirco, nec immoderātius inſiſtē dum. Quærit quippè Magiſter, An opera ipſa exte-
riora de quibus iam mentio, ſint bona ex affectu vnde procedunt, & ex fine propter quem fiunt.

QVAESTIO. I.

HIc quæritur primò, *Vtrum exterior actio, ex voluntatis affectu ſit bona cenſenda.* ¶ Vr, ꝓ nō
qm ſcelera multa ex bona procedunt uoluntate, ut
ſi homo compaſſiuus furetur, quatenus indigenti-
bus largiatur. Verum de iſto prorſus pertranſeo,
quia ex dictis in diſtinctionibus immediatè præha-
bitis patet rnſio. Nempe cū actus exteriores ab inte
rioribus actionibus, ex qbus emanant, bonitatē, &
malitiā ſortiunt, idē iudicium eſt de exterioribus, &
interioribus actibus, qdem, ꝓ eſt cā cauſę, eſt cauſā
cāti. ¶ Præterea circa hæc, quæritur: An bonum, & ma
lū ſint differentiæ actus humani. Ad quod Thomas:
Actiones, inquit, differunt ſpecie ſecundum diuer-
ſitatē formarum, quæ ſunt principia actionū, quam
uis et agentia non differant ſpecie, quemadmodum
cale-

calefacere, & infrigidare differunt ſpecie, ſicut ca-
lor, & frigus. Forma autem volūtatis eſt finis, & bo
num, ꝓ eſt obiectū eius, ac volitum, hinc in actibus
humanis op3 differentiā inueniri ſpecificā, ſecundū
rōnem finis. Cumq; actus ſint in genere moris ex
Duplicitер reducitur aliqd ad genus. hoc, quòd ſunt voluntarij, idcirco in genere moris
eſt diuerſitas ſpeciei, ſecundum finis diuerſitatem,
qm bonum, malum ſecundum ordinem ad finem
ſumuntur. Hinc neceſſe eſt, quòd bonū, & malū ſint
eſſentiales differētiæ in genere moris. Porro aliqua
reducuntur ad genus dupliciter. Primò per ſe, vt q̄
per eſſentiam ſuam in illo genere cōtinentur, ſicut
albedo, & nigredo reducuntur, & pertinent ad ge
nus coloris. Secundo per accidens, ratione alicuius
exiſtentis in ipſis, vt res alba, & nigra ad colorem. Ea
ergo, quæ ſimpliciter ſunt in genere, differunt ſpe
cie per differentias generis eſſentiales, quæ verò re-
ducuntur ad genus per accidens, non differunt ge-
neris ſimpliciter, ſed ſecundum quid tm, ſecundū,
quod ad illud pertinent genus, prout præcipuè in
artificialibus patet. Formæ autē artifficiales ſunt
accidentiales, ſicq; cultellus, & clauus differunt ſpe
cie, ſed quo ad ſubſtantiam eiuſdem ſunt generis,
quia ſubſtantia vtriuſq; eſt ex materia naturali. Et
quia (vt dictū eſt) ita aliquid ad genus pertinet mor
tis, quo voluntarium exrat, ideo actus voluntatis
immediatè, & per ſe ad voluntatem pertinentes, ꝓ
ſe genere moris ſunt. Hinc ſimpliciter ſpecie diſtin
guuntur interiores actus voluntatis per bonum, &
malum, tanquam per differentias eſſentiales. Actus
imperati autem à voluntate, aliquando per alias po
tentias pertinent ad genus moris per accidens, ſe-
cundum ſcilicet, quod ſunt à voluntate imperati,
ideo actus illi ſecundum ſubſtantiam non diſtin-
guuntur ſpecificè per bonum, & malum, ſed per
accidens, ſecundum, quod ad genus pertinens mo
Petrus. ris. Veruntamen malum vt eſt differentia actionis
voluntariæ, non ſumitur pro ſola priuatione, ſed
vt fundatur in aliquo fine voluntatis poſitiuo, &
ſic dicit aliquam entitatem. Hæc Thomas in Scrip-
to. ¶ At verò Petrus: Quemadmodum, aut, tangit
Magiſter, quidam dixerunt, quòd omnia opera ſiue
bona, ſiue mala, iudicantur ex tentione: alij verò,
quòd ſola indifferentia, quarum opinionum con-
cordia hæc eſt, quia intentio dupliciter ſumitur.
Primò, pro motu voluntatis ordinantis opus in fi-
nem. Secundo pro fine intento, ad quem voluntas
Ambroſiꝰ. ordinat opera. Primo modo intentionem accipien
do, omnia opera ſiuè mala, iudicantur ex intentio-
Matth. 7. ne. Nam ille motus voluntatis ordinantis, nun-
quam eſt bonus, niſi ordo ſit rectus, ita, quòd ex-
Richard. trema conuenienter ordinetur. Sed accipiendo in-
tentionem ſecundo modo, non omnia opera ex in
tentione iudicantur, ſed illa, quæ de ſe bona ſunt,
uel indifferentia. Hinc Ambroſius dicens, quòd af-
fectus, operi nomen imponit, affectum uocat inten
tionem primo modo ſumptam. Similiter in Mat-
thæo ubi habetur, Non poteſt arbor bona fructus
Quæſtio. malos facere, arbor appellatur intentio primo mō,
quæ eſt ordinatio operis in finem opus autem dici
tur fructus. Hæc Petrus.

¶ Concordat Richadus per omnia, reſpondendo
ad hanc quæſtionem, Vtrum omnis actus exterior
bona intentione factus ſit meritorius, & ait, quòd
ſumendo intentionem pro motu voluntatis ordi-
nantis actum exteriorem in finem, ſic omnis actus
exterior bona intentione facta eſt meritorius
Si autem ſumatur intentio pro fine intento
ſic ſolum actus exteriores qui de genere ſunt
bonorum, aut indifferentes, ſunt meritorij ex bona
intentione. Hæc Richardus. ¶ Albertus demum de
hac quęſtione, & de pertinentibus ad diſtinctionē
præſentem. parum, aut nihil ſcribit, præter ea, quæ
habentur in textu. Reſponſio quoque Bonauentu-
ræ in reſponſo Petri ſententialiter continetur, atq;
in idem coincidit ſolutio Alexandri.

¶ Porro Scotus primo, inquit, dicendum eſt de
naturali actus, ſeu operis bonitate, ſecundò de bo-
nitate morali, De primò dico, ꝓ ſicut in corpore Io. S. con.
pulchritudo eſt ex congregatione omnium conue-
nientium corporis, & inter ſe, utpote quantitatis,
& coloris, atque figuræ, vt aſſerit Auguſtinus quin Auguſt.
to de Trinitate, ſic bonitas naturalis, non illa, quæ
cū mente conuertitur, ſed, quæ habet malum oppo
ſitum, eſt perfectio ſecunda alicuius rei integratæ,
ex omnibus conuenientibus ſibi, & adinuicem oī-
bus quoq; illud cōcurrentibus, pfecta eſt bonitas,
iuxta illud diuini Dionyſij: Bonum eſt ex pfecta, & Diony.
integra cā. Oībus verò iſtis deficientibus, ac ſtante Ariſop.
natura, q̄ nata eſſet pfici illis, eſt pfecta malitia, qui-
buſdam verò ſubtractis, eſt malitia non perfecta, ſi-
cut eſt de pulchritudine, & turpitudine corporis.
Actus aūt naturaliter natus eſt cōuenire, ſuæ cauſæ
efficienti, & obiecto, ac fini, & formæ. Tūc ergo bo-
nus eſt naturaliter, q̄ habet oīa conuenientia, quā
tum ad iſta, quæ nata ſunt ad eſſe eius cōcurrere.
De ſecundo dico, ꝓ bonitas actus moralis eſt ex ag
gregatione omnium conuenientium actui, non ab
ſolutè ex natura actus, ſed, quæ cōueniunt ei ſm re
ctā rōnē. Cūq; recta ratio dictet actui determinatū
cōuenire obiectum, determinatūq; modū, & circū
ſtantias alias, non eſt tota, & plena bonitas eius ex
fine ſolo: ſed prima ratio bonitatis eius eſt cōueniē
tia actus ad efficiens, a quo actus vocat moralis, qa
liberè elicitus Et iſtud actui tā bono, quā malo cō-
mune eſt, cū neq; laudabilis, nec uituperabilis exter
niſi ſit ex voluntate. Scda conditio ex obiecto eſt,
ꝓ ſi cōueniat, tūc actus eſt bonus ex genere. Poſt
iſtud prima circunſtātia eſt primus finis, nec iſta
ſufficit ſine circunſtantijs alijs, ut eſt circunſtantia
formæ, ut pote, quòd debito modo fiat, quæ ē cir-
cunſtantia quarta, Deinde ſequuntur circunſtantiæ
magis extrinſecæ, utpote quando, & ubi, Sequitur
ergo, ꝓ ſola bonitas finis, ēt ut ſecundum rectam
intenditur rōnem non ſufficit ad actus bonitatem,
ſed requirtunt aliæ circūſtātiæ ſcdm ordinē pdictū,
ad hoc, qd bonitas ſit moralis. Bonitas quoq; meri
toria, addit ſuper bonitatē moralē: qm bonitas me-
ritoria principaliter eſt ex fine: quia præſuppoſita,
ſeu cōpleta bonitate morali, ſuperaddit bonitas me
riti ex debita relatione actus iſtius in finē, quę rela
tio debita fit, put ex charitate elicit. Hæc Sotus. Cu-
ius dicta uidentur a prahabitis aliqualitur diſſen-
tire. Nihilominus per diſtinctionē concordant. Bo
nitas nāq; ſufficiens ad hoc, quod actus vocet bo-
nus, ex fine eſt, & medijs ꝓportionatis iuxta ſenſū
ꝓhabitū. Bonitas verò p facta, ēt illa requirit, q̄ teti-
git Scot. ¶ Præterea Durādus circa hoc nitit cōpro Durādus.
bare, ꝓ bonū, & malū nō ſint differentiæ eſſentiales
actus moralis, probans hoc, eo quòd præſupponāt
actum moralem cōſtitutū in eſſe ſpecifico. Quod
ſi ita eſſet, haberens ſe actua liter ad actū mortalē,
nec oporteret actū mortalem eſſe bonū, aut malū,
cuius oppoſitū infra dicetur. Multa quoq; circa
hæc ſcribit, in quibus occupari vr infructuoſum.

QVAESTIO II.

SEcundò quæritur, *Vtrum actus exterior aliquid bonitatis, aut prauitatis ſuperaddat actui interiori,*

ex

ex quo elicitiue imperialiter vt procedit. ¶ Videtur
Arguitur primò cõtra veritatem.
quòd non, quia tota perfectio causati continetur,
& præexistit in causa, atq; ab ea deriuatur, & causa
to communicatur. Actus autem exterior ab interio
ri pcedit, sicut effectus à sua causa, vnde, & dicitur,
quòd tota bonitas actus exterioris ab interiori de-
pendet. Secũdo, totũ prẽmiũ correspondet interio-
ri radici seu internæ charitatis pfectioni, prẽmiũ ve
rò daẽ scd̃m quantitatẽ bonitatis act⁹ virtuosi, er-
Philoso.
go tota bonitas ei⁹ in interiori cõsistit. ¶ Idem vr̃ p
Bernardus
auctoritates. Philosophus nãq; testatur decimo Et
hicorum, quod act⁹ exteriores sunt ad virtutum,
manifestationem. Et concordat illud Bernardi: Bo-
Matth.12
na voluntas sufficit ad meritum, sed actio bona re-
quiritur ad exemplum. Glossa quoq; super Matthẽũ
loquitur. Quantum intendis, tm̃ facis. Tota ergo
bonitas, ac ratio promerẽdi in interioribus sita est.
¶ In oppositum est, quod ẽt opera bona exterio
ra præcipiũtur, & specialiter remunerantur à Deo,
& commendabilia extant. Bonum autem creatũ ad
ditum bono creato finito, efficit illud maius.
¶ Circa hæc Bonauen. mouet tres quæstiones. Pri
In oppositum. Bonauen. Quæstio
ma. Vtrum opera exteriora rõne suæ priuilegiatæ
dignitatis, & eminentiæ, aliquis addat bonitatis,
& excellẽtiæ, ac meriti supra interiorem bonitatẽ
Opus exterius augeat bonitatem actus interioris.
voluntatis, & intentionis seu actionis. Et rñdet. Ali-
quid dici põt maius bonum dupliciter. Primo intẽ-
siuè, videlicet qm̃ amplius placet Deo. Secundo ex-
tensiuè, vt pote qm̃ plurib⁹ placet, & iuxta hoc du-
pliciter põt quæstio ista ĩtelligi. Primò, an opus pri-
uelegiatum aliquid addat quantũ ad proximorum
ędificationem. Secundo, quantũ ad Dei approbatio
nem. Primo modo attenditur augmentum hoc bo-
nitatis quantũ ad exemplũ. Secundo quantũ ad me
ritũ. Itaq; primo mõ addit, quia interior bonitas
non lucet, nec innotescit hominibus, nisi per osten-
sionem operum bonorũ prælertim priuilegiatorũ.
Loquendo autem de augmẽto secundo mõ, distin-
guendum est, quia est loqui de augmento præmij
substantialis, & item de augmento præmij acciden-
talis, & respectu præmij accidentalis, opus priuile-
giatum addit aureolam. Sed loquendo de merito
præmij substantialis, adhuc oportet distinguere cũ
duplex sit meritũ, vtpote congrui, & ꝯdigni. Quãtũ
ad meritũ ꝯgrui, opus priuilegiatũ addit, qa volũ-
tas in opere illo disponiẽ ad susceptionẽ maioris
charitatis, & gratiæ, per q̃ digna fit retributione p̃-
mij essentialis maiori. Si verò loquamur de merito
ꝯdigni, non addit: qm̃ quantitas meriti ꝯdigni pen-
daẽ ex quantitate radicis, & tm̃ placet Deo, qui ple-
nam h3 voluntatem, nec põt habere opus quãtũ, q̃
h3 voluntatem, & opus, quantũ ad præmiũ essen-
tiale, si sint in charitate equali. Sic patet rñsio primi
Quæstio
¶ Secundò quærit; An opus exterius, quo ad quãtita
tẽ dati, aliquid bonitatis superadat actioni bonę in
teriori. Rñdet de quãtitate dati est loq̃ dupliciter.
Primò cõparãdo datũ ad datũ solũ. Scd̃o, cõparãdo
ea ad inuicẽ, atq; ad dantis facultatẽ: Primò mõ ma
ior quãtitas doni aliquid superadit, nõ quo ad præ-
miũ essentiale directè, sed qa aliquo mõ disponit
hoĩem ad pficiendũ in bono, & ad recedẽdũ à ma-
Lucę.16.
lo. Nempe, q̃ maius tribuit mun⁹, vt faciat sibi ami
cũ mãmona iniquitatis, plus obligat recipientẽ ad
Luce 11.
orandũ p se. In hoc quoq; ꝙ eleemosynã facit ma-
iorẽ, absolui mereẽ à pęna maiori, iuxta illud: Date
eleemosynã, & ecce oĩa munda sunt vobis. Daniel
quoq; ait: Pc̃tã tua redime eleemosynis pauperũ. Si
Dani.4.
militer si cõparem⁹ quãtitates datorũ ad inuicem,
& facultatẽ donãtium, maior quantitas non addit
quo ad meritũ præmii substãtialis directè, sed quo-
dãmodo dispositiuè. Qui em̃ pẽsatis virib⁹ suis plus
largiẽ, q̃ alter pẽsatis virib⁹ suis, magis ad donũ grãe
Mar.12. Luc.21.
se disponit, & magis à pc̃tõ recedit. Porro dũ ex vna
parte datũ vnũ excedit aliud in se, & ecõtra excediẽ
ab alio in comparatione ad facultatem donãtis, se-
cũdũ quod dñs dixit, quod paupercula vidua plus
misit, q̃ diuites: tũc se habẽt sicut excedẽtia excessa,
qa s̃m diuersas ꝯdõnes vnum donũ plus promouet
quàm reliquum. Maior etenim quantitas dati, plus
promouet ad pęnam euadendum, iuxta illud. Pro-
uerbiorũ: Redemptio animæ viri, sunt propriæ diui
tiæ. Maior verò quantitas dati secundum facultatẽ
dãtis, plus valet ad grãm acquirẽdã. Nã dãs magis
Prouc.12.
disponit se ad beatitudinem pauperatis, de qua di-
citur: Beati pauperes spiritu. Hæc idẽ. ¶ Tertiò quæ
Mat.5. Quæstio.
rit. Vtrum opus bonum, quantũ ad suam numerosi
tatẽ, videlicet sæpius iteratũ, superaddat interiori
bonitati, ita vt reddat operantẽ maiori gloria essen
tialis præmij dignũ. Rñdet, dupliciter proficitur in
merito, vt pote in præmio substantiali, & p̃mio ac-
cidentali, quòd cõsistit in gaudio, quòd hr̃ de bono
creato vel de liberatione a malo. Ita loquendo de
merito respectu p̃mij essentialis, aliquid valet ad p
Ad meriti profectũ valet aliquid tripliciter
fectum meriti tripliciter. Primò, qa per illud mere-
tur hõ gloriam maiorem, & talia sunt opera perfe-
ctionis, quæ dicunẽ facere ad meriti pfectum. Secũ
dò, quia conseruat id, per quod hõ gloriam prome
retur. sicq; oĩa opera bona proficiunt ad meritum,
quia in ipsis charitas exercetur, cõseruaẽ, & radica
tur, vt hõ finaliter perseueret in illa, quod non est
parum, cum sola perseuerantia coronetur. Non tñ
operum multitudo meretur maiorem gloriam præ
mij principalis de cõdigno. Conformiter ad profe-
ctum maioris præmij accidentalis, põt aliquid va-
lere tripliciter. Primò, rõne adeptiõis aureolę, sicq;
opera specialis excellentiæ, conferunt ad profectũ
meriti bonæ voluntatis. Secundò, ratione adeptio-
nis alicuius delect[illegible]ionis internæ, & sic oĩa opera
quæ fiunt ex gratia, quodammodo valent ad pro-
fectum præmij accidentalis, quia secundum quod
homo plura opera bona facit, secundum hoc de
pluribus incundabitur in conscientia sua. Tertiò,
ratione diminutionis pœnæ, & sic opera diffici-
lia, atq; pœnalia, faciunt ad profectum meriti, & ad
bonæ meritum voluntatis, quia remissionem alicu-
ius pœnæ meretur homo ex voluntate cum opere, [illegible]
quàm non mereretur sola voluntate. Hæc demum
distinctio non solum vale, ad determinandũ, quod
dictum est, sed etiam ad præcedentia duo. Genera-
liter enim verum est, quòd operum dignitas, & dati
quantitas, & operationum mumerositas, ad profe-
ctum meriti facit respectum præmij accidentalis,
quamuis differentur. Generaliter quoq; verum est,
ꝙ ista non faciunt ad profectum meriti respectu
præmij substantialis, nisi disponendo, & conseruan
do Hæc Bonauentura. Cõcordat Alexander Anti-
siodoren quoq; in Summa sua libro 3. dicẽs: Multi-
tudo operũ bonorum, nõ facit ad maius p̃miũ, sup
ple essentiale: qm̃ opa à radice virtutis habent, ꝙ
Gulielm. Antisiod.
sint meritoria. Vnde si duo in pari charitate dece-
dãt, ęq; boni sũt, & ęquale p̃miũ sortiẽt, quãuis vn⁹
plura fecerit opa bona. Hinc rursus eodẽ asserit li-
bro. Opa bona reuiuiscũt quãtũ ad tria. Primũ est,
q̃ maior charitas daẽ resurgenti, quã daretur si nõ
opera bo na quo mini [illegible]
pcessissent in eo opera bona. Scd̃m est, quòd chari-
tas citiùs augetur in eo. Tertium, quod firmiùs p
meretur. Verum est enim, quod si ex cadem chari-
tate non crescẽte, fiant multa opa bona, nõ maius
præmium

p̃miũ mereẽ hõ omnibus illis simul sumptis, q̃ vno
tãtũ eorũ: attamẽ omnibus simul firmiùs promere-
Opera bona valent ad octo.
tur. Veruntamen nõ ideo minus multiplicãda sunt
opera bona, quoniam valent ad octo. Primum est,
quòd, per ipsa vitantur negligentia, atq; omisso. Se-
cundum est, quia per ea charitas radicatur in ho-
mine. Tertium est charitatis augmentum. Nam cha-
ritas occasionaliter augetur per hmõi opera. Quar
tum est dimisio pœnæ temporalis. Quantum est de
bilitatio fomitis. Sextum repulsio dæmonis, qui vul
neratur, & tabescit, dum videt hominem salubriter
occupari, beneq; operari. Septimum est iucunditas
mentis. Octauum, quia stabiliùs, certiùsq; meremur
Incaute dictum.
multis operibus bonis, quàm vno Hæc Antisiodo-
rensis. Qui etiam addit, non expedire, quòd istud
publice prædicetur, ne simplices retrahantur à bo-
nis operibus. Nihilominus quidam dicunt horum
oppositum, asserentes hominem remunerari secun
dum opera sua, & secundum suos laboret, Sed de
isto suo loco dicendum est.
Anquinas,
¶ Amplius Thomas. Actus, inquit, exterior, &
actus voluntatis interior, ita comparantur adinui-
cem, quod vterq; est alteri causa quodãmodo bo-
nitatis, & vterq; quãdã in se cõtinet bonitatẽ alteri
præstat. Actus nãq; exterior bonitatẽ sortitur ex
circunstantiarũ cõmensuratione, secundum quã p
portionatus est ad finem hominis consequendum.
Cumq; actus exterior comparetur ad voluntatem,
sicut obiectum ad potentiam, ideo hanc bonitatẽ
voluntatis actus interior ab interiori h3, non secũ
dum quod est exercitus secundum quod est inten
tus, ac volitus, quia inquantum exercitus, sequitur
actum voluntatis. Quædam autem ratio bonitatis
consistit in actu interiori secundũ se, prout volun-
tas est suorũ dña actuum secundum quam bonita-
tem actus habet rationem meriti siue laudabilis.
Hæcq; bonitas ab actu interiori ad exteriorem pro
cedit. loquendo ergo de illa bonitate, q̃ actus inte-
rior præbet exteriori, actus exterior nihil adijcit
bonitatis, dummodo voluntas æqualiter sit inten-
sa. Quod addo, quoniam quidam actus ita delecta
biles sunt, quòd voluntas non potest in eis esse ita
intensa ante actum, sicut in actu, vt patet in actu
fornicationis. Ideo non æqualiter demeretur, qui
vult fornicari, & qui fornicatur. Quidam verò sunt
actus difficiles, in quibus voluntas in actu remit-
tur, atq; in his voluntas potest esse magis perfecta
ante actum quàm in actu, vt patet in actibus forti-
tudinis, qui sunt in bello. Si autem loquamur de
bonitate actus, quàm actus exterior secundũ se ha-
bet, sic actus exterior complet interiorem in boni-
tate, aut prauitate, quemadmodum terminus mo-
tus complet motum. Comparatur enim ad volun-
tatem vt obiectum. Et quia ad præmium essentia-
le ordinatur actus per bonitatem quam habet a
voluntate, prout liberaliter redditur, & ex more,
ideo actus exterior nihil adiungit ad præmium
essentiale, Tantum namq; meretur hoc modo,
qui habet perfectam voluntatem aliquid facien-
di, quantum si faceret, & tantum si facit vnum
actum, quantum si faceret multos voluntate æqua
li manente. Frequenter quoq: exeundo in opus bo
num, magis habilitatur ad benè agendum &
ad proficiendum in charitate. Hæc Thomas in
Scripto.
¶ Hinc in prima Secundæ, quæstione 20. Loquen
do, ait, de bonitate exterioris actus, q̃ habet ex bo-
nitate finis, sic actus exterior nihil addit ad bonita-
tẽ nisi cõtingat ipsam voluntatẽ secundũ se fieri me
liorem in bonis, aut peiorem in malis, quod videẽ
tripliciter posse cõtingere. Primo secũdũ numerũ,
vt dum aliquis vult aliquid facere bono fine vel ma
lo, & tunc quidem non facit, post modum autem
vult, & facit, duplicaturq; actus voluntatis, & fit
duplex bonũ, seu duplex malum. Secundò, quan-
tum ad extensionem, puta cum aliquis vult face-
re aliquid bono fine, aut malo, sed propter aliquod
impedimentum desistit, alius verò continuat mo-
tũ voluntatis quousq; perficiat opere, cõstat, quòd
huiusmodi voluntas est diuturnior in bono vel
malo, & secundum hoc est peior, aut melior. Ter-
tiò, secundum intensionem. Sunt enim, quidã, actus
exteriores, qui inquantum delctabiles, aut pęnales,
nati sunt intendere siue remittere uoluntatẽ, & cer-
tum est, ꝙ quando uoluntas intesiùs tendit in bo-
num, aut malum, tanto melior est, aut peior. Si aũt
loquamur de bonitate actus exterioris, quã habet
secundum materiam, & circunstantias debitas, sic
comparatur ad uoluntatẽ, ut finis, & terminus. sicq;
addit ad bonitatem, aut malitiam uoluntatis, quo-
niã omnis motus, seu inclinatio perficitur in hoc,
ꝙ consequitur finem, terminumve attingit. Vñ non
est perfecta uoluntas, nisi sit talis, quæ data oppor-
tunitate operetur. Si uerò possibilitas desit, uolun-
tate existente pefecta ad operandum, si possit, de-
fectus perfectionis, qui est ex actu exteriori, est sim
pliciter inuoluntarius. Inuoluntarium autem sicut
non meretur pęnam, aut præmium in operando
bonum, aut malum, ita non aufert aliquid de præ-
mio, vel de pœna, si simpliciter inuoluntariè homo
deficiat ad faciendum bonum, aut malum. Sicque
intelligendum est, ꝙ super Matthæum ait Chryso-
Iohannes Chrysost.
stomus: Voluntas est, quæ aut remuneratur pro bo-
no, aut condemnatur pro malo. opera uerò sunt te
stimonia uoluntatis. Non ergo, querit D[illegible]us opera
propter se, ut sciat quomodo iudicet, sed propter
alios, ut omnes intelligant, ꝙ iustus est Deus. Quod
totum intelligendum est, quando uoluntas homi-
nis est consummata, nec cessatur ab actu nisi pro-
pter impotentiam faciendi, Hæc Thomas in Sum-
ma. Præinductis ex Bonauentura, & Thoma, con-
Arguitur primò contra veritatem.
cordant per omnia scripta Petri, & Richardi, quæ
& continentur in illis.

QVAESTIO. III

Tertio quæriẽ, *An in actibus humanis sit aliquis
indifferens, id est, nec bonus, nec malus mortali-
ter.* ¶ Videtur, ꝙ sic, quia sunt mali hominum actus,
nec boni, nec mali, videlicet, nec ex uirtute, nec ex
uitio procedẽtes, sed uel ex sola imaginatione, aut
naturali ratione, qui non sunt in se mali, nec deme-
ritorii, ut honorare parentes, nec semper ex uirtute
procedunt.
¶ Secundò, peccatoribus prædicatur, ut quam-
uis in peccato persistant, non tamen penitus ab acti
bus abstineant ex suo genere bonis, ut sunt ieiuna-
re, orare: quia actus ab ipsis facti, nec boni, nec ma-
li sunt moraliter. ¶ Tertiò, opera non sunt merito-
ria nisi propter Deum facta. aut ergo exigitur actua
lis in Deum relatio, & sic nunquam, quis meretur,
nisi cogitaret actualiter de Deo, quòd esset viam
In opposi. tum.
salutis nimis actare: aut sufficit relatio habitualis,
sicq; sufficeret semel in mense aut anno actum re-
ferre in Deũ, quod esset viã salutis nimiũ relaxare.
¶ Quarto, bonum & malum sunt contraria media,
vt in prædicamentis habetur. Nec videtur aliquod
medium inter ea nisi in differens. Quinto, festu-
cam de terra leuare, barbam fricare, sunt actus hu-
mani indifferentes, & possunt referri in finem,
indifferen-

indifferentem, videlicet vt alius videat illos actus.

1.Cor. 10. ¶ In oppositum videtur illud Appostoli: Siue mãducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et si homo hoc implet, benè, & meritorie operatur. Si non, peccat. ergo actus hominis meritorius, demeritorius ve consistit. Rursus loqui ocios è peccatum est, ergo & frustra seu inaniter operari, quod est actum in finem debitum non referre: prætertim cum plus sit facere quàm dicere tantum.

Albertus, Ociosum & indifferens non sunt idem ¶ De huius quæstionis solutione breuiter expedit se Albertus, dicẽdo: Ociosum, & indifferẽs nõ sunt idem. Ociosum nãq; redimit inutiliter tps. Indifferens autem æqualem habet dispositionem, seu potentiam ad bonum, & malum. Indifferens verò nõ. Hæc responsio incompleta est, & obscura, innuit tamen quod secundum theologos aliquis actus indifferens sit.

Aquinas. ¶ Thomas verò super hoc penitus scribens. Tres, inquit, opiniones circa hoc sunt. Nam aliqui dicũt, quòd in actis non potest esse aliquid indifferens, sed in factis. Verbũ namq; ordinat ad aliquid, cum sit signum rei. Factum verò cum non sit signum, non est ordinatum ad aliud. idcirco in verbo deformitas incidit, si ociosè proferatur, non autem in facto, si sine causa legitima fiat. Verum hæc ratio nulla est. Quamuis enim factum non sit ordinatum ad aliud. sicut signum ad signatum: est tamen ordinatum ad aliquid sicut ad finem: quoniam omne, quod à principio est, ad aliquem tendit finem. Ociosum verò opponitur ordini illi, qui est eius, quod ordinatur in finem ipsum: Non ordini, qui est signi ad signatum. Hinc alij dicũt, quòd tam in dictis, quàm in factis contingit aliqua indifferentia esse, quæ nec bona, nec mala sunt, vt illa quæ ordinantur ad præceptorum impletionem, vt sic propter Deum fiant, neq; diuinis contrarieutur præceptis, siue sit in dictis, siue in factis vt si quis loquat alicui ex amicitia quadã ciuili, aut amicabile quoddam opus ad ipsum exerceat. Sed nec istud vr, quoniam actus virtutis politicæ non extat indifferens, imò de se bonus est, & si gratia informetur, meritorius reddit. Nec est accipere aliquid, in quod ordinetur actus humanus, quòd vel secundum politicam virtutem rectũ nõ sit, aut rectitudini aduersum: quia non potest esse aliquis rectus ab aliquo deliberante fine intẽtione finis, vt secundo Metaphysicæ dicitur. Porrò finis ille est homini conueniens vel secundum animam, vel secundum corpus, aut secundum res exteriores, quæ ad vtrumq; ordinantur, quod bonum nisi contrarietur bono conueniẽti homini secundum rationem, rectitudinem habet virtutis ciuilis, quoniã vitrus ciuilis dirigit in oĩbus, quæ sunt corporis, & etiam quæ pp corpus quæruntur. Hinc siquis mediocriter his vtaẽ, vsus est rectus. Si autem secundum abundantiam, vel defectum, vsus est vitiosus virtuti contrarius. Ideo aliter secundum alios est dicendũ, quod nullus actus a voluntate deliberatiua procedens, potest esse, qui non sit bonus, aut malus, non tantum secundum theologum, sed etiam secundum moralem philosophum. Et vltra non potest esse aliquis actus a deliberatiua virtute procedens in habente gratiam, qui meritoriùs non sit. Veruntamen in non habente gratiam, potest esse aliquis actus deliberatiuus, qui nec meritorius, nec demeritoriùs sit, attamẽ bonus, aut malus est. Cuius ratio est, quoniam malum inquantum malum, non opponitur bono, nisi sicut priuatio habitui. oppositio autem contrarietatis est ex eo, quòd id super quod fundatur priuatio talis, non compatitur secum aliquod bonum, quod si simpliciter bonum: quemadmodum delectatio immoderata in cibis, non compatitur secum bonum sobrietatis, quod est simpliciter bonum. Hinc immoderata delectatio adiungitur priuationi boni, sicq; mala vocatur: Si ergo in actionibus inuenitur medium inter bonum, & malum, hoc non erit nisi inquantum bonum, & malum consistunt contraria. In priuatiuis verò oppositis non inuenitur medium nisi per hoc, quòd subiectum non est habitus susceptiuum. Propter quod lapis, qui visionis susceptiuus non est, nec videns, nec cæcus asseritur. Atq; per hunc modum oportet accidere medium inter bonum, & malum. Vt si aliquid est, quod alicuius bonitatis susceptiuum non est, nec malitiæ opposita interit sibi, vnde relinquetur indifferens. Hoc autem contingit dupliciter. Primò per modum abstractionis, secundum quod vniuersale aliquid significatur vel abstractum à differentijs contrarijs diuidentibus ipsum. ideo in sua communitate sumptum, significatur vt indifferenter se habens ad vtramlibet differentiarum: vt animal non significatur vt rationale, neq; vt irrationale, & tamen oportet, vt omne particulare animal, rationale, aut irrationale existat, & ita est hic. Si enim significetur actus in eo, quod est agere, habet naturalem bonitatem inquantum est ens. Sed indifferenter se habet ad bonitatem, malitiamue moralem. Conformiter bonum ex genere indifferenter se habet ad bonum, & malum ex circunstantia, & ex fine, quamuis non inueniatur aliquid in genere particulare, quod non sit circunstantia quadam vestitum, & ad finem aliquẽ ordinatum. Atq; secundum hanc considerationem quidam dixerũt omnes actus esse indifferentes, inquãtum sunt actus. Quidam autem dixerunt, quòd non oẽs actus, sed aliqui, accipientes nomina actuum magis in specialì, quæ non exprimunt aliquid ex quo actus ad bonitatem, vel malitiam determinetur, vt materiam, aut finẽ vel circunstantiam, vt comedere, ambulare. Alio modo contingit hoc secundum quod particulare signatum deficit à susceptibilitate alicuius perfectionis vt lapis a susceptibilitate visus: sicq; alii qui actus deficientes a susceptibilitate perfectionis moralis, non morales dicuntur, Actus demum susceptibilis est bonitatis moralis, secundum quod moralis est: humanus autem est, secundum quod aliquo modo a ratione deducitur, quod contingit tantum in actibus illis, qui à voluntate imperantur qui rationis deliberationem sequuntur. Actus verò qui sequitur apprehensionem subitæ imaginationis, vt confricatio barbæ, hoc modo indifferens est. Sed nullus rationem deliberatiuã sequẽs, erit indifferens, imò necessariò bonus, aut malus bonitate, aut prauitate ciuili. Attamen actus bonitate ciuili perfectus, non est susceptibilis efficaciæ p merẽdi, nisi in eo, qui gratiam habet. Hic in eo, qui gratia caret, indifferens est ad meritum siue demeritũ, sed in eo, qui gratiam habet, oportet vel meritorium vel demeritoriũ esse, quia si est malus, erit demeritorius: si bonus, meritorius erit, quia cum charitas imperet cunctis virtutibus sicut voluntas vniuersis potentijs, oportet, quòd quicquid ordinatur in finem alicuius virtutis, ordinetur in finem charitatis, & ita cum omnis actus bonus ordinetur in finẽ alicuius virtutis, ordinet in finem charitatis, sicq; meritorius est, sicut bibere, & comedere, seruato modo temperantiæ, & ludere ad recreationem,

seruato modo eutrapeliæ in eo, qui charitatẽ habet, qua Deum vltimum finem vitæ suæ constituit: Hæc Thomas in Scripto. ¶ Insuper in prima se-

Quæstio Quæstio cunda quæstione 18. mouet super hac re dubia duo. Primũ an aliquis actus sit indifferens secundum speciem. Secundum, vtrum aliquis actus indifferens sit secundum indiuiduum. Ad primum rñdet: Omnis actus habet speciem ex obiecto, actus quoq; humanus, qui vocatur moralis, speciem suscipit ex obiecto relato ad principium actuum humanum, quod est ratio. vnde si obiectum actus includat aliquid quod conueniat ordini rationis, erit actus bonus secundum speciẽ suã vt dare elleemosynam indigenti. Si autem includat aliquid, quod ordi rationis repugnet sicut furari, erit actus secundum speciem malus. Interdum autem obiectum actus non includit quicquam ad ordinem pertinẽs rationis, vt leuare festucam, seu ire ad indifferẽtes.

Obiectio campum, & tales actus secundum speciem suã sunt ¶ Cum ergo obijcitur, quod malum, & bonum sunt immediatè opposita, sicut habitus, atq; priua-

Dilutio. Priuatio duplex. tio: respondendum, quòd duplex est priuatio. Vna consistens in priuatum esse, & hæc nihil relinquit, sed totum tollit, vt mors, cæcitas. Et inter hanc, & habitum oppositũ non est medium circa susceptibile proprium. Alia consistens in priuari, quemadmodũ ægritudo est priuatio sanitatis, non quasi totum mox auferens, sed vt via ad totalem sanitatis ablationem, quæ fit per mortem, ideo talis priuatio cum aliquid relinquat, non semper est immediata

Simplicius cum opposito habitu. sicq; malum est priuatio boni, vt in commentario suo super liberum prædicamentorum ait Simplicius. hic potest esse medium

Nullus est actus indifferẽs in indiuiduo. inter bonum, & malum. ¶ Ad secundum rñdet: Cõtingit interdum aliquem actum secundum speciem esse indifferentem: qui tamen est bonus, aut malus in indiuiduo consideratus, quoniam actus moralis non solum sortitur bonitatẽ ex obiecto à quo speciẽ habet, sed etiã ex circunstantij quæ sunt quasi accidentia quædam, sicut aliquid ꝓuenit homini secundum accidentia indiuidualia, quod non conueuit ei secũdum rationem speciei. Oportet autem quemlibet actum indiuidualem habere circunstantiam aliquam, per quam trahatur ad bonũ vel malum, ad minus ex parte intentionis finis. Cum enim actus rationis sit ordinare actus à ratione deliberatiua procedens, si non sit ad finem debitum ordinatus, ex hoc ipso repugnat rationi, & habet rõnẽ mali, estq; necesse vt vel ordinaret vel nõ ordinet ad debitũ finem. Vnde necesse est, omnem hoĩs actum à ratione deliberatiuè procedentem, in diui

Obiectio duo consideratũ, esse bonum, aut malũ. Cum ergo

Dilutio. obijcitur, quòd nulla est species quæ non contineat aut continere valeat aliq; indiuiduum sub se, ergo si actus secundum speciem potest esse indifferens, ergo, & actus indiuidualis. Dicẽdum quòd actum esse indifferentẽ secundũ speciẽ potest intelligi dupliciter. Primò, ꝓ ex sua specie debeatur ei esse in indifferententem, sicq; nullus actus ex sua specie extat indifferens. Nõ. n. est aliq; humani actus obiectum, quod ordinari non queat ad bonum, vel malum per finem, aut circunstantiam. Secundò, quia ex specie sua non habet, ꝓ sit bonus vel malus, nihilominus potest per aliquid aliud fieri bonus, aut malus, sicut homo ex specie sua non habet, quod sit albus, aut niger, nec tamen habet ex specie sua, quòd non sit albus, aut niger: quoniam aliunde potest hoĩ supuenire albedo, vel nigredo, quã ex principijs speciei. Hæc Thomas in Summa. ¶ Petrus verò hic tangit duas opiniones, vnam iam dictam, & aliã pleniùs infra ponendam, nec declinãs ad aliquam, sed breuiter depromens qualiter vtraque posit saluari. ¶ Richardus quoque ea, quæ Petrus scribit, Richard. prosequitur magis diffusè, ambas referens opiniones, & ad eam, quam Thomas tuetur, magis declinans. Ad quod allegat, ꝓ quarto cap. de Diuinis nominibus factus Dionysius protestatur: Dæmonis Dionysi. malum est esse contra deiformen intellectum. malum verò animę esse contra rationem: corpori, cõ Ariops. tra naturam. Sed omnis actus deliberatiuæ voluntatis in nobis est, aut secundum rationem, & sic est moraliter bonus aut contra eam, sicq; cõsistit moraliter malus. Quod si fuerit præter rationem, adhuc esset moraliter malus, quia secundum Damascenum libro secundo manendo in eo, quod secundum naturam est in virtute manemus: declinan- Ioan. Da. tes verò ab eo, quod est secundum naturam ad id, quod est præter naturam, in malitia sumus. Et per naturam intelligit rationem. Hæc Richardus. Præterea Bonauentura circa hæc scribit diffusè, Hæc, in- Bonauen. quiens, quæstio intelligitur de actione voluntatis deliberatiuæ, secundum quod deliberatiua est. De qua ẽt actione est loqui dupliciter, vtpote per comparationem ad genus operationis, & in comparatione ad operantem. Et hoc vltimo mõ intelligitur quæstio, suntq; diuersæ opiniones de ista materia. Nam aliqui dicunt, quod nihil faciat homo ex deliberatione, quod Deus non reputet ei ad premiũ, vel ad pœnam, ita quòd in Dei iudicij, de oĩ actu Lucæ. 12. deliberatiuo rõnem reddemus. Et huic opinioni vi- Bernardus dentur consonare verba sanctorum, dicentiũ, ꝓ si- Anselmus cut non peribit capillus de capite sit, nec momen- Matth. 11. tũ de tpe, de quo rõnẽ non reddemus, vt dicit Bernardus. Et idẽ dicere vr Anselmus. Exigetur dicens, à nobis oẽ tps nobis inpensum qualiter sit expensum. Quibus consentire vr, quod veritas ipsa testatur, De omni verbo ocioso &c. Verum ista opinio, aut multum ampliat viam salutis, aut multum angustat. Nempe ad hoc, quod opus sit meritorũ, aut dicerent exigi actualem relationẽ operis in Deũ, & in particulari, aut dicerent sufficere relationẽ in habitu, atque in vniuersali. Et si dicant primũ, nimis coartant viã salutis. Sic enim in oĩ opere, quod hõ non referret actualiter in Deũ, peccaret, ac de meret qd valde durũ est dicere. Si aũt sufficit intentio habitualis, & in vniuersali, sic dũ, qs semel in principio anni, aut mẽsis uel diei septimanæ ꝓponerat Deo seruire, omnia opera bona, quę postea faceret, etiã nihil de Deo recogitans, meritoria sibi essent, quod esset uiam salutis ualde laxare. Hinc est alia positio magis temperata, uidelicet, quòd quædam sunt actiones noluntatis deliberatiue, quæ respiciunt ipsam directè, quædam uerò concernunt eã secundum, quod regit potentias naturalis. Prima operatio est locutio, quæ est potẽtiæ rationalis, secũdum quod utitur ratione: secunda est comestio, ambulatio. Dicnnt ergo, quod circa illas operationes, quę concernunt uoluntatem rationalem secundum quod rationalis est, non inuenitur medium neque indifferens, sed circa a alias inuenitur. Hinc concedunt, quòd non omnis actio deliberatiua est bona uel mala, locutio aũt omnis uel bona est, uel mala. Aut eũ est utilis, aut ociosa, & si ociosa ergo, Matth. 11 & mala: si utilis tunc est bona, Ideo, & dominus di- Iacob 5 xit. De omni uerbo ocioso rationem esse reddẽdã, non de omni facto. Beatus quoq; Iacobus. Si qs in uerbo nõ offendit, hic ꝓfectus est uir. ¶ Veruntã ista positio non uidetur adhuc satisfacere plenè.

Nam

Nam velle cogitare de veritate, actus est voluntatis secundum quod rationabiliter mouetur: & tamen homo frequenter cogitat de veritate non referen- do ad Deum, & durum est dicere, quòd tũc peccet. Vlterius quoq; potest loqui ex naturali pietate, aut ciuili vrbanitate. vt hominem salutando in via, & valde durum est dicere, quòd sic peccet, nec dici potest, quòd omnis talis locutio sit meritoria. De- niq; si plus est facere, quàm dicere, potius reddemus rationem de facto ocioso, q̃ de huiuscemodi ver- bo. Propter, quod sancti concludunt hoc a minori ex verbo Christi. Hinc est positio tertia, quòd in operibus voluntatis de liberatiuæ, sit medium in- ter bonitatem, & prauitatem. Quædã etenim actio à voluntate deliberatiua procedit, ordinata in de bitum finem, puta in Deum, & ista est bona, & si fit ex charitate, est meritoria vitæ æternæ. Si verò fiat extra charitatẽ, est meritoria merito congrui. Quæ- dã aũt actio ex voluntate deliberatiua procedens non est ordinata. Et hæc est diuisio per immediata procedens, Sed non omnis actio non ordinata ad Deum, sicuc ad finem, est mala. Nam quædam ita non ordinatur propter inordinatam conuersionẽ ad creaturam, quædam verò non ordinatur pp ne- gligentiam operantis. Quædam verò non ordinaẽ pp operantis infirmitatem, atq; miseriam. Prima di uisio actionis non ordinatę, est mala, malitia com- missionis. Secunda est mala, malitia omissionis. Ter ria verò neutro modo est mala, sed est indifferens, hoc, dũ quis facit aliquam operationem, ita, quòd circa creaturã non afficitur inordinate, nec tñ ope- rationem illã refert ad Deum, sed facit eam ob ali quem finem, qui indigentiam concernit naturæ, si- cut dum ambulat vt recretur, vel comedit, vt refi- ciatur. Talis actio reputatur indifferens, quia, nec Deus remunerat, nec imputat ad peccatum. Et hoc, quia in tali actione non est malitia commissionis, cum non sit inordinata delectatio, nec ẽt omissio- nis. Non enim semper emittit homo quando actio nes suas non refert in Deum. Oportuit enim indul- gere naturæ infirmæ, ac fragili, vt possit facere alia multa, Nec Deus requirit ab homine in statu distra ctionis, & miseriæ, quod omnia dum facit refert ad se, requirit tamen aliquando, quando videlicet est locus, & tempus, & si homo tunc non referat, pec- cat omittendo. ¶ Præterea aduertendum, quòd ad hoc, quod aliqua actio sit meritoria, non oportet, quod semper referat actualiter eam in Deum, sed sufficit habitualis relatio. Habitualem autem rela- tionem appello, non quia habeat charitatem, per quam sit habilis ad refferẽdum, sed, quia in primor dio illius operationis vel alterius, ex qua illa conse quenter se habet, intentionem habet ad Deũ dire- ctam. Vt si quis intendat dare pro Deo centum mar cas, & incipit dare, cogitatq; de Deo in prima mar ca, & in alijs non cogitat, nihilominus omnes da- tiones illæ sunt meritoriæ. Si autem opus alterius generis inchoet, oportet, quod intentio renouetur ad hoc, quòd opus hoc esset meritoriũ. Sic quoq; intelligitur in viris religiosis: quoniam in principio voluerunt ex charitate portare pondus religionis, quicquid enim faciunt, quod ad suæ religionis ob- seruantiam spectat, ex prima intentione fit eis me- ritorium ad salutem, nisi forte (quod absit) contra- ria intentio superueniret. In alijs autem, quæ ad re ligionem non spectant, secus est quia illa intentio non se extendit ad alia habitualiter. Ideo non est paruæ securitatis, & vtilitatis, religionem intrare. Attamen quidam dixerunt, quòd sola habitualis

Habitualiter aliqd refertur. in Deum.

intentio sufficit ad meritum satisfactionis. opus enim satisfactorum est, si fiat in charitate. ad hoc ve rò, quòd opus sit meritorium vitæ æternæ, dicunt requiri actualem intentionem, ita quòd nullũ opus sit meritorium, nisi veniat ex charitate actualiter mouente. Probabiliùs est tamen dicere. quemad- modum dictum est, quòd ad vtrumq; sufficiat rela- tio habitualis. Relationem autem voco habitualẽ, non qua quis in generali refert ad Deũ omnia ope ra diei, vel anni, sed qua quis refert aliquod opus ad Deũ, ita quod opus sequens directam habet ad opus primum ordinationem, & consequentiam, vt est in illo, qui dat pro Deo centum marcas, vel in- tendit ad sanctum Iacobum ire. In alijs autem locũ non habet. Insuper habitualem intẽtionem relatio- nemue voco, qñ non præcogitato de actu, vt tunc vel aliter fiat, ex sola boni operis consideratione charitas seu alia virtus chatitate informata, prom- pta est, & ad bonum opus inclinat, vt dum subdi- tus meretur obediendo suo prælato sibi iubenti, ẽt si nihil cogitet de Deo, sed solum consideret, quòd bonum est obedire. Hæc Bonauentura.

Io. Sco.

¶ Præterea Scotus mouendo hãc quæstionem remittit ad Bonauenturam, additq; aliqua aliter, in quiens, põt esse de bonitate, & malitia morali, & de bonitate maritoria, ac malitia demeritoria. In prima bonitate, & malitia cõparando ad actũ na- turalem videtur posse inueniri actus indifferens, qui habeat determinatam speciem in genere na- tura per comparationem ad omnes causas suas: & tamen possit indifferenter habere bonitatem, mali- tiamve moralẽ, quia secundum Phylosophum, ha- bitus iustitię generatur ex operibus iustis: non tñ iustè factis, & iste actus, ex quo generatur virtus, non est bonus moraliter, quia non est ex virtute. similiter de actibus post acquisitam uirtutem: quo niam non videtur necessè, q voluntas habens vir- tutem, vtatur ea: sed solum quando occurrit tam uehe mens passio, quæ subuertat rationem nisi uta tur uirtute. Secundò etiam modo loquendo de bo no, & malo, uidetur esse medium inter actum bo- num, & malum. Supposita nãq; bonitate morali, meritum uidetur esse ex relatione ad ultimum fi- nem, quæ relatio fit a charitate inexistente. Potest aũt actus referri ex charitate in debitum finem tri- pliciter. Primò actualiter, quemadmodum actuali- ter cogitans de fine, appetit, seu diligit illum, uult q; aliquid propter ipsum. Secundò uirtualiter, ut dum ex cognitione, & dilectione finis deuenitur ad uolitionem entis huius ad finem. Tertiò habituali- ter quoq; potest actus non referri. Primò penitus negatiuè, quia nec actualiter, nec habitualiter re- fertur in finem: Secundò priuatiuè, quoniam non tamen natum est referri, ut ueniale peccatum; quã- uis stet cum charitate, non tum natio est a chari- tate referri iu finem. Tertiò contrariè, quia corrum pit principium referendi uidelicet charitatem, ut peccatũ mortale. De his duobus ultimis mẽbris, cer tũ est, quòd actus illi sint mali, puta peccatum mor- tale, & ueniale. Porrò de tribus primis certum est, quòd primus actus est meritorius, & de duobus alijs, qui scilicet referuntur uirtualiter, idem satis probabiles est. De actibus uerò qui purè negatiuè, id est, nec actualiter, nec uirtualiter referuntur, dubium est an sint meritorij, an uenialiter mali, an indifferentes. Si ponatur alterum homo duorum primorũ membrorum, uidetur, quòd existens continuè in gratia, mereatur continuè, aut peccet uenialiter saltẽ: qm̃ multos tales elicit ac- tus

Philoso.

Actus referuntur Charitate in debitũ finem trifariã.

tus, qui, nec actualiter. nec virtualiter referuntur in Deum. Vnde videtur probabile, q sint indifferẽtes: quia non habent sufficientem malitiam peccati ve- nialis, cum possibile sit nullam esse in eis inordina- tionem, nec videtur in eis esse sufficiens ratio me- meritoriæ bonitatis, ad quã videẽ ad minus requi- ri relatio virtualis, qualis in istis non est. Sunt ergo multi actus indifferentes, non solũ secundum esse, q habent in esse naturæ, sed etiam secũdum esse, q habent in esse morali. Et sunt indifferentes ad bonũ meritorium, & malum demeritorium quoniam vnum indiuiduũ põt esse tale, & aliud tale. Multi ẽt singulares actus eliciti sunt indifferentes, qui non sunt tales, nec tales, & non solum actus non huma- ni. de quibus non est sermo vt barbam fricare, sed ẽt de actibus liberè elicitis. Hęc Scotus, q in his sequiẽ Bonauen. ¶ insuper Durandus p̃fatas opiniones hic tangit, & ad nullã multũ declinat. Opinionẽ quoq;, quã sequiẽ Thomas, sic probat: Ratio deliberans si- cut deliberando ꝓcedit ex fine ad ꝯsiliandũ de his, quæ sunt ad finem, sic imperãdo executionẽ eius, q deliberatũ ẽ, ordinat actũ imperatũ ad aliquẽ finẽ. Ex hoc ita arguitur. Omnis actus imperatus à rõ- ne, ordinatus est ad finem debitũ, vel non: si ordina tus est, non est differens, sed bonus: si non, ergo est malus. Nec dici põt, q ordineẽ ad finem indifferen- tem, quia impossibile est rõnẽ boni non includi in rõne finis. ¶ Secũdò si esset aliquis actus indifferẽs, oporteret dare habitũ indifferentem, quia habitus determinat potentiam, vt dicitur secundo Ethico- rum, vbi, & dicitur, q habitus est quo bene, aut ma le possumus: sicq; per habitum disponitur poten- tia, & determinatur ad bene vel male, ergo nullus habitus potest indifferens esse. Cumq; ex actibus generetur habitus, sicut ex actibus bonis frequen- tatis generatur habitus bonus, ita ex malis malus, & ex indifferentibus indifferens.

Durãdus.

¶ Deinde Durandus obijcit contra aliqua conten- ta in Thoma, & ait. Dicitur, q in habente grãm, nul- lus actus ex deliberatione procedens, est indiffe- rens, sed meritorius, aut demeritorius, sed in non habente gratiã potest esse aliquis actus deliberatus, nec meritorius, nec demeritorius, &c. ob causam in positione Thomæ expressam. In quo dicto est ali- quid satis clarum, videlicet, q in habente gratiam, & in non habente gratiã, omnis actus malus à deli beratione procedens, est demeritorius, & aliquid dubium, vt pote, q omnis actus moraliter bonus, est meritorius Oppositum quippè ũr probabile. qm̃ circunstantia, quę est solum concomitans actum, & nõ informans, nullam bonitatẽ, aut malitiã po- nit circa ipsum, vt p3 in actibus tam bonis, quàm malis. In malis, nam infidelitas non ponit malitiam aliquam circa actum moralem, nisi dum actus ille ex infidelitate ꝓcedit. tunc.n. est ꝯditio informans, non solũ con comitans. sed in alijs, puta in eo, q est dare eleemosynã ex naturali pietate, vel honorare parentes ex naturali pietate, respectu quorũ infide- litas est solum conditio comitãs, nullã ponit defor mitatẽ. Similiter est in bonis. Constat aũt, q chari- tas, & gratia frequenter est solũ circunstantia con comitans actum bonum moralem, nequaq̃ infor- mans, vt dum, quis solo dictamine naturalis rotio- nis reddit alteri, q suum est. Charitas ergo, gra- tia non ponit in tali actu aliquam bonitatẽ p̃ter simplicem bonitatem moralem ¶ Deniq:, q in ha bente charitatẽ oĩs actus moralis debeat ordinari in finem charitatis, non apparet. Nam q̃uis quilibet teneatur vitare malũ, nullus tñ tenetur facere oẽ

Durãdus.

bonum, q potest: alioquin vnusquisq; teneretur ad opera supererogationis. Hinc quilibet solum teneẽ ad bonum, cuius omissio in ipso est mala, & pœnã meretur. De numero aũt talium non vr̃ esse ordina tio vniuscuiusq; actus moralis in finem charitatis in eo, qui gratiã habet. Quod patet, qui ad omne il- lud ad qđ tenetur fidelis existens in gratia, tenetur fidelis gratia carens, quia defectus culpabilis nul- lum absoluit ab eo ad qđ tenetur. Ideo cum fidelis habens gratiam, nisi amittat ipsam per culpã suam, ad omne illud tenetur amissa gratia, ad qđ teneba- tur gratiam habens. Fidelis aũt gratia carens, non tenetur omnem actum moralem bonũ ordinare in finem charitatis, vt patuit. Hæc Durandus. Qui ꝯtra prætactum verbum diffusiùs arguit, & (vt apparet) idoneè. Positio demum Bonauenturę rationabi- lior esse videtur, & ex dictis eius innotescit respon sio ad motiua alteriùs opinionis.

QVAESTIO.

Arguitur primò p parte affirmatiua

QVartò quæritur, *An eadem numero actio, pos- sit esse bona, & mala moraliter.* ¶ Non enim du bium est de bonitate naturæ, seu entis, qua omnis actio positiua est bona, & q eadem actio possit bo na esse, & mala, probatur. Nam eadem actio potest incipi recta intentione, & cntinuari, ac finiri intẽ- ntione peruersa. Secũdò aliquis in mortali existẽs, facit suffragia pro defuncto, & operatio illa est me- ritoria mortuo, non ipsi agenti, cum charitatem nõ habeat, defuncto tamen meretur pœnæ minoratio nem, & satisfactoria est pro ipso: sicque eadem a- ctio est meritoria, & non meritoria. Tertiò, si do minus aliquis ex charitate percipiat seruo suo ele- emosynam dare, & seruus inuitus hoc faciat, uide- tur elemosynæ illius largitio esse bona per respe- ctum ad dominum, & mala per cõparationem ad seruum, Quartò, secũdũ Philosophum tertio Physi- corum, idem motus est, qui in agente est actio, & in patiente passio: quemadmodum eadem est uia ab Athenis ad Thebas, & econtrario: sed contin- git actionẽ esse malã, passionemq; bonã sicut mala fuit actio crucifigentiũ Christũ, & optima passio eius, &, sic idẽ actus, seu motus est bonus, & malus.

Secundo

Tertio.

Quartò Philoso.

In oppositum.

¶ In contrarium est, q bonum, & malum contra ria sunt, & differentiæ oppositæ actus humani. Con traria verò nequeunt simul inesse eidem.

Alexand.

¶ Circa hoc. Alexander scribit; Oppositio inter bonum ex genere, & malum ex genere est opposi- tio disparata, qm̃ separantur ab in uicem secundũ rationem seu formam, & subiectum; non autẽ pro- priè contraria, cum non sint nata fieri circa idẽ su- biectum, nec sub eodem genere continentur, imò sunt disparata. Quemadmodum aũt bonitas, & ma litia disparata sunt inter se, ita, & actiones, quibus conueniunt. Nihilominus bonum, & malum pos- sunt eidem accidere actioni. Nam bona actio ex ge nere, põt esse mala ex intẽtione, aut bona: & ita hoc est per respectũ ad diuersa. Simpliciter aũt nõ põt eadẽ actio numero esse bona, & mala Hinc aliter se habent bonum, & malũ circa actionẽ, & circa agen tẽ, Possunt enim eidem numero agẽti inesse, sed nõ simul. vni aũt, & eidẽ numero actioni nequeũt si- mul ſm priùs, & posteriùs conuenire. Cuius ratio est, q agens numeratur propriæ numeratione præ- ter malum, & bonum, quæ ei accidunt; actio verò cum non sit in se stans, sed transiens numeratur cum conditionibus suis, unde alia numero est a- ctio bona, & alia numero actio mala. Hæc. Alexan- der

der cuius responsio intricata videtur.

Aquinas. ¶ Porro Thomas clariùs scribens, testatur. Cum vnum, & ens conuertatur secundum hoc, q̃ res se habet ad esse, ita se habet ad vnitatem. Est autē in re duplex esse considerare, videlicet esse ipsius secundum se, q̃ est esse ipsius primum, & substantiale, & esse superueniens, q̃ est secundum, & accidentale, idcirco contingit, q̃ aliquid secundum se consideratum, est vnum: quòd tamen secundum aliquid sibi accidentale, quandam habet pluralitaem, vt lignum cuius vna pars est alba, & alia nigra in se vnū est lignum: sed quo adesse coloratum, est quodammodo plura. Cum ergo actus exteriores participēt bonitatem, malitiamve moralem, tanquam quoddā superueniens, inquantum sunt imperati a uoluntate, contingit talem actum esse vnum secundum seconsideratum, & tamen esse multa, prout ad genus moris refertur, secundum quod moraliter bonus, aut malus vocatur. ¶ per qd patet ad primum solutio. Talis etenim actio secundū esse naturæ est vna, sed prout diuersa intentione, ac varia volūtate exercetur, est moraliter alia, & alia, & bona, ac mala.

Soluuntur Argumen.

¶ Circa solutionem aūt secundi, est duplex opinio. Vna, q̃ suffragia, quæ facit, quis in mortali existens, quantum ad opus operans non sunt meritoria agēti, nec ei primi quo fiunt, si verò cōsideretur opus operatum, vt sacrificium, aut aliquid tale, sunt meritoria ei pro quo fiunt, nō operanti. Et sic operatio eadem non est meritoria, & non meritoria, qm̄ operatio ipsa, nullo modo meritoria extat. Sed qm̄ efficacia suffragiorum mensuratur secundū charitatē eius pro quo fiunt: nam tm̄ vnicuiq; valent, quantū meruit vt sibi valerent, vt testatur Aug. idcirco ab alijs veriùs dicitur, q̃ ēt ipsa operatio sine charitate facta, valet ei pro quo fit, virtute charitatis illius, & non operantis. Nec tm̄ sequitur, q̃ illa operatio bona esset simpliciter, sed, q̃ est bona huic, pro quo fit. Simpliciter enim bonum est, q̃ facienti bonū est. Nec est inconueniens, q̃ aliquid simpliciter malum sit, quòd tamen alicui bonum est.

Nota de suffragijs ac sacrificio criminosi sacerdotis.

August.

¶ Ad tertium respondet, q̃ seruus agit vt instrumentum dñi sui, atq; vt motus domino, alia aūt est actio mouentis, & alia moti. Nec enim secundū eū dem motum, potest idem esse moues, & motū, sicq; alia numero est actio dñi, alia serui. ¶ Ad quartum, q̃ cum actio sit in agente, & passio in patiente, non potest esse idem numero accidēs, q̃ est actio, & qd̄ passio, cum idem accidens nequeat esse in diuersis, subiectis. Vnde, & Auicenna affirmat, q̃ non est eadē numero æqualitas in duobus, sed specie tantū sed, quia eorum differentia, non est nisi penes terminos, vtpote penes agens, & patiens, motusq; ab vtroq; abstrahat termino, hinc motus significat vt sine differentia ista, propter, q̃ dicitur, q̃ motus est vnus. Meritum quoq; non consistit in passione vt passio est, sed in operatione patientis, qua passionem voluntariè sustinet propter Deum, quę operatio alia est ab operatione agentis. Hęc. Tho. in Scrip.

Auicenna

Petrus.

¶ Hæc eadem scribit in Prima Secundæ, q̃stione, 20. quib̄ ꝓcordat. Petrus, & addit: Duplex est actio q̃dā simplex, & indiuisibilis, vt actio interior, & hęc non pōt eadem esse bona, & mala. Quædā verò successiua, atq; exterior, & hæc eadem pōt esse bona, & mala, sed non secundum eādē partē, quemadmodū eadē superficies secūdum vnam patem est alba, secundū aliā nigra. Nā sicut hæc actio habet duplex esse, videlicet esse naturæ, put ꝓcedit naturali potētia, vt ambulatio, a vi gressiua, & eē moris, put ꝓcedit a volūtate, sic habet duplex esse morale, inquātū inchoat ex charitate, & ꝓtinuat ex vnitate. Hęc Pe. ¶ Consonat Bonauentura, & Richardus. ¶ Verū ꝗ illud dictum Petri de actione interitori simplici, & indiuisibili, quòd eadē numero nequeat esse bona, & mala objicit sic Durādus: Sicut se habet intellectus ad verum, & falsum, ita voluntas ad bonum, & malum. Sed idem actus ipsius intellectus quamuis sit simplex, & indiuisibilis: attamen successiuè pōt esse vet̄, & falsus, vt dum aliquis credit Socratē sedere, qui veraciter sedet, & in eadem actuali credulitate ꝓseuerat Socrate surgente, ergo idem act̄ voluntatis simplex, & indiuisibilis potest successiuè esse bonus, & malus. Nec valet, quod dr̄, quòd actus non est bonus, & malus, quia nō habet successionem. Nam idem secundum idem, pōt successiuè opposita suscipere, non per sui successionem: sed per successionem oppositorum circa ipsum, dummodo cōtingit, ipsum pluries sumere, sicut corpus secundum eandem partem potest successiuè calidum esse, & frigidum. Actus aūt voluntatis quamuis sit simplex, & in diuisibilis, potest tm̄ pluries sumi, qa nō solū habet eē sc3 ꝓ instās tꝓis, sed plurib̄ partib̄ tꝓis coexistit: iō act̄ voluntatis pōt successiuè eē bon̄, & mal̄ vt dū bona volūtate vult publicè celebrare: & ipso ꝓseuerante in eodē velle, a superiore ei legitimè prohibet, nihilominus in eo dē velle ꝓsistit. Hæc Durandus. Cuius obiecta videtur procedere, nisi Petrus loquatur de actu simplici indiuisibili, & instanneo tantum.

Durandus

Quæstio Petri, Richardi

POstremò hic quæritur, *An bene agens, tantum bene agit acpromeret, quantū intendit.* Ad hoc Alexāder rndet breuissimè. Petr̄ verò, & Richardus rn̄sio onem eius clarius scribunt, dicendo: Secus est in bonis, & malis, qa ad bonum non sufficit bonitas generis sine bonitate intentionis. Ad malū verò sufficittā malitia, generis q̃ malitia itētionis. Hinc in malis augmentum mali mensuratur secundum intentionem, qm̄ qui intendit multum peccare, multum peccat. Sed non diminutio. Non enim parum peccat, qui intendit parum peccare. In bonis verò distinguendū est, qm̄ quantitas intentionis pōt cōsiderari dupliciter. Primò, secundum quantitatem affectus ipsius intendentis. Secundò, penes quantitatem effectus intenti. Primò modo intentio mensurat opus, quia tam bonum est opus quām bonus est affectus ex quo fit. non autem secūdo modo imò aliquando qui credit facere maius bonū, facit minus, & econuerso. Hæc Petrus, & Richardus.

Vnde petitur meritū, aut demeritū quantitas.

¶ Hæc eadem scribit in Prima Secundæ, q̃stione,

Qualiter ex obliquitate intentionis habeat fieri opus malū Roma. 14.

An oīs intentio, vel actio eorum, qui carent fide, sit mala. Distinctio. 41.

QVmq; intentio (vt supradictum est) bonum opus faciat, & fides intentionem dirigat non īmeritò q̃ri pōt, vtrū oīs intentio omneq; illorū opus malū sit, q̃ fidem non habent: Si enim fides intentionem dirigit, & intentio bonum opus facit, vbi non est fides, nec intentio bona, nec opus bonum esse videtur. Quod a quibusdam non irrationabiliter astruitur, qui dicunt omnes actiones, & voluntates hominis sine fide malas esse, quę fide habita bonæ existunt. Vnde Apostolus ait: Omne, quod non est ex fide, peccatum est. Quod exponens, Augu. ait: Omnis

ait. Oīs īfideliū vita pctm̄ est, & nihil bonū ē sine sūmo bono, vbi deest agnitio eternę veritatis, falsa virtus ē ēt in optimis morib̄. Et Iacobus ī epistola cano. ait: Qui affendit ī vno, .i. in charitate, factus est oīum reus. Qui ergo fidē, & charitatē nō habet, oīs eius actio pctm̄ est, qa ad charitatem non refert: Qd̄ .n. ad charitatem non referr̄, ut supra meminit. Aug. non fit quemadmodū fieri oportet: ideoq; malū est. Non ergo mādata custodit qui charitate curet, qa sine charitate nullū mādatorū custodit. Vn̄ Aug. super epistolā ad Gal. ait: Custoditionē legis dicit Apost. nō inebriari, nō occidere, nō męchari, & alia hmōi ad bonos mores ꝓtinētia, q̃ sine charitate, fide, & spe īpleri nō possunt. Nullū ergo mādatū īplet, nullū bonū op̄ facit, q̃ fidē, & charitatē nō hēt. Impossibile ē. n. (vt ait. Apo.) sine fide aliqd placere Deo. Quę ergo sine fide fiūt, bōa ñ sūt, qa oē bonū placet deo.

Aug in li. sententiarū Pro spiri ca 106.

Iacob. 2.

Augusti.

Quod sine charitate nō custodiūtur mandata.

Heb. 11.

B

Quæ præmissa sententia obijciuntur ex verbis Augustini.

His aūt obijcit, qd̄ s. dixit Augu. s. qd̄ in seruili timore etsi bonum fiat non tm̄ bene. Nemo. n. inuitus bene facit, etiā si bonū est, qd̄ facit. Hic. n. dicit bonū fieri, sed non bene ab illo, qui charitatē nō habet. Qui. n. seruiliter timet, charitate vacuus ē, de quo tm̄ hic dicit, qa bonū facit, sed non bene. Qui etiā sup illum locum Psal. Turtur inuenit sibi nidum vbi reponat pullos suos: dicit, qd̄ Iudęi, & hæretici, pagani, opera bona faciunt, qa cant̄ pulli eorū. Quibus illi rn̄dent dicentes bona opera appellari hmōi, q̃ sine charitate fiunt, non qa bona sint, qm̄ sic fiunt, qd̄ euidenter supra Augustinus docuit: sed quia bona essent si aliter fierent, quæ etiam in suo genere sunt bona, sed ex affectu fiunt mala.

Aug. sup. Iohannē.

Psalm. 23.

C

Aliorū sententia de præmissa quæstione, qua quærebatur, si oīs actio eorum mala est, qui fidem non habent.

Alij vetò, q̃ trifariā distinctionē actuū faciūt, opa cūcta, q̃ ad naturę subsidiū fiunt, ꝓ bona eē astruūt. Sed, qd̄ Aug. mala esse dicit, si malas habeāt cās, non ita accipiendū est quasi i ipsa mala sīt, sed qa peccāt, & mali sūt. q ea malo fine agūt. Irē, & illud aliud. s. bonū op̄ intētio facit, & ītētionē fides dirigit, determināt, dicētes ibi bonū vocatū, qd̄ remunerabile ē ad uitā. ñ qa illud sit solū bonū opus: imò ēt alia plura, licet ñ ea rōne, qua illud, sīt bōa. Bonū. n. multipliciter accipit, s. ꝓ utili, ꝓ remuneralibi, ꝓ signo boni, ꝓ specie bōi, ꝓ licito, & aliis forte mdis. Solaq; illa ītētio remunerabilis ē ad vitā, quā, fides dirigit, sed non illa sola bona est, ut aiūt. Nam si, qs Iudęus, uel malus Chrianus necessitatē ꝓximi reuelauerit naturali pietate ductus, bonū fecit: & bōa fuit uolūtas, qua illud fecit.

Determinat prædicta uerba Augusti.

Quibus modis dicatur bonum.

D

Hic ponit quædam Aug. capitula, quæ tractauit, non quasi prauè dicta, sed quo sensu dixerit insinuans.

Post hæc inuestigari oportet, qualiter ītelligēdū sit, qd̄ Aug. ait ī li. de uera religione. Vsq; adeo inqt pctm̄ volūtariū malū ē, ut nullo mō sit pctm̄, si nō sit volūtariū. Huius dicti rōnē Aug. aperiēs ī l. retrac. dicit: Pōt videri falsa hæc diffinitio, sed si diligenter discutiat̄, inuenit eē uerissima, pctm̄ qppè illud cogitādū ē, qd̄ tātū mō pctm̄ est, nō qd̄ ē ēt pęna peccati, s. pctm̄ primi hoīs, qd̄ fuit pctm̄, & cā pctī, sed nō pęna, Quāuis, & illa, q̃ nō voluntaria pctā non īmerito dicunt̄, qa uel a nesciētibus, uel a coactis ꝓpetrant̄, non oī mō possūt sine uoluntate cōmitti: qm̄ & ille, q peccat ignorās, uolūtate utiq; facit: qd̄ cū faciendū non sit puta eē faciendū: & ille, q ꝯcupiscēte aduersus spiritū carne, nō ea, q̃ vult facit, ꝯcupiscit, q dā nolens, & ī eo non facit, qd̄ uult: sed si vincit̄, ꝯcupiscentię uolens, & iō non facit nisi, qd̄ uult: & illud, qd̄ ī paruulis ē originale pctm̄ (cū adhuc nō utant̄ uolūtatis libero arbitrio) ñ absūrdè uocat̄ uolūtariū, qa ex primi hoīs volūtate mala ꝯctū est. Non iraq; falsū est, qd̄ dixi, usq; adeo pctm̄ volūtariū ē &c. Ecce qualiter accipiēdū sit illud, s. vel de primo pctō hoīs, uel de oībus gn̄aliter peccatis mortiferis: quorū licet, quędā dicant̄ non uolūtaria, q̃. i. per ignorantiam, uel per infirmitatem fiunt: eadem tamen ratione ea possunt dici voluntaria, quia sine uoluntate non committūtur.

Aug. in li. de uera religione. 6. 14. Et lib. 1 Retrac. ca 13.

E

Quòd nunquam nisi in voluntate peccatum est.

Illius ēt intelligētia ꝓquirenda est, qd̄ in li. de duabus aīabus edidit, inquiens. Nusquā nisi in uolūtate pctm̄ est. Qd̄ ēt in libro retrac. plane determinat, dicēs: Pōt putari ista falsa esse snīa, qua diximus: Nusquā nisi in uolūtate esse pctm̄, cum Apost. dicat Qd̄ nolo hoc facio &c. Sed pctm̄, quod nusquam est nisi in voluntate, illud p̄cipuè intelligendū est, qd̄ iusta dānati consecuta est. i. primū hoīs pctm̄. In eodē quoq; li. de duabus aīabus aliud tradidit ꝯsideratione dignū, ait. n. Non nisi volūtate peccat̄, ipsamq; volūtatē diffinit, dicēs, Volūtas est animi motus cogēte nullo ad aliqd, vel ñ admittēdū, uel adipiscēdū. Hui̇ dicti eām aperiēs, & ītelligētiā pādēs ī li. retra. ait, Hoc ꝓpterea dictū ē, vt hac

Augu. de duabus animabus. ca. 10 Et lib. Retractatio cap. 19. Roma 7.

diffinitione uolens a nolente discerneret,& sic ad illos referretur intentio,qui in paradiso fecerunt originem mali,nullo cogente peccando.i.libera uoluntate, quia & scientes contra præceptum fecerunt,& ille tentator suasit , ut hoc fieret, non coegit. Nã, qui nesciens peccauit,non incogruenrer nolens peccasse dici potest,quamuis & ipe, q dem nesciens fecit : volens tamen facit. Ita,nec tale pctm̃ sine voluntate esse potuit , sed voluntas facti ibi fuit,non pctĩ uoluntas, qđ tamen factum fuit pctm̃ , hoc.n. factum est, ꝙ fieri non debuit . Quisquis autem sciens peccat , sit põt cogenti ad pctm̃ sine peccato resistere,nec tamen facit,utique uolens peccat,quia,qui potest resistere,non cogitur cedere,qua propter pctm̃ sine uoluntate esse non posse verissimum est.Ex his liquet,qualiter superiora accipienda sint.

F

Quòd mala voluntas est voluntarium peccatum.

Aug lib 1. de libero arbitri. c. 12. Et li. 1. re trac. ca. 9. Aug. li. 9. de libero arbit. c. 16. Et lib. 1. retr c. 9.

Si autem omne pctm̃ mortale voluntarium est,cum uoluntas mala pctm̃ sit mortale,cõstat ipsam esse uoluntarium pctm̃. Quid.n.,ut ait Aug.tam in uoluntate,q̃ ipsa uoluntas sita est? Voluntas itaq; mala,rectè uoluntarium dr̃ pctm̃, quia in uoluntate consit. Voluntas quippè,ut ait Aug.in eodem,est prima causa peccandi,aut nullum peccatum est prima causa peccandi,nec est cui rectè imputetur peccatum, nisi peccãti. Non ergo est cui rectè imputetur nisi uoluntati , hoc autem de peccato actuali intelligendum est.Neque his verbis aliud uoluit ostendere Aug. ut ipse ait in retra. nisi , quia uoluntas est, qua peccatur,& qua rectè uiuitur.

Sũma distinctionis. 41.

Declarato qualiter actiões exteriores,& interiores a fine,ab intentione, a volũtate ab obiecto bonitaté,& malitiã sortiunt̃. hic ex p̃habitis aliquas ĩserit qões,ut p3 ĩ litera . Prima est,utrũ oĩs intẽtio,oisq; operatio ĩfideliũ sit pc̃tm̃.Ei sup hoc arguit ad partẽ utrãq; diuersas tãgit opiniões.Scđò inquirit,quo modo oẽ pc̃tm̃ sit uoluntariũ.Tertiò,an sola voluntate peccetur , vel in sola voluntate pc̃tm̃ consistat.

QVAESTIO I.

Hic quæritur primò , *An fides sit,ita necessaria intentionis directrix,qđ oĩs infidelium actio , sit indirecta,inordinata , & aliquo modo culpabilis.* ¶ Et vr̃ primò,qđ non fides non habeat intentionẽ dirigere,Primò,quia hoc spectat ad legem diuinã.item ad prudentiam,q̃ uocatur uirtutum auriga. In contrarium est,qđ fides est oculus cordis,& lumen mẽtis,ostendens hoĩ ultimum finem,& dirigens in eũdem.Rursus,ultimus finis hoĩs est supernaturalis , quem oportet per fidẽ cognoscere,& iuxta fidei directionẽ in illũ procedere.¶ Præterea, qđ oĩs actus infideliũ sit pc̃tm̃,appet primò ex eo,qđ ait Apostolus:Oẽ,ꝙ non est ex fide,pc̃tm̃ est.Et denuo ex hoc, ꝙ asserit Glossa,Oĩs infidelium uita pc̃tm̃ est.Scđò, quoniam verisimile est, ꝙ infideles omne bonum ex genere,qđ agunt, in suæ infidelitatis referant finem actu,uel habitu,& omne tale culpabile est.Tertiò,oẽ bonũ placet Deo sed infideles nihil Deo placitum operantur.Nil etenim Deo acceptũ efficiũt, sicut,nec hi,qui in mortali sunt uitio, cum careant charitate,& gratia.¶ In contrariũ est,ꝙ multi gẽtiliũ legũt fuisse naturalibus , & acquisitis virtutibus decorati.Imò ſm Aristotelem, quidã eorũ fuerunt uiri heroici,ſm Platonem verò,& Macrobium , & Plotinum,uiri purgati animi. Insuper decalogus legis ad naturalẽ pertinet legem.estq; de naturalis dictamine rõnis.ergo si infidelis faciat talium opera pręceptorũ,ex naturali rõne,& pietate,ac æquitate Deum amando,laudando,parentesq; honorando, non peccat in talibus:imò per opera misericordiæ quidã gẽtiliũ ad Dei gr̃am sunt pducti , ut patet de sancto Eustachio. ¶ Ad hoc Bonauẽtura rñdet : Infideles non peccant in oĩ sua actione.Nẽpe dũ eorũ actio,nec fidei, nec morib⁹ bonis repugnat nõ peccat.Et si objiciat̃,ꝙ ait saluator: Nõ põt arbor mala,fructus bonos facere,& quod ait auctoritas. Vbi deest agnitio ueritatis , falsa est uirtus Dicendum, quòd arbor mala,inq̃tum talis, non põt fructus facere bonos.Virtus quoque sine veritatis notitia,nõ est uera,uirtus pfecta,nec põt saluare nõ tñ est falsa in seipa,nec uitiũ.Sicut,& tota infideliũ uita fertur pc̃tm̃, nõ qđ unaqueq; eorũ actio demeritoria culpabilisq; existat,sed qa uita eorũ nõ est sine peccato, nec p eam queunt liberari culpa . Hæc Bonauentu.Eadẽ Alexander ¶ At uerò Thomas,declarãs qualiter fidei sit intentionẽ dirigere. Rectũ est,inqt cuius mediũ,nõ exit ab extremis.act⁹ aũt inter duo extrema ẽ mediũ,utpote inter agentẽ,& finẽ intentum.hinc in ope,uel in intentiõe rectũ vocat̃,scđm quod opus ab agẽte egrediẽs,non p̃tergredit̃ ordinẽ debiti finis.Idcirco illiùs extat dirigere, cuius ẽ in finẽ ordinare.Ordinare aũt in finẽ ꝯtingit dupliciter:Primò ostẽdẽdo finẽ,qđ spectat rõnẽ.Scđò,inclinando in finẽ,qđ ptinet ad uoluntatẽ:qm̃ amor in quo actus uolũtatis ꝯsistit,ẽ quasi aĩæ põd⁹ scđm Augustinũ.Perfectè uerò finẽ ostẽdere , nõ cõpetit rõni nisi ſm qđ p habitũ ẽ pfecta similiter,nec uolũtati.Finis quoq; actuũ ẽ duplex,vc3 pprius, & pximus,& itẽ cõis,& ultimus,q est duplex. Vnus facultatẽ naturæ excedens , q est æterna fęlicitas patriæ,in quẽ finẽ ostendendo dirigit fides ,& inclinãdo charitas. Cũq; ad hunc finẽ,tanquã ad summũ, ac ultimũ alij fines sint ordinandi,iõ fides,& charitas dicunt̃ uniuersaliter dirigere intẽtionẽ in oĩb⁹. In finẽ aũt pportionatũ facultati naturæ dirigit rõ ostẽsiuè,habitu sapiẽtiæ acquisitæ,& naturalis pfecta,cuius sapiẽtiæ act⁹,ẽ cõtẽplatiua fęlicitas,ut dr̃ decimo.Ethicorũ,aut pfecta habitu prudẽtiæ, cui⁹ fęlicitas:inclinando verò uirtus appetitiua, ſm qđ est pfecta habitibus virtutẽ moraliũ, sicq; diuersa diuersimode in ultimũ dirigũt finem Directio quoque fidei p̃cedit directionẽ legis,atq; iustitiæ. Lex etenim docet actũ, & iustitia inclinat ad ipsum, ostensio aũt finis,quæ est ex fide actus illos pręcedit. ¶ Insup sicut in naturalibus una pfectio superadditur alteri, sicut quedã res habeat vnã illarum, quędã duas, sicq; deinceps: sicut moralibus cõtingit ꝯsiderare vnã perfectionẽ alteri supperadditã; ex quarum qualibet,actus dr̃ bonus. & si aliqua illarum desit perfectionum , deerit bonitas, quæ est ſm illam perfectionem. Verbi gratia , Oĩs actus inquantum actus,habet quandã bonitatẽ essentialẽ, inquantum omne ens est bonum , sed in aliquibus actibus superaditur bonitas ex proportione actus ad debitum obiectum,& secundum hoc dicitur actus bonus ex genere, vlteriùs verò ex commensuratione debitarum circunstantiarum , dr̃ bonus ex circunstantia, & ita deinceps, quousq; perueniatur ad ultimam bonitatem , cuius humanus actus est susceptiuus,quæ est ex ordine in ultimum finẽ per habitum gratię, vel charitatis. Hinc actus illorum , qui gratiã,& charitatẽ non habent, hoc modo nequeunt esse boni,& hæc est bonitas,secundum quã actus meritorius appellatur : remanet tamen bonitas alia,puta uirtutis politicæ , uel ex circunstantia siue ex genere.Subtracto namq; posteriore.nihilominus remanet priùs,ut in libro de Causis habetur. Hinc nõ oportet, quòd omnis actus infidelium malus sit,sed; quòd sit deficientis,imperfectęq; bonitatis.Omnis uerò actus, quem ex infidelitate exercẽt, vel ad finem suæ perfidiæ referunt , est iniquus. Actus verò,quos faciunt , ex acquisita uirtute, aut naturali pietate,intantum complacent Deo, inquãtum de bonitate participant. Nõ autem simpliciter placent Deo,quasi remunerabiles præmio sempiterno. Postremò, infideles non semper ex infidelitatis suæ errore finem sibi præstituut , sed interdũ ex vero,& recto rationis iudicio. ideo non semper præfigunt sibi finem erroneum.Hæc Tho.in Scriptò. Cõsonat .Petrus. Porrò.Richardus refert quorundam opiniones. vnã dicentium,quòd oĩs operatio in fidelium non baptizatorum. est peccatum,cum ipsis non sit remissum originalis iustitiæ debitum , qđ remissum est baptizatis. Ideo illi manẽt ad originalis iustitiæ rectitudinem obligatis , nec ullus actus eorum habet rectitudinem per relationem ad ultimum finem. Verum ista opinio est nimis dura, quia ad finem naturalem, & proximum,potest actus eorum esse congruenter relatus,qui finis ultra ordinabilis est ad ultimum finem , quamuis actu non ordinet, nec in seipso est curuus.Hinc alij opinati sunt, quòd omnes inordinati motus,& actus infidelium non baptizatorum,sunt peccata mortalia;qm̃ ad originalem tenentur iustitiã,a qua huiusmodi actus, motusq; discrepant. Infidelium verò baptizatorũ, puta hæreticorum , non omnis motus inordinatus est pc̃tm̃ mortale: qm̃ ad originalem iustitiam nõ tenentur.Tertia positio est,quæ modo est recitata , & uerior reputatur.Nihil enim est in homine mortale peccatum,sine deliberatiuæ uoluntatis, omissione , aut commissione. Hæc Richardus.¶ Amplius quærit Richardus , Vtrum ad meritum sufficiat intẽtio secundum habitum . Responder,Intentio ſm habitum tripliciter potest intelligi . Primò , ꝙ consistit in solo habitu, tam quo ad operationis inchoationem,tam quo ad eius continuationem usq; in finẽ, sicq; non credo, quòd ob talem intentionem habitualem, operatio sit meritoria , sic namq; intentio non est illius operationis principium. Secundò, qđ intentio sit actualis respectu principij operationis , non tamẽ respectu totius continuationis eius usq; in finem . Et sic aliqui dicunt, quòd tota operatio meritoria est virtutẽ actualis intentionis,per quam fuit incepta. Tertiò, qđ sit in actu respectu principij operationis explicitæ , ita , quòd explicitè intendit actionem inchoare,& consummare: Tamen respectu totius continuationis operationis, non manet in actu explicito,sed implicito. ¶ Quemadmodum , quis volendo quicquid est ad finẽ actualiter, tñ implicitè vult ipsum, & sic aliqui dicũt necessarium esse ad hoc, ꝙ tota operatio sit meritoria, quòd tota intentio sit in actu explicito per totam operationem , à principio eius usque in finem . Hæc Richardus . Media verò via videtur de mente sancti doctoris.

Matth. 7.

Romi. 14. Thomas. Fidei ẽ intentionẽ dirigere.

Petrus. Richard.

Quęstio.

Intentio triplex secũdum habitum.

Quæ intentio sufficiat ad meritũ

Durãdus. Quæstio.

¶ De hoc scribit Durandus, Quæritur qualis intentio in Deum directa per fidem , sufficit ad meritorium actum. Credo, quòd non sufficiat habitualis,quia habitibus non meremur,sed actibus , ideo requiritur actualis intentio,non quidem actu manens per totum processum , & in singulis partibus eius, sed virtute, quod fit dum opus inchoatur intentione in Deum directa , & proceditur in opere sic inchoato, intentione in contrarium non mutata. Hæc Durandus.

Nota pro timoratis.

¶ Veruntamen probabiliter æstimatur, quòd siuè in principio , siue in prosecutione actionis assit intentio ex charitate, actio meritoria redditur, & totum à parte vigoratur , & viuificatur . Imò si ex humana fragilitate sine attentione inchoetur, & in processu mens inattentionem,& negligentiam suã aduertens, de eisdem intimè doleat, & cum aduertentia prosequatur , totum fit meritorium . Imò si feruidè,& intentè continuet, potest actio magis meritoria esse , quàm si in principio eius mediocris,& minus feruida fuisset attentio . Nihilominus cæteris paribus, specialiter expedit, ut ĩ principio actualiter attendat̃, cũ uirtus principij in sequẽtib⁹ maneat. Sed & specialiter satagendũ est, ut & feruidè, ac attentè finiat̃, cũ & à fine denominatio assumat̃.

QVAESTIO II.

Arguitur primò contra ueritatem.

INsuper quæritur. *An omne peccatum sit voluntarium.* ¶ Videtur, quòd non: quoniam originale peccatum in posteris non est voluntarium .

¶ Secundò: quoniam primi motus sæpe sunt inuoluntarij,& penitus improuisi, & tamen venialia sunt peccata. ¶ Tertiò , omne uoluntarium est aliquo modo cognitum, sed multa peccata per ignorantiam fiunt, ergo illa uoluntaria non sunt.

Dionysius Aleopa. Philoso.

¶ Quartò malum (diuinus Dionysius contestatur) est præter uoluntatem, non ergo uoluntariũ , Philosophus quoq; tertiò loquitur Ethicorum, Dũ quis habitualiter malus effectus est , non est in ipso malum, uel non malum esse , talis ergo necessariò malus est. ¶ In oppositũ sunt uerba Augustini frequenter præhabita . De hac quæstione dictum est supra, vbi discussum est, an originale peccatum uoluntarium sit dicendum. Ad quod ex Alexandro,& alijs est responsum . ¶ Thomas quoq; respondens hic Peccatum, inquit, propriè sumptum, locum nõ habet nisi in habentibus actuum suorum dominium, quibus solis malum culpæ imputatur in vituperium, & tormentum, & bonum uirtutis in laudem, & præmium. Dicitur autem malum esse præter uoluntatem, quia per se, & sub ratione mali non appetitur, neq; intenditur. Qualiter aũt primi motus sint peccata, expressum est supra, qui & aliquo mõ volũtarij perhibentur, qa uoluntas, & rõ poterãt per pręuentionem eos particulariter impedire. Pc̃tm̃ verò per se loquendo, est pc̃tm̃ naturæ, nõ personæ, nisi mediante natura. Iõ voluntarium est uoluntate naturæ, nõ uoluntate personæ cuiuslibet, in qua ẽ, sed Adæ tantum, qui naturam infecit. ¶ Ad auctoritatẽ demũ Philosophi respondetur, ꝙ sicut habitus virtutis politicæ non acquirit̃ subito: qm̃ vna dies nõ facit uer, ita, nec repente corrumpitur. Hinc inhabitualiter uitioso non est habitũ ipsum mox extinguere. Attamen potest actum prauum reprimere. ¶ Hinc Petrus. Duplex, ait in nobis defectus ẽ secũ-

Aquinas.

Petrus.

dum, Augustinum in libro de libero arbitrio. Quidam inuoluntarius, vt corporalis infirmitas, & hic defectus prouocat ad compassionē magis, quàm ad vindictam, cum non existat culpabilis. Alius est defectus voluntarius, quem vitare potuit hō, sed noluit, ideo vltionem meretur. Omne ergo pctm̄, voluntarium est: sed hoc dupliciter accidit. Primò à voluntate, vt à causa prima remota, sicq; peccatū originale in posteris voluntarium nuncupatur. Secundò, vt à causa proxima, & sic pctm̄ actuale uoluntarium fertur, ꝙ rursus contingit dupliciter. Nā quoddam est uoluntarium in vniuersali, & particulari, ut mortale. quoddam in particulari, non in uniuersali, ut veniale. Hæc Petrus ¶ Eandem solutionem ponit Richardus prolixiùs, partimque clariùs. Veniale quippè peccatum dicitur esse voluntarium in particulari: quoniam quolibet veniali assignato, verum est, ꝙ voluntas potuit illud vitare, non tamen omnia in commui: imò dum circa vnum vitandum intenta est, in aliud.

Oē pctō ē volūtariū.

Richard9.

¶ Postremo Bonauentura hæc soluit: Nouē sunt, dicens gradus voluntarij, secundum quos peccata dicuntur voluntariè fieri magis, aut minus. Primus, & principalis gradus, dum uoluntas iniquè se habet ex sola, nullo instigante exteriùs, neq; interiùs inclinante, sicq; peccatum primi apostatæ, puta luciferi, voluntarium fuit. Secundò voluntarium dicitur, ꝙ est a voluntate aliquo exteriùs suggerente, sed nullo interius inclinante. sicq; voluntarium fuit Adæ peccatum. Tertiò, quòd est à voluntate aliquo exteriùs, atq; interiùs inclinante, & ita voluntaria sunt peccata mortalia, quæ fiunt a posteris ex deliberatiōe, & intētione eorū. Quartò, ꝙ est à voluntate non directè mouente ad illud, mouēte tñ ad incomposibilè, ut est pctm̄ omissionis, quo quis omittit ad matutinas surgere, quia inebriauit se sponte, Quintò, quia est à voluntate non ad illud directè mouente, nec appetente. sed aliud refugiente, vt dū, qs peccat mortis timore. Sextò, quia est a volūtate nō plenè, qđ ait cognoscente, ut pctm̄ ex ignorātia: in quo cognoscit, ꝙ agit, quamuis ignoreē esse pctm̄. Septimò, qa consequitur ad aliquid, quod voluntariè factū est ab eodem, à quo fit illud sicque peccata sequentia ebrietatem, quā quis sciēter incidit, dicuntur aliquo mō uoluntaria. Octauò, qa est ab aliquo prohibere potente, nec prohibente, & sic primi motus dicuntur culpabiles. Nonò: quoniam introductum est à uoluntate aliena, sicut à prima cā, vt peccatum originale. Hæc Bonauentura. ¶ Præterea quæritur hic, An in sola volūtate sit peccatum subiectiuè. Ad quod responsum est supra. Quidam etiam quærunt, An sola volūtas punitur, Ad quod Bonauentura respondet: Pœna nominat duo, videlicet nocumentum personæ, & instrumentnm diuinæ iustitiæ. Primum, ut materiale, secundū tanquam formale. Ideo pœna est ultio, & passio. Cum ergo pœna cōparatur ad aliquid, hoc est, uel ut ultio, uel ut passio, sicut ultio, sic propriè comparatur ad voluntatem. Deus namque nō ulciscitur se de manu, vel de pede, aut de aliqua potentia sensitiua, sed de uoluntate deliberatiua, de qua se ulciscitur Deus non solam affligendo ipsā in se, sed item in membris, & uiribus, per quæ peccauit. Si uerò comparetur pœna ad aliqnid, ut passio, sic dicendum, quòd cum non quæcunque passio pœna sit secundum completam rationem pœnę, sed passio lædens, passio affligens, passio displicens: Sic pęna propriè sumpta, quæ scilicet facit hominem miserum, respicit uoluntatem. Nemo enim secundum Augustinum, miser est, quoniam patiē, sed, quia contra uoluntatem suam sic patitur. Si autem sumatur pęna secundum rationem suam semiplenam, uidelicet pro pœna lædente, & affligente in eo, in quo non est nata esse secundū primam, suę naturæ institutionē, sic non pertinet solum ad uolūtatem, sed etiam ad animæ uires, & omnia corporis membra. Non tamen spectat ad ea sine uoluntate, quia in nullo est propriè pœna, nisi in quo est rationalis uoluntas. Quamuis enim bruta affligun tur, non tamen puniunē. Hæc Bonauentura. ¶ Petrus verò, & Richardus respondet: In pœna sunt duo unum quasi materiale, uidelicet damnum, seu passio: alterum quasi formale, videlicet sensus, seu perceptio, aut displicentia illius. Quo ad primum, pœna est in omnibus membris corporis, ac viribus animæ, quo ad secundum, est præsertim in uoluntate. Hæc illi. Veruntamen sensus, seu præceptio pœnę, seu doloris, est etiam in membris corporis, atque in potentiis sensitiuis, tam cognitiuis, quā appetitiuis: quod in tractatu de gaudio spirituali, & pace interna clarè ostendi, quamuis quidam aliter opinentur.

Bonauen. Nouem sunt gradus voluntarij.

Quæstio Bonauen. Quęstio.

Sola uoluntas punitur.

Augustin.

Petrus. Richard.

A

An voluntas, & actio mala in eodem homine, & circa eandem rem sint vnum peccatum, an plura. Distinctio. XLII.

Descēdet ad speciales differētias pctiin commun

Quæstio Respōsio.

CVm autem uoluntas mala, & operatio sint pctm̄, q̄ri solet: utrum ī eodem hoīe, & circa eādem rem hęc duo vnum sint pctm̄, uel diuersa: ut si qs uoluntate furaē, uoluntatem habuit malā, q̄ pctm̄ est, & actum malū, q item pctm̄ est. Hæc aūt duo diuersa sunt, s. voluntas, & actio. Sed nunq d diuersa sunt pctā an unum? Quidā dicunt vnum esse pctm̄, alij uerò dicunt diuersa esse pctā, qa cum ɔstet hęc duo esse diuersa, aut diuersæ duo pctā esse dicunē, aut duo diuersa non pctā. Quibus alij respondent, hæc duo diuersa esse pctā, non plura. Non. n. plura pctā sunt, sed pctm̄ unū: quia una præuaricatio, uel inobedientia in utroque admittitur, siue quando uult, siue quando agit: & unus est ibi ɔtemptus, sed minor cum in uoluntate solum pccatum ɔtinetur: maior uerò, cum uoluntati etiam operatio additur: & ideo maius fit peccatum, sed non plura, cum voluntas operi mancipatur.

B

Alia contra eosdem oppositio.

Sed adhuc eisdē objiciē: Si vnum tm̄ illa duo pctā sunt, cū qs uoluntate mala priùs concepta deīde opus patrauerit, non ꝓ aliquo reus est, nisi ꝓ quo ante opus reus erat,

cum

cū adhuc in sola voluntate pctm̄ ɔsistebat. Nullus. n. reus est æternæ mortis nisi ꝓ pctō, sed pctm̄ aliud nō est admisū actione, q̄ priùs admisū erat voluntate. Nō ergo ꝓ aliquo alio iste fit damnabilis actu peccando, q̄ ante fuerat cū sola voluntate delinquebat. Ad hoc etiā, & illi respondent, dicentes propter pctm̄ qdem tm̄ illum furem reum ɔstitui, q̄uis eius voluntas, & actio vnū sint pctm̄: ꝓ alio tñ reus factus est actu peccando, q̄ priùs erat sola voluntate delinquendo: qa ꝓ actu, q est aliud, q̄ voluntas, licet non aliud pctm̄.

Respons.

C

Alia aduersus eosdem obiectio.

Irē & adhuc q̄stioni instant, dicentes, hæc duo iō diuersa esse pctā, qa diuersorū legis mandatorum p̄uaricationes sunt. Alio. n. mandato legis prohibetur actio furti. s. Non furaberis: alio furandi voluntas. s. Non ɔcupisces rem ꝓximi tūi. Cū aūt hęc duo diuersa mandata sint, quib. illa duo ꝓhibenē, patet illa duo diuersas esse p̄uaricationes, diuersa igiē pctā. Ad qđ ēt illi dñt, diuersa qdem esse mandata, quib. illa duo distinctim ꝓhibenē, vt Aug. docet sup Exodū. Veruntñ in illis non obseruatis vna tm̄ p̄uaricatio incurritur, vnumq; ɔ̄hitur peccatum, licet duo diuersa illis ꝓhibeantur. Sicut econuerso duo sunt mandata charitatis, quib. duo p̄cipiunē diligi: vna tñ in eis nobis commendaē charitas.

Exod. 20.

Respons. Aug. lib. 4. q. 1. Exo. 97.

D

Si peccatum ab aliquo admissum in eo sit, quo vsque pœniteat.

Pręterea quęri solet, cum ab aliquo perpetrato voluntate pctō voluntas id agendi, & actio transierit: nō dum tñ vera habita pęnitentia, vtrum illud pctm̄, vsq; quo pœniteat sit in eo. Quod non esse vī, qa voluntas illa, q̄ priùs fuit, non est, neq; actio: qa non vult illud, vel agit, quod ante voluit, & egit. Sed non est ignorandum pctm̄ duob. modis dici esse in aliquo, & transire. s. actu, & reatu. Actu est in aliquo, dū ipsum, quod pctm̄ est, vt actio, vel voluntas, ī peccante est. Reatu verò, cū ꝓ eo, siue transierit, siue assit, mens hoīs polluta est, & corrupta: totusq; homo supplicijs obligaē perpetuis, nec vnq̄ est in aliquo pctm̄ actu p̄ter originale, quin sit etiā reatu, sed est reatu interdum postquā transit actu.

Respons. quæ determinatiua.

E

Quibus modis dicitur in scriptura reatus.

Reatus ī scriptura multipliciter accipiē. s. ꝓ culpa, ꝓ pęna, ꝓ obligatione pęnę tpalis, vel æternæ. Si. n. mortale est, obligat nos pœnæ æternæ: si veniale, obligat nos pęnæ tpali. Duo. n. sunt gn̄a pctōrū, mortaliū. s. & venialiū. Mortale ē, ꝑ qđ hō mortē ęternā mereē. Crimen. n. vt ait Aug. est qđ est dignum accusatione, & damnatione. Veniale aūt, quod hoīem vsq; in reatū ꝑpetuæ mortis nō grauat, veruntñ pęnā mereē, sed facilè indulgeē.

Super Ioho 41. Quid sit mortale peccatū. Quid sit veniale pctm̄.

F

De modis peccatorum, qui multipliciter assignantur.

Modi autē pctōrum varias ī scriprura habent distinctiones, in q̄ dē pctm̄ duob. modis committi. s. cupiditate, & timore: vt Aug. tradit sup illū locum Psalmi. Incensa igni, & suffosa. His. n. duob. modis dicit oīa pctā mortalia includi. Et incensa ea dicit ea, q̄ ex cupiditate malè incendente oriunē: suffosa verò, q̄ ex timore malè humiliante ꝓueniunt, quod est qn̄ qs cupit nō cupienda, vel timet non timenda. Alibi verò dē pctm̄ fieri trib. modis. s. cogitatu, verbo, & opē. Vnde Hieronymus sup Ezęc. Tria gn̄alia delicta sunt, quib. humanū subiacet genus. Aut. n. cogitatione, aut sermone, aut opē peccamus. His aliqn̄ ēt addiē quartus modus. s. ɔsuetudinis, qđ ī quatriduano Lazaro significatum est. Dicitur quoque homo peccare in Deum, in se, & in proximum. In Deum, cum de Deo malè sentit, vt hæreticus, vel quæ Dei sunt, vsurpare præsumit, indignè participando sacramentis, vel quando nomen Dei peierando contemptibile facit. In proximum peccat, cum proximum iniustè lædit. In se vero, cum sibi, & non alij nocet.

Psal 79.

Ioh. 11.

G

Quomodo differant delictum, & peccatum.

Variā quoq; appellationē hʒ. Dē. n. pctm̄ ēt delictū. Et delictū fortasse est, vt ait, Aug. in q̄stionib. Leuitici. Declinare à bono: pctm̄ est, facere malum. Aliud est. n. declinare à bono: aliud est, facere malum. Pctm̄ ergo est, perpetratio mali, delictum, desertio boni, quod & ipsum ostendit nomen. Quid. n. aliud sonat delictum, nisi derelictum, & quid dereliquit, q delinquit, nisi bonū? Vel delictū est, qđ ignoranter fit, pctm̄, quod scienter committit. Indifferenter tamen, & peccatum noīe delicti, & delictū noīe pctī appellaē.

Aug lib. 3. quæst. Leuitic. quę. 22.

H

De septem principalibus vitijs.

Præterea sciendum est septem esse vitia capitalia, vel principalia, vt Greg. super Exo. ait. s. inanem gloriam, iram, inuidiā, acediam, vel tristitiam, auaritiam, castrimargiam, luxuriam, quæ vt ait Ioha. Chrysostomus significata sunt in septem populis, qui terram promissionis Israeli ꝓmissam tenebat. De his quasi septem fontibus cunctæ animarum mortiferę corruptelę emanant. Et dicuntur hęc capitalia, quia ex eis oriuntur oīa mala. Nullum enim peccatum, vel malum est, quod etiā nō ab aliquo horum originē trahat.

Greg. lib. 31 Moralium c. 31. Io Chris.

De Superbia, quæ est radix omnis mali.

I Ex ſupbia tñ oĩa mala oriunt, & hæc alia, ꝗa vt ait Greg. Radix cuncti mali ē ſupbia.
Greg. li. 31. Moralium cap. 31. De quatuor ſpecie bus ſuperbiæ. De qua dr: Initiũ oĩs pctĩ ē ſupbia, q̃ ē amor ꝓpriæ excellentiæ. Cuius quatuor ſunt ſpēs, vt Greg. ait. Prima eſt, cum bonum, qd̃ hz qs ſibi attribuit. Secunda, cũ credit à Deo eſſe datum: ſed tñ ꝑ ſuis meritis. Tertia, cum ſe iactat hr̃e, quod non hz. Quarta, cum cæteris deſpectis, ſingulariter vult videri. Meritò ergo radix oĩs mali dr̃ ſuperbia. Huic autem vr̃ obuiare, quod Apls ait. Radix oĩum malorum eſt cupiditas: quia ſi radix oĩum malorum eſt cupiditas: ergo ſuperbiæ. Quomodo ergo ſuperbia radix eſt, & initium omnis peccati.
Quod cupiditas eſt radix oĩũ malorum.

Quo ſenſu vtrumque radix dicatur omnium malorum, ſcilicet, & ſuperbia, & cupiditas.

K Sed vtrũq; rectè dictũ eſſe intelligit, ſi gña pctorũ ſingulorũ, non ſiugula gñum vtraq; locutione ĩcludi intelligant. Nullũ ꝗppe genus pctĩ eſt, ꝗ interdũ ex ſupbia nõ ꝓueniat: nullũ ēt, qd̃ ex cupiditate aliqñ non deſcendat. Sunt.n. nonnulli hoĩum, ꝗ ex cupiditate fiunt ſuperbi, & aliq ex ſuperbia fiunt cupidi. Eſt.n. (vt ait Aug.) homo, ꝗ nõ eſſet amator pecuniæ, niſi, ꝑ hoc putatet ſe excellentiorẽ eſſe: ideoq; vt excellat, diuitias cupit, tali hoĩ ex ſuperbia oborir̃ cupiditas. Et eſt aliquis, ꝗ nõ amaret excellere, niſi putaret ꝑ hoc diuitias maiores hr̃e. Ideo ergo excellere laborat, ꝗa diuitias hr̃e amat. Huic innaſcit ſupbia, id eſt, amor excellentiẽ ex cupiditate. Patet ergo, qd̃ ex ſuperbia aliqñ cupiditas, & ex cupiditate aliquando ſuperbia orir̃: & ideo de vtraq; rectè dr̃, quòd ſit radix omnis mali.
Auguſt.

Summa diſtinctionis XXXXII.

HIC circa præhabita duas mouet q̃ſtiones Magiſter. Prima eſt. An actus interior vitioſus, & actus exterior malus ex ipſo procedens, ſint duo peccata, an vnum duntaxat. Secunda eſt. An peccatum pertranſiens actu, perſeueret reatu. Horum quoque occaſione tangit de peccato mortali, ac veniali.

QVAESTIO I.

Arguitur primo cõtra veritatem.

HIC q̃rit primò. *An actus interior vitioſus, & operatio, ſeu locutio praua ex ipſo procedens, ſint duo, ac diſtincta peccata.* ¶ Videtur quòd ſic: q̃m quodlibet eorum per ſe ſumptum, eſt vnum pctm̃: ergo ſimul ſunt duo peccata. ¶ Secundò, actus interior eſt actus in ſe vitioſus loquendo de actu prohibito, ſimiliter actus exterior, & diſtinguuntur ab inuicem realiter, ſicut cauſa, & effectus: ergo ſunt duo actꝰ vitioſi: ergo & duo peccata. ¶ Tertiò, actus interior frequenter prior ē tempore actu exteriore, differunt quoq; ſubiecto, non ergo ſunt idem malũ. ¶ Quartò, diuerſis prohibentur præceptis, cum dr̃. Non ꝓcupiſces rem proximi tui, &: Non furaberis.
In oppoſitum.
¶ In oppoſitum eſt, quòd eadem ꝑnitentia iniungit ꝑ vtroque, & eadem ꝑna debet vtrique. ¶ Ad hoc Alexander reſpondet: Peccatũ duas habet rationes.
Alexan.
Eſt enim peccatũ actus incidens ex boni defectu, & rurſus: Peccatum eſt voluntarium malum, Itaq; ſm primam diffinitionem, ſunt duplex peccatũ: q̃m eſt defectus duplicis boni. Vtrobique quoq; eſt actus, ſed vnus interior, alter exterior. Bonitas enim actus exigit, quod ſit in materia debita, & debitis circunſtantijs. Cumq; ita nõ ordinat̃, eſt ibi defectus boni, vt ſi vir miſceat̃ cũ aliena. Voluntas etiã deficit ibi ꝑ auerſionẽ à ſummo bono. Iuxta aliam diffinitionẽ reſpondeo, quòd ſunt vnum pctm̃, quia in illa diffinitione attendit̃ radix peccati, q̃ eſt voluntas, tuncq; intelligendum eſt de voluntate .i. voluntatis intentione, ſeu actione, q̃ tempore non p̃cedit opus ex ea ꝓgrediens. Nempè de voluntate, q̃ prior eſt tempore, conſtat quòd aliud ſit pctm̃. Hæc Alexander.
Queſtio.
¶ Qui inſuper quærit, ſi puniatur peccator pro mala intentione, & ꝑ actu prauo ſequente, quæ eſt pœna correſpondens vtrique. Cum.n. ſit alterum pctm̃ intentionis, & alterũ actus, ꝑna differens eis debet correſpondere. Dicendum, quòd quædam eſt ꝑna vermis, & illa poteſt eſſe duplex, vtpotè ꝑ voluntate peuerſa, & ꝑ opere prauo exorto. Ꝑna verò gehennalis afflictionis debetur vtrique, aut vna ꝑna cõis indiſtincta illis debetur. Nam ſiue quis peccet actu exteriori, ſiue non, nihilominus corpore, & anima punietur in inferno, ſi in interiori peccato decedat.
Quæſtio.
¶ Iterum q̃ritur. Iſte intendit adulterari, & ſimplicẽ fornicationem committit: alter intendit ſimpliciter fornicari, & adulteratur: quis eorũ grauiùs peccat. Dicendũ, qd̃ habent ſe ſicut excedentia, & exceſſa. Vbi namq; deterior eſt intentio, eſt quantũ ad radicem pctĩ grauior culpa: Vbi verò peior eſt actus, deteriùs eſt pctm̃, quantum ad genus peccati, quod attenditur ſecundum operis genus. Hæc Alexander.
Bonauen.
¶ Porrò Bonauent. reſpondens diffuſiùs: Dupliciter, inquit comparant̃ ad inuicẽ pctm̃ operis exterioris, & culpa volũtatis interioris. Primò, ꝓut ita ꝓiuncta ſunt, & ordinata, quòd vnum oritur ex altero, & ſic ſunt vnum pctm̃, cum ibi ſit vnus Dei contemptus, & vna auerſio, vna quoq; ꝓuerſio. Voluntas, namq; eſt, q̃ ꝓtemnendo auertit̃, dũ ad commutabile bonũ conuertit̃, nõ ſolũ quantũ ad ꝓprium actum, ſed ēt quantũ ad actum inferioris potentiæ, q̃ ibi ſubijcit̃. Cumq; pctm̃ ſecundũ quod huiuſmodi, dicat deordinationem, ꝑ contemptum, & auerſionẽ à Deo, & ꝓuerſionẽ ad creaturã, hinc duo illa ſunt vnũ pctm̃ formaliter, ſm q̃ ita ꝓiuncta ſunt Et quamuis ſit ibi deordinatio vna: plura tñ materialiter ſunt ibi deordinata: iõ quamuis ſit vnũ pctm̃ formaliter: plura tñ ſunt materialiter. Si aũt ꝓſideremus voluntatem, & actũ exteriorẽm, vt ſunt ſeparata, ita quòd vnus peccet voluntate duntaxat, alius voluntate, & opere, ſic ſunt diuerſa pctã formaliter, & materialiter.
¶ Magiſter verò, q̃rit ĩ litera. Vtrũ voluntas interior, & actꝰ exterior ſm quod vnũ ex alio orit̃, & ei coniungit̃, ſint vnũ pctm̃. Ad quod dicendũ, quod q̃uis ſunt plura culpabilia, & deordinata: attñ q̃m vna eſt ibi rõ deordinationis, & vnius eſt ibi actus voluntatis, nec actus exterior extat culpabilis, niſi ꝓp illũ: ideo vnum eſt ibi pctm̃, ſicut & Magiſter tenet alijs reſpondendo, & rectè. Nam quamuis interdum aliquid numeretur ex parte materialis principij ex quadã improprietatẽ: ꝓpriè tñ non numerat̃, quid ex parte materialis principij, niſi ꝓcurrente numeratione

ex parte formalis principij. Et per iſtam diſtinctionem ſoluuntur auctoritates, atque obiecta. Hęc Bonauent.
Tho. 29.
¶ Inſuper Thomas reſpõdens. Quoniam, ait, vnũ & ens conuertuntur, oportet vt ſecundum hoc, a quo res habet eſſe, iudicium de eius vnitate & multiplicatẽ accipiatur, ſicut in naturalibus, vbi res habet eſſe per formam, habet, & unitatem à forma. Hinc diuerſarum rerum diuerſæ ſunt formæ, quãuis fortaſsis principium multiplicationis formæ, ſit materiæ diuiſio. Actus verò nõ ponitur in gñe moris niſi per voluntatem inquantum à voluntate procedit elicitiuẽ, aut imperatiuẽ. hinc ſecundum voluntatis vnitatem iudicium ſumit̃ de unitate actus moralis. Vnde actus quantum ad eſſe naturæ vnus, poteſt moraliter eſſe plures, vt dictum eſt, & contra: Vt ſiquis furetur ut gulę, & luxuriæ vacet. Sic & voluntas coniuncta actui exteriori, & actus ille, ſunt unum peccatum: quia non multiplicatur actus voluntatis interior, & cætera, ut ſupra. Hinc iſto præcepto. Non concupiſces rẽ proximi tui, prohibetur uoluntas ſeparata ab actu, quæ autem coniuncta eſt actui prohibetur eodem præcepto quo furtum. Hoc quoque penſandum, quod intentio & remiſsio in his, quæ ſecundum magis, & minus dicuntur, non eſt per additionem, ſicut in his, quæ ſecundum quantitatem augentur. Non enim additur calor calori, vt aliquid fiat calidius, nec curuitas curuitati, ut fiat plus curuum, ut 4. dicitur Phyſicorum, ſed ex hoc cauſatur intenſio, quòd illud, quod intenditur, magis perfectum inuenitur ac impermixtius ſuo contrario. Hęc Thomas in Scripto.
Exo. 20.
Philoſo.
¶ Atuerò in prima Secundæ, queſtione 72. teſtatur: Peccatum diuiditur in peccatum cordis, & oris ac operis, non ſicut per ſpecies diuerſas completas. Peccatum enim inchoatur in corde, manifeſtatur ore, & opere conſumatur. ſicque diſtinguuntur hæc tria ſecundum diuerſos gradus peccati. Pertinent tamen ad vnã completam peccati ſpeciem, cum ab eodem motiuo procedunt. Iracundus quippe ex hoc, quòd appetit vindictam, primò turbatur in corde, ſecundò in uerba contumelioſa prorumpit, tertiò vſque in facta iniurioſa procedit. Hæc Thomas in Summa.
Vnũ ē ſpecie pctm̃ cordis oris, & operis.
Albertus.
¶ Concordat Albertus: Actus, inquiens, & uoluntas duo quædã ſunt, ſed vnũ peccatum, per malitiã duplex, ut ait magiſter Præpoſitiuus, rationemque tradit: quaſi quilibet actus interior, atq; exterior deberet reputari pro diuerſo peccato, nimis grauæ eſſet opus, & onus peccatorum. Et dedit exemplum. Siquis ſurgat ad furandũ, vel occidendum, quilibet paſſus eſſet ei ſic ſpeciale peccatũ. Ideo vixit, quod totum à principio voluntatis malæ, vſq; ad finem conſumationis operis, eſt unũ peccatum multiplex unũ ſecundum ſubſtantiam operis, duplex ſeu multiplex prauitate, Hec Albertus.
Propoſi.

QVAESTIO II.

Arguitur contra veritatem.

SECũdò quæritur, *An tranſeunte, et ceſſante peccato, manet reatus peccati.* ¶ Videtur quòd nõ: q̃m ceſſante cauſa, ceſſat effectus. Cum: ergo peccatum ſit cauſa reatus, ceſſante peccato, ceſſabit reatus.
In oppoſi. Albertus.
¶ In contrariũ eſt, quod ceſſante actu peccati, manet homo obligatus ad pęnã. ¶ Ad hoc rñdet Albertus: Reatus fundatur in malitia culpæ, ꝗa ex culpę malitia obligat̃ hõ ad pęnã æternã. Pctm̃ quoq; relinq̃t habitũ, & diſpoſitionẽ in aĩa, & põdere illius trahit ad aliud pctm̃ ſimile illi, vt dicit Greg. Sed ex hoc nõ obligat̃ ad pęnam. Quocirca notanda eſt diſtinctio Magiſtri, quã ponit in litera de reatu, vt potè qd̃ reatus in ſcripturis interdũ accipitur ꝓ macula, interdũ pro pęna, q̃ñq; pro obligatione pęnæ æternæ, aut temporalis. Per quam diſtinctionem argumenta quædam ſoluuntur. Hæc Albertus.
Gregori.
¶ Thomas autem de hoc pleniùs ſcribit: Reatus, inquiens, dicitur ſecundum qd̃ aliquis eſt reus pœnæ, hinc reatus propriè nil aliud eſt, quã obligatio ad pœnã. Cũq; obligatio iſta ſit media inter culpã & pœnã, eo quòd propter culpã homo obligetur ad pœnã ferendã, ideo nomen medij huius interdum tranſſumitur ad extrema, ut q̃ñq; ipſa culpa ſeu pœna dicatur reatus. Cumq; pœna ſit medicina quædã, ut 2. dicitur Ethico. medicina verò non niſi contra aliquem eſt defectum, oportet, quòd homo ad pœnã pro aliquo obligetur defectu, non qd̃ ille defectus ſemper ſanetur per pœnam in eo, in quo eſt, vt certũ eſt in damnatis, ſed pęna recompenſat defectum in ſtatu vniuerſi ſiue rei publicæ per ordinẽ iuſtitiæ, qui in pœna apparet. Defectus aũt ad pœnã obligans non eſt niſi qui oritur ex voluntarijs actibus, ſeu omiſsionibus. Et q̃m tranſeunte actu remanet talis defectus, oportet reatum manere poſt actum. Hæc Thomas in Scripto.
Tho. 89.
Reatus qd̃
Philoſo.
¶ Porrò in prima 2. quæſt. 87. In peccato, inquit, duo conſiderantur, videlicet actus culpæ & macula ſequens. Et planum eſt q̃ ceſſante actu peccati, remanet reatus in cunctis actualibus peccatis. actus enim peccati facit hominem reum pœnæ, inquantum tranſgreditur ordinem diuinæ iuſtitiæ, ad quẽ non redit niſi per recompenſationem aliquam pœnæ, quæ ad æqualitatem reducit iuſtitię, ut qui plus indulſit ſuæ uoluntati, quàm debuit, contra Dei mãdatũ agẽdo, aliquid patiatur ſpontaneus, ſeu in inuitus ſecundùm ordinẽ diuinæ iuſtitiæ, cõtra illud qd̃ vellet ſimpliciter. Qd̃ ēt obſeruatur in iniurijs, q̃ irrogantur hominibus, vt per recõpenſationem pęnæ reintegretur æquitas iuſtitiæ. Vñ patet, quòd ceſſante actu peccãti, ſeu illatæ iniuriæ, adhuc remanet debitum pœnæ. Si verò loquamur de ablatione peccati quantum ad maculam, manifeſtum eſt, quòd peccat, macula auferi nequit ab anima, niſi ꝑ hoc qd̃ anima Deo coniungitur, à quo diſtando detrimentũ incurrit ſui nitoris, qd̃ eſt macula: coniungitur aũt Deo per voluntatẽ. Hinc maculà peccati tolli non valet, niſi voluntas hominis ordinẽ diuinæ acceptet iuſtitiæ, pœnã ſibi ſponaneè aſſumendo in recompenſationem culpæ præteritæ, vel à Deo illatã patienter ſuſtineat. Vtroq; etenim modo pœnarõnem ſatisfactionis ſortitur. Pęna autem ſatiſfactoria, aliquid de ratione pœnæ diminuit, ꝗa de ratione eſt pœnæ, quod ſit quodammodo contra voluntatem. Hæc Thomas in Summa, & in his reſponſiones Petri & Richardi continentur.
Reatus qd̃
Qualiter peccati abolentur macula.
Bonauen.
¶ Bonauentura quoque hic loquitur: Tria ſunt in peccato, quæ ſunt actus peccandi & habitus, pronitas ſeu macula peccati, & defectus, ſeu boni priuatio, quæ deformitas appellatur. Iuxta hæc fuit hic triplex poſitio: Quidam namque dixerunt, quòd reatus peccati fundatur ſuper actum, nec tamen ſequitur, quòd tranſeat cum actu, quoniam pro peccato præterito manet homo obligatus ad pęnam. Verum huic poſitioni obuiat poſſibilitas abſolutionis à reatu. cum enim actum ꝑteritũ neceſſe ſit eſſe ꝑteritũ, reus nõ poſſet nõ eſſe reus, quod manifeſtè eſt falſus. Alia poſitio fuit, qd̃ reatus fundatur ſuper pronitatem, quæ pronitas dicit̃ eſſe macula peccati, reddẽs animam punitione condignã. Et ratione amotionis illius maculæ dicimur

Alio modo generaliter, vt à fine, & sic nominat
formam peccati, quæ cum actu conuersionis ad
creaturam tanquàm cum materia ꝑpria facit vnum
peccatum: quia conuersio ad creata. non est pctm̃
nisi, inquantum priuat ordinem ad vltimum finem.
Hæc Petrus.

¶ Consonat, & Richardus, adijciens, quòd in
Richar. omni peccato mortali est conuersio ad creaturam,
intrinseca peccato, vel præsupposita ab eodem,
atque à Deo auersio, non prout auersio dicit inor-
dinatum motum in Deum sicuti in obiectum, cum
talis auersio sit specialis motus, & speciale peccatũ,
vt Deum odire, & ei inuidere: sed prout dicit reces-
sum, & elongationem à Deo, sicut à termino à quo.

¶ Insuper quærit Richardus, cum in peccato
Richard. Quæstio. mortali sint conuersio, & auersio, quid horum sit
priùs ordine naturæ. Respondet: Motus voluntatis,
quo ad creaturam conuertitur, & à Deo auertitur,
inordinatus est amor, respiciens creaturam vt ter-
minum ad quem, & Deum vt terminum a quo, hinc
ordine naturæ prior est comparatio illius amoris
ad creaturam amatam, sicut in terminum in quem
tendit, quàm ad Deum, à quo sub ratione, quæ est
terminus à quo, voluntas ꝑ illum amorem recedit.
Accessus quippe voluntatis ad creaturam per amo-
rem, est causa recessus à Deo. Qui etiam amor inor-
dinatus, inquantum tendit in creaturam, est con-
uersio: & inquantum voluntas per ipsum recedit
à Deo, est auersio, nec sunt duo motus distincti
realiter, sed vnus diuersimodè relatus, & sumptus,
sicque in eodem actu peccati conuersio ad creatu-
ram, prior est ordine naturæ, quàm à Deo auersio.
Hæc Richardus.

¶ Circa hæc etiam scribit Durandus. Quamuis
Durand. ex culpa oriatur reatus pœnæ, vt iustitia reparetur
per pœnam, quæ læsa fuit per culpam: tamen com-
Pœna non semp commensurat̃ culpæ secundũ durationem. mensuratio pœnæ ad culpam non attenditur quan-
tum ad durationem, nec in diuino, nec in humano
iudicio. Non enim, quia homicidium, seu adulteriũ
in breuissimo tempore committitur, propter hoc
pœna momentanea punit̃, sed quandoq; perpetuo
carcere, aut exilio, & aliquando morte: in qua non
consideratur mora occisionis, sed potius vt in per-
petuum auferatur à societate viuentium. Nec etiam
proportionatur pœna culpæ, quantum ad acerbi-
tatem sic, vt solum, tam intensè affligatur quis in
pœna, quam intensè delectatus est in culpa. Nam
multoplùs affligitur, qui propter homicidij crimen
occidit̃, quàm homicidium committendo delecta-
Apoca. 18. batur: ideo illud in Apocalypsi. Quantum glorifi-
cauit se, & in delicijs fuit, tm̃ date illi tormentum,
& luctum: non est sic intelligendum, quòd dolor
pęnæ debet æquari delectationi culpæ, sed quòd in
generali sicut excedit culpa culpam, sic pęna pęnã:
imò interdum quis magis delectatur in veniali,
quàm in mortali. Itaque commensuratio pœnæ ad
Pœna debet ęquari culpæ exponitur. culpam, attenditur secundum quantitatem iniurię,
seu offensæ illius, in quem peccatur, siue sit persona,
siue res publica: quoniam culpæ debetur pœna,
inquantum est iniusta, culpa autem iniusta est non
ratione delectationis, aut morę, sed ratione iniurię,
lęsionis, seu offensæ redundantis in alterũ. Mortali
ergo, non veniali, debetur pœna æterna. Quemad-
modum enim in ciuilitate mundana is, qui totali-
ter subuertit, quantum in se est, pacem, & amicitiã
ciuium, meretur totaliter extirpari à ciuilitate per
mortem, exilium, carcerem, seu aliomodo, q̃ pœna
perpetua est secundum capacitatem subiecti, seu
legis intentionem, ita vt talis nunquam reuocet̃ ad
communitatis societatem, in quam deliquit: sic & in
ciuilitate diuina, in qua homines congregantur per
fidem, & charitatem, ille, qui quantum in se est,
subuertit ordinem charitatis ad proximum, aut
subiectionis ad Deum, meretur totaliter à ciuilitate
hac extirpari per mortem damnationis æternæ, talis
autem subuersio fit per peccatum mortale. Verum
in ciuilitate mundana mox pœna infligitur: in
ciuilitate autem diuina misericorditer expectatur,
& vsque ad mortem pœnitentiæ locus conceditur.
Hæc Durandus.

¶ In cuius verbis aliqua continentur, quę patiunt̃ Durand.
instantiam, vt quòd ait culpam esse iniustam non
ratione delectationis, aut moræ: imò delectari in
malis est pessimum, & præsertim grauat peccatum,
vt Sanctus ait Bernardus. Vnde de valde vitiosis Bernard.
fatetur scriptura. Lætantur cum male fecerint, & Prouer. 2.
exultant in rebus pessimis. Mora quoque aggrauat
culpam, ꝑpter quod loquitur Ieremias: Vsquequo Ierem. 4.
morabuntur in te cogitationes noxiæ? Et Isaias Isaias 5.
asserit: Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis
vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum.
Porrò culpa est iniusta, potissimè quia ꝯ increatæ
iustitiæ rectitudinem agitur, seu contra diuinum
præceptum. Imò ex valdè multis causis iniustitia
culpæ pensatur, vt in libello de Enormitate peccati
ostendi.

¶ Sequit̃ textus: modi aũt, id est, species pctõrum,
varias in scripturis habent distinctiones. In quo
loco quidam incipiunt sequentem distinctionem:
quæ tñ communiter inchoatur infra, quo scriptum
est. Est præterea quoddam genus peccati. Quæ
autem in passu p̄racto habentur, iam supra tractata
sunt pro maxima parte.

QVAESTIO IIII.

PRO maiore tamen elucidatione hic quæritur.
De distinctione septem capitalium vitiorum.
Vtrum conuenienter septem esse dicantur.

¶ Videtur quòd non. Primò, quia secundum August. Arguit primo contra veritatem.
Augustinũ libro de ciuitate Dei: Amor sui crescens,
vsque ad contemptum Dei, est omnium vitiorum
origo: quemadmodum amor Dei crescens, vsq; ad
contemptum sui, est omnium bonorum origo.

¶ Secundò, capitale peccatum vocatur, ex quo
plura alia oriunt̃, sed vt testatur Sanctus Gregorius.
Superbia est regina, caput & fons omnium vitiorũ:
ergo ipsa sola est vitium capitale.

¶ Tertiò, fides est fundamentum omnis meritorię
actionis: ergo infidelitas ei contraria est caput,
fundamentum, & origo omnium vitiorum, quod
etiam videmus ad oculum. Nempè qui fidem non
habent prouidentiæ Dei, ac diuini iudicij, sine freno
grauissimè peccant. Vñ & in libro Sapientię legit̃: Sapien. 14.
Infandorum idolorũ cultura, omnis mali principiũ
est, & origo.

¶ Quartò, in Prouerbijs habetur: Sex sunt, quæ Prouer. 6.
odit Dominus, & septimum detestatur anima eius,
atq; vt asserit Glossa, tanguntur ibi septem capitalia
vitia: quæ tamen sunt alia à positis in hoc loco.

¶ In oppositum est, quod in textu habetur. Ad hoc In oppositum. Aquinas.
Thomas respondet: Capitale vitiũ appellat̃, ex quo
alia oriunt̃, & in hoc differt capitale vitiũ à radice
peccati: qm̃ capitale peccatum est quoddam pctm̃.
Radix aũt peccati propriè sumpta, secundum quod
radix huiusmodi, non est peccatum. Porrò pctm̃ ex Peccatum oritur peccato quatuor modis.
peccato oritur quatuor modis. Vnus modus est ex
parte auersionis, prout peccatum gratiam priuat,
qua sublata, homo mox ruit in culpam. Sed ista
origo

origo non est nisi per accidens, qm̃ primum pctm̃
causat secundũ, remouens prohibendo. caput verò
designat originem per se, hinc vitiũ capitale nõ põt
ꝑpriè dici hoc mõ. Alio mõ ex parte conuersionis,
secundũ qđ ex actu peccati relinquitur habitus, &
ex habitu rursum procedit actus. Nec secundũ istã
originẽ vitiũ dr̃ capitale, quia hic nõ est origo pec
cati ex peccato directè, sed habitu mediante. Ter-
tiò vnum pctm̃ oritur ex alio, inquantũ vnũ alteri
ministrat materiã, sicut luxuriæ gula. Cumq; res nõ
habeat esse secundũ materiã, sed secundum formã,
ideo non complere oritur pctm̃ ex illo qđ ei mate-
riã pręstat. Vñ nec in hoc mõ perfecta est ratio ui-
tij capitalis. Quartò oritur pctm̃ ex pctõ, qđ ordina-
tur ad finẽ illius ex quo oritur: vt cũ quis ad haben
dã pecuniã furatur, furtum ex auaritia nascitur. Et
qm̃ in moralibus species est à fine; ideo hęc est for-
malis & cõpleta origo peccati ex pctõ. Et secundũ
hanc originẽ uitiũ propriè dr̃ capitale, saluaturq;
ibi metaphora capitis, secundũ qđ principẽ exerci-
tur, caput exercitius appellamus: qm̃ princeps exer
citius est, ad cuius bonũ totus exercitus ordinatur,
ut 11. Metaphy. dr̃, Et sic vitiũ illud ad cuius finem
Gregorius alia ordinantur, caput eorũ vocatur. Hinc Grego.
uitia capitalia ponit quasi duces exercitus: uitia ve
Iob 39. rò q̃ nascuntur ex illis, uocat illorũ exercitus, expõ-
nens illud Iob: Audit clamorẽ ducum & vlulatũ eo
rum. Cumque fines appetibilior sit his, quæ sunt ad
finẽ, oportet vt illa peccata præcipue capitalia nun
cupent̃, in quorũ fines appetitus corruptus est pro-
nior tẽdere. hmõi verò sunt peccata, quæ circa prin
cipalia sensitiuarũ potentiarum obiecta versant̃, qa
ex sensualitatis corruptione peccata in nobis nascũ
tur. Porrò appetitus sensitiuus, in cõcupiscilem, est
delectabile, atque conueniens secundum sensum. Iõ
peccatũ capitale in concupiscibili existens, aut ex
hoc, ꝙ inordinatè desiderat delectabile secundũ
sensum, aut ex hoc, ꝙ inordinatè fugitiuus dele-
ctationis impedimentum. Si primo modo, hoc est
dupliciter. Primò ex hoc ꝙ appetitus tendit in hoc
quod est inordinatum ad delectabile, vt sunt bona
exteriora, & ita est auaritia. Secundò ex hoc ꝙ ap-
petitus inordinatè tendit in ipsum delectabile sen-
sus: perfecta aũt delectatio secundum sensum, est se
cundũ tactũ & gustũ, prout gustus est quidã tactus,
quia est secũdũ applicationẽ rei ad sensum: iõ circa
delectabile tactus, absolutè est vnus vitiũ capitale
puta luxuria. Et circa delectabilia gustus, vt est ta-
ctus quidam, est aliud, scilicet gula. Verum ex eo, ꝙ
inordinatè fugit̃ impeditiuũ delectationis sensibi-
lis, q̃ est acedia, quæ ad spiritualis tædium boni, se-
cundum qđ bonum illud impedit delectationẽ ali-
quam dissolutam. At uerò obiectum irascibilis pro-
priè est arduũ, magnũve aliquid, ad qđ nititur hõ:
hinc capitale vitium in irascibili põt esse dupliciter.
Primò ex hoc, ꝙ irascibilis inordinatè fertur in ar-
duũ: & propriè est superbia, vel inanis gloria. Secũ-
dò ex eo, quòd contra tendit ad id, qđ est ardui im-
peditiuum: quod põt esse dupliciter, qm̃ impedimẽ-
tum contra quod tendit, vel impedit directè in con
trarium agendo, sicut impugnans aliquem impedit
eũ, sicq; est ira: vel indirectè, & sic est inuidia, quæ
est dolor de bono alterius, secundum quod æstima
Auaritia. trifariã sumitur. tur impeditiuum excellentiæ propriæ. Præterea ad-
uertendum quòd cupiditas seu auaritia tripliciter
sumitur. Primò pro passione seu pronitate ad pas-
sionem ex originali peccato relictam, & sic non est
peccatum, sed radix peccati. Scđò pro inordinato
appetitu cuiuscunq; cõmutabilis boni siue sciẽtiæ,
siue honoris, siue pecuniæ aut cuiuscunq; alterius,
& ita est genus omnium uitiorũ, & idẽ, quod amor
priuatus. Vñ super illud ad Rom. Concupiscentiã
nesciebam loquitur Gloss. bona est lex, quæ dũ con
cupiscentiam prohibet, omnia mala vetat. Tertiò
pro inordinato appetitu exteriorum, ad vsum vitæ
spectantium, & ita est speciale peccatum. Super-
bia quoque tripliciter sumitur. Primò pro habitua-
li contemptu præcepti, ac præcipientis ex corru-
ptione naturæ proueniens, seu ex quocunque crea-
turæ defectu. & sic nõ est peccatum, sed peccati ini
tium. Secundò dicitur appetitus excellentiæ in qui
buscunque, &, quia quicunq; appetit aliquid inor-
dinatè, uult quodammodo in illo excellere, hinc su
perbia sic sumpta, ferè ad omnia peccata est com-
munis, prout est desiderium excellentiæ cuiuscun-
cunque. Tertiò, pro inordinato appetitu excellen-
tiæ, cui honor debetur seu reuerentia, & sic est
speciale peccatum. Itaque si primo modo cupidi-
tas, atque superbia capiantur, ex ipsis oriuntur oĩa
uitia tanquã ex initio seu radice, non sicut ex capita
li peccato, Secundo modo oriunt̃ ex ipsis cũcta pec
cata, sicut species ex genere. Sed tertio modo nascũ
tur ex eis specialia q̃dam peccata. Interdũ tñ oriũ-
tur ex eis vniuersa peccata, atq; frequentiùs ex ali
quo eorũ omnia gignũtur peccata, quã ex aliquo
aliorum; cuius ratio est communitas obiectorũ ip-
sorum, qa obiectũ auaritię, qđ est pecunia, promit-
tit sufficientiã in omnibus, quæ sunt necessaria ho-
mini, hinc affectus facillimè ĩclinatur ad eã. Simili-
ter excellentia, q̃ est obiectũ superbiæ, vr̃ esse bonũ
homini magis ꝓpinquũ, ꝓꝑ quod appetitus facilè
inclinat̃ in illã: imò magis, q̃ in auaritiã, quia pecu-
niã nemo diligit nisi ob aliud, quod per eam adipi
sci intendit, vt 1. Ethico. dicitur: excellentia verò est
quoddam ꝓꝑ se desideratum. Et per hæc patet ad.
primũ solutio, & etiam ad secundũ. ¶ Ad tertium
respondet̃, ꝙ fides est fundamentũ, inquantũ inclu-
dit cognitionem, ex qua generat̃ affectio infidelitas
verò est cognitionis priuatio, idcirco nõ valet per
se affectionem causare, sed per accidens, sicut remo
uẽs cognitionẽ, q̃ prohibet peccatũ per modũ quo
ignorantia cã ẽ pctĩ, sicq; idolorũ coltura dr̃ oĩum
malorum origo. Sed iste non est modus, quo uitia
ex capitalibus oriuntur. ¶ Ad quartum, quod vi-
tium capitale sumitur ibi pro uitio graui, quod pœ
na capitis est plectendum, & ita est æquiuocatio de
capitali. Hæc Thomas in Summa.

¶ Insuper de his scribit diffusiùs in prima secun- 1. Timo. 6.
dæ q̃stione 84. primò quærens. Vtrum cupiditas ra-
dix sit omnium peccatorum. Secundò, An super-
bia sit initium omnis peccati. Tertiò, An pręter hæc
duo, uitia sint alia capitalia vitia. Quartò, q̃ & quot
sunt illa. Ad quorum primum respondens, nar-
rat qualiter quidam cupiditatem accipiant tribus
modis præfatis, & addit: Quamuis ista sint vera: tñ
non videntur esse secundum intẽtionem Apostoli,
qui ad Thimotheum dixit cupiditatem esse radicẽ
omniũ vitiorum. Manifestè. n. loquitur contra eos.
Qui cũ uolunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ
laqueumq; diaboli, eo quòd radix omnium malo-
rum est cupiditas. Quo constat, eũ loqui de cupidi-
tate, secundũ quod est inordinatus appetitus diui-
tiarum. Hinc dicendum, quòd cupiditas, prout est
speciale peccatum, radix est omnium uitiorum, ad
similitudinẽ radicis arboris, quæ alimentũ toti ar-
bori præstat. Videmus enim, qđ per diuitias homo
facultatẽ acquirit perpetrandi quęcunq; peccata, Ecclis. 10.
iuxta illud. Ecclesiastis: Pecuniæ obediunt omnia.

¶ Insuper

¶ Insuper ad secundum rndens, recitat qualiter qdã sumãt superbiã tribus modis prehabitis, & subiungit. Quamuis ista sint vera, non tñ sunt secundũ intentionẽ sapientis, q̃ in Ecclesiastico loquitur: Initium omnis peccati superbia. Manifestè namq; loqui de superbia, prout est appetitus propriæ excellẽtiæ ut patet ꝑ illud, quod subdit, Sedes ducum superborum destruit. Et ferè in toto illo capitulo loquitur de ista materia. Idcirco dicendum, ꝙ superbia ẽt ut est speciale pctm̃, est omnis peccati initium. In actibus n. voluntarijs, cuiusmodi sunt peccata, duplex est ordo, vc̃ intentionis & executionis. In ordine primo finis habet rationẽ principij. Nam finis primũ in intentione. Finis verò in tẽporalibus bonis, est in corde iniquorũ, ꝑ ea acquirere excellẽtiã aliquã: ió superbia, q̃ est appetitus excellentiæ, ex hac parte ponitur initium oĩs peccati. Sed ex parte executionis illud est primũ, qd̃ præbet opportunitatẽ adimpledi omnia desideria vitiorum, quod habet rationem radicis, puta diuitiæ: idcirco ex hac parte auaritia radix est oĩs peccati. Cupiditas quippe respicit pctm̃ ex parte conuersionis ad bonum cõmutabile, ex quo peccatum fouetur, idcirco cupiditas dicitur radix. Superbia verò respicit peccatũ ex parte auersionis à Deo, cuius præcepto homo subdere cusat: hinc vocatur initium, quia ex parte auersionis incipit ratio mali. Nec obstat illud ecclesiastici, Initium superbię hominis, est apostatare à Deo, qa apostatare à Deo dicitur initium superbiæ ex parte auersionis. Ex hoc enim, quòd homo non uult subijci Deo, sequitur qd̃ excellentiã propriã velit inordinatè in reb. caducis: ficq; apostasia à Deo nõ sumitur hic quasi speciale pctm̃, sed magis vt q̃dam generalis ꝓditio omnis peccati, q̃ est auersio ab incõmutabili bono. Potest etiam dici, qd̃ apostatare à Deo dr̃ initiũ superbiæ, quia est prima species superbiæ. Ad superbiã equidẽ pertinet, superiori subijci nolle, potissimè Deo. Ad tertium demum rndet: Capitale à capite nũcupatur: caput autem propriè membrũ est animalis, directum animalis totius: vñ metaphoricè omne principiũ caput uocatur. & homines, q̃ alios dirigũt, & gubernant, capita illorum uocantur. Dicitur: ergo uitium capitale vno modo à capite propriè dicto, & sic vitium dicitur capitale, quod capitis pœna punitur, sed modo ita non loquitur de uitio capitali, sed prout capitale dicitur à capite metaphoricè dicto. ficq; dicitur vitium capitale, ex quo alia uitia oriuntur, & præcipuè secundum originem ẽausæ finalis, quæ est formalis origo. Hinc uitium capitale non solum est principium aliorum, sed etiam est directiuũ & quodãmodo ductiuũ illorum, Semper enim ars seu habitus, ad quẽ pertinet finis, principatur & imperat circa ea, quæ sunt ad finem. Hæc Thomas in Summa, cuius rñsio ad quartum ibi descripta, ꝓtineri satis vr̃ in rñsione nunc introducta. In primis verò duobus responsionibus, vr̃ à responsionibus in Scripto expresis parũper recedere. In Scda quoq; Scdæ q. 162. affirmat. Cassianus, & Isidorus considerantes superbiã, quæ est speciale pctm̃, posuerunt eã vitiũ capitale. Gregorius verò eã ꝓsiderauit prout h3 influentiã vniuersalem super oĩa uitia, ideo uocat eã omniũ vitiorum reginam, ac matrem, non capitale pctm̃: imò capitalium vitiorũ principiũ, qm̃ cõiter quod ipsa occupat, septẽ principalib. vitijs implet. Hæc idẽ ibidẽ. ¶ Cõcordãt Albertus, Petrus, Richardus, & alij plures. ¶ Bonauentura verò in quæstionib. circa litteram diffusè scribit de his, ꝙ concorditer ad pdicta, additq; : Inanis gloria vno mõ est vitiũ capitale; alio modo est filia superbię: quia vt dicit apetitũ dignitatis & excellentiæ, sic est capitale pctm̃, & est filiem, quod superbia: verũ vt dicit appetitũ laudis, sic est superbię filia: qa non desiderat laus humana nisi propter excellentiã quandã. Hæc Bon auctura.

In actibus volũtarijs duplex est ordo.

Bonauen.

De peccato in Spiritum Sanctum, quod dicitur etiam peccatum ad mortem. Distinct. XLIII.

Luc. 1. & 1. Ioh. 5.

EST præterea quoddam peccati genus, cęteris grauius & abominabilius, qd̃ dicitur peccatum in spiritum sanctum, de quo in euangelio veritas ait: Qui peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei neque hic, neque in futuro. Et Iohannes in epistola canonica: Est peccatum ad mortem, non pro eo dico, vt quis oret. Qui enim peccat in patrem, remittetur ei. & qui peccat in filium remittetur ei, qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei neque hic, neque in futuro. Sed quæritur quid sit illud peccatum in spiritum sanctum, vel ad mortem. Quidam dicunt illũd peccatum esse desperationis, vel obstinationis. Obstinatio est induratæ mentis in malitia, pertinacia, per quam homo fit impęnitens. Desperatio est, qua quis diffidit penitus de bonitate Dei, æstimans suam malitiam diuinę bonitatis magnitudinem excedere, sicut Cain, qui dixit: Maior est iniquitas mea qui vt veniam merear. Vtrunque verò dicitur peccatum in spiritum sanctum, quia spiritussanctus est amor patris, & filij, & benignitas, qua seinuicem & nos diligunt, quæ tanta est, cuius finis non est. Rectè ergo in spiritum sanctum delinquere dicuntur, qui sua malitia Dei bonitatem superare putant, & idẽo pęnitentiam non assumunt: & qui iniquitati tam pertinaci mente inhærent, vt eam nunquã relinquere proponant, & ad bonitatem spiritussancti nunquam redire, patientia Dei abutentes, & de misericordia Dei nimis præsumentes: quibus placet malitia propter se, sicut pijs bonitas. Isti nimia pertinatia & præsumptione peccant, autumantes Deum non esse iustum. Illi desperatione Deũ nõ bonũ existimant, tollentes in hoc turbulẽtissimo iniquitatũ mari portũ diuinæ indulgẽtiæ, quo se recipiãt fluctuantes. Atq; ipsa desperatione addunt peccata peccatis, dicẽtes misericordiã nullam esse, & quòd super peccatores necessaria dãnatio debetur.

Peccatum in spiritũ s. quod obstinatio quid. Desperatio quid.

* Iustitiæ.

Vtrum omnis obstinatio sit peccatum in Spiritum Sanctum.

Sed queritur, vtrũ oĩs obstinatio mentis in malitia obduratę, oĩsq; desperatio sit peccatum

catum in spiritũ sanctũ. Quidã dicunt oẽm obstinationẽ, & oẽm desperationẽ esse peccatum in spiritũ sanctũ. Quod si est, aliqñ illud pctm̃ remittit: qa multi ẽt obstinatissimi, & desperatissimi ꝓuertunt̃, vt Augustinus ait super illũ locum psalm. Conuertam in profundũ in profundũ maris i. eos, qui erant desperatissimi. Et ibi: Mittit crystalũ suũ sicut fruſtra panis i. obstinatos facit aliorũ doctores. Taliũ conuersio ibi ẽt euidenter obstendi tur, vbi ait: Qui educit vinctos in fortitudine, similiter, & eos, q̃ exaperant, q̃ habitant in sepulchris. Secundũ istos illud pctm̃ dr̃ irremissibile, nõ quin aliqñ remittat̃, sed, qa vix, & rarò, & difficulter dimittit̃. Non. n. soluitur chrystallus, nisi vehementi spiritus impetu. Alij verò tradunt, non quãlibet obstinationẽ vel desperationẽ appellari pctm̃ in spiritũ sactum. Sed qa Augustinus dicit impęnitentiã esse pctm̃ in spiritũ sactum. Sed qa Augustinus dicit impęnitentiã esse pctm̃ in spiritum sanctũ, cum sic obstinatus est aliquis vt non pęniteat: discuti op3, an aliud sit obstinatio, aliud impœnitentia sit in eo pctm̃, an idẽ, sed diuersis modis cõmissum, Secundũ istos pctm̃ illud dr̃ irremissibile, eo, quòd nũquã dimittatur. Vnde Augustinus ẽt dicit, quòd hoc solũ peccatum veniã mereri nõ potest. Et Hiero. quòd taliter peccans dignè pœnitere non põt. Et ideo rectè Iohãnes dicit, vt non pro eo oret quis: quia qui sic peccat, orõnibus ecclesię hic velim futuro iuuari non potest, habens cor induratum tãquam lapis, sicut de diabolo legitur. Post hanc vitam qui valde mali sunt, meritis ecclesiæ iuuari non possunt.

Aug sup. psalm. 67.

Psalm. 147

Psal. 67.

Aug de fide ad Petrum ca. 3.

Aug. ad Bon facist epistol. 50. Hiero. sup. Marc. c 31. 1. Iohan. 5. Aug lib. 1. de sermone dñi in monte.

C

Qualiter accipitur peccatum in spiritum sanctum.

Est ẽt alia huius peccati assignatio. Hoc enim pctm̃ Augustinus diffniens in li. de ser dñi in mon. ait; Pctm̃ ad mortẽ est, cũ post agnitionẽ Dei ꝑ gr̃am Christi oppugnat aliqs, fraternitatẽ, & aduersus ipsam gr̃am, qua reconcillatus est Deo, inuidiæ facib9 agitat̃, ꝙ forta sè est peccare in spiritum sanctum, quod pctm̃ dr̃ non remitti, non qa non sit ignoscendũ peccanti, si pęniteat: sed, qa tanta est labes pctĩ illius, vt deprecãdi humilitatem subire non possit, etiã si pctm̃ suũ mala ꝓscientia agnoscere, & renunciare cogat: vt lucidas cũ dixit, peccaui: faciliùs desperãs cũ currit ad laqueũ, q̃ humilitate veniã peteret, ꝙ ꝑꝑ magnitudinẽ peccati iã ex dãnatione pctĩ talis habere credendũ est. Ecce q̃dã assignatio pctĩ in spiritũ sanctũ vel ad mortẽ, hic posita est, qa illud pctm̃ esse tradit̃ oppugnatio fraternitatis post agnitionẽ, & inuidentia gratię post reconciliationẽ, ꝙ species q̃dã obstinationis intelligi põt. Illã tñ diffinitionẽ Augustinus in li. Retrac. rememorãs, aliqd adijcendũ ibi fore, nec asserendo se dixisse aperit, ita dicens; Qd̃ qdem non ꝓfirmaui, qm̃ hoc putare me dixi Sed tñ addendũ fuit, si in hac scelerata mentis puersitate finierit hãc vitã, qm̃ de quoq; pessimo in hac vita ꝓstituto nõ est desperãdũ, nec ꝑ illo imprudenter orat̃, de quo non desperat̃. His verbis insinuatur, pctm̃ pmissa definitione descriptũ, tũc solũ debere dici ad mortem, vel in spiritũ sanctũ, cũ nõ habet comitem pœnitentiã, nec de aliquo peccatore desperãdũ est in hac vita, & iõ ꝑ oĩ esse orandũ. Vñ illud Iohannis, Non ꝑ eo dico, vt, q̃ oret: sic accipiendũ vr̃, vt ꝑ aliquo peccante ad mortem, vel in spiritũ sanctũ, postquã finierit hanc vitam, nõ oremus. Dũ aũt in hac vita est, nec pctm̃ illius iudicare, nec de illo desperare, sed ꝑ illo orare debemus. Vñ August. de verbis dñi de impęnitentia, q̃ est blasphemia in spiritũ sanctũ, sic ait: ista impœnitentia quandiu qsq; in carne viuit, non põt iudicari. De nullo. n. desperãdũ est, quandiu ad pęnitentiã patientia Dei adducit. Paganus est hodie, Iudæus infidelis est hodie, hr̃ticus est hodie, schismaticus est hodie: qd si cras amplectat̃ catholicam fidẽ vel pacem, & sequat̃ catholicam veritatem? Quid si isti quos in quocunq; gñe erroris notas, & tanquam desperatissimos damnas, añ quàm finiant istam uitã, agunt pnĩam, & inueniunt ueram requiẽn, & vitam in futuro? Nolite ergo añ tps iudicare quemquam. Ex his oñdit̃, pro sinigulis peccatorib. in hac vita esse orandũ, nec de aliquo esse diffidendũ qa ꝓuerti potest, dũ in hac vita est, qa nõ põt sciri de aliquo, vtrũ peccauerit ad mortem vel in spiritũ sãctũ, nisi ab hac vita discesserit. nisi forte alicui ꝑ spiritũ sanctũ mirabiliter reuelatũ fuerit. Ex ꝑdictis aliquatenus capi põt, qũo accipiat̃ pctm̃ in spiritũ sanctum, s. inuidentia gratiæ fraternitatem ĩpęnitenter oppugnans, q̃ vtiq; obstinatio esse vr̃, & oĩs impęnitentis dici põt, qa impœnitentia ꝓpriè obstinati est, & ut q̃dam volunt, etiam desperati.

1. Iohan.

1. Dor. 4.

D

Alia assignatio peccati in spiritum sanctum.

De hoc quoq; pctõ in spiritũ sanctũ Ambrosius ĩ li. de spũ sctõ, differens, diffinitã assignationẽ tradit, dicẽs, Cur dñs dixerit, Qui blasphemauerit in filium hominis, remittetur ei: qui autem blaphemauerit in spiritum sanctum, neque hic neque in futuro remittetur ei, diligenter aduerte, nunquid alia est ostensio filij, alia spiritussancti? Sicut vna* dignitas, sic vna iniuria. Sed si qs corporis specie deceptus humani, remissius aliqd sentit

Ambr li 1. de spũ sancto. cap 3. Matt. 12.

*diuinitas

sentit de Christi carne, quā dignū est, habet culpā: non est tñ exclūsus à venia. Si qs verò sancti spūs dignitat., maiestatē, & ptātē abneget: sempiternā, & putet non in spiritu Dei eijci dæmonia, sed in Beelzebub. nō pōt ibi esse * exortatio veniæ, vbi sacrilegij plenitudo est. Satis hic aperte explicat, qd sit pctm ī spūm sctm. Qđ illi Aug. descriptiōi ɔgruere vr, qua illud pctm dr esse inuidentia grǣ oppugnās frnitatē. Qui em post cognitionē veritatis sctī spūs veritatē negat, eiusq; opa dicit esse Beelzebub, ptāti, bonitati, & gratiæ Dei inuidere nō dubitat. Nō itaq; distinctio illa verborū sic accipiēda est, quasi triū psonarū diuisæ sp sint offensæ, sed ibi peccatorū gña distincta sunt. Pctm. n. in patrē id intelligit, qđ fit p infirmitatē, qa patri scriptura frequenter attribuit potentiā. Pctm in filiū, qđ fit p ignorantiā, qa sapientia filio attribuit. Tertiū expositum est. Qui ergo peccat per īfirmitatem vel per ignorantiam, facile veniam adipiscitur, sed non ille, qui peccat in spiritū sanctum. Cum aūt vna sit potentia, sapientia, bonitas trium: quare patri potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas sæpiùs assignetur, superiùs dictum est.

* exortatio.

Aug. lib. 1. de sermone dñi in

Summa distinctionis. 41.

POST quā in quibusdā distinctionibus iā actū est de peccato in gñali, & de vitiorū initio & radice, diuisionibusq; pcti: hic nunc agit de grauissimo gñe pcti, & de speciebꝰ ipsius, hoc est, de pctō in spm sctm, de quo in litera diffusè tractat, primò ex scripturis pbādo, esset tale pctm. Deinde inquirit, q & quot sint illa, qualiter et diuersimode dicat peccatū in spm sctm, atq; de varia assignatione huius peccati.

QVAETIO. I.

HIcq̃rit, *An aliqđ sit peccatū in spūm sanctū, & q̃ sint hmōi vitia.* ¶ Vr, q nullū sit pctm in spm sctm, qa pctm in spm sctm irremissibile noīatur: oē aūt pctm pñtis vitæ, remissibile est: aliqn despandū esset, nec mors esset terminꝰ merendi, ac demerendi: ɔ, quod loquit Damascenꝰ. Quòd in angelis fuit casus, hoc in oībus mors. Si rñdeat, q pctm tale vocat irremissibile, qm valde difficulter, ac rarò dimittet: ɔ hoc apparet esse, q p Iezechielē dñs ptestat: In quacunq; hora peccator ingemuerit, oīum iniquitatū eiꝰ non ampliꝰ recordabor. ¶ Secundò, qcūque verā habet cōtritionē, veniā, ac grām à Deo cōsequitur: nullum ergo peccatū irremissibile est censendū. Tertiò, dictū est, q peccatū grauitatē sortitur ex parte eius, in quē peccatur, sed spūs sctūs non est maior pře, aut filio, ergo non est grauius peccare in spm sctm, q̄ in prēm, aut filiū: imò cum sup gloriosissimæ trinitatis sit vna maiestas, qcunq; peccat in vnam increatam psonam, peccat in totā super dignissimā trinitatē, & ita nō erit aliquod spāle pctm in spm sctm. ¶ Quartò, in litera dr, q pctm in spm sctm est, dū qs ex certa peccat malitia, ita, q sibi placet ipsa malitia in se, & sm se: sed taliter nemo peccat, cū bonū sit appetitus obiectum, atq; vt diuinus Dionysius testat. Nullus respiciens ad malū operat.

Arguitur primo cōtra veritatem.

Matth. 12.

¶ In oppositū sunt q̃ hntur in textu. Ad hęc Alexāder rñdet. Peccatū in spm sctm dupliciter dr. Primò scđm quoddā genꝰ pcti. Primo mō pctm ī spm sctm, est quocunq; mortale pctm ex certa malitia cū priuatia mētis: Alio mō scđm. Augustinū, non quodcunq; peccatū est in spm sctm; sed non quo p se ipugnat gra spūs sancti, in qua, & per quam fit peccatorum remissio. sicq; peccata quædam dicuntur specialiter esse in spiritum sanctum, vt impugnatio agnitæ veritatis, & inuidētia fraternæ grǣ, ac alia quædam, & ita videtur loqui. Augustinus de peccato in spiritū sctm in libro de Blasphemia. Hinc, & alibi loquitur Augustinus: Peccatum in spm sctm, ē perseuerans duritia cordis impœnitentis, Et rursus, Peccatum in spm sctm est consuetudo peccādi, qua Dei metus amittitur. Intelligendū est de peccato in spiritum sanctum prout supponit aliud genus peccati, cum aditione super addita. Obstinatio aūt dupliciter sumitur. Primò vt conditio quædā mortalis peccati, cum quis perseuerat, aut induratur in illo, sicq; peccatum in spiritum sanctum prout addit super aliud genus peccati, dicit obstinationem cum certa malitia, quæ est causa illius, nec tota ratio peccati in spm sanctum est pseuerans duritia, nec peccans ex īfirmitate, si obdurēt neq; pœniteat pseuerantē hēt duritiā cordis impęnitentis, Sed peccatum in spiritum sanctū put diuiditur ɔ pctm, ex infirmitate, & ignorantia, dicit industriā, seu certā malitiā tanq̄ cām peccati. Scđo obstinatio appellat propositū, seu voluntas pseuerandi in duritia cordis impęnitentis, sicq; est distincta species pcti in spm scm, & pōt esse cū alijs pctis, & sine illis. ¶ Scđo qrit, An pctm in spm sctm sit idem, q pctm ad mortē. Dicendū, q pctm ad mortē multipliciter dr. Primò vt sit idē, q pctm mortale, scđm illud. 1. Iohannis: Oīs iniquitas est pctm ad mortē. Scđò p oī peccato, in quo qs morit. Tertiò p pctō, qđ disponit ad inexcusabilitatem, vt dum post veritatis agnitionem quis impugnat fraternitatem, gratiamve fraternam. Dicendum ergo, q primo mō peccatum in spiritum sanctum, est peccatum ad mortem, non econuerso. Si verò peccatum ad mortem sumatur scđo modo, potest dici peccatum in spiritum sanctum, secundum aliam rationem peccati in spiritū sanctum, sed non omne peccatum in spiritum sanctum dicetur peccatum ad mortem. Si verò tertio modo accipiatur peccatum ad mortem, sic videntur realiter esse idem, q̄uis differāt ratione: Dicitur namq; peccatum in spiritumsanctum propter impugnationem gratiæ qua fit peccati remissio. Peccatum verò ad mortem, qm quasi irremediabiliter disponit ad pœnam. Deniq; sex ponuntur differentię seu species peccati in spm sctm, videlicet: Desperatio, præsumptio, inuidentia frnæ gratiæ, impugnatio veritatis agnitæ, obstinatio, & impœnitentia. Quod enim desperatio sit peccatum in spiritū sanctum, habetur in Glossa ad Romanos super illud, Secundum duritiam, &c. Idem patet de præsumptione, & desperatione per Augustinum in lib. de fide ad Petrum, quo dicitur. Sicut misericordia suscipit, absoluitq; cōuersos, ita iustitia repellit, punit obstinatos, quidam verò desperant de indulgentia peccatorum, quidam autem sperant sine meritis de mīa Dei psumentes: peccant in spiritū sanctū; Ex quo habetur, q psumptio est pctm in spm sanctum. Quòd itē inuidentia, seu impugnatio fraternæ grǣ sit peccatū in spm sctm, patet per Augustinum in libro de sermone dñi in monte: quo ait: Paulus apostolus non orauit pro Alexandro, quoniam inuidentiæ facibus fraternitatem impugnādo peccauerat. Et denuo, Hoc est peccare in spm sctm, per malitiā, & inuidētiā impugnare frnā charitatē post acceptam

ce ptam

Mat. 12.

ceptam sanctis spiritus gratiam. Demū, quòd impugnatio agnitæ veritatis sit peccatū in spiritum sanctū, asserit Augustinus in libro de vnico baptismo. De obstinatione quoq; idē testat in Enchiridio hoc ipsum asseritur in Glossa super Matthæum de impęnitētia, super illud. Spiritus blasphemiæ, non dimittur. &c. ¶ Præterea ratio, quod hæc sex assignantur peccata in spiritum sanctum, esse potest. Peccatum enim in spiritum sanctum opponitur gratiæ spiritussancti, per quā est vnitas ecclesiæ, in qua fit peccatorum remissio, sed ad hoc, quod iste effectus sequatur ex gratia illa, multa sunt per se adiuuantia, duo videlicet ex parte Dei remittentis, alia ex parte eius, cui fit remissio, duo quoq; alia ex parte proximi. Ex parte Dei remittentis, est misericordia cū iustitia. Contra iustitiā Dei extat præsumptio, cōtra misericordiam Dei, separatio. Qui enim præsumit cum suis demeritis, ponit Deum esse iniustum, qui verò in hac vita desperat, ponit Deum esse immisericordem. At verò ex parte eius, cui fit remissio, duę requiruntur dispositiones, quæ sunt, commissa deflere, & deflenda non committere. Contra quæ duo sunt, duæ species peccati in spiritum sanctum, vtpote impœnitentia, & obstinatio: quia per impœnitentiam proponit deflenda committere, & per obstinationem commissa non plangere. At contra ea, quæ respiciunt proximum, est inuidentia fraternæ gratiæ, qua deordinamur affectus: & impugnatio agnitæ veritatis, qua deordinatur intellectus. Motiuum enim ad remissionem, est amor agnitæ veritatis, per quam ordinat intellectus: amorq; fraternæ gratiæ, per quam ordinatur affectus. Aliter quoq; possūt hæ species accipi, Vt pugnatio veritatis agnitæ respicit effectū spiritu sancti in intellectu, inuidētia fraternæ gratiæ impugnet effectū spirissancti in voluntate. Motiuum autem ad remissionem peccatorum, est vt diligamus per fidem operantem, & per dilectionem, per quam est vnitas membrorum ecclesiæ.

Quæstio.

¶ Amplius, si quæratur, cui gratiæ se opponatur peccatum inspiritum sanctum, an scilicet gratiæ innocentiæ vel gratię baptismali: dicendum, quòd gratiæ pęnitentiali, per quam fit reparatio a lapsu peccati actualis mortalis. Verum huic gratiæ opponitur aliquid dupliciter. Primò, quia expellit eam, sicq; omne peccatum mortale actuale, perpetratum post iniunctam pœnitentiam, aut pręhabitam contritionem, opponitur gratiæ illi. Secundò, quoniam maximè contrariatur, & impedit, vt homo non conuertatur ad pœnitētiam, nec ad gratiam illam pertingat, & ita peccatum in spiritumsanctum opponitur gratiæ illi. ¶ Postremo peccatū in spiritumsanctum aliquo modo remissibile est, & aliquo modo irremissibile. Remissibile quippè est ex parte omnipotentiæ Dei remittentis, & etiam quoniam potest homo inde pœnitere, excepta finali impęnitentia. Remissibile quoq; vocatur, quia secundum esse finibile est, nisi fuerit causa in alio, vtpote vt voluntate peccatoris. Dicitur autem irremissibile, quòd per se contrariatur gratiæ remissionis, sicq; finalis impęnitentia irremissibilis nuncupatur. Et item, quòd inhabile est remitti, & sic obstinatio irremissibilis perhibetur. Rursus irremissibile dicitur, quod indignum est remitti, quoniam tollit adminiculans remissioni, sicq; inuidentia fraternæ gratiæ est irremissibilis, vel quia non habet colorem excusationis sicut, quæ fiunt ex infirmitare, aut ignorantia, & ita peccatum in spiritum sanctum est, quod est ex certa malitia, aut industria Quod verò dixit saluator, quòd peccatum in spiritumsanctum non habet remissionem in hoc seculo, neq; in futuro, non est intelligendum, quòd peccatum mortale post vitam hanc dimittatur, quo ad culpam: potest tamen quo ad pœnam, imò sic ignoscit ei, q pœnitet, & nō satisfacit facer ein seculo isto. Hæc Alexander in quibus, & dicta Antisiodorensi. continentur.

Mat. 12.

Bonauen.

¶ Deniq; Bonauentura eadem exprimit alijs verbis: Peccatum inquiens, in spiritum sanctum, est genus distinctum ab alijs generibus peccatorum triplici ratione. Primò ratione sui principij. Secundò, ratione sui oppositi. Tertiò, ratione substrati actus. Ratione principii, quia peccatū in spiritumsanctū dicendū est omne illud quod procedit ex certa malieia seu industria. Ratione sui oppositi, quia opponitur gratiæ pœnitentiali. Ratione actus substrati, quia cum sit gratiæ impugnatiuum, & malitia sit in spiritu secundum se, peccatum in spiritumsanctum consistit circa actum spiritus seu mentis, vt patet in desperatione, & obstinatione. Hinc peccata carnalia, quæ in actibus carnis consistunt, dici nequeunt peccata in spiritumsanctum. Est quoq; peccattum istud grauissimum, quia narura maximè lædit, non solum ei auferens sanitatem spiritualem, imò, & viam pręcludens, nec vllum excusationis habens colorem: præsertim cum sit ex malitia atq; industria, quia tunc peccat quis in spiritum sanctum, quando mouetur ad malum scienter, sciens se moueri ad malum. Hinc peccatum in spiritum sanctum, est malitia cōflata ex concursu malitiæ ex originali peccato contractæ, actualis quoq; malitiæ coniunctè industriæ: propter quod dicitur esse non solum ex malitia, sed ex certa malitia. Malitia verò ex originali contracta, nō excusat nec minuit hoc peccatum, sicut ignorantia, & infirmitas: quia malitia illa extat in voluntate, & suadet ei, nec minuit rationem volūtarij. Hinc istud peccatum maximè oculos Dei offendit, vnde, & irremissibile dicitur: quia vix, & rarò, ac difficulter dimittitur. Et vt aliqui dicunt, irremissibile est: quoniam ex se ineptitudinem habet ad hoc qđ remittatur. Porrò impœnitentia dupliciter sumitur. Primò proposito non pęnitendi, & hoc aliquo modo potest remitti, quia propositum potest mutari. Secundò pro continua permanentia in peccato vsq; in finem vitæ inclusiuè, & sic simpliciter est irremissibilis. Amplius, quoniam fere omnes, actus, qui procedunt ex certa malitia queunt procedere ex infirmitate, & ignorantia, & nomina peccatorum imponuntur ab actibus, homo nullum nomen specierum peccati in spiritumsanctū, impositū est alicui earum, secundum quod est præcisè pctm in spiritumsanctum. Vñ in omnibus illis necessaria est generalis ista distinctio, quod sex noīa ista designant peccata in spiritumsanctum, prout ex certa malitia oriuntur, & non secundum quod ex infirmitate vel Ignorantia nascuntur. Verbi gratia: desperatio interdum venit ex pasil lanimitate, ita q desperans, in ipsa desperatione non habet, nec inuenit cōplacentiā, imò dolet, ac nititur ɔ eam, & ita non est peccatū in spūm sanctū, sed prout quis diffinitiuè diffidit, instar Cain, quasi abscondens se a facie domini. Nam hoc est in contumeliam misericordiæ Dei, cui suam præfert, ac præponderare putat iniquitatem. Insuper veritas potest tripliciter intelligi impugnari. Primò propter ipsam veritatem, & sic nemo eam impugnat, cum omnes homines naturaliter scire desiderent Secundò propter dicentem. Tertiò propter effectum sequentem hisq; duobus modis potest impugnari

gnari non solum ex malitia certa,sed idem ex infir
mitate,& ignorantia,siue ad sui excusationem, siue
ad alterius confusionem.Item dupliciter potest in
uidere gratiæ alienæ.Primò, prout ęstimatur mino
ratiua proprij bon i,seu propriæ famæ, laudis , aut
gloriæ,& ita est peccatum capitale. Secundò, quo-
niam oculus animæ ita est deprauatus, vt sicut non
videt bonum in se, sic,nec in alio velit videre,& sic
est peccatum in spiritumsanctum,oriturq; ex mera
corruptione,atq; malitia voluntatis,quæ intantum
gustum eius peruertit, vt bonum apparere faciat
malum,& malum bonum.Sic,& impœnitentia du-
pliciter dicitur,vtpote priuatiuè,& contrariè. Pri-
uatiuè non est peccatum in spiritum sanctū, q̄a non
ponit nouum peccatum,sed dicit conditionem seu
circunstantiam præcedētis peccati.Contrariè verò
sumpta,est peccatum in spiritum sanctum secundū
modum expressum. Hæc Bonauentura in diuersis
quæstionibus,quas hic mouet.

¶Circa hęc scribit Thomas.Peccare in spiritum
sanctum cōtingit dupliciter.Primò,quia Peccatur
contra eius personam.Secundò, quia contra attri-
butum ipsius.Peccat autem ꝯ personam spiritussan
cti,qui male sentit de ipso, vt qui dixerunt eum pa-
tre, filioq; minorem,ac creaturam, quòd infidelita
tis est vitium.Peccare verò ꝯ attributū spiritussan-
cti,quod est bonitas,est peccare ex certa malitia: si-
cut peccare in patrem, est ex infirmitate peccare.
Peccare in filium,est ex ignorantia trāsgredi. Quo
rum differentia accipi potest ex quinto Ethicorum,
quo ait Philosophus,quòd tribus modis contingit
peccatum.videlicet ex ignorantia, est passione,seu
infirmitate,& ex electione. Veruntamē malitiā sub
ratione malitiæ nemo vult,sed secundū quod pec
catum putatur bonum peccanti,quasi quietans ap-
petitum eius corruptum, ꝑꝑ hoc, quod secundū se
desideratur. Hoc ergo peccatum in spiritum san-
ctum,est speciale genus peccati.Nempe, quod ali-
quis ex certa malitia electione, seu deliberatione eli
gat actum peccati,nulla pasione implusus,cōtine
re potest dupliciter.primò per positionem alicuius
in eligente,Per quod inclinatur in talem actum,vt q̄
peccat ex habitu vitij,aut virtutis.Secundò, quan-
do volūtas reijcit illud,per quod à peccato retrahi
posset,vt qui abijcit spem futuræ remunerationis,
aut timorem futuræ dānationis Sumendo aūt pec
catum ex electione primo mō,non est speciale pec
catum,sed circunstantia quædā peccati, vt qđ pec
catum procedit ex habitu,quod in oī vitiorum ge
nere contingit,Secundo aūt mō est speciale pecca
tū, quoniā speciale peccatū vocatur ex speciali obie
cto.Hoc verò est speciale voluntatis obiectū in quo
peccatur, videlicet,quod natum est à peccato retra
here,cui voluntas dissentit sponte ab ipso discedēs.
Peccatum itaq; in spiritum sanctum,non propriè dr̄
illud,quòd ex electione ꝓcedit primo mō , sed mō
secundo,quia peccata specificantur , ac noīantur
ab obiectis,habetq; hoc peccatum obiectum,vt pa
tuit speciale.Cum autem, quis peccat hoc secundo
mō ex electione,quod est propriè peccatum in spi-
ritum sanctum,sunt ibi duo actus, quorum vterq;
peccatum est,& primus est cā secundi, verbi gratia.
Aliquis vno actu volūtatis ꝓmia æterna contemnit,
eorum spem abijciens a se, atq; in hoc ipso est pec-
cans. Et quia desperat de præmio, incidit in actū
fornicationis,qui actus prouenit in eo ex certa ele
ctione ꝑꝑ actum pręcedentem. Vnde cum dr̄ pec-
catum ex industria,ipsa industria, quæ notatur cā es
se peccati, est quoddam peccatū,& est determinatū
genus peccati,& propriè peccatum in spiritum san
ctū,& actus secundus ex illa proueniens,nō est pec
catū in spiritumsanctum nisi forte secundum quod
actus primus manet in eo. Præterea sicut ex textu
colligitur de peccato in spiritūsanctum, est duplex
opinio.Quidā namq; sumentes impœnitentiam ꝓ-
ut est circunstantia peccati,assignant quinque spe-
cies peccati inspiritum sanctū, quæ supra annume
ratæ sunt impœnitentiæ,dicentes nullam illarū ha-
bere completè rationem pc̄tī in spiritū sanctum,nisi
ei iungatur impœnitentia illa,sicq; dicunt pc̄m̄ in
spiritum sanctum,simpliciter, & oīno irremissibile
esse. Quæ opinio non vr̄ idonea esse,quia sic oē pec
catum vsq; ad mortem continuatum inclusiuè, est
irremissibile.Ideo alia positio est sex esse species pec
cati in spiritum sanctum, sicut præhabitum est, quę
positio verior, reputatur. Hęc Thomas in Scripto.
Concordant Alhertus,Petrus.Richardus. Præterea
quæritur,An peccatum in spiritum sanctum,existat
grauissimum.Ad qđ Petrus:Quemadmodum mor-
bus corporalis,ita, & spiritus potest dici vnus alio
grauior dupliciter.Primò ratione maioris lęsionis,
secundo ratione difficilioris reparationis.Ratione
maioris lęsionis dupliciter. Primò intensiuè, quia
plus tollit de bono intensiuè. Secundò exten-
siuè, quoniam plura bona tollit, sic ergo tri
pliciter potest peccatum peccato grauius dici. Pri-
mò ratione maioris læsionis, secundo ratione læsi
onis vniuersalioris,tertiò ratione difficlioris repa-
rationis. Primo modo peccatum in spiritum san-
ctum grauissimum est,quia plus opponitur bonita
ti,vnde plus priuat de bono naturali. Tertio quoq;
modo grauissimum est, quoniā nihil,aut minus ha
bet excusabilitatis ,plusq; habet adhæsionis , quia
voluntas pertinaciter illi malo adhæret. Secundo
modo quædam alia peccata sunt grauiora , vt ma-
lum infidelitatis,quod aufert fundamentum totius
boni,& ex consequenti omnia bona Similiter pec-
catum primorum parentum,quod tñ non fuit pec-
catum in spiritum sanctum, quod nō habet locum
in statu naturæ corruptæ. Hæc Petrus.

RVrsus hic quæritur, *An peccatum in spiritū san ctum necessariò præsupponat aliud peccatum.*
Ad quod idem Petrus respondet:Sicut in alijs con
tingit peccatis,ita,& in peccato in spiritum sanctū
in alijs quippè peccatis, quædam sunt peccata per
se,vt fornicari:quædam verò peccata sunt,quæ su-
per alia fundantur,tāquam super materiam, vt glo
riari de fornicatione.Similiter peccata in spiritum-
sanctum quædam sunt species per se sicut præsum
ptio,inuidentia fraternæ gratiæ, impugnatio agni-
tæ veritatis.Quædam autem,quæ alia peccata pro
materia habent,vt desperatio,obstinatio,impœni-
tentia: quæ tria præexigunt aliam culpam, non pri-
ma tria.Hæc Petrus.In cuius cōpendioso respon-
so,continetur Richardi responsio.

¶Porrò Thomas pleniùs loquens : In peccatis , ait
quorū vnum ex alio nascitur,cōsideratur non quid
semper,sed quid ut inpluribus fiat, propter apti-
tudinem quandam, quam vnum peccatum habet,
ut ex alio frequentiùs oriatur,sicut fraus dicit aua
ritiæ filia, quæ tamen ex fornicatione , aut alio ui-
tio potest oriri, illud uerò peccatum aptitudinem
habet ut aliud exipso gignatur, cuius obiectum est
amplius appetibile,utpote, quod maiorem habet
apparentiam boni.Hinc peccatum cuius obiectum
maximè recedit a ratione boni, minime potest esse
primum, sed quasi semper, aut frequentiùs ex
alio oritur, & tale est, peccatum in spititum san-
ctum

ctum.Hinc sæpius,& quasi semper alia peccata seq
tur attñ non sic,quin possibile sit hoīem in primo
actu in spiritū sanctū peccare,ꝑcipuè in duabus spe
ciebus huius peccati,videlicet ī impugnatione agni
tæ ueritatis, atque in inuidentia gratiæ, qua sumus
reconciliati,quia hæ species maiorem uidentur ha-
bere distinctionem ab alijs.Nihilominus quoq; hoc
contingit in alijs peccatis,quæ sunt in spiritum san-
ctum,si diligenter consideret.Potest etenim aliquis
inspectis diuersorū hominum statibus. abijcere spē
futuræ gloriæ ꝑꝑ difficultatem pertingendi ad eā,
& ꝑꝑ delectationes eorū,qui de ipsa non curant:cō
similiter in hoc firmare animum suum , ut suam in
omnibus uoluntatem sequatur,quod est obstinatio
[Bonauent.] nis,& ita de alijs.Hæc Thomas in Scripto. ¶ Porrò
Bonauentura consentit primæ positioni a Petro in
ductæ,Quædam sunt,inquit,species peccati in spiri
tum sanctum,quæ nullo modo possunt esse sine pec
cato præambulo,ut obstinatio , desperatio , finalis
impœnitentia. Hæc namque respiciunt peccatum
pręambulum,sicut materiam,circa quam, & ut cau
sam.Nemo enim desperat de uenia,nisi, qui pecca-
[Dio. Car.] uit.Nemo obstinatur in malo, nisi, qui incidit ma-
lum.Nemo impœnitens est,nisi,qui habet vnde pœ
niteat.Hæc Bonauentura.Et istud uerius esse uide-
tur. Nec enim aliquis diuersis hominum statibus
consideratis.spem gloriæ potest abijcere modo præ
tacto,nisi ante hoc multipliciter peccet , per incon
siderationem eorum , quæ considerare tenetur , &
per uilipensionem eorum , quæ præcipuè diligere
obligatur,quod etiam manifestè patet de firmatio-
ne animi in hoc,quòd propriam in omnibus sequa
tur voluntatem.

[Scotus. Quæstio.] ¶Insuper circa hæc quęrit Scotus:An uoluntas crea
ta possit peccare ex certa malitia , volendo aliquid
non ostensum sibi sub rōne boni ueri,aut apparen-
tis.Ad quod non rn̄det directè,& assertiuè:attamen
dicit,quòd quamuis dicatur, quòd non , nihilomi-
nus potest teneri, quòd peccatum in spiritumsan-
ctum sit ex certa malitia , quia non uenit ex hoc,
quòd uoluntas appetitui sensitiuo condescendit,
condolet,& condelectatur siue assentit,sicut in pec
cato ex infirmitate:nec ex hoc,quòd voluntas erro
re rationis abducitur ut in peccato ex ignorantia,
sed ex propria libertate,ac prauitate , non aliunde
impulsa fertur in malum, in quo maximę consistit
ratio malitiæ,& peccati.Nec tamen fertur in malū
sub ratione,qua malū,quamuis feratur in id, quod
totaliter malū est,sed ut apparēs bonū.Hæc Scotus.

POstremò hic quæritur, An peccatum Adę fuit [Quæstio. Thomas]
in spiritum sanctum:Et iam ex Petro tactum, est
quòd non.Thomas verò respondet:Quidam dicūt,
ꝙ peccatum dæmonis,& peccatum primi hominis,
non fuit in patrem,neq; in filium,nec in spiritū san-
ctum.Hæ namq; non sunt differentiæ peccati abso-
lutè accepti sed pc̄tī, qđ contingit in statu naturę
corruptæ.Infirmitas quippè,& ignorantia,& mali-
tia ex peccato,consequūtur naturā corruptā. Sed,
sciendū,quòd quāuis infirmitas in natura integra
inueniri nequiuit,& ita , nec peccatum in patrem,
ignorantia tñ aliquo modo in natura integra po-
tuit inueniri, non prout ignorantia dr̄ priuatiuè,
sed negatiuè.Sic enim est defectus consequens intel
lectum creatum,inquantum creatus est. Ex hoc eñ
deficiat a perfecto lumine intellectus increati,ut nō
omnia sciat,vel saltem non omnia actu simul con-
sideret, atque peccatum ex tali nescientia proue-
niens peccatum in filium dici potest. Malitia quo-
que ex qua peccatum in spiritum sanctum proce-
dit,non oportet,quòd si pœna,sed est aliquis actus
peccati.Vñ ēt natura integra potuit esse peccatum
in spiritum sanctum.Veruntamen primus actus pec
cati hominis,& angeli,non fuit peccatum in spiri-
tum sanctum,prout peccatum in spiritum sanctum
est speciale peccatum, quod patet ex obiecto pec-
cati.Vterque enim peccauit altitudinem propriam
immoderatè appetendo. ideo quantum ad genus
peccati,fuit peccatum in spiritum sanctum : quan-
tum verò ad circunstantiam peccati , vtrumque
peccatum fuit in filium , quia uterque peccauit ex
hoc,quòd non considerauit ea,quæ consideranda
erant ad euitationem peccati.Non autem fuit pri-
mum peccatum eorum ex hoc,&c.ꝙ propria uo-
luntate repugnauerūt spei,aut alicui tali, sicut fit in
peccato in spiritum sanctum.Hæc Thomas in Scri-
pto. ¶Nihilominus reor infirmitatem etiam pro-
priè accipi posse pro defectu quodam conuenien-
ti omni naturæ intellectuali creaturæ quantū creata
est,quę ex se imbecillis est non solum incessabiliter
indigens manutenentia creatoris,ne labatur in ni-
hilum,imò etiam prona ex se,fragilibusque ad pec
candum si gratuitis destituatur.

De potentia peccandi, an sit homini a diabolo, vel a Deo. Di. XLIIII.

POst prædicta consideratione dignum occurrit, utrum peccandi potentia
sit nobis a Deo,a diabolo , vel à nobis . Putant quidam potentiam rectè a-
gendi,nobis esse a Deo: potentiam verò peccandi , non a Deo , sed a no- [Vnde habet ortū potentia peccandi.]
bis , uel à diabolo :esse: sicut male uoluntas non à Deo nobis est , sed à no-
bis & diabolo : bona autem a Deo tantum nobis est. Bonę namque vo-
luntatis,& cognitionis initium non homini ex seipso nasci, sed diuinitus parari, & tri-
bui , in eo Deus euidenter ostendit , quia nec diabolus , nec aliquis angelorum eius,
ex quo in hanç caliginem sunt detrusi,bonam potuit, vel poterit resumere voluntatē,
qui si possibile foret,vt humana natura postquam à Deo auersa bonitatem perdidit vo
luntatis,ex seipsa rursus eam habere potuisset, multo possibilius hoc natura haberet an
gelicaq; quā tominus grauatur terreni corporis pondere, tanto magis hac esset prędita
facultate.Non ergo hom o, vel angelus a se voluntatem bonam habere potest , sed ma-
lam.Similiter,& de potentia inquiunt per similitudinem voluntatis boni,vel mali dis-
ferentes,quòd illa sit a Deo,non ista.

Auctoritatibus, astruit potentiam peccandi esse a Deo.

Sed pluribus sanctorum testimonijs indubitanter mostrat̄,qđ potestas mali à Deo est
à quo est oīs ptās. Ait eñ Apl̄s:Nō est ptās nisi a Deo.Qđ nō de ptāte boni tm̄,& sed ma
li intelligi oportet, cum Pilato ēt veritas dicat:Non haberes in me potestatem,nisi da-

tum esset tibi desuper. Malitia nempè hoīm (vt ait Aug.) cupiditatem nocendi per se habet, potestatem aūt, si ille non dat, non habet. Ideoq; diabolus antequā aliqd tollere Iob, dicebat dño: Mitte manū tuā, i. da potestatē, quia ēt nocentiū ptās non est nisi à Deo, sicut sapientia ait: Per me reges regnant, & tyranni per me terrā tenent. Vñ Iob de domino ait: Qui facit regnare hypocritam pp peccata populi. Et de populo Israel dicit Deus: Dedi eis regē in ira mea. Nocendi enim voluntas pōt esse ab *homine omnino, ptās autē non est nisi a Deo, & hoc addita, atque iustitia. Nā per ptātem diabolo datam, iustos Deus facit suos. De hoc ēt Gregori. in moral. ait: Tumoris elatio, non ptātis ordo in crimine est. Potentiam Deus tribuit, elationem verò potentiæ malitia nostræ mentis inuenit. Tollamus ergo, quòd de nostro est, quia non potentia iusta, sed actio praua damnatur. His auctoritatibus, alijsque pluribus euidenter ostenditur, quòd non est potestas boni, vel mali, cui cumque nisi a Deo æquo, etsi te lateat æquitas.

Iohan. 19 Aug. super Psalm. 85 — Iob. 14. — Aug. in li. de natura boni. c. 32. — Prouer. 18 — Iob. 3 vi — Osee. 13 — Gregorie — *hominis animo.

An aliquando resistendum sit potestati.

Hic oritur quæstio non transilienda silentio. Dictū est enim supra, quod potestas pecandi, vel nocendi non est hoī, vel diabolo nisi a Deo. Apostolus aūt dicit, quod, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Cum ergo diabolo sit potestas mali Dei ordinatione. eius potestati non esse resistendum vī. Sed sciendum est, Apostolum ibi loqui de seculari potestate, scilicet rege, & principe, & hmōi, quibus non est resistendum in his, quæ iubet Deus eis exhiberi, scilicet in tribus, & hmōi. Si verò princeps aliquis, vel diabolus aliquid iusserit, vel suaserit conrta Deum, tunc resistendum est. Vnde Agustinus determinans * qualiter resistendum sit potestati, in libro de natura boni ait. Si aliquid iubeat potestas, quod non debeas facere, hic sane contemne potestatem, timendo maiorem potestatem. Ipsos humanarum rerum gradus aduerte. Si qd iusserit procurator, nunquid faciendum est si contra proconsulem iubeat: Rursus si qd ipse proconsul iubeat, & aliud iubeat imperator: nunqd dubitatur, illo contēpto, illi esse seruiendū. Ergo si aliud imperator, aliud iubeat Deus, contēpto illo, obtemperandum est Deo. Ergo si aliud iubeat potestati ergo diaboli, vel hominis, tunc resistimus, cum aliquid contra Deum suggesserit, in quo Dei ordinationi non resistimus, sed obtēperamus. Sic eñ Deus præcepit, ut in mali nulli potestati obediamus. Iam nunc his intelligendis, atque pertractādis, quę ad verbi incanati misterium pertinent, integra mentis consideratione intendamus, vt de in effabilibus, vel modicum aliquid fari Deo reuelante valiamus.

Roma. 13 — Quod aliquando resistendum est ptāti. — * quando

Ompleto tractatu de peccato, hic ultimo scisciтaē de peccādi potentia, an sit à Deo. Quo circa arguit ad partem vtranq;, & soluit. Deinde quærit an aliquando resistendum sit potestati, & soluit quęstionem eandem.

Summa distinctiōis. 44

QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *An potētia peccādi sit a deo.* Vī, quòd nō, qa potētia peccandi formaliter dicit aliquid imperfectionis, quod est origo, causaq; mali. Sed qd, est cā causę est cā causati. Imò prima cā plus influit, quàm quæcunq; cā secunda: ergo si Deus est cā potentiæ peccandi, esset causa peccati, imò prima, atq; præcipua cā eius. Cumq; in Deuteromio scriptum sit, Dei perfecta sunt opera: non vī talis, potentia esse Dei effectus. Secundò, Boethius ait: Cuius usus malus est, ipsum quoq; malū est. sed vsus potentiæ peccādi est prauus ergo, & ipsa potentia, non ergo a Deo oē opus bonū est, dicente Apostolo. Oīs creatura Dei bona est. Verū ista quæstio soluta est supra, & rñsio Alexandri ibi inducta est. Albertus verò primo hic quærit, Vtrum potentia à peccandi sit potentia. Ad quod respondet, Potentia peccandi seu mali, duobus dicitur modis, videlicet ad actū & ad actū malū, q dupliciter pōt cōsiderari puta ut actus, & ut actus sub deformitate peccati. Si consideretur ut actus, certum est, quòd potentia ad actum illum sit potentia. Si autem consideretur sub deformitate culpæ, cum malum defectus sit, & non ens, non potest habere nisi causam deficientē, quæ non est potentia simpliciter. Insuper potentia peccandi secūdum quod potentia, est a Deo: sed secundum quod est potentia mali, est ex defectu boni, seu à bono deficiente, nō à Deo. Propter quod asserit Augustinus: Mali nocendi cupiditatē habent ex se, potestatem verò non nisi à Deo. Hæc Albertus. ¶ At verò Thomas: Potentia, inquit, per actus suos cognoscitur, hinc ex consideratione actus peccandi, iudicium est sumendum de peccādi potentia. In actu autem peccandi sunt duo, videlicet substantia actus, atq; deformitas. Iō in potentia peccandi, duo sunt attendenda, puta ipsa potentia, quæ est principium actus, & hæc una, eademq; est principium actus ordinati, & inordinati, estque a Deo. Consideratur quoque in ea defectus, secundum quem potest producere actum defficientem. Potentiæ verò perfectissimę nunquam deficiunt ab eo, ad quod ordinatæ sunt, ut patet in necessarijs. Ideo, quod potentia impediatur, aut retrahat ab eo, ad qd naturaliter ordinata est, oportet, ꝙ fit ex defectu ipsius, inquantum agenti impedienti succūbit. Cūq; potentia uoluntatis hūanę sit p se ordinata ad bonū. defectus bono in actus ipsius causat ex aliquo defectu in ipsa, p quē ab aliquo uinci pōt, uel delectatione, uel suggestiōe, uel quocūq; alio, ut ab eo, qd est naturale sibi, ad id, qd est innaturale, trahat. Hic aūt defectus, inest ei, sc̄m qd ex nihilo est. Huius quoque defectus, quod sc̄ creatura ex nihilo ē, De' nō est cā: cū hoc pueniat creaturæ ex seipsa, nec fit aliqd positiuū, ut pbat Auicenna. Posset tñ dici, ꝙ iste defectus a Deo est non sicut ab agente, sed sicut a nō agēte: quēadmodū dī causa priuationis grā, qa nō influit eā, nisi creatura esset incapax huius perfectiōis, q̄ est nō eē ex nihilo Hinc dicēdū, ꝙ iste defectus nullo modo a Deo est, nec directè, nec indirectè, Itaq; potētia pec-

Arguitur primo cōtra veritatem.

peccādi quātū ad id, quod potētię ē, est à Deo quātū verò ad defectum, qui implicatur, non est à Deo. Per q̄ patet ad obiecta solutio. Nam usus, ad quem ordinat directè, bonus est. peccare uerò abusus est. Hæc Thomas ī Scrrpto. Ex cuius dictis de his multa introducta sunt supra. In his ꝓcordant Bonauentura, Petrus, Richardus, alij quoque communiter.

QVAESTIO II.

DEniq; phabitæ, q̄stioni similis est, quæstio ista. *Vtrum oīs plātio, oīsque potestas pēsidētia a Deo sit:* ¶ Vī, ꝙ non, quia si sic, Deus uideret inordinatè egisse, cū tot indignissimi prēsint, quibus non vī data à Deo potestas prēsidentialis siue prælatica, præsertim cū per Osee dicat, Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes exiterunt, & non cognoui. Rursus, quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Sed ī ordinationibus uitæ præsentis sunt multæ inordinationes, & deformitates, ut quòd insipientiores præsunt sapientioribus, iuuenes senibus, uitiosi iustis.

¶ Ad hoc Thomas respōdet: Cum Deus sit auctor oīum bonorum, nec auctor sit mali, oporteret si in prælationibus aliquid boni, & aliquid mali inueniat prælatio sit à Deo, quantum ad bonum, quod in ipsa consistit: quantum uerò ad malū adiunctum non sit ab eo, In prælatione autem tria considerantur, puta prælationis principium, modus, & usus. In quibusdam verò principiū malū est, sed usus bonus, ut in his, qui indebitè, & indignè ad plationē perueniūt, siue ex insufficientia sua, aut pp modū perueniendi ad eā: attamē actum seu officium prælationis debito modo exercent. In quibusdam aūt est cōuerso. In aliquibus aūt vtrunque est malum. Modus demum seu forma prælationis in omnibus bonus est. consistit namque in quodam ordine vnius tanquam regentis, & alterius tanquā subiacentis. Cumque iudiciū de re simpliciter dandum sit secundum illud, quod est forma le in ea, id circo simpliciter est dicendum. omnem plationē esse a Deo: Sed quasdam prelationes nō esse a Deo secundum quid, vtpotè quantum ad abusum, seu quo ad modum obtinendi indebitum, sicque reges, & principes iudæorum dicuntur non regnasse ex Deo, inquantū contra Samuelis consilium reges sibi præfici uoluerunt, uel quantum ad illos, qui impiè præfuerunt. Sic quoq; indigni dicuntur vsurpatam potestatem habere, inquantum inordinatè peruenerunt ad eam, quamuis subditi merentur p eos opprimi, & affligi, atq; secundum hoc eorum prælatio est a Deo in pœnam subditorum, iuxta illud in Iob: Qui regnare facit hominem hypocritā propter peccata populi. Et quantum ad hoc, non est penitus inordinatum, quod indigni præficiuntur: Dabo tibi regem in furore meo, & principes in indignatione mea. Hæc Thomas in Scripto. Idem Petrus, & Richardus.

¶ Præterea contra responsionem Thomæ, & aliorum iam habitam, multa scribit Durandus, quæ nullius uidentur uigoris, præsertim cum non solum Augustinus, Gregorius, Damascenus, Anselmus, sed Auicenna quoque, & meliores philosophi dicant, quòd in illa responsione expressum est utpotè creaturam, inquantum ex nihilo est, habere deficere, & peccare. Quòd item deformitas actionis, & defect' potentiæ, non sint a Deo tanquam causa efficiente, imò deformitas culpæ a Deo nequaquam est nisi permissiuè. Veruntamen si quid efficaciæ sortiunt obiecta Durandi, non est ō pretactos doctores defectū rei esse aliquo mō, a Deo, eo modo quo nauta per suam absentiam fertur causa naufragij. sicut, & in responsione ipsorum est tactum, & item ex ipsa re, inquantum est ex nihilo: quemadmodum, & naufragium etiam est ex imperitia, negligentia, & impotentia horum, qui submerguntur.

¶ Ampliùs ad dubiū illud. Vtrū potētia peccandi sit a Deo, respondet Scotus: Aut potentia peccandi dicit immediatum ordinem ad actum peccādi, aut dicit ipsum fundamentum ordinis huius, ratione cuius is, qui habet hoc fundamentum, puta potentiam, quæ pōt peccare, dī peccare posse. Si primo mō, aut ordo est ad actum substratum, aut ad ipsam deformitatē, q̄ cōsistit ī actu. Si primo mō iste ordo est a Deo ad utrūque extremū ordinis, ad istud quoque substratū Deus habet potentiam, Secundo mō iste ordo ad peccare nihil ē, sicut, & terminus eius, puta peccatum, nihil consistit. Si verò loquamur de fundamento ordinis huius, dico, quòd hoc est aliquid positiuum. ¶ Verum si obijciatur, ꝙ uoluntas semper deficit inquantum ex nihilo est, non per aliquid positiuum in ea: rñdeo, ꝙ esse defectibile. i. esse uertibile in nihil, consequitur omnem creaturā, inquantum est ex nihilo. Sed esse defectibile per peccatum, est proprium huic intellectuali naturę, & consequitur eā sub rōne, qua hæc natura specifica potest esse principium oppositorū, agēdo videlicet, & deficiendo. Hæc Scotus. ¶ Responsio demū Alexan. & Bon. imò, & Antisi. prorsus concordant pinductæ responsioni Tho. ad istud quæsitum, Vtrum omnis prælatio, ac præsidendi potestas sit a Deo.

QVAESTIO III.

INsup quærit hoc, *Vtrum in statu innocentiæ fuisset principatus atq; prælatio vnius hominis super alium.* ¶ Vī, ꝙ non: qm̄ omnes fuissent confirmati in gratia, & ita unus non indiguisset directione alterius. Secūdò, Aug. 19. de Ciui. Dei testatur: Hominem ad Dei imaginem factum, voluit dominus dominari non nisi irrationabilibus creaturis. Grego. quoque: Natura, inquit, homines fecit æquales, sed pro uarietate meritorum dispensatio Dei occulta, sed iusta, alios alijs subdidit. ¶ In oppositum est, ꝙ vnus alio sapientior, pfectioq; fuisset, & ita fuisset idone' regere illū. Rursus plātio est pprietas dignitatis, & participatio quædā diuinitatis, ergo eminentiori modo tūc in hominibus extitisset, quàm postea, prēsertim cum, & in angelica Hierarchia, & triumphanti ecclesia habeat locum, imò, & naturale est parētes præesse pueris suis. ¶ Ad istud Bona. rñdens: Ptās, inquit, dñandi, seu prēsidendi, tripliciter dī, Puta largissimè, & cōiter, ac propriè. Largissimè dominandi potestas dī respectu omnis rei, qua hō potest uti ad uotum, ac libitum suum. sicq; est homo dominus possessionū suarū. Cōiter aūt potestas dñandi dī excellentia ptātis in imperando ei, qui capax est rōnis, atque pcepti. Propriè verò dī ptās coercēdi subiectos estq; quędā artatio libertatis in subiecto, & propriè appellatur dñim, cui seruitus corrñdet. Primo mō ptās dñandi omni statui est cōis, vc3 statui naturæ institutæ, naturæ lapsæ, & naturæ glorificatæ. excellēriorq; mō fuit in statu naturę institutę, quàm lapsæ. Secundo modo competit statui uiæ pro statu eius utroque. Nam, & in statu innocentiæ uir potuisset imperare uxori, paterq; filio, quod & in angelis reperitur, quamdiu sunt administratorij spūs. Nam quantum adhoc, sunt quasi in uia. Hæc tamen præsidentia non manebit in gloria. Tertio modo potestas dominandi conuenit homini solum secundum

ſtatum naturæ lapſæ in punitionē, & ſeruitus ei cor
neſpondens, eſt pœna peccati, Et p hanc diſtinctio-
rem eſt facilè ſoluere argumenta. Hæc Bonauentu-
ra Conſonat Alexander.

¶ Concordat, & Thomas. Duplex eſt, inquiens,
modus prælationis. Vnus ordinatus ad regnū, alius
ad dominandum. Domini autē ad ſeruū extat præla
tio, ſicut tyranni ad ſubditum, ut 8. dicitur Ethico-
rum, atque ut ibi Philoſophus, differt rex à tyranno,
qm̄ ſuam prelationem ordinat ad gentis ſibi ſubie-
ctæ bonum commune, tyrannus uerò ad propriam
utilitatem. Itaq; ſecundus ille modus prælationis
in ſtatu naturę non fuiſſet, niſi reſpectu irrationabi
lium creaturarum, quarū finis eſt hō: quia ad eius
commodum ordinantur. Vna uerò rationalis crea-
tura, quarum de ſe eſt, nō ordinatur ad aliam ſicut
ad finem. Et ſi hoc fiat, hoc non erit niſi inquantū
per peccatum aſſimulatus eſt irrationabilibus crea
turis. Vnde, & Philoſophus ſeruum uocat animatū
organū dñi ſui. Porrò prima prelatio quantum ad
aliquem uſum, fuiſſe in innocentiæ ſtatu. Eſt enim p̄
latio ad dirigendū ſubditos in his, quæ agenda ſunt,
ad ſupplendum eorum defectus, ut quòd populi a
regibus defenduntur. Et rurſus corrigendum mo-
res, dum mali puniuntur, atq; coactæ ad actus indu
cuntur uirtutum. Sed qm̄ ante peccatum nihil fuiſ-
ſet, quòd nocere homini potuſſet, nec uoluntas ali
cuius contradiceret bono: ideo quantum ad iſtos
uſus ſeu actus, prælatio in ſtatu innocentiæ non fuiſ
ſet: ſolum quantum ad primum uſum, qui eſt dirige
re in agendis ſeu cognoſcendis, ſecundum quod
vnus alio munere ſapientiæ, maiorique lumine in-
tellectus naturalis præditus fuiſſet. Hęc Thomas in
Scripto.

¶ Inſuper iu prima parte Summæ, quæſtione 96.
Dominum, inquit, dupliciter ſumitur. Primò, ut op-
ponitur ſeruituti: Secundò, prout cōiter refertur ad
alium qualitercunq; ſubiectum. ſicq; dñs appellat̄
etiam, qui officium habet gubernandi, ac dirigendi
filios ſuos ſeu liberos, & ſic, nō primo modo fuiſſet
dominum in innocentiæ ſtatu Homo namq; natura
liter eſt animal ſociale. ideo hoīes ſocialiter in pa-
radiſo uixiſſent. Socialis uerò uita eſſe non poſſet,
niſi aliquis præſideret cōe bonum intendens. Secun
dò, quia cum unus homo habuiſſet tunc ſuper aliū
eminentiam ſcientiæ, ac uirtutis, inconueniens exti-
tiſſet ſi eas alijs non communicaret, iuxta illud bea
ti Petri: Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alte-
rutrum illam adminiſtrantes. Hæc Thomas in Sum
ma. Petrus autem poſitionem Bonauenturæ com-
pendio narrat, ac ſequitur.

QVAESTIO IIII.

AMpliùs quæritus, *Vtrum Chriſtiani teneantur
ſecularibus poteſtatibus obedire, etiam tyrannis*
¶ Vr̄, quòd non, quia tyranni, & infideles, ac uitioſi
ſunt indigni præeſſe. ¶ Secundò, ſaluator loquitur,
Ego liberi ſunt filij. Et ut recitat̄ ibidem, hoc dixit
ad probandum, quòd non eſſet obligatus tributum
perſoluere. Cum ergo Chriſtiani ſint filij adoptiui
regis altiſimi, liberi eſſe videntur a dominio prin-
cipum terrenorum. Tertiò, Tullius laudat eos, qui
Iulium imperatorem occiderunt: quoniam vſurpa
uit ſibi imperium, ergo ſubditus licet tyrannum oc
cidere, ergo non tenentur ei obedire.

¶ In oppoſitum eſt, quod Petrus apoſtolus iubet:
Serui, obedite dominis ueſtris, non ſolum bonis, &
modeſtis, ſed etiam dyſcolis.

¶ Circa hęc diſſeruit Alexander: Beatus Ambro-
ſius ait: Iulianus imperator, q̄uis eſſet apoſtata, ha-
buit tū ſub ſe milites Chriſtianos. quibus cū dixie
Producite aciē pro defenſione reipublicæ obedie-
bant. Similiter legit̄ de alijs ſanctis uiris, qui ſub inſi
delibus principibus militabat. ¶ Verū his obuiare
vr̄, quod de fidelibus principibus ſcribit Grego-
ius: Nos ſanctorū prædeceſſorum noſtrorum ſtatu
ta ſeruantes, eos, qui excōicatis ſacro, aut fidelitate
aſtricti ſunt, apoſtolica auctoritate, & a ſacro abſol
uimus, & ne illis fidelitatē obſeruant, modis oībus
phibemus, quouſque ad ſatisfactionē ueniant. ¶ Ve
rum ad hæc dici poteſt, quòd quàm cito princeps
excōicatus eſt nominatim p̄ apoſtaſiam, ſubditus
abſoluit̄ ab executiōe obnoxietatis ſacri. Quod aūt
de Iuliano inductum eſt, reſponderi poteſt, quòd
tunc non fuit excommunicatus, & adhuc tolerabā
tur, diſtulitque eccleſia ab eo remouere obedien-
tiam ſubditorum propter ſcandalum euitandum.
Vbi enim princeps delinquit, uel multitudo eſt in
cauſa, aliquando detrahendum eſt iuris rigori, ne
maior fiat ruina. Aliter tamen videtur eſſe dicendū.
dum aliqui Chriſtiani ſubſunt principibus, qui nun
quam fuerunt fideles. tunc enim eum poſſunt iuua-
re in bello iuſto. Hæc Alexander. Qui alibi diffusè de
clarat, qualiter in eccleſia ſit duplex poteſtas, vide-
licet ſecularis, & ſpiritalis, & qualiter ſecularis ſpiri
tuali debeat eſſe ſubiecta, non econuerſo.

¶ At uerò Thomas: Obedientia, ait, reſpicit in p̄-
cepto, quod ſeruat debitum obſeruandi, quod de-
bitum cauſatur ex ordine prælationis, qua coacti-
uam habet virtutem, non temporaliter tantum, ſed
ſpiritualiter etiam propter cōſcientiam, ut ad Roma
nos ſcribit Apoſtolus. Ideo ſecundum hoc, quod a
Deo eſt illa prælatio, obediendum eſt ei à Chriſtia-
nis. non autem ſecundum id, quod a Deo non eſt.
Et iuxta iam dicta, poteſt a Deo non eſſe dupliciter,
vtpotè quantum ad modum adipiſcendi prælatio-
nem, & quantum ad eius abuſum, Quo ad primum,
contingit dupliciter, Primò propter defectum per-
ſonæ, quia indigna eſt. Secundò propter defectum
in ipſo modo acquirendi, ut quia per violentiam,
aut ſimoniam, aut ſimili modo illicito obtinet eā.
Ex primo defectu non impeditur quin ius prælatio
nis ei acquiritur. Cumque prælatio ſecundum ſuam
formam ſemper à Deo ſit, quod debitum obedien-
tiæ cauſat, ideo talibus prælatis quamuis indignis
obedire tenentur ſubiecti. Secundus verò defectus
impedit ius prælationis. Qui enim per uiolentiam
dominium talem ſubripit, non efficitur uerè præla
tus, aut dominus. ideo data facultate, pōt quis dñm
tale repellere, niſi ille ſit poſtea dñs uerus effectus
per ſubdictorum conſenſum, aut per ſuperioris au-
ctoritatem. Abuſus quoq; prælati poteſt conſiſtere
duplex. Primò ex hoc, q̄ præceptū prelati contra-
rium eſt ei ad quod ordinatur prælatio, ut ſi iubeat
peccare, tuncque ſubditus non ſolum non tenentur
obedire, imò etiam tenetur non obedire, quemad-
modum ſancti martyres maluerunt occidi, quàm
tyrannorum contra Deum parere. Vel quia cogunt
ad hoc, ad quod non extendit ſe ordo ſeu auctori-
tas prælationis, ut ſi princeps requirat tributa, ad
quæ ſeruus non obligatur, & tunc quoque ſubditus
non tenetur obedire: nec tamen tenetur non obedi
re. Deniq; iſta prelatio, quæ ad utilitatē ſubditorū
ordinatur, libertati eorū ſpirituali non derogat. Vel
dicendum, quòd Chriſtus loquitur de ſeipſo, ac ſuis
diſcipulis, qui nec ſeruilis erant conditionis, nec
res temporales habebant, propter quæ obligarentu-
tur principibus dare tributa. idcirco non ſequitur,
quòd omnis Chriſtianus huius liberalitatis fis parti
ceps

ceps ſed ſolū, qui apoſtolicā vitam ſequuntur, nihil
in mundo hoc poſſidentes, & à conditione ſeruili
immunes. Per quod patet ad primū ſolutio. ¶ Ad ſe
cundum dicēdum, quòd Tullius loquit̄ in caſu illo
dū quis per uiolentiam ſubripit ſibi dominium, no-
lentibus ſubditis, uel ad conſenſum coactis, & qū
non eſt recurſus ad ſuperiorem, per quē de inuaſio
ne iudicium fieri valeat. Tunc enim, qui ad libera-
tionem patriæ occidit tyrannum, laudatur, & præ-
mium accipit. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Porrò in ſecunda 2. quæſtione 104. idem affir-
mat: Fides, inquit, Chriſti eſt iuſtitiæ principium, &
eā, iuxta illud Apoſtoli ad Rom. Iuſtitia Dei per fidē
Ieſu Chriſti. idcirco per fidē Chriſti non tollitur or
do iuſtitiæ, ſed magis firmatur. Ordo autem iuſti-
tiæ exigit, ut inferiores ſuperioribus ſuis obediant,
aliter non ualent humanarū rerū ſtatus pacificè ob
ſeruari. Hinc per fidem Chriſti nō excuſantur fide
les, quin principibus ſecularibus teneantur obedi-
re, inquantū ordo requirit iuſtitiæ. Iō ſi non habeāt
iuſtum principatum, ſed vſurpatū, ſiue iniuſta præ-
cipiant, non tenentur eis ſubditi obedire, niſi forte
per accidens propter ſcandalū, periculumve uitan-
dum. Hæc Tho in Sum.

¶ Verum de hoc, quod ait in Scripto in ſolutione
auctoritatis ſumptæ ex Tullio, commedante eos, qui
Iulium occiderunt, aliter, & forſam conſultiùs ſcri
bit in libro de Regimine regum, dicendo: Curan-
dum eſt, ſi rex in tyrānidem diuerteret, qualiter poſ
ſit occurri, & quidem ſi nō fuerit magnus exceſſus
tyrannidis, utiliùs eſt remiſſam tyrannidem tolera-
re ad tēpus, quàm contra tyrannum agendo, multis
implicari periculis grauioribus ipſa tyrannide. Por
rò ſi intolerabilis ſit exceſſus, quibuſdā uiſum fuit,
ad fortiorum uirorum pertinere uirtutem, tyran-
num perimere, ſeque pro multitudinis liberatione
exponere mortis periculis, quemadmodum Ahud
in libro Iudicum feciſſe deſcribitur; qui Eglon re-
gem Moab occidit. Sed hoc apoſtolicę doctrinæ
non congruit, non ſolum dominis bonis, atq; mo-
deſtis, ſed etiam diſcolis obedire docenti. Vnde cū
multi Romanorū imperatorum, Chriſtianos per-
ſequerentur tyrannicè, magna, quoque multitudo
tām nobilium, q̄ populi eſſet ad fidem conuerſa.
non reſiſtendo, ſed mortem pro Chriſto patienter
ferendo, ſunt coronati à Chriſto. Hinc contra tyrā
ni ſæuitiam procedendum videtur nō priuata quo
rundam præſumptione, ſed publica auctoritate.
Hæc ibi, ubi de hoc tractat diffusè.

¶ Concordat Petrus, & Richardus. ¶ Bonauentu-
ra quoq;, & addit: Quia ſeruitus opponit libertati,
iō ſicut eſt triplex libertas, uidelicet à coactione, à
culpa, à miſeria: ſic triplex eſt ſeruitus, quæ conſiſtit
in libertatis artatione, Secundum enim artationem
libertalitatis à culpa attenditur ſeruitus peccati, de
qua in Iohāne habetur: Qui facit peccatum, ſeruus
eſt peccati. Secūdum uerò artationem libertalitatis
à miſeria, attenditur ſeruitus pœnæ, & mortis, de
qua ad Romanos dr̄: Chr̄s reſurgens à mortuis, iam
non moritur, mors illi ultra non dñabitur. Secundū
aūt artationem libertatis à coactione, attenditur ſer
uitus conditionis, de qua ad Corinthios dr̄: Seruus
uocatus es? non ſit tibi curæ. Cumq; triplex ſit ſerui
tus, una ortum habet ab alia. Non enim eſſet ſerui-
tus pœnæ, niſi præceſſiſſet ſeruitus culpæ, nec ſerui
tur conditionis ſequeretur, niſi utraque illa præceſ
ſiſſet. Cum autem quis regeneratur in Chriſto, libe-
ratur à ſeruitute peccati, non tamē à pronitate pec
candi, & recidiuo. Hinc Chriſtiani, ſicut, & aliæ gen
tes, indigent rege, & principe gubernari terreno,
ſuntq; ſerui in eis. Propter quod Chriſtus præcipit.
Reddite Cęſari, quæ ſunt Cæſaris. Hoc ipm̄ docet,
& aliter dogmatizantes repræhendit Apoſtolus, ad
Timotheū dicendo: Quicunq; ſub iugo ſunt ſerui.
dños ſuos oī honore dignos arbitrentur, ne nomē
dñi, & doctrina blaſphemetur. Si quis aūt aliter do-
cet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus dñi noſtri
Ieſu Chriſti, ſuperb° eſt, nihil ſciens. Hoc idē docet
in pluribus locis in ſuis epiſtolis. Hæc Bonauentu.

QVAESTIO V.

VLtimò quæritur, *An religioſi, ac cæteri ſubdi
ti teneantur ſuperioribus ſuis in omnibus obedire*
¶ Vr̄, quòd ſic, quia beatus Bernardus in Sermoni-
bus ſuis, ac libris plurimū repręhendit religioſos,
qui diſcernunt in quibus obediant, & in quibus nō,
& docet ut nequaquā ſuperiorum ſuorū iuſſa, &
facta diiudicent, ſed in ſimplicitate ouina, obtempe
rantes, quocunq; paſtor tetenderit baculū, atq; dire
xerit, illuc mox eāt. ¶ Secundò: quoniā ſancti patres
obedientiam indiſcretam valde commendant, etiā
in his, quæ ſunt ſupra, ſeu etiam contra naturam,
quod & quidam ſubditi ſancti impleſſe leguntur.
ut, quod ſanctus Maurius ad præceptū beatiſmi Be-
nedicti cucurrit ſuper aquas. Et alius quidam pro
prium filium proiecit in fornacem ardentē. Diſcipu
lus quoq; Pauli abbatis ligauit draconem. Et talem
obedientiā Deus omnipotens per multa præclara
approbauit miracula, ſicut in Vitaſpatrum, & alibi
eſt conſcriptum. Hinc, & Benedictus in ſua regula
loquitur: Quòd ſi prælatus etiam impoſsibile ali-
quid iuſſerit, ſubditus conari debet, & acceptare
ut impleat multoplus in cunctis poſſibilibus debet
parere. ¶ Tertiò, ſicut religioſi tenentur ſuæ uoluntā
tis affectum, & libertatem iudicio ſui ſuperiori ſu-
bijcere, ita, & proprię rationis iudicium. Vñ, & ſu-
pra oſtenſum, quòd magis tenentur ſtare iudicio p̄
fidentis, quàm conſcientiæ ſuę non ergo poſſunt in
aliquo licitè non obedire, pręſertim cum inferior
non habeat ſuum ſuperiorem iudicare, aut reproba
re. Quartò religioſi tenentur in omnibus caſtitatē,
& paupertatem, ergo, & obedientiam. Nam ſicut il
la duo, ita, & hanc uouerunt; ¶ Quintò, Apoſtolus
ad Coloſſenſes iubet: Filij, obedite parētibus ueſtris
per omnia. religioſi autem patribus ſpiritualibus
magis tenentur obedire, quàm filij ſuis parentibus.

¶ Ad hęc; Thomas: Triplex eſt, inquit, obedientia
Vna indiſcreta, ſecunda imperfecta, tamē diſcreta,
tertia verò perfecta. Indiſcreta, quę nec obedientia
eſt dicenda, dum quis obedit in his, quæ diuinę le-
gis regulis contrariantur, quam legem oportet in-
uiolabiliter obſeruari, uel etiam in his, quę contra
riantur regulę, quàm religioſus ipſe profeſſus eſt,
in his duntaxat, quę diſpenſationi prelati non ſub-
duntur. Et ad hanc obedientiam nullus tenetur,
imò quilibet tenetur eam non habere. Imperfecta-
autem obedientia, ſed ſufficiens ad ſalutem profi,
tentibus obedientiam, eſt, qua aliquis obedit in his-
quę ſeruare promiſit, & non in alijs. vnde Bernar-
dus dicit: Cęterum ſubditus huiuſmodi obedien-
tiam, quę uoti finibus continetur, noueris imper-
fectam. Et ad hanc obedientiam profitentes obe-
dientiā, ex neceſſitate tenent̄. Obediētia uerò perf
cta eſt, qua ſubditus ſimpliciter obedit in his, q̄ nō
ſunt ōria legi diuinę ſeu regulę ſuę profeſſionis. Vñ
ibidem dicit Bernar. Perfecta obedientia legem ne-
ſcit, terminis non artatur, non coacetur proceſſio-
nis auguſtijs, largiori voluntate fertur id latitudinē

charitatis,& ad oẽ,quòd iniungitur,ſpõtaneo uigo
re liberalis alacriſq; animi, modũ non cõſiderans,
in infinitũ extenditur.Et ad hanc obedientiã nullus
tenetur debito neceſsitatis,ſed ſolum ex quadã ne
ceſsitate,vel congruitate,ſicut tenemur ſemp ẽmu-
lari chariſmate meliora. Hinc in libro de diſpẽſatio
1 Cor. 12. Bernard⁹. ne,& p̄cepto ait Bernardus:Nihil mihi ꝓhibeat præ
latus eorum,quæ promiſi,nihil plùs exigat, quàm
Idem. promiſi.Denique obedientiam profitentes,non pro
fitentur niſi,quæ continentur in regula ſuæ profeſ
ſionis.pp quod libro præallegato ſcribit Bernard⁹;
In hoc non parum prælati præſcribitur uoluntati,
quod is,qui profitetur,uouet obedientiam non tñ
omnimodam,ſed determinatè ſecundum regulam
præfixam ſibi.Prælatus ex regula ſciat menſuram,
& ſic demum ſua moderetur imperia,circa id ſolũ,
quòd rectum eſſe conſtiterit, nec quodlibet rectũ,
ſed hoc tantum,quòd regula ſtatuit. Veruntamen
quidam aliter dicunt,videlicet,quòd profeſsi tenẽ
tur obedire in omnibus,quæ regulæ non contrariã
tur ſiue ſint differentia, ſiue de genere bonorum,
dummodo non ſint altiora , quàm proprij ordi-
nis requirit profeſsio,ſed quod ad æqualia,ac faci-
liora prælatus cogere poteſt , quamuis ſecundum
præcepta regulæ non ſint. Verum prima opinio lõ-
ge eſt melior,quia cum debitum obedientiæ ex or-
dine prælationis cauſetur,ad illa tantummodo ex
obedientiæ voto ſubditus obligatur, ad quæ præla
tio ordinatur.ad hoc autem prælationes in religio
nibus ordinantur,ut ſtatus prælationis ſecundum
inſtituta regulæ conſeruetur.idcirco in his ſolum,
quæ ad regulam pertinent,debitum obediẽtiæ cau
ſatur.¶Ad regulam quoque aliquid dupliciter ſpe-
ctat,puta directè,& indirectè.Directè,ut ea, quæ in
ſtatutis regulæ continentur,ut non comedere car-
nes,tenere ſilentium.In directè , ut ea , q̃ pertinent
ad obſequia mutua, ſine quibus ſtatus religionis
non poſſet ſeruari,uel quæ ſpectant ad pœnam trã
ſgreſsionum , etſi de eis nulla fiat ſpecialis mentio
in regula Hæc Thomas in Scripto.
¶Præterea in ſecunda Secundæ,quæſtione 104.
Obediens,ait,mouetur ad præcipientis imperium
quadam neceſsitate iuſtitiæ,ſicut res naturalis mo-
uetur ex uirtute ſui motoris neceſsitate naturæ.
Quòd autem res aliqua naturalis non mouetur à
ſuo motore,dupliciter poteſt contingere.Primò,ex
impedimento , quòd prouenit ex fortiori uirtute
mouentis alterius, ſicut lignũ non comburitur ab
igne,ſi fortior uis aquæ impediat.Secundò ex defe-
ctu ordinis ipſius mobilis ad motorem:qm̃,& ſi ſu-
bijciatur eius actioni,quantum ad aliquid , non tñ
quantum ad omnia;quemadmodum humor inter-
dum ſubijcitur actioni caloris quantum ad calefie
ri,non tñ quantum ad deſiccari ſiue conſumi. Simi
liter ex duobus poteſt accidere, quòd ſubditus nõ
teneatur ſuo ſuperiori in omnibus obedire.Primò,
propter præceptum poteſtatis maioris. Nempè ut
dicitur ſuper illud ad Romanos,Qui reſiſtunt,dam
nationem ſibi acquirunt. Si quid iuſſerit curator,
nunquid agendum eſt, ſi contra proconſulem iu-
beat:rurſus,ſi proconſul aliquid iubeat contra im-
peratoris præceptum , non dubitatur contempto
præconſule,imperatori in omnibus eſſe obedien-
dum.ergo ſi aliud imperator,aliud Deus præcipiat,
contempto illo,obtemperandum eſt Deo.Alio mo
do non tenetur ſubditus ſuo obedire ſuperiori , ſi
aliquid ei præcipiat,in quo ſuperiori non ſubditur.
Dicit namque Seneca 3.de Beneficijs.Errat,ſiquis exi
ſtimat ſeruitutem in totum deſcendere hominem
pars eius melior excepta eſt.corpora obnoxia,& aſ
ſcripta ſunt dominis, mens ſui iuris eſt. Idcirco in
his,quæ pertinent ad interiorem motum volunta
tis,homo non tenetur homini obedire, ſed tantum
Deo.Tenetur uerò homo homini obedire in his,
quę exterius per corpus ſunt facienda.In quibus ta
men ſecundum ea,quæ ad naturam corporis per-
tinent,non tenetur hõ hoĩ obedire,ſed Deo ſolum.
Nam omnes homines pares ſunt in his,quę concer
nunt naturam,puta in his,quæ pertinent ad corpo
ris ſuſtentationem,proliſq; generationem.Vñ non
tenentur ſerui dominis,nec filij parentibus obedi-
re de matrimonio contrahendo,aut uirginitate ſer
uanda,aut aliquo tali.Sed in his, quæ pertinent ad
diſpoſitionem actuum rerumq; humanarum , tenę
tur ſubditus ſuo ſuperiori obedire ſecundum ra-
tionem ſuperioritatis , ut miles duci exercitus
in his , quæ ſpectant ad bellum , ſeruus domino
in pertinentibus ad ſeruilia opera exequenda, filius
patri in his,quæ pertinent ad diſciplinam uitæ,& cu
ram domeſticam.ſicque de alijs:Cumque homo ſe-
cundum omnia interiora,& exteriora Deo ſubdaẽ,
debet ei in omnibus , & ſuper omnia obedire.Hæc
Thomas in Summa.
¶Verum cõtra id,quòd,ait,Hominem non ſubii
ci homini niſi in his,quæ exterius per corpus agen-
da ſunt,ita,quòd mens ſui permanet iuris , & pars
melior ſeu ſuperior a ſubiectione,& ſeruitute hu-
mana excepta eſt:obijci poteſt , quòd religioſi per
uotum obedientię propriam uoluntatem ſubijciũt
non ſolum creatori , ſed , & vicario eius prælato,
etiam quantum ad motum voluntatis interiorem ,
quia prelato ſuo obedire tenentur ex animo ,
prout obedire eſt actus uirtutis , quę obedien-
tiam nuncupatur. Vnde , & ſancti patres , Bene-
dictus, Bernardus, Euſebius Emiſſemus, Climacus,
Caſsianus ,ſanctus quoque Baſilius , & glorioſus,
Hieronymus in regulis ſuis fatentur, non ſufficere
forinſecus obtemperare,niſi ex prõpto corde hoc
fiat. Inſuper dictũ eſt,quòd religioſus ex uoto obe
dientiæ ſuæ teneatur iudicium ſui ſuperioris pro-
prio preferre iudicio,maliſque ſtare commiſsioni
ſui ſuperioris , quàm conſcientiæ ſuæ dictamini.
Hinc iuxta prȩallegatorum patrum doctrinam, reli
gioſi rebelles cenſentur,ſacrilegi, ac rei ſpiritualis
peſsimi fures;quoniam uoluntatem ſuam Deo , &
eius uicario ſolenni uoto oblatam iniuſtę ſibi re-
ſumunt,vſurpant,ac retrahunt. Atuerò in prȩindu-
cta reſponſione Thomæ in Scripto,concordant oĩ-
no Alexander , Bonauentura.Petrus,& Richardus.
¶Inſuper contra id,quod Magiſter ait textu,ma-
gis eſſe obediendum poteſtati ſuperiori, quàm in-
feriori,ſic obijcit Thomas:In quibuſdã magis obe-
ditur ſuperiori poteſtati, & in quibuſdam minus:
quemadmodum in quibuſdam plùs obeditur patri
carnali,quàm duci exercitus,& in quibuſdam econ
tra,ut 9.Ethicorum habetur.Secundò, poteſtas ar-
chiepiſcopi maior eſt poteſtate epiſcopi. ſed ſubdi
ti in quibuſdam magis tenentur obedire epi-
ſcopo ſuo , quàm archiepiſcopo. Tertiò mona-
chus tenetur magis obedire ſuo abbati,quam præ-
ſuli,quo tamen abbas inferior eſt. Quarto,poteſtas
ſpiritualis,eſt altior ſeculari. Si ergo maiori pote-
ſtati magis eſt obediendum ſpiritualis prȩlatus ſem
per abſoluere poſſet ſubditum ſuum a ſecularis po
teſtatis prȩcepto,quòd falſum eſt.
¶Ad hęc reſpondet Thomas: Poteſtas ſuperior,
atque inferior dupliciter ſe habent ad inuicem.
Pirmò ſic, quòd inferior poteſtas in toto oria-
tur

tur ex ſuperiori, tũcq; tota virtus inferioris funda
tur ſuper virtutem ſuperioris.Idcirco in oĩbus ma-
gis obediẽdum eſt poteſtati illi ſuperiori,q̃ inferio-
ri,ſicut ẽt in naturalibus cauſa prima plùs influit ſu
per cauſatũ cauſæ ſecundę,q̃ ipſa cauſa ſecunda, vt
in lib. de Cauſis aſſeriẽ,& ita ſe habet poteſtas Dei
ad omnẽ poteſtatẽ creatã,poteſtas quoq; imperato
ris ad poteſtatẽ proconſulis. Sic itẽ ſe habet pote-
ſtas papæ ad oẽm ſpiritualẽ in eccleſia poteſtatẽ,
quia a papa gradus dignitatũ diuerſi in eccleſia di-
ſponunẽ,ac ordinanẽ,pp quod eius poteſtas eſt qua
ſi quoddã eccleſiæ fundamentũ,prout in Matth.pa
Mat. 16. tet.Idcirco in oĩbus magis tenemur obedirè papæ,
q̃ epiſcopis , aut archiepiſcopis, & ẽt monachus,
q̃ abbati , abſque ulla diſtinctione.Scđò poteſtas
ſuperior,& inferior ita cõparanẽ adinuicem, quod
ambæ oriuntur ex vna quadã ſuperiori poteſtate,q̃
vnã alteri ſubdit ẽm quod vult,& tunc vna nõ eſt
ſuperior alia,niſi in illis ,in quibus vna ſupponitur
alteri à poteſtate illa ſuperiori,atq; in illis tm̃ , ma-
gis eſt obediendũ ſuperiori, quam inferiori , & ita
ſe habent poteſtas epiſcopi,& archiepiſcopi, deſcẽ
dentes à poreſtate papæ. ¶Ad primam dicendum,
quòd non eſt inconueniens,patrem carnalem eſſe
ſuperiorem in rebus familiaribus, & ducẽ in belli-
cis rebus.ſed ei,q in oĩbus ſuperior eſt,vtpotè Deo
eſt in oĩbus magis obediendũ,& ei, qui vices eius
in terra plenariè gerit,ſcilicet papæ. Ad ſecundum,
quòd in illis in quibus magis obediendũ eſt epiſco
po,quam archiepiſcopo,archiepiſcopus non eſt ſu
perior epiſcopo,ſed tm̃ in caſibus determinatis à iu
re,in quibus ab epiſcopo ad archiepiſcopũ habeẽ
recurſus.¶Ad tertium,ꝙ monachus magis tenetur
obedire abbati,quàm epiſcopo in pertinentibus ad
ſtatuta regulæ.In his verò,quæ ad eccleſiaſticã per
tinent diſciplinã, magis tenetur obedire epiſcopo,
quia in his abbas eſt epiſcopo ſubditus.
¶Ad quartum,quòd poteſtas ſpiritualis,& ſecu-
laris vtraq; diuina deducitur poteſtate. Hinc in tm̃
ſecularis eſt ſub poteſtate ſpirituali, inquantũ ei à
Deo ſuppoſita eſt,ſcilicet in his,q̃ ad ſalutẽ aĩæ per
tinẽt. Vñ in his magis eſt obediendũ poteſtati, ſpiri
tuali,quàm ſeculari:in his autem,quæ ad ciuile per
tinent bonum,magis obediendum eſt poteſtati ſe-
Mat. 22. culari, quàm ſpirituali,iuxta illud, Reddite, q̃ ſunt
Marc. 12. Cæſaris cæſari,& quę ſunt Dei Deo,niſi forte pote-
Luc. 20. ſtati ſpirituali ſecularis quoq; poteſtas iungatur,
ſicut in papa,qui vtriuſq; poteſtatis apicem tenet,
videlicet ſpiritualis, & ſecularis. Hęc Thomas in
Scripto. Quibus per omnia cõcordant Alexander,
Durandus Bonauentura, Petrus,Richardus, alijq; cõmuniter.
¶Nihilominus Durandus circa hæc cauillationẽ
inducit.Non vr̃,inquiens,verum,quòd monachus
tenetur plùs obedire papæ, q̃ ſuo abbati , etiam in
his,q̃ ad regulã,& ſtatuta ſuæ ſpectant religionis.
Quãuis em̃ oĩs ptãs eccleſiaſticę iuridictionis deri-
uetur à ptãte papæ,quo ad illa,ad quæ Chriſtiani te
nentur,etiamſi propria ſponte non obligarent ſe,
quia intentio hæc eſt ex ordine eccleſiaſticæ p̄latio-
ni,tñ vbi tota ptãs p̄lati ſup ſubditũ eſt ex ſpõtanea
obligatione ſubditi,quo ad illa, in quibus eſt ſubdi-
tus ita liber,ꝙ contra p̄ceptũ papæ põt ea facere li-
citè,nõ vr̃,quòd talis ptãs aliquo mõ ex ptãte depẽ
deat papæ.Ex quo em̃ adeo liber ſuũ,ꝙ ꝯ p̄ceptũ pa
pæ poſsũ hoc licitè facere ſiue omittere,poſsũ meli-
citè obligare ꝑut volo vni ita,ꝙ nõ alteri. Ptãs aũt
religioſi p̄lati ſup ſubditũ ſuũ,quo ad vota religiõis,
& obſeruãtias regulæ,ac ſtatuta,oriẽ ex ſpõtãea obli
gatione ſubditi, quo ad illa,in q̃bus ſubdit⁹ eſt tali-
ter,ꝙ ꝯ p̄ceptũ papæ põt ea facere,vel omittere,ut
ſunt pauptas,caſtitas:ergo talis ptãs in nullo depẽ-
det à ptãte papæ.Idcirco in talibus ſi abbas aliquid
p̄cipiat monacho,puta,ꝙ non comedat carnes , &
papa ꝯriũ iubeat,vr̃,ꝙ regulariter loquẽdo eſſet ab
bati obediendũ.Attñ in caſu cõtingere poſſet ꝯriũ
vt ſi papa pp cõmunẽ vtilitatẽ eccleſiæ indigeat ꝑ
aliqua legatione diſcreto monacho, & præcipiat ei
vt vadat,tenetur ire,non obſtante abbati p̄cepto,ꝙ
in clauſtro reſideat, quia ſpontanea obligatio mo
nachi huius,nõ abſoluit eũ ab obligatione,qua erat
priùs obligatus eccleſiæ.Sed ſi papa volẽs ſolũ oſtẽ
dere poteſtatẽ ſuã,dicat monacho,volo , ꝙ eas ad
forũ,& poſsis ire per villã ſine licentia quotieſcũq;
volueris,& ſimilia,q̃ ꝯ ſtatuta ſunt ordinis,& abbas
dicat contrarium,videtur probabiliter, quòd abba
ti eſſet obediendum.Hæc Durandus.
Diony. ¶Qui in his non vr̃ conſideraſſe,quod ſummi põ
tificis eſt oẽm religionem monaſtichã approbare,
ratificare,authenticare,ita , ꝙ tota auctoritas reli-
gioſorũ prælatorũ ſuper ſubditos ſuos,ex hmõi cõ-
firmatione,ratificatiõe,ac auctoritate dñi papæ ori
tur,ac dependet.Idcirco ptãs talis prælati ſuper mo
nachũ ſuũ,non eſt ex ſola obligatione ſpõtanea ſub
diti,quãuis monach⁹ ſpõte ſe tradiderit,atq; aſtrin-
xerit regulæ.Rurſus, prȩfati doctores loquunẽ de
actu obedientiæ,qui ꝓpriè põt cadere ſub præce-
pto,& ſup debitam fertur materiam , non de quo-
cunq; actu irrationabiliter iuſſo : Et tñ quantum
ad ſubſtantiam facti,ẽt in talibus plùs eſſet obediẽ-
dũ papæ,quã abbati in his, q̃ nõ ſunt per ſe mala.
¶Præhabitis conſonat rñſio Hẽrici ad q̃ſtionem
hãc,q̃ quarto qđlibeto proponit, Vtrũ religioſus
inſtitutus in cura pl⁹ d3 epiſcopo remanendo in cu
ra,q̃ abbati recedẽdo ab ea,vnicuiq; inquit,ſuperio
ri obediendũ eſt,q̃rũ ad eius iuriſdictonẽ ,& obe-
diẽtiã pertinet.cũ ergo q̃rũ ad regimen aĩarũ exer-
cendũ q̃libet curatus,ſiue religioſus , ſiue ſecularis,
ad iuriſdictionẽ,obedientiãq; epiſcopi ſpectet , ita,
ꝙ de iure cõi nullus curatus põt curã ſuã ſine epi-
ſcopi licẽtia dimittere, vt extra de Renunciatione,
Admonet:Abbate monachum reuocante à cura, at
que epiſcopo præcipiente, vt in cura permaneat,
obedire debet epiſcopo.Hæc Henricus.
¶Ad primũ ergo ĩ principio q̃ſtionis obiectũ,di-
cendũ,ꝙ verba ſancti Bernardi accipiuntur de ver
bis,& factis ſuperiorũ,nõ exiſtentibus euidenter cõ
tra diuinum præceptũ,loquiturq; Bernardus hmõi
verba,hortando ad obedientiã plenã,& eorũ puſil
lanimitatẽ,ac negligentiã increpando,qui ad perfe
ctoria,ac viciniora ſaluti non extenduntur.
¶Ad ſecundum,quòd ſancti patres non videnẽ
laudaſſe obedientiam,quæ dicitur indiſcreta per ve
ræ diſcretionis excleſionem, cum virtutum dire-
ctrix,& auriga exiſtat diſcretio,ſed eam,quæ huma
nã diſcretionem tranſcendit,& vnctionem,ac mo-
tionem ſpirituſſancti,aſſequitur. Veruntamen talis
obedientia viris heroicis eſt exhibenda,quos cõſtat
in omnibus moueri a ſpiritu ſancto,quorum geſta
ſunt frequenter admiranda magis,quàm imitanda.
Talium quoque obedientias omnipotens Deus in-
terdum per miracula commendat,in ſignum,quòd
in ſpiratione ſua moti fuerũt præcipiendo, aut obe
diendo, atque pro noſtra ędificatione, ut in mino-
ribus obedire diſcamus , & ad declarandũ quanta
ſit obedientiæ virtus. ¶Denique de lege communi
talia non licerent,quę expreſsè prima fronte ſunt cõ
tra ius diuinum,ac naturale, ſed ex ſpeciali Dei di-
ſpenſatione licita extiterunt.

¶Ex his patet ſolutio tertij Ad quartũ,quod caſti
tas,& paupertas habent determinata obiecta,& ſa-
tis artatam materiam.ideo in omnibus ſunt tenen-
dæ. Obedientia verò latisſimam habet materiam ,
ideo nec obſeruari poteſt in omnibus quẽadmodũ
illæ . ¶Ad quintum , quod apoſtolus loquitur de
omnibus nõ abſolutè,ſed quæ auctoritatem, cathe
dramque reſpiciunt patris,& diſciplinam domeſti-
cam,ſicut inductum eſt,quatenus ſic om nia ordi-
nate agantur ad laudem,& gloriam omnipotentis
qui eſt ſuper oĩa Deus ſublimis,& bñdictus Amen.

Cõcluſio ex Alberto Magno.inqua per modum orationis breuiſimè tractatur materia libri Secundi Sententiarum.

DOmine Iheſu Chriſte,q̃ in principio
ſimul creaſti tempus cœlũ emphy-
reũ,angelos,& materiã quatuor ele
mentorũ,nõ ab æterno , vt oſtende-
res te nõ indigere creaturis ad per-
fectam tui bonitatẽ, vt gratuita diui
na voluntate res eſſe monſtrares, & ut nullæ res eſ-
ſe ſuum ſibi attribuant,ſed ſoli Deo . Ne igitur na-
tos diligamus ꝑ te,concede, ut qui dilectione inuo
luntaria,brutali ſiue humana nihil meremur volũ
taria concupiſcentia,ſiue amicitia,gratuitè potius
q̃ naturaliter te diligamus , vt vis noſtra concupi-
ſcilis,quæ ꝑꝑ cæcitatẽ ignorãtiæ errorẽ iudicij im
potẽtiã bene agendi,& fomitẽ magis ſe hẽt ad dili-
gẽdũ tpalia q̃ Deũ,purgetur,per cãm efficientẽ,&
inducendũ,cũ dilectio nr̃a alterius fuerit ſpeciei,li
cet ſit eiuſdẽ actus cũ naturali ꝓmoueat nos pœna
purgans,inſtruẽs,& cõſeruans:& nõ ſuffocet ꝑ deſ
perationẽ,ut ꝑ ſimilitudinẽ naturæ, & gratiæ ꝑue-
niam⁹ ad ſimilitudinẽ gloriæ tuę,nõ æq̃parãtiæ. Et
ne liberũ arbitriũ ꝑ defectũ ſit nobis cã mali,infun
de nobis grãm tuã, q̃ ſꝑ paratus es dare , ut boni
fiẽtes bñ agam⁹ potius,q̃ male agẽtes maleficium .
¶Dñe Ieſu Chr̃i, q̃ dei formẽ intellectũ angelo de-
diſti,vt videat oĩa faciẽdaĩ inſtãti ſine ſucceſiõe, &
medio,ſine collatione,& rõcinatione,ꝑꝑ qđ pc̃tm̃
dæmonis in infinitum maius pc̃tõ hoĩs,& irremisſi
bile eſt,& caſus eius ſpiritalis,& localis,q̃ oĩ motu
ſuo,& operibus liberi arbitrij ſui peccat,q̃ exeũt à
libero arbitrio liberè,& nõ per violentiam,cuſtodi
nos ab inſidijs diaboli, qui naturali delectione dili
git,& odio voluntario odit Deũ,qui vult in hoĩb⁹
malam actionẽ: in ſeipſo aũt nec bonã,nec malã,
cũ non velit corruptionẽ ſui eſſe . In quo extincta ,
eſt ſynderiſis,q̃a nõ ꝓmeret cũ ad bonũ , ſic nec ali
quẽ hoĩem dãnatũ.Inſuper:q̃a ex ſuperbia vult age
re ꝯ Deũ,licet ſci at , quod cõtingat ꝯ ſuũ ꝓpoſitũ,
& inde ſequał ſuũ nocumentũ.Et q̃a vult ſe potius
eſſe,quã nõ eſſe,ut pugnet ꝯ Deum.¶ Domine Ieſu
Chriſte,qui hierarchiã rerum ſacrarum,& rõnabi-
liũ ordinatam poteſtatẽ in ſubditis retinentem do-
minatum diſtinctã in epyphaniã,hyperphaniam,&
hypophaniã,id eſt,ſuperceleſtem,cæleſtem, & ſub
cæleſtem,à principio datis,& poſtea donit cõfirma
ſti ſcđm menſurã naturaliũ,ut omnes angeli mittã
tur,ſuperiores ad medios,medij ad inferiores, infe
riores ad nos . Cõcede ut ſicut nos exercemur à
malis angelis,ita à bonis,propter meritũ angelorũ
propter mutuum amorem hominis,& angeli.Et vt
homo intelligat ſuam dignitatem,ſemper cuſtodia
mur , & nunq̃ ab ipſis deſeramur, licèt quandoque
nos exponant tentationibus , & tribulationibus ,
vt reſipiſcamus . Et cum omnibus modis dñm imi-
temur , cuſtodiant nos conſulendo nobis bonum
faciendũ,& iuuãdo ad faciendum, & non permit-
tendũ malum angelum excedere metas ſuas , qui
permiſſus nocet bonis quantum ad violentiam tã-
tum,malis vero hominibus quantum ad violentiã,
& ſuggeſtionem,qui immittãt cogitationẽ mali ſed
nõ malam per imagines rerum ſenſibilium delecta
bilium, quas imprimit inſtrumento imaginationis
vel per modum conſulẽtis,ſicut,& boni angeli,qui
deſiderant ſalutem noſtram,vt numerus eorũ reſta
ureł.Et quia ſumus eorũ amici,eiuſdẽ beatitudinis
fratres.Et quia augmẽtabitur eorum gloria cũ im-
pleta fuerit hominibus curia cœleſtis.Qui cogno-
ſcũt res melius ĩ verbo,quàm in propria natura eo
quod in demonſtrationis multa ſupponatur,de qui
bus non eſt certa cognitio . Et quia in naturalibus
eſt viſus noctuæ ſimilis.Et quia cauſa neceſſaria di
uina magis eſt cauſa omni ſuo effectui, quàm ali-
qua cauſa naturalis, quantumque ſit neceſſaria . Et
cum res ſint in Deo per cauſam,per gratiam,& ab
æterno per cognitionem , quicquid vident in ver-
bo vident in proprio genere,& econuerſo,licèt nõ
videant in verbo omnia actu,niſi ſecundum quod
tanguntur,& illuminantur a prima luce,nec ſeipſis
nec per rerum imagines vidẽt creaturas,ſed intel-
ligentijs ſuis per hoc,quod ſunt in luce decus rerũ
¶Domine Ieſu Chriſte cum prophetæ tui diuini-
tus inſpirati rerum euentus immobili veritate de-
nuncient,eo, quòd ſicut angeli ea,quæ vident , vi-
dent in ſpeculo æternitatis , licet donum prophe-
tiæ uirtus non ſit,vt quia ſecundnm ſe non tenet ,
medium aliquod laudabile,nullam habẽs difficul-
tatem.Et quia prophetia,vt in pluribus , non eſt in
his,quæ pertinent ad cultum Dei,quare,& artes li
berales non ſunt virtutes . Inſuper quia nitunł ra-
tionibus naturalibus,& principijs , quæ per ſe hu-
manus cognoſcit intellectus,da nobis prophetiam
præſcientiæ largè,quæ ſemper à Dei præſentia , &
comminationis,quæ non ſemper deſcendit,diſcer-
nere,vt cum falſum dici poſſit ſpiritu operante,nõ
reuelante, veros prophetas per vitam,euentus , &
correctionem cognoſcamus.Et talibus etiã ſequi,le
gem Dei in ſe,& non ſecundum ſe præcipiant,licèt
tamen timore,& expectatione credamus. ¶Domi-
ne Ieſu Chriſte,qui mundum non intempore, ſed
ĩ inſtanti creaſti,qui nõ ſubiacet mutabilitati prio
rum mobilium,cum ipſum ſit primum mobile . Et
hominem ad imaginem, & ſimilitudinem tuam nõ
conformitatis proprietatis proprietatum,vel repre
ſentationis,ſed imitationis in operibus diſcretis,li-
bera nos à peccato per gratiam,à miſeria per glo-
riam,& à neceſſitate ineuitabilitatis, & coactionis
ſufficientis,& efficientis.Et cõcede,vt ratio nr̃a diſ
cretionẽ ſuã incipiat a prima forma potius,quàm à
ſenſibilibus,ne per rationes ſenſibiliũ apparẽtes de
cipiamur , ne oculum cognitionis eruat imagina-
tio corrupta per errorem,vel oculum amoris ſen-
ſualitas per cõcupiſcẽtiã, ut aĩa,q̃ eſt remediũ ĩter
creaturas,per amorẽ Dei illumineł,& melioreł nõ
ꝑ amorẽ creaturarũ obtenebreł,& peioretur , nec
cũ per peccatum ſpretè incommutabili bono reb⁹
mutabilibus adhæret,gratiam tuam ei ſubtrahas id
eſt nõ apponas.¶Domine Ieſu Chr̃e,mũda à pecca
to,qđ eſt auerſio à Deo,qđ naſcitur ex corruptiõe
vitij,nõ paſſibilitatis,quod nihil eſt , quia facit nos
recedere à vero eẽ,& trahet ad nõ eẽ. Et qđ nõ eſt ꝑ
fecta-

fectares alicu ius ſpeciei compoſita ex ente, & non
ente, ad quod ſequatur ſubtractio gratię , corrup-
tio naturalium per modum deficiendi, & pœna
materialis primos motus , qui ſunt in cohibitione
non prohibitione , qui ſunt peccata , quia ducunt
ad illicitum,& obdurant animam,& peiorãt,quos
in uniuerſali non poſſumus vitare,fac nos ſaltem ,
in particulari vitare,ne ſubitum conſenſum in ille-
cebram carnis incidamus in peccatum veniale, qđ
eſt maius originali,vel per liberationẽ rõnis in pec
catũ mortale vt per punctũ præſentis pœnæ,deui-
temus lineã purgatorij,ſuperficiẽ,ſolidũq; gehẽnæ.
¶Domine Ieſu Chriſte,ne per delictum contra-
riemus tuo(quod ſemper obligat)præcepto , vel ꝑ
ommiſſionem tuæ prohibitioni , quę obligat ad
ſemper.Et quia plura exiguntur ad eſſe uirtutis , q̃
ad eſſe vitij , & ne pro priuatione ,qua nihil mere-
mur, damnemur , purga iudicium rationis noſtræ
ob ignoran tia ſimplicis negationis,priuationis, ne
ignoremus expediens , quod tenemur ſcire, vel ,
quod tenemur opinari,ne aliter opinemur de re ,
quàm ſit per ignorantiam facti,quæ eſt ex toto,vel
iuris, quæ neminem excuſat à ſimplici,quę ex par-
te à craſſa,& ſupina,quæ minus ab effectu, quæ ne
minem,vel quę excuſet à tanto,licet non a toto . A
vincibili,& inuincibili per naturam,vel culpam,vt
bonum diſcernat,& imperet faciendum , vt ſic de-
clinemus à mortali .Fac nos reprimere motum ve-
nialem,licet non teneamur ad impoſibile per ſe, ſi-
ue per acccidens.Et quàmuis nõ teneamur ad uir-
tutes,ſed ad opera virtutum:quia tamen vniuerſa-
liter quicquid facere tenemur , tenemur facere ex
charitate . Da nobis cum virtutibns appræhenſio-
nes generatiuas motuum virtutum , ne Per omis-
ſionem priuemur à bono actu,aut ne incidamus in
negligentiã operis circunſtãtiæ, vel modi ne ſimus
in mora, per quam ẽt in mortali exiſtens emittit,&
qñ cogitat de Deo,& de peccatis toleratiuè , ſi nõ
dolet,licèt talis nihil ex charitate facere teneamur.
¶Domine Ieſu Chriſti libera nos à pc̃tõ , motu
ſcilicet interiori,vel exteriori contrario legi Dei à
concupiſcentia ſiue mala voluntate, quæ eſt radix
omninum malorum actionũ per modũ cãę efficiẽ
tis, & ab infidelitate,quæ per modum defectus, &
ẽt quãdoq; per modũ cauſæ efficientis. A cupiditate
& ſuperbia,quæ compræhendunt genera ſingulo-
rum,non ſingula generum,à tribus originibus pec
catorũ,à ſeptem capitalibus vitis,& à duabus por-
tis mortis,amore ſcilicit , & timore mundano . Et
quia omne peccatum eſt voluntarium, libera nos à
mala voluntate abſoluta , vel collatiua vniuerſali ,
vel particulari ad mota ſiue remota,vt comedam⁹
& bibamus ex charitate , & omnem actionem
noſtram referamus ad debitum finem pro loco,
& tempore,ponentes finem temporalem ſub ſpi-
rituali, nõ econuerſo. Non duos fines vltimos non
in pretiabilẽ vendamus. Charitas moueat virtutẽ
motiuam,imperatiuam,quæ eſt in corpore , & illa
lacertos, neruos,& de omnibus motibus procedẽ
tibus ex imperio charitatis præſentis vel præeuntis
mereamur,fac nos dignè adminiſtrare verbumDei
arare in ſpe,& non pro ſpe , vt nõ admittamus ma
lum,quia prohibitum eſt,ſed prohibitum , q̃a malũ,
quod nulla neceſſitas excuſat .Excutiamus puluerẽ
inanis gloriæ , ut ſimus paſtores ,amplectendi po-
tius,quàm mercenarij tolerãdi, vel fures abijciẽdi
Vitemus opus excellẽs in mortali,& mediũ exiſtẽ-
tes in criminali:ſed opus neceſſitatis nunq̃. Dirige
intẽſionẽ nr̃am,vt per uerã charitatẽ mereamur vi
tam æternam dimisſionem verò pœnæ per chari-
tatem intentionem,& ſtatum . Et quoniam volun-
tas progresſiua in actum pro facto reputatur,euen
tus ſequens non aggrauat peccatum,licet pœna ac
cidentalis,quæ eſt apud inferos poſſit creſcere ſine
augmento peccati,quemadmodum,& accidentale
gaudium beatorum.Cuſtodi nos à peccato volun
tatis,& operis,q̃ paria ſunt,& idem peccatum,quã
tum ad finem ,& effectum , licèt ſint diuerſa in ſub-
ſtantia per rationem,& intellectum propter colli-
gantiam animæ ad corpus,ita mala actio corpora-
lis agat in aĩam , & augmentũ habitum mali agẽdi
& per eandẽ viam corrumpat bonũ naturale ani-
mæ.Libera nos à contemptu , ne appretiemur rem
minus iuſto,ne aſpernemur quaſi viles.ne negliga-
mus vel non curemus,aut per malã uoluntatem ab
ipſis auertamur,quamuis circunſtantia, quæ eſt ꝓ-
prietas,vel negotij ex ſe pertinens ad laudem,& vi
tuperium, minuendo vel augmentando intus nõ
augeat meritum,quod tantummodo in conuerſio-
ne conſiſtit.Quia tamen auget peccatum, quod ta-
men non habet aliquam certam radicem,ſecundũ
quam menſuretur.Cuſtodi nos ne veniamus con-
tra maiorem obligationem, ex genere , ſtatu , pro-
portione,commiſſo, dimiſſo,conſuetudine,ſcien-
tia,fortitudine, infirmitate,paupertate, uel quacũ
que de cauſa maius,minusue motiua.Munda nos à
pc̃tõ hypocriſis,ne uelimus uideri boni pro mune-
re cordis,linguæ,vel manus, ne decipiamus proxi
mum,ne uſurpemus nobis gloriã ſoli Deo debitam,
ne bonũ opus minus debito appretiemus,ne ſimu-
lemus bona,qđ eſt grauiùs,quã apertè peccare, cũ
tamen occultè peccare leuius ſit in genere, q̃ apertè
licèt in ſingulari velut excedentia, & exceſſa ſe ha
beant,vt de manifeſtis bene iudicemus iudicio cer
titudinis.Fac nos vitare iudicium ſuſpicionis , ne
ſecretè bonos malos æſtimemus, ne malos obſtina
tos,vel incorrigibiles eſſe credam⁹,& aſſeram⁹, cũ
null⁹ ſine pc̃tõ determinatè poſſit dicere de aliquo
ꝙ ſit malus.Iraſcimur vitio,actu,aut habitu chari-
tatis ira per zelũ,quæ eſt virtus ex ſe delectãs, tur
bãs ex ſuſpitione nõ ꝑ ſe.Ira per vitiũ ꝓnitate, vel
motu ſubito ſurgenti,quaſi veniale,vel ex delibera
tione rationis,quæ pc̃tm̃ mortale . Cuſtodi nos ab
acceptione perſonarũ,ne aliquam perſonã ex cau-
ſa indebita honoremus,vel inhonoremus, cũ hõ tã
tum debeat honorari inquantum eſt ſimilis Deo :
q̃a intantũ eſt nobilis,& altigeneris,Honoremus ꝓ
latos magis , q̃a in eis magis relucere dẽt ſimilitu-
do Dei ꝑ verã doctrinã,& bonã vitã.Et diuites ho
noremus tãtũ ꝑꝑ ſcandalum vitandũ,& nõ intuitu
diuitiarum.Cuſtodi nos ne per certam malitiam ,
cũ obſtinatione ſiue pertinacia mentis ꝑ genus pec
cati,ſcilicet pręſumptionis,diſperationẽ inpugna-
tionẽ veritatis agnitæ ſocietatis fraternæ,& ꝑ fina-
lẽ impœnitentiã peccemus in ſpiritũ ſãctũ, qđ pec
catũ irremisſibile dr̃ propter impotentiam abilitã
di ad grãm,propter finalem impœnitentiam anne-
xam.Et quia de pœna eius nihil demeritur, ne pro
pc̃tõ æterno , vel tpali æternaliter,vel temporaliter
puniamur,aut ne pecatũ fiat nobis pęna,vel cã pec
cati ꝑ ſubtractationẽ gratię , nec pc̃tõ puniamur ꝑ
modũ efficiendi,vel deficiẽdi ſed ab omni pœ
na cõtracta,vel in natura,vel illata libe-
remur.Per te domine Ieſu Chriſte.
qui cũ patre,& ſpiritu es ſup
omnia Deus ſublimis,&
bñdictus in ſecula
Amen.

DIVI DIONYSII CARTHVSIANI QVAESTIONVM PRINCIPALIVM ET MINVS PRINCIPALIVM, in hoc secundo senten. libro expeditarum.

INDEX.

DISTINCTIO I.

Creationem rerum insinuans scriptura.

1 QVR Magister primò tractet de creatore, q̃ creaturis, 5 b, idem columna secũda.
Vtrum vnum tantum principium sit increatum. 5 b
2 An omnia profluxerunt à Deo per creationem. 12 a
3 An cuncta, quæ creata sunt, à Deo sint creata. 15 a
4 An mundus sit æternus. 19 b
5 An Plato posuit tria principia increata. 30 b
An secundum intentionem Platonis Deus dicendus sit mundi creator. 31 b
Quomodo Aristoteles posuit duo principia, scilicet, materiam, & speciem. 33 a
Quid sit operatorium principium. 33 a
6 An tantum sit unus mundus. 33 a
An soli conueniat Deo res ipsas producere. 34 b
7 An Deus cuncta conseruet, & quid sit conseruatio illa. 34 b
An Deus immediatè omnẽ conseruet creaturã. 35 b
8 An Deus oĩa agat propter finẽ, & qũo bonitas eius sit omnium finis. 37 b
An omnia facta sint propter hominem, & an homo sit omnium finis. 38 b
9 An aĩæ rõnali immortali naturale, atq; conueniens fuerit vniri corpori. 39 b
Quid sit causa multitudinis, distinctionis, & ordinis rerum. 41 a
10 An angelus sit dignior homine, & an angelus, & anima differant specie. 42 a
Vtrum relatio creaturæ si eodem. 42 b

DISTINCTIO II.

De angelica itaque natura.

1 An angeli ante sensibilem mũdum sint creati. 47 a
2 An æuum mensura sit angelorum. 49 a
An in angelo sit actualiter poni aliquid mensurans existentiam eius. 53 a
An sit alia mensura creata præter tẽps, & ęuũ. 55 a
An ęuum incepit ante tempus. 55 b
An in æuo sit vera, & realis sucessio. 59 a
Quomodo sine necessitate posit esse priùs, & posteriùs. 59 a
An ęui nunc idem sit quod ęuum. 62 a
An esse corporis alicuius habeat mensuram unigeneam cum æuo angeli. 62 b
3 Quid sit cęlum empyreum, & quare sit conditum. 62 b
An cęlum empyreum sit stellatum. 63 b
4 An cęlum empyreum agat in inferiora corpora. 67 a
5 An angeli creati, & collocati fuerunt in cęlo empyreo. 69 b
An angelus posit esse vbiq; simul, & semel. 70 b
An angelus posit esse in pluribus locis. 71 a
An angelus simul, & semel sit ĩ pluribus locis. 71 b
An angelus sit in punctali. 71 b
An angeli plures possunt esse in loco eodem. 77 a
Quantam partem cęli empyrei vnusquisque occupet angelorum. 74
An angelus sit ĩ loco illo, aut isto determinatè. 74 b
An angelus vnus simul posit esse in pluribus locis. 75 a
An duo angeli possunt esse ĩ eodẽ loco simul. 75 b
6 An angelo cum extat moueri. 75 b
An angelus ex se moueatur localiter. 76 b
An angelus posit moueri de loco ad locum motu continuo. 78 a
An angelus posit se mouere. 78 b
An angelus posit in instanti moueri. 78 b
7 An angelus possit moueri de extremo in extremũ non pertranseũdo mediũ. 78 b

DISTINCTIO XXX.

Ecce ostensum est ubi angeli.

1 An angeli sint puræ, & immateriales essentiæ in se subsistentes. 281 a
2 An in angelis sit personalis discretio. i. personalitas, seu suppositalis dist. 91 a
An pſonalis ꝓprietas sit ĩ angelis accidẽtalis. 93 a
An discretio personalis sit ex parte formę vel materię, seu principij formalis, aut materialis. 93 b
Quomodo substantijs immaterialibus indiuiduario competat. 95 a
3 An oẽs angeli sint eiusdẽ speciei. 98 b
An ordo naturaliter insit angelis uel accidentaliter tantum. 98 b
An in angelis sub vna specie sint plures pſonę. 98 b
An numerus angelorũ certus sit ipsis angelis. 99 b
An plures angelos eẽ sub vna specie ĩplicat. 101 a
4 An angelus in primò instanti suæ creationis fuerit malus. 109 b
Quale bene agere pręcesit in angelis male agere. 113 a
5 An angeli cognoscãt per species vniuersales tam communia, quam particularia, distinctè, ac simul. 113 a
An angeli per species innatas vel acquisitas intelligunt. 116 b
Quomodo angeli noscunt singularia. 117 A
An intelligentia cognoscat per species. 117 b
An omnia, quæ angelus cognoscit per species cognoscat per species concreatas. 117 b
An unus angelus alium noscat tripliciter. 118 b
Quomodo angelus cognoscat corporalia, & inferiora. 119 a
Quomodo angelus bonus, & malus noscãt habitus naturales, & acquisitos, atq; gratuitos. 119 a
An angeli cognoscant per essentiam suam, an per species. 119 a
An ad hoc ꝙ angelus distinctè cognoscat qdditates creatas alias à se necessariò regratur qd̃ hẽat ꝓ ꝓprias, ac distinctas rõnes cognoscẽdi illas. 121 a
An angeli plura intelligant actu simul. 122 b
6 An angelus cognitione naturali nouit diuinã essentiã in seipsa absque omni medio, & creaturæ adminiculo 124 a
An angelus habeat naturalem notitiam distinctã diuinæ essentiæ. 124 b
An ad formam, seu essentiam Dei inspiciendam per scientias speculatiuas posit pueniri. 127 a
An actus intelligendi, quo mens angelica, seu humana intelligit se sit ei essentialiter, quàm ille quo intelligit Deum. 127 b
7 An angelus deiectione naturali magis dilexerit Deum, quàm seipsum, & proximos sicut suos seipsum. 127 b
An angelus naturali dilectione fruatur se. 128 B
An angelus illa dilectione fecit de via finem, & de creatura Deum suum. 128 B
An dilectio illa angeli naturalis in primo statu fuerit simoniaca. 128 B
An dilectio naturalis angelorum fuerit ordinata vel inordinata. 149 A
Quomodo angelus unus habeat, se circa angelorum dilectionem. 130 A

DISTINCTIO IIII.

Post hæc videndum est.

1 An angeli creati sint beati, ita ꝙ beatitudo seu gloria eis sit cõcreata. 133 A
An qlibet angelus prius ordine naturæ naturali cognitione intellexerit se, quam Deum. 134 A
2 An angeli in gratia gratum facientę creati sint. 134 B
3 An angeli boni suam prouiderunt fęlicitatem, & gloriam, & an reprobi suũ ꝓuiderint casum. 138 A
An angelus malus ante casum suum sciuit, se non debere deflecti à bono in quod erat. 139 B
An angelus sciuit tantam pœnam esse infligendam pro tanta culpa, si fieret. 136 B
4 Quomodo cognitio matutina, & vespertina distinguũtur in Angelis. 140 B
An in angelis sit cognitio vespertina post eorũ glorificationem. 141 A
Cur cognitio angeli non uocetur diuina. 141 B
An tertia sit cognitio angelorum, quæ dicatur meridiana. 141 B
An cognitio angelorum matutina vel uespertina sit naturalis. 141 B
An diuisio cognitionis angelicę in matutinam, & uespertinam sit sufficiens. 142 A
Quæ harum cognitionum sit dignior. 142 A
An cognitio, qua angelus intelligit increatum obiectum sit matutina. 142 A
An dæmones habeãt cognitionẽ vesptinã. 142 A

DISTINCTIO I.

Post hæc consideratio adducit inquirere.

1 An angeli potuerunt peccare, & qualiter, ac qua specie peccati transgressi sunt. 145 A.
An peccatum dæmonis fuit superbia. 147 B
Quæ causa sit illius primi peccati. 151 B
An ab initio suæ creationis diabolus ambierit cultum, & honorificentiam creatoris. 156 B
An angeli alij lapsi ex insligatione Luciferi peccauerunt, an proprio motu, & conceptu. 156 B
Cur potius peccauerunt aliqui angeli, quàm simul omnes. 157 A
Cur auersio angelos potius quosdam induxit, quàm alios in culpam. 157 A
2 An angeli indiguerunt gratia ad hoc quod conuerterentur ad Deum. 139 A
3 An angeli suã beatitudinẽ meruerunt ita, ꝙ meritũ in eis pcessit pmiũ. 160 B

DISTINCTIO VI.

Præterea sciri oporter.

1 An Lucifer fuit omnium angelorum supremus. 166 A
2 An de quolibet ordine angelorum aliqui lapsi sint. 168 B
An plures angeli peccauerunt, q̃ steterunt. 168 B
3 An angeli trãsgressores in aerem caliginosum sunt detrusi, & collocati ineo vel potius in inferno. 168 b
An dæmones cruciantur vbicunq; existunt. 171 a
Quomodo dęmones puniantur in aere isto. 171 B
An casus tantum localis sit dæmonibus in pœnam. 171 B
An omnes dęmones ceciderunt in habitationem aeris caliginosi. 171 B
4 An in dæmonibus sit ordo, atque prælatio. 173 A
An demonibus sit distinctio ordinum. 157 A
An dæmones gaudere possint de vitijs hoĩum, aut de uitiosis hoĩbus, aut de tormẽtis eorũ. 186 B
Quomodo cruciatus dæmonum permittant eos tã studiosè intendere insidijs tentationibus, & flagellationibus hominum. 177 A
5 An dæmon semel victus ab homine de cætero a tentatione desistat, & in infernum mox retrudatur. 177 B

DI-

DISTINCTIO VII.

Supra dictum est.

1 An angeli obstinati sunt in vitiis ita, vt nec pœnitere nec bñ agere ualeãt. 182 a
Quid horum ratio sit defectus alterius. 181 a
An angelus malus necessario velit male. 186 b
An culpa diaboli aliquid secum compatiatur virtutis. 188 b
An diabolus iugiter in suo ꝓseueret peccato. 188 b
An diabolus in omni motu, seu actu peccet. 189 a
An omnis actio diaboli sit peccatum. 189 b
An diabol' velit se eẽ malũ, et an velit Deũ eẽ. 190 a
2 An angeli boni ita sint in gr̃a confirmati ut peccare non ualeant, & tñ in ipsis uerè permaneant liberum arbitriũ. 161 b
An confirmatio uel obstinatio minuat liberum arbitrium. 193 a
An in dęmonibus sit male uolũtatis augmẽtũ. 193 a
An ī dęmõibus sit male uolũtatis cõtinuatio. 193 a
An obstinatio dęmonibus auferat liberi arbitrij vsum. 193 b
An confirmatio, vel obstinatio minuat libertatis dominium. 193 b
An dęmones uelint deum non esse. 193 a
An diabolus habeat spem. 193 b
An dęmones velint se non esse. 193 b
An dęmones nunc tantum puniantur sicut post diẽ iudicij. 194 a
3 An dæmones sint acuti scientijs, ita qd̃ in ipsis sit triplex scientia. 195 b
An demones sint priuati notitia Dei. 196 a
An dęmones cognouerunt misterium sapientię Dei, de ī carnatione, aduẽtuq; Christi esse ī pletũ. 196 b
An demones cognoscant uirtutes. 196 b
An demones priuati sint cognitione rerum in proprio genere. 196 b
An ī dęmonibus conceptio cadat vel error. 196 b
An ī dęmonibus cadat obliuio circa ꝑterita. 197 a
Qua ex cã vis affectiua iuuat apprehensiuã. 200 a
An demones cognoscant cogitationes nostras occultas. 200
4 An demones ꝑnoscant futura, ita ut ex eorum reuelatione diuinatio, ꝓphetia seu prænosticatio fieri queat. 201 b
An posit esse illusio ab angelo bono in sensibili, aut imaginaria visione. 202 a
An angeli boni, & mali posint super intellectum humanum. 202 b
An dęmones valeãt sup appetitũ sensitiuum. 203 a
An dæmones naturali uirtute possint miracula facere. 208 a
An dęmones possunt vera miracula facere ad seducendum. 208 b
An angeli boni, vl mali posit miracula facere. 209
An dęmões posint aliq̃s rerũ spẽs ꝑducere. 209 b
An magi Pharaonis cooperatione demonum produxerunt veros serpentes &c. 210 a
Quomodo ab inuicem discernantur miracula sanctorum vera, & signa magorum. 210 b
An introductio omnis formę substantialis fit à datore formarum. 210 b
An dracones magorum redierunt in virgas. 211 b
Quomodo fiant illusiones, & præstigia in operibus magicis. 212 a
Quid sit publica iustitia. 212 b
Quomodo dęmones portent, uel iaceant lapides, & alia sine corporeo instrumento. 213 a
An de canna dæmones posint facere equum per inscriptiones. 213 a
Qũo demones posint nobis aliquid reuelare. 215 b
An angelus moueat cœlũ, aut aliud corpus quodcũque per intellectum, & voluntatem, an per aliã potentiam aliquam. 215 b
An angelus moueat cœlũ per priùs, & immediatiùs per intellectum, quàm voluntatem. 215 b
6 An liceat dęmonum auxilio, uel consilio vti in diuinationibus &c. 216 a
An liceat vti magicis artibus ad prescientiam futurorum. 217 a

DISTINCTIO VIII.

Solet etiam in quæstione versari.

1 An angeli habeant corpora naturaliter & inseparabiliter sibi unita. 218 a
An angelus corpus assumat secundum veritatem naturæ. 221 a
Quale sit hoc corpus secundum materiam. 221 a
An angelus ualeat immutare sensũ humanũ. 222 a
An corpora, quæ dæmones assumunt sint perfectibilia seu informabilia ab anima intellectiua. 222 b
2 An angeli boni seu mali in assũptis corporibus uerè exerceãt opera uitę. 224 a
An angeli boni, seu mali moueantur in corporibus assumptis. b
An dæmões feminis cõmisceãtur ac generẽt. 223 b
An angeli boni, vel mali verè assumant corpora in quibus apparent. 227 a
An angeli boni, vel mali volent, aut gradiantur si mouentur. 227 a
3 An angeli boni, ac mali intra hoĩes esse queant, & an illabant animarũ corporũ ui essentiis, & qũo intrẽt obsessos. 229 a
4 An Deus in formis visibilibus, corporalibusq; figuris unquam apparuit. 230 b
An dæmones sciant cordium cogitationes. 231 b
An dæmones cogitationes immittunt. 231 a
An dęmones sint incentores malorum. 231 b

DISTINCTIO IX.

Post prędicta superest cognoscere.

1 Hierarchia quid sit. 233 a
2 An in angelicis spiritibus solũ sint tres hierarchiæ, & ordines nouem. 238 a
An in uno ordine plures sint angeli. 241 a
3 De ordinum angelorum distinctione, appellatione, proprietate. 243 a
Cur magis vocentur Seraphin, illi angeli, quàm incensi calefacti. 246 a
4 An angelis conueniat inuicẽ purgare illuminare, perficere. 250 a
Quomodo lumen ī uno angelo indiuiduatum in aliũ deriuatur. 251 b

An angelus superior illuminat inferiorem de ui uersis qnę nouit. 253 a
An angeli inferiores illuminent superiores. 253 b
5 An angeli eiusdem hierarchię, aut eiusdem ordinis sunt æquales. 254 b
6 An animæ rationales post hanc uitam seu hoĩes post resurrectionem gñalem ad angelorum ordines assumentur. 255 a
An tot hoĩes saluabunt ꝙ angeli ꝑstiterũt. 257 a
7 An ordines angelorum manebunt post diem iudicii 257 a
Quid sit angelus. 257 a

DISTINCTIO X.

Hoc etiam inuestigandum est.

1 An omnes angeli ministrent: seu in ministerium mittantur. 260 a
An angeli à solo Deo mittantur. 261 a
An tã boni, q̃ mali angeli mittãtur à Deo. 261 a
An angeli mittantur de quolibet ordine. 261 b
Ad quid principaliter mittantur angeli. 261 b
An singuli angeli mittãtur ad determinata officia ī plenda, an singuli indifferenter ad omnia. 261 b
An angeli mittantur ad homines. 261 b
An omnium angelorum sit mitti. 261 b
An quid angelus mittatur, an inflammandum affectum. 262 b
An anima ab angelo illuminetur. 262 b
An angeli omnes assistant. 262 b
An oẽs angeli in minsterium mittantur. 262 b
An uniuersi angeli ordinum mediæ hierarchiæ mittantur. 263 a
An quid angeli mittantur. 264 a
An omnes angeli mittantur in ministerium. 265 a
Qũo un' angelus illuminet aliũ, & ei loquat. 265 b
2 An angelus vnus loquatur alteri. 267 a
An loqui conueniat angelis. 267 a
An locutio sumatur uniuocè, aut secundũ eandem rõne dum Deus dicitur loqui angelo, seu animæ, & dum angelus dicitur loqui Deo, atque dum angelus dicitur loqui auimę uel angelo. 267 b
An vna locutio Dei, & angeli qnando deus per angelum loquitur. 267 b
Quid dicitur locutio secundum quod angeli mutuo loquuntur. 268 a
An angelo idem sit locutio, & cognitio. 278 a
Quomodo intelligentia vnius angeli posit trasferre ad aliud, & cęrera. 268 a
An eadem locutio posit esse à deo, & ab angelo sancto. 269 a
An angelus inferior loquatur superiori. 27 a

DISTINCTIO XI.

Illud quoque sciendum est.

1 An angelus competat custodire hoĩes.
An angelus habet potestatem custodiendi hominẽ secundum animam. 273 b
2 Quorũ hominum sit custodiri. 274 b
An quilibet homo custodiatur ab angelo. 275 a
An singulos homines custodire solum pertineat ad infimum chorum. 275 b
Quando angelus incipiat hominem custodire. 275 b
3 An angelus bonus seu malus interdũ deserãt hoĩem, quẽ custodit, seu tẽtat. 276 b
4 An angeli doleant de dãnatione suorũ an gaudium angelorum custodientium augeatur. 279 a
5 An inter angelos sanctos sint pugna atque concordia. 280 b
6 An angeli exteriùs ministrando proficiant in premio essentiali, uel Dei cognitione. 281 b
An Christus secundum quod homo illuminet angelos. 283 a
An angeli per homines proficiant in diuinorum cognitione mysteriorum. 284 b

DISTINCTIO XII.

Hæc de angelicę naturæ conditione dicta sufficiant.

1 An omnia corporalia sint simul creata. 286 b
An informitas materiæ prędecessit tempore eius formationem. 286 a
An conueniebat corporalem naturam primo ī massa confusa, & informi produci. 288 a
An materia corporalium creata sit in omnimoda informitate. 289 b
An materia illa producta sit in actualitate perfecta. 289 b
An materia illa corporalium creata sit sub aliqua formarum diuersitate. 290 a
An elemementa sint distincta per corpora cælestia. 290 b
2 An materia ualeat stare nuda. 291 b
3 An omnium spiritualium, & corporalium sit una materia. 293 b
An materia spiritualium, & corporalium sit numero una. 294 a
An cælestiũ, atq; terrestrium corporũ sit una materia quantum ad esse. 294 a
Materia illa quando, & ubi fuerit creata. 294 b
An materia angelorum, & corporalium sit unigenea. 294 b
An angelorũ materia sit actualior, quàm forma corporum quoruncunque. 295 a
An corporum incorruptibilium, & corruptibiliũ sit una, & unigenea materia. 295 a 296 a
An omnium corruptibilium sit materia numero una. 295 a b
4 An sint tantum quatuor coquęua. 297
Cur tempus magis conumeretur inter coęquęua quàm motus. 298 b
5 An secundũ expositionẽ Augustini saluetur sex dierum distinctio. 298 b
6 An materia sit de essẽtia cõpositi. 299 b

DISTINCTIO XIII.

An substantia dei generabilis, & corruptibilis sit aliqua entitas positiui realiter distincta à forma. 49 b 399 a

DI-

DISTINCTIO XIII.

Prima autem.

1 An per opus distinctionis aliquid additum sit operi creationis. 302 b
An lux illa primordiali adhuc permaneat. 304 b
An lux sit corpus. 305 a
An lux sit forma substantialis rei lucidę. 305 b
An lux sit res uera. 307 b
An lumen educatur de potentia medij. 307 b
An lux, lumen, radius, splendor perfectiùs dicantur in spiritualibus, quàm in corporalibus. 308 a
An pater omnia operetur per filiū, & quali uerbo Deus omnia fecit. 308 b

DISTINCTIO XIIII.

Dixit quoque Deus.

1 An firmamētum factum sit de aqua, an in medio aquarū sit constitutum. 310 b
2 An firmamentum sit de natura elementorum. 314 b
3 Quot sint cœli. 316 a
An sit tantum unum cœlum uel plures. 317 b
An omnia sidera, & planetæ posita sint in uno corpore continuo. 317 b
4 An corpora cœlestia sint aīata, an moueantur à propriis animabus. 319 b
An cœlum moueatur immediatè à Deo. 325 b
An motus cœlorum sit à propria forma uel intelligētia. 125 b
An angelus moueat corpus immediatiùs per uoluntatem an per intellectum. 326 a
An in angelis uis illa motiua sit realiter distincta à uoluntate. 326 a
5 An planetę moueantur in orbibus suis motibus proprijs. 326 a
An cœlū sit à nobis visibile ī parte nō stellata. 327 a
6 Cur, & qua necessitate ponatur cœlum crystallinum. 327 b
An conueniat alicui orbi moueri absq; stellis. 328 b
7 An opus tertię diei ꝯuenientur describat.
Ad quē locū congregatæ sint aquę. 329 b (328 b

DISTINCTIO XV.

Dixit etiam deus

1 An orbes cælestes influant inferioribus istis. 331 b
An luminaria moueantur motu proprio. 333 a
Quomodo influentia superiorum cœlorū pertingat ad ista inferiora. 333 b
An elementa possint aliquid agere si cœlum non influeret eis. 334 a
Quare plures sint stellæ, quàm quatuor. 335 a
An sphæræ cœlestis immediatè se inuicem contingant. 335 b
An celestia corpora efficientiam habeaut in liberū arbitrium, superioresq; animæ vires. 337 a
An ex impressionibus luminariū causetur in hominibus diuersitas morum. 338 a
An motus cœlestium corporum sint inuicem commensurabiles, & proportionabiles. 340 a
2 Quid sentiendum de quintæ, & sextę diei operibus. 341 b
An animæ brutorum productæ sint ex nihilo. 341 b
An brutorum corpora constent ex quatuor elementis. 341 b
Quæ elementa in brutorum prædominentur corporibus. 341 b
Quomodo vno. ut puta quinto die producantur ornamenta aquæ, & aeris &c. 342 b
Quomodo de materiali principio producta sint ornamenta illa duorum elementorum. 342 b
Quæ sit differentia inter reptile, uolatile, & natatile. 342 b
Quare dicat scriptura, Producat terra. cum uirtus productiua non sit in terra? 343 a
Cum aqua, & aer habeant suum ornatum, quare nō etiam ignis? 344 a
Quare cōis illa auium pisciumq; origo, magis nomine aquæ quàm aeris exprimatur. 344 a
1 An triū elementorū ornatus sufficiēter, ac ordinare exprimat à magistro. 344 b
Cur aīalis dicantur facta secundū genus suū. 344 b
An ordo sex dierum sit artificialiter attendendus secundum operum dignitatem. &c. 344 b
Cum elementum ignis non est ornatum. 344 b
An omnia sensibilia facta sint ꝑpter hominē. 345 a
4 An creator septimo die opera sua ꝯsummauit, & ab eisdem producendis quieuit. 345 b
An Deus aliquid rebus influit. 347 b
An in mixto remaneant elementa actu secundum suas formas substantiales. 347 b
An animæ brutorum sint extensæ. 348 b

DISTINCTIO XVI.

His excursus &c.

¶Huius distinctionis pertractatio, nec maiorem minorem quæstionē habet, eo q; fere omnia, quæ hic dicenda erant, copiosissimè circa exordiū libri Trimi perscrutata sint.

DISTINCTIO XVII.

Hic de origine animę plura quęri.

1 An aīa primi hoīs sit verè creata. 352 a
An sit idem numero intellectiuum principium in omnibus hominibus. 352 b
An intellectiuum principium uniatur corpori ut forma substantialis. 352 a
An intellectiuum principium multiplicetur multiplicatione corporum. 352 a
2 An unima rationalis vniatur suo corpori immediatè. 357 a
An homo generet hominem. 359 a
3 Vbi, & quando creata sit anima Adę, ac animę ceterorum. 259 b
An aīa rōnalis fuit ipsi Adæ specifica forma. 360 b
An oēs aīæ rationales fuerunt simul creatę. 360 b
4 A quo, & ex quibus formatū sit corpus hominis primi. 351 a
An corpus Adę in statu innocentię sit factum à Deo. 361 b

An corpus Adę formari poterat ab angelo. 361 b
An corpus Adę formari poterat à cęlesti natura.
An corpus Adę compositum fuit ex quatuor elementis. (361 b
An in cōpositione corporis humani sit aliquid de natura cęlesti. 322 a
An corpus ipsius Adæ fuit immediatè à Deo productum. 361 a
An ea, quæ de paradiso terrestri leguntur, sint uera ad literam corporaliter intelligenda. 361 b 365 b

DISTINCTIO XVIII.

In eodem quoque paradiso.

1 An ex sola costa viri formatum sit corpus primę mulieris. 372 a
Quare Deus pro costa suppleuit carnem, & non potius os, seu alium costam. 372 b
2 An omniū rerū, quæ fiunt, aut generantur sint ponēdæ in mā rōes seminales. 376 b
Quid sit ratio seminalis. 374 b
An uita ī plātis, et brutis sit ī mediatè à deo. 376 b
3 An omnium hominū sit vna aīa. 383 a

DISTINCTIO XIX.

Solent quæri plura.

1 An anima rationalis ex sua natura sit immortalis. 386 a
2 An homo in statu innocentiæ fuit possibilis per extrinsecarum recētionem impressionum. 387 b
An Adam peccante corpus eius potuisset perpetuari in uita per esum ligni uitæ. 387 b
An homo in innocentia dormisset. 388 a
An Adam in statu innocentiæ alterabilis fuisset per senectutem. 388 a
3 An immortalitas, & impassibilitas conuenit homini in statu innocentiæ ex sua natura. 389 a

DISTINCTIO XX.

Post hæc videndum est.

1 An hoēs in Paradiso fuissent multiplicati per generationem carnalem stante in eis originali iustitia. 392 a
An in statu innocētiæ locum habuissent virginitas viduitas, & coniugalitas. 392 b
An Eua in illo statu fuisset sine generatione grauida, an peperisset sine dolore. 392 b
An uir, & mulier unquā conuenissent in innocentię statu nisi desiderio prolis, an in quolibet coitu fuisset conceptio. 393 b
An maior fuisset delectatio in edendo tunc, quàm nunc. 394 a
An nati tūc fuissēt tot fęmine, quot masculi. 394 b
2 An proles in statu innocentiæ fuissent genitæ in robore corporis, perfectioneque animæ. 395 b
3 An paruuli fuissent nati in cognitione intellectuali perfecti. 396 b
4 An paruuli nati fuissent in originali iustitia. 397
An in statu innocentię solum illi fuissent geniti qui modo sunt electi. 399 b
An si primi parētes non peccassent ipsi cum sua posteritate tam diu vixissent in Paradiso quousque cōpleto numero hominū electorū oēs simul transferrentur in cœlum empyreum &c. 400 a

DISTINCTIO XXI.

Videns igitur Diabolus hominem.

1 Quid sit tentatio. 402 a
Quare Deus creauit hominē, quem sciuit casurū, & reprobos, quos sciuit damnados. 403 a
2 Quod fuit motiuum diaboli ad tentandum hominem. 403 b (404 b
Quæ tētatio grauior, & difficilior sit ad vincendū.
An una tentatio carnalium possit separari ab alia.
An tentatio sit appetenda. 405 a (404 b
4 Quis fuerit ordo tentationis primorum parentum. 405 b
Vter primorum parentū peccauerit grauiùs. 407 a
An Adam voluit esse sicut Deus. 407 a
Quę fuerit causa peccati Adę. 407 b
An peccatum Adę fuit ex libidine. 407 b
Quod fuit hominis primum peccatum. 408 a
An peccatum illud fuit grauissimum. 408 a
An peccatum Adę fuit grauius peccato Euę, an econuerso. 408 a (408 a
An peccatum hoc irremissibile, ac irreparabile.
Qua hora transgressus est hō Dei pręceptum. 408 a
An primus homo appetijt esse sicut Deus. 409 a
Quis primorū parentum peccauit enormiùs. 409 a
An primi hoīs tētatio fuit una uel multiplex. 409 b
6 An hō in statu innocentię potuit uenialiter peccare priusquā mortaliter. 410 a
Veniale peccatum quare dictum. 410 b

DISTINCTIO XXII.

Hic uidetur diligenter inuestigandum.

1 An ignorātia sit excusatoria culpæ, an alleuiatoria transgressionis primorum parentum. 414 a
An ignorantia sit peccatum. 414 b
An unusquisque catholicus tenetur de unoquoque peccato mortali scire, quod sit mortale. 417 a
An cęcus à quo uxor sua petit debitum dubitans sit sua, eam cognoscens cōmittat se discrimini, si non, committant eam discrimini. 417

DISTINCTIO XXIII.

Præterea quæri solet.

1 An fieri potuit creatura ītellectualis, cui ex sua nā ꝯpeteret impeccabilitas. 418 a
2 An hō in statu innocētię habuit cognitionē sui creatoris, suijpsius, cęterarumque rerum. b
An Adam in statu innocentiæ uidit Deum in enigmate. 420 b
An deus in patria conspiciatur per medium. 421 b
3 An homo in statu innocentiæ habuit rerum notitiam. 422 a
An primus hō ī statu īnocētiæ decepi potuiss. 422 b
An Adam fuit prescius sui casus. 422 b

DISTINCTIO XXIIII.

Nunc diligenter inuestigari.

1 An homo creatus sit in gratia gratum faciente virtutibusque infusis. 427 a
2 An homo in statu innocentię sine grā gratum

gratũ faciente potuit uitare peccata, tentationibusque resistere. 429 a
3 Quid sit liberum arbitrium. 430 b
An liberum arbitrium sit distinctũ a potentia, a rõne, & uoluntate. 431 b
An liberum arbitrium aliquid supperadat rationi & voluntati. 432 b (432 b.
Ad quã potentiã liberũ arbitrium magis pertineat
An liberũ arb. dicit vnã potentiã vel plures. 423 a
An liberũ arbitrium sit potentia specialis. 434 b
Quid sit liberũ arbitriũ secũdũ diffinitionẽ. 434 b
4 An sensualitas sit potentia animæ. 435 a
5 An ratio superior, & inferior sint una potentia. 436 a
6 In quibus aiẹ potentijs fit pctm̃. 438 a
Qũo in sensualitate queat esse peccatum 439 a
Quomodo in ratione queat esse peccatum. 439 b
An indelectatione rationionis inferioris sit peccatum mortale. 440 a
An in superiori parte rationis possit esse veniale peccatum. 440 b
An rõ ĩferior possit peccare sine sensualitate. 441 b
An ratio inferior possit peccare mortaliter sine cõsensu superioris. 441 a
An ĩtellectus noster ex creaturis ad creatorẽ discurrens argumentando, in fine discursus intelligat creatoris essentiam. 441 a
An motus sensualitatis secundum suum impetum sit naturalior ei, quàm ille, quo mouetur frenante ratione. 441 a
An ratio inferior possit peccare mortaliter sine superiore. 441
Qũo spirituale coniugium sit inter superiorem, inferioremque portionem rationis. 442 a
Qũo consumetur peccatum in sensualitate, & inferiori portione rationis, ac superiori. 442 a
Quare philo. non deuenerunt ad sensualitatis notitiam. 442
7 Quid sit synteresis, & conscientia. 444 b
An secundum synteresim contingat peccare. 445 a
An synteresis in aliqbus totaliter extinguat̃. 445 b
8 An peccatum ueniale fieri possit mortale. 445 b

DISTINCTIO XXV.

Iam uerò ac propositum redeamus.

1 In quibus fit liberum arbitrium. 449 a
An electio vniuocè vel equiuocè cõueniat Deo gloriosò, & creaturis. 449 b
2 An liberum arbitrium possit cogi. 439 b
An ppositis ab intellectu ipsi uolũtati bono maiori & minori possit volũtas eligere min⁹ bonũ. 450 b
3 An liberũ arbitrium uersetur circa vniuersa, circa quæ uoluntas. 450 b
An omne ens sit obiectum liberi arbitij. 451 a
4 Qui, & quot sit stat⁹ liberi arbitrii. 451 b
5 An liberũ arbitriũ sit in omnibus habẽtibus illud æqualiter. 452 a
6 An in hac uita possimus vsum liberi arbitrii sine phantasmatẹ. 452 b
7 An aliquid aliud causet à uolũtate effectiuè actum uolendi in uoluntate. 452 b

DISTINCTIO XXVI.

Hæc est gratia operans, & cooperans.

1 Quid sit gr̃a, an sit quid creatum in aĩa an idem sit, qd̃ uirtus, vel charitas. 455 a
Quid diffinitiuè sit gratia. 455 b
An gratia sit uirtus idemque, quod charitas. 456 b
2 An gr̃a subiectiuè sit ĩ essentia aĩæ. 460 a
3 Gratia gratum faciens an tantũ fit una in homine uno. 462 a
4 An gr̃a motrix sit liberi arbitrii. 463 b
5 An gr̃a operans, & cooperans sint realiter eadem gratia, 464 a

DISTINCTIO XXVII.

Hic uidendum est, quid sit virtus.

1 Quid sit uirtus. 468 a (ciente. 469 b
An aliqua uirtus possit esse sine gratia gratum fa-
2 An existẽs in gr̃a valeat de cõdigno mereri beatitudinem æternalem. 469 b
An gratia, & gloria essentialiter differant. 473 b

DISTINCTIO XVIII.

At uerò concusse.

1 An homo per liberum arbitrium, naturalemq; rationẽ, & dona naturæ valeat facere aliquid boni. 475 a
An adultus possit esse nec in statu salutis, nec damnationis. 476 b
An homo sine gratia possit vitare peccata. 477 a
An hõ sine gratia possit implere pręcepta. 477 a b
An liberum arbitrium sine gratia possit tentationi resistere. 478 a (lia. 475 b
An adultus sine gratia possit uitare peccata morta
2 An homo sine gratia possit se disponere ad gratiæ infusionem. 478 b
3 An hõ ĩ hac vita possit aliquam cognoscere ueritatem sine gratia. 479 b

DISTINCTIO XXIX.

Post hæc considerandum est.

1 An primi parentes fuerunt creati in sciẽtiis, atque uirtutibus. 481 a
An maior fuisset primorum parentum, & posteriorum perfectio si in paradiso sine transgressione mãsissent, quàm fuit post trãsgressionem. 481 b
An uirtutes in statu innocentiæ habuerunt tantam efficaciam promerendi ut modo. 482 a
An primus homo habuit tot uirtutes ante lapsum quot postea. 482 b
2 An originale pctm̃ sufficiẽter punitũ sit per eiectionẽ peccãtiũ ex paradiso. 484 a
An primi parẽtes ante suam aiectionem commederunt de fructu ligni uitę. 484 a
An Adã habuit uirtutes antequã peccauit. 484 b

DISTINCTIO XXX.

In superioribus insinuatum est.

1 Quid originale pecctum. 487 b
An originale pęccatum sit cõcupiscentia, uel ignorantia. 489 a
An peccatum originale sit ingnorantia. 489 b
An peccatum originale sit habitus. 490 a
An peccatũ originale oĩbus ęqualiter insit. 490 b
Quomodo iusto imputetur iudicio paruulis originale peccatum culpam. 492 a

2 An aliqs defectus ĩ posteros Adẹ p gnationẽ descẽdẽs habeat rõnẽ culpẹ. 492 b
Ob quam deformitatem peccatum Adẹ transiit in posteros. 494 a
3 An mala pęnalia, quę sentimus sint effectus, & pœnæ originalis peccati. 495 b
4 An aliquis miraculosè formatus à Deo contraheret orignale peccatum. 496 a
5 An aliquid transeat in ueritatem naturę humanæ per actum nutritiuę, ac generatiuæ potentiæ. 497 a
Quomodo tota natura humana fuit in Adã. 502 a
An nutriens transeat in substantiam nutriti. 502 b
6 An productio prolis, & decisio seminis sint ex substantia generantis. 503 b

DISTINCTIO XXXI.

Nunc super est inuestigare.

1 An per traductionem carnis, traducat̃ originale peccatum. 507 a
2 In quo sit originale peccatum tanquam immediato subiecto. 507 b
Secundũ quod originale peccatũ insit animæ. 507 b

DISTINCTIO XXXII.

Quoniam supra dictum est.

1 An originale peccatum deleatur, ac curetur in baptismo. 511 a
An contingat extingui fomitem. 511 b
Quid sit extinguere fomitem. 511 b (511 b
In qbus sanctis extinguatur fomes vel extincta sit.
Quare defectus originalis peccati non tollatur post baptismum quoad ipsam personam. 513 a
2 An fomes eiusq; infectione post baptismum omnibus insint ęqualiter. 514 b
An fœditas carnis aufertur in baptismo. 515 a
An originale peccatum per baptismum deletur uoad causam. 515 b (515 b
3 qAn fomes eiusq; ĩfectiones sint à Deo.
4 An deum decuit animam rationalem infundere carni infectę. 516 b
5 An animæ rationales ex sua creatione habeant ęqualitatem in omnibus. 517 b
6 Si Eua sola peccasset originale peccatũ seu aliud, quod transitisum fuisset. 518 b
An Dens animas, quas creat quotidie faciat bonas uel malas. 159 b

DISTINCTIO XXXIII.

Prædictis adijciendum.

1 An peccati primorum parentum iuste puniantur in ipsorum posteris. 522 a
2 An nati in originali culpa puniantur dolore sensibili. 525 a

DISTINCTIO XXXIIII.

Post prædicta de peccato actuali.

1 An bonũ sit origo, & cã mali culpæ, & an subiectiuè sit in eo, à quo pcedit. 529 a

DISTINCTIO XXXV.

Post hęc uidendum est.

1 Quid sit peccatum. 533 a
An peccatum sit ipsa corruptio. 534 b
2 An peccatum, seu malũ sit priuatio modi, speciei, & ordinis. 535 b
Cuiusmodi priuatio sit peccatum. 535 b
An peccatum sit auersio à Deo, uel conuersio ad creaturam. 535 b (536 b
An modus spẽs, & ordo sint in oĩbus ęqualiter.
An per peccatum corruptio aliqua in animæ fiat potentijs. 537 a
3 An omne peccatum consistat in actu, etiam peccatum omissionis. 537 b
An omissio sit actuale peccatum. 538 a
An omissio sit peccatum separatũ à trãsgressione.
Quando contingat omissio. 538 a (538 a
An in omissionis peccato sit aliquis actus à potentia elicitus. 538 b
4 An ẽt in actu exteriori sit culpa 539 a
5 An peccatum ex hoc, quod corrũpit bonum contrarietur bono increato. 540 a
Qũo peccatũ faciat hominem Dei inimicum. 540 b
6 An malum sufficienter diuidatur p malum culpæ, & malum pœnæ. 540 b

DISTINCTIO XXXVI.

Sciendum est tamen.

1 An vnũ peccatũ sit causa alteriùs. 543 b
An pctõ essentialiter iniũctum sit esse pœna. 543 b
2 An passiones animę sint peccata. 544 b
An aliq̃ possio aĩę sit bõa vl̃ mala moraliter. 545 b
An passiones animæ sint moraliter malę. 545 b
An passio semper diminuat de bonitate actus moralis. 546 b
3 An omnis pęna infligat̃ p culpa. 546 b
An culpa potest esse sine aliqua pœna. 547 b
An omnis pœna causata sit à culpa. 547 b
An ĩ aliquo sit culpa sine oĩ pęna subsequẽte. 547 b
An aliqua pœna sit à Deo. 548 a
An omnis pœna sit à Deo. 549 a
4 An bonorum diuisio sit conueniens quam assignat Magister. 549 a

DISTINCTIO XXXVII.

Sunt autem, & alii plurimi.

1 An actio uitiosa inquantum actio, sit à Deo. 550 a
Quid faciat actionem esse malam, an scilicet sola probatio. 550 b
An fortuita, & casualia secundum quod talia, sint à Deo. 551 a (551 a
An enunciatio falsa secundum quod falsa, sit à Deo.
An uoluntas creata talis sit, & immediata causa respectu sui uelle. 552 b
Quomodo peccatum sit a uoluntate creata, & non à Deo. 553 a
An agens secundnm. agens in uirtute uirtute primi agentis, habeat in se uirtutẽ illius mãsiuã. 553 a
An peccatum sit aliquid. 553 b
An peccatum sit substantia vel natura. 553 b
2 An malum principaliùs dicatur de culpa, quàm de pœna. 553 a

DISTINCTIO XXXVIII.

Post p̃dicta de uoluntate eiusque fine.

1 An omnium hominum bonorum sit unus vltimus, & uis sit ille. 556 a (557 a
An omnium uoluntatũ malorũ sit idẽ vltimus finis
2 An uoluntas sit bona ex ordine suo ad

bonũ, & commendabilem finem. 557 b
3 Quid sit intẽtio, in qua vi animæ sit quo modo differt à uolun. an bonitas actionis dependeat ab intentione. 557 a
An idem numero sit motus, seu actus, quo quis fertur in finem, & in medium ad finem. 560 b

DISTINCTIO XXXIX.

Hic autem oritur quæstio.

1 An uoluntas humana possit per peccata subuerti 561 a
An uoluntas naturalis, & deliberatiua sit una potẽtia. 562 a
An sit eadem uoluntas, qua homo vult naturaliter bonum, & qua uult malum. 562 b
2 An sola uolũtas sit pctĩ subiectum. 562 b
3 An conscientia liget, seu obliget, siue sit recta siue erronea. 564 a
An conscientia magis liget, quàm prelati precepta. 564 b
An aliquis dicatur incõtinens ex hoc quod propter passionẽ discedit à qualicunque rõne recta uel nõ recta. uel dicatur incontinens propter hoc quod discedit a ratione recta. 565 b
An religiosus propter sui superioris præceptum dẽt omittere magis bonum, & facere minus. 567 b

DISTINCTIO XL.

Post hęc de actibus adiiciendum.

1 An actio exterior ex uoluntatis effectu sit bona censcenda. 548 a
An bonum, & malum sint differentię actus humani. 568 b
An omnis actus exterior bona intẽtione factus, sit meritorius. 569 a
2 An act⁹ exterior aliqd bonitatis, aut prauitatis superaddat actui interiori, ex quo elicitiuè, imperialiterve procedit. 569 b
An opera exteriora rõne suæ priuilegiatæ dignitatis & eminentię aliquid addant bonitatis, & excellentiæ, ac meriti super interiorem bonitatem uoluntatis, intentionis, seu actionis. 570 a
An opus exteriùs quoad quantitatẽ dati, aliqd bonitatis superaddat actioni bonæ interiori. 570 a
An opus bonũ q̃tũ ad suã numerositatẽ superaddat interiori bonitati ita, vt reddãt operantem maiori gloria essentialis premij dignum. 570 b
3 An in actibus humanis sit aliqs ĩdifferẽs actus. i. nec bon⁹ nec mal⁹ moraliter. 571 b
An aliquis actus sit indifferẽs secundũ speciẽ. 573 a
An aliquis actus indifferens ꝓm indiuiduũ. 573 a
4 An eadem numero actio possit esse bona, & mala moraliter. 575 b
An bene agens, tantum bene agit, ac promeretur quantum intendit. 576 b

DISTINCTIO XLI.

Cumque intentio vt supra dictum est.

1 An fides sit ita necessaria intẽtionis directrix, ꝙ oĩs infidelium actio sit indirecta inordinata, & aliquo mõ culpabilis. 578 a
An ad meritũ sufficiat ĩ tẽtio secũdũ habitũ. 579 a
Qualis intentio in Deum directa per fidem sufficiat meritorium actum. 579 b
2 An omne peccatũ sit uoluntariũ. 570 b
An in sola uoluntate si peccatum subiectiuè. 580 b
An sola uoluntas punitur. 580 b

DISTINCTIO XLII.

Cum autem uoluntas mala.

1 An actus interior uitiosus, & operatio, seu locutio praua ea ipso procedens, sint duo, ac distincta peccata. 592 a
An puniatur peccator pro mala intentione, & pro actu praua sequente. 582 a
Quis grauiùs peccet an intendens adulterari, & fornicationem simplicem committit, uel intẽdẽs fornicari, & adulterium committit. 582 b
An uoluntas interior, & actus exterior sint unum peccatum. 582 b
2 An cessãte pctõ maneat reat⁹ pctĩ. 583 a
3 An peccatum per mortale, & veniale congruè diuidatur. 584 b
An peccatũ veniale sit radix pctĩ venialis. 584 b
An peccatum mortale & ueniale conueniant in auersione. 585 a
Cur pctũ mortale ad æternam obliget pœnã. 585 b
An auersio, & conuersio sint duo peccata. 585 b
Cum in mortali peccato sint auersio, & conuersio quid horum sit priùs ordine naturę. 586 a
An comnuenientur septem dicuntur esse capitalia uitia. 586 b
An cupiditas sit radix omnium peccatorum. 587 b
An superbia initium sit omnis peccati. 587 b
An ꝑter hæc duo uitia sĩt alia capitalia vitia. 587 b
Quæ, & quot sint alia capitalia uitia præter cupiditatem, & superbiam. 587 b

DISTINCTIO XLIII.

Est præterea quoddam peccati genus.

1 An sit aliquod peccatum in spiritũ sanctum, quæ sint huiusmodi uitia. 590 a
An peccatum in spiritum sanctum sit idem quod peccatum ad mortem. 590 b
Cui gratię per se opponatur peccatum in spiritum sanctum. 591 a
An peccatũ in spiritum sanctum sit peccatum grauissimum. 592 b
An peccatum in spiritum sanctum necessariò presupponat aliud peccatum. 592 b
An uoluntas creata possit peccare ex certa malitia uolendo aliq̃d nõ ostensum sibi sub ratione boni, vel veri, vel apparentis. 593 a
2 An pctũ Ade fuit in spiritũ sctũ. 593 b

DISTINCTIO XLIIII.

Post ꝑdicta ꝓsideratione dignum occurit.

1 An potentia peccandi sit à Deo. 595 a
An potentia peccandi sit potentia. 596 a
2 An omnis prælatio, omnisque potestas præsidendi sit à Deo. 595 a
3 An instatu innocentiæ fuisset principatus, uniusq; hoĩs prælatio sup aliũ 595 a
4 An Christiani teneant secularibus potestatibus obedire, etiã tyrannis. 696 a
5 An religiosi, ac subditi cęteri teneant superioribus suis in oĩbus obedire. 597 b
An religiosus iustitutus in cura plus debeat obedire epis. remanendo in cura quàm Abatti recedenti ab ea. 599 a

FINIS.

D. DIONYSIVS CARTHVSIANVS, de exaltatione Gloriosissimæ virginis Mariæ super omnes ordines angelorum.

Ex Tomo primo minorum operum, articulo XI. lib. III. De laudibus gloriosæ virginis Mariæ.

QVæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum? Sicut ĩ sermone de beatissimæ Mariæ assumptione ait Hieronymus, à gloriosissimæ virginis exequijs sancti angeli famulabantur, & uniuersæ cęlorũ curiæ congratulabantur. Nec mirum: qm̃ honor matris est honor illius, qui ex ea nasci dignatus est, quẽ omnis cœlorũ ordo veneratur, & adorat super se eleuatum cum patre. Consequenter Hieronymus ꝓbat istud ꝑ locũ a maiori, adijciẽs: Legimus frequenter ad funera sanctorũ quorundã sanctos an angelos aduenisse, & ad eorũ exequias ꝓstitisse obsequia: sicq; aĩas sanctorũ cũ hymnis. & cãticis, ac laudibus detulisse ad cœlos. ubi & utriusq; sexus chori cõmemorant auditi, ac laudes cecinisse ĩ terra, & qd̃ perspicatius est, eos dẽ sanctos nonnunq̃ multo lumine resplẽduisse. Insup, & adhuc uiuentes ĩ carne, ibidẽ miri odoris sensisse fragrãtiã. Qd̃ si interdũ ad recreandã, & corroborandã spẽ astantiũ saluator noster ob merita electorũ suorũ ampliùs comprobanda, ac declarãda, tãta & talia dignatus est exhibere circa moriẽtes, quãto magis eius genitrici ĩ die obitus sui credendũ est, cœlorũ militiam cum suis agmibus festiuè obuiã aduenisse, eamq; ingenti lumine circunfulsisse, & vsq; ad thronũ sibi olim ante mũdi cõstitutionẽ paratũ. cũ laudibus, & canticis spiritualibus perduxisse. Nulli dubiũ, est totã illã cœlestẽ Hierusalẽ ineffabili tũc letitia exultasse, atq; inestimabili charitate tunc iucundatam. Nec immerito. Creditur em̃ q; ipse saluator oĩm, per se, totus festiuus occurrit, eamq; cũ gaudio secũ ĩ throno gloriæ collocauit Aliàs, qualiter impleuit, qd̃ in lege præcepit, Honora patrẽ tuũ, & matrẽ tuã? Hæc Hieronymus. O quis cogitare sufficiat, q̃ gloriose ea die mũdi regina, processit, & quanto deuotionis affectu, tanto in eius occursum cęlestiũ legionũ multitudo prodierit? qbus canticis ad thronũ gloriæ sit deducta, q̃ placido uultu, quã serena facie, quã diuinis amplexibus à filio sit suscepta, ac super omnẽ creaturã exaltata, eo honore, quo tãntã matrẽ à tãto decuit filio exaltari, ac honorari? Hinc quoq; dicit Bernardus: O quã gloriosa apparet in ascensu suo uirgo Maria, cuius ascendentis dignitatẽ, & gloria admiraẽ partus, ac filius eius, Hinc Chr̃o occurrẽte suæ beatissimæ genitrici, tota trinitas obuiã illi ꝓcedit in filio. Qd̃ si angelorũ dñs obuiã illi ꝓcedit totus gratulabundus, atq; ꝙ gruatulãs, qs putas angelorũ retro tardauit. quin reginę suę & matri regis æterni cũ festinatione, & gaudio obuiã currens non exili erit? Talis processio à principio nũquã facta fuit, nisi tũc dum Chr̃s cœlũ ascẽdit. Obuiã ꝓcesserunt virgineæ mr̃i Dei Cherrubin, ac Seraphin cũ Thronis, Dñationibus, cæterisq; choris Angelicis. Et assumptã, ac eleuatã super se reginã, splendidis honorãt obsequijs. Cumq; serenissima uirgo Maria in cœlũ deducitur, ꝑ nimia exultatione cœlestes Deo cũ iubilo resonãtibus organis gloriã concinũt: Angeli & Archangeli, principatus, & potestates ꝑ susceptione tãtæ matris, ac uirginis, chorus, ante illã diuinis concentibus agunt inter quos Gabrielarchangelus fęlicissimæ Mariæ familiarissimus, ut puta ipsius paranymphus, illi post Chr̃m nimirũ occurrit, & quasi cantor cęteros ad cantandũ ꝓuocãs suauissimũ illud gloriæ Mariæ cãticũ inchoans ait: Aue Maria grã plena, dñs tecũ &c. Qui cãtus dum ab alijs repetiẽ modulatis vocibus, & organo variãte, in iubilatione virgo mater deducitur. De hac celeberrima ꝓcessione loquiẽ Vbertinus: Oqs sufficiet exprimere cœlestis curiæ solennitatẽ qñ surrexit Iesus rex festiuus, & lætus, decoreq; regio laureatus, & totã cõmouit ciuitatẽ supernã, vt oẽs cœli ciues occurerẽt matri uirgini ascẽdẽti. Tunc implebaẽ, qd̃ in libris. Regũ narraẽ: Adduxit Dauid arcã Dei cũ gaudio, & erant cũ eo septẽ chori psalentiũ. Sic etenim deduxit Chr̃s matrem suam charissimã cũ iubilo summo, & erant cum eo cœlestiũ spirituũ, patriarcharũ, ꝓphetarum, apostolorũ, tunc defunctorũ, martyrũ, confessorũ, ac virginũ turbæ. O imperialis solennitas, ò inexprissibilis iubilus, q̃ nec plenæ exprimi valet, neq; taceri. Nã salua reuerentia ascẽsionis Chr̃i assumptio ista virginis benedictæ, atq; ꝓcessio eius assũptionis, aliquid excellentius habuit, quo ad triumphalẽ occursum præ Chr̃i ascẽsione, cui ascendẽti soli occurrere poterãt Angeli. Porrò matri ascẽdẽti filius eius cũ tota curia, tã angelorum, q̃ aĩarum beatarũ occurrens solenniter euexit eã ad beatissimę consistoriũ sessionis. Hinc Bernardus, q̃ de beatissima uirgine cœteris gratiosiùs, atq; deuotiùs vr̃ esse locutus. Fateor (inquit) imperitiã meã, & pusilanimitatẽ propriã non ascõdo: Nõ est, quod ampliùs me delectet, sed nec est, qd̃ magis me terrat, quàm sermonẽ facere & habere de gloria virginis matris. A laudibus quidẽ humana mortalitas nõ dẽt cessare, cũ hoĩs sola natura sup̃ spũs imortales exaltaẽ in virgine, de cuius laude & gloria nec silere patiẽ deuotio, nec dignũ aliquid põt cõcipere cogitatio, aut inerudita parturire locutio. Nã ipsi cœlestis curiæ principes in tãtæ nouitatis ꝓsideratiõe clamãt nõ sine admiratione. Quæ est ista q̃ ascẽdit de deserto. i. de sub sole, vbi nõ est nisi labor & aflictio spũs? Ascendit inq̃ delicijs affluens spũalib⁹. Quid nisi delitias dixerim decus virginitatis cũ munere fœcunditatis, humilitatis insigne, fauũ charitatis distillãte viscera misericordiæ, pulchritudinẽ grãæ cogitatiuã ꝑ gloriæ singularis? ascẽdẽs ergo speciosa facta est suauis ẽt angeli sanctis. Hæc Bernar. Insuper beatissimã dñam esse super oĩm angelicorum ordinũ altitudines eleuatã. & collocatã iuxta soliũ filii sui multipliciter cõprobaẽ. Primò; qm̃ rex, & regina ab eodẽ principatu, regno, ac dignitate dñanẽ, sicut rex Franciæ, & regina Frãciæ, ab eodẽ regno noĩa suæ ꝑsidẽtiæ sortiunẽ. Sed sicut Christus vocatur rex cœlorũ sic bn̄dicta virgo Maria regina cœlorũ asserit: Dignatus aũt Chr̃i. & regnũ, principatusq; eius incõparabiliter est super dignitates oĩum Angelicorum spũum: ergo, & dignitas, regnũ, ac potestas sacratissimæ uirginis. Ampliùs, plus trãscẽdit diuinissima virgo Maria Seraphin, q̃ Seraphin Cherubin. Sed tãta est excellẽtia Seraphin sup̃ Cherubin, ꝙ ad diuersos ꝑtinẽt choros, ergo ꝑclarissima dña sup̃ Seraphin est ꝑuecta, & Seraphico ordine altior est effecta. Denique oẽs angelici spũs sunt serui creatoris, & cõparanẽ ad uirginẽ sũmã, ut serui ad dñam: iõ ipsa sup̃ vniuersos illorũ ordines est sublimata, tãto sublim⁹, q̃to matrẽ regis, creatorisq; oĩm uirtuosissimã, ꝑfici decuit, & supferri mãsionib⁹ ministrorũ, & ordinib⁹ angelorũ sãctorũ, ad dexterã filij collocata. Rursus, ad gloriam Seraphin hoĩes possũt ꝑtingere, nõ aũt ad gradũ, dignitatẽ, & gloriã virginis bn̄dictæ, q̃ cũ sit uera genitrix Dei, iuẽ, titulo, ac ꝑuilegio mr̃nitatis istiꝰ ꝑlata est oĩ ꝑsonæ creatæ regina, & imperatrix, ac dña angelorũ. Postremò decẽtissimũ fuit, Chr̃m Dei uirturẽ, ac Dei sapiẽtiã ꝓpriã matrẽ ĩ donis grãæ, ac diuitijs gloriæ, & tã ĩ donis grãæ gratificãtis, q̃ ĩ donis grãæ gratis datæ, omnibus suis præferre ministris; imò incomparabiliter collocare, exaltare, & honorare præ illis.

FINIS.